36

Suma Antonina. 3ª pte

Eximij Doctoris.

B. ANTONINI
ARCHIEPISCOPI
FLORENTINI,
ORDINIS PRAEDICATORVM,
SVMMAE

Sacræ Theologiæ, Iuris Pontificij, & Cæsarei,

TERTIA PARS.

Nunc demum ad veterum exemplariorum diligentissimè recognita. Decisionibus etiam sacrosancti Concilij Tridentini, ad matrimonij Sacramentum pertinentibus, necnon Euaristi Papæ decretis, & nouis Annotationibus nuper aucta & locupletata.

Accedunt Summæ totius, Materiarum prædicabilium de B. Virgine, Auctoritatum expositarum ex Biblia, Epistolarum & Euangeliorum propriorum, & communium Sanctorum totius anni.

INDICES COPIOSISSIMI.

es del colleg.° de
S Ambrosio de

la comp.ª de Iesus de
Valladolid



ARCHIVAL Y REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL
PALENCIA

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D LXXXII.



Exim. Doctoris.

B. ANTONINI

ARCHIEPISCOPI

ELORENTINI.

ORDINIS FRATRUM PRAEDICATORUM.

SUMMAE

Sacrae Theologiae. Iuris Pontificii & Caesarei.

TERTIA PARS.

Nunc quinta ad veterum exemplarium quibuscunque recognita.

Doctissimis curis locupletioribusque Concilii Tridentini, ac Pontificiarum
Constitutionum Enarrationibus Exornata, Propagatoris, & no-
vis Annotationibus undequaque illustrata.

Accedunt Summi totius Operis Indices copiosissimi.

Cum Privilegio Summi Pontificis, & Illustrissimorum Dominorum.

Venetiis, apud Iuntas. M. D. LXXXII.

In nomine Sanctæ ac indiuiduæ Trinitatis.

INCIPIT PROLOGVS TERTIAE PARTIS

Summæ beati Antonini Archiepi copi Florentini, ordinis prædicatorum, ac sacræ scripturæ expositoris diligentissimi.

Btā virgo dr regina.



STITIT regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Ps. 44. Verba ista prophetæ loquentis ad dominū Deū exponi possunt de virgine gloriosa, aduocata ecclesiæ, q̄ regina ex regali progenie est exorta, mater regis angelorum se recte regens, & interiores & exteriores sensus dirigens, astans. i. stans nunquam cadens in aliquod peccatum, nec veniale, sed semper recta stans ante Deum aduocādo p̄ nobis. Stat. n. mater ante filiū (ait Bern.) a dextris gloriæ, ostendēs pectus & vbera, cū etiam erat in mundo per contemplationem. Inuestitu deaurato, stola immortalitatis præcioſiori omni p̄mio beatorum, sicut autum excellit omnia metalla. Stola duplici. s. gloriæ & corporis glorificati scd̄m Aug & Bern. i ser monib. suis. Circundata varietate priuilegiorum scd̄m illud Apoc. 12. Mulier amicta sole. s. virtutum, quod pertinet ad eius in p̄senti rectam conuersationem. Quę regina astās est a dextris Dei, & luna sub pedib. eius. i. omnis defectus sub ea. Luna. n. defectum patitur per sui mutationem, & omnes sancti patiuntur nunc defectum gloriæ corporum suorū, sed hic defectus sub virgine est, quia in vestitu deaurato. i. gloria refulgēti etiam corporis ad eius completam beatificationem. Et in capite eius corona stellarum 12. i. excellētia 12. priuilegiorum, quorum varietate est circūdata ad eius exultationem. ¶ Possunt etiā dicta verba verificari de qualibet fideli anima, quæ membrum ecclesiæ, vt regina astat a dextris Dei, ratione nō passione se regēs ad bona gloriæ in agendis. In vestitu deaurato, induta. s. dilectionis, circundata varietate. s. actuum virtutum quibus se exercet alios fideles quorū conuersatione circundatur, videt se exercere aliquos i actu humilitatis, aliquos in actu misericordiæ & liberalitatis, aliquos in iustitia, aliquos in abstinentia, & sic de aliis. Et eos vel imitatur vel admiratur vel in se humiliatur. Sed communius dicta verba & proprius intelligūtur dicta de ecclesia catholica in generali. Ideo autem in singulari dicitur regina, quia vna est sacrosancta mater ecclesia. Vnde Cyprianus vnam esse ecclesiam in cantico canticorum spiritus sanctus ex persona Christi dñi designat & dicit. Vna est columba mea, perfecta mea. Hanc ecclesiæ vnitatē, & beatus apostolus Paulus docet, & sacramentum vnitatis ostēdit dicens. Vnum corpus & vnus spiritus & vna spes vocationis nostræ, vnus dominus vna fides, vnus baptisma, vnus Deus quā vnitatem tenere firmiter & vendicare debemus maxime nos episcopi qui in ecclesia Dei p̄sidemus, vt episcopatum quoque ipsum vnum atq; indiuisum probemus. Nemo fraternitatē fallat, nemo fidei veritatē pfida præuaricatione corrumpat. Episcopatus vnus est cuius singularis insolidū pars tenetur, & ecclesiæ vna est, q̄ in multitudine latus incremento fecunditatis extenditur, qūo radii multi sunt: sed vnū lumen, & rami arboris multi sunt: sed robur vnum tenaci radice fundatum. Et quo de fonte vno riui plurimi defluunt, & numerositas licet diffusa videatur exundātis copię largitate, vnitas tamen seruatur integra in origine. Aue lle radium solis a corpore diuisionem vnitas non capit. Ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit. A fonte præscinde riuum, præscisus arescit. Sic & ecclesia dñi luce perfusa, per totū orbem radios suos porrigit. Vnum tn̄ est quod vbiq; diffunditur nec vnitas corporis separatur, ramos suos per

Aīa dr regina.

Ecclesiā dr regina.

Can. 6.

Eph. 4.

vniuersum orbē copia vbertatis ostendit profluentes largitur riuos, ramos latius expādit vnum tñ caput est & vna origo, & vna mater ecclesia fęcunditate copiosa. Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica, vnam domum nouit & vnius cubiculi sanctitatem in casto pudore custodit. Hæc Cypi. 24.q.1. Loquitur. Et in dictis verbis ps. Tria notantur de ecclesia. s.

¶ Morum sanctitas ibi. Astitit regina a dextris tuis.

¶ Cognitionum claritas, ibi, in vestitu deaurato.

¶ Statum multiplicitas, ibi, circundata varietate.

§. 1. Ecclesia dr regina triplici rōne.

¶ Quantum ad primum. Ecclesia sancta regina dici potest, ratione dispositionis qa Christo despōsata est qui (vt habetur Apocal. 19.) Est rex regum & dominus dominantiū. Et 2. Corin. 11. inqt Apostolus. Despondit vos. s. fideles omnes, q̄ sunt ipsa ecclesia, virginē castam exhibere Xpo. Hæc Deus ꝑmiserat per Oseæ prophetam 2. cap. dicēs. Despōsabo te mihi in fidem. Regina ēt dicitur ecclesia rōne ꝑmissionis, quia sibi promittitur regnum cœlorum. s. cunctis vere fidelibus. Hiere. ad Rusticum. Nihil rę licius christiano cui ꝑmittit regnum cęlorum. Vnde ipse rex dominus noster Iesus Xpus dicturus est fidelibus suis. Venite benedicti patris mei percipite regnum uobis paratum. Matth. 25. Dicitur etiā ecclesia regina ratione rectę sue gubernationis, q̄ bene se regit in suis actionibus, sm rationem agens, non passionibus superatur. Nam vt dicit Nic. Papa. Rex dici non potest qui nullo salubri regimine corpus regit, sed salubricā enervationem magis illicitus eius moribusque dit. 2. q. 1. Scelus etiam si talis haberet regiā dignitatem temporalem. Sed econtra vt dicit Beda. Pauper in occulto regnat habēdo Deū s. per gratiam. Vnde & clerici qui sunt principales in ecclesia portant tonsuram in modū coronæ tanquam reges spirituales, quia se & alios virtutibus regere debent & bonis exemplis, vt dicit Hiero. 12. q. 1. Duo sunt. Quidā etiam sapiens ait. Si animo. i. ratione te rexeris, rex eris, si corpore seruus. Ecce principiū sanctitatis morum, viuere, & agere sm rationem. Hæc autem regina ecclesia astat. i. stat ante Deum ad ei obsequendum. Stat ergo recta, non cadit in aliquod criminale. Etsi in venialia labatur quę potius sunt impulsus & cespitationes ad cadendum q̄ casus, sm illud ps. 117. Impulsus. s. a diabolo & euersus. sū. s. a sensualitate quasi ꝓpinquus ad casum per cōplacentiam eius vt caderem. s. in mortale, & dominus suscepit me. s. retinēs ne caderē. Nā (vt ait Apostolus) dominus elegit sibi spōsam ecclesiam non habentem maculam mortalis peccati, nec rugam erroris. Vnde dicit Hieron. Qui est aliqua sorde peccati pollutus s. mortalis, de ecclesia dici nō potest, nec Xpo subiectus, de pæ. dist. 1. Ecclesia. Quamuis ergo aliqui boni de ecclesia cadant, semper tamen ecclesia stat recta in bonis qui remanent in gratia, & hi dicuntur ecclesia numero & merito: Vnde Eccl. 1. Generatio præterit eorū s. qui recedunt ab ecclesia peccādo, generatio aduenit eorum. s. qui ad fidē vel pœnitētiam reuertuntur, & isti de nouo veniunt ad ecclesiam, terra aūt. i. ecclesia in æternū stat. s. recta & firma. Stat aūt ecclesia ante Deū, semp in mente eū habens, ac si videat pñtem sm illud Ps. Prouidebā dñm in cōspectu meo semper. vñ & Hiero. Omnia q̄ faciūt in cōspectu dei faciunt, siue manducēt, siue bibant, siue aliud faciant. Etiam si isti aliq̄n faciant malū coram Deo & in conspectu eius faciunt sicut ille q̄ dixit. s. dicēdum. Malum corā te feci, q. a. s. cōtinuo pœnitent. i. q̄ citius dñt peccaui. Peccatores aūt fugiunt a facie Dei cū peccant, quia nesciunt ad pœnitentiā reuerti, sicut legit de Chayn de pæ. dist. 1. Et venit. Astat regina ecclesia corā Deo prompta ad obediendū mandatis eius & honorandum eum aduocādū ꝑ filiis suis orando cuius petitiones semper sūt Deo gratę & acceptæ, quāuis ministri eius aliq̄n sint praui. Hæc est regina Hester. Hest. 8. c. Quę ornata & decorata valde astitit ante Assuerum spōsum suum, q̄ quamuis ex magnitudine potentiæ suæ exterrita fuerit, tamen ex dulcedine locutionis eius consolata, fiducia resumpta petijt & obtinuit liberationē generis sui. Sic & ecclesia stat orando ante Xpm mundi monarcham, sed attēta magnitudine sua & rectitudine, quasi defecit timens & tremens ob reuerentiam, sed cum fiducia petēs liberationē populi sui. i. electorum de manib. diaboli & interitu mortis æternæ obtinet. Astat aūt a dextris nō a sinistris vt sinagoga, q̄ ad tēporalia respiciebat signata ꝑ sinistram. Sed ecclesia in spūalibus ꝓcipue se exercet, q̄ signantur ꝑ dexteram. Et in agendis nō hēt intentionem ad mundum, sed ad supnā gloriam q̄ signatur per dexteram, sm illud Mat. 25. Statuet oues a dextris a dimplēs illud Apostoli. Oia quæcunq; facitis in verbo vel opere omnia in gloria Dei facite. A dextris astat superna contēplans. Et ex magnitudine præmiorū & spe eorū, laborare & opera bona cōtinuare

Tertia.

Ecclesia stat.

Eph. 5.

Ps. 15.

Ps. 50.

Tertio

A dextris.

1. Cor. 10.

nuare non ceſſans, quæ dextera dicitur, ſm illud Matt. 6. Neſciat ſiniſtra tua q̃d faciat dextera. i. in bonis operibus ſe non immiſceat ſiniſtra intentio. Et ſic patet ſanctitas morum in illis tribus verbis, regina per regimen virtutum aſtitit per vitationem vitiorum, a dextris per affectum ſupernorum.

§. 2. ¶Secundo oſtenditur cognitionum claritas, cum dicit veſtitam eſſe reginam iſtam veſte deaurata. i. habitu ſapientiæ. Significat enim aurum ſm Greg. Sapiẽtiam propter fulgorem ſuæ claritatis. Sicut enim aurũ eſt pręcioſius cunctis metallis & clarius, ita & ſapiẽtia præcioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari. Habet autem claritatem ſapientia in ſe, clara eſt. n. ſapientia, & quæ nunquam marceſſit, vt dicit Sap. 6. In intellectu dat claritatem notitiæ in ſe & alijs. Sap. 8. dicitur. Præclaritas in communicatione ſermonum illius. ſ. ſapientiæ. In conſpectu hominum dat claritatem famæ. Sap. 8. Habebo pp hanc claritatem ad turbas & honorem apud ſeniores. Et demum perducit ad Dei clarum aſpectum. Sap. 6. Concupiſcentia ſapientiæ deducit ad regnum perpetuum. Hæc autem ſapientia (quæ eſt veſtitus deauratus eccleſiæ) eſt notitia diuinorum & agendorum cum guſtu eorum, quæ vtiq; non eſt ſine gratia & Dei dilectione. Vnde dicitur Sap. 7. q̃ ſapientia in animas ſanctas ſe tranſfert & amicos Dei conſtituit. Et de hac loquitur ibi ſapiens in pluribus ca. Apparet autem ſapientia mirabilis eccleſiæ in multis, præcipue in tribus. ſ.

Sapiẽtia aurum prou. 8.

¶In eius documentis.

¶De eius ſacramentis.

¶Ex eius tormentis.

¶Documenta eius principalia, ſunt lex vetus & noua ſane intellecta, cum aliis libris ſacræ paginæ quæ ſunt verba a diuina ſapientia reuelata. Deut. 4. Hæc eſt vera ſapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſi dicant. En populus ſapiens & intelligens, gens magna quę habet Deos appropinquates ſibi. ſ. docendo eum. Tanta eſt ſapientia ſcripturæ ſacræ, tanta profunditas eius vt nullus ualeat plene intelligere. Tot innumerabiles libri editi ſunt ad eius expoſitionem & quotidie noui ſenſus reperiuntur. Doctores habuit eccleſia plurimos in omni tempore, ſapientiſſimos in omni ſcientia etiam mundi, quorum ſapientiæ non potuerunt reſiſtere hæretici iudęi vel pagani, cũ omnibus. ſuis philoſophiis vel eloquentiis, & argumentis. Sed ſicut in figura virga Moyſi verſa in ſerpentem deuoraũit virgas magorum verſas in ſerpentes. Exod. 7. ita doctrina ſeu ſapientia Chriſti quæ recta eſt vt virga, deuorauit. i. confudit & deſtruxit ſapientiam quæ recta videbatur imperitis argutam & aſtutam philoſophorum & mundanorum ſecundum illud ps. Omnis ſapientia eorum deuorata eſt, & hoc eſt quod promiſit Chriſtus ſapientia patris diſcipulis ſuis. Ego dabo vobis os & ſapientiam cui non potuerũt reſiſtere omnes aduerſarii veſtri. Luc. 21. Nulla lex eſt alicuius nationis nulla doctrina cuiuſcunq; ſectæ, quæ ita ſit ſm philoſophiam memoralem, q̃ ita ſapiẽter viuat ut lex Chriſtianorum, propter quod maximi philoſophi de omni natione ad eccleſiam conuerſi confugerunt relictis erroribus. Vnde in figura dicitur 1. Mach. vlt. Refulſit ſol in clipeos aureos & fortitudo gentium diſſipata eſt, quia cum lumen fidei refulſit in ſapiẽtia doctorum qui prius erant gentiles fortitudo nationum gentiliũ annullata eſt. ¶Secundo apparet ſapientia maxima in eccleſię ſacramentis ſuis. Nihil enim ſit circa ſacramẽta veteris & noui teſtamenti vbi non aſſignetur ratio magnę ſapientiæ, & ſimiliter in omnibus cerimoniis & cultu Chriſtianę religionis. Quare enim ſunt ſeptem & non plura ſacramenta, & quare in talibus materiis magis q̃ in aliis, quam efficaciam habeant & vnde, quid ſignificent reſpectu pręteritorum, pręſentium vel futurorum, omnia ſunt plena ſapientia. In cuius figuram dicitur q̃ nil erat in templo quod auro non tegeretur, ſic in templo eccleſiæ nil eſt in quo non reluceat aurum ſapientiæ diuinæ. Vnde & regina Saba ſapiens multum', cum veniens Hieroſolymam & vidiſſet domũ Salomonis & ordinem domus & cibos mẽſæ & ordinem miniſtrantium mirabiliter commendauit ſapientiã eius ſtupefacta. Nec de aliquo interrogauit ad quod ei non ſatisfaceret 3. Reg. 10. Sic gentilitas in ſuis ſapientibus philoſophis audiens famam ſapientię Chriſti, cum acceſſit ad eum per fidem & vidit ordinem domus ideſt eccleſiæ & miniſtrorum diſtinctiones & ſacramẽtorum refectiones, vt cibos, admirata eſt ſapientiam eius dicens. Maior eſt ſapientia tua q̃ rumor quem audiui in terra mea, & non poteram credere narrantibus &c. ¶Tertio, apparet ex laboribus & tormentis per patientiam, dinoſcitur ſapientia viri ait ſapiens. Sapiens non conturbabitur quicquid aduerſi acciderit ei, ait Sen. Quis numerare poſſet labores & dolores, cruciatus duriſſimos, multiplices, & diutinos quos perpeſſa eſt eccleſia pro conſeruatione veritatis doctrinæ ſuæ? Et

Documẽta ec cleſiæ.

ps. 106.

3. Reg. 10.

Prouer. 12.

vnde martyres tanta tolerauerunt nisi ex clara & certa notitia quã habebant diuinorum & supernorum promissorum? Tanquam aurum in fornace probauit electos dñs, dicitur Sap. 3. Quia sicut aurum pet hoc q̃ in igne diu moratur non consumitur: sed perficitur & lucidius redditur, ita fideles in fornace tribulationis non defecerunt in sapientia, sed magis claruerunt crescentes in Dei cognitione & alios traxerunt ad Dei notitiam. Et sic patet vestitus deauratus sapientiæ ecclesiæ.

§ 3. ¶Tertio varietas statuum notatur cum additur, circundata varietate. s. statutum, officiorum, & gratiarum, vt. n. ait Apostol. 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt videlicet in ecclesia. Idem autem spiritus eas conferens. Et diuisiones administrationum sunt, idem autem dñs. Et diuisiones operationum sunt, idem vero Deus qui operatur omnia in omnibus prout vult. Gratia quidem gratum faciens in omnibus fidelibus qui sunt in ecclesia merito est. Sed gratiæ gratis datæ, vt prophetia, operatio miraculorum &c. hmõi, in ecclesia quidem sunt, sed non omnes eas habent, immo pauci & vnus vnam, alius aliam. Administrationem et officia & status fidelium sunt varij.

Ecclesia catholica dr. ¶Notandum etiam quòd ecclesia nomen est græcum, & latine dicitur conuocatio sm Isid. in lib. ety. quia scilicet omnes ad se vocat. Et dicitur catholica quod interprætatur vniuersalis. Vniuersale autem dicitur quod multa diuersa & varia compræhendit in vnum, sicut omnia animalia quæ sunt quasi innumera & varia compræhenduntur & cõueniunt in vno genere animalitatis. Sic ecclesia ita est circundata varietate locorũ, temporũ, statuum, seu conditionum horum q̃ vnitatem seruat fidei & dilectionis vnius, vnum verum Deum colens, & ad ipsum vt ad vltimum finẽ tendens. Varietates ergo ecclesiæ in locis ostenditur, quia non solum in vno loco, sed vbiq; terrarum diffusa est per vniuersum orbem, vt sicut sponsus eius est dominus vniuersorum, sm illud Iob. Opus manuum eius sunt vniuersi sicut ait psal. 21. Conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ. s. ad fidem ecclesiæ, & adorabunt eum vniuersæ familiæ gentium. Hic & Hiero. ad Euandrum. Nec altera Romanæ vrbis ecclesia, altera totius orbis est, & Galliæ, & Britaniæ, & Africæ, & Persis & oriens & India vnum Christum adorant, vnam regulam seruant veritatis, dist. 93. Legimus. Attenditur secundo ista uarietas respectu temporum per varia enim tẽpora, per varias ætates, quasi per septem dies magnæ hebdomadæ totius temporis in præsenti militat vita vt primus dies sit ætas ab Adam usq; ad Noe, secundus a Noe vsq; ad Abraham, tertius ab Abraham vsq; ad Dauid, quartus a Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis, quintus a transmigratione vsq; ad Christum, sextus a Christo vsq; ad Antichristum, septimus ab Antichristo vsq; ad finem mundi. Hæc ecclesia per vineã designata in parabola a Christo dicta. Matth. 20. Ab Abel iusto vsq, ad vltimum electum qui nascitur est in fine mundi, quot sanctos protulit tot quasi palmites misit inquit Greg. in homel. Dicitur ecclesia potius inchoasse in Abel q̃ in Adã, quia Adã & si primo innocens & plenus gratia fuerit, & post lapsum de peccato pœnituerit, ut dicitur in lib. sapientiæ, & Aug. de pe. dist. 1. Sicut primi, tamen quia per inobedientiam eius infectum fuit totum genus humanum originali peccato, ideo non videtur congruere principium ecclesiæ sibi, ne ecclesia videatur initiũ habuisse a peccato seu peccatore, sed Abel sanctus & iustus fuit iniuste persecutionẽ & mortem a germano sustinens. In hoc etiam figurans quia ecclesia & collectio bonorum a fratribus suis persecutiones & tribulationes passura est. Vnde Greg. Abel esse tenuit quem Cayn malicia non exercet 7 q. 1. §. vl. Dicitur etiam ecclesia inchoasse aliquando ab aduentu spiritussancti in discipulos in die pentheco stes quod ponit Isid. Et hoc nõ simpliciter, sed quantum ad plenitudinem in discipulorum personis & gratiis, & quantum ad dilatationẽ eius per orbem & fidem explicitam articulorum quæ in veteri testamento fuerat implicita, eadem tamen substantia vt ait Augustꝰ. Attenditur tertio ista varietas ratione statuũ & conditionum & officiorum fidelium, quæ sunt varia vt dicetur infra, & ideo dicitur circundata varietate.

Sap. 10.

Gen. 4.

Act. 2.

¶Pro maiori declaratione huius materiæ status ad quam intitulatur ista pars tertia. ¶Nota q̃ status potest sumi tripliciter. Vno modo proprie & stricte, & sic sumitur sm Thom. in isto. §. Secundo modo largius, & sic sumitur secundum Aug. de Ancho. in sequenti §. Tertio modo largissime & improprie pro exercitio vel officio vel modo uiuendi cui quis est applicatus. Et sic sumitur titulus partis huius. Proprie igitur & stricte loquendo status in corporalibus importat rectitudinem hominẽ cõuenientem & quietudinem difficile mobilem, vt scilicet homo sic in corpore se habeat vt caput eius in superiora tendat & cetera membra conuenienti ordine disponantur,

§ 4.

Status dr tripliciter.

Iob 34.

2. 2. q. 185. art. 1.

& vt

& vt homo quiescat. Vnde iacens vel sedens non dicitur stare, sed quãdo rectus manet. Et qui ẽt recti sunt non dicuntur stare nisi quiescant: non discurrant. Pro primo dicitur Ezechiel. 2. Fili hominis sta super pedes tuos, pro secũdo dicitur. 1. Corin. 15. Stabiles estote & immobiles scdm Tho. Et sic ,ppie & ſtricte

Vbi sup.

status importat quandã firmitatem in esse spirituali ex obligatione cum quadam solemnitate sicut in religiosis & episcopis. Circa statũ ergo spiritualem tria notantur videlicet.

¶ Euidentia essentiæ.

¶ Conuenientia existentiæ.

¶ Differentia inherentiæ.

¶ Quantum ad primum statum ciuilem, & præcipue spiritualis perfectionis tria requiruntur. s. conditio, obligatio, & solemnizatio. Et quantum ad conditionem requiritur q̃ sit sui iuris vt liber, non alterius vt seruus. Est autem duplex seruitus spiritualis, sicut & duplex libertas. Est. n. seruitus peccati cũ quis ex habitu inclinat ad malum, & seruitus iustitię cum quis ex habitu iustitiæ inclinatur ad bonum. Similiter est duplex libertas a peccato, videlicet cum quis ex inclinatione quam habet ad malum non superatur ab eo propter iustitiam & virtutem quæ est in eo libertas a iustitia ecõtra cum quis propter amorem iustitiæ non retardatur a malo, & de vtraq; seruitute & libertate ait Apostolus ad Ro. 6. Cũ. n. serui essetis peccati liberi fuistis iustitię. Nũc vero liberati a peccato serui autem facti Deo habetis fructum vestrum in sanctificationem. Verumtamen quia homo ſm naturalem inclinationem, inclinatur ad iustitiam, peccatũ autem est contra naturalem rationem, consequens est vt libertas a peccato sit vera libertas, quæ coniungitur virtuti iustitiæ, quia per vtrumq; tendit in id quod est conueniens sibi. Et seruitus peccati est vera seruitus, cui cõiungitur libertas a iustitia, & ista, domini seruitus iustitiæ, & libertas a peccato cõiũgit hominem in statu spirituali quoad Deum q̃ intuetur cor. Secundo ad ostendendum statum spiritualem quo ad ecclesiam requiritur aliqua obligatio, vel absolutio, non enim ex hoc q̃ aliquis seruit alicui efficitur eius seruus vel status seruilis. Nam & liberi seruiũt, in aliquibus aliis ad Galat. 5. State & nolite iterum iugo seruitutis contineri, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Neque etiam ex hoc quòd desinet seruire efficitur liber, sicut patet de seruis fugitiuis, sed proprie ille est seruus qui obligatur ad seruiẽdum & ille liber qui absoluitur a seruitute. Tertio requiritur ad hoc solemnizatio quędam, oportet enim quòd prædicta obligatio cũ aliqua solemnitate fiat, sicut & in cęteris quæ inter homines habent perpetuam firmitatem quædam solemnitas adhibetur & hæc fit in religiosis per professionem, episcopis per consecrationem Rayne. post Tho. 2. 2. q. 183. Quantum ad secundum. s. de cõuenientia & de existentia diuersorum statuum in ea. Sciendum quod decuit in ecclesia esse diuersitatem statuum officiorum & graduum propter tria bona quæ inde sequuntur scilicet.

Duplex seruitus Th. vb sup. ar. 4.

2. 2. qõ. 184. artic. 4.

Diuersitas statuũ in ecclia quare.

¶ Ad perfectionem maiorem.

¶ Ad actionem expeditiorem.

¶ Ad decorem excellentiorem.

Th. vbi sup. ar. 3.

¶ Primum scilicet quòd decuerit varietas statuum in ecclesia ad maiorem perfectionem, sic declaratur. Sicut in ordine rerum naturalium perfectio quę in Deo simpliciter & vniformiter inuenit in vniuersitate aũt creaturarum non potest nisi dissormiter & multipliciter reperiri, ita & plenitudo gratiæ quæ in Christo sicut in capite adunatur, diuersimode & multipliciter redundat ad membra eius. Et hoc est quòd dicit Apostolus ad Ephe. 4. Ipsæ dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios autem euangelistas, alios autẽ pastores & doctores, ad consummationẽ sanctorum in opus ministerii, in edificationem corporis Christi mistici. i. ecclesiæ ad circumuẽtionem erroris. Secũdo varietas statuum pertinet ad necessitatem actionum q̃ sunt necessariæ ecclesiæ. Ratio est, quia ad diuersas actiones ecclesiæ oportet diuersos homines deputari ad hoc quòd expeditius & sine confusione omnia peragantur. Vnde Apostolus ad Ro. 12. Sicut in vno corpore multa membra habemus, non autem omnia membra vnum actum habent, ita multi sumus vnum corpus in Christo. Et Moysi fuit a Ietro consultum, ne stulto labore consumeretur, q̃ constitueret prouide de omni gente viros sapientes & timentes Deum, tribunos cẽturiones, quinquagenarios & decanos, officiales diuersos ad gubernationem populi. Exod. 16.

¶ Tertio hoc congruit propter maiorem pulchritudinem, quæ consistit in varietate cum quodam ordine. Vnde. 2. Timoth. 2. In magna domo, scilicet ecclesia non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia quod est ad decorem domus. Et in laudem ecclesiæ sponsæ dicitur in psalm. Circumamicta varietate, scilicet statuum, & officiorum. In cuius figuram legitur quòd Regina Saba videns domum Salomonis quæ significat ec-

Pſ. 44.

3. Re. x.

Th. vbi supr. ad primū.

cleſiam,& ordinem miniſtrantium non remanſit in ea ſpiritus.ſ.præſtupore. Hæc tamen multiplicatas ſtatuum officiorum & rituum,qui ſunt eccleſia, non tollit vnitatem eius quæ perficitur per vnitatem fidei charitatis & pacis ſcđm illud Ephe.4.Ex quo totum corpus cõnexum per charitatem, compactũ per fidem per omnem iũctarum ſubminiſtrationis dũ.ſ.vnus alii ſeruit Rayne. poſt Tho. vbi ſupra. ¶Quantum ad tertium.ſ.de differentia inhærentię.Sciẽdum quòd hęc duo differunt perfectio perſonæ & ſtatus perfectionis eo q̃ quicunq; perfectus eſt in ſtatu perfectionis eſt,nec econtra.Hoc probatur triplici ter.Ratione,inductione,& auctoritate.Ratio ad hoc quia homo dicitur perfectus ex eo q̃ habet actum perfectum dilectionis & gratiæ. Sed dicitur eſſe in ſtatu perfectionis ex eo qđ obligat ſe ad ea quę ſunt perfectionis cum aliqua ſolẽnitate vt dictum eſt. Hæc autem ſunt diuerſa Inductione probatur diuerſitas eorũ. Aliqui enim ſunt in ſtatu perfectionis qui earent charitate & gratia,ſicut mali epiſcopi & mali religioſi.Econtra aliqui ſunt qui habent perfectionem gratię & dilectionis & tamen nõ ſunt in ſtatu perfectionis vt ſunt ſeculares perfecti,ſicut fuit Ludouicus ſanctus rex Frãcorum Karolus magnus rex Romanorũ. Auctoritate probatur,qa aliqui obligant ſe ad id quod non ſeruant.Et econtra aliqui obſeruãt id ad quod ſe non obligauerunt vt patet in parabola Matth.21.de duobus filiis quorum vnus imperanti patri & dicẽti.Vade in vineã & operare.Reſpondit nolo,poſtea fuit. Et alter dicens eo,& non iuit, ſic vt ait Origenes, multi promittunt Deo multa facere & parũ operantur,& econtra plures parum promittũt & multa faciunt ¶Notãdum etiam q̃ multi poſſunt dici eſſe in aliquo ſtatu perfectionis. Nam in ſtatum perfectionis ponit hominem obligatio propria cum ſolemnitate ad ea quæ ſunt perfectionis.Et ad hanc obligationem habent religioſi & epiſcopi,non autem alii curati clerici vel ſeculares,etiam perfecti viti Rayne.poſt Thoma,vbi ſupra.

2.2. qõ. 184. arti.4.

§.5. Oĩs ſtatus pfectionis a Chriſto.

¶Sumendo ſtatum ſecundo modo & largius, ſcilicet ſcđm q̃ homo conſtituitur perpetuo ad cultum Dei perpetua obligatione.¶Sciendum quod omnis ſtatus perfectionis eſt a Chriſto effectiue inchoata.Pro cuius declaratione dicit Aug.de Anchona.li.j. de poteſtate eccleſiaſtica q̃ ſtatus nũc ſumit ſcđm q̃ ex poteſtate eccleſiaſtica vel ex aliquo ſacramento in vita ſpirituali homo cõſtituitur & ordinat ad cultum Dei.Perfectum autem dicitur ꝓpriẽ id quod poteſt attingere proprie virtuti & ꝓprio fini vt dicitur.7.phiſicorum. Finem autem noſtræ beatitudinis non attingemus niſi per Chriſtum.Iuxta illud ad Heb.10.Habentes fratres fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti.Poteſt ergo dici quod in vita ſpirituali aliquis acquirit ſtatum communis cultus chriſtianorum cum propria obligatione,& eſt iſtæ ſtatus coniugatorum. Alius acquirit ſtatum cũ diuini cultus adminiſtratione & eſt iſtæ ſtatus clericorum.Alius acquirit ſtatum cũ operum perfectione ſeu ſupererogatione,& iſtæ eſt ſtatus religioſum. Alius acquirit ſtatum cum animarum propria inſtructione & iſtæ eſt ſtatus prælatorum.Statum autem coniugatorum Chriſtus rectificauit Mar.5.cum dixit, Dictum eſt antiquis. Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam facit eam mechari. Quia autem matrimonium habet ſpiritualem perfectionem annexam, cõſequitur ex eo quòd eſt ſacramentum eccleſiæ. Et tale ſacramentum eſt perfectum Chriſti incarnatione quãdo copulata eſt diuina natura humanæ quã coniunctionem ſignificat matrimonium.Statum clericorum Chriſtus compleuit & terminauit,cum ait Mat.5. Niſi abũdauerit iuſtitia veſtra plus quam ſcribarum& phariſeorum non intrabitis in regnũ cęlorũ vbi dicit glo.q̃ oñdit Chriſtus diſcipłos ſuos pfectiores eſſe magiſtris veteris legis,quia illorũ erat iuſtitia figurata,iſtorũ cõpleta & terminata,Illorum iuſtitia erat in verbo, iſtorũ in opere & ſermone.Statum religioſorũ Chriſtus ſpecificauit quando adoleſcenti interroganti quid ſibi deeſſet ad vitam ſpiritualem reſpondit Matthei.19.Si vis perfectus eſſe vẽde omnia & de pauperibus & ſequere me.Sed ſtatum prælatorum trina confeſſione firmauit quando Petrum,ter interrogando ſi eum diligeret plus aliis,& ipſo reſpondente. Tu ſcis quia amo te, dixit ei ter. Paſce oues meas Ioã.vl. Tunc eſt verus prælatus & paſtor nomine & re quando dilectionem plenam habet,vt ſubſtãtiam corpus & vitam ponat pro grege ad paſcendum ipſum verbo & exẽplo, & corporali cibo,quantum poteſt. Et ſic omnis ſtatus perfectio & rectificatio eſt a Chriſto effectiue inchoata.

§.6. Ezec.14

¶Sumendo ſtatum tertio modo reperitur eſſe multiplex,qa aliqui ſunt dediti vitæ actiuę,vt cõiter laici. Alii vitæ cõtẽplatiuæ,vt clerici & religioſi. Alii vitæ mixtę vt prælati de his tribus dicit in figura Ezech.Si fuerint hi tres Noe,Iob,& Daniel in medio eius,hi ſaluabunt animas ſuas.Noe qui rexit arcam in

diluuio

diluuio significat prælatos qui regunt arcam ecclesiæ in aquis tribulationis. Iob coniugatus & operibus misericordiæ debitus significat actiuos. Daniel qui fuit abstinens ex orationibus & visionibus deditus significat contemplatiuos. Et hi. s. actiui laici, cõtemplatiui clerici, religiosi, & prælati, si sunt in medio ecclesiæ, idest in vnitate & virtute degentes, saluant animas suas. Quilibet horum statuum distinguitur in diuersa officia & exercitia. Nam laici aliqui sunt coniugati, alii virgines, alii in viduitate. Item alii dñi, alii milites, alii doctores, alii medici, alii artifices, alii agricultores, &c. Clericorum etiam alii sacerdotes, alii diaconi, alii subdiaconi, alii in minoribus. Et horum alii decani, alii archidiaconi, alii cantores, alii vicarii, alii delegati, & huiusmodi. Religiosorum etiam alii anachoritę, alii cœnobitæ, & monachi, alii canonici regulares, alii mendicantes. Et horum etiam sunt diuersi modi uiuendi secundum varias regulas & constitutiones suas, vt prædicatorum, minorum, hæremitarum, & huiusmodi, prælatorũ etiam diuersi sunt gradus, quia alij epi scopi, alii archiepiscopi, alii patriarchæ, alii cardinales. Deniq; supremus est summus pontifex. Vnde Apostolus ad Ro. 12. & 1. Cor. 12. loquitur de ecclesia ad similitudinem corporis humani. Diuersa igitur membra, diuersi fideles, in diuersis statibus, actus eorum diuersi sunt, diuersa officia & exercitia eorum. Et membra quidem excellentiora, puta oculi vel caput non contemnunt inferiora, vt pedes sed diligunt ea quia & necessaria sunt eis in actibus suis, ita superioris gradus vel officii prælati & domini non debent contemnere subditos. Item quodlibet membrum contentatur de officio suo nec se intromittit de officio alterius nisi in adiutorium, ita quilibet debet contentari de statu suo nec debet intromittere se, vel auferre eius officium sed iuuare. Item gaudet quodlibet membrum de bono alterius & dolet & compatitur de malo illius ita quilibet debet gaudere cum gaudentibus in bonis eorum & flere cum flentibus in malis. Et sic ecclesia regina astat a dextris Dei morum honestate, in vestitu deaurato sapientiæ claritate, circundata varietate statuum & officiorum & exercitiorum diuersitate vnde resultat pulchritudo. Et de horum singulis est dicendum ab inferioribus inchoando.

Explicit prologus.

INCIPIT TABVLA TERTIAE PARTIS SVMMAE BEATI ANTONINI,

quæ habet Titulos 32.

TITVLVS PRIMVS.
De ſtatu coniugatorum.



Cap. 1. De matrimonio. i. coniugio immaculato, prȩmio eius vltimato, & effectu deriuato, in quem ordinatur. Iuxta propheticum illud, beatus es & bene tibi erit. Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui ſicut nouellæ oliuarum.

Cap. 2. De matrimonij quidditate, & de triplici errore. ſ. perſonę, fortunę, & conditionis, prout eſt primum impedimentum matrimonij quoad ſui contractionem & effectū. Relinquet nempe homo patrem & matrem & adhęrebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne una.

Cap. 3. De ſecundo impedimento matrimonij. Immo dirimens contractum, uidelicet ſeruili conditione ſub triplici differẽtia orta. Et de ſeruitute poſt contractū atq; conſummatum matrimonium ſpõtaneę inita.

Cap. 4. De tertio matrimonii impedimẽto. ſ. voti ſolẽnis, ſiue profeſſionis ſolẽnis tacitæ vel expreſſe alicuius religionis approbatæ.

Cap. 5. De quinto impedimento videlicet criminis. Nam quartum impedimentum. ſ. cognationis propter ſui prolixitatem vltimo reſeruatur infra cap. 13. Tria enim crimina impediunt contrahendum, & dirimũt iam contractum. ſ. machinatio in mortem, pollutio per adulterium, & viuente prima ſecundum coniugium.

Cap. 6. De diſparitate cultus, ſexto impedimento ẽt dirimẽte iam contractum ſub triplici differẽtia. Et ſi poſſint infideles vnius ritus contrahere cum infidelibus alterius ritus, puta Saraceni cũ Tartaris vel Turchis.

Cap. 7. De ſeptimo impedimento. ſ. violentia vel metu, ſub determinatione triplicis coactionis. ſ. abſolutę, cõditionatæ per metum inſufficientem & ſufficientem in conſtantem virum cadentem.

Cap. 8. De octauo impedimento, videlicet ordinis ſacri propter ſui implicitum votum ſolemne ex conſtitutione eccleſię ſub triplici concluſione, propter differentiã orientalis, & occidentalis, & profeſſionum religionis.

Cap. 9. De nono impedimento ligaminis cum quis alteri coniugi eſt per verba de præſenti obligatus, non obſtante quantocunq; receſſu alterius, aut præſumptione mortis cauſa probabili aut violenta.

Cap. 10. De decimo impedimento uidelicet publicę honeſtatis iuſtitia, & quare hoc impedimentum ſit ab eccleſia inſtitutum.

Cap. 11. De vndecimo impedimento etiam dirimente iam cõtractum. ſ. affinitate iuxta ſui contrahentium efficientiam & permanentiam. Et quibus gradibus papa diſpenſare poſſit.

Cap. 12. De duodecimo impedimento matrimonij, videlicet impotentia coeundi, ſub triplici ſpecierum ſuarum differentia, puta naturali, accidentali, & maleficiali.

Cap. 13. De quarto impedimento matrimonii. ſ. de cognatione quæ diuiditur in carnalem, ſpiritualem, & legalem. Et de deſcriptionibus earundem.

Cap. 14. De cognatione naturali, ſiue carnali ideſt conſanguinitate ſub triplici determinatione, videlicet quid ſit conſanguinitatis linea vel gradus. De cõputatione graduum & prohibitione in quibus gradibus.

Cap. 15. De cognitione ſpirituali. i. compaternitate, vnde proueniat q̃ matrimoniũ impediat & inter quos cutrahetur, & quis debeat alium tenere, & qui nõ atq; quos non ad baptiſmum vel ad confirmationem.

Cap. 16. De pluribus impedimentis non tamen dirimentibus iam contractum, vt voto ſimplici & ſimilibus. Et q̃ clandeſtina deſponſatio dicatur ſex modis fieri.

Cap. 17. De impedimento feriarum, quando ſcilicet nuptiæ fieri non poſſunt.

Cap. 18. De ſponſalibus quoad ſui deſcriptionem quando contrahi poſſunt. De pœnis ſuperpoſitis ſua ſponte, & de nouem caſibus in quibus ſoluuntur. Et quot modis contrahi poſſunt.

Cap. 19. De contractu matrimonii per verba de

de præsenti effectibus suis, & intentione contrahendi sub sex conclusionibus.
Capitulum.20. De consummatione matrimonii & eius actu coniugali, prout in nouem casibus est peccatum mortale, in sex casib. solum veniale, in aliquibus nullumimmo aliquando meritorius.
Capitulum.21. De dissolutione matrimonii, siue diuortio per mortem naturalem, siue ciuilem idest ingressum religionis, & quibus casibus ingredi licet coniugato religionem altero inuito. Et de diuortio iudiciali quoad thorum, licèt non quoad vinculū. Et de casibus quibus vxor etiam propter adulterium non potest dimitti.
Cap.22. De uotis coniugatorum tā peregrinationis quā continētiæ. Et si ad paria in hoc iudicantur, aut alter alteri debet obtemperare.
Cap.23. De dotibus & donationibus propter nuptias, in quibus casibus lucratur marit⁹ dotem. Cui & quando fit restituenda dos propter diuortium ex adulterio effectum.
Capitulum.24. De vigintiquinq; diuersis vitiis coniugatorum in genere.
Cap.25. De diuersis vitijs mulierum in genere ſm litteras alphabeti adaptatis. Ecce.n. in iniquitatibus cōceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. & ea quæ habentur ex sacro concilio tridētino circa sacra matrimo.
Cap.26. De triplici filiatione, videlicet eterna & ineffabili à nobis adorāda. Diuina & communicabili à nobis procurāda. Humana & variabili à nobis indaganda sub qua druplici subdiuisione. Vnde propheta ait. Ego dixi dii estis & filii excelsi omnes.
Cap.27. De legitimatione illegitimorū, quo modo & per quos fieri habet & de differētia facta a summo pontifice & a Romano imperatore quoad sui effectus.

TITVLVS SECVNDVS.
De statu continentium virginum, videlicet & viduarum.
Cap.1. De virginitatis possessione, dignificatione & coronatione. Nam adducentur regi virgines post eā ꝓxime ei⁹ offerent tibi.
Capitulum secundum de consecratione virginum & cautelis pro sua custodia & de pluribus aliis pertinentibus ad earum debitam conseruationem.
Cap.3. De institutione, & modo conuersatiōnis earum vt sint sine quærela. Nam viduā eius benedicens benedicam pauperes eius saturabo panibus.

TITVLVS TERTIVS.
De dominis temporalibus.
Cap.1. q̄ dominum vniuersi cōstitit in summi pontificis auctoritate, & regali potestate, quia constituit cum dominum domus suę & principem omnis possessionis suæ.
Cap.2. De dominio ciuitatum & regnorūquo modo sit introductum & de vsu rerum.
Capitulum 3. De declaratione terminorum vsufructus vsus possessionis ꝓprietatis dominij & iuris.
Capitulum.4. De diuersis vitiis dominorum & eorum officialium.
Cap.5. De feudis & feudatariis. Modo iuesti turæ feudi. Et q̄bus modis feudū amittat.
Capitulum.6. De multiplici seruitute & manumissione iuxta illud. O domine quia ego seruus tuus, ego seruus tuus & filius ancillæ tuę. Annectuntur defectus principum rectorum & eorum officialium.

TITVLVS QVARTVS.
De militibus & multiplici bello.
Cap.1. De triplici militia clericali, spirituali, & laicali & de singulorum certamina, iuuamine. Secundū illud Præcinxisti me virtute vel bellum & sub.ini. me sub ius me.
Cap.2. De stipendiariis & de bellis iustis & iniustis ante subditi teneātur dominis suis obsequi indifferenter in istis & quibus bellare liceat cum pluribus huiusmodi quæstionibus.
Cap.3. de bello particulari, & quomodo licet se defendere iuxta regulā iuris naturalis. Vim vi repellere licet cum moderāmine
Cap.4 De repræsaliis ex materia duelli incul patæ tutelæ.

TITVLVS QVINTVS.
De doctoribus & scholaribus vniuersalis studii.
Cap.1. De modo atq; forma acquirendi sciētiam & diuersō fine studentium. Pęnes ꝓpheticum. Bonitatem & disci. & sci. doceme quia mandatis tuis credidi.
Cap.2. De multis quæ pertinent ad doctoratum in diuersis scientijs. Et de pluribus effectibus doctorum & scolarium.

TITVLVS SEXTVS.
De statu aduocatorum & procuratorum iudicialium.
Cap.1. de exercitio aduocatorum & differenti qua-

ti qualitate eorum. Iuxta illud proph. Postula a me & dabo tibi g.h.t.& p.t.
Capitu.2. De his quæ pertinent ad debitum modum aduocandi & salariis eorum & viiis plurimis,& defectibus eorum.
Capitulum.3. De tabellionibus & procuratoribus & salariis & defectibus pluribus eorũ.

TITVLVS SEPTIMVS.
De statu medicorum.

Cap.1. quam venerandi sunt medici in sua facultate. Iuxta illud propheticũ Nunquid medi. fusci.& confiteb. tibi.
Cap.2. De diuersis vitijs medicorũ & eorũ salariis. Et quibus medicis nos committere debemus.

TITVLVS OCTAVVS.
De statu mercatorum & artificum.

Cap.1. De exercitio artificum regulato, vt videlicet operentur cum bona conscientia, debita conuenientia,& debita permanentia.
Cap.2. de diuersis generibus contractuum & fraudibus eorum.
Cap.3. De negociatoribus & campsoribus,& de diuersis generibus cambiorum.
Cap.4. De diuersis generibus artificum & eorũ ministris videlicet de artificibus, prosenetis, lanificibus, serificis, aromatariis, barbitõsoribus, architectis, fabris & agricolis.

TITVLVS NONVS.
De statu iudicum secularium & ecclesiasticorum.

Cap.1. Quibus modis perpetratur iudicium. Et ibi de muneribus. Quia beati qui cust. iud.& fac. iust.& omni temp.
Cap.2. De pluribus quæ pertinẽt ad iudiciũ & salariis iudicium & assessorum.
Cap.3. De officio iudicis delegati & si possit subdelegare. Et quòd delegati iurisdictio expirat decem modis.
Cap.4. De conseruatoribus priuilegiorum, quam modeste se debent habere in processibus, suis,& quę spectant ad eorũ officiũ,
Cap 5. De officio ordinariorum & qui sint & de pertinentibus ad eorum officium.
Cap.6. De arbitris, quemadmodum differunt ab ordinariis iudicibus & arbitrariis.
Cap.7. De triplici modo procedendi in iudicio. Et primo de modo procedendi per inquisitionem in quibus causis fieri possit & subsstantialibus suis.
Cap.8. De modo procedendi per accusationẽ & qui prohibentur accusare.
Cap.9. De processu iudiciali per denunciationem.
Cap.10. De purgatione canonica quomodo fieri habet,& cum quot quis se debeat purgare.
Cap.11. De testibus,& examinatione eorum & qui possint esse testes, & de pœnæ falsi testes.
Cap 12. De sententiis ferendis.
Cap.13. De litis contestatione.
Cap.14. De appellatione, si omnibus liceat, in quibus casibus reiiciatur,ad quẽ sit appellandum & de prosecutione sua.
Cap.15. De modo agendi sine figura & strepitu iudicii & quomodo intelligitur cum dicitur. De plano defacto sine omni solennitate omissis solemnitatibus iuris.
Cap.16. De decem obseruandis successiue in iudiciis, videlicet tempore citationis repsentationis, dilationis, litis contestationis, probationibus producendis renunciationis &c.

TITVLVS DECIMVS.
De statu morientium.

Cap.1. de triplici domo videlicet conscientię familiæ,& sepulturæ quibus prouidendũ est instante morte.
Cap.2. De penitentibus in extremis.
Cap.3. De testamentis & executoribus testamentorum.
Cap.4. De donationibus causa mortis quem admodum differunt a legatis,& quis possit donare,& quibus. Quot denique modis reuocari possit.
Cap.5. De sepulturis & canonica portione & de sepulturæ prohibitione.

TITVLVS VNDECIMVS.
De statu hospitalariorũ & de iurisditionibus ad ea pertinentibus.

Cap.1. De conditione hospitalariorum vt infirmis prouideant, de sacramentis & necessariis sustentamentis,& hortentur de patiẽtia benignis verbis intuitu eius qui in eorum nomine & persona fouetur.
Cap.2. De his quæ pertinent ad hospitalia & eorum officiales quibus eorum cura committi possit, quibusue ratio sit reddẽda de perceptis & expositis.

TITVLVS DVODECIMVS
De eccleſijs & patronis earum.

Cap. 1. Eccleſia tribus modis ſumitur, puta pro collectione fidelium generali, pro congregatione iuſtorum ſpeciali, & pro edificatione lapidum materiali.
Cap. 2. de pertinẽtibus ad edificium materiale eccleſiarum quis poſſit de nouo erigere & quis teneatur eam reſtaurare.
Cap. 3. de immunitate eccleſiarum & perſonarum eccleſiaſticarum, de pœna violantium & quomodo violari dicatur.
Cap. 4. de cenſibus & tributis eccleſiarum. ꝑ curatione & diminutione earum nõ fieda.
Cap. 5. De alienatione rerum, eccleſiæ, ſi fieri poſſit, & in quibus caſibus.
Cap. 6. de conſecratione eccleſiarum, & quomodo violentur, & quomodo reconcilientur.
Cap. 7. de veneratione eccleſiarum.
Cap. 8. de reliquijs & imaginibus ſacris & canonizatione ſanctorum.
Cap. 9. de triplici adoratione latriæ, duliæ & imperdulio.
Cap. 10. de deuotione & eius effectu & ornatu eccleſiarũ de aquę benedictę virtutibus.
Cap. 11. de oblationibus eccleſiaſticis quæ fiunt in eccleſijs.
Cap. 12. De patronis eccleſiarum, & quæ pertinent ad iuſpatronatus, & quomodo habent præſentare.

TITVLVS TERTIVSDECIMVS.
De clericis & diuinis officijs.

Cap. 1. de exercitio clericorum, qui a ſeculari bus negociis debent abſtinere. In ſacris elo quiis & virtutibus ſe exercere. Et in diuinis efficiis & orationibus ſe exhibere.
Cap 2. de conuerſatione clericorum & a quibus exercitiis debent abſtinere.
Cap. 3. De conuerſatione clericorum ſecundum regulam eccleſiaſticam oportet epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, ſub 13. canonibus declarata.
Cap. 4. De horis canonicis ſub pluribus quæſtionibus, qui ad eas teneantur, quibus tẽporibus dicendæ, ſi requiratur attentio & huiuſmodi.
Cap. 5. De cerimonijs miſſæ, & expoſitionibus ſuis.
Cap. 6. De pertinentibus ad miſſam & defectibus, & de diſpoſitione celebrãtis, & celebrandi frequentatione & eius vtilitate.

TITVLVS QVARTVSDECIMVS.
De ſeptem ſacramentis eccleſię, & ſtatu miniſtrantium & conferentium ea.

Cap. 1. De ſacramentorum ordinatione, & eorum virtuali operatione. Iuxta illud ps. 106 Miſit verbum ſuum & ſanauit eos, & eripuit de interitionibus eorum.
Cap. 2. De ſacramento baptiſmi quantum ad fictionis excluſionem, baptizari cũ Deo reconciliationem, & eius poſtea ſanctã cõuerſationem. Iuxta illud prophetæ ps. 28. Vox domini ſuper aquas Deus maieſtatis intonuit, dominus ſuper aquas multas.
Cap. 3. De ſacramento confirmationis quãtũ ad ſuam quadruplicem ſpeciem, ſm illud ps. 67. Cõfirma hoc Deus quod operatus es in nobis, a tẽplo tuo q̃ eſt in Hieruſalẽ.
Cap. 4. De ſacro euchariſtiæ q̃tum ad ſui exi mia excellentiã, conferentis nimiam beni uolentiã, & aſſumentis idoneã conſcientiã.
Cap. 5. Iterum de ſacramento euchariſtiæ q̃tum ad deitatem ſub panis ſpecie latentẽ. Vtilitatem hominis cum deuotione conſequentem. Et venerabilitatem plebis euchariſtiæ aſſiſtentem.
Cap. 6. De ſacramento pœnitentię. Confeſſionem pœnitentialem exercendo, conditionem rationalem adhibendo, & inuocationem ſpiritualem conſequendo.
Cap. 7. De ſacramento ordinis quantum ad ſui myſterium almificum pro quo debent venerari, habitum gratificum quo debent exornari, & præmium glorificum quo debent decorari.
Cap. 8. De extrema vnctione quantum ad ſui diſtinctionem.
Cap. 9. De ſacro matrimonij quemadmodũ ſe coniuges debent habere ad inuicem, vt bñdictionem patriarcharum conſequant.
Cap. 10. De pluralitate coniugij & eius diuortio quo olim pluralitas coniugij licebat, & caſus in quibus licet dimittere vxorem.
Cap. 11. De ſacris in genere, de numero eorũ inſtitutione differentia a ſacramentis veteris legis, & effectu, quæ ſint neceſſaria, & quis eorum ſit miniſtrator.
Cap. 12. De ſacri euchariſtiæ inſtitutione cõmunicatione, miniſtro & effectu.
Cap. 13. De baptiſmi materia, forma, miniſtro, & effectu.
Cap. 14. De ſacramẽto confirmationis eius miniſtro, materia, & effectu.
Cap. 15. De ſacramento extremę vnctionis quantum ad ſui materiam, formam, miniſtrum

nistrum & effectum.
Capitulum sextumdecimum. De ordine septemplici, & per quem actum imprimatur character in singulis de tempore & modo ordinationem de ætate ordinandorum, & de excommunicatione eorum.
Capitulum 17. de pœnitentiæ quid ditate, effectu, impedimentis, & eius remediis,
Capitulum. 18. de contritionis necessitate, qualitate, quantitate, & eius causalitate.
Capitulum. 19. De confessionis necessitate & qualitate sua sexdecim conditionibus declaratis.
Cap. 20. de satisfactione & operibus eius.

TITVLVS QVINTVSDECIMVS.
De statu beneficiatorum.

Cap. 1. De dignitatibus, præbendis, beneficiis & collatione eorum. De pluralitate beneficiorum, de dispensatione super eo. De residentia & absentia in beneficijs.
Cap. 2. De transitu clericorum de vna ecclesia ad aliam.
Cap. 3. De pmutantibus bñficia vel p̄bendas.

TITVLVS SEXTVSDECIMVS.
De statu religiosorum.

Cap. 1. De essentialibus religionis. s. pauperta te, castitate & obedientia. Et de cerimonia libus & variis regulis & cōstitutionibus, & transgressionibus eorū. Et de præeminētia vnius religionis ad alterā, & habere aliqua in communi si minuat perfectionem.
Cap. 2. De considerandis pro ingressu religionis, & de obligantibus se per votum ad eum.
Capitulum. 3. De professione expræssa, & quòd in ordine mendicantium requiratur annus probationis continuus, & quot modis fiat tacita professio, & de professionis vtilitate.
Cap. 4. De transeuntibus de vna religione ad aliam religionem.
Capitulum 5. De eiectis & fugitiuis, & de excommunicationibus variis quas incurrunt religiosi.
Cap. 6. De pertinentibus ad religionem, vide licet habitu, studio, mendicatione, labore manuum, esu carnium: de contractionibus & obligationibus eorum.
Cap. 7. De prælatis religiosorum. Abbate abbatissa, & quomodo debent institui nouitijs.
Cap. 8. De disciplina religiosorum in cōuersando cum aliis in ambulando, in stando, in habitu, in gestu, & in silentio.
Capitulum nonum. De exemptione religiosorum & aliorum & si non obstante priuilegio eorum conueniri possint coram ordinariis ratione delicti contractus.
Capitulum decimum. De pertinentibus ad cō mendationē religionis ratione boni, vtilitatis, iocūditatis & honestatis. Quia in ea homo viuit purius, cadit rati⁹, surgit veloci⁹, quoad initium religionis. Incedit cautius. Quiescit, securius. Irrotatur frequentius quoad progressum, purgatur citius, morit confidētius, & remuneratur copiosius, quo ad terminum. Ecce quam bonum & quā iocundum habitare fratres in vnum ps. 32.

TITVLVSDECIMVSSEPTIMVS.
De statu confessorum.

Capitulum primum. De potestate siue auctoritate confessoris.
Cap. 2. De ordinario confessore vniuscuiusquoad ecclesiasticas personas.
Capitulum tertium cui debent laici ordinarie confiteri.
Capitulum quartum. In quibus casibus quis possit alteri cōfiteri quam proprio sacerdoti, etiam sine licentia eius.
Capitulum quintum. Quis potest committere audientiam confessionum.
Capitulum sextum. Quomodo curatus possit dare licentiam vel denegare.
Capitulum septimum, q̄ monachi nō possūt audire confessiones sine licentia prælati sui.
Capitulum octauū. De potestate audiēdi cōfessiones fratrū prædicatorum & minorū, prætextu Clemen. Dudum.
Capitulum nonum. De effectibus qui sequūtur ex commissione audientiæ confessiōis alteri factæ.
Capitulum decimum. In quibus differunt fratres p̄sentati tenore Clemen. Dudum, & sacerdotes curati confessiones audiendo.
Capitulum. 11. De casibus reseruatis episcopis.
Capitulum. 12. De eo qui absoluit aliquē a casu a quo absoluere non potest.
Capitulum. 13. An in generali concessione cōtineatur specialis.
Capitulum. 14. Quid possint pœnitentiarij curie Romanæ.
Capitulum. 15. Quid fiendum quando cōfessor non

ſor non intelligit pœnitentiam.
Cap. 16. De conſcientia quam debet habere confeſſor.
Capitulum 17. De bonitate confeſſoris in ſe & quomodo ſe debeat habere ad pœnitentiam.
Capitulum 18. De regulis quibus cognoſcitur peccatum mortale a veniali.
Capitulum 19. q confeſſor debet ſcire & ſeruare vtilia & neceſſaria in ipſo exercitio audiendę confeſſionis.
Capitulum 20. De pœnitentia iniungenda a confeſſore ne vilefcat auctoritas eccleſię, & ne poteſtas clauium contemnetur.
Capitulum 21. De forma & modo abſolutionis & de canonibus pœnitentialibus. Et de pœnitentia iniuncta in peccatis impleta, ſi ſit iteranda.
Capitulum 22. De celatione & ſigillo confeſſionis. Qui teneantur ad ſigillum, & ad quę ſe extendat.

TITVLVS DECIMVSOCTAVVS.
De ſtatu prædicatorum.

Cap. 1. De ſexdecim proprietatibus cęlorum, & de decem & nouem priuilegijs prędicatorum. Nam cęli enarrant gloriam Dei.
Cap. 2. De inquiſitoribus quomodo ſe debent habere in inquiſitione contra hęreticos.
Cap. 3. De prædicatoribus quales dicunt eſſe videlicet in dilectione ardentes, in conuerſatione relucentes, & in ſcientia competentes.
Cap. 4. De decem effectibus a quibus prędicator ſe debet cauere.
Cap. 5. De forma prædicationis & de ſeptem modis procedendi in prædicatione.
Cap. 6. De modis dilatandi materiam & libris autenticis ab eccleſia & apocryphis.

TITVLVS DECIMVS NONVS.
De ſtatu prælatorum.

Cap. 1. De prędatis & prędficiendis, vtputa ambitioſi excludantur, canonice inſtituantur & dominice exequantur. Iuxta illud ps. 74. Peccatorum cornua confrigam, & exaltabuntur cornua iuſti.
Cap. 2. De electione ad prælaturam quis poſſit & quis non poſſit eligere atq; elegi. De electionis tempore, loco, forma & triplici modo. Et quando poteſtas eligendi ad alium deuoluatur.
Cap. 3. De poſtulatione quid ſit, quis poſtulari poſſit & de effectu poſtulationis.
Cap. 4. De confirmatione electorum.
Cap. 5. De renunciatione qua quis renunciat dignitati vel officio habito, qualiter fieri habeat, quæ renunciari, & quis renunciare poſſit.
Cap. 6. De diuerſis officijs ſeu dignitatibus. Et primo de archidiaconatu & eius iuriſdictione. Deus enim in gradibus eius cognoſcetur cum ſuſcipiet eam.
Cap. 7. De archipresbyteris & eorum officio.
Cap. 8. De primicerio ſiue cantore.
Cap. 9. De officio ſacriſtæ & cuſtodis.
Cap. 10. De officio vicarij Papæ vel epiſcopi & eorum iuriſdictione & vicarijs eccleſiarum, qui deſeruiunt diuinis officijs.
Cap. 11. De debito modo ſe habędi in officio prælaturæ, vt videlicet quærant ſubditorum vtilitatę, vt habeant in agendis intentionum puritatem. Et vt addant exemplorum puritatem.

TITVLVS VIGESIMVS.
De ſtatu epiſcoporum, archiepiſcoporum, & Patriarcharum.

Cap. 1. Epiſcopi debent tria habere ad ſui honorem. Iuxta illud ps. 44. Pro patribus tuis nati ſunt tibi fi. conſtitues eos principes ſuper omnem terram, memores erunt nominis tui domine.
Cap. 2. De his quæ pertinent ad executionem Epiſcopi officij vt in ordinando, confirmando, beneficia diſpenſando, ad miniſtrando temporalia, de iuriſdictione eorum & alijs multis.
Cap. 3. De archiepiſcopis quantum ad eorum dignitatis eminentiā operoſitatis congruentiam, & honeſtatis continentiam. Iuxta illud ps. 44. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.
Cap. 4. De patriarchis primatibus & archiepiſcopis, quoad eorum iuriſdictionem & de palio eorum.
Cap. 5. De viſitatione fienda per epiſcopos & alios prælatos q fieri debeat, affectualiter cum ſubditorum vtilita. vniuerſaliter cum modorum varietate, & miſericorditer cum flagellorum ſeueritate. Iuxta illud ps. 58. Inrende ad viſitandas gentes, & non miſerearis omnibus qui operātur iniquitatem.
Cap. 6. De quibus ſint fiędę inquiſitiones in viſitationibus ad diuerſos ſtatus & de procurationibus fiendis legitimis nunciis apoſtolicis & alijs prælatis.

TITVLVS VIGESIMVSPRIMVS.
De ſtatu Cardinalium & legatorum.

Cap.1. Cardinales quid ſint reſpectu Papæ. Domini enim ſunt cardines terrę & poſuit ſuper eos orbem.
Cap.2. De pertinentibus ad ſtatum Cardinalium & officia eorum.
Cap.3. De poteſtate & auctoritate legatorum. Iuxta illud ps.67. Diſſipa gentes quæ bella volunt, venient legati eo Egypto & Ethiopia præueniat manus eius Deus.

TITVLVS VIGESIMVS SECVNDVS.
De ſtatu ſummorum pontificum.

Cap.1. De gloria & honore ſummi pontificis. Iuxta illud ps.8. Minuiſti eū paulo minus ab angelis gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.
Cap.2. De poteſtate in genere, immo de poteſtate ordinis, iuriſdictionis, & interpretationis in ſpecie. Iuxta illud. Tibi dabo claues regni cœlorum.
Cap.3. De poteſtate eccleſiaſtica ſignata per claues.
Cap.4. De poteſtate eccleſiaſtica iterū ſignata per claues quantum ad ſeptem poteſtates, in quibus beatus Petrus prœceſſit alios apoſtolos.
Cap.5. De poteſtate Papę quo ad cęleſtia, infernalia, & terreſtria, paganos, iudæos & Chriſtianos. Et de comparatione eius ad imperium, & de donatione Conſtantini eccleſiæ factæ, quia omnia ſubiecisti ſub pedibus eius oues boues vniuerſas, inſuper & pecora campi, volucres cœli & piſces maris.
Cap.6. De poteſtate Papę in diuerſis materijs ex his quæ ponit doctor ſanctus in diuerſis libris ſuis per 24. quæſtiones formatas.
Cap.7. Recitat quinquaginta caſus, in quibus ſolus papa diſpenſat.
Cap.8. Quare mutatur nomē Papę in ſui creatione.

TITVLVS VIGESIMVS TERTIVS.
De concilijs vniuerſalibus.

Cap.1. De differentia Papæ & concilij inſtar ſolis & lunæ. Iuxta illud ps.39. non abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuam a concilio multo.
Cap.2. De concilijs vniuerſalibus prouincialibus, & ſinodalibus. Ad quos pertineat ipſa congregare, & qui habeant conuenire.
Cap.3. q̄ non licet appellare a ſummo pontifice Romanorū ad ſucceſſorem ipſius nec ad generale concilium propter priuilegia Romanæ eccleſiæ a Chriſto tradita.
Cap.4. De concilijs prouincialibus & ſinodalibus additiones doctorum. Qui ſint vocandi ad ea quæ habentur ibi expediri, qualem poteſtatem habeant congregati, quot requirantur in cognitione cauſarum, & de efficacia inibi decretorum & concluſorum.
Cap.5. Quæ perſonæ dicantur eccleſiaſticæ ſub ſex differentijs perſonarum, uidelicet clericis in maioribus ordinibus ſacris. Deo deuotis fratribus & ſororibus tertij ordinis S. Franciſci, veſtitis de pęnitentia S. Dominici, atq; hoſpitalarijs. Et quæ hoſpitalia atq; oratoria dicantur prophana & quæ religioſa gaudentes immunitate eccleſiaſtica.

TITVLVS VIGESIMVS QVARTVS.
De excommunicatione maiori. Et ſingulis excommunicationibus quæ habentur in corpore iuris & in extrauagantibus.

Cap.1. De excōmunicatione contra inijcientes manus violentas in perſonas eccleſiaſticas. Iuxta illud. Si quis ſuadente diabolo. Et de quindecim caſibus in quibus ea propter non incurrit. Et de.16 caſibus in quibus excommunicatus propterea abſolui poteſt citra papam.
Cap.2. Excommunicantur ideſt excommunicari denunciantur & declarantur qui ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales hoſtiliter fuerint ſecuti vel recęperint uel fuerint ſocij.
Cap.3. Excommunicantur bannientes epiſcopos & ad hoc cooperantur.
Cap.4. Excommunicantur omnes hæretici & fautores & receptatores eorum & papę reſeruatur abſolutio.
Cap.5. Excommunicantur ſepelientes hæreticos fautores, credentes & recuperatores eorum.
Cap.6. Excommunicantur rectores impedientes vel non iuuantes epiſcopos & inquiſitores hęreticorum & fautorum & receptatorum.
Cap.7. Excommunicantur inquiſitores male & con-

& contra conſcientiã ſuũ officiũ exercẽtes.
Cap. 8. Excommunicantur inquiſitores & cõmiſſarii eorum illicite extorquentes pecuniam ſub prætextu inquiſitionis.
Cap 9. Excommunicantur innitentes ordinationibus vel alienationibus de rebus eccleſiaſticis & ſciſmaticis factis.
Cap. 10. Excommunicantur aſſerentes Romanam eccleſiam non eſſe caput aliarum eccleſiarum, & non poſſe condere canones & decreta vel non eſſe ei obediendum.
Cap. 11. Excõicantur incendiarij eccleſiarum vel locorum piorum & poſtquam denunciati fuerint abſolutio papæ reſeruatur.
Cap. 12. Excommunicantur effractores locorum ſacrorum & poſtquam denunciati fuerint abſolutio reſeruatur papæ.
Cap. 13. Excommunicãtur falſari litterarum papalium, & papæ reſeruatur abſolutio.
Cap. 14. Excommunicantur vtentes ſcienter falſis litteris papalibus.
Cap. 15. Excõmunicantur recipientes papales litteras ſeu bullas in curia non de manibus papæ vel deputati ad hoc.
Cap. 16. Excommunicantur corrigentes, apponentes vel remouentes aliquid de litteris papalibus, & papæ reſeruatur abſolutio.
Cap. 17. Excõicantur faciẽtes ſtatuta cõtra eccleſiaſticam libertatem & ſeruari ea facientes & ſcriptores eorum & officiales iudicantes ſecundum ea.
Cap. 18. Excommunicantur oẽs domini, prohibentes ſubditis ne faciant obſequia corporalia perſonis eccleſiaſticis.
Cap. 19. Excommunicantur vſurpantes patronatum de nouo in locis pijs, vel vſurpantes bona vacantium eccleſiarum.
Cap. 20. Excommunicantur cõpellentes prælatos & perſonas eccleſiaſticas ad ſubmittendum eccleſias vel eccleſiaſtica bona eis.
Cap. 21. Excõicantur concedentes repreſalias, & eis vtentes in clericos & bona clericorũ.
Cap. 22. Excõicantur grauantes perſonas eccleſiaſticas in ſe uel in ſuis pro eo q̃ voluerunt eligere eos pro quibus rogati erant.
Cap. 23. Excõicantur impedientes litigare in foro eccleſiaſtico, in cauſa q̃ de iure vel conſuetudine vel ex priuilegio pñt ibi tractari.
Cap. 24. Excommunicãtur domini & eorum officiales grauãtes aut licentiam grauandi dantes clericos vel ſuos cõſanguineos propter ſententias latas contra eos.
Cap. 25. Excõicantur exigentes vel exigere facientes pedagia vel gabellas a perſonis eccleſiaſticis pro rebus ſuis vel eccleſiarum.
Cap. 26. Excomunicant iponẽtes taliat vl collectas vl pſtantias clericis ſine licẽcia Pape.
Cap. 27. Excommunicantur extorquẽtes ab ſolutionem a cenſuris eccleſiaſticis p vim vel per metum.
Cap. 8. Excõmunicant cogẽtes nõ ſeruare interdictũ vel excommunicationẽ nõ vitari.
Cap. 29. Excommunicantur facientes ſtatuta quod vſuræ ſoluantur vel ſolutæ non reputentur, & iudicantes ſecundum ea.
Cap. 30. Excommunicantur deferentes arma vl ligna vl mercimonia ad Saracenos &c.
Cap. 31. Excommunicantur ſpoliantes romipetas & pirate, & Papę reſeruat abſolutio.
Cap. 32. Excõicantur participantes ſponte & ſcienter in diuinis cum excõicatis a Papa.
Cap. 33. Excõmunicantur ſephientes interdictos excõicatos vel publicos vſurarios.
Cap. 34. Excommunicantur contrahẽtes matrimoniũ ſcienter in gradibus prohibitis, vel ordinati in ſacris vel profeſſi in religionibus mares vel fœminæ.
Cap. 35. Excõmunicantur participantes ſciẽter excommunicato nominatim in crimine criminoſo.
Cap. 36. Excommunicantur facientes vel mãdantes aliquem interfici per aſſaſinos.
Cap. 37. Excommunicantur procuratores q̃ conſeruatores ſe intromittãt de aliis q̃ manifeſtis iniuriis ſcienter.
Cap. 38. Excommunicãt doctores qui admittunt ad lectionẽ legum reiligioſos ſine habitu, vel ad phificam.
Cap. 39. Excommunicantur magiſtri & ſcholares ſtudii Bononieſ. conducentes hoſpitia irrequiſitis inquilinis.
Cap. 40. Excommunicantur mittẽtes ſcripturã vel nuncium ſecreto alicui cardinaliũ dum ſit in conclaui pro electione Pape.
Cap. 41. Excõmunicãtur domini officiales rectores vbi fit electio Papæ ſi non ſeruãt cõſtitutionem. c. vbi periculum. lib. 6.
Cap. 42. Excõicãtur Beguinæ Begardi & aſſumentes vitam fraticellorum & eis fauẽtes.
Cap. 43. Excommunicantur ſumentes dignitatem ſenatoris vel aliud regimen vrbis ſine licentia Papæ.
Cap. 44. Excõmunicant impediẽtes viſitatores monialiũ i officio eorũ poſt monitionẽ.
Cap. 45. Excommunicantur fingentes caſum fraudulẽter, quo iudex mittat vel vadat p teſtimonio ad mulierem.
Cap. 46. Excommunicantur ingerentes ſe ad officiandum homines ad alterius linguæ irrequiſito dioceſano.

Cp.47.Excommunicantur absoluti ab excõ municatione in articulo necessitatis si postea cum possunt non se præsentant eis q̃ ordinarie debent absoluere.
Capitulum.48.Excommunicantur qui electus in papam paucioribus quam duabus partibus cardinalium se gerit pro Papa & qui eum recipiunt.
Cap.49.Excommunicantur clerici locantes domos vsurariis publiicis alienigenis ad excercendum publicum fænus.
Cap.50.Excommunicantur impedientes se questrum factum in certo casu.
Cap.51.Excommunicantur clerici & religiosi qui inducunt ad promittendum de mutatione vel non mutatione sepulturæ.
Cap.52.Excommunicantur clerici & religiosi audientes leges vel phisicam.
Cap.53.Excommunicantur religiosi professi dimittentes habitum temerarie vel euntes ad studia sine licentia suorum superiorũ.
Cap.54.Excommunicantur religiosi qui sine licentia plebani vel episcopi dant sacramẽta eucharistiæ vel vnctionis extremę aut solennizant matrimonium.
Cap.55.Excommunicantur religiosi retrahẽtes homines a solutione decimarum.
Cap.56.Excommunicantur religiosi non seruantes interdictum quod sciunt seruare matricem ecclesiam.
Cap.57.Excommunicantur religiosi non facientes conscientiam his qui confitentur eis de decimis certo modo.
Cap.58.Excommunicãtur monachi & canonici regulares qui non habentes administrationem cõferunt se ad curias principũ.
Cap.59.Excommunicantur tenẽtes arma in fra septa monasterii sine licẽtia prioris sui.
Cap.60.Excommunicantur fratres mendicãtes capientes loca noua ad habitãdum, vel mutant vel dimittunt iam recceta sine papę licentia.
Cap.61.Excõmunicantur religiosi, fouentes Beguinas in statu suo reprobo.
Cap.62.Excommunicantur fratres minores si admittant ad diuina tempore interdicti illos de tertio habitu sancti Francisci.
Cap.63.Excommunicantur omnes vtriusq; sexus qui peccatum fecerint vel aliquid p̃ miserint in curia pro gratia vel iustitia obtinendum.
Cap.64.Excommunicantur exenterantes & scindentes corpus defuncti & ossibus eius transferendis & Papæ absolutio reseruat.
Cap.65.Excommunicantur simoniaci in ordinibus beneficijs.
Cap.66.Excommunicantur non reuelantes simoniam quam nouerunt.
Cap.67.Excommunicantur dantes vel recipientes aliquid pro in ingressu monasterii.
Cap.68.Excommunicantur impugnante literas electi in Papam etiam ante suam coronationem.
Cap.69.Excommunicantur glosantes seu ponẽtes i scholis clemẽ. Exiui de paradiso.
Cap.70.Excommunicantur egredientes monasteria monialiũ prædicatorum & minorum in casu non concesso.
Cap.71.Excommunicantur fratres mendicãtes transeuntes ad ordinem monachalem sine licentia Papæ.
Cap.72.Processus annualis qui fit in curia in cęna domini quomodo excommunicãtur multa genera hominum.
Cap.73.De causa materiali.i.p̃p.quid sit ferenda excõmunicationis maioris sentẽtia.
Cap.74.De causa formali excommunicationis idest quomodo sit ferenda.
Cap.75.De causa efficienti excommunicationis idest quis possit excommunicare, & quis possit excommunicari.
Cap.76.De causa finali excommunicationis & effectibus ipsius.
Cap.77.De absolutione ab excommunicatione maiori quomodo fieri debet & a quo.

TITVLVS VIGESIMVS QVINTVS. De excommunicatione maiori.

Cap.1.Quomodo contrahatur excommunicatio minor, & in quibus casibus possit communicari excommunicatis absq; pecato aut incursione ipsius minoris excommunicationis.
Cap.2.In quibus casibus communicando cũ excommunicatis incurratur minor excommunicatio.
Cap.3.quòd non tenemur vitare excommunicatos, nisi fuerint denunciati.

TITVLVS VIGESIMVS SEXTVS. De interdicto ecclesiastico.

Capitulum primum. In quo conueniunt & differunt excõmunicatio, suspensio, & interdictum.
Cap.2.De interdicto generali & particulari, & in quibus casibus sit ponendum.
Capitulum.3.contra quem ferat interdictũ.
Cap.4.De effectu interdicti scilicet quomõ sit obser-

sit obseruãdum & a quibus sit abstinendũ.
Cap.5. De forma interdicti, scilicet quomodo ponatur & quomodo relaxetur.

TITVLVS VIGESIMVS SEPTIMVS.
De suspensione ecclesiastica siue iuris.

Capitulum primum. De triplici genere suspensionis.
Cap.2. Casus in quibus incurritur suspensio, & præcipue propter simoniam.
Cap.3. De suspensione propter fornicationem notoriam.
Cap.4. De suspensione in multis casibus.

TITVLVS VIGESIMVS OCTAVVS.
De irregularitate.

Cap.1. Quando cõtrahatur irregularitas propter indebitam executionem ordinum vel officiorum diuinorum.
Cap.2. De irregularitate propter homicidium vel mutilationem.
Cap.3. De irregularitate bigamiæ & quomodo octo modis contrahitur.
Capitulum 4. De irregularitate propter illegitimationem.
Cap.5. De irregularitate propter varia uitia corporum.
Capit.6. De irregularitate propter quosdam alios defectus.

TITVLVS VIGESIMVS NONVS.
De pœnis.

Cap.1. De multiplici genere pœnarum tam Dei quam fori ecclesiastici & ciuilis.
Cap.2. De multiplici visitatione Dei per pœnas in vita presenti & in purgatorio. Iuxta illud Deus vilitauit plebem suam.

TITVLVS TRIGESIMVS.
De Deo.

Cap.1. De multiplici nomine Dei sumpto per essentiã per adoptionem & per falsam çstimationem, ſm illud. Deus stetit in synagoga Deorum, in medio aũt Deos diiudicat.
Cap.2. De ipso Deo trino & vno. Iuxta primum per effectum humanæ çlicitatis effectum summæ deitatis, & secretum trinæ personalitatis, ſm illud prophetæ psal.67. Viderũt ingressus tuos Deus ingressos Dei mei regis mei qui est in sancto.
Cap.3. De beatitudine obiectiua & subiectiua hominis, scilicet in quo consistat.
Cap.4. De prima dote animæ, scilicet de visione Dei.
Cap.5. De secunda dote animæ, quæ dicitur electio seu tentio.
Cap.6. De tertia dote animæ, s. fruitione quæ est delectatio siue gaudium quod habent sancti de Deo viso & amato.
Cap.7. De quatuor dotibus corporum glorificatorum, videlicet claritate, impassibilitate, subtilitate, & agilitate correspondentibus quatuor virtutibus cardinalibus.
Cap.8. De aureolis in generali & speciali martyrum, doctorum, & virginum de fructibus caritatis in patria, & quemadmodum aureola differt ab aurea.

TITVLVS TRIGESIMVS PRIMVS.
De diuersis statibus compræhensorum.

Cap.1. Quòd Christus caput ecclesiæ & omnium hominum ſm diuersos gradus.
Cap.2. De quintuplici medio in quibus Iesus Christus operatus est salutem, puta diuinali, virginali, temporali, locali & virtuali. Iuxta illud psal.78. Deus rex noster operatus est salutem in medio terræ.
Cap.3. De laudibus & præconijs virginis Mariæ quantum ad sui singularem sublimitatem, virtualem probitatem, & priuilegiorum pluralitatem.
Cap.4. De multiplici misericordia quàm accepimus a Deo mediante virgine Maria. Puta salutationis per incarnationem, directionis per eius conuersationem, & subleuationis per interuentionem. Iuxta illud psal.47. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.
Cap.5. De angelis quantum ad sui dominium exaltatum, exercitium delectatum, & consortium associatum.
Cap.6. De numero & virtute angelorum, locutionibus & ministerijs eorum, & eorum quoad nos custodia.
Cap.7. De patriarchis & prophetis quomodo Christum figurarunt. Et de sancto Ioanne Baptista & eius commendatione.
Cap.8. De apostolis, quomodo sunt principes ecclesiæ, & quomodo dignificati sunt a Christo, secundum illud psal.46. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham quoniam dij fortes terrę vehementer eleuati sunt.
Capitulum 9. De martyribus, & multiplici martyrio

martyrio ac vtilitate eius. Et quid ad martyrium exigatur, secundum illud psal. 45. Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis.

Capitulum 10. De confessoribus in quadruplici genere scilicet pontificum, doctorum religiosorum & aliorum bonorum. Iuxta illud psalm. 88. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine, etenim veritatē tuam in ecclesia sanctorum.

TITVLVS TRIGESIMVSSECVNDVS
De pœna purgatorij.

Capitulum 1. De substantia purgatorij & duplici genere pœnarum, & si anima affligi possit pœna sensus.

Cap. 2. De suffragijs quibus a nobis iuuari possint. Iuxta illud ps. 22. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.

Explicit Tabula.

TERTIA PARS SVMMAE
B. ANTONINI ARCHIEPISCOPI FLORENTINI ORDINIS PRAEDICA.

IN QVA DICITVR DE OFFICIO CVIVSQVAE HOMINIS cuiuſcunq; conditionis, dignitatis, vel gradus. De omni deniq; arte atq; vſu viuendi. De eccleſiæ ſacramentis, cenſuris ac pœnis eccleſiaſticis. Quę pars de ſtatibus nuncupatur.

Titulus Primus.

DE STATV CONIVGATORVM.

De matrimonio. *Cap.* I.

BEATVS es & bene tibi erit. Vxor tua ſicut uitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui ſicut nouellę oliuarum. Pſalm. 127. dicit ſacroſanctum concilium vni uerſale eccleſiæ. Non ſolum virgines & continentes & viduæ, ſed etiam coniugatis per rectam fidem & bonam operationem Deo placentes, ad æternam mercētur beatitudinem peruenire. Extra de ſum. trin. & fi. ca. c. j. Fuerunt quidam dicti Datiani & Martiani qui dixerūt homines in ſtatu coniugali non poſſe ſaluari. ſed homini ab eccleſia pro hęreticis reprobati ſunt & condemnati. Cum enim Deus fuerit auctor & inſtitutor coniugii (vt patet Gene. 3.) dicere coniugium eſſe peccatum eſt aſſerere Deum auctorem peccati, ſed hoc eſt magna Dei blaſphemia. Omnes penè ſanctiſſimi viri veteris teſtamenti fuerunt coniugati. non ſolum Adam pater noſter, ſed Enoch tranſlatus in paradiſum terreſtrē. Noe qui præſeruatus fuit in diluuio. Illi tres patriarchæ glorioſi Abraham, Iſaac, & Iacob. Prudentiſſimus & ſanctiſſimus Ioſeph. Moyſes ille legiſlator qui Deum per eſſentiam videre meruit in hac uita. Cantor ſpirituſſancti Dauid. Propheta Ezechias qui fecit ſolem redire in cœlo decem lineis. Optimus ille Ioſias. Deniq; & ipſa domini mater Maria deſponſata fuit Ioſeph, non per hominem, ſed opere ſpirituſancti impregnata. Matth. 1. Quod enim in ea natum eſt, de ſpirituſancto eſt, ſemper uirgo permanens. Vt ſicut prima cauſa ruinæ humani generis fuit mulier Eua coniugata & tunc virgo, ſic etiam mulier eſſet cauſa noſtræ redemptionis & vitæ Maria deſponſata ſemper & uirgo. Sed & filius eius dominus noſter intereſſe uoluit nuptijs factis in Chana Galileæ (vt habetur Ioan. 2.) Eaſque miraculo primo conuerſionis aquæ in vinum conſecrauit, eas ex hoc approbans. Ipſe tamen quod perfectiſſimum eſt in genere caſtitatis elegit non coniugium contrahens: ſed virgo ſemper permanens. & Ioannem Euangeliſtam cuius dicuntur fuiſſe nuptiæ ad hoc prouexit, vt nondum conſummato matrimonio, virginitatem in æuum ſeruare. Ita enim decet coniugium bonum & licitum declarare, quod ſemper viduitas & virginitas ut melius præferatur. Vnde Auguſt. Nuptiarum bonum ſemper quidem bonum eſt. Quod bonum ſemper fuit in populo Dei. Sed aliquando fuit legis obſequium, nunc eſt infirmitatis remedium. In quibuſdam uero eſt humanitatis ſolacium. Filiorum quippe procreationi operam dare, non canino more per vſum promiſcuum ſęminarum, ſed ordine honeſto coniugali. nunc eſt in homine probandus affectus, & ipſum tamen laudabilibus tranſcendit & vincit cœleſtia cogitans animo Chriſtianus. Sed quoniā (ſicut ait dominus.) Non omnes capiunt verbum hoc. Qui poteſt capere capiat. Quæ ſe non continet nubat. quæ non cępit deliberaret. quę egreſſa eſt perſeueret. Nullo aduerſario detur occaſio. Nulla Chriſto ſubtrahat oblatio. hæc ille 27. q. 1.

Magr in 4. di. 26. cap. 4. & ibidem per Tho.

Mat. 19.

Nuptiarum. Non ſolum autem hic.ſ.ſtatum coningalem eſſe bonum de ſe & peruenire ad beatitudinẽ,ſed ét & qualiter ſit tenendus iſtę ſtatus vt ducat ad vitā, oſtendit pſalmiſta in prædictis verbis.Beatus es &c. Vbi tria notabimus. ¶Pręmium ultimatum ad quod quilibet anxiatur. ibi. Beatus es & bene tibi erit. ¶Coniugium immaculatum cui illud reſeruatur. ibi. vxor tuæ ſicut vitis.

¶Effectum deriuatum in quem iſtud ordinatur. ibi. Filij tui ſicut nouellæ.

QVANTVM Ad primum certum eſt q̃ vltimum præmium hominis eſt beatitudo & oīs mortalium cura &c.ad vnum beatitudinis finem nititur peruenire inquit Boe. de phil.conſola.& certe bene tibi erit.Quanta enim ibi fęlicitas vbi nullum bonum deerit, nullum malum aderit. Erit Deus oīa.ſ.bona in oībus(ait Aug.in vl.c.de ciui. Dei.lib.vlt.) Beatus ergo es nunc in ſpe.& bene tibi erit tibi in re. ſeruando ea quæ ſequuntur opera virtuoſa.¶Circa iſtud autem præmium beatitudinis, conſideratur triplex matrimonium ſpirituale figuratum per carnale.Primum eſt coniugium anagogicum ad quod terminatur.Secundum eſt cōiugium allegoricum per quod ipſum procuratur. Tertium eſt coniugium tropologicum per quod præmium adipiſcit. ¶Primum coniugiū naturale conſiſtit in coniunctione duarum perſonarum aio principaliter in amore coniugali indiuiſibili. Et iſtud eſt coniugium anagogicum.i.cęleſte modo ſpiritualiſſimo & puriſſimo. Ibi.n.in ſuperna patria aīa coniungitur Deo intellectu clare ipſum cognoſcendo ineffabiliter & affectu ardentiſſime eū diligendo inſeparabiliter. Vnde ſequitur ſumma fruitio & maximum gaudium quod vincit oēm mūdi delectationem. De multis ſanctis legimus q̃ rapti (non quidem ad claram Dei viſionem,ſed ad aliquam altiorem cognitionem diuinorum) & ita abſorpti ſunt in gaudium & conſolationem, q̃ non ſentiebant aliquod pęnale quod corpori inſligebatur.Nec curabant de cibo vel potu & hmōi oīa mundi faſtidiebant vt lutū,multomagis in cor hominis non aſcendit,immensum illud gaudium & pręmium quod aīa recipit & poſtea corpus ex coniunctione perfecta intellectus & affectus cum Deo in patria. De quo coniugio gaudent oēs angeli & ſancti amici ſponſæ. Vnde vt dicūt illud Apo.19. Gaudeamus & exultemus & demus gloriam ei,q̃m venerunt nuptię agni.ſ.Chriſti cū qualibet aīa bea.In veteri teſtō nondum venerant nulla aīa fruebatur Deo ſed Chriſto mortuo & aſcendente & aperiente ianuā. Apoc.19.Beati qui ad cęnā nuptiarū agni uocati ſunt. Quę figuratæ ſunt per nuptias Aſſueri regis,cū ſibi deſponſauit Heſter pulcherrimā, quæ interpretatur humilis. Nō.n.niſi per humilitatem ad eum peruenitur.Heſter 2.Deſpōſatio quidem huius coniugij ſupernalis fit hic in baptiſmo vel pnia per charitatē. Vnde Apoſt.2. Cor.11.Deſpondi vos vni viro.Et vtraq; frangi pōt,ſicut ſponſalitiū carnale. Nā per pctm̃ mortale frangit, ſed per pniam reintegratur. Vñ Hiere.3.dr. Si dimiſerit vir vxorē ſuā &c. Sed conſummatur in gloria,nec frangi poteſt. ¶Scām coniugium.ſ.allegoricū per qd̃ peruenitur ad præmiū cœleſte, eſt inter Chriſtum & eccleſiā celebratum, q̃ videlicet Dei filius aſſumpſit noſtrā humanitatē,cum verbū caro factum eſt & habitauit in nobis Ioan.j. Iſtud matrimonium initiatū fuit in patriarchis & prophetis. Vnde & Oſeæ 2.promiſit dicens. Deſponſabo te mihi in fide. Ratificatū in incarnatione in quo mediator fuit Archangelos Gabriel.& quaſi notarius exigens conſenſum virginis pro natura humana qd̃ vt facit dicēs. Fiat mihi ſm verbū tuum. ſubito verbū Dei vnitum eſt nrę humanitati inſolubiliter, ita vt nunq̃ alter alterū dimiſerit neq; verbū humanitatē,nec humanitas Dei verbū,nec ét in morte. Qd̃ & figuratum fuit in matrimonio Rebeccę quę per procuratorē Abrahæ Eliezer deſponſata eſt Iſaac,qui Chriſtum ſignificat, poſtq̃ expreſſit conſenſum ſuum Gen.24.nec alteram vnq̃ cognouit,ſed valde eam dilexit. Conſummatū fuit in cruce. Vnde ibi clamauit.Conſummatū eſt,qa ibi oſtēſa eſt pleniſſime dilectio eius, & per ſacra quæ ex ea habent virtutē perfecte vnita eſt eccleſia. Vnde & filij naſcuntur eccleſiæ.Vnde Apſs.Hoc aūt dico,ſ.coniugiū naturale magnū in Chriſto & eccleſia ſacrm. Ad cuius coniugij nuptias oēs vocantur,vt parabolice hr̄ Mat. 22.de rege qui fecit nuptias filio ſuo & vocauit multos. ¶Tertium coniugium eſt tropologicum ſeu morale. Et ſiue dicatur eſſe inter appetitū rationalem ſeu ſpiritū vt virum.& ſenſualitatem vt vxorem.quæ frequenter contrariantur adinuicem,quia vt dr̄ ad Gal.6.Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſicut mulier contrariatur viro,debet tamen ſenſualitas ſubijci viro.i.ſpiritui, ſecundum illud Gen.3. Sub viri poteſtate eris,& ipſę dominabitur tui.De hoc magiſter in 2.ſent. Vel etiam matrimonium morale dicatur inter intellectum & ſapientiam ſumendo ſapientiam pro vera noticia cum rectitudine vitæ, prout ſumunt Stoyci.

Coll.3.

Matrimoniū triplex.

Vide Th.2.2. q.c.22. art.8.

Ioā.19.

Eph.5.

diſt.24. c.4.

&

& ẽt ſcriptura ſacra in libris ſapientialibus frequenter. Vñ Sap. viij. dicta ſapiẽs. Hãc. ſ. ſapientiam amaui & exquiſiui a iuuentute mea & quæſiui mihi ſpõſam aſſumere & amator, factus ſum formæ illius, ex hac generantur filii bonorum operum q̃ plures. Et figuratur p deſponſationem Rachel factam Iacob. quæ erat virgo pulcherrima & aſpectu venuſta, & hoc ad fontem aquarum, quia maxime ad lectionem ſacrarum litterarum. Gen. 29. ¶ Poteſt et iam adaptari ad religionem quamlibet vt ipſa dicatur vxor, & ingreſſus maritus eĩ⁹. Aut etiam ad eccleſiam quamlibet, cuius ſponſus dicitur prælatus, quæ alteri viro. i. præſato adhærere non poteſt, niſi eo mortuo per aliquem modum, nec ipſæ alteri eccleſiæ adherere ſine debita licentia. xxi. q. 1. Clericus. Et ut dicitur extra de transla. Inter corporalia non humana poteſtate ſed diuina coniugium ſpirituale diſſoluitur, ibi vide. Omnia hęc coniugia deſignat coniugium naturale. Sed vlti mum. ſ. inter animum & virtutem quilibet dum in ſe reperire & ſic beatus, & bñ tibi erit.

QVANTVM ad ſecundum ſcilicet de coniugio naturali ſeu carnali, quale eſſe debeat, innuit pſalmiſta cum ſubdit. Vxor tua &c. Dicit Apoſtolus ad Heb. xiij. Honorabile cõnubium & thorus immaculatus. Fornicatores autem & adulteros iudicabit Deus. q. d. tunc ſtatus coniugalis eſt in honore corã Deo & hominibus, quãdo thorus immaculatus. i. fidem alter alteri ſeruat, vitando adulteria & alias corruptelas quas Deus iudicat ad mortem æternam. Vnde dicit vxor tua, ut ſit tibi ſoli, & tu ei econuerſo. Sed vtrum ſapienti conueniat ſumere vxorem, etiam a philoſophus diſputatum eſt. Et quamuis melius ſit extra coniugium eſſe ſi caſte viuatur. tamen ſi nupſerit virgo non peccat, inquit Apoſtolus. i. Corin. vij. Vir uel mulier. Et melius eſt nubere quam uri, aĩt idem Apoſtolus. Et eſt comparatio abuſiua, quia nubere non eſt malum, ſed uri, ſequendo illicitas corruptelas malum & damnabile eſt. Sit ergo tibi vxor, ſed vxor tua ſicut vitis, &c. ¶ Vbi tria nota circa matrimonium carnalem ad hoc ut beatus ſis, & bene tibi erit.

Infra. §. iij. in fi.

¶ Vt ab impedimentis matrimonii vtraq; p ſona ſit libera. ibi Vxor.

¶ Vt uiri anima ſi Dei timida. ibi. tua.

¶ Vt mulieris uita ſit bonorum fęcunda. ibi ſicut uitis.

QVANTVM ad primum huius ſecundæ partis, ut aliqua tibi ſit vxor, vel aliqs ſit tibi vir oportet q̃ ſit libera ab impedimẽtis quę dirimunt matrimonium, & tunc erit vxor tua. Nam ſi aliquod de ipſis habere non eſſet vxor ſed concubina. Et iſta impedimenta ſunt duodecim, quæ in his verſibus continentur. Error, conditio, votum, cognatio, crimen. Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamẽ, honeſtas. Si ſis affinis, ſi forte coire neqbis. Hæc ſociãda vetant cõnubia facta retractant. Hæc diffuſe tractantur a theologis & canoniſtis ſcẽm doctrinam magiſtri Senten. in iiij. & Gratiani in decretis. Sed omiſſis multis quæſtionibus quę circa hæc fiunt breuiſſime ſubſtantiam tãgemus. ¶ Primo ergo oportet quod in matrimonio vt teneat, non ſit error naturalis circa perſonam cum qua contrahitur. Nam ſiquis intendat contrahere, & hoc exprimat cum Berta filia Ioannis & ibi præſentatur alia quam ſit illa, & in eam aſſerit ſe aſſentire in coniugem vt Bertam, illa non eſt ſibi vxor, quia non intendit de ea. Sed ſi eſſet alius error fortunæ vel qualitatis, puta quia Bertam ęſtimabat eſſe diuitem & eſt pauper, vel tunc bonam & eſt mala mulier, iſtud non diſſoluit matrimoniũ, ſiue talis error ſit in viro erga vxorem ducendam ſiue in muliere & conſanguineis eius erga maritum. Et ideo debes prius veritatem circa huiuſmodi diligenter inquirere ne erres, quia non poteris pænitere. ¶ Secundum impedimentũ eſt conditio. ſ. ſeruilis. Nã qui intendit contrahere cum perſona libera, & ut in pſonam liberã, conſenſum exprimit, reperto q̃ ſit ſerua cuiuſdam, non obligatur, ſed poteſt illam dimittere & aliam ſumere. Etiã põt eſſe matrimonium ſi errore cõperto vult in illam conſentire. Nam & ſeruus cum ſerua, & liber cum ſerua, & ſeruus cum libera põt cõtrahere, & tenet matrimoniũ, dũmodo ſciatur cõditio ſeruilis. ¶ Tertium impedimẽtum dicitur votum, & intelligitur de voto profeſſionis in religionem tacito vel expreſſo, cum tali perſona habente illud votum non põt eſſe matrimonium, etiam ſi eſſet conſummatũ, nullum eẽt, & ſeparari oporteret. Verum ẽt qui emiſiſſet votũ ſimplex caſtitatis vel religiõis (, put plures aliq̃ faciunt (quamuis nõ intraret religionẽ, nõ põt contrahere mrimoniũ, niſi cũ pctõ mortali, & dãnatione aĩæ ſuæ, quia frangit uotũ ſuum. Etiã ſi ſuper hoc contrahat nõ põt exigere debitũ coniugale a cõſorte abſq; pctõ mortali niſi cum eo diſpẽſetur, reddere tamẽ alteri tenetur. ¶ Quartum impedimẽtũ dẽ cognatio. i. parentela quę eſt triplex, naturalis, ſpũalis, & legalis, Conſanguineus non poteſt hre in vxorem conſanguineam vſq; ad quartũ gradũ conſanguinitatis. Et linea tranſuerſali.

Duodecim matrimonij impedimenta di. xx. vj &c. xxv. ij. cã & pluribus ſequẽtibus.

De hoc xxix. q. prima.

xxix. q. ſecunda

Xxvij. q. j.

sali. duo germani seu frater & soror dicuntur carnales in primo gradu, filii eorum in secũdo gradu. qui dicuntur cognati seu consobrini. Et filii consobrinorum in tertio gradu. Transacto igitur isto gradu potest fieri matrimonium & non prius. nisi per dispensationem papæ. In parentela spũali quæ cõtrahitur in baptismo & crismatis sacro. inter eũ qui tenet & eũ qui tenet, non põt esse mrimonium. nec inter cõpatrẽ & cõmatrẽ. nec inter eũ qui tẽtus est. & filios eius qui tenuit. cũ sint frẽs spũales. In legali ẽt cognatiõe iter filiã adoptiuã & adoptãtẽ non põt esse mrimonium. Multa oportet dicere ad pleniorem declarationẽ q̃ ob breuitatem dimitto. ¶ Quintum impedimẽtum dr̃ crimẽ. Vbi notandũ q̃ duo sunt crimina q̃ dirimunt mrimonium ẽt si esset cõsummatum. Vnũ est homicidium non quodcunq; sed cum quis occidit gladio uel veneno maritum alicuius propter hoc vt eam hẽat in vxorem. & ecõtra cum mulier occidit procurat vxorẽ alicuius vt hẽat eum virum vel cum occidit virum suum vt habeat alium eo cõsentiente. Aliud crimẽ est adulteriũ cũ videlicet vir vel mulier cõmittit cũ aliquo. vel aliqua dans ei fidem q̃ mortua cõiuge sumet illũ vel illam in coniugẽ cũ qua cõmisit adulteriũ. ¶ Sextum impedimẽtũ est disparitas cultus. i. diuersitas fidei. Nã cum iudeo vel pagano non põt Christianus vel Chriana contrahere matrimoniũ. & si fecerit. nõ tenet. quinimo grauissime punit̃ sm legẽ ciuilem & canonicam si iudeus cũ Christiana aut Christianus cum iudea adinuicẽ carnal̃r cõmiscent extra matrimonium. Sed & cũ hæreticis debet q̃libet cauere ne contrahat matrimoniũ ne simul ac ipsę efficiatur hæreticus. ¶ Septimum dr̃ uis i. violentia. Matrimonia dñt esse libera, dicit lex. Vñ nõ solũ violẽtia absoluta facit matrimonium nullum esse, sed etiam coactio cõditionata. si sit facta per metum qui cadat in constantem virũ. puta cum puella acriter uerberatur a parentibus vt assentiat in aliquem coniugem. & illa vt euitet verbera uerbis assentit animo dissentiens. Vel siquis iuuenis in ueniatur in domo puellę vt cognosceret eam. & a consanguineis eius inuenientibus eũ comminatur ei mors si non contrahat cum illa per verba de p̃nti. ille vero vt euadat periculum, verbis non intentione assentit. non est matrimonium. deberet tñ assentire ad tollẽdum scãdalum. exquo iniuriam facit nisi aliud obstet. ¶ Octauum impedimentum dicitur ordo. s. sacer. Nam qui est ordinatus in subdiaconum & supra. non potest contrahere matrimonium & si de facto contrahit nullũ est. & est excomunicatus. quę aũt contrahit cum tali ignorans illum esse ordinatum & in sacris. excusatur ipsa a peccato dum in ea est ignorantia facti, sed q̃ primum scit certitudinaliter tunc dẽt eum dimittere, Et idem intelligitur de quolibet contrahente cum ea cũ qua non põt cõtrahere. vt quia est consanguinea vel affinis vel religiosa persona. Quousq; ignorat factũ excusatur a pcto, non aũt postq̃ nouit. sed dimittere dẽt talem. ¶ Nonũ impedimẽtũ dr̃ ligamen. cũ. s. est alteri ligatus cõiugio. & si est alligatus per spõsalia tm̃. non dẽt cũ alio contrahere nisi in certis casibus & cũ debito mõ. alias peccant mortaliter tam ille q̃ dissoluit tale mrimoniũ. quã oẽs qui ad hoc cooperãtur. Si ãt ẽ obligatus p̃uerba de p̃nti, nullo casu p̃t alteri tradi vtroq; viuente. siue ille efficiat infirmus. siue ꝓfugus a loco & nil de eo sciat quousq, nosc̃itur sufficienter de morte eius nõ põt nubere alteri. Et in hoc offendunt plerũq, cõsanguinei dũ plus attendunt ad honorem mũdi q̃ ad p̃ceptũ Dei & salutẽ aiæ. Contingit. n. aliq̃n vt puella contrahat per verba de p̃nti cũ aliquo ignorantib. parentibus, qđ vtiq; inhonestum est & prohibitum ab ecclesia ꝓpter pericula q̃ inde eueniũt. vt appellet hmõi adulteria vñ elt graue pctm̃ mortale. Cum vero postea veniũt ad notitiam pentum tali nullo mõ volunt assentire. reputãtes sibi dedec⁹ & iniuriã. & tradũt eã alteri. Sed certe secũda nõ est vxor, sed adultera & cõcubina. nec illa dẽt eis assentire Quãuis. n. malefecerit claudestine se despõsando peius ad huc faceret alium sumendo. ¶ Decimũ ipedimẽtũ dr̃ honestas siue publicæ honestatis iustitia. Et hoc intelligitur qđ eũ aliq̃s cõtraxerit ẽt spõsalia cũ aliqua & non sequitur matrimonium sed dissoluitur id per mortem siue per ingressum religionis siue per alium modũ voluntarium siue inuitũ, ille non põt cõtrahere matrimonium cũ aliqua cõsanguinea illius vsq; ad quartũ gradũ inclusiue. Et similiter illa despõsata nõ ꝑt cõtrahere matrimoniũ cũ aliquo cõsanguineo eius q̃ fuit sibi spõsus vsq; ad quartum gradũ. ¶ Vndecimũ impedimẽtũ est affinitas. hæc contrahitur ex copula carnali cum muliere. Nam cum quis contrahit matrimonium cum Berta, puta Petrus omnes consanguinei Petri vsq; ad quartum gradum efficiuntur affines Bertę. & in eo gradu in quo sunt consanguinei Petro. Nullus ergo eorum: mortuo Petro. potest eam ducere in vxorem. Et econtra omnes consanguinei Bertæ sunt affines Petro. Vnde mortua Berta nullam consanguineam eius usque ad quartum gradum poterit Petrus habere in vxorem. Et hic nota

dili-

diligenter q̄ ſm doc. fere oīs affinitas contrahitur ēt per fornicationē. Vñ nullā conſanguineā eius quā quis cognouit carnaliter p adulterium vel fornicationē vel inceſtū ſeu ſacri legium poterit habere in vxorē vſq; ad quartum gradū. Etſi cōtrahitur cum tali, nullum eſt matrimonium, ſed oportet q̄ diſſoluatur vel ſaltē p Papā diſpenſetur. ¶ Duodecimum & vltimum impedimentum dr̄ impotentia, cū. ſ. quis propter maleficiū, vel propter aliud naturale impedimentū non pōt exercere actū coniugalem, de quo non oportet ꝑ nunc aliter explicare. Si cū tali eſſet cōtractū hebet iudicium eccleſię examinare materiā. Et nō ſolum in iſto ſed in omni alio caſu dubio & qōne matrimonij habet eccleſia iudicare, nō iudex ſecularis. Ab his ergo impedimentis oportet virum eſſe liberum, etiam mulierē vt ſit vxor tua &c. Et de his impedimentis habes diffusè in c. ſe. ¶ Sed vtrum ſapiēti ducenda ſit vxor.

Quod ſapienti vxor nō eſt ducēda.

Hiero. 2. lib. contra Iouinianum dicit hāc qōnē motā in libro quē fecit Theophraſtus Aureolus, de nuptiis qui fuit diſcipulus Ariſtotelis, deſignatus ab eo in morte ꝑcipuus ſuper oēs alios diſcipulos ſuos. Ad quem vt ad principaliorem ſeu ſapientiorem defuncto Ariſtotele conuolauit academia. Hic igitur in dicta quæſtione cum diffiniuiſſet. Si pulchra eſſet mulier, ſi bene morigerata, ſi honeſtis parentibus nata, ſi ipſæ ſanus & diues, ſic ſapientem aliquādo inire matrimonium debere ſtatim intulit. Hæc raro in nuptiis vniuerſa concordant. Non eſt igitur ſapienti ducenda vxor. Primum igitur impediri ſtudia philoſophiæ, nec poſſe quēquam libris & vxori pariter inſeruire. Multaq; eſſe quæ matronarū vſibus neceſſaria ſunt prætioſe veſtes, aurum, gemme ſumptus, ancillæ, varia ſuppellex, lecticę, & exedra deaurata. Deinde per totas noctes garrulæ, conqueſtiones, illa ornatior procedit in publicum, hæc honoratur ab omnibus, ego in conuentu fœminarum miſella deſpicior. Quid aſpiciebas vicinam, quid cum ancilla loquebaris de foro veniēs quid attuliſti? Non amicum habere poſſumus non ſodalem, alterius amorem ſuum odium ſuſpicatur. Si doctiſſimus præceptor in qualibet vrbium fertur, nec vxorem relinquere nec cum ſarcina ire poſſumus. Pauperem alere difficile eſt, diuitem ferre tormentum. Adde quòd nulla eſt vxoris electio, ſed qualiſcunque venerit eſt habēda. Si iracunda, ſi fatua, ſi deformis, ſi ſuperba, ſi fœtida, quodcunque eſt poſt nuptias diſcimus. Equus, aſinus, bos, canis, & viliſſima mancipia probantur prius, & ſic emuntur, ſola vxor non oſtenditur, ne ante diſpliceat quā ducatur. Si totam domum ei commiſeris, ſeruiendum eſt, ſi aliquid tuo arbitrio reſeruaueris, fidem ſibi haberi non putabit, & in odium vertetur & iurgia, & niſi cito conſuleris, anus venena parabit. Aurifices & inſtitores gēmarum, ſericarumque veſtium, ſi intromiſceris, periculum pudicitiæ eſt, ſi prohibueris ſuſpitionis iniuria. Verum quid prodeſt diligens cuſtodia, cum vxor impudica ſeruari non poſſit, pudica non debeat? Infida enim cuſtos caſtitatis eſt neceſſitas. Et illa vere pudica eſt dicenda, cui licuit precari, ſed noluit. Pulchra facile adamatur, ſed facile contennitur. Difficile eſt cuſtodire quod plures amant, moleſtum eſt poſſidere quod nullus hr̄e vel amare dignatur. Minori tamen miſeria deformis habetur, quā formoſa ſeruatur. Nihil enim tutum eſt in quo totius populis vota ſuſpirant. Quod ſi propter diſpenſationē domus & languoris ſolacia, & fugā ſolitudinis ducātur vxores, multo itaque melius ſeruus fidelis diſpenſabit auctoritati dñi obediens, & eius diſpenſationi obtēperans q̄ vxor, que in eo ſe extimat dñam ſi cōtra viri faciat volūtatē. Aſſidere ęgrotanti melius pñt amici & vernule bñficij obligati, q̄ illa que nobis ꝑputet lachrimas ſuas, & hereditatis ſpeuēdat illuuiē & ſolicitudinē iactās, languentis animum deſperatione conturbet. Quod ſi ipſa languerit coegrotandum eſt & nunq̄ ex eius lectulo recedendū aut ſi bona fuerit vxor & ſuauis (quod tñ raro aut vix eſt) cum parturiēte oportet gemere, & cū periclitate torqueri. Sapiēs aūt nunq̄ ſolus eſſe pōt, hēt ſecū oēs qui ſunt quiq; vnq̄ fuerūt boni, & animū liberum quocūq; vult trāsfert, qđque corpore non pōt cogitatione cōplectitur. Et ſi hoium copia defuerit, loqtur cū Deo, nunq̄ minus ſolus erit q̄ cū ſolus fuerit. Porro liberorū cā vxorem ducere, vt vel nomē nr̄m nō intereat vel habeamus ꝓſidia ſenectutis, & vt certis hæredū vtamur auxiliis ſtolidiſſimū eſt. Quid. n. ad nos recedentes e mundo pertinet ſi noīe nr̄o alius non vocetur, cū & filius non ſtatim patris vocabulum referat, & innumerabiles ſint qui eo dē noīe nūcupentur? Er que ſenectutis auxilia ſunt, nutriri domi illum qui aut prior forte moriatur aut peruerſiſſimis moribus ſit, aut certe cū ad maturā ætatē venerit tarde ei mori videaris? Et concludit Hieron. hæc & huiuſ modi Theophraſtus diſſerens quē chriſtiano rū non ſuſſundat, quorum cōuerſatio in cælis eſt. Quod aūt dictū eſt, ſcilicet vt nō ducatur vxor a ſapiēte propter prædictas ca uſas, intelligēdum eſt ſi caſte viuat. Nam alias vt dicit Phil. 3.

Apostolus prima Corin. 7. Melius est nubere quam vri.i. cadere in damnabiles corruptelas.

Qualis debet ese maritus.

¶ Quantū ad secundum secundę partis principalis.s. qualis debet esse maritus hoc potest elici ex hoc quòd dicitur. Tua idest tui. Et refertur ad id quod dixerat in principio illius ps sci licet. Beati oēs qui timent dominū, qui ambulant in viis eius. Labores manuū tuarum quia manducabis &c. sequitur. Vxor tua sicut vitis abundās, qui es de numero eorum qui timent dominum &c. In quibus verbis notantur tria quæ debent esse in bono marito. ¶ Vt in interioribus sit timorosus. ibi. Beati omnes qui timent dominum.

¶ Vt in operibus sit virtuosus, ibi. qui ambulabunt in vijs eius.

¶ Vt in laboribus sit studiosus, ibi. Labores manuum tuarum.

¶ Primo bonus maritus debet esse timorosus, certum est quòd scriptura sacra beatum asserit qui Deum timet. Prouerbio. 28. Beatus vir qui semper est pauidus. Nam vt dicitur Eccle. 1. Timor domini expellit peccatū. Per hoc enim quòd quis timet iudicia Dei & pœnas in præsenti vel in futuro peccatis reseruatas, penitentiam agit de peccato ne incidat in eas Psal. 118. A iudiciis tuis timui. Ex hoc etiam quòd quis timet perdere gratiam & amicitiam Dei, quæ non perditur nisi per peccatum abstinet se ab illo ne committat. Prouerbio. 15. Per timorem domini omnis declinat a malo. Et cum considerat quis quòd Deus semper inspicit opera eius, timet ne inueniatur in eis piger & negligens. Eccle. 7. Qui Deum timet, nihil negligit. Debet ergo vir habere istum timorem domini, & cum eo nuptias & coniugium exercere. Vnde & de sancto iuuene Thobia & vxore eius Sarra scribitur Thobiæ. 8. quòd nuptiarum conuiuium cum timore domini exercebat. Et ad hoc instruxit eum angelus Raphael dicens. Accipies virginem scilicet. Sarram cum timore domini amore filiorum magis quàm libidine ductus. Thobiæ. 6. declarans sibi quòd septem alii mariti quos illa sacra virgo habuerat, ideo suffocati sunt a diabolo cum accesserunt ad eam quia non cum timore domini, sed vt libidini solum vacarēt, sicut equus & mulus quibus non est intellectus, intendebant exercere coniugium. Et in his habet potestatem demonium semper, quo ad animam occidendi, aliquando etiam quo ad corpus nocendi per maleficia & actus inordinatos. Omnis adulter est in vxorem suam amator ardentior inquit Sextus Pitagoricus. 32. q. 4. Origo. ¶ Secundo debet esse in operibus virtuosus & per hoc ambulat in viis eius. Viæ enim quibus igitur ad dominum sunt opera virtutum castitatis, charitatis, æquitatis, & huiusmodi. Ambulet ergo maritus p viam castitatis coniugalis, seruando illud Thobiæ. 4 Attende tibi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. Antequam sumas vxorem ab omni actu carnali necesse est te abstinere, alias fornicationem incurres quæ est soluti cum soluta & peccatum mortale & damnationem æternam non euades, teste Apostolo. Neque fornicatores regnum Dei consequentur. 1. Cor. 6. qđ multi fatui non credunt. Sed hęreticus esset qui pertinaciter affirmaret fornicationē non esse mortale. Postquam autem accepisti vxorē ambula per viam castitatis coniugalis, seruando illi fidem mente & corpore nō accedēdo ad alias, quia adulterum esset & crimen graue & contra diuinum sacramentum. Mirabile est quòd viri omnino volunt vxores esse castas, nec ad alium aspicere virum, & quando in honeste se habent, ad maximam iniuriam sibi ascribunt & merito quia inducit sibi talis maximam verecundiam & confusionem. Nam mulier adultera est opprobrium totius parentelæ detestabilis & abominabilis coram Deo & toto mundo, digna igne temporali & ęterno. Sed ipsis maritis videtur sibi licere omnem in honestatem exercere, nullam fidem seruantes vxoribus. Et certe cum viri excellant communiter in vigore rōnis mulieres, non minus peccant: sed grauius viri adulteri quam mulieres adultere, & ita digni igne æterno & per excomunicationem puniendi ab ecclesia cum ad iudicium adducuntur adulteri sicut adulteræ. Et multo magis sodomitæ & incæstuosi, & nō contenti vxoribus suis, cremandi sunt igne temporali & ab omnibus detestandi. Amb. Nemo sibi blandiatur de legibus, quod non licet mulieri, non licet viro. 32. q. 4. Nemo. Licèt enim leges sæculi non puniant ita maritos cum solutis se miscentes sicut adulteras mulieres, tamen lex Dei & ecclesiæ ęqualiter punit. Ambulet secundo vir per viam charitatis vt diligat vxorem, non solum secundum carnem, sed magis secundum spiritum prout admonet Apostolus dicens. Viri diligite vxores vestras, sicut Xps dilexit ecclesiam scilicet sponsam suam. Dilexit vtique non vt esset pulchra corpore, sed virtute & mente admonens & corrigens eam frequenter. Cum ergo perpendit vir vxorem esse vanam, se purpurissa & cerusa linientem, debet eam reprehendere, si audit eam nimis loquacem & verba irrationabilia

Tho. in sum. cōtra gen. lib. 3. ca. 122. & i quoli. in q. 5. ar. 2.

quen-

loquentem, vt faciunt, & præcipue cum sunt iratæ, reprehendat (vt egit sanctus Iob) vxorem suam dicens, quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Iob. 1. & sic de aliis vitiis. Ambulet etiam vir in viis domini scilicet æquitatis & iustitiæ, vt habet eam non vt ancillam quia de pedibus eius non est formata, nec vt dominam suam quia nec de capite, sed vt sociam & sororem. Nam de medio eius, ideſt de
Gen. 2. costa pectoris Adæ, formata est Eua. Genesi. 2. Prouideat ergo docenter secundum statum suũ in necessariis, victus vestitus, & familie. Est enim caro de carne sua, vt ait Adam. Nemo autem vnquam carnem suam odio habuit, sed
Ephe. 5. nutrit & fouet eam (ait Apostolus.) Non eam sine causa verbis exasperat, aut despiciat, aut verbis maleficis & contumeliosis afficiat vel in honestis. Et licèt in gubernando domum vir sit superior, tamen in debito coniugali sunt æquales. 1. Corin. 7. Vir vxori debitum reddat, & vxor viro, salua tamen semper omni honestate, & exclusis bestialitatibus hominum. Tertio debet vir esse studiosus in labore Homo. n. nascitur ad laborem. Iob. 5. Et primo marito fuit dictum. In sudore vultus tui vescēris pane tuo Genes. 3. Et hoc est quod subdit Psal. 127. Labores manuum tuarum quia manducabis ideſt ex labore tuo procurabis tibi ad manducandum & familiæ tuæ. Debet ergo vir facere aliquod exercitium corporale licitum vnde lucretur pro vita sua. Non tamen sumat exercitium vnde vsuras exerceat vel fraudes & mendacia, quia potius erit furtum quàm lucrum.
Ephe. 4. Qui furabatur (ait Apostolus,) iam non furetur, magis autem laboret manibus suis vt habeat vnde tribuat necessitatē patienti. Cum ergo audierit mulier quæ maritum quærit virum talem secure illum accipiat, quia quietè viuet, & bene sibi erit.

¶ Quantum ad tertium secundæ partis principalis. s. qualis debeat esse vxor notatē cum dicitur. Sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. s. erit vxor. Vbi sciendum quod vxor (vt dicitur in catholicon) dicitur quasi vxor, quia antiquitus puellæ nubentes inungebantē suaui & odorifera vnctione. Vnctio designat lenitatem, odor bonā famam, quæ debet esse in vxore. Debet enim esse lenis & mitis consolans virum in afflictionibus suis & bonæ famæ. Et ad
Qualis debet eē vxor. hoc vt sit bona vxor, & bene tibi sit ex ea oportet ꝙ habeat tres conditiones.

¶ Vt habeat in moribus humilitatem, & sic erit vitis.

¶ Vt habeat in actibus bonis fertilitatem, & sic erit abundans.

¶ Vt habeat in egressibus raritatem, & sic erit in lateribus domus tuę. Assimilatur bona vxor viti. Dicitur enim sicut vitis per humilitatem. Quia sicut vitis ex se tendit ad terram, nec ascendit sicut aliæ arbores, ita vxor debet esse humilis intelligens se terram esse. Sit humilis in aspectu vt non erigat ceruicem vel oculos super homines. Humilis in vestitu, vt non portet vestes cum longa cauda & varios ornatus. Apostolus. 1. Thimo. 2. Ornantes se non in tortis crinibus, nec in veste preciosa auri & argenti & margaritis, sed in sobrietatem, cooperiēdo non solum collum & pectus, sed & caput. In affatu vt loquatur parum non contendendo & verbis marito respondendo cum est iuratus, sed se humiliando. Vasthi regina propter suam superbiam, quia noluit obedire Assuero regi marito suo quando misit pro ea, repulsa est a coniugio eius & regno, vt habeē Gen. 18.
Hester. 1. Debet ergo vxor viro obedire in omnibus licitis & honestis & eum reuereri. Sic Sarra reuerebatur Abraham virum suum vocans dominum. Vnde dicit Petrus in canonica sua. 1. Petri. 3. c. Mulieres subditę sint viris suis. Debet secundo esse fertilis in fructibus vt sit vitis abundans, et dicere valeat illud Eccle. 24. Ego quasi vitis fructificaui. Et facere quidem fructum filiorum & abundare in eis, hoc est in voluntate Dei. Vnde si habet puerum. laudet Deum, si non habet oret Deum. Et si vult etiam adijciat votum, vt fecit Anna vxor Helchanæ quæ obtinuit filium Samuelem. 1. Reg. 1. Si non exauditur, non contristetur, ex quo Deo non placet. Nec vir propter hoc eam exosam habeat, multi filii sunt causa dannationis. Sed semper fructificet & abundans sit in fructibus bonorum operum vt similis sit ille sanctissimæ & nobili sponsæ, de qua ait Salo. Prouerbio. 31. Mulierem fortem quis inueniet? &c. Manus suam misit ad fortia & digiti eius apprehenderunt fusum, manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperes. Mittat ergo manum operis ad fortia ideſt ad ea quæ sunt dificilia & magnæ importantię cum expedit sicut fecit regina Hester, quę pro liberatione populi sui a morte post orationes & ieiunia & mortificationem humiliationis, accessit non vocata ad regem Assuerū maritum suū exponens se in hoc periculo mortis, ꝙa sic erat statutū quòd quicunque ad ipsum regem accederet non vocatus occideretur nisi rex subito sceptro suo eum tetigisset in signum clementiæ, & per hoc reuocauit sententiam illam iniustè datam a rege contra populum, vt patet in libro Hester. Sic etiam fecit

Rebecca q̃ prudentissime operata est vt Iacob filius eius obtineret benedictionem paternam, & ius primogenituræ quã cognouit a Deo sibi collatã, ac ẽt viro suo Isaac persuasit vt ipsum Iacob filiũ eorum mitteret in Mesopotamiam ad tempus vt daret locum iræ fratris sui. Gene. 27. Operara est prudenter, & Abigail portans munera magna ad Dauid & socios, ad mitigandum iram suam contra Nabal virum suum quem disposuerat occidere propter verba iniuriosa dicta nunciis suis. i. Re. 25. Operata est & vtiliter Rachel vxor Iacob recedens a patre suo Laban iniusto, sine notitia eius & furans ei Idola sua ne Idola adoraret vlterius & ab scondit sub stramentis super quibus sedebat ne ea reperiret pater suus tabernaculum vbi manebant perquires, ne vir suus Iacob de furto argueretur. Gen. 31. In similibus ergo manum operis mittat ad forria, sustinens potuis infamiam & mortem quam fidem frangat, adulterium committens, vt fecit Susanna erga illos iniquos senes. Dan. 13. Et si vir infirmetur etiam grauissime & toto tempore vitæ suæ & de prosperitate deueniat ad miseriam, fortiter operetur eum iuuando ei deuote seruiendo cum eo incommoda sustinẽdo, sicut fecit Anna vxor Tobię senioris, cum cæcum factum & pauperẽ nõ derelinquens, sed de suo labore texendo sustentans, vt Tob. 2. patet. Sed & digiti eius appræhendant fusum. i. non dedignet ẽt humilia & vilia facere quæcunq; oportet, vt nere, quoque re, domum mundare & hmõi. Et de Octauiano & Carolo Magno legitur q̃ filias suas docuerunt facere opere lanifico se exercere ne ociose essent. Etiam filios cũ habet & põt ẽt si diues sit ablactare debet. Repræhendit Grego. Mulieres que cum possint nõ lactant proprios filios sed dant aliis ad nutriendum, quæ nutrices cum frequenter sint ebriosæ, discolæ & luxuriosæ, qui nutriuntur ab eis lacte imbibunt mores earũ. Debet demum extẽdere manum ad pauperes facere eis eleemosinam, solent viri dimittere vxoribus suis, quòd facere debent secundum facultatẽ. Notabiliter tñ dare nõ dñt eleemosinas sine consensu virorũ. Tertio debet esse rara in discurrẽdo extra domũ. Nã dicit in lateribus domus. s. sit vxor, non dicit in plateis ad tripudiandũ, in ostio domus ad fabulandũ vel murmurandum, in fenestra ad procandũ sed in lateribus domus tuę, intra domũ nunc in vno latere seu loco, nunc in alio aliquando in camera ad orandum, aliqñ in solario ad ornandũ, aliquando in coquina ad prouidendũ & hmõi. Dicit bea. Ambrosi. de gloriosa virgine desponsata Ioseph. Prodire de domo nescia, nisi cũ ad ecclesiã veniret & hoc cum lex mandabat, sed & tũc nõ sola, sed cũ coniuge suo sociata ibat ad tẽplũ in festo & cũ filio, vt scribit Luc. 2. Multũ. n. attẽdere dẽt ad obseruationẽ bonæ fauę. Et iõ conuersationẽ psonarũ suspectarũ vitet & accessus ad loca indebita vel non debito tpe. Dicit sapiẽs Proueibiorũ. 19. q̃ domus & diuitię a parẽtibus. s. dant filiis, vxor aũt bona a dño præparatur q. d. Gra Dei specialis est, vt quis bonã vxorẽ habeat. Et ideo cũ fieri debet cõiugiũ, vtraq; pars debet facere orõnes & ab aliis bonis personis procurare, vt dñs det sibi bonam societatẽ. Nã si malã inuenerit, purgatorium sustinebit, & tñ patienter ferre oportebit, quia dissolui vel separari non põt. Si bonã societatẽ habebis, beatus es & bene tibi erit, vnde dicitur mulieris bonæ beatus vir. Sapiens. n. mulier, vt dicitur Prouer. 14. ędificat domũ suam. i. multiplicat oia bona sicut vitis abundans in lateribus domus tuę, quæ latera ideſt loca domus implet bonis. Insipiens autẽ extructam manib⁹ destruet ideſt operibus suis exterminabit familiã & substantiã, sicut fecit illa pessima Iezabel vxor Achab regis Israel & demũ ipsa exterminata est, vt dr. 3. Reg. 21. c. Eccl. 26.

¶ Quantũ ad tertium principale. s. effectũ ad quẽ ordinatum est mrimoniũ istud principaliter, est procreatio filiorum q̃ ad Dei cultũ nutriant, & hoc est q̃ subdit Fil. i. tui sicut nouelle oliuarum. s. erunt. i. pulchri moribus semper virides virtutibus, victorioſi in tribulationibus & tentationibus, oleum producentes in miserationib. Oliua. n. pulchra & semper viridis significat victoriam, & producit in fructũ oleũ. A Eq̃dẽ hre filios bonos, & filias bonas non est in ptate parentũ: sed dei miserẽtis, & ipsius filii se ad hoc disponẽtis. Vnde inuenimus in scripturis optimos patres habuisse pessimos filios. O quam bonus & pius fuit Ezechias rex Iuda, & tñ filiũ sceleratissimũ habuit Manasſen. Malus fuit Amõ, sed optimus fuit filius eius Iosias. Sancti fuerunt Iacob & Rachel & Lia, & tñ filii eorũ aliq fuerũt boni, vt Ioseph. aliqui mali quasi omnes cõiuriantes in mortẽ & venditionẽ fratris, & sic de aliis. Verumest tamen quia cõiter sic accidit q̃ bona arbor bonos fructus facit, & econtra, quia boni parentes sunt solliciti cũ ad hoc teneantur iure diuino & humano, instruere filios in boni moribus, & semel imbuta recens seruabit odorem, testa diu, vt dicit Horatius. Si quis suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit. i. fidelitatẽ naturalem, & est infideli deterior. vt dicitur. 1. ad Thimo. 5. c. Sicut ergo nutrimentũ corpori debet ei ꝓuidere, ita & ani- §. 6. 4. reg. 22. 4. reg. 22. ge. 30. 7. Mat. 7. Lu. 6.

mę

me per bonā doctrinā. Vnde & Chriſ. dat iſtā regulam. Quod qñ quis vult ſumere coniugē bonā attendat ad parentes eius, quia ſi bonos nouit, veriſimile eſt q̄ bene inſtruxerunt filiā ſuā vel filiū, & inde talis bona vel bonus ſit. Et econtra ſi parentes mali ſunt & in honeſti, & filii & filię ſuphi diſcoli & huiuſmodi, vt parentes ſui. Et quia filię quaſi continue conuerſantur cum matribus, parum cum patribus iō ex matrū moribus poteſt coniecturare de moribus filiæ quæ proponitur pro coniuge. Multa mēdacia dñi in hmōi contractibus, & eſt graue peccatū vt peſſima iuuēcula dicatur bona, & paup iuuenis luſor & deuius, dicatur diues & bonus. Et ideo nō oibus oīa credas, ſed quæ re diligenter, nō reſpiciēdo tm̄ ad dotē, ſed ad mores. Filij tui p tuā inſtructionē ſint, vt nouellæ plantæ oliuarū. Admone vt ſint pulchri in exteriori cōuerſatione, vt nō ſint aduſti carnali luxuriæ opatione, ſed virides caſtitate. Et quia vt dī. 29. q. 1. Sæpe. Sæpe malorū cōſortia bonos corrūpūt q̄tomagis eos q̄ ad vitia proni ſunt, vt adoleſcentes. Iō admone de conuerſatione honeſta, & remoue eos ab inhoneſta, aſſueſcāt fortiter ſuſtinere aduerſa incōmoditates labores, vincere tentationes, eſſe paupibus miſericordes. Sic Thobias docuit filium ſuū ab infantia timere Deum, & abſtinere ab oī pctō, & poſtea in particulari, q̄ Deū laudaret ſemp & oraret ad eū, conſilia ſapientum quæreret, a ſuperbia ſibi caueret. matrē honoraret. caſtitatem ſeruaret, miſericordiam & eleemoſynā ex haberet, vt patet Tho. 4. Sic parētes Sarræ vxoris Thobiæ iunioris monuerūt eā honorare ſocrū, diligere maritū gubernare familiā, & irreprehēſibilē ſe cuſtodire. Thobię. 10. c. Sic parētes Suſannæ docuerunt eā & erudierūt ſm legē Moyſi in timore dñi. Nūc aūt parētes quia ignorantes ſunt & parū Deū timētes nec filios vel filias ſciunt per ſe erudire. Et qđ peius eſt, quia nec curāt eos mittere ad p̄dicationes morāt puella in dō nūq̄ audit Verbū Dei, & ſicut beſtia accedit ad cōiugiū, & vt beſtia habet ſe in cōiugio. ¶ De gubernatiōe familię, quō debet ſe q̄s hr̄e ad vxorē, filios & ſeruos & econuerſo ipſi ad eos, hēs ēt diffuſe i. 4. pte. tit. j. c. De prudentia oeconomica. ¶ De vitiis & ſpēb⁹ variis luxurię quę cōmittuntur ēt a coniugatis hēs ſup in. 2. parte titu. de luxuria. c. de adulterio & aliis capitulis. ¶ De caſtitate cōiugali habes in quarta parte ti. de temperantia c. De caſtitate. ¶ De aliis quæ pertinent ad matrimonium initiatum confirmatum & conſummatum, de peccatis quę circa hoc committuntur habes in ſequentibus capitulis huius tituli.

¶ *De impedimento matrimonii, quod dicitur error perſonæ.* *Cap. 2.*

RElinquet homo patrem & matrem & adhęrebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Gen. 2. Quæ verba ferens chriſtus phariſeis vt habetur Matth. 19. inſtituit matrimonium vt eſſet ſacramentum eccleſiæ. quem ſtatum approbauit in nuptiis ſe reperiens quas miraculo nobilitauit. ar. g. ad hoc. 30. diſtin. Hæc ſcripſimus. Et tria inſinuantur in dictis verbis. ¶ Primum eſt impeditio matrimonii quæ reſecatur. quia relinquet homo patrem & matrem ſcilicet vt nunquam contrahat cum talibus. Nullo enim tempore mundi licuit filium cum matre. vel filiam cum patre contrahere. ſed in principio propter paucitatem licuit viro contrahere cum germana, & in proceſſu temporis per legem diuinam additi ſunt quidam gradus, per legem canonicam alii gradus, & alii impedimenta quorum quædam tā tum impediunt, quædam etiam dirimunt, & de his primo agetur. ¶ Secundum eſt contractio eius quæ inſinuatur, quia adhærebit vxori ſuæ quod fit contrahendo cum ea. Et primo quidem per verba de futuro per ſponſalia. Secundo per verba de præſenti, & tunc adhęret conſenſu. Tertio per copulam, & tunc adhęret corpore. Et de his ſubſequenter agitur. ¶ Tertium eſt affectio eius ad quam ordinatur quia erunt duo in carne vna, ideſt ad iſtud opus, ſcilicet ad procreandum prolem quæ communiter eſt vna, quam etiam tenentur nutrire & moribus inſtruere quod fieri non poteſt ſine mutua cohabitatione, & ideo de ipſorum coniugatorum conuerſatione agitur ſupra in ſermone præcedenti. ¶ Sciendum ergo quòd matrimonium in lege ciuili canonizata. 27. quæ ſtio. 2. §. primo ſic diffinitur. Matrimonium eſt viri mulieriſque coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. Dicitur viri & mulieris ad differentiam coniunctionis brutorum & ſodomitarum, vbi maſculi in maſculos, & fœminæ in fœminas turpitudinem operantur. Dicitur etiam viri & mulieris, in ſingulari, quia nullæ vnquam licuit mulieri habere plures viros, nec in hoc nunquam diſpenſauerat Deus. Nec vlli viro licuit plures vxores habere niſi ex Dei diſpenſatione, extra de diuorti. Gaudemus. In quo diſpenſatum eſt apud plures patres veteris teſtamenti, videlicet Abraham erga duas. Iacob erga quatuor. Dauid erga plures, & hoc ad dilatandum cultum Dei qui ſolummodo ſeruabatur in familia illorum patrum aliis ad idolatriam declinantibus.

Matrimoniū quid ſit.

tibus. Multiplicatur autem cultus Dei per prolis carnalē multiplicationem illorū, Tū etiā ad designandū ecclesiæ mysteriū. s. q̄ Xps deberet sibi dispensare ecclesiam non solū vnā vnitate fidei & dilectionis, sed plures respectu diuersitatis locorum & rituum vnde assumpti sunt, & in q̄bus etiam in fide conuersantur. Nā alij vocati sunt ex iudaismo, alij ex gētilitate. Et alios ritus habet ecclesia orientalis alios occidentalis. Et additur in diffinitione coniunctio. ¶ Vbi nota q̄ mrimoniū quantum ad perfectionem eius essentialē efficitur per cōiūctionē animorum. i. cōsensuū p verba expręssorum etiā absque cōiunctione corporū. 27. q. 2. Sufficiat. Ipsa tn̄ copula carnalis additur quātū ad pfectionē significationis, quia significat pfectā cōiunctionem Xpi cum ecclesia & deitatis cum humanitate indiuisibilem, sicut & matrimonium consummatū est inseparabile. Sed matrimoniū ratificatum per verba de pśenti & non consummatum, est separabile, puta per ingressum religionis & significat coniunctionē animæ fidelis cum Deo per dilectionem, quæ tn̄ ab eo sæpe p̄ mortale peccatū separatur in pśenti vita. In beata vero vita consummatū numq̄ pōt separari. Dicit etiam Pe. de Pal. in. 4. di. 26. quod coniunctio quæ est essentia mrimonij non est corporū cū illa sequatur. Nec fuit in Maria & Ioseph vbi fuit verum matrimonium, nec consensus præcedens cum illa sit causa efficiens, sicut &c. quæ sunt res & sacrm in alijs sacramentis ad quem consensus disponit sicut sunt aqua & verba ad characterem baptismi. Addit magister sen. ad dictam diffinitionem maritalis, quod dr̄ ad differentiā concubinatus q̄ etiam si duraret vsq; ad mortē & fidē sibi seruarent, non est matrimoniū, sed fornicatio. Nec obstat quòd Abraham & Iacob & Danid dicunt̄ habuisse concubinas, & tamen non fornicarie, sed licite dicunt̄ eis vsos fuisse. Nā fœminæ illę aliq̄n vxores dn̄r in scriptura aliq̄n cōcubinæ. Vxores q̄dē inquantū cognoscebant vxorio affectu & consensu maritali seu quantū ad debitū coniugale. Cōcubinæ autem dicuntur ad regimen domus & gubernationē familiæ, quia nō erāt principales in hoc, sed vna. s. prima, alię vt obsecundantes, śm Nic. de Lyra, super Gen. Sequitur in diffinitione indiuidua vitæ cōsuetudinē retinens, qđ intelligit śm propositū & debitū, quia debēt esse illius ,ppositi, vt nūq̄ diuidant̄ śm Hosti. Vnde non debent dirumpere cōiugalis pacis vnitatē. 30. q. 5. Fęminæ. Sicut imperator dr̄ Augustus quoad ,ppositum. Certū tn̄ est quandoque matrimonium diuidi, & principem non semper augere imperium, vt Constātinus de cuius donatione ecclesiæ facta constat p̄ hæc est dubium, vt dicit Pe. de Pal. 14. Vitæ dicitur quia mors soluit oīa Mortuo enim viro soluta est a lege viri, vt dicit Apostolus. 1. Corinth. 7. Sed eo viuente sine eo non potest orare. s. quòd propter hoc deneget debitum, nec vouere pōt & econtra vir sine vxore, quo. s. ad castitatem in quo non ad imparia iudicantur. Vnde si coniugatus mortuus resuscitaretur, vt Lazarus quæ erat vxor eius non esset amplius nisi iterum de nouo contraheret. Et quia quando matrimonium spirituale est inter prælatum & ecclesiam suam quod finitur morte. Idem dicēdū est de huiusmodi, hoc est q̄ si plebanus prior, vel episcopus mortuus resuscitatur oportet q̄ denuo eligatur in illius prælaturæ sedem secundum Pe. de Pal. in 4. Et idem dicit de religioso suscitato q̄ nō est obligatus religioni. ¶ Fuit aūt matrimoniū institutum a Deo distinctio. 26. Deinde. Et in paradiso terrestri dicente Adam ex instinctu spirituſsancti. Hoc os ex ossibus meis &c. 2. Et ante peccatum quidem solum ad multiplicationem, sed post peccatum ad vitationem fornicationis ideſt ad Corinth. 7. Propter fornicationem scilicet vitandam, vnusquisque habeat suum vxorem, & vnaque que habeat suum virum. Propter alias etiam causas contrahitur, præmissę sunt principales. Et dicitur matrimonium quasi matris munium ideſt officium, quia dat mulieribus esse matres. Et licet pater generationis sit auctor & pæne vxoris Dominus. 33. q. 5. Hæc imago, tamen matrimonium plus ascribitur matri quam patri, quoniam eius officium plus apparet in matrimonio quam officium viri. Nam ante partum onerosus, in partu dolorosus post partum laboriosus nascitur sibi partus. extra de conuer. infidelium. capit. Ex litteris. Nota quòd licèt iuristæ dicant, etiam magister sententiarum videatur dicere quòd matrimonium large dicitur sacramentum inquantum est signum sacræ rei sed non confertur in eo gratia sicut in aliis sacramentis, attamen. Teo. Pe. de Pa. & alii Theologi communiter tenent contrarium scilicet quòd ibi conferatur gratia ad istum scilicet effectum vt sciat vnusquisque vas suum possidere in honore non in passione desiderii. Quod sic intelligitur quod habet minuere & refrenare concupiscentiam non per hoc solum quòd satisfit concupiscentiæ per actum coniugalem quia illud est naturale, sed per Dei gratiam ibi operantem secundum Ioannem Parisiensem, vt videlicet sit contentus coniuge sua vel suo, & non feratur

Quid sacit matrimonium.

In. 4. di. 27. c. 1.

Gen. 25. Iud. 19. & regū 16.

Gen. 25.

Tho. in. 4. di. 38. in expositione litteræ.

Causa institutionis.

Tho. in. 4. di. 27. q. 1. ar. 1. q. 2.

In. 4. di. 2. q. 1. ar. 1. q. 2. & di. 26. q. 2. contra gentiles li. 4. ca. 77.

feratur ad concupiſcentiam alterius,& mauult conſortem etiam turpiſſimam facie quam alie nam pulcherrimam,quòd autem in multis ſe cus ſit, hoc accidit vel quia ponũt obſtaculum gratiæ ſacramentali vel quia receptam non ſer uiant vt in alijs ſacramentis. Eſt ergo proprie & ſtricte ſacramentum, a Deo inſtitutum, in remedium contra peccatũ, conferens gratiam ex opere operato, & ſignans ea eſt ſacramentũ nouę legis,ſed omnia hæc conueniunt in matrimonio,ergo eſt ſacramentum proprie & ſtricte.Sed bene verum eſt q̃ minus habet de ſpiri tualitate quam alia ſacramenta,& minor gratia confertur ſecundum Petrum de Pal. Imprimit autem matrimonium, prout eſt ſacramentum nouæ legis, ornatum qui vocatur vinculum vel nexus, quod non ſolum eſt relatio rationis: ſed aliquid abſolutum, diſponit ad gratiam, qui ornatus non imprimitur in matrimonio contracto ante baptiſmum ſicut nec etiam imprimeretur character diſponens ad gratiam in confirmato ante baptiſmum. Vnde & infideles cõiugati recepto baptiſmo,ſi de nouo contrahunt inter ſe vir & vxor, ſeu perſiſtunt in primo conſenſu, tunc imprimitur ille ornatus & matrimonium eorum eſt ſacramentum nouę legis. Nam ante baptiſmum nõ erat perfecte ſacramentum prout ſcilicet cauſans gratiam: ſed erat matrimonium illud qui dam contractus. Forma huius ſacramenti ſecundum Pet. de Pa. in iiij. ſunt verba quæ dicunt contrahentes, ſcilicet accipio te in meam &c. vel aliquid æquipollens vx expreſſurus cõſenſum per ſignum. Materia ſunt ipſi contrahentes. Nam diſtinguitur hæc materia in qua ſuſcipiens, & materia ex qua ſicut in euchariſtia, & in aliis qui matrimonium eſt contractus perſonarum ſicut alij contractus ſunt contractus rerum in quibus contractibus res quæ transfertur per pecuniam eſt materia, expreſſus conſenſus forma. Vel etiam poteſt dici, ſicut euchariſtiæ eſt duplex materia ſcilicet panis & vinum, & duplex forma videlicet verborum conſecrationis vnum tamen ſacramentum, ſic & hic cum dicitur accipio te in meã ideſt do tibi meipſum in virum eſt forma verborum & vna materia ex qua ipſę qui loquitur vel cor eius, & alia materia in qua ideſt obiectũ in quod tranſit ſicut cum dico, hoc eſt corpus meum, & vlterius quando reſpondet mulier, accipio te in meũ ideſt do me tibi in vxorem eſt forma verbum & materia ex qua loquens & in qua recipiens. Et ſic diuerſis reſpectibus vnum eſt formale reſpectu alterius, & aliud eſt materiale. Quæ autem dicit ſacerdos cum benedicit nuptias eſt forma accidentalis & non de ſubſtantia matrimonii ſecundum Aug. de Anco. Dicit etiam Tho. in iij. cum puella verecunda tacet parentibus eam viro tradentibus, verba parentum computantur ac ſi etiã eſſent puellæ & taciturnitas illa habetur pro conſenſu. Et hoc eſt verum de filiis & filiabus reſpectu patris & matris tantum, ſcilicet quod ipſis parentibus conſentientibus expreſſe, tacẽtibus filiis aut filiabus contrahitur matrimonium, ſed non ſic de aliis conſanguinibus vt extra de deſpon. impu. §. porro. lib. 6. diſt. 27. q. 1. ar. 2 q. 2.

¶ Impedimenta quæ ſcilicet impediunt contrahendum matrimonium vel dirimunt iam contractum continentur in verſibus immediate ſuprapoſitis. c. 1. qui incipiunt. Error conditio &c. ibi vide. Eſt ergo primum impedimentum error. Sed nota q̃ triplex eſt error ſcilicet perſonæ, fortunæ, & conditionis, & de iſto tertio errore condictionis dicetur in ſequenti. c. Primus ergo error dirimit matrimonium. Et hoc niſi cognito errore ratificaret dictum matrimonium. Cum enim de eſſentia matrimonii ſit conſenſus viri & mulieris in alterutrum per verba expreſſus, vbi eſt error perſonę, puta ſi Ioannes dicat ſe Petrum nullus eſt conſenſus. Nam qui errat non conſentit. ff. de iu. & fac. igno. ſi per errorem. Et errantis voluntas nulla eſt. C. de iu. & fac. igno. cum per teſtamentum, ſequitur ergo quòd non ſit coniugium. Quod talis error perſonæ dirimat matrimonium, probat Pet. de Pa. in iiij. ſic. Error qui reſpicit id quod eſt de ſubſtantia matrimonii (ſicut ſunt perſonæ quæ ſunt de materia quoad ſubſtantiam matrimonii) dirimit matrimonium de iure diuino, quia non poteſt facere ius humanum quòd illa in quam non conſenſi ſit vxor mea, quia ſicut non eſt matrimonium niſi per conſenſum, ſic non eſt matrimonium cum illa niſi per conſenſum in iſtam. Sed ſi errat quis in perſona intendendo cum vna contrahere & alia ſibi præſentatur loco eius, non conſenſit in illam vnde nec vxor ſua eſt, ſicut nec Lia fuit vxor Iacob cum eam primo cognouit vxorio affectu quia intendebat ad Rachelem, ſed poſt quam cognouit. Lyam eſſe ratum habens & in illam vt vxorem conſenties facta eſt vxor. Sic etiam quilibet errans aduertens de errore, poteſt ratificare & contrahere cum qua prius non intendebat. Secundus error dicitur fortunæ & qualitatis, puta ſi credidit contrahere cum diuite vel virgine, & inuenit pauperem, & corruptam, non excludit conſenſum nec per conſequens dirimit matri-

§. 1.

Error triplex.

Forma matrimonii.

Tho. in 4. diſt. 30. q. 1. art. 1. et 2.

Gen. 29.

matrimonium. Tho. in quarta distinctione. 30. & in decre. 29. quæstione prima. §. his ita. Error vero nobilitatis vel dignitatis, si redundat in errorem personæ, impedit matrimonium, aliter non. Exemplum in filio regis vel primogenito, cum quo aliqua intendit contrahere & præsentatur sibi cuius loco prædicti vnde non tenet. Tho. in quarta distinc. 30. Idem Richar. dicens quòd si erratur circa subiectum nobilitatis, non tenet, vt cum quis intendit contrahere cum filia regis, & si præsentatur loco eius filia ciuis. Sed si erratur circa nobilitatem subiecti tenet, vt cum contrahit cum persona sibi nota, quam putat regalem habere dignitatem, & non habet. Pe. de. Palu. in quarto, distinguit de errore personæ quoad fortunam vel qualitatem. Et dicit quòd si error est absolutus, quia talis error non cadit super aliquo quod sit de essentia matrimonii, ideo non impedit nec dirimit. Nec iure diuino, quia concurrunt essentialia, nec iure humano, quia non inuenitur statutum, vel contrahens cum paupere, quã credit diuitem & hmõi, habeat impedire. Sed si sit error conditionatus. i. cõtrahit conditionem, quæ est honesta & possibilis, ea existente staret, non stante non staret, puta cõtraho tecum si tu es vt ego, vel ita vt dictum est mihi. Vel si dabis mihi tantam dotem.

¶ *De impedimento conditionis seruilis. Cap. 3.*

SEcundum impedimentũ est error circa conditionem personæ vtrũ scilicet seruilis vel liberæ conditionis sit. Circa quod tria sunt notãda. Primũ quia si error sit paris conditionis vel ẽt melior is q̃ sua, puta seruus contrahit cũ serua quã putabat liberam, vel contrahit cum libera quam putabat seruam, talis error non dirimit matrimonium, quia non decipitur. 29. q. 2. si quis liber. Ray. Tho. Pe, Goff. Innocen. Si tamen mulier ignorasset seruitutem viri. nõ esset matrimonium. Secundum est q̃ liber vel libera contrahit matrimonium cum serua vel seruo ignoranter. i. nesciens conditionẽ. seruitutis, nullum est matrimonium, nisi postquam sciuit conditionẽ eius cõsensit in eo vel verbo vel facto. s. carnaliter cognoscendo. 29. q. 3. Si quis ingenus. Vel nisi in animo teneat q̃ etiã cum illa contraheret si esset ancilla, secundum Richar. Si vero non certitudinaliter sciuit, sed ex his quæ audiuit habuit probabilem opinionem de seruitute & cognouit eã, non potest eã relinquere Si vero habuit leuem & temerariã, non obstante quòd postea exegerit debitum, si certius sciuerit de seruitute, poterit petere suã separationem. Itẽ si talis postquã sciuit seruitutem eius cum quo vel cum qua contrahit consentit in eum, debet per ecclesiã cogi alius qui scilicet est seruus ad assentiendum, si tñ antequam consentire, alter eorum contraheret cũ alio vel cum alia teneret istud vltimum. Guil. Hostien. & Richar. in. 4. distinct. 26. dicit, quòd non est ibi matrimonium, sed tenetur rationes promissionis factæ. Et ideo ecclesia, compellet cum illa remanere, vt de nouo contrahat si videlicet nondum contraxit cum alia de præsenti. Tertium est quòd si liber, vel libera scienter contrahit cum serua vel seruo, tenet matrimonium. 29. q. 2. Si quis liber. Et in hoc casu plores sequitur matrem de iure communi, quantum ad conditionem seruitutis vel libertatis. extra de na. ex li. ve capit. primo secundum Pet. & Richar. in quarta distinctio. 26. Pe. de Palu. dicit in quarto. hoc esse verum de iure, si tamen sit consuetudo in contrarium, tenent consuetudo. Et ioannes Andreas. dicit quòd si de consuetudine potest induci, quòd in hoc filius sequatur patrem scilicet ad libertatem, & idem si esset lex municipalis, & hæc videtur esse in partibus Italiæ. Nam nati ex ancillis & liberis viris fornicare sunt liberi quantum ad honores & dignitates sequuntur patrem, rationem huius ibi vide. De consuetudine tamen speciali aliquarum terrarum, partus, sequitur deterioris conditionis parentum, siue sit pater siue mater. Sed si pater post peractum matrimonium se vendiderit nolente vxore. quod facere non potest secundum Richard. tunc partus sequitur matrem si ipsa est libera. Si vterque est seruus & diuersorum dominorum, fiet diuisio liberorum secundum numerum. Et si est vnus tantum, ille penes quem remanebit recompensabit alteri domino iustum præcium. Item nota quòd serui inuitis dominis possunt contrahere matrimonium, extra de coniu. ser. c. 1. Et quanuis domini eorum possunt tales vendere, quia ex contractu matrimonii non amiserunt ius suum super eos, non tamen in partibus ita remotis debent mittere vel vendere quòd impediatur vsus matrimonii cum coniuge sua. Si autem serui de voluntate dominorum contraxerunt, tunc non possunt domini precipere aliquid in præiudicium redditionis debiti. Vnde magis obediet coniugi debitũ exigenti quã domino tunc aliud imperanti. Richard. vbi supra.

In. 4. di. 36. arti. 1. ad 1. & 5.

Tho. vbi supra. ad 4.

Tho. in 4. disti. 36. arg. quarta.

Tho. in 4. disti. 36. ar. 2. ad quartum.

¶ De seruitute sequenti matrimonium contractum per verba de præsenti. Nam quæ dicta sunt supra videntur habere locum quando seruitus ipse præuenit contractum matri-

§. 1.

mrimonium altero coniugũ libero & ignorãte seruitutem consortis. Sciẽdũ igitur ꝙ cõtracto mrimonio de pñti & multo magis cõsummato, non põt vxor se facere seruã alterius. in scio & inuito viro vel ignorante, iure diuino. quo dr. Genẽ. iij. Sub viri ptãte eris & ipsæ dominabitur tui. Secus aũt est ī iure ciuili. qa est socia & non subiecta. immo sui iuris. Vnde sm ius ciuile videtur ꝙ se vxor põt facere ancillam alterius. Theologi tñ dicunt oppositum. Et si qdẽ illa subiectio quam scriptura ponit eẽt tantum iudicialis abolita esset per Xpm & ius ciuile oppositum, sed q̃a naturalis est & moralis rõne recte concordans repetita in nouo testõ: ideo verius est ꝙ dicũt theologi. Maritus autem põt se seruum facere. tenetur tñ reddere debitũ vxori talis. & põt exigere ẽt dño suo
Tho. in 4. dist. 36. ar. 3. ꝓhibente. ¶ Vbi etiam attendendum ꝙ cũ dicitur ꝙ aliquis potest se in seruum dare. intelligitur dare. i. venundare se ad prẽcium partici pandum alias donatio non valeret. qa donatio excedens quingentos solidos. s. aureos rẽputatur immensa iure ciuili. & quatenus est ultra catenus non est valida. ꝙ si esset res indiuisibilis forte totum vitiaret C. de dona. l. Siquis sed libertas est inẽstimabilis & indiuisibilis. vnde dare se in seruum est immensa donatio & non valet. Ex hoc aũt qdr qs post mrimonium & contractũ de pñti siue cõsumatũ siue non venundet se non præiudicatur mrimonio. qa seruitus superueniens nõ dirimit ipm nec per hoc vxor efficitur serua. nec liberi eorũ efficiuntur serui. qa partus sequit ventrẽ. Non ergo p̃iudicatur vxori. (q̃a vt dictũ est) non fit ꝓ hoc ancilla ẽt si taceat. quia ꝓhibere non põt etiã si consentiat. quia nõ consentit vt ipsa fit ancilla. sed vt ille fit seruus. ad qđ nõ seq̃tur ipsam fieri ancilla cũ seruus possit habere vxorem liberam. Nota tamen qđ vbi est consuetudo qđr cõtrahens cum seruo fiat serua, valet. Nam sicut ius scriptum potuit inuenire nouum modũ seruitutis. ita ius nõ scriptũ ꝙ dr cõsuetudo ita etiã & mulier alterius terræ ligetur eo ipso qđ contrahit in terra tali cõsuetudine affecta tum quia contrahendo sortitur forũ. tum quia vxor sequitur domicilium viri. Sed si mulier ignoraret eum seruum aut talẽ consuetudinẽ non ligaretur. quia statuta ciuitatum nõ ligãt
§. 11. ignorantes ea nec cõsuetudines. de. cõsti. c. 1. li. 6. hæc omnia Petrus de Palude in 4. distin. 36.
Tho. in 4. dist. 36. ar. 2. ¶ De carnali copula talis coniugii. s. seruorum vel alterius eorum serui. Nota primo quod si dominus talis serui vel seruæ prohibeat copulam vel actum coniugalem. si sine causa prohibet auditur. Neminem enim audit ideſt exaudit prætor sine causa. Non autem põt mrimonium seruis prohiberi a dominis aut actus eis sine cauſa nec tenetur in hoc eis obedire. Aut prohibet hoc dñs. s. actũ coniugii. cum cã puta quia indiget seruitio suo. Et tunc distingue quia aũt dñs consensit in coniugium, & tunc ẽt non auditur, nec põt ꝓhibere. Aut non consensit in coniugiũ & tunc debet dño obedire, non coniugi. cui nõ potuit se obligare saluo iure alterius. vbi tñ posset vtriq; satisfacere & sibi & coniugi de actu coniugali & domino suo de seruitio competenti posset vtrinq; facere. & dominus debet permittere. Sed si vadit ad loca remotiora & indiget tali seruo. tũc seruã dum est ꝙ dictũ est. vel vendat in illis partib⁹ vbi est coniũx si põt. ¶ Secũdo nota ꝙ cum qs scit se ẽuum. si credat aliũ vel cũ quo contrahi esse talẽ qui tñ sit liber aut ꝙ affectuose adeo diligit qđ etiam cõsentiret si sciret esse talem excusatur a peccato exquo vxorio affectu cognoscit vel cognoscitur. alias si sciat non tenere matrimonium fornicatur quousq; alium certioauerit de sua conditione, & ille nihilominus consentiat in eum vt in coniugem. Est aũt in eius potestate qui ignorabat hoc postq̃ sciuit ratificare seu consumare dictum matrimonium. ¶ Tertio nota de libero nescente eẽ seuuum vel seruam cum qua contrahit. Et qdem qumdiu credit coniugem liberum vel liberam, licet nollet consentire si contrarium sciret tandiu excusat a peccato. ut Iacob in facto Lyę ꝓpp ignorant. facti ꝓbabilẽ. & filii erũt legitimi si sit in facie ecclesiæ cõtractũ mrimonium. ¶ Quarto nota cũ orit dubitatio vl qõ de mrimonio qđ sit agẽdũ. Sciẽdũ ꝙ est dria inter sciam, conscíam, & scrupulũ circa talem materiã. Nã scientia qa habet euidẽtiã. & non est nisi verorũ, qui habet scientiam de impedimento siue seruitutis siue alterius impedimẽti dirimentis. nullo cogente non potest petere aut reddere debitum. quin aut sibi præiudicet si in ipso erat matrimonium ratificare. aut peccet si in ipso nõ erat matrimoniũ ratificare vel erat licet non intendit ratificare per hoc. Quando vero de hoc habet conscientiã. & si non scientiam de impedimento. i. firmã credulitatem debet de huiusmodi impedimẽto abstinere quamuis clare non sciat ligatur tñ sua conscientia erronea. Nec refert vtrum leui aut ꝓbabili causa moueatur qa ẽt contra conscientiam erroneã nullus debet cuicumq; hominum obedire dum durat talis cõsciẽtia. qa omne qđ est cõtra cõsciẽtiã ædificat ad gehẽnã. Sed qñ habet scrupulũ conscientię. i. qa dubius est. & tunc si ex temeraria & leui cau-

Th o. in 4. dist. 36. ar. 2. ad. 3.

Genesi. 29.

Scíam cõscientiã, Scrupulus.

sa.

ſa,vt quia audiuit a paucis & letibus perſonis debet deponere,qua depoſita pōt petere & reddere debitum.Si autem dubitat ex probabili cā poteſt reddere,quia in dubio debet qs obedire prælato ſicut vaſallus in dubio debet dominū ſuū iuuare.23.q.j.Qui culpatur. Sed non debet petere,quia exponeret ſe periculo.Et Aug.dicit.Tene certum & dimitte incertum,non petendo certum eſt quod non peccat.Et hæc diſtinctio habet locum in omnibus impedimentis quę ſimpliciter impediunt matrimonium vel actum eius,quod perſonam q̄ habet notitiam.Hæc.n.faciet pſona ſm dicta diſtinctionem,vbi nonuult matrimonium cō ſummare, alias ſibi præiudicat & peccat. Sed q̄d iuris ſi de hoc lis pendeat in foro iudiciali? dicit Hoſtien. etiam ſi ſit certus pp dubium euentum pōt reddere debitum affectu coniugali cognoſcendo,non vt liberam nec vt ancillam,ſed vt cui qō ſtatus mouetur. Vnde pp primum non peccat, pp ſm non ſibi præiudicat maxime ſi ab eccleſia vrgeat. Et magiſter ſnia.in 4.diſt.38.dicit quod debet reddere ſi vrgetur,quod etiā vī in gradibus humana lege prohibitis,& per cōſequens in impedimento ſeruitutis in quibus eccleſia q̄ ſtatuit,quando vult deſtituit & diſpēſat nō aūt in gradib⁹ diuina lege prohibitis,in quibus eccleſia forte nihil pōt.Sed iſta opinio quoad primum non valet,quia eccleſia qñ p̄cipit debitum reddi ite pēdente,nō intendit diſpenſando mr̄imoniū facere ſi nō eſt,nā ſi intenderet mr̄imoniū facere aut hoc eſſet vſq; ad tp̄s ſnię,& hoc nihil eſt,qa mr̄imoniū nō pōt fieri ad tp̄s aut ſimpliciter & tunc poſtea nō diſſolueret. Si ēt hoc intēderet nō poſſet facere, vt ille qui non eſt verus maritus contra voluntatē ſuā,vñ nō refert ſiue qō moueatur ſiue non, ut de reſtit. ſpo.lr̄as.Sed diſtinguendū eſt,(vt ſupra dictū eſt)immediate.¶ Itē quia dictū eſt ſupra q̄ in hmōi qñ eſt dubiū debet obedire.ſ.in reddēdo debitum.Præcepit.n.hoc Papa in tali dubio per decretalē illā iquiſitioni,extra de ſen. excō.Poſſet ēt dici quod circūſcripto ēt p̄cepto Papæ idem eſſet facīēdū,quia ſi aliquid eſt ita dubium q̄ vna pars certa alia dubia an ſit p̄ctū,debet tenere certū & dimittere incertū, quia qñcunq; pōt ſe liberare a piculo p̄ctī tenetur.Vnde manifeſta eſt rō,quia non debet petere,quia certū eſt q̄ non petere eſt licitū. Eſt aūt dubiū vtrum petere ſit p̄ctū,ſed in reddendo non eſt,ſic,quia vtrunq; eſt dubiū, qa ſi eſt mr̄imonium negare eſt iniuſtitia,ſi nō eſt mr̄imoniū reddere ē luxuria.Sed nō eſt ęqualiter dubium hincinde,quia p̄ſumptio eſt pro mr̄imonio quouſq; contrario ꝓbetur. vñ reddere tenetur debitum. Si aūt eſſet æqualiter hincinde,puta quia vna ſnia eſſet lata ꝓ mr̄imonio alia contra,& neutra tranſiſſet in rem iudicatam adhuc,quia nullus debet ſpoliari re ſua ſine poſſeſſione,imo ſpoliatus añ oīa eſt reſtituendus niſi probationes in contrariū ſint in prōptu,inde eſt quod debet reddere debitum etiam ſi ſit gradus indiſpenſabilis,vt filię & patris & filii & matris,qñ petens eſt in poſſeſſione,vel cum eſt ſpoliatus abſq; auctoritate iudicis. Et nota q̄ error huiuſmodi ſcilicet conditionis impedit & dirimit ex ſtatuto eccleſiæ quæ etiam poſſet ſtatuere quod non dirimeret,ſicut poſſet ſtatuere quod error fortunę dirimeret,cum tamen non dirimat,ut dictum eſt per Pe. de Palude in 4.

Eo lē. v.
Eodē. v.

¶ *De impedimento voti ſolemnis.* *Cap.* 4.

TErtium impedimentum eſt votum.ſ.ſolēne,non aūt ſimplex. Si quis autem vel ſi qua habet profeſſionem tacitam vel expreſſam alicui de regionibus approbatis, tale votum impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum,vnde contrahendo nullum eſt,& incurrit excommunicationem extra de conſan.& affini.eos,in cle. Si autē feciſſet profeſſionem in aliqna regula non approbata,vel etiā in regula tertii ordinis ſiue Bigutharum beati Dominici uel Franciſci non vī quod illud habeat dirimere contractū, quamuis autē ſimplex votum quantumcunq; ſit publicum,non dirimat matrimonium conſummatum impedit tamen contrahendum & etiā conſummandum iam contractum. Vnde talis contrahendo peccat mortaliter, etiam ſi intenderet non conſummare ſed religionem ingredi,quia facit contra iura.diſtin.27. Si vir. Et quia exponit ſe periculo frangendi votū. Poſt contractum autem adhuc remanet obligatus ad obſeruandū cum poſſit ante conſummationem,vnde conſummando iterū peccat mortaliter Richardus in 4. diſtinctione.27.

Quartum impedimentum eſt cognatio, & quia iſtud eſt prolixius cæteris vltimo reſeruatur.

¶ *De impedimento criminis.* *Cap.* 5.

QVintum autē quod ſequitur eſt crimē. Vbi nota quod tria ſunt crimina quæ impediunt & dirimunt contractum. Primum ſi qua mulier machinata fuerit in mortē vxoris alicuius,& ipſam cū effectu occiderit animo habendi virum illius in ſuū. Et ſimiliter ſi quis machinatus fuerit, & cum effectu occiderit uirum alicuius mulieris ut habeat eam in vxorem, tales ſi contraxerit ſunt pœnitus ſperandi,

Vt in c. ſup hoc de eo q̄ dux in ma. quā pol per. adul.

ſeparandi, quia in fornicatione ſunt 31.q.1. Si quis viuente. Et licèt aliqui, vt Richardus in 4.diſtin.35. hoc intelligant cum fuerat inter eos cõmiſſum adulterium dum primum ſtabat coniugium, verior tamen eſt opinio Innoc. & Hoſtien. dicentium quòd ſola machinatio mortis cum effectu etiam abſq; adulterio dirimit vel ſufficit ad dirimẽdum. Idem etiam ſi præcepit vel mandauit vel conſuluit interfici eo ſcilicet animo ut haberet vxorem illius in ſuam vel virum in ſuum virum, ſecundum Guil. & Hug. etiam ſi hoc faceret propter infidelem quem poſtea induceret ad fidem & conuerteretur Richard. Sed ſi quis occidit maritũ alicuius mulieris non eo animo vt habeat vxorem eius in ſuam vxorem, ſed ex odio vel in bello, hoc non habet dirimere vel impedire matrimonium, extra de conuer. in ſi ca. laudabilem. Et ſimiliter ſi quis vel ſi qua non mandauit nec conſuluit nec præcepit interfici aliquem tamen interfectum illum ratum habet vt habeat in virum ſuum vel in ſuam vxorem, talis ratihabitio non comparatur mandato, & ſic non habet dirimere matrimonium ſequen.

Ar.r. de conuer. infide.

Glo. in c.de conuer.infide.

¶Secundum crimen eſt adulterium & hoc ſcilicet quando adulterantes præſtant ſibi fidem promittendo vel dando ſiue iurando q̃ contrahent, & hoc ſiue ipſa adulterina commixtio fuerit inter eos ante prædictam promiſſionem, ſiue poſtea, dummodo fiat ſtante primo matrimonio 31. quæſtion. 1. relatum. Quando autem interuenit nuda promiſſio, nec fide, nec iuramento firmata, ſed ſimpliciter & adulterina commixtio ante vel poſt, vtrum hoc habeat dirimere contractum poſtea matrimonium ſuper quo fuit promiſſio. Richard. in quarto diſtinct. 35. dicit aliquos tenere quòd dirimat, & aliquos tenere quòd non dirimat & nullam alteri præfert. Vnde in hoc caſu videtur quòd eſſet dominus Papa cõſulendus vel petenda diſpenſatio ad cautelam nec faciliter dirimendum. Si autem adulterina pollutio prius vel poſtea non interuenit, quãuis dederint ſibi fidem de contrahendo, per hoc non impeditur matrimonium ſequens inter illos ſoluto primo, extra de eo qui dux. in ma. quam, pol. per adul. e.vlt. grauiter tamen peccauerunt ſecundum Richardum. Item ſi qua coniugata puta Berta permittit ſe cognoſci ab aliquo hac promiſſione fide fallata exacta & recepta, q̃ poſt mortem viri ſui ille adulter ducet in vxorem eam quam ſibi conſulet quædam perſona ipſi Bertæ coniugatæ familiaris & propinqui, intendens & probabiliter credens quòd conſulet de ipſa Berta, mortuo viro Bertæ, ſi adulteratus cũ ea poſtea contrahat cum ipſa, ex eo quod illa conſuluit & ſic ille promiſerat nullum eſt matrimonium, ſed dirimendum, quia in fraudem factum & fraus & dolus nemini debet patrocinari, extra de immu. eccle. aduerſus, ſecus ſi alia intentione faceret. Richa. in 4.di.35. ¶Tertium crimen eſt, quando durante matrimonio contrahit de facto cum altera. Et hic nota diligenter quòd ille qui habet vxorem, & ipſa uiuente ducit aliam de facto, aut illa ſcit iſtum habere vxorem aut nõ. Si quando contrahit cum ipſo ſciuit quod habebat aliam, non poteſt cum illo eſſe matrimonium etiam ſi mortua prima vxore de nouo contrahat. Et idem iuris eſt ſi neſciuit quando contraxit, ſed poſtea ipſa prima vxore illius adhuc viuente ſciuit & permiſit ſe cognoſci ab eo, cum quo de facto contraxerat. Si vero ab initio quando contraxit neſciuit illum vxorem habere & ſemper ſtetit in iſta neſcientia vſq; ad mortem vxoris illius, ſed poſt mortem eius ſcit, eſt in poteſtate illius ignorantis matrimonium ratificare vel diuortium petere, ita tamen quòd poſtquam ſciuit & ſe conoſci permiſit, non poterit diuortium petere, extra de eo quid dux, in ma. ca. i. &c. veniens & de coniu. ſer. c. propoſuit 34.q.2. ſi vir go aliàs poterit petere ſi vult. Et quòd dictum eſt de viro ducente ſecundam uxorem de facto, idem per totum intellige de muliere ducente ſecundum virum vel maritum de facto. Si autem mortua iam prima vxore, vir non cognoſcit illam ſecundam adulteram carnaliter quæ ſecum ignoranter contraxerat, ſed ipſæ ducat tertiam ſm Hoſtien. debet remanere cum tertia, quãuis etiam poſtea cognoſcat ſecundam, quia prima viuente, conſenſus habitus cum ſecunda nullus fuit, & ſic non impediuit conſenſum tertiæ, quin etiã ſi poſt mortem primæ cognouit carnaliter ſecũdam quæ fuit ignorans illum habuiſſe vxorem, & nunc etiam ignorans eſt & ipſæ vir contrahat cũ tertia adhuc remanebit cum tertia. Idem de muliere erga virum. Dicitur autem ſecundum Hoſt. mulier inſcia quãdo habet iuſtam cauſam ignorandi: vt quia vir de remotis venient, aſſerebat ſe non habere vxorem extra de ſpon. cum in apoſtolica. Ideo autem cum inſciã non committitur adulterium, quia ſine dolo committitur 34.q.2. lectum. Idem Io.an. in omnibus prædictis.

Vide clarius ſu. angelicã de eodẽ.

De

¶ *De disparitate cultus.* *Cap.* 6.

SExtum impedimentum est disparitas cultus. i. fidei inter contrahentes. Vbi nota tria puncta. Et primum q̄ fidelis contrahentes cum iudęo vel pagano vel cathecumino non dum baptizato, nō est verū matrimonium & sic nullū. 29. q. 1. c. 1. §. ex his ſm Tho. Pet. Alb. Ray. & Rich. Sponsalia autem p̄nt contrahi a fideli cum infideli, cum hac conditione si infideles conuertatur ubi supra q. 1. non ñ 03. ¶ Secundum est q̄ catholico cōtrahente cum persona hæretica baptizata, verum est matrimonium, nec dirimitur pp hęresim, quāuis peccet scienter contrahens cum tali. Et similiter fideli cōtrahente cū fideli per uerba de p̄senti quantumcūq; alter eorum efficiatur hæreticus iudæus vel paganus, non potest dirimi matrimonium ēt si adhuc non erat consummatum. Ray. & Rich. ¶ Tertium punctum est q̄ infidelibus contrahentibus adinuicem matrimoniū, q̄uis non sit perfectū ſm perfectionem gr̄æ. nec ratū est tn̄ matrimoniū inquantum est ordinatū ad prolē ſm perfectionē naturæ. vnde infidelis cognoscens vxorē pp bonū prolis vel vt reddat debitū nō peccat. Tho. in 4. & Rich. & 26. dist. deinde. P̄nt ēt infideles vnius ritus contrahere cu infidelibus alterius ritus. puta Saraceni cum Tartaris nisi per aliquod positiuum prohibeantur. quia tunc disparitas cultus dirimit. Qđ si uterq; coniunx cōuertatur ad fidē. ratificatur matrimoniū & non p̄nt ab inuicē seperari. ēt si contraxissent cū consanguineis suis in gradibus prohibitis per statutū eccleſiæ: sed si contraxissent in gradibus prohibitis lege diuina. Leui. 18. oporteret q̄ separarent. Rich. ¶ Item ſm Ioan. an si Pagani qui ſm legem suā cum pluribus vxoribus cōtrahunt conuertantur cum vxoribus suis cū prima remanebunt aliis exclusis. Item si habuisset alam uxerem quam repudiasset & viueret si illa vellet cōuerti ad fidem. etiam tenetur ipsam recipere & illam superinductā quāuis conuersam ad fidem abiicere, imo ēt si prima non vult conuerti ad fidem non potest istæ cōuersus alteram recipere: sed hoc est in potestate sua si velut cogitare cū ipsa vel non. Si uero alter infidelium coniugatorum conuertatur potest fidelis conuersus cum infideli manere sub spe conuersionis si eum in infidelitate obstinatū non viderit & bene facit commanere, non tamen tenetur. sed potest eam dimittere quoad cohabitationem. Silicet non potest alteram ducere nisi in tribus casibus. Primus videlicet si coniunx infidelis nolit cohabitare cum fideli. Secundus si vult cohabitare: sed non sine contumelia creatoris. Tertius si infidelis fidelem ad infidelitatem pertrahere niteretur. Per quemlibet horum casuum soluitur vinculum matrimonii. etiam antequam contrahatur aliud matrimonium. Et in ante cōtractum ſm matrimonium alius coniunx conuerteretur, nō liceret illi qui primo conuersus est ſm matrimonium contrahere viuente illa. Rich. in 4. aliqui tn̄ dicunt q̄ non dissoluitur primum. nisi contrahit ſm adueniente aliquo ex prædictis casibus. Idem Pe. de Pa. sed clarius. Dicit. n. q̄ quoad conuersum cum alter non conuersus non vult cohabitare vel cum iniuria creatoris vel vbi periculum subuersionis est conuerso. quando soluatur matrimonium est duplex opinio. Aliqui dicunt q̄ statim soluitur matrimonium in quocunq; illorum trium casuum occurrente. q̄ si conuertatur alter antequam primus conuersus contrahat aliud vel faciat votum. tenetur primus ipsæ recipere illum postea conuersum. Et hoc ideo quia licēt sit vinculum solutum adhuc tamen retinet vinculum sponsalium. sic tenetur contrahere cum illo. vel quia blasphemia creatoris si est perpetua soluit. aliter non, quando autem votum vel matrimonium tollitur non videtur perpetua. Alii dicunt q̄ nō soluitur matrimonium illud quouſq; contrahat ſm mattrimonium. Potest. n. imaginari q̄ in matrimonium infidelium non est aliqđ reale uinculum de mundo plusquam in insponsalibus. cum non sit sacramentum ante baptismum vnde ante baptismum vtriusq; vel alterius ex statuto eccleſiæ potest illud matrimonium solui sicut sponsalia multis casibus soluuntur statuto eccleſiæ. Vnde sicut per matrimonium sequens soluuntur sponsalia præcedentia sic per consequens matrimonium tollitur præcedens non ratum sponsalibus comparatum. Hæc Petrus. Et in hmōi casu. qn̄. s. alter tn̄ coniugiū conuertitur proles eorū si est in ætate minori. debet dari fideli nō obstante q̄ indigeat matris obsequio ad educationem. si aūt est in perfecta ætate sequitur eum parentum quem vult. b. Tho. in 4. per omnia. & Richardus.

Tho. in supplemēto 3. p. q. lix. arti. 1.

In 4. di. 39.

dist. 32. a. 1. & 2.

Th. ubi supra artic. 3. ad tertiū.

Th. ubi supra artic. 5.

¶ *De violentia.* *Cap.* 7.

SEptumum impedimentum est vis. i. violentia. siue metus. qđ ex sui natura sine cōstitutione eccleſiæ matrimoniū excludit. qa excludit consensum. Nota ergo q̄ est triplex coactio. Quędam est absoluta quę fit per vim. & ista non habet consensum animum in quem cadit coactio: sed potest esse coactio carnis ad aliud extrinsecus. a quo trahitur persona inuita.

uita. Et talis coactio quando non consentit matrimonium non efficit, ita quod etiam ex parte cogentis secundum. Tho. non est matrimonium, quia matrimonium claudicare nō potest, si tamen post matrimonium coactus consentiret, & cogens in suo consensu maneret esset matrimonium, secus si mutaret voluntatem ipsæ cogens. Secunda est conditionata & per metum, qui cadit in constantem virum. Et ista etiam coactio excludit matrimonium, extra, e. Perlatum, &c. Ad audientiam. Dicitur autem metus cadens in constantem virum quadruplex. Primo. s. metus mortis. Secundo cruciatus corporis, extra eodem cum dilectus. Tertio metus stupri. Quarto metus seruitutis. ff. eodem leg. nec timor. Vnde dantur versus. Excusare metus hos posse puta, quia nescitis. Stuprum siue status verberis atq; necis. Concordat Tho. & Alber. addendo quòd non differt vt in prædicta quatuor fiant in persona nostra siue liberorū siue vxoris. Et dicit Richard. in 4. q̄ talis coactio consensus per talem metum matrimonium impedit, & quantū ad iudicium Dei & quantum ad iudicium ecclesiæ. Etiam si adsit consensus interior in matrimonio quāuis enim consensus interior sufficienter cogi non possit, tamen per prædictum metum tam vehementer inducitur quòd multum in ipso diminuitur de rōne voluntarii. Et ideo nec Deus nec ecclesia voluerunt hominē per talem consensum esse ligatum. Et ratio est duplex. Vna est, quia matrimonium significat coniunctionem Christi & ecclesiæ quæ fit per liberum amorem. Alia est, quia talia matrimonia malos exitus haberent, quia quod quis non diligit, facile contennit 20. q. 3. Præsens. Potest etiam dici secundum aliquos q̄ ecclesia aliquo modo instituit vt persona modo prædicto coacta sit illegitima durante prædicta coactione ad contrahendum cum illa ad quam ducendum cogitur. Sed vtrum matrimonium contractum per consensum metu coactum, ratificetur per consensum sequētem tacitum? respondet Richar. in 4. Quod matrimonium contractum per consensum coactum metu cadente in constantem virum, aut est coactum per coactionem consensus viri vel mulieris, aut vtriusq; simul. Si primo modo istæ qui liber est, ligatus est, alter non, si postea tacite consentiat & libera, persona ligata in consensu pristino persistente, verum efficitur matrimonium, & tunc vterq; ligatus est, quia quāuis tacitus consensus per se non sufficeret, tamen sufficeret cum expressione exteriori quę præcessit. Si autem persona ligata resiluit a cōsensu, ante sequentem consensum alterius tunc distinguo. Quia aut contraxit matrimonium aliud & tunc dico q̄ illud secundū matrimonium tenet, quāuis peccauerit contrahendo, si congruo tempore non expectauit liberum cōsensum alterius tacitū aut expressum. Aut non contraxit aliud matrimonium & tunc secundum iudicium ecclesiæ præsumetur in eodem cōsensu remanere, quia quæ in aliquem semel consenserit amplius non poterit dissentire, & alius non negauerit suum consensum præstare, extra de sponsa. impu. c. De illis. Secundum tamen iudicium Dei, non est matrimonium verum, quia tale nō potest esse sine consensu mutui cōsensus interioris. Si autem vtraq; persona fuit coacta, tunc ad hoc q̄ sit verum matrimonium, requiritur nouus consensus ex vtraq; parte, sed non noua exterior expressio. Ad primum in oppositum vbi aliqua duo sic requiruntur pro causa alicuius effectus, non causant effectum nisi simul coniuncta. Cum ergo ad causandum matrimonium requiratur consensus de præsenti interior, & eius expressio extetior, non efficient matrimonium diuisim, ergo sequens tacitus cōsensus cum expressione exteriori quę præcessit non efficiunt matrimonium. Et nota q̄ si mulier post consensum coactum carnaliter cognoscitur si habuit oportunitatem reclamandi, præsumitur tacite consentire in matrimonio. Quod si coacta fuit per vim absolutam vel metum sufficientem non est matrimonium. Sed si non fuit sufficiens metus, tunc in iudicio exteriori præsumetur pro matrimonio, si tamen vere non consentit, nō fuit matrimonium, etiam si habuit oportunitatem reclamandi. Pet. & Richar. Tertia coactio est conditionata per metum insufficientem qui scilicet non cadit in constantem virum, & ille non excludit matrimonium. ff. eo. l. Neq; timore. Nota etiam quòd parentes non possunt cogere liberos ad contrahendum neq; generaliter neq; specialiter cum aliquo, quia in matrimonio requiritur cōsensus maxime liber. ratione perpetuæ obligationis quæ ibi contrahitur extra de spon. Requisiuit. Parentes tamen non temere iurant propter hæc matrimonia filiorum, quia ex natura ipsius contractus intelligitur ipsa conditio. s. liberi consenserint, & ipsi parentes obligantur ad inducendum eos. Pe. Item si mulier quæ allegat metum stetit per annum & dimidium cum marito, aut etiam minori tpe, dum tñ tantum quod iuxta arbitrium boni uiri præsumēdum

in 4. dist. 29. q. 3. arti. 2.

Metus quadruplex cadens in cōstātē.

Vbi sup. q. 2. ad fm.

Th. in 4. dist. 19. q. 4. ad tertium.

sit pro consensu, non debet postea audiri, extra de spon. Ad id. Guil.

¶De impedimento ordinis. Cap. 8.

Octauum impedimentum est ordo. s. Sacer. vt Diaconatus & supra. Vbi nota tres conclusiones. Prima est quod nullus ex minoribus ordinibus impedit matrimonium contrahendum nec dirimit contractum, nec impedit vsum ipsius matrimonij, si talis contrahat, licet tamen contrahens cum vnica & virgine clericus in minoribus obtineat priuilegium clericale si vestes & tonsuram deferat Clericales, extra de cle. coniu. c. 1. lib. 6. Non tamen retinet beneficium ecclesiasticum, nec recipere potest. Clerici igitur in minoribus constituti bene possunt contrahere nisi sint religiosi professi tacite vel expresse. Secunda conclusio est q̃ ordo sacer habet implicitum votum solenne ex institutione ecclesiæ, & ideo existens in sacris si contrahit matrimonium, nullum est, dist. 32. Si quis eorum, &c. Erubescant. Adeo hoc verum est vt nec etiam Græco cui licitum est vti contracto, sit licitum in sacris constituto contrahere ſm Ioan. An. in nouella, & plures alios, & Richard. in 4. Vnde ista est differentia inter constitutos in sacris ecclesiæ Orientalis & constitutos in sacris ecclesiæ Occidentalis. Nam primis licet vti contracto ante susceptum ordinem. Secundis non licet vti cõtracto ante ordinem sacrum susceptum 21. dist. Nicena. Et qui contrahit in sacris est excommunicatus extra de consangui. & affini. Eos in cle. Est etiam talis irregularis ſm Petr. de Pal. in 4. dist. in. 37. qui etiam dicit quod cum continentia sit annexa ordini sacro ex statuto ecclesiæ, ideo qui ordinatur ad ipsum, licèt non intendat continere, nec se ad continentiam obligare, nihilominus obligatur ad continentiam, etiam in foro conscientiæ. Quia ecclesia bene põt inhabilitare ad matrimonium ignorantem & inuitum, sicut & seruum & frigidum & huiusmodi. Et per eandem rationem si quis ante annos discretionis ordinetur in sacris ad continentiam obligatur, etiam si in cunis ordinaretur præsuppositio quòd recipiat characterem, quia obligatur ex statuto ecclesiæ non voto suo. Vnde talis si contrahit non tenet matrimonium sed ordo dirimit ipsum. Hæc Pet. de Pal. Tertia conclusio est quod quamuis ordo sacer præcedens contractum matrimonium dirimat illud, si tamen ordo sequatur matrimonium contractum non dirimit ipsum vt in extrauagante. Ioan. 22. Et si sciente vxore & assentiente ordinatus est in sacris, tenetur ad continentiam vterque ita q̃ etiam post mortem viri non potest contrahere, intelligitur enim tacite cum viro professam continentiam. Si autem ordinatus est inuita vxore vel sciente factum, sed ius ignorante ipsa tñ sciente ius: debet cogi per iudicem ad ingressum religionis, si nondum est consummatum matrimonium, vt sic illa possit cum alio contrahere, si ad hoc cogi non potest, vel si consummatũ est matrimonium, debet exutus beneficio clericali restitui vxori, etiam si esset episcopus immo etiam Papa secundum glo. in decretis, & hoc sic mulier petit, ipsa tñ exigere non potest debitum, sed reddere tenetur. Tho. & Pet. in 4.

Tho. in 4. di. 37. q. 1.

supra 4. dist. 37.

¶De ligamine. Cap. 9.

Nonum impedimentum est ligamen, videlicet quando quis alteri coniungi est per verba de præsenti obligatus, talis enim ea viuente aliam accipere non potest, quantumcunq; recesserit alter & diu steterit, quia si nihil audiuit de eo, de vita vel morte, debet expectare quousque habeat sufficientem noticiam de morte eius vel de ingressu religionis, si nondum erat matrimonium consummatum. Nec est verum quòd quidam dicunt quòd sufficit expectare per septennium, nullum enim tempus præfinitum est aliàs contrahens cum alio, adulterium committit extra de spon. Duorum licet. Sed nec antiquo tempore potuit fieri nisi diuinæ reuelationis instinctu, vt fuit in Patriarchis, extra de diuor. Gaudemus. Potest tamen alter coniugum ante carnalem copulam altero inuito religionem ingredi. Et remanens in sæculo postquã expectauit ingressum religionis per annum ita scilicet q̃ sit professus, tunc remanebit liber, qui in sęculo remansit ad contrahendum cum altero. Post mortem vero alterius coniugis alter nubere potest cui vult etiam infra tempus luctus fœminæ sine pœna infamiæ. Quod si alligatus alteri per verba de præsenti solum, etiam absq; consummatione matrimonij contrahit cum aliqua, nullum est. Sed si alligatus primæ erat per verba de futuro seu per sponsalia, & cum secunda contrahat per verba de præsenti, remanet cum secunda. Secundo nota, quòd si vxor credit virum mortuum & contrahit cũ alio, secundum Rayn. si hoc credit ex probabili causa propter ignorantiam facti excusatur

De spõ. cap. Si inter.

& filii si quos susceperit iudicabuntur legitimi si tamen postea de morte viri dubitet, debet quidem reddere debitum sed non exigere extra de secun. nup. Dominus. Sed si processu tẽporis credit probabiliter eum viuere, nec potest debitum exigere, nec debet reddere periculo adulterii se exponendo. Si vero reuertatur vel alias de vita eius sibi constiterit, statim debet recedere a secundo, & ire ad primum, quod si nõ faciet adultera iudicabitur xxxiiij. q.ij. Cum per bellicam. &c. Cum in captiuitate. Primus quoque eam recipere tenetur, vt patet in prędictis c. nisi forte illa postquàm sciuit de vita primi, permisit se cognosci a secundo & sic adultera fuit. Et ista est materia & conclusio totius illius quęstionis xxxiiij. q.ij. ¶ Tertio nota quod si vir eius ad Saracenos iuit in exercitu, & regione lõginqua, & nescitur vtrũ sit viuus vel mortuus, secundum Ray. vxor non potest contrahere cum alio nisi de morte viri recipiat certitudinem, puta quia fuit in bello vbi omnes dicuntur interfecti fuisse, & signa plura apparent vel fuit captus ab eis cum multis, & communis est fama quod fuerunt interfecti omnes & de eo diu nil audiuit in contrarium, vel accepit literas vel ambasiatam a fide dignis inde venientibus quod mortuus est & huiusmodi, extra de spon. In præsentia. Aut verisimiliter de morte presumat extra vt lit. non contest. Quoniam frequenter. Sed quid si coniunx tali contrahat cum altera vel altero credens tamen priorem viuere cum tamen in veritate mortuus sit. Respondit Guil. Credo sine præiudicio quod teneat tale matrimonium q̃ intelligendum est nisi coniunx credens impedimentum esse, non intendebat contrahere, nam tunc matrimonium nullum esset, quia si non est intentio contrahendi, non est matrimonium, extra de spon. Tua.

& ibi p glossam.

¶ *De publicæ honestatis iustitiæ.*
Cap. X.

DEcimum impedimentum est publicæ honestatis iustitia quæ ſm Thom. in iiij. est propinquitas ex spõsalibus proueniens robur trahens ab ecclesiæ institutione propter eius honestatem. Nota ergo quod si alicui contraxerunt spõsalia nullus de consanguinitate spõsi potest habere sponsam illam in vxorem, nec aliqua de consanguinitate sponsę potest habere illum in virum, extra de despon. impu. Continebatur. Et durat hęc prohibitio vsq; ad quartum gradũ suorum consanguineorem extra de spon. Sponsam. Et si etiam ipsa spõsalia fuissẽt nulla ratione consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis & religionis vel alia quacunq, ratione, oritur publicę honestatis iustitia, & est diri mendũ matrimoniũ. Et hoc nisi illa sponsalia fuissent nulla ex defectu consensus, puta quia vnus eorum uel ambo erant infantes, extra de spon. c. i. li. vj. Dicit autẽ Petrus de Palu. Quia cum dicitur sponsalia quæ sunt nulla ex defectu consensus, non possunt causare publicæ honestatis iustitiam, itelligendum est de defectu consensus apparentis, ut in pueris furiosis & conditionatis sponsalibus. Secus autem est de nullis propter defectum consensus latentis, puta cum intendebat decipere & carnalem copulam extorquere non contrahere, quia tantum scandalum esset de isto sicut si uere contraxisset. Ecclesia autem instituendo istud impedimentum uoluit uitare scandalum. Et qđ spon salia uolentis decipere causent publicæ honestatis iustitiam apparet, quia ecclesia condemnabit ad matrimonium contrahendum & etiã confessor talem deceptorem. Vnde cum ecclesia instituerit hoc impedimentum, videtur quod omnia sponsalia quæ ecclesia iudicat uera inducunt publicę honestatis iustitiam. Hæc Pe. de Palu. Secundò nota quod spõsalibus factis aut parentibus pro filius puberibus vel impuberibus, non oritur publicę honestatis, iustitia, nisi ipsi filii consenserit expresse uel tacitatè aut si præsentes erant & non contradixerunt vel si absentes & postea scientes ratificauerunt tacitè uel expresse. Per quemlibet enim istorum modorum obligantur filii, & oritur publicæ honestatis iustitia, extra de despon. impu. Si infantes li. vj. Item si duo infantes uel unus maior septennio, & alter minor, contraxerunt sponsalia uel parentes pro eis, nisi maiores septennio per cohabitationem mutuam, seu alias uerbo uel facto eorum appareret eos perdurare in eadem uoluntate, non tenent, cum ab initio fuerint nulla. Sed si perdurant in eadem uoluntate conualescunt & iuducunt publicę honestatis institiam extra de despon. impu. c. j. li. vj. ¶ Tertio not. qđ si quis spõsalia primo cum aliqua contraxit & postmodum cum alia consanguinea ipsius primę idẽ fecit, debet contrahere matrimonium cum prima, quia sponsalia cum secunda nõ tenerunt, sed si sponsalia cum aliqua sint facta cum conditione, & pendente conditione vir cum alia consanguinea illius contrahit per verba de præsenti, debet remanere cum secunda, quia ex sponsalibus cõditionalibus, sicut ex non habentibus consensum, & incertis non oritur publicæ honestatis iustitia extra de spõsa. c. j. li. vj.

dist. 3. q. 1. ar. 4.

¶ *De affinitate.* *Cap.* 11.

VNdecimum impedimentū est affinitas: quæ secundum Ray. est proximitas personarum ex carnali copula proueniens omni carens parentela: Circa quam tria notat. ¶ Et primum, qđ contrahitur affinitas non solum per copulam coniugalem sed etiam per copulam fornicariam 35. q. iij. Nec eam & extra, de eo. qui cogno. consan. uxo. suæ. Discretionem. Ita tamen quod vira intret claustra pudoris, & perueniat ad cōsummationem operis, alias non contraheretur affinitas 35. q. iij. Extraordinaria, extra de eo qui cogno. consang. uxo. suæ. Fraternitati. Est tamen diuersitas opinionum in hoc. Quidam dicunt quod ad affinitatem contrahendam sufficit quod vir perueniat ad emissionem seminis scilicet intra claustra pudoris: etiam si mulier non emitat, sed. Tho. & Alber. dicunt quod requiritur quod emittat. Dicit tamen Franciscus de Zabarel. post. Mat. quod si uir emittat semē extra claustra, & ingrediatur semen intra claustra contraheretur affinitas, & matrimonium esset cō summatum, si ibi est contractum prius matrimonium per verba de prȩsenti, Et induceit exē plum de quadam in Francia quæ non fractis claustris, immò cum esset arcta impregnata, est, sed si non est impregnata, ecclesia iudicaret eam virginem per aspectum. Nota quod Archidiaconus, super dicto capitulo. Extraordinaria allegat Hugo. Lau. Vin. & Inno. dicit, quod requiritur ad contrahendum affinitatem necessario vtriusq; seminis commixtio. arg. 25. q. x. Fraternitatis, Dicit etiam Inno. quod si mulier fuisset corrupta & non vir, ad huc non est consummatum matrimonium inter coniuges. Sed si vir polluat aliquam extra claustra pudoris, ex hoc non impeditur quin parentes illius viri possunt illā habere in vxorem, nec etiam contrahitur publicæ honestatis iustitia secundum Goffred. Sed si vir frangeret claustra pudoris & non perueniat ad effusionem seminis non est consummatum matrimonium. Et sic secūdum Vincen. talis si hoc posset probare adhuc posset ingredi religionem inuita vxore hoc ibi in summa. Et remittit ad id quod dixit distinct. lvj. Nasci. Ibi enī allegat Philosophum, & beatum Tho. dicentes, quod non est necessaria seminis emissio in muliere ad generationem cum etiam sine hoc concipiant, sed sanguis menstruus in generatione est loco seminis, Petrus vero de Palu. in iiij. dicit, qđ affinitas contrahitur per carnalem copulam, quomodocunq; exercitam, licitè vel illicitè, idest in matrimonio vl extra, sed secundum naturam, dum tamen semen viri recipitur in vase debito Quantumcūque autem quis inuadat vel etiam frangat vasa pudoris nisi in ipso vase semē emittat, nō contrahitur affinitas, nec ob. c. Iuuenis, extra de spon. quia illud est ratione certitudinis propter sponsalia, quæ post septennium ille approbauit vel quia maritali affectu attentauit. Nam attentatio, quæ fieret maritali affectu, maxime cum illa cum qua posset matrimonium contrahi causat affinitatem. Vel ratione dubii. Vnde si constaret de copula carnali, non esset credendum nisi in foro conscientię, quod non fuisset seminis receptio, sed si foro conscientiæ crederetur, cum non in illo foro constat non fuisse seminis receptionem, nec attentationem factam maritali affectu, nullum vinculum est contractum. Sed ex his quæ in confessione nouit non posset ipsæ in foro exteriori procedere ad pronunciandum matrimonium non tenere postquā esset probata carnalis copula licèt non seminis receptio, cum non oportet probare quod non est bene possibile. Dicunt etiam doctor. quod requiritur ad affinitatem causandam seminis commixtio, ideſt seminis viri receptio, ad quod nata est sequi seminum commixtio, ideſt, seminis & mestrui, quia non oportet mulierem seminare ad concipiēdum, alias beata virgo non fuisset simul mater & uirgo. Similiter econuerso sine carnali copula potest causari affinitas si fiat seminis receptio vt dicunt quidam de Antichristo, quod nascetur semine transfuso per dæmonem incubum & succubum. Hæc Pet. Secundum est quod affinitas hæc operatur qđ omnes consanguinei vxoris Petri sunt sibi affines in eodem gradu in quo sunt consanguinei vxoris. Similiter omnes consanguinei Petri sunt affines vxoris suę in eodem gradu quo sunt sibi consangninei. Et quod dicitur de vxore idem intelligas de quacunque muliere carnaliter cognita modo prædicto. Sed consanguinei Petri nullo modo sunt affines consanguineis vxoris suæ, nec inter eos prohibetur matrimonium, extra de consanguinitate, & affinitate. Super eo. Vnde duo germani possunt contrahere cum duabus mulieribus germanis. Et pater, & filius possūnt contrahere cum matre & filia. Et relicta viri qui fuit germanus vxoris, meæ, ipsa mortua, scilicet vxore mea potest mihi esse vxor. ¶ Tertium est quod mortua persona qua mediante fuit contracta affinitas, vt puta marito uel uxore uel concubitore

In 4. dist. Ixj. qō. j. art. 3. ad secundū

In 3. per q. 31. ar. 5. ad tertiū & q. 33. ar. 4. ad 37.

tracta affinitas, vt puta marito vel vxore vel concubitore vel concubina remanet. affinitas nihilominus quæ erat ad conſanguineos eius nec poterit inter eos eſſe matrimonium 35. quæſt. 10. Fraternitatis. Dicit enim Petrus de Pa. quòd ſemper durat affinitas: adeo quod ſi reſurgeret frater meus qui fuerat vxoratus quamuis ipſe non ſit maritus amplius illius mulieris, quia matrimonium per mortem ſoluitur, tamen illa mulier eſt mihi affinis. Vnde & in patria erunt conſanguinitates & affinitates licèt nõ nubant nec nubantur, nec vacent generationi. Ad hoc facit quod ait Greg. 35. quæſt. 10. Fraternitatis. Non poteſt autem contrahi matrimonium inter affines vſq; ad quartum gradum affinitatis incluſiue, extra de conſangui. & affinita. c. non. Et ſi contraherent de facto, dirimit, quia nullum eſt, ſed inceſtus. Olim autem ponebatur aliud genus affinitatis, & alij gradus vt patet in decretis 25. queſt. 3. per totum, quod impediebat matrimonium. Sed ſunt per decreta ablati. extra eo. Non debet, & ſic non remanet niſi primus genus affinitatis quod habet dirimere de quo dictum eſt. ¶ Et nota q̃ qui contrahit ſcienter in aliquo gradu affinitatis vſq; ad quartum gradum, eſt excommunicatus extra de conſangui. & affinita. eos in cle. De hoc habes, infra in titulo de excommunica. ¶ Nota etiam ſecundum Petrum de Palu. quòd qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ adhuc ſponſæ, ſoluta ſunt ſponſalia nec poteſt illam ſponſam huiuſmodi habere in vxorem obſtante ſibi affinitate contracta. Nec econuerſo illam quam fornicarie cognouit obſtante ſibi publicæ honeſtatis iuſtitia & hoc niſi Papa diſpenſante. Qui autem cognouit conſanguineam vxoris cum qua contraxerit per verba de præſenti, ſed nondum conſummauit matrimonium cum non poſſet debitum negare niſi intrando religionem, uidetur q̃ ad hoc teneatur ne inceſtum committat cognoſcendo affinem, & cum hoc valeat facere quia nõdum conſummauit quòd ſi vult remanere in ſæculo neceſſaria eſt ſibi diſpenſatio ad reddendum debitum, ſi hoc vult ſine peccato facere & poteſt epiſcopus diſpenſare. Qui autem cognouit, conſanguineam vxoris & conſummauit matrimonium tenetur quidem debitum reddere: ſed petere non poteſt abſq; diſpenſatione vt dictum eſt per epiſcopum. De hoc impedimento dicit Petr. de Pa. in 4. diſtin. 41. quòd affinitatis dicitur, quia accedit ad fines, ideſt terminos. Et ponit eandem diffinitionem, dicens. Affinitas eſt attinentia vel propinquitas perſonarũ ex carnali copula prouenies omni carẽs parentela. Dico autẽ carnali copula licita vel illicita. Et omni dr̃ carens parẽtela per ſe, licèt per accidens aliter eſſe poſſit, quia per accidẽs poteſt licite vel illicite permiſceri cõſanguinitas conſanguinitati, & affinitas affinitati, & cõſanguinitas affinitati, vt in inceſtu Loth cũ filiabus. Caroli magni cũ ſorore ex qua genuit Rolandum filium & nepotẽ, ipſq; pater & auunculus, quia frater matris, vt dicitur. Et in inceſtu Iudę cũ Thamar. Exẽplum ẽt in patre & filio, qui duxerunt matrem & filiam in vxores cũ mater eſſet conſanguinea in tertio gradu patri cum diſpẽſatione ex qua genuit filiam & filiũ. Ibi licite permixta eſt affinitas affinitati & conſanguinitas conſanguinitati, & conſanguinitas affinitati. Item notandum eſt de ratione affinitatis. Ratio huius propinquitatis hinc ſumitur, quia ſuper communicationem naturalẽ fundatur amicitia naturalis. Communicatio autẽ naturalis eſt duobus modis ſm philoſophũ 8. ethic. Vno modo ſm carnis propagationem, ſm quẽ modum vnus eſt ab alio vt filius a patre, vel ambo a tertio, vt duo fratres. Alio modo per coniunctionẽ ordinatam a carnis propagatione quæ cõmixtio eſt per carnis copulam, vel per matrimonium in quo eſt mutua obligatio coniugum ad carnalem copulam. ¶ Propter quod ibidem dicit Philoſophus qđ amicitia viri & vxoris eſt naturalis. Et ideo ſemper ſicut per propagationẽ carnis cauſatur amicitia naturalis quę eſt conſanguinitas, ita per carnalem copulam vel coniunctionẽ ad hoc ordinatã, vt eſt matrimoniũ, cauſatur viculũ naturalis amicitiæ qđ vocatur affinitas, dũ hõ æqualiter ſe habet ad conſanguineos vxoris, ſicut ad ſuos, eo q̃ vxor eſt aliquo modo vnũ corpus cũ viro. Sed quia non eſt ſimpliciter vnũ cũ eo ſed quaſi ab extrinſeco adiuncta, ideo quicunq; attinet viro, attinet vxori in eodem gradu, ſed quia ab extrinſeco adiuncta, ideo attinet ei alio genere attinẽtiæ, qa cõſanguinei viri ſunt affines eius vxoris, non aũt cõſanguineorũ eius vxoris. Et econuerſo cõſanguinei vxoris ſunt affines ipſius viri, non aũt cõſanguineorũ viri. Et hinc eſt q̃ pater & filius licite cõtrahunt cum matre & filia & duo fratres cũ duab. ſororibus. ¶ Vltimo notandum de diſpenſatione papæ prohibita circa hoc. Circa qđ dicit idẽ Pet. de Pa. Quia in primo gradu affinitatis aſcendentium ſicut & conſanguinitatis Papa diſpenſare nõ põt, quia eſt cõtra ius diuinũ & naturale, qa vxoribus parentũ exhibemus reuerẽtiam

Affinitas quid ſit.

Gen. 38.

Rõ affinitatis.

Tit. 24. c. 34.

§. 1.

tiam ſicut parentibus noſtris. Item & in linea tranſuerſali in primo gradu prohibetur matrimonium conſanguinitatis & affinitatis iure diuino. Vnde nec papa diſpenſare poteſt etiam quodammodo eſt cõtra naturam, vt.ſ. quis contrahat cum germana ſua vel vxore germani ſui eo mortuo. Vnde etiam ante legem Moſaycam multiplicato genere humano ante diluuium vel poſt creditur ſe abſtinuiſſe a ſororibus, & ab vxoribus fratrum niſi ad ſuſcitandum ſemen fratris premortui, ſicut & tempore legis, ſicut patet in Thamar & filijs Iudæ. Nec obſtat de vxoribus Abrahæ & Iſaac, quas vocauerunt ſorores, quia ſcilicet fuerunt conſanguineæ vel conſobrinæ, ſicut
Gen.13. & Loth qui filius fuit fratris Abrahæ, dictus eſt frater ipſius. Nec etiam poſſet diſpenſare papa in vxore fratris mortui ſine liberis; qa licet olim liceret, tamen diſpenſatiue licebat, quæ diſpenſatio fiebat iure diuino non ab homine. Nam iure diuino communiter abſtinebatur ab vxore fratris, ſicut a ſorore. Sed in caſu illo permittebatur. Vnde ſicut papa non poſſet diſpenſare in pluralitate vxorum. quãuis olim eſſet licita, quia licita erat ex Dei diſpenſatione, prohibita iure communi, ſic nec in propoſito. Item nec in ſecundo gradu trãſuerſalis ſuperioris, vt cum amita & matertera, quie lege diuina prohibitum. Hæc Pet. Ex his aduerte diligenter q̃ cum affinitas cõtrahatur ita per fornicationem ſicut per actum coniugalem, ille qui cognouit aliquam mulierẽ fornicariæ, nõ poteſt contrahere cum filia eius vel germana eius. Sicut nec poſſet contrahere matrimonium cum filia vxoris ſuę ex alio viro, nec cum ſorore eius ea mortua, & ſecundum Pe. Papa in hoc diſpenſare non poteſt, qui tamen caſus ſæpe peruenit ad audientiam confeſſorum. Reperitur tamen Papa Martinus Quintus diſpenſaſſe cũ quodam qui contraxerat & cõſummauerat matrimonium cũ quadam eius germana quam cognouerat fornicarie, cũ magna tamen difficultate, & quia res erat occulta, nec ille erat aptus ad religionẽ vel ad remota eundũ, vnde ſcandalũ ex diuortio ſi factũ fuiſſet ſequẽdũerat. Prius ordinauit plures theologos & canoniſtas ſuper hac re habere collationem vtrum ipſæ poſſet in hoc diſpenſare, nec cõuenerunt in concluſione: ſed aliqui dixerunt quòd poterat, alij contrarium affirmauerunt. Et quia tenẽdum eſt certum & dimittendum incertũ ſm Auguſt. de pẽni. diſtinct. 7. ſiquis. Et inſtar ſacrilegii eſt diſputare de poteſtate principis præcipue Papæ 17. q. 4. §. committitur, & ca. nemini, vbi dicit Nicolaus Papa. Nemini eſt de ſedis apoſtolicę iudicio iudicare, aut illius ſententiam retractare permiſſum, videlicet propter Romanæ eccleſiæ priuatum Chriſti munere in beato Petro collatum ubi dicit gl. Nemini. ſ. qui ſit inferior papa. Nam ipſemet papa vel ſucceſſor eius poteſt ſententia ſuam vel alterius papæ prædeceſſoris retractare, ut 35. q. 9. Exẽplum patet, quia quod prius determinatum fuerat per eccleſiam. ſ. cõſanguinitatem & affinitatem durare vſq; ad ſeptimũ gradum, vt notant ſſid. Greg. & Alex. 35. q. 5. Ad ſedem. Greg. 9. retractauit & terminauit non durare niſi vſq; ad quartum gradũ: extra de conſangui & affini. Non debet. Et ſic hodie ſeruatur quantum ad cõtrahendum matrimonium. Ideo nulli conſulendum eſt: ſed omnino prohibẽdum procurare diſpenſationem: etiam a papa contrahendi cum tale cuius. ſ. matrem vel germanam quam carnaliter cognouit: ſed ſi poſt contractum & multomagis conſummatum tale matrimonium obtinuit diſpẽſationem remanendi cum illa, dimittendum eſt negocium iudicio Dei: nec condemnandum.

¶ *De impotentia coeundi.* *Cap.* 12.

DVodecimum impedimentum eſt de impotentia coeundi: & eſt ſecũdum Ray. vitium animæ vel corporis vel vtriuſq;: quo quis impeditur alteri carnaliter commiſceri. Vbi nota q̃ tres ſunt impotentię ſpecies. ſ. naturalis: accidentalis: maleficialis. Et quia iſta materia eſt turpis: & ſæpe contingunt caſus eius ideo truncabo: & ipſam plenius potes videre in ſummis.

¶ Prima ergo impotentia. ſ. naturalis: quæ eſt §. 1.
in viro frigiditas ſeminis: vel frigiditas complexionis vel indiſpoſitio membri. In muliere arctatio. Si perpetua eſt talis impotentia impedit contrahendum & dirimit contractum 33. q. 1. c. 1. & 2. extra eo. Laudabilem: Illa tamen quę eſt in ſene non impedit 27. q. 1. c. 1. & c. nuptuarum. Nam & ſenes ſi naturali calore deſtituantur, opere tamen medicorum poterit eis aliqualiter ſubueniri. Et dicit Pet. de Pal. q̃ nomine frigiditatis intelligitur etiã caliditatis: & quodcunque aliud impediens actum perpetuo. Non autem ſi effectum generationis impediat tantum & non actum. Vnde & ſteriles ſcienter poſſunt contrahere. Præterea idem Petr. de Pal. ait, quòd ille qui ſcit in ſe vel in alio impotentiam coeundi: nõ poteſt inuito alio diſcedere propter tale impedi-

pedimentum,& imputet sibi qui talem elegit alias autem posset, puta si incontinenter viueret,aut aliàs inhoneste, vel vir eam male tractaret,alter ei venenum preparasset.Non tamen separaretur quoad vinculum,quod vere fuit ex quo vterq; simpliciter consensit, sed quoad cohabitationem,aliàs non posset separari,ex quo fuit verum matrimonium, nisi ob fornicationem vel timorem mortis vel religionem, si matrimonium non fuit, consumatum.Si autem ignorat impotentiam,etiam in seipso, vtsi vir credebat non se impotentem vel mulier non se arctam quando perpenderunt,possunt allegare propriam impotentiã ar.extra de mal.c.1.& c.consultationi.Item nota secundum eundem Pe.de Pa.Quod quando fit separatio propter frigiditatem viri mulieri datur licentia cum alio contrahendi.Viro autem si est impotens simpliciter idest non valens seminare vel valens hoc, sed non in loco debito.si hoc est quod omnem fæminam. interdicitur matrimonium contrahere.Si autem impotens esset respectu istius tantum,puta qa est virgo, sed si esset corrupta posset eam cognoscere,licentiandus est tunc cum corrupta. Nec simpliciter talis est prohibendus quia nõ debet effectus extendi vltra suam causam. Dicit tamen Tho.in 4.quod si quis non posset copulari cum virgine,sed cum corrupta, possent medici aliter cum aliquo instrumento claustra pudoris,reserari.Nec hoc esset contra naturam,quia hoc non fieret ad delectationem sed ad medicinam.Item si mulieri arte absq; periculo potest subueniri beneficio medicinę,vel per futurum vsum viri proportionati, non impedit contrahere matrimonium extra de fri.& malefi.c. Ex literis. Si vero non potest siue graui periculo subueniri certe separabitur & poterit se copulari alteri cui forsitan apta foret,vel cuius respectu subueniri, posset. Quod si per vsum secundi facta sit idonea idest cognoscibilis primo reddetur primo, etiam si ipsæ primus iam cum alia contraxerat quam in hoc casu dimittere debet & ad primam redire. Si autem non sit facta idonea idest cognoscibilis primo, vel si non sine graui periculo mulieris potest a primo cognosci,quod potest contingere propter indispositionem membrorum remanebit cum secundo. Sed Pet.de Palu. dicit quod opinio contraria quæ verior videtur est, quod si potest ei subueniri sine periculo per incisionem siue velit siue nolit est impedimentum temporale,nec dirimit quia si hodie non vult cras, potest velle. Vnde voluntas quæ non est perpetua,non facit perpetuum impedimentum, similiter si per vsum istius hominis de quo quæritur,potest fieri cognoscibilis, temporale est nec dirimit.Si vero nec per incisionem, nec per vsum eius potest fieri cognoscibilis, ab isto, quamuis potest fieri cognoscibilis per vsum alterius non est separanda ab illo secundo si cum eo contraxerit, nec reddenda primo. Etiam si per alium fuit aptata,quia quam diu est iuncta non potest alter ea vti. Et sic illud remedium est impossibile de iure diuino & positiuo, quia esset adulterium vel fornicatio. Et si mulier est ita arcta quod a nullo ordinarie sit cognoscibilis debet remanere sine spe coniugii, & viro datur licentia cum alia contrahendi. Si autem est arcta quoad aliquẽ puta senem. cognoscibilis autem per alium, puta iuuenem,licentianda est ad alium. Sed quando separata est ab vno, quia non potest cognosci,& commixta alteri similis conditionis, puta similis ætatis & complexionis, quia ecclesia tunc fuit decepta, quia verisimile est quod per longum vsum fuisset sibi apta,tunc reddenda est primo, quia impedimẽtum fuit temporale, secus quando alius fuit diuersæ conditionis.Hæc Pe. ¶Item si mulier dicat virum impotentem propter defectum, membri,secundum Hosti. esset inspiciendus per viros honestos, sicut dicitur de arcta,quod inspicienda est per matronas honestas. Si autem allegat excessum membri esset consulendus papa. Nec sic dicitur mulier inepta esse ad matrimonium propter frigiditatem sicut propter arctationem,quia mulier in concubitu est patiens vnde ad reddendum debitum, viro sufficit quod patiatur actionem viri in naturali mẽbro,hoc aũt eius frigiditas nõ impedit. §.11. ¶Secunda impotentia scilicet accidentalis sine maleficio est per castrationem superuenientem propter quod si tales omnino inepti sunt ad reddendum debitum,contrahere non possunt,& si contraxerint diuidendi,quia nullum est matrimonium extra.e.Quod sedeñ. Sed si castratio contingeret post matrimonium contractum per verba de præsenti,non potest dirimi sed durat matrimonium. Et intelligitur ista castratio secundum Richar.in 4.truncatio mẽbrorum genitalium, comprehendendo testiculos & virgã. Et de hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt quod istud si superueniat matrimonio contracto de presenti,sed nõ dum consummato, quod habet dirimere sicut & ingressus religionis. Alii dicunt & communius non quod dirimit contractum istud superueniens,sed solũ quãdo erat hoc impedi

dist. 34. q.1. ad quinta.

mentum antequam contraheretur per verba de præsenti. Quidam etiam dicunt quod si remanet virga quę erigatur etiam abscisis testiculis, quod tunc tale matrimonium nondū consummatum, non soluitur sicut dicit glo. de spadone 32.q.7.c. Hi qui Nam talis satisfacit mulieris, sicut mulier satisfacit viro suo, huc resoluet sperma siue non. Nec requiritur in matrimonio quod semper sit spes filiorū sed sufficit quod non euitant procreationem prolis. In hoc ergo caute incedendum est, & cum maturo consilio. Et quando tales possunt inducit se haberent, vt frater & soror caste viuentes, tuta via esset. De castrato & spadone dicit Pet. de Pa. Quod si non impediuntur actu generationis, licèt ab est actu, quia. s. in eis virga erigitur, & semen emittitur, sed inualidum ad generandum, contrahere possunt, sed si non emittunt semen, non possunt contrahere secūdum quosdam 32.q.7. Hi qui. Neq; contrahit per hos affinitas. ¶ Item qui non potest seminare in loco debito, non potest contrahere, quamuis & reliqua, & defiorare possit, quia impotentia coeundi est absolute, quando quis non potest carnalem copulam exercere. Non autem reputatur in iure carnalis copula subsecuta nisi sit consummata per seminationem ordinariam, extra de spon. c. fi. ¶ Tertia §.3. impotentia est per maleficium. Circa quod secundum Tho. in 4. & Hosti sic tenendum est. dist. 34. q.3. Quod si maleficium superueniat matrimonio ante carnalem copulam, tunc si maleficium superueniens matrimonio est perpetuum, impedit & dirimit matrimonium contractum, ita quod celebrato diuortio, vir aliam poterit ducere, similiter & mulier poterit cum alio contrahere 23.q.1. Si per sortiarias. In dicto. c. si per sortiarias dicitur expresse, quod Deo permittente & diabolo præparante impediri, potest homo ne cognoscat mulierem. Et ut dicit Pet. de Pa. in 4. sit hoc multipliciter. Habet enim ex hoc quod est spiritus potestatem super creaturam corporalem ad motum localem prohibendum vel faciendum. Vnde potest corpora impedire ne sibi mutuo apropinquarent vel directe vel indirecte, interponendo se inter eos corpore assumpto, sicut accidit sponso qui desponsauerat Idolum, & nihilominus contraxerat cum quadam iuuencula, nec potuit eam cognoscere propter hoc. ¶ Secundo modo potest inflammare ad actum illum vel refrigerare ab actu illo, adhibendo occulte virtutes rerum quas optime nouit ad hoc validas. ¶ Tertio modo turbando imaginationem & phātasiam extimatiuā qua reddit mulierem exosam, quia potest imaginationem imprimere. Quarto modo prohibendo directe rigorem membri, sicut & motum localem cuiuscunque organi. Quinto modo prohibendo missionem spirituum ad membra in quibus est virtus motiua, quasi intercludendo vias seminis, ne ad vasa generationis descendat, vel ne ab eis recedat, vel ne excidat, vel ne amittatur & multis aliis modis. Plus autem permittit Deus super hunc actum per quem peccatum primum transfunditur quam super alios actus humanos. Et sæpius maleficiatur uir quam mulier, & magis permittit Deus in peccatores seuire dæmones quam in iustos, ut patet de septem maritis Sarræ vxoris Thobiæ, tamen etiam aliquando in iustos. Exemplum in Iob. Et propter hoc maleficiati monentur facere confessionem in dicto. c. Si per Sortiarias. Hæc Pet de pa. Richar. in 4. dicit quod communis opinio tenet, qđ si certum esset quod esset maleficium secutum matrimonium ratum non tamen consummatum, non propter hoc dirimetur vinculum matrimonii. In separando autem maleficiatos similiter procedendum est, sicut in separando ineptos propter frigiditatem, excepto quod frigido non datur licentia contrahendi cum altera. quia frigiditas est impedimentum vniuersale, sed maleficiato datur quia maleficium est impedimentum particulare. Quod si mulier ipsa procurauerit maleficium, non potest petere diuortium, quia culpa sua ad hoc deuenit, 55. distin. Si euangelica. Si vero maleficium sit tempore, non impedit nec dirimit. Et a principio quidem maleficium præsumitur temporale. Sed postquam coniuges per triennium simul cohabitauerunt dantes operam carnali copulę si adhuc durat impedimentum. quia scilicet se cognoscere non potuerunt, præsumitur maleficium esse perpetuum, extra. eo. c. Laudabilem, & sic separabitur. Si autem separati propter maleficium, postquam alia matrimonia contraxerint carnaliter se cognoscant reuocandi sunt ad primum matrimonium, eo quod sententia diuortii lata inter eos fuit per errorem, quia impedimentum fuit iudicatum inter eos perpetuum secundum præsumptionem, quod non erat perpetuum secundum rei veritatem. Et illud decretum 33.q. 1. Si per sortiarias non teneret Hæc Ricah. in 4. Nota secundum Pet. de Pa. quod maleficium si post triennium durat iudicatur perpetuum, non quidem quia illud non potest tolli, vel a Deo vel etiam opere diaboli qui sanat ex hoc quod torquere cessat. Exemplum

Nota de gnis sinuum.

in

in legenda beati Bartholomei Apoſtoli. Sed
Iob. 41. quia non poteſt tolli opere humano, quia non eſt poteſtas ſuper terram, immo nec ſuper cælum poſt Deum quæ Lucifero valeat comparari in naturalibus, nec ſemper exorciſmi liberant. Quandoque quidem propter peccatum quandoque autem propter bonum hominis cui non expedit nubere. Vnde nec Paulus fuit auditus. Pet. Et nota quod ſi maleficium non poteſt reuocari niſi per aliquod illicitum, vt per dæmonis auxilium & huiuſmodi, etiam ſi ſciretur ſic poſſe, reuocari, nihilominus impedimentum perpetuum iudicabitur, quia remedium non eſt licitum. Tho. Pet. Alber. & Hoſt. Et addit Hoſti. Quod licèt aliqua remedia videantur vana, tolerare tamen poteſt, retundere vana vanis non autem dicit illicitis. Sciendum etiam ſecũdum Pet. de Pa. quod ſi maleficiati vel alias impoteſtes velint commanere, veri coniuges ſunt, ſicut Maria & Ioſeph. Si autem ambo proclamant & euidentiſſimis ſignis impotentia probari poteſt, non expectatur triennium, ſed ſtatim ſeparantur. Si autem non ſit euidens, oportet quod per triennium commorati iurent ambo. vir quidam quod ſtudioſam operam dedit bona fide ſine fraude, quod eam cognoſceret, & non potuit proficere Mulier ſimiliter quod per eam non ſtetit nec fraudem adhibuit quin cognoſceretur a viro, ſed non fecit. Sacramentales autem iurabunt, quod credunt eos uerum iuraſſe extra de purga. c. Inter ſollicitudines. De triennio iſto in auctentica de nup. § per occaſionem. Et interdicitur matrimonium impotenti, conceditur potenti 33. q. 1. Quod autem. § jrequiſiſti. Et extra eo. fraternitatis. Si autem mulier dicit quod vir non poteſt eam cognoſcere, & vir aſſerit, quod immò ſtandum eſt viro, quia caput eſt mulieris 33. q. 1. Siquis accepit. Et hoc niſi mulier probet contrarium per aſpectum corporis, extra de ſpon nupt. c. continebatur. Et econtra in glo. ſi vir non dicat ſe non poſſe cognoſcere & ipſa aſſerit contrarium viro non probante, ipſa abſoluitur. Sed videtur quod quando allegat impotentiam mulieris quod ipſa teneatur ſe oſtendere inſpiciendam, & quia cauſa diuortii, vir & mulier ad paria iudicantur. Sicut vir allegans mulierem arctam auditur petens inſpici, ſic econuerſo mulier allegans virum eunuchizatum auditur, petens aſpectum corporis. Et idem eſt ſi dicat impotentiam eius aſpectu eius poſſe probari. Hæc Pet. de pa. Quod ſi poſt triennium celebrato diuortio redeat potentia ſe cognoſcendi, licèt de hoc ſint variæ opiniones tenendum tamen, quod ſentire videtur Tho. in 4. diſtin. 34. q. 1. arti. 3. ſcilicet quod ſi maleficium fuit vniuerſale reſpectu cuiuslibet perſonæ, tunc ſi alteri nupſerit, oſtenditur impedimentum non fuiſſe perpetuum, vnde debet redire ad primum. Si autem maleficium fuit particulare ſcilicet reſpectu ſpecialis perſonæ, tunc cum vtrique detur licentia contrahendi cum aliis, non poteſt ad priſtinum matrimonium redire, cum primum matrimonium nullum fuerit, & ſecundum verum Thom. in quarto vt ſupra.

2. Cor. 12.

In 4. di. 34. q. 3. ad 3.

¶ *De cognatione legali.* Cap. 8.

TErtiumdecimum impedimentum eſt cognatio, quod quarto loco ponitur in uerſibus ſupradictis. Vbi nota quod triplex eſt cognatio. ſ. carnalis ſiue naturalis quę dicitur cõſanguinitas ſpiritualis quæ dicitur compaternitas & legalis, quę dicitur adoptio vel arrogato. Quælibet harum impedit & dirimit matrimonium, ſed diuerſis modis, quia diuerſos gradus habet. Cognatio legalis eſt quæ fit per adoptionem vel arrogationem. Et habet tres ſpecies. Prima eſt aſcendentium & deſcendentium quæ eſt inter patrem adoptantem, & filium ſiue filiam nepotem vel neptem, & huiuſmodi adoptatos, & hæc indiſtincte ſpedit matrimoniũ & in perpetuũ, ſecundũ Pet. de Pa. Inter patrem tamen adoptantem, & patrem & mẽm adoptati, nulla cognatio contrahitur ſecundum Tho. & Pet. Pater ergo adoptator non põt contrahere cum filia adoptata, nec etiam cum nepte adoptiua. 30. q. 3. Ita diligere Secunda. ſpẽs collateralium ſcilicet iuter filiũ naturalem alicuius & filiũ adoptiuũ. Et hæc impedit matrimonium, quandiu ſunt in eiuſdẽ patris ptãte. Ea vero ſoluta. ſ. morte patris vel emancipatione ñlii naturalis vel adoptiui, nõ impedit. 30. q. 3. Poſt ſuſceptum. Et videt hoc intelligendum de filiis naturalibus legitimis. ſcilicet quod nõ pñt contrahere cum filiis vel filiabus adoptiuis patris ſui. Nã filius adoptiuus cum filia legitima patris ſui adoptiui contrahere poteſt, ſicut notat Hugo. 30. q. 3. in princip. Idem Hoſt. Innoc. & Rich. Nota etiam qd' inter duas perſonas adoptatas ab aliquo in filias poteſt eſſe matrimonium, ſecundũ Guli. Hug. & Bernar. cum nunquam inueniatur prohiberi. Sicut etiam duo filii ſpirituales alicuius, puta per ſuſceptionem in baptiſmo vel cõfirmationem poſſint contrahere adinuicem, & ſpirituales filii cum adoptiuis. Si ergo adoptiuus

c. j. §. 3. j. princip.

diſt. 42. q. 5. ad primũ.

uis filius matrimonium contrahit cum legitima adoptantis. Dicit Guil. Quod quamuis quidam dixerint quod non solueretur tale matrimonium, tamen verius tenendum est quod no. Hug. s. quod solueretur extra eo. c. vnico. Et hoc est verum tam de simpliciter adoptato, qui scilicet non transit in potestatem adoptantis quam de arrogato, qui transit in potestatem arrogantis. Tertia species est quasi legalis affinitas inter patrem adoptantem & vxorem filii adoptiui, similiter inter filium adoptiuum & vxorem patris adoptantis. Et hoc impedit omni tempore matrimonium, quoniam pater adoptans nunquam potest contrahere cum illa quæ fuit vxor filii adoptiui, etiã post emancipationem. Arg. ff. de. rit. nup. l. Nã adoptiuus. Et idem iuris est de filio adoptiuo respectu vxoris adoptantis.

¶ *De cognatione naturali siue de ipsa consanguinitate.* Cap. 13.

DE cõsanguinitate, quæ dicitur cognatio, naturalis siue carnalis impediens, & dirimens matrimonium tria videnda sunt.

¶ Primo quid sit consanguinitas, linea & gradus in ea.

¶ Secundo de comparatione graduum.

¶ Tertio de prohibitione in quibus gradibus.

Et quantum ad primum secundũ Pe. de Pal. in 4. dist. 40. q. j. Consanguinitas est vinculum per Idem Thom. quid sit consanguinitas. sonarum ab eodem stipite & descendentium carnali propagatione contractum. Vbi notandum quod non deberet dici consangninitas, sed consanguinitas, sed propter meliorem sonum dicitur consanguinitas, & nominibus vtẽdum est vt plures. Vinculum dicitur, quia amici magis se diligunt quam extranei affectu & effectu, vnde non bruta, quia homo est animal politicum. Ab eodem stipite dicitur scilicet, propinquo, aliàs omnes homines essent consanguinei, quia ex vno. scilicet Adam fecit Deus humanum genus. Actu. 17. cap. Carnali propagatione. Vnde non est consanguinitas eorum, qui per creationem à Deo prœcesserunt. Dicitur autem consanguinitas à communitate sanguinis vel à conueniendo in sanguine magis quam in carne quia sanguis magis est materia seminis. Nam sperma secundum medicos est sanguis purissimus. Et quod dictum est carnali propagatione excludit Euam a consanguinitate Adæ, quia miraculose & supernaturali propagatione. Sed non excludit Christum à cognatione consanguineorum Beatæ Mariæ, qa fuit carnalis, propagatio ex parte matris, licet non ex parte patris. ¶ Hoc autem vinculum sicut & omnis amicitia fundatur in communicatione triplici, scilicet naturæ, curę, & disciplinæ. Naturæ, quia omnes consanguinei, descendunt per carnis propagationem ab vno stipite, qui est communis eorum parens. Curæ, quia cura parentum procedit ad filios non solum immediatos, sed etiam adfilios filiorum quotquot videre possunt. Disciplinę, quia proles sub parentum potestate & subiectione esse debet. ¶ Secunda conclusio est de linea consanguinitatis quid sit & quomodo dicatur. Est autem ordinata collectio personarum consanguinitate coniunctarum. Nec oportet addere, ab eodem stipite descẽtium, quia hoc includitur in consanguinitate. Et est triplex linea secundum triplicem habitudinem quam habẽt consanguinei, adinuicem. Vna est principiati ad principium, vt filii ad patrem, auum proauum & supra, & secundum hanc accipitur linea ascendentium. Alii est principii ad principiatum, vt patris ad filium nepotem pronepotem, & infra. Et secundum hanc accipitur linea descendentium, quæ non est alia a linea ascendentium, sed aliter accepta secundum alium & alium modum computandi, quia secundum vnam fit acceptio ab inferiori ascendendo, secundum aliam fit acceptio a superiore descendendo. ¶ Tertia est habitudo eorum Linea consanguinitatis quid sit. qui sunt ab vno principio, sicut fratrum qui sunt ex vno patre vel matre, & nepotum qui sunt ex duobus fratribus vel sororibus, & sic deinceps. Et secundum hanc accipitur linea transuersalis, quę subdiuiditur in eam, quę est collateralis ascendẽtiũ in qua sunt auunculus mater, & patruus &c. Et eam quæ est collateralis descendentium in qua sunt frater, soror, nepos, & neptis ex filio uel ex filia &c. ¶ Tertia conclusio est quid sit gradus. Et dicendum gradus quid sit, quod est habitudo determinatæ distantiæa persona. Et quælibet linea habet suos gradus. Et linea & gradus in affinitate sunt secundum habitudinem ad consanguinitatem & non aliter.

¶ De computatione graduum. Et prima con §. 1. clusio de computatione communi iuristarum & canonistarum. Nam illa Isidori & cæteræ quæ ponuntur in littera, distin. 40. 4. sent. & in decretis. 35. q. 3. & 4. & 5. Non sunt in vsu. Cõputantur autem gradus consanguinitatis hoc modo. In linea enim ascendentium & descendentium computandę sunt personæ mediæ, inter illas de quibus quæritur, quod si nulla sit media sunt in primo gradu, ut pater & filius descendendo & filius & pater ascendendo. Si

uero

vero sunt aliæ personæ mediæ cõputantis eis cum extremis, quot sunt personæ vna minus, tot sunt gradus. Verbigratia: Auus & nepos distant secundo gradu, siue ascendendo siue descendendo, quia sunt tres personæ, scilicet auus & nepos, & qui est in medio eorum, qui est pater respectu primi, & filius respectu secundi, remoto igitur vno remanent duo. Et sic nepos & auus sunt in secundo gradu. Proauus & pronepos sunt in quarto gradu, quia sunt quinque personæ numerandæ. Ratio huius est, quia cum gradus sit certa distantia propinquitatis, gradus non potest esse eiusdem ad seipsum, sicut nec propinquitas, & ideo gradus semper præsupponit personam aliquam, cui secunda addita facit gradum, & per eandem rationem tertia addita secundæ & quarta tertię, & sic semper fit numerus graduum secundum numerum personarum, vna excepta. Et hæc computatio graduum in linea ascendentium & descendentium est communis apud omnes. In linea vero collaterali quæ non est eorum quorum vnus descendit ab altero, sed eorum qui descendunt a communi principio, aliter computantur gradus secundum leges, aliter secundum canones. Secundum enim canones computantur hoc modo. Videndum vtrum personæ de quibus quæritur æqualiter distent à communi stipite, aut inæqualiter. Si æqualiter quoto gradu quælibet earum distet à communi stipite toto gradu distant inter se. Verbi gratia, sit nobis sortes communis parens & stipes, ego nepos secundum vnam lineam, tu vero pronepos secundum aliam lineam. Si quæritur quoto gradu, ego disto a te, debet responderi quòd tertio, quia toto gradu tu qui es remotior distas a communi parente, à quo ego nõ disto nisi secundo gradu. ¶Sed secundum leges aliter cõputantur gradus in linea transuersali, quia secundum eas duo fratres sunt in secundo gradu. Filij duorum fratrum sunt in quarto, nepotes in sextu gradu. Et sic duplicantur gradus secundum computationem legalem supra computationem canonicam. Sed opinio canonistarum est rationabilior, quia absurdum videtur ponere secundũ gradum sine primo, quod tamen sequitur secundum opinionem legistarum, quia non est dare aliquẽ qui sit in primo gradu lineæ transuersalis æqualis, sed primus in ea qui est frater est in secundo gradu secundum legistas, primus in transuersali inferiori est in tertio, scilicet filius fratris, & primus in transuersali superiori est in tertio, vt pater & auus. Et ideo canonistæ melius computant in transuersali, ponentes fratrem in primo gradu, filium fratris in secundo, scilicet in descendendo, nepotem in tertio, pronepotem in quarto, abnepotem in quinto &c. ascendendo vero patruum in secundo, propatruum in tertio, ab patruum in quarto &c. Dilatando vero duorum fratrum filios in secundo nepotes in tertio &c. sicut in genealogia Adam per Seth. & Cayn qui sunt in primo gradu & filij eorum in secundo &c. Ratio diuersitatis huius computationis est ista, vt dicit Alexander Papa 35. quæstio. 5. ad sedem. In legibus ob nihil aliud ipsa graduum mentio facta est, nisi vt hæreditas vel successio ab vna ad alterã personam inter consanguineos deferatur. In canonibus vero ad hoc progenies computatur, vt aperte monstretur vsq; ad quartam generationem a consanguineorum sit nuptijs abstinendum, vt rite & canonice nuptiæ celebrẽtur inter fideles. Hac igitur de causa, quia hæreditates nequeunt deferri, nisi de vna ad alteram personam, idcirco curauit secularis imperator in singulis personis singulos perficere gradus, quia vero nuptiæ sine duabus personis fieri non ualent, ideo sacri canones duas personas in vno gradu constituere curauerunt. Hæc ibi. Quod autem ibi dicitur quòd vsq; ad septimũ gradum perdurat consanguinitas secũdum computationem canonum in quibus gradibus septem prohibetur matrimonium, tunc verum fuit, sed hodie non durat consanguinitas nisi vsq; ad quartum gradum inclusiue. Nam Greg. 9. remouit tres vltimos gradus, ex eo quòd non bene poterant mente retineri tot gradus. Et etiam erat difficile satis vsq; ad septimum gradum abstinere a matrimoniis talium, vnde sequebantur sæpe inconuenientia. Habetur hoc statutum ecclesiæ, extra de consangui. & affi. c. Non debet. Gradus autem secundum leges quoad successionẽ hæreditatis durant, s. vsq; ad decimum gradum computando modo legali, vt dictum est. Et ibi p glo.

¶De prohibitione matrimonij inter consanguineos. Nota secundum Pe. vbi supra tres conclusiones. Prima quòd consanguinitas de iure naturali secundum lineam rectam ascendentium & descendentium impedit matrimonium, sed plus filii cum matre quàm filiæ cum patre propter reuerẽtiam. Propter quod videtur quòd in linea recta in infinitum prohibetur matrimonium, adeo vt si Adam hodie viueret non inueniret vxorem secundum legistas. Ratio huius, quia maior reuerentia §. 2.

debetur

debeꝫ parentibus remotis quàm propinquis. vnde vulgo pater non dicitur dñs, ſed auus quandiu viuit, & licet minor propinquitas, tñ maior reuerentia quæ plus attenditur. Nam cum filia fratris poteſt ſm leges contrahi, ſed non cum amita, quæ tñ non eſt propinquior. ¶Secunda concluſio eſt de prohibitione iuris diuini circa hoc, prohibẽtur enim plures perſonæ, puta ſimul naturali fœdere commorantes. Et ſunt 12. quæ Leuitici. 18. cap. numerantur, mr̃ nouerca, ſoror, neptis, amita, matertera, vxor patrui, nurus, vxor fratris, niſi præmortui ſine liberis priuigna, filia priuigni, vel priuignæ ſoror vxoris, qui in lege naturę permittebatur, vt in Lya & Rachel copulatis Iacob. Huius rationem Doct. aſſignant quia matrimonium ordinatur ad repreſſionem concupiſcentiæ, ſed concupiſcentia non reprimeretur, ſed magis augeretur ſi inter illas perſonas quas conuenit in eadem domo conuerſari eſſet conceſſa copula matrimonialis, quare lex diuina rationabiliter prohibet talẽ copulam. Nam quia electio non eſt niſi poſſibilium eoipſo quòd concupiſcibile fit impoſſibile minuitur vel tollitur concupiſcentia illius, vnde quandiu cohabitantium virorum & mulierum in vna domo poſſet eſſet matrimonium ſicut tales perſonas prænominatas contingit ſimul cohabitare, concupiſcentia nõ haberet frenum, ſed ex quo matrimonium ſit impoſſibile inter tales, quia prohibitum, ceſſat concupiſcentia. ¶Tertia concluſio eſt de prohibitione iuris poſitiui canonici, quia illa iuris ciuilis nil ad propoſitum, cum circa ſacramenta laici nil poſſunt diſponere ergo iure nouo prohibitum eſt matrimonium contrahi in quarto gradu & infra. In quinto autem & vltra in linea tranſuerſali permiſſum eſt, vt extra de conſanguini. & affinit. ca. Non debet. Alij gradus qui prius erant ſunt ablati, & in huiuſmodi poteſt diſpenſare Papa, & nõ alius, quia non eſt permiſſum epiſcopis ſicut in alijs. Eius enim eſt diſpenſare in iure qui eſt ſupra ius, vel cui commiſſum eſt a iure. Vnde in gradu lege naturæ vel lege diuina prohibito, ſolus Deus diſpenſare poteſt vel cui inſpiraret, qui tamen non legitur diſpenſaſſe cum quocunq;. Papa autem in his quæ ſunt iuris poſitiui, puta in quarto gradu & tertio, immo & in ſecundo quandoq; puta collateralium æqualiter quòd contrahant diſpenſat, vtputa filij duorum fratrum, ꝙ lege Moyſi & iure ciuili erat permiſſum. Nec eſt ſufficiens cauſa diſpenſationis augmentatio patrimonij, ſed pax vel concordia vel aliquid huiuſmodi. In linea autem aſcendentiũ & deſcendentium in infinitum nuptiæ prohibentur. Eſt tamen dubium vtrum Papa poſſit diſpenſare in gradu lege diuina non naturali prohibito. Et ſiquidem prohibitio legis Moſayçę, in huiuſmodi eſſet purè iudicialis, non moralis, non ligaret hodie niſi inquantum eſſet iure canonico reſumpta talis lex. Et ſic in oibus illis gradibus Papa poſſet diſpenſare, ſed fere oẽs gradus lege Moſayca prohibiti videntur, prohibiti iure naturali, quia ad omnes illas perſonas cohabitantes eſt amicitia naturalis ſine aliquo fœdere. Vnde quia natura nihil fruſtra facit, vbi ſunt mulieres aliæ ex quibus poſſit eſſe generatio ſine iſtis, fruſtra fit cum iſtis matrimonium, quod non eſt neceſſe, nec propter generationem nec propter amicitiã. Vnde probabilius eſt quòd Papa non poteſt diſpenſare in iſtis gradibus. Et ſecundum hoc diceretur ꝙ ante legem ſcriptam erat diſpenſatio a Deo vt cum illis contraheretur, excepto primo gradu aſcendentium & deſcendentium. Vnde Adam inſpiratus a Deo dixit. Relinquet homo patrem & matrem, cæteras perſonas vr̃ permiſiſſe, quæ tamen iure naturali erant ꝓhibitę vt frater & ſoror in quibus primum credendum eſt Deum diſpenſaſſe propter neceſſitatem.

¶*De cognatione ſpirituali.* *Cap.* 15.

TErtia cognatio eſt ſpiritualis, ſcilicet cõpaternitas. Et prouenit ex hoc, ꝙ aliquis confert ſacramenta baptiſmatis confirmationis, vel ſuſcipit ſiue tenet illum cui tale ſacramentum confertur. Per aliorum ſacramentorum collationem non contrahitur cognatio ſpiritualis quæ habeat impedire & dirimere matrimonium extra, eo. tit. ca. fina. lib. 6. Ioan. Andre. Per catechiſmum vero contrahitur cognatio aliqualis, videlicet quæ habet impedire, ſed non dirimere matrimonium, eodem titu. cap. 2. lib. 6 Iſta autem cognatio habet tres lineas.

¶Prima eſt inter baptizatum & illum qui ad baptiſmum ſuſcipitur, ac etiam vxorem eius ſi tunc habet & carnaliter cognouit. Nam quando vnus coniugium ſiue maritus ſiue uxor, tantum tenet aliquem ad baptiſmum cognatio ſpiritualis tranſit etiam ad alterum non tenentem coniugem iſtius tenentis ad baptiſmum. Et ſic inter tales non poteſt eſſe matrimoniũ: ſcilicet inter ſuſcipientem cum coniuge eius ſi haberet, & ſuſceptum, immo etiam dicit Beatus Tho. in 4. ſentent. diſt. 42. §.1.

q. 1. ar.

q.j.art.iij.q.ij.in corpore q.quod compaternitas transit a viro in mulierem quamcunq; cartaliter cognitam,quamuis non sit vxor.Idem sentit glo.super ca. si quis ex coniugio.30.q.iiii.dicens, quod per fornicarium coitum acquiritur compaternitas quia una caro efficitur.Idem tenet Ioan.Andr. in 6.Richar. autē in iiii.dist.xlii.dicit quod si aliqui efficiantur vna caro per fornicariam copulam, non propter hoc transit compaternitas ab uno in alium,quia per rem pure carnalem non contrahitur cognatio spiritualis.Idem tenet Pe. de Palu.in 4.dicens, quod cognatio spiritualis dicitur,quia a spiritualibus causatur. Vnde uerius uidetur,quod non sic fornicarii cōmunicent sibi actiones sicut coniuges, quia in illis non est nisi carnale uinculum ad tempus, hic autem spirituale & carnale, unde sunt magis unum in carne, unde & in computatione graduum pater, & mater una persona computantur. Quamuis autem esse duos in carne una,æqualiter sit in fornicatione & coniugio, tamen hic ubi quæritur de cognatione spirituali aliquid debet facere uinculum spirituale.Hæc ille.Anto.de But.super ca.Martinus, extra de cog.spi.refert utraque opi.sed hanc ultimam dicit tenere Hugo.& Archidia. & Ioan. Andr. eo.tit.ca.1.In nouella. libro 6. Nec obstat dicunt ipsi,quod copula fornicaria inducit affinitatem , quod illud in affinitate corporali , quę etiam per illicitam copulam, ut vinculum corporale acquiri potest,secus in spirituali,ut compaternitas quę est uinculum spirituale. Vnde & absonum est dicere, quod per coitum fornicarium contrahatur. Hæc ille.Idem etiam tenet glo.Raym.Innoc. vtranque opi. ponit,& neutram alteri præfert. Vnde si quis inueniret tale matrimonium iam contractum de prēsenti uel consummatum, ex quo aliqui dicunt illud tenere, tuta uia esset ut peteretur dispensatio uel declaratio a domino Papa,quod si haberi non posset secūdum regulam Hostien. qui dicit quod ubi reperiuntur contrarię opi. de aliquo matrimonio utrum teneat uel non,adherendum est illi qui indicat matrimonium tenere nisi contraria opi. fulciretur canonica auctoritate expressa,secundum igitur eum potius debent dimitti in suo coniugio quam separari. Vbi autem tales nondum contraxissent consulendū esset eis,quod abstinerent a contractu huiusmodi , sed bene posset aliquis contrahere cū sorore filii spiritualis. 30.q.3.illud . Item potest contrahere pater cum illa quā filius eius tenuit ad baptismum ut notatur.30. quæstio. 4. illud,quamuis filius non possit contrahere cum illa quam tenuit pater ad baptismum. ¶Secunda est inter baptizatam siue sit masculus siue fæmina & filios naturales suscipientis siue sint legitimi siue illegitimi. unde inter eos non poterit esse matrimonium . Et quia cognatio spiritualis non habet gradus,quamuis filius naturalis . Petri non possit cotrahere cum filia spirituali ipsius Petri, quam. scilicet tenuit ad baptismum uel confirmationem , posset tamen contrahere cum filia filiæ spiritualis ipsius Petri.argu.30. quæstio. 3.cap.primo.Item filii duorum compatrum siue sint geniti ante compaternitatem siue postea, possunt contrahere adinuicem , excepta solum illa persona,per quam compaternitas est contracta, quæ nunquam poterit copulari alicui filiorū sui patris spritualis.30.quæst. q.3.super his.

¶Tertia est inter suscipientem in baptismo, & parentes baptizati , inter quos etiam non potest esse matrimonium. Vnde mater baptizati nunquam potest esse vxor eius qui tenuit ipsum baptizatum ad batismum , quia commater eius est.Item nota quod si quis,puta Petrus contra uoluntatem uxoris suæ,puta Marię, tene tuel leuat de sacro fonte filium alterius,puta Ioannem filium Martini contra uoluntatem ipsius Martini,secundum Ioā Neapol.in quolibet.9.utique contrahitur uera cognatio spiritualis iuter eos , non obstante in uoluntatione seu contradictione illorum,ita quod Petrus est uere compater Martini,& Maria est uere commater spiritualis, Ioannis,uelit & nolit.Huius ratio est, secundum ipsum quia quod est ex statuto ecclesiæ non dependet ex uoluntate subiectorum , sed ex statuto statuentis. Sed ex statuto ecclesiæ est qđ cognatio spiritualis transeat ab uno coniugum in alterum consummato matrimonio,& quod compaternitas acquiratur patri carnali per hoc quod aliquis leuat filium eius de sacro fonte,ergo &c.Item posita causa sufficienti cognationis spiritualis oportet ponere cognationem spiritualem . Causa enim est ad quam sequitur effectus. Sed paternitas spiritualis quam consequitur per actum propriū vnus coniugum est causa sufficiens alteri coniugum cognationis spiritualis, postquam est matrimonium consummatum , ergo &c. ¶Et no quod regulariter unus debet tenere ad batismum seu leuare de fonte, vt de consecrat.dist.in.4.c.non plures. Et si necessitas cogeret, vnus & idem potest tenere in batismo & confirmatione,secundum Ray.Si autem plures tenent

nent Dicit Alb. in 4. quod hæc potius est permissio quam statutum quod debeat approbari. Permittitur autem ratione amicitiæ quæ cõtrahitur inter eos. Hęc ille. Vbi ergo duo vel tres ex more patriæ cõmuniter tenent videtur tolerandum & sine pctũ fieri. Tutius tamen esset habere super hoc dispensationem ab epõ, si pater vult plures habere tenentes ad baptismũ. Et cum plures tenent cum omnibus contrahitur cognatio spiritualis quę impedit & dirimit secundũ Hosti. ¶ Sed diligenter aduerte, quod oportet quod teneant siue tangant ipsum baptizandum cum baptizatur, vel cum de fonte leuatur a sacerdote immediate, si uolunt esse cõpatres, aliter ex eo quod extiterint ibi solũ non tangendo, & nñderint ꝑ puero, abrenũcio &c. non essent cõpres. Pet. de Pal. In aliquibus tñ locis sacerdos aquã effundit baptizando, & q uolunt esse cõpres spũales tenent baptizãdũ, in aliis tenet puerum ipsæ sacerdos cũ baptizat quod præcipue fit cum fit baptismus per immersionem. Et tũc primo recipientes baptizatũ de sacro fonte a sacerdote in pãno vel nudũ sunt pres spũales. vt notat Hug. in decretis. Et sic per procuratorẽ non põt contrahi cõpaternitas, quãtum ad cognationem spiritualem, vt ponit Archidia. per. l. post mortem. ff. de adopt. Idem Ioan. And. Si autem aliquis teneat siue tangat ad baptismum, quamuis nihil respondeat, tamen afficitur patrius & contrahitur cognatio spiritualis. Illi autem plures qui simul tenent ad baptismum non prohibentur ad inuicem contrahere, Innoc. ponit. ¶ Item nota quod laicus etiam qui baptizauit aliquem siue in casu necessitatis siue extra, non potest contrahere cum illa quam baptizauit extra, eo. nedum, libro 6. Notat etiam Thom. in 4. sentent. distin. 42. q. 1. art. 1. in corpore. q. quod si mulier uel vir baptizat vel tenet ad baptismum filium proprium si hoc facit in articulo neneccessitatis seu per errorem, non impeditur exigere vel reddere debitum, extra, eo. c. Si vir. Si vero facit per fraudem, impeditur exigere, sed tenetur reddere, quod si vterque fuit vel eci t in fraudem, neuter põt exigere, & vterq; ftenetur exactus reddere vt dicit Hostien. Et ad dit quod melius esset si continerent. Eodẽ etiã modo si vir tenet aliquem filiũ uxoris suæ, vel uxor filium mariti sui, si ex ignorãtia hoc facit excusatur, si ex malitia non põt exigere debitũ. Idem Richa. Credo tamẽ quod super hoc possit epus disponere. f. quoad exactionem debiti, per similitudinẽ de eo qui cognouit cõsanguineam vxoris, cum quo põt episcopus dispensare, quoad debiti exactionem secũdum Pe. de Pa. vt habes, supra de impedimento affinitatis ibi vide. ¶ Item notã si vxor, puta Ioãna vxor Petri, tenuit ad baptismum filiũ Bertæ ante quam commisce. etur seu contraheret matrimonium cum ipse Petro, ipsa mortua poterit Petrus habere in vxorem ipsam Bertam, & sic succedsiue isto modo potest quis habere duas commatres in vxores. Sed si Petrus cognouit Ioannam antequam teneret ad baptismum filium Bertę, non poterit postea neque Bertam habere in vxorem. Item ille qui tenet ad baptismum vel confirmationem filium alicuius, puta Petri ex muliere concubina vel vxore alia susceptum quam ex ea quam nunc habet in vxorem non efficitur compater istius vxoris quam nunc habet ipsæ Petrus. Et idem de filiis vxoris alicuius ex alio viro genitis. ¶ Item nota quod nõ baptizatus quamuis aliũ non debeat tenere ad baptismum, tamen si de facto vel in necessitate tenet vel leuat uel baptizat, non contrahit aliquam cognationem, spiritualem, secundum Tho. Pe. & Richar. Et addit Alber. quod si alter coniugem est baptizatus, per eum transit cognatio ad eum qui non est baptizatus, idem de confirmatione. Sed si baptizatus tenet filium non baptizati, bene cõtrahit compaternitatẽ. ¶ Item nota ꝙ non debet quis tenere ad baptismum vel ad confirmationem fratrem vel sororem, quia sufficit inter tales vinculum carnale. ¶ Omnia autem quæ dicta sunt de tenente ad baptismum seu de fonte leuãte erga susceptum vel leuatum, & parentes eius quo ad contrahendam cognationem spiritualem, intelligas similiter de baptizante erga baptizatum & parentes eius quoad prędictam cognationem. Et omnia quæ dicta sunt de baptismo quantum ad tenentem & baptizantem in contrahenda cognatione, spirituali cum baptizato, intelligas pariformiter in confirmato & tenente ad confirmationem in contrahendo cognationem spiritualem cum confirmante & parentibus eius. Et dicit Goff. quod ista cognatio spiritualis sicut legalis non habet ramos. vnde personas cũ quibus tractatæ sunt non egrediuntur. ¶ Nota igitur quod quicunq; in aliquo istorum impedimentorum detentus scienter contrahit, mortaliter peccat. Et in quatuor ex his impedimentis est excommunicatus scienter contrahens, nec talis debet absolui, nec posset nisi cesset a tali matrimonio sic contracto, vel petat dispensationem a Papa vbi potest, & interim abstineat ab vsu matrimonii sic impediti. ¶ Et nota quod in nullo prędictorum decẽ & septem impedimentorum potest dispensare aliquis

Tactum pueri ad cõpaternitatẽ, esse necessarium.

In tertio notabili.

1. dist. 4. 2. q. 3. 4. art. 1. ad 3.

In qbus impedimẽtis Papa p̃t dispẽsare.

aliquis citra Papam, sed & ipsæ Papa in aliquibus horum non potest dispensare scilicet in impedimento ligaminis, cum. s. quis est alteri alligatus per verba de præsenti, talis enim non posset cum alia contrahere etiam dispensante Papa. ¶Item in impedimento erroris personæ, & in impedimẽto violentię vbi nullo modo est consensus, & in impedimento coeundi, omni modo ex frigiditate naturali, vel castratione vel maleficio, vel ex alia indispositione proueniente, quia in huiusmodi omnibus nullum est matrimonium, nec potest facere Papa, vt sit matrimoniũ. ¶De impedimẽto coeundi videtur videre Petrus de Pa. q̃ sit ex statuto ecclesiæ quia id non pertinet ad substantiam matrimonij. Et inde est quòd si sciuerit alter tale impedimentũ, & nihilominus cõtrahit est verum matrimoniũ, quod non esset si deesset aliquid de essentia matrimonij. Cum enim principalis finis matrimonij sit proles, non vitatio fornicationis, si posset coire esset de substantia matrimonii multomagis posse generare, & sic senes nõ possent contrahere, quod est falsum. ¶De impedimẽto erroris cõditionis videtur dubiũ ſm Hug. tamen istud de statuto ecclesiæ. Item dicit Pe. de Pa. s. q̃ est de iure positiuo, quod etiam videtur sentire Rich. in 4. dist. 26. Dicit enim q̃ error deterioris conditionis, & si nõ tollat consensum in personã, tamen multũ minuit, & quia rationabile est, vt deceptis iura subueniant, & maxime quando est deceptio in re graui, ideo naturali æquitate statutũ est personam conditionis seruilis esse illegitimam ad contrahendũ cũ persona libera quandiu liberam esse credit, ipsę liber contrahens cũ serua, lædit ur. n. enormiter in bonis matrimonij. In bono prolis, quia non habebit eam in sua potestate. In bono fidei, quia non poterit ita libere reddere debitum dño occupante seruũ. In bono sacramenti. i. cohabitationis inseparabilitate, quia dñs posset eam vendere. Hæc ille. ¶De impedimento voti solẽnis in religionem. Alber. & Tho. 2. 2. q. 88. arti. 11. in corpore ar. tenent q̃ nõ potest. Hugo Card. Host. Innoc. & Richard. in 4. tenent quòd potest ex magna causa, vt ex reformatione vnius regni & huiusmodi, & Ioan. in summa confessorũ dicit de facto vidisse talem dispensationẽ factam. Hanc etiã opi. quòd Papa possit dispensare, tenere videtur idem Tho. in 4. senten. distin. 38. quæst. 1. artic. 4. in corpore q. Et Ioan. Neapol. in quodlibe. dicit hanc opin. esse probabiliorem. ¶In impedimento ordinis tenẽt fere omnes q̃ potest quãuis non consueuerit. ¶In impedimento criminis absq; dubio potest secundum Pe. de Pal. ¶Et in impedimento spiritualis vel legalis cognationis absq; dubio potest secundum Pet. de Pal. ¶De impedimẽto etiam quod est publicæ honestatis iustitia certum est q̃ possit cum sit ex constitutione ecclesiæ. Vnde Pe. de Pal. sic dicit. Papa potest dispensare in omnibus gradibus publicæ honestatis iustitiæ, qui sumuntur secundũ gradus consanguinitatis, & hoc patet quia nõ est prohibitũ lege naturali nec diuina. Vnde potest dispensare quod quis contraheret cum sponsa vel vxore nõ cognita fratris vel patris. Et nota quod quando aliqui contrahunt matrimoniũ de facto, quod de iure nullum est si postea obtineant dispensationem à Ppa super impedimento, non propterea ratificatur prædictũ matrimoniũ quoad Deum, etiam si ante dispensationem secuta erat copula carnalis, sed oportet quòd de nouo interueniat mutuus consensus interior in alterutrum, & si cũ hoc sequitur copula carnalis non est necessaria noua expressio verborũ, & hoc in fauorem matrimonij. Hoc videtur dicere Richard. in 4 distin. 40. in quodam simili, tutius tamen esset & clarius, vt etiã de nouo fieret ipsa expressio verborum consensum exprimentium. Dicit etiã Richar. quòd cũ naturalis vsus mulieris extra matrimoniũ sit contra ius naturale, ideo ibi locũ non habet præscriptio. vt scilicet ex hoc quòd tenuit aliquam cõcubinam per 30. annos facta sit ei licita talis cõmixtio, sed semper mortaliter peccat. Ipsum etiã matrimoniũ, quia est de iure diuino & naturali, ideo præscriptio facere non potest vt valeat matrimoniũ quod a principio fuit nullũ, vel q̃ efficiatur nullũ, quod a principio fuit verũ, extra de consangui. & affini. nõ debet, partim in textu, & partim in glo. ¶Item nota secundũ Host. qñ Doc. discordãt circa impedimentũ matrimonij vbicunq; Doct. per gl. suas dñt matrimoniũ, se nõ inducũt ius expressum contrariũ dicens, adhæreas, extra de testi. licet ex quadã. in fide. ¶Itẽ nota q̃ cũ ecclesia præcipit alicui coniugũ cohabitare cũ altera, & ille cui præcipitur sciat esse impedimentũ ſm Hug. in hoc casu quantũ ad reddendũ debitũ non tenẽ obedire, tũ in cohabitatione necessariorũ exhibitione obedire debet & non negare ei cui se de facto copulauit. ¶Item notat q̃ qui audit impedimentum esse inter se & uxorem ſm Guil. si audit à fide dignis & non suspectis cũ non debeat esse negligens suæ salutis, tenẽ inquirere ueritatẽ, alias esset affectata ignorantia quæ non excusat. Et si concipiat probabilẽ opinio-

supra in solutiõe primi argumẽti.

Regalæ vtiles.

& ar. vl. ad ſm.

sed Th. corrigit suũ dictum sec. vbi

opinionem de dicto alicuius non debet exige re debitum licet teneatur reddere. Secus si ita inueniret veritatē qđ esset impedimentū inter eos qđ haberet pro cōstanti, tūc nec exigere nec reddere deberet. Porro qui tale impedimentum audit a viro fide digno, ēt iurato aut cōpatre suo, aut proprio sacerdote, aut ēt publica fama, non ita tenetur credere q̄ peccet mortaliter si non reddat, sed venialiter Guil.

¶ *De impedimentis pluribus non tamen dirimentibus matrimonium, vt voto simplici & huiusmodi.* Cap. 16.

EST aliud genus impedimenti, qđ est impediēs quidē matrimoniū, contrahendū sed nō dirimens contractū. Et istud est multiplex. Et primo quidē cōtractus clandestinus ipsius matrimonij extra de matri. contra. con. interdi. eccl. per totū. Qui ergo cōtrahūt clan destine matrimoniū, mortaliter peccant. Et ta le matrimoniū dī contra interdictū ecclesiæ, q̄a cōtra prohibitionē eius est. ¶ Vbi nota ſm Pe. de pal. in 4. q̄ hoc pōt esse dupl'r. Vno mō q̄a contra statutū iuris, vt q̄a tpibus anni interdictis, de qbus in c. seq. vel q̄a est clandestina desponsatio. Prohibet. n. ne matrimonia fiant clā & sine bannis, & de clā. de pō. cū inhibitio. Ibi dī q̄ cū debet fieri aliqđ matrimonium debent in ecclesia banna puplice per sacerdotes proponi ut infra cōpetente terminū qui scit impedimentū proponat, & si apparuerit probabilis coniectura cōtra copulā futurā, interdicatur expresse donec constet quid fieri debeat, aliàs si cōtraherent sine bānis, vbi. s. talia seruanī aut post prohibitionē si extiterit impedimentū, puta gradus prohibitus tūc filij dicent illegitimi, nec excusabunt pp ignorantiā parentū. Et sacerdos qui tales coniunctiones inhibere contēpserit, vel regularis qui interesset hmōi punit, vt patet in dicta decretali. In aliquibus tñ locis non fiunt hæc bāna, sed solum cōtrahuntur sponsalia solēniter & publice multū ante matrimonium, & interim pōt manifestari, an sit impedimentū. Vnde in talibus locis rōne cōtrariæ cōsuetudinis omissionē bannorū, puto non esse peccatū, sed vbi seruanī esset mortale omittere. Alio modo dī matrimoniū contra interdictū ecclesiæ, q̄a est cōtra preceptū hoīs ministri iuris & ecclesiæ. Et istæ minister vel est parrochialis sacerdos qui pōt matrimoniū dispensare, & nō iudicare. Ipse. n. habet inquirere de impedimento & inhibere. Aut est officialis epi nō sacerdos qui solus benedicit nubentes vel Archidiaconus aut Abbas, habentes hoc ex consuetudine vel priuilegio, ut habent iudicare & dispensare in non sunt sacerdotes. Aut est epūs vel superior eo, & hic habet iudicare, & dispensare, iudicare rōne iurisditionis, dispensare rōne ordinis cum cura. Contrahere ergo contra prohibitionem ecclesię vel ministri est mortale, nisi fuerit dispensatum ab eo qui potest. Et si quidem facta fuerit inhibitio ab inferiori a Papa vt epō vel parrochiali, quāuis sit peccatum, tñ si non est aliud impedimentum: tenet, idem si a Papa facta est simplex inhibitio, quia non pp hoc annullatur, sed si hoc prohibuerit decernens irritum & inane, si secus factum fuerit, tunc matrimonium est nullum, quia per hoc reddit eos inhabiles. Plus est enim reddere multos inhabiles q̄ paucos, sed ipsæ prohibens matrimonium propter cognationem legalem, spiritualem vel carnalem in gradu nō prohibeto lege diuina, reddit huiusmodi inhabiles, ergo &c. Hæc Petrus de Palude.

De clandestina desponsatione.

¶ Secundo votum simplex, quod quidem impedit contrahendo matrimonium, sed non dirimit contractum. dist. 27. per totum, in textu & glo. Idem Ray. & Thom. in 4. talis ergo qui habens votū simplex castitatis contrahit, mortaliter peccat. Et nihilominus adhuc tenetur implere votum si nondum cognouit vxorem suam cum qua contraxit etiam per verba de præsenti, quia adhuc implere potest. s. intrando religionem etiam vxore inuita, & sic non poterit cōsummare matrimonium absq; peccato mortali. Postquàm autem consummauerit religionem intrare non poterit vxore inuita, & debitū quidem tenetur reddere vxori petenti siue expresse siue interpretatiue ſm Thom. & Richard. in 4. Sibi autem petere nō licet, aliàs secundum quosdam ut Richard. peccat mortaliter, quotiens debitum exigit, quia adhuc potest & debet seruare votū quantum in ipso est. Et dicit Hostien. quòd siquis habens tale votum petat ab aliquo consilium, vtrum si contraheret, teneret matrimonium, non debet sibi respondere clare, scilicet quòd teneat, ne ex hoc detur sibi occasio frangendi votum, sed in huiusmodi debemus prudenter eludere tales quęrentes vt docet Origenes. dist. 43. in mandatis. §. 1. Votum simplex impedire: sed nō dirimere mřimonium.

¶ Tertio sponsalitium factum cum altera, nisi mutuo partes se absoluant, uel ex altera partium sit aliquid ex his per quæ licite sponsalia possunt frangi, talis etiā mortaliter peccat. §. 2.

¶ Quarto tenere vel suscipere aliquem vel aliquam ad cathechismum qui præcedit baptismum, extra de cognat. spi. per cathechismum. lib. 6. §. 3.

¶ Quinto quędam crimina, videlicet incestus § 4.

post

post cõtractum matrimonium cum affinibus commissus. 32. q. 7. siquis viduam, & c. concubuisti, cum. s. quis cognoscit consanguineam vxoris suæ, vel cum cognoscitur si mulier est a cõsanguineo mariti sui. Propter huiusmodi incestum delinquens amittit ius petenti debitum non solum ab vxore vel viro attinenti illi cum quo commisit incestum, sed etiam illa vxore vel viro mortuo si contraxit cum altera persona (quod facere non debet sine dispensatione episcopi) ab ea exigere nõ põt, vt extra de eo qui cog. consan. vxo. transmisse. In vtroque tamen casu reddere tenetur secũdum Richar. in 4. dist. 34. Põt tñ episcopus dispẽsare, vt s. talis priuatus iure exigendi possit exigere absque peccato, secundũ Pe. de Pal. in 4. senten. Cognoscẽdo autem consanguineas proprias vel permittẽdo se cognosci quamuis non minus peccet, immo magis, non tamẽ reperitur in iure ꝙ priuetur exactione debiti, vel quod impediatur a contrahendo. Richar. ẽt hoc dicit. s. ꝙ incestus cum consanguineis non impedit matrimonium contrahendũ, nec priuat ex actione debiti, sicut incestus cũ affinib. ¶ Itẽ interfectio propriæ vxoris. 33. q. 2. admonere, & ca. interfecturos, quod intelligitur cũ occidit, vel in vindictã propter adulterium ab ea cõmissum, vel quia alias eam exosam habet propter aliquem defectum, & non ꝓp hoc vt contrahat cum alia, quia tunc diri meretur illud sequens. Et idem secundũ Pe. de muliere quæ dat venenum viro, vel alio modo occidit eum. Item raptus sponsæ alterius 27. q. 2. statutum. Itẽ susceptio proprii filii de fonte vel ad confirmationẽ, quãdo. s. quis hoc facit insidiando matrimonio vt possit priuare alterum debito coniugali 30. q. 1. de eo. Itẽ interfectio sacerdotis, extra de pœniten. & remiss. qui præsbyterum. ¶ Item solemnis pœnitentia. 33. q. 2. de his. Item siquis monialem scienter in vxorẽ accipiat 27. q. 1. hi qui. Omnes prædictos casus ponũt Ray. Alber. Thom. & Pe. & etiam Hostien. præter vltimum quẽ solus Host. addit. Licet autem hic & forte alia impediant contrahentes, si tamen timetur de incontinẽtia debet eis episcopus concedere licentiam nubendi, arg. 33. q. 2. antiqui & ca. in adolescentia, extra. de eo qui cog. consangui. vxo. suæ. c. ex litteris. Et secundũ quod addit Guilel. sufficit licentia proprii sacerdotis, immo ꝙ de consuetudine non seruatur istæ rigor perendi licentiam. Richar. autem dicit in 4 de interfectore vxoris, ꝙ si contrahit matrimoniũ quamuis non sit dirimendũ cum non obstat aliquod impedimentum, peccatũ tñ cõtrahẽdo cõtra ecclesiæ statutũ, nisi prius fuerit cũ eo dispensatum. Et idẽ dicẽdum de aliis casibus supra dictis. Pe. de Pal. in 4. ponit vtrã que opinionẽ, sed declinat ad secũdam dicẽs, ꝙ sine dispensatione non licet in uoluto in aliquo prædictorum criminum contrahere vel debitum petere sine dispensatione, & ꝙ nõ nisi episcopus dispẽsat, nec valet consuetudo in contrarium nisi constaret ꝙ episcopi longo tẽpore hoc scientes dissimularent, alias contrarium faciens, peccat mortaliter.

§. 5.

¶ Nota secundum Petrum de Pal. in 4. quòd clandestina despõsatio dicitur fieri sex modis secundum Hostiẽ. Primo videlicet qñ fit sine testib. Secundo qñ conueniunt clandestine, antequam recipiant benedictionem nuptialẽ pro loco & tẽpore quo petere possunt. Tertio qñ sponsalib. non solutis sed soluendis solum autoritatẽ iudicis sine licentia eius contrahitur aliud matrimonium. Quarto quando contrahunt matrimonium ante pubertatem sine iusta causa absque licentia episcopi, cõtra prohibitionem quæ fit extra de despon. impu. c. 2. & hoc est peccatum amicorum qui hoc procurant. Quinto contra interdictum specialẽ, sicut si alicui interdicitur ne contrahat cum aliqua pp impedimentum & hmõi. Sexto quando hoc fit omissis bãnis quod intelligitur vbi non est consuetudo in contrariũ. Et quocũq; istorũ modorũ cõtrahatur, est culpa mortalis ꝓp inobediẽtiam ecclesiæ. Sed in sex casibus põt iuste dispẽsari. Primo cũ magnatib. quia eorũ matrimonia cum magna deliberatione solẽt tractari per amicos. Secundo quãdo val de nobilis ignobilem ducit. Tertio cum diues pauperẽ. Quarto cum senex iuuenem. Quinto cum timent parentes, ꝙ iam contraxit. Sexto cum diu sic fuerint, & hoc propter verecũdiam. Dispensat autẽ in hoc episcopus de cõsuetudine per papam scita, & dissimulando approbata, aliàs cum sit statutum generalis concilii, solus papa dispensat Hæc Petrus.

Clandestinã despõsatio nẽ sex fieri modis.

¶ *De impedimento feriarum, quando scilicet non possint fieri nuptiæ.* *Cap.* 17.

Impedimẽtum feriarũ.

EST aliud genus impedimenti temporalis: siue ad tempus matrimonii quod habet impedire: sed non dirimere matrimonium quod dicitur impedimentum feriarũ. ꝙ quidem impedit solum celebrationem nuptiarum & benedictionem nuptialem & traductionem vxoris in domum. Non autem impedit contractum matrimonii vel de futuro vel etiam de præsenti quod fit solo consensu per verba expressa: secundum Ray. & Goff. & glo. super c. capellanus. extra de ser. nisi repugna-

ret huic patriæ cõsuetudo. Hoſt. tñ videt dicere q̃ nec ẽt iſtud licet, ſed primũ eorũ tenet. Pe. de Pa. in 4. dicit contrahere per verba de futuro non eſt ꝓhibitum. Et licet ſecundũ quoſdã nec ẽt per verba de preſenti. Iſtud tñ vltimum nõ videt, q̃ iſtæ contractus non debet fieri clandeſtine, ſed in facie eccleſiæ. In facie aũt eccleſiæ non videt faciẽdũ, ſicut nec bñdictio nuptialis, hæc ille. Credo in hoc ſtandũ eſſe cõſuetudini pr̃iæ. Sciendum igit̃ q̃ in his tẽporibus non p̃nt nuptiæ celebrari, videlicet ab aduentu vſq; ad epiphaniã nec includit octaua epiphaniæ cum de ipſa non ſit expreſſum in iure. Itẽ a ſeptuageſima vſque ad octauas paſce Incluſiue. Itẽ a tribus diebus ante a ſcẽſionẽ vſq; ad octauas, pẽthecoſtes, excludẽdo tñ ipsã dñicã q̃ eſt octaua Dies a pẽthecoſte, q̃ ipſum feſtũ nõ habet octauã diẽ. Vnde in ipſa p̃nt nuptiæ celebrari, extra de ferri, capellanus, in fine. 33. q. 4. nõ oportet, & tribus. c. ſeq. Qui autẽ nuptias facit in hmõi temporibus, mortaliter peccat, q̃ contra generale ſtatutũ eccleſiæ, facit extra de matri. contrac. con. interdic. eccleſiæ, per totum Pet. de Pa. ſuper. 4. diſt. 22. dicit q̃ celebritas nuptiarũ eſt interdicta ab aduentu vſq; ad oct. epiphaniæ incluſiue, de alijs duobus temporibus concordat cum prædictis. Itẽ de tertio tẽpore. ſ. a tribus ante aſcẽſionẽ vſq; ad oct. pẽthe. dicit q̃ nuptiæ ſuſpẽduntur vſq; ad feſtũ trinitatis, ita tñ q̃ nõ a primis veſperis trinitatis licet contrahere, ſed a principio noctis vel media nocte, vel ſicut verius puto a mane in antea. Et licèt ita ſit de iuris ſubtilitate, q̃ tñ conſuetudo eſt optima legum interpres, ideo ſequẽda eſt terræ cõſuetudo a plurimis diu ſcita & diſſimulata ſiue de celebrando nuptias in diebus illis extremis ſiue de abſtinendo. Itẽ nota q̃ feſta ſecundũ nouã & veterẽ legẽ, a veſpera vſq; ad veſperam celebrantur, tñ in ſeptageſima officiũ ſibi ꝓprium q̃ abdicat cãtica lætitiæ, non incipit in veſperis: ſed in cõpletorio q̃ñ primo intermittit alleluja. Vnde vſq; ad completoriũ excluſiue licet contrahere. Sed officium aduentus propriũ perfecte incipit a veſperis ſabbati præcedentis. Vnde ex tũc non licet cõtrahere. In diebus vero vltimis nõ ſolum veſpere, immo cõpletorium ſunt de tẽpore p̃cedenti p̃ ſe loquẽdo, licèt p accidens ſuperueniente maiori feſto, nihil fiat de illo in completorio, vel ſolum memoria in veſperis, ſicut apud illos qui faciunt feſtum trinitatis in octa. penthe. perdit veſperas & completorium. Et ſimiliter q̃ñ celebre feſtũ, venit in oct. paſce. Non tamen ꝓp hoc licet in iſta veſpera, ſed (ſicut dictum eſt ſupra) in talibus eſt conſuetudo ſeruãda. Vnde in multis terris ẽt de nocte profunda, in vigilia aduentus & ſeptuageſimæ nuptias faciunt, ſed ſi poſt mediã noctem faceret eſſet corruptela, quia media nocte more Romano nox incipit, vt dicitur. ff. de feriis. l. more. Vnde ſicut nulla conſuetudo excuſaret celebrare in mane die, ſic nec poſt mediã noctẽ ſed certum eſſet, q̃ contra ſanctorum patrum canones eſt. Contrahẽtes nuptias iſtis tẽporibus prohibitis debent puniri in quo deliquerunt vt. ſ. ad tẽpus ſeparentur, ſed ſi ſit periculum incontinentiæ alia pœnitentia imponatur & in iſta diſpenſetur. Sacerdos autem qui dedit benedictionem huiuſmodi temporibus graui pœna licèt arbitraria, puniendus eſt, non autẽ eſſet mortale exigere talibus ab vxore prius ritæ benedicta debitum. Pet. de Pa. Ita & ſi mortale ſit conſummare matrimonium tempore tali, tamẽ poſt primã copulã iterum cognoſcendo non peccat mortaliter niſi hoc faceret in contemptum eccleſiæ ordinantis. Pet. de Pa.

Conci. Laodicen. can. 52. Cõc. Salegu-ſtadien. Cap. 3. Ca. non op̃3.

¶ *De ſponſalibus.* *Cap.* 18.

CIrca contractum matrimonii nota, quod matrimonium primo initiatur. ſ. per ſponſalia, per verba de futuro. Secundo ratificatur per verba de præſenti vel alia ſigna exprimẽtia cõſenſum. Tertio conſummatur per carnalem copulam. Et hoc communiter obſeruatur. Non eſt tamen neceſſarium quod ſponſalia præcedant, quia abſque promiſſione facta de futuro, poteſt quis ſubito contrahere per verba de præſenti. Similiter etiam ad eſſentiam matrimonii non eſt neceſſarium, q̃ ſeruatur copula carnalis. Vnde inter Mariam & Ioſeph dicitur fuiſſe perfectum matrimonium, ſcilicet quo ad eius eſſentiam, & ſi non quo ad eius ſignificationem completam, cum tamen vterque remanſerit virgo. 27. q. 2. ſuffi ciat. §. cum ergo, quia contraxerunt per verba de preſenti. Fuerat enim reuelatum virgini Mariæ quod Ioſeph nunquam exigeret ab ea debitum, ſed ſi exigiſſet fuerat diuina auctoritate diſpenſatum, vt reddere non teneretur. Et vna ex cauſis quare fuit virgo Maria deſponſata (ſecundum Origenem 27. q. 2. inuenta) fuit vt partus virginis diabolo celaretur, quamuis enim corda hominum non cognoſcat per ſe, et ſi corpora quoad exteriora ſciat, non tamen ſcire valuit, vtrum ex Ioſeph vel ſine viro cõcepiſſet, nec ſi virgo peperiſſet vel non virgo, & hoc quia propter nimiam ſanctitatem virginis non permittebatur approximare ei vel hoc cognoſcere.

scere. Rich. in. 4. ¶ Nota ergo quòd matrimonium initiatur per sponsalia quæ sunt futurarum nuptiarum promissio 3. q. 5. nostrates. Quæ fiunt multipliciter aliquando scilicet nuda promissione, vt cum dicit vir accipiam vel ducam te in meam vxorem, & illa respondeat, accipiam vel ducam te in virum & huiusmodi. Item aliquando non solum pro missione, sed etiam appositione iuramenti fiunt sponsalia. Item aliquando fiunt datis arrhis sponsalijs. Non possunt autem contrahi sponsalia ex altera parte tantum nec claudicare secundum Guil. Et si aliquis accipiat manum mulieris & dicat ipsi mulieri. Do tibi fidem meam de accipiendo te in vxorem. Et illa nihil respondeat nec aliquo modo ostendit se acceptare, non sunt sponsalia. Illæ tamen qui taliter dedit fidem tenetur eam ducere si illa voluerit si non voluerit non est compellenda, & hoc verum nisi ostenderit aliquo modo mulier illa acceptare quod agebatur. Vnde si ante fidem sic datam tractabatur de sponsalibus vel matrimonio inter eos, & ipsa requisita sponte manum dedit ad fidem recipienda & huiusmodi, tunc essent contracta sponsalia. Item si quis ante pubertatem contrahit matrimonium per verba de præsenti, intelliguntur esse sponsalia, & hoc nisi essent proximi pubertati, & malitia suppleret ætatem quia tunc esset matrimonium, extra de despon. impu. duo. ¶ Item nota quòd post septennium contrahi possunt sponsalia de futuro, extra de despon. impu. si infantes. lib. 6. Et extunc valent. Si autem alter vel ambo minor est septennio, & contrahunt sponsalia ipsi vel parentes pro eis, nihil agitur nisi postea ratificent. Si autem multum appropinquarent ad tempus septennij, quamuis non impleuerint septem annos tenent sponsalia secundum Tho. in. 3. scilicet dist. 27. q. 2. arti. 2. ad vlt. Quia secundum philosophum in 2. physicorum, quod parum deest quasi nihil deesse videtur. Hæc autem appropinquatio determinanda est secundū conditionem contrahentium cum in quibusdam citius in quibusdam tardius proueniat intentio seu placentia nuptiarum. Tho. & Host. Tamen expræsse de iure non habetur quòd tempus septenij possit præueniri. Ille tamen qui maior est septennio, si contrahit sponsalia cum minori septennio licèt non tenuerit etiam ex parte maioris quia claudicare non debent. Quia tamen istæ maior fidem dedit, tenetur maior minorē expectare, si forte velit stare in eodē ꝓposito, alias peccaret ꝓp fidem mentitā, & tenetur pœnitentiam agere de fide mentita. Item inter absentes possunt contrahi sponsalia per nuncium vel litteras siue per procuratorem super hoc si absens hoc sciat, ut quia misit nuncium vel de cōsensu suo sit vel postea ratum habet 32. q. 2. honorantur. Host. ¶ Item si qui ante pubertatem cōtrahunt matrimonium sponsalia esse intelligantur. Item nota ꝙ si absens misit nuncium vel procuratorem ad contrahendū sponsalia, & postea reuocat, non solum si reuocatio perueniat ad procuratorem antequam puella cōsentiat, nihil agitur. ar. extra de procu. in nostra, & c. mā dato, immo etiam si reuocatio perueniat ad procuratorem postq̄ puella consensit, si tamen procurator reuocatus fuerat antequā consentiret puella, nihil est actum. Hęc Host. Itē qui contraxerunt sponsalia quę tenuerūt, vt quia in ætate debita fuerunt contracta, tenent contrahere matrimonium simul. Nec potest alter eorum contrahere cū altera persona, si tamen cōtraxerint per verba de pñti, tenet secūdum matrimonium, extra eo. Sicut. Sed tenetur agere pœnitentiā de fide mentita, & multo magis si primo interuenerit iuramentum. extra eo. Ex literis. ¶ Sed si quis iurat alteri vnā de filiabus suis dare in cōiugem, non nominando aliquam determinate. Respondit Host. dare tenetur, sed quācunque det liberatur, quia promissoris est electio, sicut & in aliis promissionibus, extra de re iu. lib. 6. c. In alternatiuis. Et si omnes moriātur præter vnā ad illā dandam tenetur. ar. ff. eo. quod certo loco. l. 2. Sed si unam ex ipsis offerat & ille non acceptet cui promissum est, liberatus est promissor, etiam a iuramento. ff. de condi. inde. Cū his. Quod si unā ex illis carnaliter cognouerit nullā aliā habere poterit propter affinitatem contractā. Immo quòd plus est si contemplatione præcedentis contractus commixtio facta est esset matrimonium, extra de eo qui dux. in ma. significauit. Sed quid si quis iurat alteri sibi dare unam ex filiabus suis, & detetminat quam, & si illā habere nō possit, promittit sibi aliam? Respondet Host. quòd tenetur ei dare primā, & ad hoc laborare bona fide, extra de ſspon. Ad audientiam. Quod si non potest, tunc distinguendū quia si prima cōsensit spōsalibus expræsse vel tacite vt puta quia ipsa præsente, & non cōtradicente, fuerunt cōtracta sponsalia, vel postea ipsa ratificante sororem illius habere nō pōt. quia cum prima contraxit spōsalia propter impedimentū publicę honestatis iustitiam vt in dicto c. Ad audientia. Etiam si illa prima sponsalia forte propter consangui-

Ad hoc 1. c. 19.

nitatem aliquam cum prima nō tenuissent. Si vero prima nullatenus consensit spōsalibus, tenetur ei de secūda, extra de spon. Ex literis. Sed q̄ritur q̄d iuris de pœnis quæ ponunt aliq̄n in sponsalib⁹? Rn̄deo ſm Ray. licèt sponsalia pos sint cōtrahi sub conditione, p̄missæ pecuniæ, non tn̄ pōt pecunia p̄mitti pro modo pœnæ. Et si promissa fuerit non tenet promissio, nec pōt peti, vt si dicat nisi tecū cōtraxero, dabo tibi centum marchas, nā cōiugia debēt esse li-
q. 2. ar. 1. ad. 2. bera, extra eo. requisiuit, &c. gēma. Idem Tho. in 4. di. 27. Nota q̄ arrhę sponsalicię ab ea parte q̄ cām præstāt vt nuptiæ non sequantur, amittuntur, receptę vero restituunt in duplū. C. de spon. l. arrhis. Quinetiā siqs vellet sponsalia firmiter alligare, pōt sic facere secundum Hostien. s. vt det magnā quātitatē p arrhis & stipulet eas in quadruplū, q̄a tn̄ pōt stipulari & nō amplius. Et tunc si steterit per recipiētem quo minus mr̄imonium sequat, restituet eas in quadruplū. C. eo l. fi. Cessat tn̄ pœna arrharum in q̄busdā casibus, vt si tps appositū lapsum sit, tūc. n. is p quē non stetit, nubat impune. Itē cessat si spōsus impeditus fuerit, dū tn̄ cām impediēti non præbuerit. Cessat ēt pp cām legibus interdictā, puta si de iure matrimoniū seq. nō potest. C. e. l. vlt. Nota igit q̄ si in sponsalibus appositū est tps infra q̄ fieri debeat mr̄imoniū, ille p quē non stetit impune nubit. sed alij datur pœnitentia de fide mētita, extra eo. Sicut.

§. 1. Spōsalia in nouē casibus solui. ¶In super notandū q̄ in nouē casibus soluuntur sponsalia de iure & sine peccato secundum Ray. Primus si alter sponsorū tranſit ad religionē, q̄ ēt facere pōt cōtracto mr̄imonio de p̄senti, & nondū cōsummato, ēt altero inuito & sic ille q̄ remanet in sæculo soluit a spōsalibus, & ēt a mr̄imonio. Secundus est q̄n sponsus nō inuenit, quia trāstulit se ad aliā regionem. Et si terminus in spōsalibus non fuit appositus de contrahendo, tūc secundū leges p̄sens non tenet expectare absentem nisi p bīē niū. Tn̄ secundū Host. iudex poterit plongare vel abbreuiare tps inspecta qualitate personarū. Tertius est si alter sponsorū post contracta sponsalia incurrat lepr̄ā vel paralisim, omittat occulū vel nasum seu quicq̄ ei turpius eueniat extra de coniu. lepro. c. vlt. & extra de iureiuran. c. Quēadmodū. Vbi innuit q̄ si ēt iurauit non tenet. Quartus si superuenit affinitas, puta q̄a sponsus cognouit consanguineam sponsæ, vel econuerso. 27. q. 2. quidam desponsauit. Et ad hoc probandū sufficit sola fama. Et secundū Host. sufficit vnus testis. Quintus si mutuo se absoluant, sicut qui societatem fide interposita contrahunt, & post ea sibi eam remittunt extra c. prēterea & hoc secundum Ray. Goff. & Alb. Tho. Pet & Richar Sextus si alter eorum fuerit fornicatus post sponsalia in quo casu licet alteri repelle re fornicantem, extra de iureiur. quemadmodum. Et hoc de fornicatione carnali, & multo magis de spirituali. s. de hæresi vel infidelitate. Pro fornicatione vero non voluntaria commissa, puta si sponsa violenter ab alio cognita fuit secundum Host. non debet repelli sponsa. Vir etiam cogi non debet ducere talem. Sed pro fornicatione commissa ante sponsalia non debet dimitti sponsa nisi secundum Hug. si tempore desponsationis credebat eam esse virginem & postea constitit esse corruptam antequam haberet per verba de p̄ti. Septimus quando sponsus vel sponsa contrahit cum altero viro per verba de præsenti, vel etiam per verba de futuro, & sequitur carnalis copula. Peccauit talis tamen mortaliter q̄n fidem fregit. Si autem contrahit cum vno vel vna sponsalia de futuro sine interpositione iuramenti, & cum secunda similiter de futuro: sed cum iuramento, debet remanere cum prima secundum Ray. & Host. & Richar. in. 4. & 22. q. 4. in malis promissis, & peccauit tamen mortaliter cum secundo contrahendo. Octauus quando impubes qui contrahit sponsalia, venit ad ętatem adultam, & petiit absolui a vinculo sponsalium, & dari sibi licentiā nubendi, extra de despon. impu. de illis Omnes prædictos casus ponit Ray. & Hostien. Nonus secundum Hostien. si fama habeat quod inter eos sit aliquod impedimentum, & de fama doceatur, extra de sen. & re iu. Cum inter. Addit Richar. in. 4. prædictis casibus decimum secundum quosdā scilicet cum sponsalibus superuenit votum simplex continentiæ. ¶Sed vtrum teneant sponsalia iuramento firmata per metum facta, qui cadit in constantem virum dubium est propter iuramentum additum, & Richardus in. 4. super hoc ponit duplicem opinionem. Aliqui enim dicunt quod prędicta sponsalia non tenent ipso iure, nec in foro exteriori, nec in foro conscientiæ, quia nec Deus nec ecclesia tale iuramentum voluerunt esse obligatorium respectu eorum in quibus maxime requiritur libertas, de quorum numero est contractus sponsalium & in religione professi. 15. q. 1. non est. Alii vero dicunt quod talia sponsalia tenent, & obligant contrahentem in foro conscientiæ, q̄uis in foro exteriori non reputet obligatus, eo q̄ ecclesia p̄sumeret consensum

ſenſum interiorem nō affuiſſe, & ratio eſt ꝙm eos quia qui per iuramentum promiſit ſe aliquam ducturū in vxorem, ſi quod iurauit uō implet, peierat ad quod ſequitur quòd mortaliter peccat, ſed quilibet obligatur ad vitandum mortale peccatum ergo &c. hæc ille. Tutior via eſſet vt peteretur a ſuperiori diſpēſatio a tali iuramento. Pe. Guil. & Hug. ¶ Et notandum ꝙ in tribus prædictis caſibus ſoluuntur ſponſalia ipſo iure. ſ. qñ tranſit ad religionem alter, & qñ contrahi cū alia per verba de p̄ſenti & per fornicationē ſi eſt notoriū. In cęteris vero caſibus ſoluenda ſunt auctoritate ep̄i. argu. extra de ſpon. impu. acceſſit ꝙm Hoſt. Et hoc vltimum intelligit Rich. in 4. quando ipſa ſponſalia ſunt celebrata in faciē eccleſiæ, vel coram teſtibus. Nam ſi omnino eſſent clandeſtina, etiam ſine iudicio eccleſiæ poſſunt diſſolui in dictis caſibus.

§. 2. ¶ Item nota ꝙ ſponſalia poſſunt contrahi ꝙm Rich. in 4. ſex modis. Primo modo nuda promiſſione, cum dicit vir. Accipiam te in meā. Et mulier. Accipiam te in meū. Secundo datis arrhis ſpōſalitiis, vt pecunia, iocalib. & hmōi. Et ſi ex defectu vnius franguntur ſponſalitia ſine defectu alterius, ille qui cōmiſit defectū frangendo idē perdit arrhas, ſi dedit & reſtituit duplicatas ſi recepit. Tertio anuli ſubarrhatione. Alicubi tñ datur anulus qñ contrahitur per verba de præſenti, & tunc non ſunt ſponſalia ſed perfectū matrimonium. Quarto qñ promiſſio de cōtrahendo matrimonio firmatur iuramēto. Quinto qñ datur fides ab alterutro quod pertinere vī ad iuramentū. ¶ Et vtrum ſpōſalia iuro vallata facta per metum qui cadit in cōſtantem virum teneant & obligent, ponit idē Richar. in 4. diſt. 29. duplicem opinionē (vt ſupra dictum eſt.) Quidam dicūt ꝙ obligant in foro cōſcientię, nō in foro eccleſiæ. Alii ꝙ nec in foro eccleſiæ nec conſcientiæ. Ponit rationes & reſponſiones pro vtraq; parte. Sexto fiunt ſponſalia ſub conditione. Vbi nota quòd ſponſalia fiunt ſub conditione ſi cōditio eſt honeſta vel vtilis, vt cum dicitur. Accipiam te ſi parentibus placet, vel ſi dabis cētum, exiſtente cōditione, tūc ſtat promiſſum firmum. Si vero cōditio ſit inhoneſta & cōtraria bonis matrimonij, vt accipiam te, ſi veneno ſterilitatem procuras, tunc ſpōſalia non contrahuntur. Si furtis meis conſentias, tunc extat promiſſio. Sed tollenda eſt conditio ſecundum Thomam & Richardum in 4. ¶ Vtrum aūt votum ſimplex impediat ſponſalia. Hēricus Boych ſuper cap. Rurſus. extra qui cle. vel vo. circa hoc primo dat duas regulas quarum prima eſt. Quotiens contrahuntur duo vincula æqualis potentiæ incompaſſibilia, primum preiudicat ſecundo. Secunda regula eſt ſi duo vincula diſparis potentiæ incompaſſibilia contrahuntur, fortius repellit minus forte, vt probatur extra de ſpon. ca. Si inter. Cum ergo quæritur an votum ſimplex diſſoluat ſponſalia de futuro. Diſtingue, quia aut votum ſimplex præcedit ſponſalia ipſa: aut ſequitur. Si præcedit votum ſponſalia de futuro iurata, vt in iſto cap. Rurſus, quia hoc caſu iuramentum eſt illicitum cum iuret facere contra id quod uouerat, vnde non obſeruandum 22. quæſtio 4 inter, cętera. Sicut alias in ſponſalibus priora ſponſalia ſunt conſumanda, vt extra de ſpon. ſicut ex literis, qđ eſt verum, etiam ſi in primis non interuenerit iuramentum, & in ſecundis interuenerit, ſecundum Innocen. Hoſtien. Abba. & Ioann. And. Aut ſponſalia prędcedens votum ſimplex & tunc votum non impedit vel dirimit ſponſalia. Scilicet eo caſu cogi debet vel votum ſolēnizare, ſcilicet profitendo in religione, & ſi eſſent ſoluta ſponſalia. Vel ſponſalia profiteri, ideſt contrahere matrimonium, vt extra de conuerſ. coniu. ex parte, ſecundum Innoc. & Hoſtien. Adde quòd hoc uidetur intelligendum, quando alter coniugum hoc petit, ſcilicet illum cogi. Nam ſi vellet votum implere etiam in ſeculo remanendo, ideſt continere, & mutuo ſe voluntarie abſoluerent ab obligatione ſponſalium auctoritate eccleſiæ fieri poteſt, quinimmo cum adhuc poſſit votum ſuum implere, etiam ſi alter non abſoluit a talibus ſponſalibus, quia poteſt religionem intrare, tenet votum quoad Deū, & hoc ſi votum eſſet fortius vinculum quam iuramentum vel promiſſio ſponſalium vt videtur, ſed vt in directorio iuris dicitur ſecūdum Innocen. Hoſtien. & Goff. videntur eſſe vincula æqualis potentiæ, & ideo dicunt quòd primum prævalet, ſicut prima ſponſalia prævalent, ſecundis nuptiis & prima ſunt conſummanda non ſecunda, ſic in ſponſalibus & voto ſimplici, melius eſſet ſeruare votum quam conſummare ſponſalia, ſed hoc non niſi per profeſſionem in religione quòd etiam dictū eſt in primo caſu, ſcilicet quòd notum prædcedens ſponſalia impedit & dirimit intelligitur quoad Deum quia talis non poteſt licitè contrahere & ſi contrahit etiam matrimonium per verba de præſenti non poteſt licite cōſummare ipſum, ſed tenetur religionem intrare ſi tñ de facto cōtrahat matrimonium. ¶ De voto ſolēni quomodo impediat vel dirimat dictum

Idē Th. in 4. diſt. 27. q. 2. argu. 1.

§. prędcedenti.

vbi ſup.

De voto ſimplici.

Ad hoc uide qđ dī, ſup c. 16. §. 1. c. 4.

ctum est supra,& de cõtracto per verba de prę
senti qũo posset dissolui et ibi. ¶ Item nota q̃
ille qui contraxit sponsalia, si vult recedere ab
eis extra casus prædictos debet moneri prius
ad obseruandũ,extra.e.requisiuit.Tandem po
test cogi per censuram,extra.e.ex litteris. Tñ
cogẽdus nõ est, vbi probabiliter timetur dif-
In 4. di. 22. q.2. ar. 1. ad fm. ficilis exitus puta vxoricidium, & hmõi,vt in
dict.c. requisiuit.Peccat tamen mortaliter fm
Thom.recedens ab ipsis,etiam si non cogatur
per ecclesiam.

¶ *De contractu matrimonij de præsenti. Cap.* 19.

MAtrimonium ratificatur siue contrahi-
tur per verba de præsenti exprimentia
mutuum consensum, vel etiam per literas ab-
sentum fingentes mutuum cõsensum vel per
Ad con trahendũ requritur pri mo. alia signa manifesta illis qui non possunt lo-
qui vel audire.Requiritur ergo primo & prin
cipaliter cõsensus animi seu intentio contra-
hendi ex vtraq; parte. Vnde si aliquis con-
trahit sponsalia, vel etiam contrahit per ver-
ba de præsenti, non habens intentionem con-
trahendi,sed extorquendi carnalem copulam
& sic cognoscit illam præsumi debet pro ma-
trimonio,vt extra de spon.tua,& ita iudicare-
tur in foro iudiciali, ecclesia etiam si de ver-
bis illorum contrahentium constiterit,cõpel-
let illum stare cum illa cum de intentione ipsi
ecclesiæ constare non possit. Vnde non cre-
deretur eis,etiam si ambo dicerent se non in-
tendisse cõtrahere, quia quilibet sic posset di-
cere, & sic dimittere vxorem ad placitum, &
hoc nisi signis euidentibus appareat se illud
nõ intendisse, sed simulasse, tunc enim iudi-
cabit non esse matrimonium, alias verbis eo-
rum stabitur(vt dictum est)quasi vere & cum
intentione, dicta sint. In foro tamen pœniten-
tiæ si ille qui sic contraxit simulate, non pro-
posuit eam ducere, nec vnquam consensit in
eam non debet ex illo facto iudicare matri-
monium contraxisse,quoniam ex altera parte
dolus affuit & defuit omnino consensus, sine
quo nequeunt fœdus efficere coniugale vt in
In 4. dī. 28. q. 2. ptotũ. dicto cap.tua. Idem Pet.Thom. & Alber. Et
addunt quòd illa ex parte cuius non est dolus
excusatur a peccato, sed deceptor si veram
vult facere pœnitentiam, necesse habet illam
fine fictione ducere,quantum in eo est vel da-
re sibi virum conuenientem, aut aliter satisfa
cere. Addit tamen Tho. quòd ad hoc tenetur
sit vir fit æqualis conditionis cum illa, nam si
fit multo melioris conditionis quam illa, vel
si aliud signum euidens fraudis apparuit, po-
test probabiliter præsumi quòd sponsa non
fuit decepta, sed decipi finxerit,& tunc nõ te-
netur ad prædicta fm quosdam. Item nota fm
Richard.in 4.quod cum quis cognoscit eam
cum qua cõtraxit solum per verba de futuro,
quãuis sit ibi matrimonium præsumptum fm
iudicium ecclesiæ, tamen fm iudicium Dei
nõ est ibi matrimonium quia matrimonium
fm rei veritatem fine reali cõsensu de præsen-
ti contrahi nõ potest. Vnde si talis cõtraheret
cum alia per verba de præsenti cum ipsa se-
cunda remanere debet, & licet ecclesia iudi-
caret pro prima & cogeret secundam dimitte-
re & ad primam redire, ipse tñ qui scit factũ
suum. nullo modo debet dimittere secundam
& stare cum prima, quia adulterium commit
teret,& potius debet pati excõmunicationem.
Et licet prælatus ecclesiæ non peccet in iudi-
cando sic,quia iudicare habet secundum pro-
bationes exteriores, iste etiam non peccabit
pro illo tempore quo abstinet a diuinis & sa-
cramẽtis propter talem excommunicationẽ.
Quia ergo consensus animi principaliter re-
quiritur in matrimonio, hinc est q̃ furiosus
vel insanus dicendo verba exprimentia con-
sensum matrimonij non propter hoc contra-
hit,quia.1.talis consentire non potest 32.q.7.
neq; furiosus, quod intelligendum est dum
est in furore.Nam si habeat dilucida interual-
la,tunc cõtrahere põt.Tho.& Rich. Itẽ ebrius
si ita ebrius est q̃ nescit quid agat, nõ põt con
trahere, nisi quod fecit in ebrietate postea ra-
tum haberet, sed si non auferatur vsus ratio-
nis propter ebrietatẽ contrahere potest. Tho.
& Richar.in 4.Item inter absentes non potest
contrahi nisi per literas exprimentes consen-
sum vel per procuratorem, qui super hoc ha-
beat speciale mãdatum, nec potest alium sub-
stituere, nisi sit ei specialiter commissum, quĩ
procurator si fuerit reuocatus post anteq̃ con-
trahant nõ tenet matrimoniũ postea cõtractũ
per ipsum procuratorem quãuis ignorauerat
reuocationẽ,extra de procu.procurator, lib.6.
Host. Cum aũt matrimonium inter absentes
contrahitur per literas solum,dicit Ray.si illa
vel cui mittuntur litteræ nulli exprimit con-
sensum suũ,credo sine præiudicio quantum-
cunq; consentiat non esse matrimonium: sed
bene demũ erit,qñ notificauerit siue significã
do illi q̃ misit literas siue alij dicendo. ¶ Item
Qñ nubere possunt. ante quartũ decimũ annũ masculus,& ante 12.
fœmina cõtrahere nõ pt, extra de despon. im-
pu.puberes.Et si ante cõtrahunt nõ est matri-
moniũ:sed erũt spõsalia, nisi essent ꝓximi pu
bertati, & ita q̃ malicia suppleret ętatẽ, extra

de

de despon.impu.de illis.2.Dicit autem Pet. de Pa.quod si nō distent plus quam p sex mēses vel malicia suppleat ætatem & possint carnaliter commisceri tenet matrimoniū contractum,extra de despō.impu.c.puberes.Ray.autem dicit q̄ nō debet distare a pubertate ultra sex menses licet alia concurrant.ar. extra de despon. impu.cōtinebatur,quod dicūt plerūq; doc.Hoc verum est nisi carnaliter copulati,tunc n.credo tutius dicit Io.in summa cōfes.pro matrimonio iudicādum,ēt si vltra sex menses a legitima ætate distarent extra de despon.impu.c.a nobis.Concor.Inno.in glo.super.c.continebatur.Sed Alber.in 4. sic dicit. Mihi videtur de distantia potius in plus q̄ minus determinandum ſm diuersam dispositionem membrorum & fagacitatis,qa ergo vidi puellam de qua testimonium perhibebatur quod erat nouem annorum quæ concepit & peperit cū decimū implere inceperit Et phariſei dicunt q̄ quidā nascuntur detēiati lanuginosi & pilosi in genitalibus, qui citius aliis sunt apti ad coitum.Et puto q̄ variātur hęc in locis calidis frigidis sicut & ipsa impręgnatio & corporis incrementum.Gof.dicit quod per aspectum corporis & eius qualitatem pubertas probari debet.Et quanto tempore anni determinati prævenire possunt dicit arbitrio iudicis relinquendum ut ipsæ qualitatem per sonę prudentiam & maliciam metiatur.Nam & pubertas plerunq; annos anticipat & potentia coeundi,extra eo,puberes,& c.a nobis.Hostien.vero dicit q̄ nunquam dicitur potēs nisi probetur p euidētiā,quantumcunq; sit p̄ximus pubertati.Vnde non potest prævenire, tempus duodecim annorum in fœmina, & quatuordecim in viro nisi forte dies adimendo.¶Secūdū quod requiritur in matrimonio contrahendo est expressio consensus per verba vel per æquipollentia,ideo nota q̄ in ipsa expressione verborum ponatur pactum vel conditio contra substantiā & bona matrimonii nil agitur vt si dicat aliquis. Contrahotecū siue accipiā te in meam vxorem si generationē plis euites,vel donec inueniam aliā digniorē,vel si pro questu te adulterandā tradas. Nam prima cōditio est cōtra primum bonum matrimonii quod dicitur proles.Secunda conditio contra secundum bonum matrimonii quod dicitur sacramētum.Tertia conditio est cōtra tertium bonū matrimonii q̄ dicitur fides.Ista tria.f.fidē,prolē, & sacramētum,ponit Aug. esse bona matrimonii.27.q. 2.omne. Et in prole intelligitur vt amanter, suscipitur & religiose educetur. In fide ne cū alia vel alio misceatur.In sacramento,ut matrimonium postquam cōsummatum fuerit, non separetur vsq; ad mortē licèt quoad actū possit separari,vel ex cōi cōsensu,vel p̄p fornicationē.Qn̄ ergo aliqua cōditio ponitur contra aliquod p̄dictorū nō tenet matrimonium extra de condi.appo.c.fi. Sed si cōtrahens intēdit nō seruare fidem s.adulterari nihilominus tenet si hoc nō ducatur in pactum Similiter intētio plē uitandi maxie si ducatur in pactum ſm Pe. excluditmatrimonium,sed in tētio non educandi prolem non excludit,nec ēt dispatio plis.Itē intētio nunq exigendi debitum ſm Guil.nō vitiat cōtractum,immo ēt intentio negādi,dummodo nō ducatur in pactum.Itē intētio ducēdi aliam uxorē, dimissa illa cum qua cōtrahit uitiat cōtractū,sed ipsa retēta tenet matrimonium.Si autē in expſſione verborum ponatur cōditio inhonesta vel impossibilis, nō tn̄ contra bona matrimonii tenet matrimonium,& illa conditio habetur pro non adiecta, extra de condi.appo.c.fin.

¶Pro maiori declaratione eius quod dictum est de expressione consensus per exteriora signa dicit Pet.in 4.dist.27.q̄ non sufficit actus interior ad esse sacramēti, sed requritur signū exterius expſſum. Et quamuis ista expressio cōueniētius fiat per verba,pōt tamē fieri & p alium modum p̄cipue in matrimonio,vt p literas absentium,vel p euidētia signa prę sentium nō valentium loqui ut mutorum,vel ēt loquentium vt dicit Tho.& Inno. dicit idem Pe.29.di.quod in his q̄ sunt sui iuris requiritur consensus per eos expressus, sed in his q̄ sunt iuris alieni,ut in filii familias sufficit tacitus cum expressione eorum in quorum sūt ptāte. vt patet.32.q.2.honorātur. Idē Tho. & Inno.& Guil.q ēt ponit talē casum seu. q.q.d si uir dicat mulieri,accipiā te in meā uxorem, & illa nihil rn̄deat. Dico quod si mulier cōsentiat aio sed ex uerecūdia taceat, permittit tamē te subarrhari per anuli imissionē, volūtarie vel dotari,ipsa taciturnitate & patiētia cōsensus eius exprimitur,ēt si lingua taceat, ut notat.Hug.27.q.2.ca ulti.Verba ei in matrimonio nō sūt ita de substātia sacramēti,ut in baptismo & eucharistia.Sed verba & nutus vl alia indicia sunt necessaria ad hoc ut cōstet ecclesiæ de cōsensu matrimōiali. Cōcor.Tho. dicēs in hmōi casu quod sufficit quod nō cōtradicat.Si autē nulla essent indicia de consensu eius nisi quod alter p̄tulit verba nō credo ait Guil.præsumendum p̄ matrimonio.Host. ēt dicit in summa & in Glo quod verba requntur ut p̄betur cōsensus q̄ si deficiant sufficere

De expressione consensus.

.1. Iam ante si.

in 4.di. 27. q.2. ar.2. ad 2.& tertium.

debent ſigna etiam in loquente. Vnde & ſi ſcribat volũtatẽ ſuam ſine verbis ẽt ſufficit. ¶ Itẽ nota ſecũdum Guil. quod cũ quis proteſtat coram pluribus quod quicquid faciet vel dicet, non faciet aio contrahendi & poſtea cõtrahat cum illa dicens. Cõſentio in te & hmõi. ſi hoc conſtat iudici. ſ. iudicialiter iudicabit pro matrimonio. quia recurrendum eſt ad cõem intellectum verborũ. Et interpretatio eſt facie daicontra eum qui dolum adhibuit. & quamuis proteſtationem probet. potuit tamen poſtea recedere ab ea & conſentire in illo.

§. 11. ¶ Eſt autẽ effectus matrimonii contracti per verba de preſenti inter fides multiplex ſecundum Ray. In primis quidem quia maritus nõ põt dimittere vxorem nec vxor virũ ſiue efficiatur cæcus ſiue leproſus vel hæreticus. 32. q. 5. horrẽdus, niſi tm cã fornicationis, & tũc ſi dimittat maneat ſine coniuge vel reconcilietur ei 32. q. 4. dixit. & in aliis c. Põt tamẽ alter eorum ante conſummationẽ matrimonii intrare religionem altero inuito, & ille qui remanet in ſęculo, neceſſe habet illum expectare vſq; ad profeſſionẽ, poſtea ſolutus eſt. Nã ſi ille reuertatur ad ſęculum ante profeſſionẽ, durat matrimonium, & ſi remanẽs in ſęculo contraxiſſet cum alia perſona, & etiam cõſum maſſet matrimonii, cogeretur illũ dimittere & ſuſcipere egreſſum de religione, ſi aũt talis polluerit vxorem extra clauſtra pudoris, nõ impedit p hoc ab ingreſſu religionis, quianõ conſummauit per hoc matrimoniũ ſecũdum Archi. Si vero vxorẽ volentẽ ingredi religionẽ vel iam ingreſſam, ſed nouicia cũ qua contraxerat p verba de præſenti, cognouit ẽt per violentia, tunc non põt ingredi religionẽ, vel remanere ſi iam intrauit contra voluntatem alterius coniugis. ſecundum Rich. & Hoſtiẽ.

§. 3. ¶ Secundus effectus eſt quod mulier prãtem ſui corporis non habet, ſed vir. & econuerſo. 1. Corin. 7. Vñ non põt continentiam nouere altero inuito. 33. q. 5. per totũ. quod videtur intelligendũ quantum ad redditionẽ debiti, ſecus quoad exactionem. Itẽ quia compellendus eſt reddere debitum vxori licẽt nunq̃ cognouerit eã & econuerſo, non obſtante ſuperueniẽte affinitate, extra de eo qui cog. cõſan. vxo. ſu. c. diſcretionẽ. Ille tamen coniunx qui eſt innocens admonendus eſt vt cõtineat, qđ ſi nolit, tũc nocẽs tenet ei debitũ pænitus reddere, ſed exigere nunquã debet, niſi ſecũ diſpẽſetur, & põt in hoc diſpenſare eps. ſm Pet. de Pa. Quod ſi dicatur altet velle ingredi religionem, arbitrio iudicis puta epiſcopi, aſſignabitur conueniens tempus, infra quod aut intret aut conſummet matrimonium, aliàs excommuninicabitur, & tali caſu non obediendo eccleſię peccat mortaliter, nec ſufficeret quod intraret aliquod heremitoriũ vel ſumeret tertium habitũ ordinis pdicatorum, vel minorũ ſed oportet, quod intret in vnam de religionibus approbatis & obligantibus ad tria vota.

¶ Tertius effectus eſt quod vnus coniugum §. 4.
non poteſt orare ſine conſenſu alterius. quod intelligitur de oratione tam longa quod eſſet impeditiua debiti cõiugalis. 33. q. 2. quos Deꝰ Secus de oratione ſolenni vt miſſe tpe a canonibus diffinita de cõ. di. 2. ois. ¶ De matrimonio contracto ſub conditione certo modo vel §. 5.
cauſa qnando teneat uel non, uidendum eſt. De mri monio cõditionato.
Sciendum ſecundũ Guil. quod quemadmodum alii contractus qui non fiunt abſolute & libere, poſſunt eſſe aliquando ſub conditione, vt dono vel vendo tibi hoc ſi feceris licẽt vel ſi hoc fuerit. Itẽ pñt eſſe ſub modo, vt ſi dicatur dono vel vẽdo, vt facias hoc vel illud, alio quin reuocetur quod donaui &c. Item pñt eſſe cũ appoſitione cauſæ, vt ſi dicatur dono vel vendo, quia hoc eſt vel fuit, & conditio quidẽ fit per ſi, modus per vt, cauſa per quia. Sic ẽt matrimonium quandoq; abſolute, quandoq; ſub modo vel conditione fieri vel contrahi facit ad
põt. ¶ Quando ergo matrimoniũ contrahitur hoc ſu-
ſub certo modo, tunc ſecundum Pe. de Pa. in pra. e.
4. ſi modus eſt contrarius matrimonio vitiat c. añ §.
contractum, vt ſi dico recipio uel accipiam te 1. in fi.
ſi procures venena ſterilitatis & huiuſmodi. Sed ſi poſt contractum apponitur talis modus per pactum quantumcunq; incontinenti, tũc non uitiat matrimonium præcedens quãtumcunq; fit cõtra ſubſtantiam eius, quia eodem momento quo verba conplentur, a Deo coniungitur & perficitur vt ſi ſtatum poſt matrimonium contractum dicat vnus uolo quod procures venena ſterilitatis aliàs non fit matrimonium & alius conſentit, nihil valet pactũ. & nihilominus tenet matrimonium. Si uero modus non contrarietur matrimonio, tunc aut eſt impoſſibilis, vt ſi dico accipio vel accipiante ut celebres miſſam, vel cælum digito tangas, & tunc habetur pro non adiecto, & pure & ſimpliciter tenet cõtractus in foro exteriori, ſed in foro conſcientiæ non, tenet ſi non intenderet in hoc conſentire. Aut modus qui exprimitur eſt neceſſarius. ut ſi dicam accipio te ut moriaris vel aliud huiuſmodi, & tũc habetur pro impleto. Aut eſt poſſibilis, & tũc ſi inhoneſtus eſt nõ cõtrarius mrimonio, habetur p non adiecto, & tenet matrimonium ſicut in legatis, vt accipio te ut furtum facias.

facias. Si possibilis & honestus, tūc nō suspendit obligationē, qa natura medii est vt posterius impleatur, sed si ex fauore opponētis tenetur implere alius celebrato matrimonio, vt si dicatur accipio te, si descentū noīe dotis, nō aūt si ex grā fui, vt accipio te cū decē libris, vt habeas vnde emas tibi fundū, non tenetur talis nec antea nec post emere. ff. de condi. l. Titio. Cum vero in cōtractu matrimonii fiat appositio causæ, tunc ſm Pet. de Pa. causa siue sit uera siue falsa pro nō adiecta hr̄, & pure intelligunt cōtrahi matrimoniū & spōsalia, vt si dico, accipio te vel accipiā, qa pr̄ tuus desspōsauit te mihi vel me tibi & nolo venire contra consiliū eius, ēt si illud nō sit verū, nihilominus est mr̄imoniū vel spōsalia. Idē ēt si ponatur in futuro cā, vt accipio te, quia dabis mihi decē pro dote. Idem ēt est qn̄ in tali cōtractu ponit demonstratio, quia siue sit honesta siue inhonesta siue contraria mr̄imonio siue nō, si ue de pn̄ti siue futuro, p se nūquā impedit vel suspēdit mr̄imoniū, sed habet pro nō adiecta ut verbi gra, accipio vel accipiā filiā tuā quæ procurauit venena sterilitatis, vel q̄ est sterilis, vel q̄ est uirgo, vel quā audiui esse diuitem & hmōi. Nā falsa demōstratio nō vitiat legatum. ff. de condi. & demon. l. falsa, nec p conse quens matrimoniū. Sed si demōstratio ferat ad cōditionē, tūc impedit, nō rōne demōstrationis, sed erroris, vt si dico accipio vel accipiā filiā tuā liberā, siquidē sciret illā ancillā, nihilominus teneret mr̄imoniū, sed si ignorat, tūc nō valet mr̄imoniū rōne erroris, etiā si demōstratio fuisset omissa, & idē si demonstratio refert ad substantiā, quia error substātiæ vel cōditionis impedit nō aūt qualitatis. Qn̄ aūt mr̄imoniū fit sub cōditione, tunc distinguendū de conditione. Primo. n quædam sunt conditiones generales quę semper debēt intelligi, quas ponit be. Iac. 4. c. in fi. vt si uoluerit Deus, & si vixerimus, & hæ nullum cōtractum suspendunt. Quædā vero sunt conditiones de his quæ in matrimonio oino sunt ne cessarię, & aliàs matrimoniū impedirent, ut si es Christiana, aut si nō es affinis vel consanguinea & hmōi. Et istæ ēt cōditiones intelligi dn̄t appositę, nec vitiant contractū. Tertio est aliqua conditio de futuro necessaria, vt solem oriri cras. Vn̄ si dicat, contraho tecum si sol oriatur cras, contractū est matrimoniū, ut Tho. ponit, in 4. dist 29. quia talia futura sūt iam pn̄tia in causis suis. Quarta est conditio contingens & honesta, quæ pōt apponi & non apponi, ut si pater meus voluerit aut si dabis mihi centum hmōi si apponatur suspendit matrimoniū vsq; ad euentū conditionis, nisi interim consensus de pn̄ti, vel carnalis copula fuerit subsecuta, eo q̄ tales vident recessisse a conditione extra de condi. appo c. de illis, & c. super eo. & c. per tuas. Quinta est conditio inhonesta sed tn̄ non est contra substantiam mr̄imonii, vt si furtū feceris vel si hominē interfeceris. Hæc si apponat debet haberi pro nō adiecta, & tenēt sponsalia siue ēt matrimonium, extra de condi. appo. c. fi. Et secundum q̄ notat ibi idē intelligi debet de conditione impossibili. s. q̄ habeat p non adiecta, vt si digito cælū tetigeris. Sexta est conditio inhonesta & contra substantiā & bona mr̄imonii, vt si dicat, contraho te cū si generationē p lis euites, quia hoc est contra bonū prolis, vel donec inueniā aliā digniorē, qa est cōtra substantiā inseparabilitatis, vel si te pro quęstu adulterandā tradas, & hoc est contra bonum fidei. Vnde si tales conditiones apponāt nihil agitur 22. q. 4. inter cætera 32. q. 2. aliqn̄, & c. solent q̄ri, extra de condi. appo. c. fi. Si tn̄ postea talis conditio remittat & sequat carnalis copula, pro mr̄imonio iudicabit & si tn̄ unus coniugum ponat talem conditione, vel alter contradicit vel tacet, iudicabit p matrimonio, vt in d. c. aliqn̄. Prædicta assumpta sunt de Ray. Tho. Inno. & Hosti. Quid si quis significet patri abn̄ti q̄ contraxit tale mr̄imonium sub conditione, si ipsi pr̄i placuerit & anteq̄ pſæ pater consentiat nūquid erit mr̄imoniū? Respondendū ſm Guil. dicē dū q̄ non, qa nō ualet q̄ debeat dici consensus, nisi duret quo usq; pr̄ consentiat, tn̄ anteq̄ transeat ad secūa uota debet compelli siue induci vt illam recipiat, ex quo semel in eā consensit sub conditione quę extitit. ar. extra de despon. impu. de illis. Idem Host. & Ber. Quid siquis contrahat sponsalia sub conditione, si pmiseris coitum? Rn̄deo secundū Guil. si conditio illa intelligat de coitu fornicario p non adiecta debet haberi cū sit turpis, extra de condi. app. c. fi. & sic pro matrimonio iudicandum, & multo fortior si intelligatur de coitu legitimo & maritali, & eodem modo si dixit contraham tecum si vnquam contraxero si promiseris &c. Quid si dicat accipiā te vel accipio te si inueniam te virginem postea sequitur coitus & non inuenitur virgo? Rn̄deo secundum Inno. Ber. & Hosti. iudicandum est pro pro matrimonio, sicut & in præcedenti. Et addit. Hosti. qd̄ licet iudicare oporteat in foro iudiciali, propter hoc quod non pn̄t haberi aliæ probationes, tn̄ in iudicio aię non est matrimoniū, extra de condi. ap. c. de illis, &c. sup eo. &

c. per

c.per tuas. Nam & bñ est mulier quæ in fraudem mentita fuit, decepta remaneat, & viro subueniatur qui forsitan intendit bigamiã vitare. Quid si dicat accipiã te in vxorem vel dabo tibi centũ, & sequatur carnalis copula nũ quid præsumendum pro matrimonio? Rñ. secundum Guil. non credo. Nam cum ille qui dixit hanc opinionẽ q̃ liberare se posset vtrũ que patiendo, non recolo præsumptionem esse inductã a iure q̃ intelligatur recedere ab optione per carnalem copulã. Quid si dicat, promitto q̃ nunq̃ deficiam tibi in vita mea, & secuta est carnalis copula? Rñ. ẽm Guil. nõ debet præsumi ꝑ mrimonio, cũ sponsalia ante matrimonium nõ soleant contrahi ꝑ promissiones negatiuas nisi forte constaret, quod per hoc intendebat spõsalia cõtrahere. Quid si dicat ducam te post annum, & secuta est carnalis copula? Respon. secundum Guil. credo p̃ sumendo pro matrimonio, quia propter carnalem copulam subsecutã videtur renũciasse dilationi tpis. Quid si contrahat cum aliqua sub conditione, deinde an te euentum contrahit cum alia pure? Rñ deo. non debet remanere cum secũda etiã si sit consanguinea primę.

§.6. ¶ De fine seu intentione quæ habetur in contrahendo matrimonium, quia potest ibi esse & meritum & peccatum mortale & veniale secundum varietatem intentionis. Circa finẽ ergo & intentionem matrimonii nota secundum Pet. de Pa. in 4. di. 31. quinq; conclusiones. Et prima est q̃ duplex est finis in matrimonio. Vnus per se qui proprie est finis ipsius matrimonii intentus ab eo q̃ matrimonium instituit, & ab oĩ recte matrimonium contrahente secundum potissimum statum matrimonii per se acceptum, & istæ est generalis ꝑ lis. Vnde Adam ꝑphetizans dixit. Adherebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. s. generãda. Gen. 2. Et Deus benedictionem nuptialem tribuens dixit. Crescite & multiplicamini. Alius est finis accñs. s. quem intendit contrahẽs & sic est finis non proprie ipsius matrimonii contrahentis. Et hic finis quandoq; est bonus quandoq; est malus, sicut finis domus quæ fit

§.7. est inhabitatio, finis domificantis forte est aliud ut lucrum.

¶ Secunda conclusio est quod matrimonium semper est bonum vel nõ est malum ex primo fine non secundo, quia cum finis bonus est ipsum quoq; bonum est, loquendo de fine per se non per accidens, sicut scientiæ medicinæ & iuris sunt scientiæ bonę per se, quia finis per se bonus est, vt sanitas corporis. & iusta distributio temporalium, licèt habentes scientiam possint esse mali ex abusus eius & mala intentione.

§.8. ¶ Tertia conclusio est quod finis mrimonii ꝑ se meritorie intenditur, siue sit finis per se & primo finis eius vt est bonũ ꝑlis, siue finis per se sed non primo, sed secũdario intẽtus, vt uitatio fornicationis. Nã sola generatio ꝑlis dicitur finis primo & p se, qa istæ fuit finis i primaria sui institõne, ẽt in statu innocentiæ. Et de isto cõcedunt omnes q̃ sine pctõ. immo cum merito potest intendi principaliter. Vitatio autem fornicationis licèt sit finis per se, non tñ primus, sed secundarius, qa post peccatũ fuit mrimonium institutum non solũ in officium ſ. generandi, sed ẽt in remedium dicẽte Apostolo. 1. Cor. 7. propter fornicationem. ſ. vitãdam vnusquisq; habeat vxorem suam. Et si istæ finis secundario intendatur, certũ est qd ad huc meritoriũ est & non pctm̃ quia nulla deordinatio est. Scilicet si vitatio fornicatiõis principaliter intendatur, adhuc non est peccatum mortale, qa nec tali fine cognoscere vxorem est mortale. Sed ad sciendũ an sit veniale videtur distinguendum, quia aut est talis qui põt prolem habere secundum spem communem, & tunc venialiter peccat cõtra rationis ordinem agens, finem secundarium præponẽdo primo fini & principali, sicut etiam peccaret cognoscens vxorem propter hanc causam nõ curãs de prole vbi crederet se posse generare. Sed q̃n senex nõ põt generare nec est spes de prole, sed timor de fornicatione, tũc nullũ peccatũ videt, qa alio modo nõ possunt senes contrahere matrimonium sine peccato. Ridiculum est. n. quod illi q̃ nõ sperant nec credunt se posse generare & contrahant sola vel principali intentione generãdi, cum spes vel intẽtio vel electio non sit de impossibili, sublato autem fine principali licèt facere de secundario principali plus q̃ de tertio vel de quarto. Vñ cũ post prolẽ primus finis sit vitatio fornicationis, illa potest principaliter attendi vbi proles speratur impossibilis haberi.

¶ Quarta conclusio est de aliis causis seu intẽtionibus, vt est reformatio pacis, acquisitio amicitię ex parentela, vel diuitiarum ex dote, pulchritudo & huiusmodi. Et reformatio q̃dem pacis est honesta causa in se, sed non in matrimonio, si primo & per se intendatur, cum matrimonium ad hoc non sit ordinatum principaliter, sicut vir cognoscens vxorem ꝑpter sanitatẽ peccat, & qui baptizatur vt sanetur, sed secundario potest illud intendi, nõ tamen esset mortale si etiam illud principaliter intenderet, sicut nec etiam si diuitias vel

pulchritudinem

pulchritudinem principaliter intẽderet, cum hõ nolit talia niſi modo licito, ẽt ſi aliàs non eſſet cõtracturus matrimonium, ſicut nõ peccat mortaliter cognoſcens vxorẽ ꝓp delectationẽ infra limites matrimonij. Vr̃ tñ aliàs ꝙ cum matrimonium ſit verum ſacr̃m ꝙ nõ poteſt ſine peccato mortali principaliter intendi finis extraneus in eo, & per accidens omni inſtitutione matrimonij totaliter, ſicut ſiquis principaliter baptizaretur pp ſanitatem vel quæſtum faciendum nõ curans de gratia baptiſmali, nõ eſſet hoc ſine contemptu iniuria & irreuerentia ſacramenti & abuſu eius. Sed iſta ſententia eſt multum dura, quia multos inuoluit. Et vr̃ eſſe contra illud quod habetur in Reg. j. vbi Dauid duxit in vxorem Abiſac Sunamitem ſolum vt calefaceret eum, & non ſpe prolis, nec timore fornicationis, quia non cognouit eam nec peccauit. Diuitiæ ſi ſecundario intendantur vt proles melius educenẽ, & onera matrimonij melius ſupportẽtur nullum eſt peccatum. Et ſimiliter ſi pulchritudo eſt ſecundario intenta ad fornicationem vitandam. In caſu in quo illa vitatio principaliter intenditur, non facit peccatum ẽt veniale, ſed ſi ſecundario intẽderetur ad voluptatem facit peccatum veniale. Et ſimiliter diuitiæ immoderatæ licèt ſecundario intentæ.

§.10. ¶Quinta concluſio eſt ꝙ dato ꝙ contrahere pp voluptatem principaliter eſſet peccatum mortale, non tñ cognoſcere pp voluptatem eſſet mortale, dummodo nõ eſſet idem cum alia facturus, quia nõ eſt ita dãnabilis abuſus rei cõis ſicut rei ſacræ, ſicut bibẽs cum Scipho cõi pp voluptatem non eſt in ſe niſi veniale, ſed non pp hoc ſequitur portans calicem ad tabernam ad bibendum pp voluptatem quin peccet mortaliter, & hoc pp abuſum rei ſacræ. Quæ autem contrahit matrimonium per verba de præſenti, pp finem indebitũ abutitur re ſacra, quia eſſentia ſacramẽti quæ ibi conſiſtit, ſed qui cognoſcit vxorem ſuam fine indebito, abutitur re non ſacra. i. muliere, quia eſſentia ſacramenti tranſit, vnde non adeo peccat. Et eſt argumentum ꝙ ſi iudex pœna pecuniaria punit malefactores dum tñ eſſet aliàs puniturus, licèt quærat pecuniam vel non cogitans actu de iuſtitia, dum tamen non ſit facturus iniuſtè non eſt niſi veniale. Namſi præponeret expreſsè vel implicitè pecuniam iuſtitiæ, non eſſet excuſatus a mortali. Et ſimiliter canonicus non aliàs iturus ad eccleſiam niſi vt lucretur diſtributionẽ, non peccat mortaliter, dum tamen nollet eam illicitè lucrari & paratus eſſet ire, ſi Deus vel eccleſia præciperet. Nota ꝙ Tho. in 4. diſt. 30. dicit in expoſitione literæ. in fi. loquens de Iacob qui cõtraxit cũ Rachele quæ erat pulchra, vt patet Gen. 29. ꝙ decor faciei nõ fuit cauſa principalis talis cõtractus matrimonij, ſed ſecũdaria, & hoc bene põt eſſe ſine peccato, vel qñq, ẽt cũ peccato veniali, ſi aũt eſſet principaliter cauſa libido pulchritudinis, nõ excuſaret a mortali ſi eſſet effrenata libido. Hæc Tho. ibi. ſ. ꝙ ibi cõſtituereet finem, quãuis autẽ aliqui contrahant matrimoniũ pp ſecũdarias cauſas quaſcunq; dictas nõ principaliter pp primam non habet iſtud vitiare matrimonium contractum, ſm Ray. licèt ſufficit ꝙ contrahant per verba de pñti & contrahere intendant, vt 32. q. 2. ſolet.

¶Addemus ſextam concluſionem ex verbis §.11. ipſius Petri de Pal. in 4. ſ. ꝙ contrahere matrimonium per verba de præſenti, ei qui eſt in peccato mortali ſiue viro ſiue muliere, vr̃ eſſe peccatum mortale. Dicit. n. Aug. ꝙ ſacramẽta talia fiunt vnicuiq;, cũ quali cõſcientia quis accedit ad ea. 1. q. 1. c. per Eſaiam. Cum ergo matrimoniũ ſit vnũ ex ſacris eccleſiæ, & eſſentia eius cõſiſtat in cõtractu per verba de pñti non in carnali copula alias non fuiſſet verum matrimonium eſſentialiter inter Mariam & Ioſeph, ſequitur ꝙ cõtrahens in mortali matrimonium mortaliter peccat, immo Idẽ Pet. in 4. diſt. 7. q. 2. vr̃ tenere ꝙ non ſufficiat contritio ꝙ ſit neceſſaria ẽt cõfeſſio. Dicit. n. ꝙ in omni ſuſceptione ſacri poſt baptiſmum obſeruandum eſt, hoc ei qui poſt baptiſmũ peccauit mortaliter vt non accedat ad aliquod ſacramẽtum incontritus niſi prius faciat cõfeſſionẽ, & ratio eſt, qa ſicut baptiſmus eſt ianua oium ſacramentorum ante ꝙ nullum ſuſcipi põt vel debet, ita pnia eſt ſecunda tabula poſt naufragium. Vnde poſt naufragiũ i. mortale cõmiſſum, poſt baptiſmũ nullus ẽt contritus debet accedere ad ſacr̃m aliud niſi cõfeſſus, in confeſſione enim perficitur pnia, inquantum ſacr̃m, quia per miniſtrum eccleſiæ datur & abſoluitur. Idem dicit diſt. 17. q. 2. Addit tñ ibi in fi. ꝙ non tñ mortaliter peccat ſuſcipiendo vel miniſtrando ſacramentum poſtq̃ contritus eſt, cum ſit iam Deo coniunctus & pnĩtens. Vnde & confeſſus in propoſito ꝙ tñ non ſufficeret quoad euchariſtiæ ſumptionem habendo copiã cõfeſſorum ſm Tho. & oẽs alios.

De acceſſu ad mr̃imonium.

¶Septimo no. ꝙ contrahens matrimonium clandeſtina, ita ſcilicet ꝙ non poſſit probari peccat mortaliter, quia contra præceptum eccleſiæ agit. Idem & qui contrahit ſiue occultè ſiue manifeſtè, non intendens contrahere ſed decipere ad extorquendam copulam

& hmõi, peccat mortaliter, qa vtitur fictione in sacro, & dãnum alterius. Itẽ & qui votum habet simplex castitatis antequã dispensetur. Itẽ & qui cogit aliquem cõtrahere coactione absoluta vel cõditionata. Iniuriatur. n. ei notabiliter cum matrimonia debeant esse libera ſm oĩa iura. ¶ Item q excõicatus est sciẽter & contrahit matrimonium peccat mortaliter.

¶ *De consummatione matrimonij & actu coniugali, quod aliquando est mortale, & nouem modis, aliquando veniale aliquando nullum.* Cap. 20.

Postq̃ actum est de matrimonio, quoad desponsationem seu promissionẽ de futuro, & quoad ratificationẽ seu contractũ per verba de præsenti, nunc videndũ est de cõsummatione eius per copulã carnalẽ. Et circa hoc primo ponent casus plures in quibus actus coniugalis est mortale peccatũ. Secundo casus in quibus est veniale. Tertio qñ est actus meritorius & qñ indifferens. Quarto de nuptiis & benedictione quæ ipsum ordinarie sequitur.

§. 1. ¶ Quantum ad primũ Pe. de Pal. in 4. dist. 32. q. 3. ponit nouem casus in quibus est mortale peccatũ actus coniugalis. Et primus est quantum ad intentionis inordinationẽ effrenatæ libidinis, qñ. s. fertur intentio extra limites matrimonii, idem. s. facturuscũ quacunq; alia quæ sibi occurreret, vel cũ eadem si non esset sua vxor vt satisfaceret voluptati suæ vel ipsæ delectationi venereæ inherens vt fini vltimo. Et ideo Hiero. dicit q̃ sapiens iudicio. i. ſm rationem debet diligere vxorẽ nõ affectu. s. passione, vt non regnet in eo impetus voluptatis, nec præceps feratur ad coitũ 32. q. 4. Origo. Sed vt idem dicit Pe. quia actibus nõ habitib. meremur & demeremur, hoc intelligendum est qñ actu hoc cogitabat. s. talis inordinationem intentionis. Et idem vr̃ dicendum qñ vxorem cognoscens vir aĩo deliberato ad aliã intendit quam carnaliter diligit & similiter de vxore cum ad alium mentem figit.

Nouem modis cõiuges peccant.

§. 2. ¶ Secundus casus est quãtum ad locũ in quo talis actus exercetur, videlicet in loco sacro. Circa hoc tñ quidã vt Rich. in 4. distinguunt, & dicit ipsę q̃ si necessitate guerrarũ inclusi in aliquo loco sacro vnde exire nõ pñt per longo tpe, licẽt vtriq; exigere & reddere debitũ quia nõ est injciendus laqueus animabus pp immundiciam loci sacri. Sed si paruo tpe tũc debent continere tpe necessitatis & tribulationis. Nam & Noe & filii eius & pecora continuerunt tpe diluuii. Petr. tñ de Pal. reprobat istam distinctionẽ, & dicit simpliciter illicitũ & mortale, q̃a & si nõ põt aliũ locum habere nõ debet pp hoc locum sacrũ polluere, cũ hoc nõ sit necessitatis, sicut ibi emittere vrinam, siue ergo habeatur alius locus siue non possit habere alius locus ad hoc certũ est q̃ non licet petere, sed nec reddere tenetur alter illud qđ reddi non põt sine irreuerẽtia loci sacri, nam pp hoc indiget reconciliatione ſm Ioã. And. quantũ est ex natura facti, licet per accidens si est occultũ non indigeat reconciliatione, qđ ẽt ponit Host. Et licẽt iura antiqua non faciant mentionẽ nisi de pollutione per adulterium. extra de adul. significasti. æqualiter tñ iura noua dñt de effusione sanguinis & seminis, vnde sicut effusio sanguinis ẽt si fiat a non priuato, sed a iudice cui aliàs licet, locũ sacrũ violat ibi facta, ẽt si sanguis non cadat in terrã, ita ẽt seminis effusio siue ab extero viro siue a suo marito polluit locum ẽt si nõ cadat in terrã. Tho. & Pet. in 4. dicunt simpliciter q̃ non tenetur coniunx reddere debitum in loco sacro, quia non ita tenetur omni loco sicut oĩ tpe. Nam tps violari non põt sicut locus per hoc violat, sed nec in omni alio loco, nisi seruata debita honestate quia non in publico. ¶ Vtrum autẽ mortale vel veniale sit hoc, nihil dicunt. In 4. di. 32. q. 5. art. 1.

¶ Tertius casus est quantum ad modũ, cum. s. est modus cõtra naturam. Sed dicit Tho. in 4. dist. 31. in expositione literæ, q̃ vsus coniugii contra naturã põt dici dupliciter. Vno mõ cũ prętermittitur debitum vas, & hoc semper est mortale, ſm oẽs doct. eo q̃ proles sequi non põt & tota intentio naturę frustratur. Vnde & Aug. 32. q. 7. Adulterii. Post aliquas species luxuriæ nominatas subdit. Omniũ horũ pessimum est quod cõtra naturã fit, vt si mulieris membro ad hoc non concesso vir vti voluerit. Hæc ibi. Vñ nullo mõ vxor dẽt viro in hmõi assentire. Non. n. excusaret a mortali peccato, quantũcunq; cũ animi displicẽtia hoc faceret, nec timor vel sufferẽtia verberum vel futura incontinẽtia viri eam excusaret nisi ei violentia absoluta inferret, a qua se nõ posset defendere, sed ex hoc in futurũ licite ei posset debitũ denegare. ¶ Secundus modus cõtra naturã est qñ seruato debito vase prętermittitur modus a natura institutus q̃tũ ad situ. Modus. n. a natura institutus quantũ ad situm (vt dr in summa confessorũ) est vt mulier iaceat in dorso, & vir supergrediat sup ventrẽ eius, & hoc mõ aptior fit conceptio. Qñ ergo receditur ab isto mõ situali, dñt aliqui q̃ si seruet modus contrarius, vt quia vir nubit in fęminã. i. mulier supergredit virũ, q̃ peccat mortaliter, ut §. 3.

Pe. de

Pe. de Pa. & Henricus, Boyc, ſuper c. inquiſitioni. de ſen. excom. Idem vꝝ ſentire Guil. & Glo. Paraldi in ſumma vitiorũ. Aſſignãt pro rõne quia talis modus nõ cõuenit ſeminis in fuſioni quo ad virum nec ſeminis receptioni quoad mulierẽ, & ſic videtur impediri prolis gñatio intẽta a natura. Si autẽ alio mõ indebito, ſeruato tñ debito vaſe vtatur: diſtinguit Pe. de Pa. quia aut hoc facit prçisè cã voluptatis, ſine aliqua cã neceſſitatis vel rõnabili, & tunc dicit ſimpliciter ẽt eſſe mortale, quia non eſt vxor eius niſi quoad actus naturales, aliter agendo abutitur ſacramẽto coniugii, ſicut qui peruerteret vſum & ritũ alterius ſacramẽti ſcienter eſſet tranſgreſſor præcepti nõ ſolũ in eſſentialibus. Aut hoc fit ex cã rõnabili, puta propter periculũ ſuffocationis partus proprer quod timet mõ debito ad vxorẽ accedere, ſed ex alia parte accedit q̃ debita, ſeruato tñ vaſculo muliebri nec ſcienter ſemen ab extra effundat, non erit mortale, idẽ ſi hoc faciat ex alia infirmitate Guil. ẽt in gl. Ray. dicit ꝙ cũ hoc fit ꝓp periculũ ſuffocationis vel ægritudinẽ vel alĩa indiſpoſitionem corporis põt eſſe ſine pcto, quanto autẽ magis recedit a naturalitate modi tanto grauius peccatur. Sed Alb. Mag. in. 4. diſt. ꝙ nihil eorũ quæ facit vir cũ vxore in actu cõiugali ſeruato debito vaſe eſt de ſe mortale, ſed põt eſſe ſignũ mortalis concupiſcentiæ, qñ ei ſufficit modus determinatus a natura, ſed alium inuenit cã ſe delectandi cũ nõ ſubeſt cã infirmitatis vel alia rõnabilis. Ex quibus dictis vꝝ ſentire Alb. ꝙ nõ impeditur gñatio ꝓlis ꝓ tales modos indebitos ſeruato debito vaſe, q̃ fuit maximus philoſophus. Et hanc rõnem videntur aſſignare q̃ dñt alios modos eſſe mortales. ſ. impedimẽtum prolis excipiendæ. Dure ergo in tali exceſſu reprehendendi ſunt coniuges, & ꝙ abſtineant cum non ſub eſt cã, inducendæ ſunt ad hoc vxores ꝙ viris a quibus comuniter iſta ꝓ cedunt non conſentiant in hmõi, ſi tñ timore verberum vel incontinentiæ virorum eis aſſentiant, non poſſunt ex hoc argui de mortali ex quo ſecundum Alb. de ſe illud mortale nõ eſt. Nam de intentione viri exigentis qualiter cunq; non habet ipſa iudicare vt per hoc poſſit ei debitum denegare, nec de facili eſt præcipitanda ſententia de tali modo, quod ſit mortale in ſe.

De inde bito mõ coitus.

§. 4. ¶ Quartus caſus eſt rõ aborſus tpe conceptus vel partus ſi ꝓbabiliꝝ timetur, quia cõtra charitatẽ eſt, ꝙ quis velit delectari cum pernicie prolis. Sed ꝓ maiori declaratione huius ſciendũ, ſecundũ Pe. & Richar. in. 4. ꝙ tpe prægnationis reddere debitũ non eſt pcm̃, & reddere debitũ ſi non eſt periculũ aborſus. põt ẽt exigere in dicto caſu abſq; mortali, quia mr̃imoniũ non ſolũ eſt in offm̃, ſed ẽt in remediũ, (vt dictum eſt) ſed vbi eſſet periculum probabile aborſus nec debet exigi nec reddi, aliàs eſſet mortale ſecũdùm Pe. de Pa. Qui ẽt dicit quòd petere debitum tali tpe eſt ſemper veniale, ſi tñ non ſit periculum aborſus & maximè mulieri, quia ſecũdùm medicos impregnatç magis appetũt coitum. ¶ Sed valde reprehenſibile eſt vt hoĩes non contineant tẽpore conceptus, quod beſtiæ faciunt. Nam elephas ad impræ-gnatã non accedit. Et Plin. dicit ꝙ tpe conceptus ceruç feminç a maribus diſcedunt donec a partu purgentur. Et vt dicit frater Ioannes de S. Geminiano in lib. 5. de ſiſitudinibus. ¶ Nota exigere materia q̃is non ſit pulchrũ dicere vel audire, vtile tñ eſt ſcire ꝙ quamuis matrix mulieris poſt impræ-gnationẽ claudatur, tamen ex delectatione mouetur aliquando & aperitur vt dicit Auicenna, & ideo imminet periculũ aborſus, quod ẽt refert idem Pe. de Pa. vbi ſupra Et ꝓpterea Hier. vituperat accedentem ad prægnantem. 32. q. 4. origo. & magis videtur eſſe periculum circa principiũ conceptus, quia tunc aliquando matrix propter delectationẽ apperiꝝ, & materia nondum perfectè coagulata diſperditur & effunditur, & inſtante partu eſt periculũ, ne partus ſuffocetur. Poſt partũ aũt dum eſt mulier in puerperio, exigere vel reddere debitum, neutri eſt mortale, niſi adhuc mulier ex partu eſſet infirma & ꝓp hoc eſſet ei periculum mortis, vel aggrauationis infirmitatis, ſecundũ Pe. de Pa. Cui ſatis concor. Richar. in. 4. diſt. qd mulieri ſi eſt purificata ab illis corruptionibus, quæ ſunt in mulieribus aliq̃to tpe poſt partũ, reddẽdũ eſt debitũ ſi petatur, & pettere põt abſq; pcõ, q̃is nondũ ſit impletũ tẽpus purificationis. ſ. xl. dierum. Sed ante illud tempus. ſ. talis immundiciç abſtinere debet vterq; ſaltem debito congrauitatis & ſic intelligendum eſt illud cap. Greg. ad eius concubitum diſtinc. 5. Idem Guil. Et quamuis decens eſſet abſtinere de communi conſenſu ab actu coniugali quouſque abſtinet ab ingreſſu eccleſiç, non eſt neceſſarium, ſed immo exactus tenetur reddere, niſi obſtet infirmitas. Et quãtum ad ingreſſum in eccleſiam, poſſit mulier quadraginta diebus expectare vbi eſt talis conſuetudo, nec tenetur interim ad auditionem diuinorum. Poteſt etiam quàm citius purgata eſt poſt partum templum intrare ſi vult ex deuotione ſua abſq; peccato, vt diſt. 5. c. cum enixa.

Tho. in. 4. di. 31. in expoſitiõe litere.

De purificatiõe poſt partum.

enixa,& extra de puri. post partum. ca. 1. Nec obstat q̃ in veteri lege mulier in partu masculi quadraginta dieb. omnino arcebatur ab accessu in templum &. 80. in partu fœminæ. Leuiti. 12. quia iilud fuit cerimoniale. Vnde non ligat, nec ex eo, quia in lege hoc habetur, sed ex consuetudine ab ecclesia tollerata, post quadraginta dieb. abstinere ab ingressu in ecclesiam si vult (vt dictum est) Modus autem introducendi talem mulierem in ecclesiã per sacerdotem, nullus determinatus est ab ecclesia. Vnde seruãdus est mos patriæ & si ẽt sine tali cerimonia intraret, non ex contẽptu sed vel ex ignorantia, vel quia non habet copiam sacerdotis & huiusmodi, non credo esse peccatum, saltem mortale, debet tamen seruari consuetudo, dist. 12. Illa.

De bñdictiõe purificatæ.

§ 5. de menstruosis mulieribus.

¶ Quintus casus est tempore menstruorum. Circa quòd distinguendum, quia si naturalis & quasi continuus sit hmõi fluxus, a quo mulier dicitur emorroissa, nõ interdicitur petitio vel redditio debiti, quia q̃n est infirmitas continua vel nimis diuturna, periculosũ esset coniugatis aliquib. prohibere, tũc ẽt mulier cõcipere potest secundum quosdam, & sic non timetur proli. Vñ tunc est venialepetere cũ nõ speretur proles, immo nec veniale, si fiat propter vitandam fornicationẽ, in se vel in alio, & in hoc concor. doc. Sed si fluxus sit naturaliter, quod est cõiter semel in mẽse, secũdũ Ric. tunc circa hoc sunt variæ opin. & cõtrariæ pp quod dicit Gui. q̃ confessor in hmõi nõ debet prçcipitare sniam. s. reprehendere & ꝓhibere quantũ põt, nec propter hoc debet negare absolutionem nolenti ab hmõi abstinere exactione. s. vel redditione debiti, in tali tpe. Nã Petrus. Bona. & Hug. dicunt q̃ tunc exigere scienter est mortale pctũ, tum quia contra p̃ceptum legis Leui. 18. Tum propter periculũ infectionis prolis, si tunc cõciperetur, sed reddere nõ est mortale. Pe. vero de ba. in. 4. di. 32. plenius declarat istam materiam, & dicit q̃ non videtur mortale scienter tunc petere vel reddere, quamuis Hiero. dicat super Ysa. q̃ tunc cõcupiuntur mẽbris priuati cæci, claudi, leprosi vt quia parẽtes nõ erubuerũt in cõclaui cõmisceri, eorum pctũ patẽter & apte redarguatur in puulis. Mulier ergo si sine scandalo viri põt se escusare debet subterfugere aliter non peccat cum dolore reddẽdo, secundum Bona. & Pe. Sed dicũt quòd exigere sciẽter est mortale. Sed hoc non videtur, quia nõ est maior timor de infectione prolis tempore menstruorũ q̃ tpe lepræ petere autem tempore leprę nõ est mortale ergo nec tẽpore menstruorũ. Nec valet solutio eorũ dicẽtiũ: quia lepra est morb. cõtinuus, mẽstruũ momẽtaneꝰ qa exponere se piculo generãdi leprosũ esset mortale de se, vbicunq; esset ꝑiculũ illud eẽt idẽ peccatũ, & licet facere ī suo, q̃d nocet in alieno, dũ tñ hoc nõ intẽdat. Et paulopost circa istã materiã ponit istas qnq; cõclusiones. Prima est q̃ nõ est mortale reddere ẽt sciẽter ex parte mulieris, net ꝑ cõsequẽs ex parte viri, exquo certior nõ vult abstinere. Secũda est q̃d nõ est peccatũ petere ignorãti infirmitatẽ. Tertia est q̃ sciẽs infirmitatẽ. s. nesciẽs monstrũ solere generari, quando non erat facturus si sciret, etiam non peccat maxime mortaliter. Quarta est sciens nõ generari vel probabiliter credens, vt quia senex vel non consueuit tũc concipere similiter tunc non peccat saltẽ mortaliter. Quinta est etiã si credens q̃ probabiliter conceptura sit etiam monstrũ, non peccat mortaliter sicut in lepra in qua est maius periculũ quam in menstruata naturaliter. Circunstantia. n. quæ non mutat speciem nunquam facit de veniali mortale. Circunstantia autem temporis nunquam facit aliam speciem. Vnde cum hoc non sit mortale si sit nisi propter prolem, & est idẽ non minus periculum in leprosa quã in menstruosa, ergo &c. Quod aũt dicitur q̃ hic haberet nimis continere puta ꝑ totam vitã, ille aũt cuius vxor est mẽstruata ꝑ paucos dies non variat speciẽ luxuriæ, q̃a cognoscere q̃nq; eã quę paritura est monstrum nõ differt specie in genere moris. Rõnis causa quæ prohibet ad tempus accedere q̃n est tpalis, prohibet in perpetuũ q̃n est ꝑpetua quia p̃cepta negatiua obligant semper & ad semper. Vñ si esset prohibitum accedere ad paritura m monstrum ad semper obligaretur Põt ẽt dici q̃ illud p̃ceptũ Leuitici. 18. ad mulierẽ mẽstruatã nõ accedes sit iudiciales, vñ mõ nõ ligat vel nõ de sua vxore s. de alia mulier. Cõsulẽdũ est igit sic mulieri, aut mulier scit vel ꝑbabiliter credit virũ se exosam habiturũ, audiẽs ab ea de mẽstruoso, & tũc nõ tenẽ reuelare. s. reddet debitũ sine pctõ, & ille pp ignorantiam non pecat. Aut nõ credit qui pp hoc habebit eã exosã sed credit q̃ nõ pp hoc dimittet q̃n cognoscat eã & tũc ẽt nõ dẽt dicere ne eũ faciat grauius peccare, & tũc vterq; excusat a mortali & hoc põt perpendere vxor ex aliis vicibus, qbus renuenti nõ acquieuit, aut neutrũ. s. credit q̃ ex reuelatione menstrui, nec pp hoc habebit exosam nec eam cognoscet, & tunc si credit q̃ adulterabitur vel peius facit, nõ debet etiam dicere, sed reddere, aut nil horũ, sed credit quòd abstineat & tunc sibi dicat.

Quinq; conclusiones.

Notet hoc confessor.

quòd

quòd si audiens non acquiescat reddens non peccat, sed petens peccat, non tamen mortaliter. Hęc Petrus.

§.6. De irritantib. se ad coitus.

¶Sextus est quando coniunx voluptatem p̄uenit & prouocat diuersis modis vt manibus vel cogitationib. vel vtendo calidis & incentiuis vt possit pluries coire. Hoc tamen non simpliciter intelligendum est: sed quando in talibus præparatoriis propter se delectatur, sicut si confricationib. impudicis mẽbra attractando sequatur pollutio extra vas debitũ nó est dubiũ q̄ ẽ mortale, qa oĩs pollutio extra ordinaria est pctm̃ mortale, quæ vigilãdo p̄curatur. Itẽ videtur si diu insistat in hmõi, nõ intẽdendeo venire ad actum coniugalẽ, sed finem in his ponere. Sed si qs causa generandæ ploris vel vitandæ fornicationis in se vel in socio aut debitum reddendi. cum alias sit impotens se prouocet æsu vel potu calefactorũ, aut oculis & amplexibus, quibus etiam animalia se prouocant vt columbi & vrsi vel aliquibus aliis factibus in quibus non quærit p̄pter se delectari sed solum ad actum illum p̄parari non videtur peccatum quia licet iuuare naturam corporis ad obediendum rectę rationi. Item si hoc facit vt si potens cognoscere propter delectationem quam tamen nollet cum alia experiri tunc grauius peccat præueniendo delectationem, non tamen mortaliter, quia non quærit in hac prouocatione delectari, sed in actu cõiugali, vnde videtur idẽ specie quod de fine. ¶ Item semen fundit extra ne habeat plures filios quos nutrire non possit, rem detestabilem cum filio inde facit & est mortale, & reducitur ad vsum primum contra naturam. Si autem ante completionem actus se trahit nec semen emittit eadem intẽtione, non videtur mortaliter peccare nisi forte ex hoc mulier ad seminandum prouocaretur. Sed si forte propter hoc obmittit, cognoscere vxorem ex communi consensu, ne neget debitum non videtur quòd peccet etiam venialiter, quia licet appetere non plures habere filios quam possit nutrire, nec tenetur ip̄ę debitum petere nec actum inchoatum consummare nisi vxore petente Hæc omnia Pe. excepto quod dicit Albertus.

§.7. ¶Septimus casus est circa actum coniugalem quod est mortale in denegante debitum petenti omnino, si non habeat causam rationabilem excusantem cum scriptum sit primo corin.7. Vir vxori debitum reddat & vxor viro. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu vt vacetis orationi. Et assignat ad hoc Pe. de Pa. in.4. distin.32. duplicem rationem. Prima est, quia sicut seruus est in potestate domini ita vnus coniugum in potestate alterius quoad redditionem debiti. Vnde dicit Apostolus. 1.cor.7. Vir non habet potestatem sui corporis sed mulier, & econuerso. Sed seruus tenetur de necessitate præcepti exhibere domino suo obsequium debitum seruitutis, ergo & vnus coniugum alteri. Secunda ratio est, quia sicut est contra iustitiam, alienum rapere inuito domino, ita contra iustitiam est alienum petenti non reddere, nisi contra hoc legitima exceptio habeatur, sed primũ est mortale, ergo & secundum. Sed corpus vnum coniugum est res alterius quantum ad actum matrimonii, ergo qui negat coniungi alteri corpus suum quantum ad actũ matrimonii peccat mortaliter, nisi vt dictum est habeat legitimam causam denegandi, vt dicetur. Debet ergo alter alteri reddere quocunque tempore, etiam sacro vt in quadragesima, in solennitatibus & huiusmodi, quia non refert quomodocunque quis volũtatẽ suam exprimat, ideo siue expresse siue interpretatiue, vt p̄ nutus & huiusmodi, quis petat, tenetur alter reddere, puta vt dictũ est non refert quomodocunque voluntatẽ suam exprimat, verbis vel factis. ff. de legi. l. de quibus. Et maxime vasculo infirmiori in hoc compatiendum est, qa verecundius est mulieri petere. Et quacunque intentione alter coniugum petat debitum, siue causa prolis siue causa fatiandæ libidinis, dummodo naturaliter, non debet denegare alius non hñdo causam sufficienter excusantem. Nec hoc est redere gladium furioso sed magis prouidere ne indicat in damnabiles corruptelas, sicut in Theutonia vxore militis negantis in vigilia pasce debitum, quia continuerat tota quadragesima, fratrem eius impetiuit & negantem iugulauit, & reuersa ad virum dixit. Hoc tu fecisti quia me facere coegisti, scilicet non reddendo debitum. Aliam suppofuit se iumento. Vnde & & philosophus. 7. ethi. dicit, quod concupiscentiæ venereorum quibusdam insanias faciunt, & hoc nisi disuadendo cessare faceres ab exactione de consensu eius. Idem Richardus. Pe. & Tho. qui etiam dicit, quòd vir non debet admonere vel mandare vxori vt non petat nisi ob rationabilem causam, nec petentem debet auerte cum multa instantia, idest negare propter multa pericula. Et nota q̄ Aug de Anco. sup epistolas Pauli dicit quòd tripliciter contingit vxorem debitum petere a viro. Vno modo verbi expressione qñ hoc petit. Secundo ex signi demonstratione, qñ hoc vir perpẽdit ex

in.4. di. 32. q.5. ar.2. et 3.

ex aliquo ſigno vel nutu. Tertio ex naturę cõditione qñ ſcit naturam hoc rõnabiliter debere petere, ſciens tñ ipſam eſſe verecundæ naturæ & propter verecundiã non petere. Nõ ſolum ergo primo & ſecundo caſu, ſed & tertio modo petenti debet reddere, quia inquantũ põt vir debet conari, vt faciat vxorẽ cõtentã, tã debitũ reddendo q̃ ſigna beneuolentiæ ei oſtẽdẽdo, & cum ea familiariter cõuerſando. Idẽ de vxore erga vtrũ intelligendũ, ſed quia nõ ita verecundantur vt in hoc, ideo nõ ita dr̃ de eis. Sed in hoc aliqñ offendunt vxores q̃a ex ira vel indignatione contra viros ſine cauſa rationabili denegant debitũ. Et aliquæ ſub prætextu deuotionis, vt quia eſt quadrageſima vel ſolẽnitas magna, vel forte volunt cõicare in aliquo feſto denegant debitũ. Et ſiquidem hoc faciunt rogando & perſuadendo viris vt voluntarie abſtineant laudabile eſt. Si aũt non acquieſcunt ſed hoc omnino volũt & ſcandalizantur ex negatione malè põt excuſari a mortali. Quod aũt dr̃ in principio quadrageſimæ. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo & ſpõſa de thalamo ſuo. Iohel. 2. & 33. q. 4. c. 1. & ſeq. q̃ in vigiliis & ſolennitatibus dñt coniuges abſtinere ab actu coniugali, & de conſe. diſt. 2. Oĩs hõ dicit qđ per tres quatuor & ſeptem dies ante cõionem ſummendam, debẽt coniuges continere. Hęc oĩa intelliguntur de conſilio reuerentiæ, & vtroq; conſentiente, vt dicit Grat. 34. q. 3. nec vxorem. §. hæc aũt. Et ſecundũ Archi. in roſ. & Tho. & Richar. in 4. & non de neceſſitate obedientię. Vnde nõ ſeruando exigens debitũ non peccat mortaliter, ſed veniale põt eſſe niſi hoc faceret in contemptũ feſti vel eccleſiæ, q̃a tũc mortale eſſet ſed reddens in nullo peccat, ſed tenetur ad hoc de neceſſitate, alias grauiter peccaret non. n. eccleſia inĩcit laqueos animab⁹ 17. q. 1. viduas. ſed ad meliora prouocat exhortando, nõ præcipiendo. Cauti ergo debent eſſe prædicatores & confeſſores in hac materia, & ita hortari ad caſtimoniam quòd non inducant ad iuſtitiam vnum & alterum ad incontinentiam.

§. 8. ¶Octauus caſus eſt cum habens impedimentum exigendi ratione voti vel affinitatis exigit. Nam quamuis habens ſimplex ſi cõtrahat teneat matrimoniũ, tñ exigere non poteſt debitum, ſed exactus tenetur reddere, & exigendo quamuis Ioan. An. in decre. videatur quaſi tenere quòd non peccet, ſubdit tamen, quod Vt ſupra quia Tho. in 4. ſ. 38. q. 1. art. 3. q. 2. ad 3. tenet q̃ c. 16. §. j. talis peccat mortaliter quia facit contra uotum, cum adhuc poſſit illud implere quantũ eſt ex parte ſui, ſcilicet vt non exigat, ideo teneamus cum eo, & hoc niſi diſpenſetur. Et quia in voto continentiæ ſolus Papa diſpenſat, ideo a Papa petenda eſt diſpenſatio, quãuis aliqui vt Guil. dicant epiſcopum in hoc caſu poſſe diſpenſare. ¶Similiter qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ poſtquàm contraxit per verba de præſenti cum ea, licèt matrimonium iam contractum per hoc non dirimatur, tamen talis prohibetur ab exactione debiti vxoris, ſed non a redditione, & ſi petat. peccat mortaliter, quouſque ſecum in hoc diſpenſetur. Et dicit Petrus de Palu. in Vt ſup. 4. quòd epiſcopus in hoc poteſt diſpenſare, c. 16. §. 4. quod tamen non eſt clarum, de Papa non eſt dubium. ¶Qui etiam ingreſſus eſt religionem aliquam approbatam, non animo probandi, ſed firmiter perſeuerandi, & poſtea egreſſus ante profeſſionem cõtrahat, quia talis ingreſſus habet vim voti ſimplicis, vel ſecundum alios vim voti ſolemnis exigendo debitum ab vxore, peccat mortaliter. Et ſi hoc haberet vim voti ſolemnis, nec etiam poſſet reddere abſque mortali niſi ſecum diſpenſetur a Papa. Sed de hoc vide diffuſe in ſecunda parte, tit. de voto. & plenius infra titulo 16. huius tertiæ partis. de ſtatu religioſorum.

¶Dicit etiam Guil. quòd in illis locis vbi conſuetum eſt quòd prius adhibeatur benedictio nuptialis ante conſumationem matrimonii ſi abſque diſpenſatione hoc vtatur coniugio ante ipſam benedictionẽ & ſine iuſta cauſa peccat mortaliter. Sed Richar. in 4. magis Sup. ca. declarans dicit quòd quamuis actus coniuga 16. in lis regulariter ſit licitus, tamen aliquo modo prin. vel tẽpore per accidens poteſt eſſe illicitus, & hoc propter ſcandalum populi, vt in clandeſtino matrimonio antequàm eccleſiæ innoteſcat, vel propter eccleſiæ prohibitionem quæ alicui prohibet coniuges carnaliter commiſceri ante ſolemnitatem matrimonij, quam tamen ſolemnitatem quidam dicunt obſeruandam & cõtrarium faciens prohiberi reſpectu actus petendi debitum, non reſpectu reddendi, vnde peccaret, tunc exigens & non reddẽs, & licet ante benedictionẽ huiuſmodi exigẽs, mortaliter peccet, tamẽ poſtquam ſemel exegit non peccabit vlterius ſecundum quoſdam niſi nouo exigat contemptu. Etiam Thom. in diſt. 33. 4. diſtinct. quòd ſi ſponſa admittat ſponſum q. 2. ad 3. ad actum cõiugalem ante benedictionem credens eum velle matrimonium conſummare, non peccat, niſi ſigna appareant fraudis expreſſa, vt ſit conditio multum diſtãs propter nobilitatem vel diuitias: tamen non tenetur reddere de neceſſitate.

¶Nonus

§.9. ¶Nonus casus est qñ alter cõiugum manet in adulterio manifesto, tunc alius hoc scies certe nõ põt exigere nec reddere debitũ in adulterio permanenti, dũ. s. incorrigibilis est. Præsumitur aũt incorrigibilis ſm Rich. qñ pertinaci aĩo corrigi renuit, aut qñ correctionem promittẽs ex cõsuetudine relabitur, aliàs exigendo vel reddendo, mortaliter peccat, qa facit cõtra cõstitutionem eccleſiæ ſm Hug. 32. q. j. ſiqs vxorẽ, & in alijs. c. Quidã tñ excipiũt hunc casum qñ. s. exigeret qui est innocẽs timore incõtinentiæ ne incurreret in ipsam, qa tunc nõ peccat ſm Archi. post Bern. q̃ ẽt recitat Io. ſin ſumma confeſſ. Adulterans autem quod peccãdo in lege matrimonij actiui coniugali, indignum ſe reddit, non debet exigere niſi purgata culpa, aliàs peccat, reddere tñ tenetur exactus ſm Ray. Circa hanc materiam humanius loquitur Pet. de Pa. in 4 ſic dicens q̃ ſunt quinq; casus in quibus innocens non tenetur dimittere adulterantẽ coniugem licẽt poſſit. Primo. s. qñ est occultum, quia ceſſat rõ de ſcandalo. Secundo qñ correcta est vel est ſpes de correctionẽ. Tertio qñ incorrigibilem aĩo poteſt compeſcere includendo & ſic cohibendo ne exeat & q̃ nullus intret niſi ipſæ. Quarto qñ plus cohibetur ſaltem pp hoc q̃ retinetur q̃ expoſita, quæ eo ipſo proſtituet. Quinto qñ timet ſibi de incõtinentia, qa non tenetur plus vir corrigere vxorem q̃ dñs famulum. Nam ſeruum excõmunicatum non tenetur expellere: ſed licite põt ab eo debitum ſeruitium expetere & tñ est minus debitum dño quam ab vxore viro. Si ergo vir cum detrimento iuris ſuis & periculo nõ tenetur expellere. Sed quia hic timetur ſcandalum, & pp ſcandalum phariſeorum nõ tenetur homo dimittere ius ſuum prius debet exponere illis qui ſciunt illam fornicariam q̃ nõ foueant illam in crimine, ſed magis vt eam melius cohibeat a peccato iuxta ſe retinet, & cum hoc ſit veriſimile, ſi quis ex hoc ſcandalizatur non est ſcandalum puſillorum, & cum non poteſt dimittere ſine periculo ſuo licite põt retinere. Auctoritates igitur quæ dñt q̃ non licet eam retinere, loquuntur qñ nõ poteſt ſine ſcãdalo, vel pp hoc q̃ retinetur deterior efficitur, vel qñ non pp ſui periculum hoc facit. De muliere dicit idem Pet. q̃ non ſic ipſa tenetur virum dimittere, quia nõ habet ſic corrigere facto, & est veriſimile q̃ qñ accedẽs ad vxorẽ, tanto minus accedẽs ad fornicariam, vnde cũ iſto caſu licet viro adulteram retinere, multo magis econuerſo & plus, quia cum ipſa non habeat virum corrigere facto, ſed verbo, non tenetur eum dimittere niſi quãdo nolet eam cognoſcere niſi innaturaliter, tunc enim pp hãc fornicationẽ innaturalem tenetur dimittere quoad thorum, ſic q̃ prius permittat ſe occidi quã q̃ conſentiat ſe ſic abuti. Item pp fornicationem ſpiritualem ſi timet nec cohabitando ipſam peruertat, etiam quoad domũ tenetur eum dimittere, aliàs ſi non timeret de hoc ius ſuum petere non prohibetur, maxime propter periculum incontinentiæ.

vbi adulterium debet dimitti.

§.10. ¶Casus aũt in quibus coniunx nõ tenet reddere debitũ alteri petenti, nec peccat nõ reddendo. Ponit Pet. de Pal. in 4. diſt. 32. eſſe quatuor. Et primus est licẽt ipſę ponat in ſecundo loco cũ ex hoc ſequitur periculũ perſonę reddenti debitũ. Nam non tenet ad hoc niſi ſaluæ conſitẽtia ſubiecti, ſicut natura primo retinet nutritiua & augmentatiua gratia ſubiecti q̃ miniſtret generatiue gratia ſpecie. Imminet aũt ex multo coitu periculum. Vnde philoſophus de longitudine & breuitate vitæ. c. ſi. §. Propter. Dicitq; ſperma ſenius (alias amplius) emiſſum deſiccat & ſeneſcit cito, pp qđ mulus longioris vitæ est q̃quo & aſino ex quibus genitus est. Et fęmellę maſculis ſi maſculi ſint coitiui, pp q̃ paſſeres maſculi breuioris vitæ ſunt fęmellis. Si aũt infirmus vel vulneratus eſſet, coitus ſibi mortalis eſſe poſſet. Et idẽ dr̃ in balneis vel a balneis aliquibus ſubito reuertẽti, vnde tunc reddere nõ tenetur. Ex iſto principio dicunt ẽt aliqui probabiliter q̃ ſi vir est fur & incorrigibilis pp quod vxor cum eo quottidie periclitatur ad mortẽ per iuſtitiam rectorũ, quod poteſt fugere & eum relinquere ne moriatur cum eo. Secundus caſus est de impotẽtia coeundi pp quam quis excuſatur, quia ſm iura. ff. de reg. iur. l. impoſſibiliũ. Impoſſibilitũ nulla est obligatio, ſiue per actũ precedentẽ, quod tñ in muliere locum nõ habet cõiter, ſiue per aliam cauſam, ita tñ q̃ ſi pp culpã ſuã peccauit, reddẽdo ſe impotentẽ, indiſcreta afflictione vel pœnitentia, imputatur ſibi ſi pp hoc alius incidit in damnabilẽ corruptelã. Sed multo minus excuſatur ſi impotẽs est effectus pp alias illicitas cauſas vel corruptelas. Nec ergo viro iniungẽda est tam grauis pœnitẽtia q̃ ſit impotẽs ad reddendum debitum vxori iuuenculæ & feruẽti, pura ieiunia & vigilia quæ deſiccant ſperma. Nam multũ vigilantes raro ſpermatizant, nec in ſomno meridiano qui est tenuis fit reſolutio, nec in ſomno ſolliciti delectatione vel ſermone, ſed in ſomno profundo, maxime in aurora digeſtione facta & hora ſanguinis & propter ieiunia minuitur: Vnde raro in quadrageſima &

Periculũ pſonę

Impotẽtia coeũdi.

ſine cęna. Retulit medicus quidam virũ quẽdam ad ſiccitatẽ ptiſicæ deductum, quia poſt prandiũ ſtatim conſueuerat cognoſcere vxorẽ, nec ẽt vxori conſulendũ eſt facere tam graues pęnitẽtias vt reddatur deformis ſuo viro, ne pp maciẽ ſit in perniciẽ ſuę prolis, vel impedimẽtum conceptus, nec tñ tenetur vir vti calidis vt fiat potẽs ſed ſufficit q̃ non faciat ſe impotentẽ. Ad hũc caſum reducitur qñcunq; non põt reddi ſine peccato ratione loci vel voti pariter facti de continẽdo, vel alia cã quæ ſit impoſſibilia de iure. Tertius caſus eſt de fornicatione, quia fornicanti nõ tenetur aliusdebitum reddere cũ dñs permittat ob fornicationẽ dimitti. ſ. quoad actum cõiugij. Et hoc niſi & ipſæ fornicetur poſtea, quia paria delicta mutua compẽſatione tolluntur, aut debitum petierit, & ſic ſibi reconciliauerit, vt dicit Papa de Lothario & Theberga 31. q. 2. Lotharius. Et ad iſtũ caſum reducit omne crimẽ pp q̃ coniunx perdit ius petẽdi debitum, puta ſi ſciẽter alter baptizat vel teneat ad baptiſmũ extra neceſſitatẽ proprium filium, vel teneat in confirmatione & hmõi, quia ex quo actor perdit ius petẽdi, reus habet ius nõ debẽdi & negandi ſed excipiẽdi, & de hoc infra plenius.

Fornicatio.

Lepra. Quartus caſus eſt in leproſo, qñ. ſ. ex hoc imminet ſano periculum mortis, vel ſimul infectionis ex redditione nec ẽt tenetur cohabitare ſanus quando ẽt ex ipſa cohabitatione immineret tale periculũ, quo ſuppoſito loquuntur iura, extra de coniu. lepro. c. 2. Vtrum aũt ex redditione debiti in huiuſmodi immineat periculum infectionis quærẽdum eſſet a medicis & eis credendum. Dicunt aũt medici q̃ viro accedente ad leproſam, imminet ei magis periculum infectionis q̃ mulieri ſi cognoſcatur a viro leproſo, & iſtud nõ videtur dubij quando mulier eſt infecta vltima ſpecie leprę quæ dicitur Leonina, in quo caſu vir nõ tenet reddere. Si vero non eſſet notabiliter infecta q̃ immineat periculum, tenetur reddere, & multo magis mulier viro leproſo cum nõ tantum immineat ei periculum. Lepra. n. ſuperueniẽs non ſoluit matrimonium contractum præſenti, ſicut ſoluit ſponſalia nec excuſat a redditione debiti, niſi (vt dictum eſt) cũ periculum imminet nõ obſtante q̃ filius generetur leproſus. Melius eſt. n. ſic eſſe q̃ nõ eſſe, nec alius prohibetur iure ſuo vti, quãuis inde alteri malum eueniat tẽporale, maxime ſi ſibi immineat periculum ſpirituale puta incidere in dannabilẽ corruptelam quia leproſi propter interiorẽ calorẽ dicuntur multum appetere actum illum, non tenetur cohabitare in domo cum leproſo, quia magis inficeretur ex diutina cõuerſatione quam ex vna cõmixtione, ſed debet prope domum manere, ſm Ala. & communem opi. Gof. tamen dicit q̃ manẽte leproſo ſeparatim a leproſis, coniunx ſana tenetur cohabitare, non aũt ſi maneat cum leproſis, ſed prima opinio eſt probabilior, extra de coniu. lepro. c. 2.

¶ In ſecundo principali videndi ſunt caſus, in quibus actus coniugalis eſt peccatum veniale, & ſunt ſex caſus ſm Pet. de Pa. in 3. diſt. 31. Primus eſt quando præcedit aliqua deordinatio rationis ſed nõ tanta, ſicut in prædictis caſibus in quibus eſt mortale, puta petere in tpe ſacro, & ſi reſpectus ſit ad delectationem grauius eſt culpa, venialis tñ & ſi ad lubricum & infirmitatẽ ſuę mẽtis cuius eſt conſcius, eſt minus veniale. Vix tamẽ contingit q̃ in præcipuis feſtiuitatibus ſit graue ſed veniale ſm Bona. Secundus eſt petere cauſa delectationis intra limites tñ matrimonij ſemper eſt veniale, ſicut comedere propter voluptatem. Quod enim cibus ad ſalutẽ hominis. ſ. indiuidui eſt neceſſarius, hoc coitus ad ſalutẽ generis dicit Auguſt. Tertius cum ſit cauſa infirmitatis vitandæ, quia quãuis vtriq; liceat ſeorſum appetere, non tamẽ vnum propter alterum, quia iſta cauda non eſt huius vituli. Quartus quãdo incipit petere vel reddere bona intẽtione, poſtea mutet intentionem, ita q̃ nunc vellet cauſa delectationis, & hoc extra horam deciſionis ſeminis, quia tunc non habet vſum rationis. Quintus qñcunq; aliud intẽdit quam id ad quod ordinatur cõiugium. ſ. vel ad prolem vel ad reddẽdum debitum. Sextus eſt qñ agit cauſa vitandæ fornicationis, licẽt hac intẽtione contrahere non ſit ẽt veniale. Sed circa hoc vt dicit Petr. de Pal. ſunt duæ opi. Vna eſt q̃ petere cauſa vitandæ fornicationis in ſe nõ in altero ſemper eſt peccatum, quia omnis ſuperabundantia paſſionis eſt peccatũ, ſed hoc eſt ſuperabundantia paſſionis hanc cauſa petere, ergo &c. Alij ſimpliciter dicunt q̃ non eſt peccatum Richard. in 4. vtranq; ponit & neutram præfert. Petr. de Pal. vbi ſupra per diſtinctio, quandam vtrãque concordat ſeu ſoluit, aut enim talis cognoſcit vxorem cauſa fornicationis vitandæ in ſe, quamuis poſſit alio modo vitare, menti occurrente, ſed magis vult iſto modo delectabili vitare quam modo non delectabili ut domando carnem, fugiendo conſortia incitantia & huiuſmodi, quæ poſſet faciliter uitare ſed vult cum voluptate vitare, & ſic eſt veniale, quia præfert voluptatem carnis abſorbentem rationem §. 11. Vbi eſt veniale.

nem ei quod cõseruat vsum rationis & attingit ad finem. Et Augu. ponit inter peccata venialia vti coniugio non debita intentione. di. 25. §. aliàs ea. & sic est vera prima opinio. Aut ille exercet talem actum ad vitandam fornicationem, nõ quia delectabilior, sed quia tũc non põt alio modo melius eam vitare ita qđ voluptas non mouet eum sed amor vitandæ fornicationis quam pro tunc non potest melius vitare, puta quia habet loqui in secreto alii mulieri, de qua expertus est se tentari & huiusmodi. Et tunc nullum est peccatũ si proles non speratur, quia semper tunc illa esset prẽmittenda intentio, & sic verificatur prima

§. 12. opinio quæ dicit non esse peccatum.

¶ In tertio sunt explicandi casus in quibus a-

Vbi est meritorius. ctus coniugalis est meritum vel si non est meritum nullum peccatum. Et Pet. de Pal. in 4. dist. 32. q. 3. ponit in principio quatuor casus in quibus actus coniugalis est meritorius. Et primus est quãdo quis habẽs gratiam reddit debitum, quod est actus iustitiæ, quia reddit quod debet. Secundus est qñ petit cã generãpæ prolis & ad cultũ Dei educãdæ tpe & modo debitis, & hic est actus latrię seu religionis Tertius est quando hoc facit ad conseruandũ comparem suum a fornicatione, & est actus charitatis. Quartus quando facit causa vitandæ fornicationis in se quam probabiliter credit non aliter vitandam, vt dictum est in præcedent i. §. & videtur actus prudentiæ vel ca-

Indifferens. stimonię. Quãdo vero actus cõiugalis est indifferens. i. nec meritorius nec demeritorius puta cũ coniunx vno de quatuor modis nunc dictus exercet illum, quia oĩs actus q̃ est meritorius habenti gr̃am est indifferens nõ habenti cã. Non. n. est meritorius propter carentiam gr̃æ quæ est principium merẽdi, nec demeritorius pp carentiã culpę in tali actu cui solũ debetur pæna. Quod possit coniugiũ esse sine peccato quantũ ad actu eius probat Inn. di. 26. deinde. Pet. hoc q̃ Deus instituit & mãdauit actum coniugii dicens. Crescite & multiplicamini & ante lapsum Gen. i. & post diluuium. Gen. 8. Et si arguatur q̃ homo erubescit de tali actu, ergo est peccatum, quia erubescentia est de turpi, quod respicit culpam. Respondeo q̃ erubescentia non solum est de turpitudine pertinente ad culpam, sed etiam de ea quæ habet speciem culpæ, talis autem est actus matrimonii, eo q̃ est eiusdẽ naturę in specie cum actu fornicationis, sed excusatur propter bona matrimonii vt dicetur. Est etiã erubescentia non solum de malis culpę & de habentibus spẽm mali, sed ẽt de oĩbus defectibus naturalibus, vt ægestione & huiusmodi. §. 13.

¶ Notandum est etiam quomodo actus cõiugalis dicitur excusari peccato ꝓpter tria bona matrimonii, quę sunt fides, proles & sacramentum. Vnde Augu. dicit. Omne nuptiarũ bonum fuit in parentibus Christi, fides, proles & sacramentum. Prolem cognouimus dominum Christum, fidem, quia nullum adulterium, sacramẽtũ, quia nullum ibi diuortiũ solum ibi ille carnalis concubitus non fuit. 27. q. 2. omne. ¶ Pro cuius declaratione dicit Pe. de Pa. in 4. distincti. 31. q. quod cum actuũ humanorum sit triplex differentia, quia quidam sunt boni in se, vt Deum colere, honorare parentes, & huiusmodi, quidam mali ex se vt blasphemare, peierare, & huiusmodi, q̃dã indifferentes, vt comedere, leuare festucam & huiusmodi. boni actus de se non indigent excusatione quia non sunt mali, nec habent in se speciem mali. Quod siquidem est malũ vel habet speciem mali, est illud quod indiget excusatione, mali actus de se non capiunt excusationem, quia ex quo mali secũdũ se sunt, excusari à malo non possunt. Restat igitur qđ actus indifferentes, qui scilicet possunt bene & male fieri, indigent excusatione cum habẽt speciem mali, ex eo quod secundum speciem naturæ sunt idem cũ actibus malis. Et ea q̃ talem actum excusant sunt circunstantię finis & obiecti & huiusmodi q̃ cõtrahũt actum talem ad medium virtutis. ¶ Sed sciendum quod est indifferens aliquis actus dupliciter. Vno modo per omnimodam æqualitatẽ abstrahendi a bono & malo, & tali actui non assignantur bona excusantia, sicut leuare festucam vel comedere, ita enim bene possunt fieri sicut male. Alio modo sic est aliquis actus indifferens quod q̃is possit bene & male fieri, magis tñ de se tendit ad malum quã ad bonum, & sibi relictum est malũ nisi aliquo addito trahatur ad bonũ, sicut in somno & dormitione quę potest bene & male eligi, tamen quia in eo ligatur liberum arbitrium vt non possit dormiẽdo bene cogitare, vel male velle habet detrimẽtum bonis rõnis annexum. Vnde ſm somnum in se cõsideratum, nõ differt felix a misero ſm philosophum secundo ethicorũ. Vnde non potest somnus eligi nisi male nisi propter aliquod bonum recompensans illud temporalem damnum rationis assumatur, puta quia post somnum homo prõptior surgit ad bonũ virtutis, qa inimia vigilia etiã vsum rationis perdit. Et ideo somnus ex hoc specialiter defui natura requirit bona excusantia ipsum, puta conseruationem indi-

Actuũ humani triplex differentia.

uidui quietationem virium naturalium, forti
Cor. 7. ficationē digestionis & huiusmodi. Et sic est
in coniugio, quia vacans cōiugio cogitat quę
mūdi sunt, & diuisus est, & in illo actu, nihil
potest intelligere, ideo talis actus indiget bo-
nis prædictis excusantibus a peccato. Vnde
Hiero. super Math. Connubia legitima carēt
quidem peccato, non tamen illo tempore quo
carnales actus geruntur, dabitur præsentia
spiritussanti etiam si propheta ille videatur
qui obsequitur generationis officio. 32. q. 2.
connubia, & ibi ut dicit glo. non intelligitur
quod gratia spiritussanti in illo actu amitta-
tur, sed quia actus prophetandi & speculandi
Sufficiē ti abo norum mīmo nii. tūc intermittitur, q. t totus ibi homo carneus
efficitur. ¶ Sufficientia autem horum bonorū
excusantium, sic sumitur secundum Petr. vbi
supra Matrimoniū est in officium naturę. Et
secundum hoc hēt bonum prolis pro vltimo
fine intento principaliter, quia natura inten-
dit conseruationem, specie quæ non est nisi p
generationem in corporalibus. ¶ Secundo ma
trimonium est in fœdus humanæ societatis,
vt dicitur. C. de cri. expil. hære. l. aduersus, q. a
vxor relegitur socia diuinæ & humanæ dom⁹
Et ethicorum. 4. dicitur, q̄ amicitia viri & mu
lieris est naturalis, & includit in se bonū vtile
delectabile, & honestum, & sic habet bonum
fidei prout fides est facere dicta. i. promissa ser
uare reddendo debitum & alteri se non com-
misceri. ¶ Tertio est sacīm ecclesiæ, & sic in
eo est bonū sacramenti prout sua indiuisibili-
tate significat coniunctionem Christi & eccle
siæ, & quia illa significatio fuit inseparabiliter
Vinculū mīri- monii quid sit. & est, & ideo inseparablitatē vsq; ad mortem
efficit bonū sacramenti. Et bonum quidē pro
lis & fidei nō semper habetur nec durat vsq;
ad mortē, quia aliquando non generatur pro
les & adulterium committitur, sed sacramen
ti bonum, scilicet indiuisibilitas quoad vincu
lum durat vsq; ad mortem. Et quid sit illud
vinculum declarat secundum tres opin. quia
secundum aliquos est sola & pura relatio &
forte rationis, secundum alios q̄ vinculū est
aliquid absolutum, & in corpore. i. aliqua di-
spositio ad gratiam, & sic in prima vel secun-
da specie qualitatis ſm alios q̄ est aliquid rea
le, sed subiectiue in anima, quia dispositio ad
gratiam gratum facientem qualis est dispo-
sitio sacramentalis in anima ibi potes, uidere
Vide Tho. in 4. di. 27. q. 3. ar. 1. q. 1 subtilis materia est. ¶ De quarto. s. de nuptiis
in quibus consummatur matrimonium. Vn-
de dicanē nuptiæ ostendit Ambr. in li. de pa-
triarchis dicens. Nec illud ociosum q̄ cū Re-
becca venire vidit Isaac deambulātē & cogni
to quod ille erat cui duceretur vxor, descendit
& caput suum obnubere cæpit. Gen. 24. docēs
uerecūdiam nuptiis præire debere, inde & nu
ptię dictę eo quod pudoris gratia se puellę ob
nuberent. 30. q. 5. nec illud. Et quia de hoc sa-
tis dictū est supra in tractatu impedimentorū
ipsarum nuptiarū, ideo alia hic nō ponemus.

¶ *De dissolutione seu diuortio matrimonij. Cap.* 21.

DE dissolutione seu diuortio matrimonii
cōtracti per verba de præsenti quoad vin
culum, vel cōsummati quoad thorum. Circa
quod videnda sunt tria. Primum q̄ omne ma
trimonium siue carnale siue spirituale per re
ligionem seu prælationem, siue ratum tantū,
siue cōsummatum, dissoluitur per mortem na
turalem secundum ius commune, secūdū Pe. Tho. in 4. di. 38 in expo sitione, litteræ, & di. 39. ar. 4. ad ſm.
de Pa. in 4. di. 27. q. 3. quia mors omnia soluit
ī auth. de nup. §. deinceps. Vñ post mortē vni⁹
alter viuens cōtrahere pōt cum alio. Rom. 7.
Mortuo viro mulier soluta est a lege vri, cui
vult nubat, tantū in domino. i. legitime. Et q̄a
obligatio semel extincta nō reuiuiscit. Ideo si
cōiugatus mortuus resuscitetur non est mīri-
monio obligatus. Et quāuis in sacramētis im-
primētibus characterē in resuscitato non de-
beat itetari sacrm, quia baptizatus vel confir
matus vel ordinatus resuscitatus nō iterū ba-
ptizat vel cōfirmatur vel ordinatur, & hoc pp
characterē impressum indelibilem, matrimo-
niū trī q̄a characterem nō imprimit, & vincu
lū eius est corporale & corpus respicit, licēt ali
quo mō etiā sit spūale inquantū est dispositio
ad gram, & sic vī esse ī parte intellectiua, ideo
sicut in corpore corrupto morte corrumpūtur
potentiæ organicæ non alię, sic sacramentum
carnale matrimonii, non alia sacramenta. La-
zarus igitur resuscitatus si habuisse vxorē, nō
eam recuperasset nisi de nouo cum ea contra-
heret, sed bona quæ testatus fuisset, recupe-
rasset, quia in donatione cā mortis plus se q̄
alīū cui donat vult habere. Vnde intelligitur
tacita conditio si moriatur cum effectu. i. per-
manens in morte, idē si ab intestato, quia de-
fertur nō nisi per coniunctionē ad morientē,
qui est sibi magis vnus q̄ alius. Idē si fiscus ea
acceperit in defectum hęredū quia si fiscus pa
renti ꝓpinquo reddere tenet, multo magis
ei resurgēti. Pari rōne matrimoniū spirituale
dissoluit per mortē naturalē, videlicet ingres
sum religionis cum obligatione professionis.
Nam religiosus resuscitatus nō tenet ad ob-
seruantiā religionis, q̄a seruitus psonalis quę

debetur

debetur a persona ratione personæ, vt in matrimonio & religione extinguitur morte qđ etiam patet ex verbis professionis aliquorum qui promittunt in professione aliquorum obedire vsq; ad mortem. Et similiter curatus & episcopus quãuis retineat consecrationẽ, non tamen retinet ecclesiam nisi sibi noua electione vel prouisione conferatur quia mortuus est sponsæ suæ, idest ecclesiæ quam habebat. Hæc Petr.

§. 10. ¶Secundum est quòd per mortem idest professionem tacitam vel expressam in religione approbata dissoluitur matrimonium carnale contractum per verba de præsenti quoad vinculum, ita quòd remanens in sæculo potest cum alio libere cõtrahere nisi ipsæ se per votum obligasset, sed consummatũ quoad thorum, i. cohabitationem & debitum quãdo ingressus religionis sit cum debitis circunstantijs, nõ autem quoad vinculum dissoluitur, vt scilicet remanẽs in sæculo possit cum alia cõtrahere viuẽte coniuge secundum Pet. de Pal. in 4. dist. 27. q. 3. vbi notat ipsæ quatuor casus in quibus licèt cõiugato religionem ingredi. Primus qñ post matrimonium cõsummatum alter coniugum fornicatur, quia fornicante ẽt inuito alter põt ingredi religionẽ, nisi & in hoc deliquerit, vel sibi post fornicationẽ reconciliauerit, valet exigẽdo vel reddendo debitum, si enim licet discedere in sæculo remanenti, multomagis in clausttrum. Exemplum in Paulo simplice. Ad istum tamẽ casum addunt docto. distinctionem. Dicit enim Thom. in 4. quod talis cum est certus de fornicatione coniugis põt dimittere quoad thorum scilicet denegando debitum propria auctoritate, sed quoad habitationẽ non põt ipsæ dimittere, vnde nec religionẽ intrare, nisi in iudicio ecclesiæ. Item si dimiserit debet cogi ad recipiendum. Et hoc vt dicit Host. nisi incontinẽti vellet probare fornicationẽ. Et si probet infra octo dies nõ restituetur, si nõ probet cogetur recipere, & sic potest intelligi illud 25. q. 2. Ecclesiastice. Addit etiam Host. quòd si est notoria fornicatio, põt dicere ẽt propria auctoritate, extra de diuor. c. significasti. Idẽ Innoc. Addit etiam Guil. quòd etiam si sit notorium adulterium, & nõ moretur cum adultera uel adulterio nõ põt dimitti nisi iudicio ecclesiæ quoad habitationẽ, aliàs põt dimittere. Et similiter si postquàm illum vel illam fornicantem seu adulterantem dimisit, notorie fornicetur, etsi non moretur cum adultero põt dimittere & intrare religionẽ. Secundus casus est quando matrimonio consummato de cõi assensu intrant ambo religionẽ, ille virorũ & illa monialiũ profitent, sic pluries factũ est, & tũc dissolutum est matrimonium quoad thorum & cohabitationẽ, nõ quoad vinculũ, vnde si diabolo instigante vnus eorum egrederetur non propterea pt alter exire ad requisitionẽ eius, sed debet cõpelli ad reditum, nec ẽt si in visitando vnus ab altero exigeretur, dẽt alter redere vt fecit eps Lugdunen. Genebaldus visitans vxorẽ suam monialẽ, ex qua suscepit filium, vocans eum latronẽ, sed peccato cõfesso sancto Remigio, & pœnitentia sibi imposita peracta, interim S. Remigius gubernauit ecclesiam suam, quia eum suspẽderat ab executione officij, angelo sibi reuelante peccatũ dimissum S. Remigius eum restituit suæ dignitati. Tertius casus est qñ altero consentiente & in sæculo remanente, vbi nõ est timor incõtinentiæ, puta quia est multi tpis & honestæ vitæ, alius intrat religionẽ, & tunc si fit cõsummatum matrimonium, qui remanet nõ põt cum alio contrahere matrimoniũ, quia adhuc durat vinculũ coniugale, immo nec eo mortuo, quia intelligitur cũ eo continentiam promittere, sed si est timor de incõtinentia remanentis, quod satis præsumitur cũ est iuuenis, vel quia leuis & suspectus, non debet alter sine altero intrare, vel recepi, vt dr 27. q. 2 agathosa. Quartus casus est qñ matrimonio nõ cõsummato alter intrat sciente vel ignorante vel inuito altero, quod põt. In quo casu remanẽs in sæculo debet expectare ad professionẽ coniugis qui ingressus est ad religionẽ ſm oẽs, nam si ægrederetur ante professionem tenetur eũ recipere, si ẽt contraxisset & cõsummasset matrimonium quia per mortem ciuilẽ. i. professionem quo quis moritur actibus carnalibus dissoluitur vinculum matrimonii nõ prius. Sed vtrũ tps probationis in tali debeat abbreuiari est triplex opinio. Aliqui dicunt vt Ber. in glo. extra de reg. & trãs. ad reli. c. statuimus, qp per epm debet taxari & abbreuiari tps probationis pp periculum incontinentiæ eius qui remanet, & ad fraudẽ tollẽdam, quia posset intrans postq̃ intrasset in vnum monasterium in fine anni ire ad aliud, & sic fraudaretur expectans. Alii dicunt vt Io. in glo. 27. q. 2. Desponsatam, qp est distingnẽdum, quia si de voluntate remanentis in sæculo alter intrat, debet expectare per annum, nec tps expectationis est abbreuiandum. Si aũt ignorante vel inuita intrat, debet, certũ tempus præfigi infra quod profiteatur, nec est incõueniens tempus a iure statutum abbreuiari quia speciale est in isto casu propter periculum incontinentię re-

De ingressu religionis alterius cõiugũ.

dist. 35. q. 1.

manentis in seculo. Tertij dicunt, vt Host. in summa, q̃ ex quo ius permittit talem intrare religionẽ, & tps probationis sit inductum, nõ solum in fauorẽ conuersi, sed etiam in fauorẽ religionis, vt experiantur mores cõuersi, ideo debet illud tempus abbreuiari nisi appareat fraus, vt cũ iret discurrendo de vno in aliud. Hæc Pet. Põt dici q̃ cum hoc sit in prãte sua & capituli, facere pñt qđ eis vr̃ abbreuiare tps. i. ante annum facere professionẽ, si capitulum & ingressus volunt, & etiam expectare annũ. Thom. in 4. dist. 27. q. 1. art. 3. q. 3. fm mendicantes tñ ante annum nõ possunt recipere, ẽt tale ad professionem sine dispensatione Papę. aliàs incurreret pœnam iuris. In ꝯibus autẽ casibus in quibus post cõsummatum matrimonium licet intrare religionẽ, licet ẽt ad sacros ordines promoueri, etiã ad episcopatum. Exẽplum b. Hylario qui habens filiam & vxorem fuit eps. Qñ autem nõ licet religionẽ intrare, multo fortius nõ licet coniugato ad sacros ordines promoueri, sed esset suspẽsus ab executione ordinis licẽt characterẽ reciperet. De matrimonio ante consummato violenter puta cum quis eam cum qua contraxerat per verba de præsenti volentem ingredi monasterium cõtra voluntatem suam cognoscit, dicit Host. q̃ non põt ingredi religionem cõtra voluntatem uiri, & si ingrederetur fm Petr. cum duret vinculum coniugale, nec possit dissolui per ingressum religionis, remanens in seculo nõ posset cum alia contrahere, & posset illam inuitam de monasterio reuocare. Hanc quæstionem optime tractat Bartholomeus Brix. in q. mer. & domi.

§. 11. ¶ Notandum etiam cõiugatus ingressus religionem, quando tenetur exire & quando nõ põt, & quando est liber ad exeundum, secundum Pet. de Pa. in 4. distinct. 27. q. 3. Tenetur quidem exire religionem, ẽt facta professione cõiugatus ad cõiugem in sæculo remanẽtem, quando repetit in seculo existens eum qui illicite ingressus est, vel qa innoxio prohibente seu ignorante vel consentiente fragili qui est suspectus de incontinentia, iuuenis & lasciuus remanens in seculo, quia non potuit in eius præiudicium vouere vel profiteri. Item si licite ingressus fuit, quia de licentia relicti, sed reuera pẽnituit scilicet quando ante emissum solenne votum in seculo remanẽs de religione exiens, alter repetijt eum, tenetur exire. Secundo tenetur non egredi sed remanere quando licite emisit votum simplex vel solenne, vel illicite ingressus est, sed alius nõ repetit eum quia ratificando cõfirmatur. Tertio liber est in ægrediendo vel remanendo, quando nullo modo ingressus religionẽ, est astrictus religioni tacite vel expræsse, vt quia nec vouit, nec professus est, nec vxor eum repetit, aut si repetit fornicata est antea vel post notorie. Quando vero votum simplex emisit ingressus nõ solenne, vel solenne de facto nõ de iure, puta quia infra tempus probationis coram eo qui nõ potuit recipere ad professionẽ vxore non repetente, egredi non potest, sed quoad ecclesiam potest, maxime si votũ probari nõ potest, in quo casu retinens clericum inuitum est excommunicatus. Dico retinens nõ solum manus in eum iniiciẽdo, sed etiam vestę seculari negata, sine qua cõmode ægredi nõ põt, persuasionibus tamen eum retinere possunt. Et idem intelligendum de vxore ingressa quoad virum nõ repetentem. Quarto de debito, quia ægressus de religione qñq; nõ non põt reddere nec exigere, ut quando illicite egressus est post professionẽ vt in casibus dictis, & quando cõiunx sciens & tacens permisit profiteri, tunc enim seruitutem remisit vt dominus, cuius seruus eo sciente & permittente ordinatur uel profitetur. Dico autem illicite pp votum rite solennizatum. Qñq; & petere & reddere põt, vt quando libere egressus fuit nullo voto astrictus religioni sicut nouitius solutus ęgrediens religionem matrimonium cõtrahere põt, sed puto quòd intelligat de tali nouitio qui intrauit animo probandi, nõ in perpetuum ibi permanẽdi. Nam & ipsæ Pet. tenet q̃ talis ingressus scilicet animo nõ probandi sed firmo perseuerandi habeat vim voti simplicis saltem. Alij autem q̃ ẽt solẽnis voti habeat vim, vnde nõ posset cõtrahere talis vel exigere si cõtraxit. Sed de hac materia habes supra in secunda parte tit. 4. & 16. de voto, & diffusius infra de statu religiosorum. Qñq; vero ægressus potest reddere sed nõ exigere, vt quando de cõsensu ipsius de cuius cõtinentia est timor votum simplex emisit, tunc enim illi nõ præiudicauit. Et nota secundum Pet. de Pal. vbi supra q̃ in casibus in quibus licet coniugi repetere cõsortem suum religionem ingressum ante professionem siue post professionẽ, nõ licet tñ de monasterio eũ rapere. Nec obstat extra de rap. ca. cũ cã. Quia narrat q̃ rapuit, sed nõ dicit q̃ licuit. Posset. n. vir vxorem vi de vico ad domum adducere, quia habet in ea correctionem, sed nõ posset eam priuato quasi possidenti vi eripere, & multo minus de monasterio extrahere fores frangendo aut habitum violentur lacerando, vel cum iniuria loci sacri eam accipiendo,

De exitu religionis al teriusc̃ iugum.

Tit. 16. cap. 2.

do,licēt alię pe ccauerint ipſam recipiendo. Argu.C. vnde 6.l. ſi quis in tantam. Quinto videndum eſt de ingreſſu ad religionē quando tenet Et dicit Pe.vbi ſupra ꝙ in tribus caſibus.Primo qñ illicite ægreſſus eſt, vtpote cū alio coniuge in religione remanente poſt ꝓfeſſionem ægreſſus eſt, vel etiam in ſeculo remanente & honeſte cum conſenſu eius profeſſus eſt.Secundo quando licite ęgreſſus,quia ad requiſitionem vxoris ſine licentia eius ingreſſus eſt,ſed poſtea vxor pænitet de reuocatione & ipſa mouet.Tertio quando poſt uotū ad eam ęgreſſus mortua eſt ipſa vxor nam tunc tenetur regredi vt impleat votum ſuū. Sed ſi talis qui poſt votum ſolemne, reuocatus ab vxore ad ſecundum mortua uxore contraxit matrimonium, vtrum teneat.Pet. de Pa.vbi ſupra facit talē diſtinctionē,quia ſi inuita vxore fuit ſolemniter profeſſus,cum illa profeſſio quantum ad ſolemnitatē non uaſuerit eccleſia hoc prohibente,ideo talis mortua vxore nō pōt contrahere, quia habet in ſe votum ſimplex rōne illius profeſſionis, & peccat mortaliter contrahendo & exigendo, tenet tū matrimoniū, nec pōt eum tanquam apoſtatam religio perſequi.Sed ſi vxore conſentiente fuit profeſſus,ſed poſtea quia vxor iuuencula, vnde & ſuſpecta eum reuocauit ius noluit in hoc caſu profeſſionem inhibere ſimpliciter,ſed ſolum inquantum erat ad vitam eius,vnde ſimpliciter fuit in præiudicium eius votum ſolemne, non in preiudiciū vxoris,vnde ea mortua eſt apoſtata ſi non rediit ad monaſterium & matrimonium ſi contrahit cum alia non tenet vt Goff. Hæc Petr.

tit.22.2. c.34.

§.3.

¶Tertium bene conſiderandi eſt, vtrum præter prædictos duos modos ſcilicet mortē naturalem & mortem ciuilē quæ eſt per ingreſſum religionis ideſt profeſſionem, ſit alius, modus ſoluendi matrimonium ratum ideſt contractū per verba de preſenti quoad vinculum? Vbi Petrus ponit quatuor concluſiones.Prima eſt quod ſeruitus ſuperueniens tali matrimonio rato non ſoluit ipſum. Et ratio eſt,quia per hoc nō uenitur ad actus carnales,nam & poteſt de nouo cōtrahere generaliter de cæteris impedimentis quæ dirimūt matrimoniū poſt contractū, intelligendū eſt quod nihil tale ſuperueniens dirimit prius contractum,ſed ſolum modo poſt contractū. Verbi gra.Cognoſcens conſanguineam eius cum qua iam cōtraxit per verba de præſenti, & ſi nō adhuc conſummauerit nō dirimit tale mrimoniū,quod dirimeret h ante contractum per verba de pūti illam cognouiſſet ꝓp affinitatem.Secunda concluſio eſt, ꝙ tale matrimoniū ſcilicet ratificatum per verba de pūti non ſoluitur per votum ſimplex, vnde tenetur vel intrare religionē vel reddere debitum vxore potente, ſed peccat mortaliter, reddendo,quia adhuc pōt religionē intrare, ante conſummationē eius,nec ſufficeret ingreſſus religionis in tertio habitu beati Dominici vel Franciſci cū profeſſione in ipſo, quia talis ꝓfeſſio nō habet vim niſi uoti ſimplicis vnde nō eſt ſufficiēs ad tollēdum vinculū cōiugale, & profeſſus in illa religione tertii habitus q̄is peccaret grauiter, cōtrahendo; qa cōtra votum,tamen teneret matrimonium. Tertia concluſio eſt,quod nec caſtratio quantacunq; ſuperueniēs ſoluit tale matrimoniū ratum,quia matrimonium non inuenitur in iure ſolui niſi in certis caſibus,ſed ille non eſt de illi caſibus,ergo &c.Item 32.q.7.c.Hi qui dicitur coniugium illorū qui poteſt matrimonium mēbris truncantur aut a barbaris execti ſunt,ꝓp hanc cām ſolui nō poteſt,& quā uis gloſa intelligatur de matrimonio cōſummato,ex eo ꝙ dicitur 33.q.1.ca.1.§.His ita reſpondetur,congium firmatur officio, ſcilicet carnali ſecundū glo.& anteq̄ confirmetur impoſſibilitas officii ſoluit vinculum coniugii. Neganda eſt illa glo.quia coniugiū ſolo conſenſu per verba de preſenti firmatur,&ratum uocatur,vt nota glo.de teſti. & atteſta.c. Sup eo.Quarta concluſio eſt,quod non ſoluitur, tale mrimonium ratū tātūper ordinem qui eſt facrm vel dignitas. Et quamuis magiſter ſen.in textu videat innuere ꝙ ſponſi non ſolum poſſunt intrare religionem ſine communi conſenſu,ſed etiam ad ordines promoueri.Et Hoſti.dicat quod coniugi ante carnalē copulā licet epiſcopatum acceptare, tamen cōtrariū huius eſt verum,quia epatus ex ſui, natura nō habet apponi ad matrimoniū, cū epiſcopi prius eſſent vnius vxoris viri, nihil aūt tollitur niſi a ſuo contrario, nec epiſcopi moriuntur ciuiliter cum proprium habeant, ſicut & cęteri clerici ſeculares. Vnde quia religio ſoluit matrimonium, non ratione perfectionis,ſed rōne mortis ciuilis, epiſcopalis ordo licet ſit perfectior & ſimiliter ſacer ordo licet ſit perfectior quam religio, non ſoluit propter defectum mortis ciuilis, ideo coniugatus incorruptus ideſt non conſummato mrimonio licite profitetur, qui tñ illicite in ſeculo ordinatur,nec ſoluit matrimonium, quādo de conſenſu vxoris ordinatur vel epiſcopatur,quoad vinculū, vnde vxor talis eo viuente non pōt cum alio contrahere.Coniu

ſupra e. c.4.&16.

in 4.diſ. 27.

gatus igitur ante copulam non potest eligi, quia censetur laicus, nec est in sacris, vel est irregularis siue suspensus, sed potest postulari, & tunc si vxor consentiat, confirmabitur, sed si dissentiat Papa non potest eum confirmare, nec consecrare in prꝯiudicium vxoris, quin scilicet teneatur reddere debitum, cum non possit contra ius diuinum dispẽsare, sed potest religionem intrare & prima die de licentia Papæ profiteri, eadem die confirmari, & postmodum ordinari & consecrari. Nec similiter de licentia Papæ potest coniugatus in uita vxore etiam ante copulam ad sacros ordines promoueri, & si fuerit ordinatus nihil ominus tenetur reddere debitum, quia semper hoc est de iure diuino. Similiter nec Papa potest auferre, vxori virum suum etiam incorruptum, idest non consummato matrimonio, & multo magis post copulam ut ipsum faciat Cardinalem, quia & ille status secularis est non regularis, dicente quodam Cardinali. Nos habemus religionem cuius apostatæ sunt sancti, vt Hiero. Et si arguat quod episcopi tenent locum apostolorum. Sed Christꝰ vocauit Ioannẽ de nuptiis ad apostatum etiam inuita vxore, si verum est ꝙ dicunt quidam, ꝙ ipsa fuit Maria Magdalena, quę ꝓpter hoc indignata luxuriata est. Respõdetur ꝙ epi re nent locum apostolorum quoad dignitatem, non quoad paupertatem & mortem mundi, quia illis dictum est de mundo non estis. Prę terea alia ratio est, quia Christus hoc potuit facere, & sm deitatem & sm humanitatem, quia potestatem habuit excellentem in sacramentis quantum nulli communicauit etiam Papæ. ¶ Præterea ꝙ Ioannes inuita vxore secutus fuerit Christum ignoratur, nec est multum verisimile illam fuisse Mariam Magdalenam, sed etsi verũ esset ꝙ inuita vxore Christum fuerit secutus, licite facere potuit, quia apostolatus ad quem transiuit erat status religionis, & quoad votum obedientię castitatis & paupertatis. Etsi dicatur ꝙ Papa dispensat monachum contrahere matrimonium viuẽte prima vxore, puta quia ille contracto matrimonio cum aliqua ante copulam intrauit religionem & professus est, & sic solutum est vinculum, postmodum magna causa vrgente vt pace reformanda ũnius regni, vel perconuersionem unius gentis. Papa dispensat cum illo monacho quod contrahat cum alia quia vinculum primum fuit solutum, nam si uinculum non fuisset solutum, Papa non posset, nisi dicatur quod ex statuto ecclesię est il la solutio, quia solemnitas uoti est ex ordine ecclesiæ. Dicẽdum ꝙ hoc non est verũ, quia hoc non inest illi voto propter solemnitatem alias inesset ordini sacro, sed inest ei ratione mortis ciuilis. Vnde hæremitæ non solemnizant votum, sed regulam approbatam, & tamen per votum hęremi soluitur, quia hoc est ex natura actus mundo mortificatis & diuina institutione a qua est vita hæremitica, vt in Ioãne Baptista. Est ergo cõclusio istius. §. quod matrimonium contractum per verba de præsenti, solum per professionem religionis approbatæ solui potest & non per alium modum, etiam auctoritate Papæ. Canonistæ autem communiter tenent contrarium, scilicet quod Papa potest dissoluere illud. Vnde Ioan. Andr. in nouel super, ca. ex publico de conuer. coniu. dicit quod quamuis matrimonium sit institutũ a Deo, ratificatio matrimonii tamen firmatur cõstitutione ecclesię, inquantum, scilicet est sacramentum ecclesiæ propter virtutem baptismi, quam virtute ratificationis (quæ est ꝙ alter altero viuente nõ possit contrahere) põt Papa tollere, vel circa ipsam in aliquibus dispensare, vt in ca. quanto, de diuor. Consummatio vero procedit de iure naturali in principio, consistit enim in facto, quod ex quo factum est nequit non fuisse. 32. q. 5. si Paulus. Dicit autem ꝙ huius iuris alia ratio est diuina. s. reuelatio, per quã ad exemplum sanctorum facta est hæc constitutio vel interpretatio, quæ etiã approbatur primo per Apostolum dicentẽ. Si infidelis discedit, discedat. Secundo per fauorem, de quo inde. c. quanto. Quare videtur facere potius fidem diuina constitutio qua ratione dicit spõsos de præsenti ante carnalem copulam posse auctoritate Papæ inuicem se absoluere, sicut & sponsi de futuro, de spon. c. 2. Et sic ratio congrue ante copulam potest ibi inuenire contrarios actus per dissensum mutuũ nõ alterius rãtum, quod non esset post copulam. Intelligit autẽ hoc de potestate absoluta nõ ordinata, nisi alia causa subesset, non enim fit hoc etiam sine causa. Asserit etiam probabile dici posse quod cum circa impedimenta matrimonii restringenda & laxanda potestatem habeat ecclesia, vt de consang. & affi. ca. Non debet. Statuere potuit quod hic dicitur & de vnius professione & alterius contractu. Potuit ergo Papa etiã de potestate ordinata circa matrimonium non consummatum hanc constitutionem facere, & sic patet ratio conueniens rationi, vt notatur. 27. quęstion. 2. quapropter. Vnde circa non consummatum potest ecclesia statuere quicquid placeat dum tamen

lum uoti solẽnis & solutio eius.

Aliter iuristæ.

Vñ fit uincu-

tamẽ ſub ſit cauſa iuſta,& hoc voluit finis cã. ex publico. Dicit tñ ipſæ Hoſtien. q̃ non expedit q̃ circa hoc multum laxet habenas,nec ẽt eſt tutũ. In matrimonio vero conſummato fieri nõ põt quin per ſeipſum repræſentetur cõformitas carnis inter Chriſtum & eccleſiã q̃ nullatenus rumpi põt, q̃ ſi per religionẽ illud rumpi poſſet,eſſet conformitatis violator & innueret q̃ expectaret aliam fidem & aliã eccleſiam quam ſibi Chriſtus vniret & iterum deſponſaret, quod falſum & hæreticũ eſt ſm Hoſti. qui plenius iſta tractauit hic & remittit ad ſummã. Idem ẽt ponit Io. And. in regula. Actus legitimi i 6. in mercurialib. Et Ant. de Butr. & Archid. in ca. Quapropter. 27. q. 2. Idem Benedictus ſuper dicto, c. ex publico. addens quod ex poteſtate abſoluta matrimoniũ per verba de præſenti papa diſſoluere poteſt etiam nulla cauſa ſubſiſtente, de poteſtate ordinata non, niſi ex legitima cauſa. Et non ſolum de conſenſu vtriuſq; ſed etiam ſi tantum adeſſet conſenſus vnius coniugis legitima, cauſa ſubſiſtente, vt vult hic Glo. in fine, cum circa matrimonium non cõſummatum Papa poſſit quomodo vult diſpenſare ſecundum Innoc. hic. Vide aliquas bullas, & Martini. 5. & Eugenii. 4. continentes talem diſpenſationem ſiue diſſolutionem matrimonii nõ conſummati contrahentibus poſtmodum illis cum aliis. Vnde tales non ſunt condemnandi, ſed nec conſulendum eſt alicui ut procuret talem diſſolutionem ſiue diſpenſationem, cum Theologi videantur tenere quod non poſſit diſſolui niſi per ingreſſum religionis, vt ſupra dictum eſt.

§. 4. ¶ Nota ſecundum Thom. in 4. & Richard. quod conſummato matrimonio legitime cõtracto alter alterum dimittere nõ poteſt quo ad vinculum, ideſt vt poſſit cum alia contrahere. Quantum vero ad cohabitationem & actum coniugalem non poteſt alter alterum inuitum dimittere, excepta fornicationis cauſa, niſi forte ad tempus velit ſe ſubtrahere a conſortio vxoris propter caſtigationem eius ſubtrahendo ei ſolatium præſentiæ ſuę. Nam & quando vxor præſtat magnam occaſionem ruinæ viro ſuo, tunc vir poteſt ſe ſubtrahere a conuerſatione ſua. Idem Alb. addens q̃ non oportet cohabitare furoni & huiuſmodi ſi non vult reſipiſcere. 38. q. 1. c. Vxor.

Eſt aĩal quoddã & trãſumit hic

§. 5. Qñ alter cõiugũ põt aliũ accuſare. ¶ Item nota quod ex fornicatione ſeu adulterio poteſt vir vxorem dimittere ſeu accuſare & vxor virum, niſi in ſeptem caſibus qui infra ponuntur, quia in hoc ſunt paris conditionis. 32. quæſt. 5. Si quis vxorem. Et iſta cauſa ſcilicet fornicationis extenditur ad fornicationis ſeu adulteræ ſuſpitionem, ſcilicet quãdo eſt ſuſpitio violenta vel certa. Verbigratia. Si probatum eſt quod fuit ſolus cum ſola, nudus cũ nuda in eodem lecto; aut ſimul in multis ſecretis locis, ĩ latibulis ad hoc cõmodis & horis electis libere dimittitur vxor. 32. quæſt. 1. dixit. Item ſecundo extenditur ad vitium ſodomiticum vt propter hoc poſſit alter alterum dimittere. 32. quęſtio. 7. cap. Omnes cauſationes, & cap. adulterii Petrus etiam de Pal. dicit quod hoc extenditur ad vitium ſodomiticum & pollutionem extraordinariã cum alio vel cum alia commiſſam. Et idem dicunt quidam de omni peccato contra naturam. ¶ Itẽ tertio extenditur ad infidelitatem quæ dicitur fornicatio ſpiritualis, vt ſi alter incidat in hæreſim, iudaiſmum vel gentilitatem, & præcipue ſi trahit coniugem ad infidelitatem 28. q. 1. Idolatria. Sed ſi corrigere ſe uellet talis non debet dimitti. Item ſi polluat aliquam extra clauſtra pudoris, uidetur q̃ dimitti poſſit ab vxore, propter hoc argum. 32. quęſt. 4. Meretrices. Item ſi tale quid egit cum propria vxore ſecundum Hugu. & Lau. vxor poteſt eum dimittere, ſi tamen ipſa non fuit in culpa, ſcilicet aſſentiendo, ſed violentata, vel ſomno decepta & huiuſmodi. Ex vitio autem molliciei, cum ſcilicet aliter coniugum polluit ſeipſum, nec poteſt talis dimitti ſecundum Hug. Item ex ſola voluntate adulterandi ſine opere ſubſecuto non põt dimitti ſm Guil. ¶ Sed nota q̃ iſta dimiſſio põt fieri dupliciter. Vno modo quoad thori ſeparationẽ, ſecundo mõ quoad cohabitationis ſeparationẽ. Et iſtæ ſecũdus hẽt ẽt primũ modũ implicitũ. Dimiſſio primo modo. ſ. quoad thorũ videlicet denegando illi debitum, põt fieri ꝓpria auctoritate, ẽt ſine iudicio eccleſiæ, quando innocenti conſtat certe de adulterio cõiugis, tunc. n. abſq; peccato põt ei denegare debitum, & hoc niſi compellatur auctoritate eccleſiæ, vel niſi ipſę poſtea adulteraſſet, aut etiam ſi petiſſet vel reddidiſſet debitum voluntate ſua poſtquam ſciuit de adulterio, tunc enim videtur ſibi reconciliaſſe. Vnde non poteſt innocens amplius denegare debitum adultero niſi recidiuaret. Pet. de Pal. vbi delinquens omnino vellet ſe emendare vel præſumeretur pœnitens, debet innocẽti perſuaderi q̃ ſibi reconciliet, tamen ad hoc cogi non poteſt per ſubtractionẽ, abſolutionis niſi hoc faceret ex odio vel vindicta ſm Tho. in 4. Sed quantum ad ſecundum modum. ſ. cohabitationis ſeparationem, quod dicitur diuortiũ non

duplex diminſio vxoris.

diſt. 35. q. 3.

non potest alter alterum dimittere sine iudicio ecclesiæ, & si dimiserit debet cogi ad recipiendum, nisi fornicatio incontinenti possit probari. Et secundum Goff. infra octo dies, si probet non restituetur, alias sic. Et hoc intelligendum est secundum. Rich. quando matrimonium est celebratum in facie ecclesiæ, vel coram, testibus, sed si erat omnino clandestinum, potest propria auctoritate dimittere ēt quoad cohabitationem. Hæc ille. Videtur tñ q̄ teneatur illud matrimonium notificare ecclesiæ, ad vitanda pericula quæ inde possent contingere. Item secundum Hostien. si adulterium sit notorium, ita q̄ inficiationi non sit locus, tunc pōt dimittere auctoritate sua extra de diuor. cap. significasti. Et multo fortius debitum negare. Idem Innoc. Sed Guil. dicit hoc esse verum si alter recedit an coniuge & publice moratur cum adultero vel adultera, aliàs si propria auctoritate dimitteret, cogetur recipere.

§. vj. ¶ Casus autem in quibus vxor propter adulterium commissum non pōt dimitti seu accusari, sunt hi secundum Rayne. ¶ Primus casus est, si ipsæ eam prostituit, extra de eo qui cog. consang. vx. suæ. Discretionem. Idem est secundum Pet. de Pal. si vir sciuit & nō prohibuit cum potuit. Idem enim est scientē nō prohibere cum possit delictum inferioris reparare. Secus aut si indirectè ei occasionē dedisset expellendo eam vel necessaria denegando, quia non est ignoscendum ei qui prætextu paupertatis turpissimum vitam elegit. ff. de rit. nup. l. palam. ¶ Secūdus est cum ipsum virum credens defunctum nupsit alteri mari tus rediens tenetur eam recipere non obstante tali adulterio nisi steterit scienter cum secundo marito postq̄ primus venit xxxiiij. q. ij. cum per bellicam. Excusatur enim prædicta si habuit probabilem ignorantiam secundū Richard. ¶ Tertio si fuit cognita ab aliquo latenter quem credebat proprium virum, & est ar. xxxiiij. q. 2. In lectum. ¶ Quartus si fuit vi oppressa, vt 32. q. v. c. proposito. Hoc autem intelligo de vi absoluta, sed si metu vel præcepto parentum instantia consanguineorum vel alia simili causa fornicaretur cum aliquo. etiam contrahendo cum illo, de facto nō excusaretur 32. qō. vij. omnes. ¶ Quintus est q̄do reconciliauit eam sibi post adulterium cōmissum, vel eam publicè adulterantem tenuit, & retinet in consortium maritale 32. q. 1. ca. 1. cum se. Huius ratio est secundum Richar. quia crimen per reconciliationē dimissum amplius obiici non debet nisi sequatur recidiuum. ¶ Sextus est licèt raro occurrat, si aliquis infidelis cōiugen infidelem dimittat, dato sibi libello repudii, & illa nubat secundo viro suo, si vterq; conuertatur ad fidem tenetur maritus eam recipere, non obstante q̄d si ab illo cognita cui se coniungit, nisi fuerit alteri fornicata, extra de diuort. gaudemus. ¶ Septimus est si vir conuincitur adulterari, 32. q. 6. per totum. Vbi etiam nota q̄ si vir est adulteratus occultè vxor manifestè, non pōtuit sine peccato vxorem dimittere. quia vxori non deficit excipiendi ius, sed probatio secundum Tho. Ray. & Alb. si tñ vir egisset pœnitentiam, & vxor nollet agere, sed perseueraret in adulterio, posset sine peccato accusare, & dimittere. 32. q. 1. i quatuor primis. c. Istos cāsus ponit etiam Richar. & addit. Alii addūt octauum casum, s. si vir abstinendo contra voluntatem vxoris, ei occasionem adulterandi dedit. 33. q. 5. si dicat Tñ alii dūt quod non ꝓpter hoc excusaretur mulier adulterans, quin vir posset eam propter adulterium dimittere secundum gl. ¶ Nota ēt quod pœnitentia facta in adulterio non tollit, quin possit accusari vel excepi de ipso adulterio, in foro contentioso 33. q. 2. Admonere & 6. q. 4. Qui crimen. Debet tamen Innocens parcere pœnitenti & sibi reconciliari ex charitate & quadam æquitate, quamuis non teneatur ex necessitate, s. quantum ad reddendum ei debitū cōiugale. Item si vnus coniugum fornicetur carnaliter, & alter spiritualiter, s. labendo in hæresim secundum Host. & Goffr. admitteretur compensatio, si tñ fornicationem spiritualē dimittat qui in ipsam incidat, alias procederetur contra eū & non audiretur contra suū coniugum. ¶ Effectus accusationis de adulterio est, quod si maritus probet quod intenditur, vel mulier hoc cōfiteatur, nisi mulier replicet contra eum aliquē de prædictis septem casibus, absoluitur ab eius cohabitatione & seruitute qua sibi tenebatur, & post assumere habitum religionis eo inuito 27. q. 2. c. Agathosa. Et in seculo sine eo viuere pōt, sed tamen continere tenet secundum Ray. & Tho. & Pe. Ipsa dimissa propter adulterium nō pōt intrare religionem contradicente viro, sed ingressa esset viro sciente & non sibi contradicente, satis potest videri data licentia, & vir tenebitur continere. Et si ingressa fuerit contra voluntatem viri, poterit reuocari. Tho. & Pe. Item in seculo remanentem & post diuortium potest Innocens adulteram reconciliare, id est, admittere ad sui cohabitationem & ad actum coniugalem, & si nollet cogi posset, & hoc

Tho. in 4. di. 35. q. 1.

Effectus accusationis

in 4. dist. 35. ar. 5. ad 3.

& hoc est verum si nocens de adulterio correctus est, nam si manet incorrigibilis, nō debet sibi eam innocens recōciliare. ¶Item nota q̄ si post diuortium qui erat innocens, factus sit nocens in crimine adulterij, potest & debet cogi per iudicem reconciliari sibi adulterum coniugem, & præcipue ipso hoc petente, & adulterium allegante commissum post. diuortio ab eo qui innocens prius fuerat. ¶Item si post diuortii sententiam constiterit ecclesiam fuisse deceptam per falsos testes & huiusmodi, debet sic spoliatus restitui. Taliter etiam si alter iam fecisset professionem in aliqua religione, vel cepisset sacerdotium, si hoc petat, & tenetur restitutus reddere debitum, sed exigere nō potest. Sed si sic spoliatus non petit restitutionē ille qui iam factus est sacerdos, vel professus nō potest ipsę petere socium in coniugē. ¶Item nota quòd cum restituitur aliqua vxor viro, si dicat se habere suspectum virum ne forte eam lædat, & causam verisimiliter ostendit, ad iudicem spectat facere cauere sibi sufficienti cautione quòd tractabit eam bene & q̄ nō lædat eam in persona vel rebus, & hanc causam præstabit per iuramentum 32.q.1.de benedicto. Sed si mulier nō confidit de iuramēto, debet præstare cautionem pignoraticiam vel fideiussoriam sub certa pęna 23.q.5.prodest, Vel si capitali odio ita eam persequeretur q̄ merito de ipsa diffidat nec possit ei de cautione sufficiēti prouideri, nō solum nō debet ei restitui, sed ab eo potius remoueri, secundum Raymundum & Petrum de Palude.

§.7. ¶Nota ſm Innoc. q̄ vir tunc tenetur sequi vxorem, qñ. s. itinerat cum necessaria causa, sed vxor tenetur sequi virum ex quacūq; causa recedat si domicilium transferēs, nisi velit eam trahere ad peccatū. extra de diuor. quęsiuit. Secus tamē si esset vagabundus, 34.q.1. siquis necessitate. Item Ber. & Host. & addit Hostiē. quòd sicut in voto vltramarino vxor potest sequi virum & remanere si voluerit, sic in omni itinere voluntatis cum proposito reuertēdi. Quod videtur intelligendum de longo itinere, sed vbi transferat domicilium de loco ad locum, vxor tenetur sequi eū 13.q.1. Vnaqueq;. Et secundum Guil. debet eam sequi etiam in carcerē & in exilium. Quod intelligitur de carcere quantum ad debitū reddendum seruata honestate, quoad exilium, quoad cohabitandum si nutrire pōt & periculum animę & corporis non imminet, vel vxor pōt virum nutrire. ¶Sed nota diligenter quæ dicit Petr. de Pal. in 4. distinct. 39. circa cohabitationē cōiugum. Dicit. n. quòd si in vno cōiugum sit tale crimē quòd alter corpori suo nec pōt sibi secutè aliter prouidere, licet dimittere talē, nec tenetur cohabitare, quia si non tenetur debitum reddere cum periculo corporis sui, multo minus cohabitare, extra de restitu. spol. Ex transmissa, & c. literas, in fine. Vnde falsa est gl. extra de diuor. c.1. quæ dicit quòd nō est dimittēda vxor, etiam si vitæ viri fuerit insidiata. Itē qñ vnus coniugum trahit alterum ad crimē: ita quòd licèt non cogatur peccare, tñ pp periculum suæ fragilitatis ne cōiugalis societas ipsum pertrahit ad peccatum, teneatur illud. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum &c. Si. n. cum periculo corporis nō tenetur manere, multo minus cum periculo animæ, & sicut non tenetur pp periculum infidelitatis cohabitare cum infideli, ita nec pp periculum aliorum criminum licēt ad nullum possit cogi. Et licèt istud si grauius quàm alia, tñ minimum periculum mortalis peccati præponderat maximo periculo corporis, licèt in hoc sit dissimile q̄ inuito aufert vita corporis nō animæ, tñ ista dissimilitudo tenet, ita in infidelitate sicut in aliis vitiis, quia nullum peccatum cadit in inuitū. Item propter alia crimina unius quibus alter non timet probabiliter lanimæ suæ, nec corpori, non debet derelinquere coniugem, etiam si sit incorrigibilis, nisi sit fornicatio carnalis, etiam semel commissa uel spiritualis fornicatio, ideſt, infidelitas in qua fit incorrigibilis. Et sic intelligitur extra de diuor. cap. 2.

qñ vxor dēt virū sequi.

Matt. 5. & 18.

¶*De votis coniugatorum.* *Cap.* 22.

VXor vota abstinentiæ vel peregrinationis & hmói facta ante matrimonium contractum siue postea, nō tenetur nec debet implere contradicente viro. Ray. Sed vir pōt vouere & tenetur implere vota abstinentiæ, etiam inuita uxore, nisi per hoc fieret præiudicium vxori, puta quia redderetur impotēs ad redditionem debiti secundum Hug. 32.q.5.præcepit. & c. Christiana. Nota etiam quòd si uir dedit iam licētiam uxori implendi uotum abstinentiæ, si postea reuocat rationabili causa motus, benefacit, si sine causa reuocat peccat, tamen in utroq, casu uxor debet obedire, & non peccat. Ray. 33.quęst.5.c. Manifestum, & c. Noluit.

§.1. Votum peregrinatiōis.

¶Quantum ad uotum peregrinationis unus non potest sine consensu alterius facere seu factum adimplere, secundum Ray. & Host.

Immo

Immo secundum Innocen. potest reuocare si aliquando cõsensit, licèt peccet. Excipitur secundum prædictos aliquando votum Hierosolimitanum, quod potest facere vir sine vxoris licentia & factum adimplere, vxor tunc vt assentiat est attentius admonenda, vel si non vult remanere sequatur virum. Dicit tamen b. Thom. in quodlibetus, & Alb. q̃ nõ est consulendum viro q̃ accipiat crucem ad transferendum se vltra mare si vxor sit talis quòd nõ posset sequi, & de eius incõtinentia timeatur. Vxor secundum Host. potest etiam inuito viro votum Hierosolymitanum emittere, sed si suspecta sit vel nimis iuuenis non exequatur personaliter, sed votum redimat, aliàs vadat, maximè si talis est quæ secum posset ducere bellatores. Quantum vero ad modicam peregrinationem etiam sine voto propter disponendam domum, vel quantum ad transferendum domicilium aliò, videtur dicere b. Tho. in 4. quòd potest vir hoc facere sine licentia vxoris, quia in dispositione domus, & regimine vitę, mulier est subiecta viro, & nõ ecõuerso. Dicit tamen Hugo. 33. q. 5. c. Manifestum. Glo. q̃ vir ille vxoris vota reuocare põt, quæ ipsa implere non põt sine scandalo viri, vt de ieiuniis, de surgẽdo ad matutinas & huiusmodi, alia non, vt si vxor vouit dare aliquid de proprio, vbi cõsuetudo est q̃ mulier habeat bona paraphernalia, vel si vouit aliquam orationem & huiusmodi.

Qãlibe. 4. arti. 1. in 4. dist. 32. q. 4. ad 1.

§. 11. ¶ Quantum ad votũ castitatis cõiugatorum. Sciendum secundum Ray. & Alber. quòd uir & vxor ad paria iudicantur 32. q. 1. siquis. i. Potest autem fieri tale votum tripliciter. Vno modo q̃ vnus emittat votum castitatis altero inuito vel ignorante, seu sine licẽtia alterius. Secundò modo q̃ unus tantum cum licentia alterius emittat. Tertio quòd vterq; de pari cõsensu simul emittant. Et primo mõ cum. s. vnus coniugum vouet castitatem sine licẽtia alterius, si inter eos sit tantum matrimonium iniciatum, puta per spõsalia, secundum Pet. de Pal. aut oportet quòd frangantur spõsalia de mutuo assensu, & sic postea seruet votum, vel intret religionem si spõsa est quæ vouit, sed si spõsus vouit, ipsæ vel religionem intret vel sacrum ordinẽ suscipiat & sic dissoluuntur spõsalia, etiam cõtra voluntatem alterius, vel faciat cõtentum alterum, scilicet qui non vouit de non consummando matrimonio. Et dicit idem Pet. quòd secundum Thom. per votum simplex soluuntur spõsalia, qđ si verum esset nõ teneretur religionem intrare qui vouit: sed posset remanere in seculo continẽdo.

Votũ castitatis.

Si alter vouet castitatem sine licẽtia alterius.

di. 38. q. 3. arti. 2. ad 1.

Sed cum iura arctent ad cõplendum sponsalia nisi in casibus quibusdam expressis de quibus supra, & inter illos istæ nõ ponitur tutius est tenere cõtrarium. Si autem esset inter illos matrimonium ratificatum, scilicet per verba de præsenti, sed non consummatum, tunc secundum Petrum tenetur intrare religionem, siue vir siue mulier, nisi coniunx qui nõ vouit velit eum dimittere sine debiti petitione, q̃a non potuit vouere in præiudicium alterius, & sic est illi obligatus sub conditione si non intret religionem, quod potest facere altero inuito, & tunc per professionem in qua moritur ciuiliter, soluitur vinculum matrimonii, Sed si est consummatum non potest intrare religionem altero inuito, nisi ob fornicationem notoriam. Sed de hoc vide supra, de diuor. Sed si alter caste vixit, tunc quæritur vtrum alius possit vouere cõtinentiam sine licentia alterius quãtum ad redditionẽ debiti. In hoc concordant omnes, quia non potest. Ratio est secundum Richar. quia hoc esset facere cõtra votum de alieno, quod non licet. Sed quantum ad exactionem sunt variæ opiniones, vt refert Petr. de Pal. Aliqui dicunt q̃ nõ potest fieri tale votum. Vnde & Durandus in 4. dicit hoc votum indiscretum & periculosum, quia redditur alteri nimis onerosum, vt semper ipsæ habeat subire confusionem in exigendo, & præcipuè si verò vouente mulier haberet exigeret, quæ communiter in hoc est magis verecundia, & nimis periculosum est in igne stare, i. iuxta vxorẽ & urgente concupiscẽtia nõ posse exigere. Et ad hanc videtur declinare b. Thom. in 4. Dicit enim quòd tale votum factum ab vno sine expresso consensu alterius, põt alter irritare & si irritat non tenetur adimplere. Si autem audito voto consortis pro tunc tacet & dissimulat, nec ratificat si postea cõtradicit & irritat, similiter non tenetur implere. Hanc opinionem dicit Ioannes Neapol. in quodli. 8. esse probabiliorem, addẽs quòd etiam si talis qui vouit sine licẽtia alterius, exigeret ẽt cum peccato mortali, puta præsuppositа veritate alterius opinionis contrariæ, tenetur exactus debitum reddere, aliàs peccaret. Alij etiam dicunt quòd potest fieri tale votum. s. de non exigendo debitum. Ratio, quia hoc est voluntatis. s. petere debitum, & est perfectionis nõ petere, & de his est votum. Et dicit Richard. in 4. hanc opinionẽ esse communiorẽ & tutiorẽ. Et ad hanc videtur declinare Pet. de Pal. dicẽs tamẽ q̃ hoc nõ esset alicui cõsulendum, maxime si per hoc matrimonium redderetur onerosum alteri

c. 18. §. 1.

cap. 20. §. 5.

puta

puta vxori suspectæ vel verecundæ in petẽdo debitum, & licet talis peccet uouendo non petere, si tamen vouit tenetur seruare inquantum potest sine hoc quod reddet matrimoniũ onerosum, puta reddendo non solum exigenti expresse, sed interpretatiue. Ad tollendum igitur omne dubium, bonum esset petere super huiusmodi dispensationem. Et posset in huiusmodi epi scopus dispensare, vt aperte trahi potest ex his quę dicit Ioan. Andr. in no uel. in c. rursus, extra qui cleri. vel vouen.

§.iii. ¶ Quantum ad secundum modum cum scilicet vnus vouet continentiam de licentia alterius loquendo de voto solẽni religionis. Dicit Petrus de Pal. q̃ circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt q̃ licet intrando religionẽ istud debeat obseruari, quod si ille de cuius licentia aliter intrat religionem est senex & non persona suspecta de incontinentia, potest in sęculo remanere vouendo continentiam, sed si est iuuenis vel persona suspecta, non potest remanere in sæculo, sed debet intrare religionem vt habetur extra, de conuer. coniuga. c. cum sis, & cap. vxoratus, tamẽ istud non obseruatur. Alii dicunt, q̃ sicut viro consentiente vxore in voto abstinentię, idẽ vir potest reuocare postea, licet peccet reuocãdo sine iusta causa, illa tamen tenetur obedire. Ita & in voto castitatis quoad vtrunq;, qa scilicet vno vouente continentiam de licẽtia alterius, si postea licentians reuocet, licèt peccet, tñ licentiatus reddere tenetur debitũ. Et subdit idem Pet. q̃ posset sic distingui, quia aut licentians ad religionem non est persona suspecta, de qua timetur de incontinentia, & vult similiter continere & vouere, & tunc licet integra. i. anteq̃ coniunx eius profiteatur possit reuocare licentiã, sicut & mandatũ re adhuc integra reuocari, pôt tamen post votũ solẽne emissum a licentiato, non potest reuocare ipsum, & sic itelligitur, ca. Agathosa. 27. q. 2. & 33. q. 5. qu. vxorem Aut licẽtiatus est persona suspecta, de cuius incõtinentia timetur, & talis quæ non poterat licentiare de intrando, & tunc licèt peccet, reuocando post uotum solemne, tamen quia illud fuit temere emissum, tenetur licentians debitum reddere. Hæc Pet. Dicit tamen hanc conclusionem dubiam. Et eandem distinctionem facit Pet. de uoto simplici emisso de licentia alterius, scilicet quod possit reuocari à persona licentiante si est suspecta de incontinentia. Et argumentum ad hoc sumit a fortiori per ca. 1. de conuer. coniuga. Sed Doct. multi &ꝑ præcipue Thom. in 4. & Ioan. Neapol. in quodlibet. 8. dicunt, quia votum continentiæ emissum ab vno coniugum de licentia alterius, seu fine licentia, sed postea ratificata, licentians non potest ipsum reuocare. Vnde si ille qui sic vouet peteret debitum, non solum licentians non tenetur reddere, immo nec debet, aliàs peccaret mortaliter secundum Ioan. Neapol. quia cooperatur ei in crimine mortali art. ad hoc. 33. q. 5. manifestum. §. fin. continentiæ vota. Nec communiter tenetur quod dictum est supra a quibusdam, quod ita possit reuocari votum continentię semel concessum ab altero, sicut votum abstinentiæ. Omnes tamen in hoc concordant, quod ex hoc quod vnus vouit simpliciter de licentia alterius non impeditur quin ipsæ possit ad placitum exigere debitum a vouente dum ipsæ similiter non vouerit. De uoto autem solemni pet susceptionem ordinis sacri. Dicit Petr. de Palu. quod si sciente vxore & cognoscente se teneri ad continentiam ex ordinatione viri ipsa consentiat ipsum ordinari, quamuis vir eius non debuisset ordinari si erat suspecta, non propterea poterit reuocari votum viri ordinati, nec tenetur ipsę propter hoc ei reddere debitum petenti, nec ipso mortuo poterit cum alio cõtrahere, aliàs matrimonium esset nullum. Nec est simile de iprofessione & ordinatione, quia prohibitio ecclesię potest facere professionem nullam. non autem ordinem. Petr. Sed si insciа vxore vel sciente vel contradicente recepit vir ordinem sacrum, ipsæ quidem deponetur & restituetur vxori si vxor hoc petierit, & sic reddere tenetur debitum, sed non potest exigere. nec post mortem vxoris cum alia contrahere, aliàs nullum erit matrimonium.

§.iiii. ¶ Quantum ad tertium modum cum scilicet vterque pari consensu uouerit continentiam. Nullus eorum potest vel debet exigere debitum vel reddere, nisi cum peccato mortali, secundum Ioan. Neapol. & alios. Et si unus eorum frangeret votum, puta aliam, cognoscendo, alter nihilominus tenetur seruare, argum. 33. quæstion. 5. cap. quod Deo. Sed vbi esset periculum incontinentiæ, quia personæ suspectæ, forte bonum esset dispensationes quærere super tali voto. Et secundum Guil. videtur quod episcopus posset dispensare. ¶ Item secundum Pet. de Pa. quando alter cõiugum intrat religionẽ & professetur altero inuito, pôt reuocari ad petitionem ipsius, & reuocatus tenet reddere debitum, sed nõ potest exigere ratione voti. Mortuo eo qui reuocauerat, is qui professus fuerat inducẽdus est

ut re-

vt redeat ad monaſterium, non tamen cogen dus. Cuius ratio eſt, quia profeſſio eius non tenuit, ex quo non iurauit de licentia coniugis ſuæ. Et quamuis non poſſit poſt mortem reuocantis contrahere cum alio, tamē ſi contraxit matrimonium tenebit, ſed exigere non poterit debitum. Item cum vnus coniugum de licentia alterius intrat religionem, ſed antequam profiteatur reuocatur ab eo, mortuo reuocante poterit etiam cum alia perſona cōtrahere, nec renetur redire ad monaſterium, prohibetur exigere debitum. Et hoc votum emiſiſſet. Qui autem de licentia coniugis profitetur, non poteſt de iure redire ad vxorem, quod ſi de facto ad vxorem reuertitur, cogen dus eſt, non ſolum ea mortua. ſed etiam viuē te redire ad monaſterium, & ſic videtur dicere illud c. ex parte. extra de conuer. coniuga. Et ſi mortua vxore contraheret cum alia, matrimonium nullum eſſet. Pet.

¶ *De dotibus & donationibus propter nuptias. Capitulum* 22.

DOs eſt quæ datur viro a muliere pro one re quod de matrimonio ſuſtinet. Vnde tandium durat quandiu & matrimonium, ſed eo, ſoluto ſoluitur, quia ſine eo eſſe nō poteſt, ff. de iur. dot. l. 4. Et eſt dos quaſi propriū patrimonium mulieris. ff. de minor. l. deniq; §. ſed vtrum. in fine. Sed quandiu ſtat matrimonium dñium dotalium eſt pęnes virum, vnde contra voluntatem viri non poteſt inde eleemoſynam facere. ¶ Not. quod duæ ſunt, ſpecies dotis, nam alia eſt profecticia, alia aduenticia. Profecticia dos eſt quæ a patre profilia, vel ab auo pro nepte, vel ab alio nomine eorum, ſeu de bonis eorum datur vel proficiſcitur, vt ff. de iure do. l. profecticia. Aduēticia dos quam ipſa mulier dat pro ſe vel pro alio ſiue ſit frater ſiue alius quiuis.

¶ Item dos alia extimata alia inextimata. Sed ſi extimata datur tam lucrum quam damnū pertinet ad maritum, ſicut ad rei emptorem. Si viro inextimata damnum & lucrum pertinet ad mulierem. ff. de iur. do. l. plerunq;. Fructus tamen pertinet ad maritum propter onera matrimonii. Vnde fętus dotalium pecorū ad maritum pertinent, quia fructus computātur, ſic tamen vt ſuppleat inde mortuacapita ex iam natis fętibus, vt in d. l. plerunque Pactum patri factum a filia dum nuptui tradere tur quod dote contenta nullum ad bona paterna regreſſum hēret, improbat lex ciuilis. Si tamen iuramento nec ui nec dolo præſtito firmatum fuerit, debet ſeruari, extra de pact. q̄uis, lib. 6. Dos & donatio propter nuptias donari non poteſt, ēt conſentiente vxore. ff. de fundo dot. l. lex Iulia nec valet alienatio niſi vxor iurauerit non contrauenire, extra de iureiuran. Cum contingat. & c. licet. libro. 6. Sed iſtam materiam cum ſcilicet iuratur ſuper huiuſmodi vide diffuſè ſupra in 2. par. in tit. de iuramento.

¶ In quibus caſibus maritus lucratur dotem. §. 1. Rñdeo, lucratur ex pacto, vt ſi paciſcatur de tota dote, vel eius parte poſt mortem vxoris lucranda, vt C. de pac. ex condi. l. ex morte. in prin. & in auth. ibi poſita. ¶ Item lucratur ex lege, vt ſi propter adulterium mulieris fiat diuortium mulier dotem mittit, extra de don. inter vir. & vxo plerunq;. ¶ Item mortua vxore inteſtata & deficientibus liberis & propinquis, vir ſuccedat vxori & lucratur dotem & econuerſo eſt. C. vñ vir & vxor. l. j. In aliis autem caſibus dos ad mulierem, & donatio propter nuptias redit ad virum, niſi ſecus obtineat de conſuetudine, extra de donatio. inter vir. & vxo. donat. §. ſanè.

¶ Pone quod propter adulterium vxoris facta ſeparatione thori, mulier dotem amiſit, nunc autem probata conſangninitate ſeparantur omnino, nunquid poterit mulier dotem repetere? Reſpondeo non. Nam licet modo appareat quod non fuit matrimonium, mulier nihilominus punienda eſt propter intentationem cum opere ſubſecuto. extra de biga. c. nuper. & c. ultimo. & etiam vt per hæc cę teris de linquēdi materia auferatur, & nec cogitetur falſa probatio cōtra matrimoniū. Hęc Hoſt. Laur. Goffr. Bern. & Ioan. Et nota quod quia ad pœnas legem quis non tenetur, niſi poſtquam quis fuerit adiudicatus. ſ. per iudicem condemnatus, ſecundum Tho. & Rayn. ideo ſi mulier committat adulterium non ipſo facto amittit dotem, ſed poſtquam in iudicio ſuper hoc fuerit iudicata, ſcilicet de adulterio.

¶ Cui reſtituenda ſi dos. Rñdeo ſi dos fuerit a patre profecta, tunc ſi in matrimonio filia præmoriatur, debet dos reddi patri, vt C. ſol. matri. l. dos a patre, niſi ſi mulier reliquerit liberos, quia tunc licēt de iure deberetur patri tñ de conſuetudine remanet pęnes liberos, vt no. in d. l. dos. Si vero vir prę moriatur tunc talis do, patri & filiæ reddenda eſt, ita tamen quod nec pater aliter quam voluntate filiæ eam petere poteſt. ff. ſolu. matrim. l. 2. quod ſi pater non viuat vxori reddenda eſt, vt ibi. Si uero dos fuerit a quocunq; alio, tunc ſi prę moritur vxor ad hæredes eius pertinebit dos.

Si vero

Si verò præmoritur vir, dos ad vxorem redibit. Intellige nisi ille qui dedit fuerit stipulatus dotem sibi reddi. C. de re. vxor. ac. l. vnica. ff. sol. matr. l. quotiens. §. j.

§.4 ¶ Quando restituenda sit dos. Respondeo, si dos cõsistit in rebus immobilibus, debet restituti statim soluto matrimonio. Si vero in mobilibus debet restitui infra annum. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. cum autem. An semper maritus in casu restituẽdæ dotis compellatur reddere in totum? Rñdeo, maritus in redden da dote non condẽnatur, nisi inquantum facere põt. s. habita ratione ne egeat si non dolo versatus est, vt C. de rei vxo. actio. l. vnica. & debet cautionem exponere, ꝙ si ad meliorem fortunam peruenerit soluet residuum. Hoc etiam priuilegium transit ad filios eiusdem matrimonij, vt solut. matrim. l. maritum, sed hoc hæredi extraneo nõ est præstandum, quia tale beneficium personale est, & cum persona extinguitur.

§.5. ¶ Vtrum maritus vel eius hæres in reddenda dote possit detrahere impẽsas? Respõdeo, expensas vtputa quòd domum refecit, & huiusmodi retinere põt, vt C. de impen. in re do. l. j. Expensas vero voluptuosas perdit, etiam si voluntate mulieris factæ sunt ff. solu. matri. in voluntarijs. Quid si maritus tenetur de dote, & alia debita habet? Respondeo, mulier pro dote habet obligata oĩa bona viri, intantum ꝙ præfertur omnibus creditoribus nõ habẽtibus expressam hypothecam. Et hoc nisi alius sit in simili iure, vt quia petit dotem præcedentem, C. qui po. in pig. l. fi. ver. prima restitui, & §. sed in donatione propter nuptias, vt præfertur mulier creditoribus nisi posterioribus. Etiam cõstante matrimonio vxor recuperare potest dotẽ vt quando vergit ad inopiam. C. de iur. do. l. vbi. Pro delicto viri non debet vxor dotem amittere, extra de pig. ex literis. Etiam si cõmisit crimẽ lęsę maiestatis. C. ad leg. Iul. maie. l. quisquis. Possessione pignorata genero ꝑ dote fructus, non debet computari in sorte, si gener sustinet onera matrimonij extra de vsur. c. salubriter, vide supra in parte 2. titul. 1. de vsuris. Qui habet cognoscere de matrimonio, habet & de dote tanquam de accessorio, extra de do na. inter virum & vxorem. c. 1. & c. 3. ff. de iure dot. l. 2. & 3.

§.6. ¶ Donatio propter nuptias est, quòd sponsus sponsæ donat, quando ipsæ ab ea dotem accepit, extra de do. inter vir. & vxo. c. nuper. Huius aũt donationis proprium est ꝙ si paciscantur maritus de dote vel parte dotis lucranda vxore præmortua, talem partem debet lucrari mulier de donatione propter nuptias præmortuo viro, extra de dona. inter vir. & vxor. donatio. §. sanè. & C. de pact. conuentis, l. ex morte. In huiusmodi autem dotibus & donationibus sunt diuersa statuta in diuersis locis. Nam alicubi vt Florentiæ si vxor præmoriatur cõsummato matrimonio, vir lucratur totam dotẽ, si non extent filij ex ea, nam si filios relinquit illis remanet. Alibi lucratur partem, & alia pars restituitur ei, vnde profecta est dos. Si vir præmoriatur, restituitur ei tota dos, & donatio propter nuptias. Et in hoc statur magis legi municipali, seu statuto quàm iuri communi.

¶ Dos constante etiam matrimonio ab vxore §.7. potest repeti viro in insulam deportato, cuius affectionem mulier non mutauit secundum Pet. de Pal. in 4. dist. 42. Et idem de viro de regno bannito. C. de iur. dot. l. vbi. & in rebus.

¶ Item vergente viro ad inopiam, potest peti dos constante matrimonio, nõ propter paupertatem æris, quia tunc sub tali cautione quam præstare potest cõmittenda & dimittenda est dos, sed propter paupertatem mẽtis, vt quãdo incipit esse prodigus, & dilapidator, quia tunc cautio parum valeret, & sic intelligitur illa lex vbi & in rebus. Pet. Item ꝙ licet ſm ius ciuile mulier secundo nubens lucraretur legatum sibi factum sub cõditione quòd permaneret vidua fauore matrimonii, dum tamen nõ nuberet infra annum a morte viri, tamẽ quia iura canonica & diuina plus fauẽt viduitati quàm matrimonio, vt statui perfectiori, ideò nubens cõtra conditionem legati non lucratur, sed amittit ipsum. Petr. de Pal. vbi supra.

¶ Item sciendum ꝙ qñ vxor propter diuor- §.8. tium factum ꝑ adulterium suum perdit dotem, si ipsa erat filia familias. i. in patris potestate cõstituta, & dos erat profecticia. i. de bonis patris profecta, vel alias quandocunq; dos erat ad patrem recasura, pater nõ perdit eam propter delictũ filiæ, quia nõ debet pater portare iniquitatem filij. Si vero nõ erat recasura ad patrem, quãuis ab eo profecta esset, quia ea mortua eam rehabiturus non erat, tunc maritus eam lucratur, & sic intelligit Host. C. de adul. l. vlt. ad fi. & extra de do. inter vir. & vxo. c. plerunq;. Sed quando dos erat reditura ad patrem, pater eam perdit, quandiu filia adultera viuit, sicut etiam nõ potuisset eam repetere ipsa non adulterante, nec debet ipsæ ex delicto filiæ lucrari, sed tenebit eam vir adultera viuente post eius mortem redibit dos ad

patrem,

patrem, ſicut ſi prælatus eccleſiæ committat felloniam.i.coniuret contra dñm, quandiu ipſæ viuit eccleſia fęudū perdet, ſed ipſo mortuo ad eccleſiam fęudum redibit, nec delictū perſonæ redundat in damnū eccleſiæ. Ex his ſequitur, q; ſi vir cōmittit crimen læſæ maieſtatis, propter quod bona eius confiſcentur & ipſæ nudus exulet, vxor perdit dotē quandiu viuit vir eius, ne per eius delictum lucretur vxor quod prius non habebat interim tamen fiſcus ei prouidere tenetur neceſſaria loco viri, ſed viro mortuo rehabebit integrè dotem & dotarium ſuum, vt dicunt de conſuetudine. Hæc Pet. de Pal. in 4. diſt. 42.

§. 9. ¶Item ſciendum de expenſis factis ab vxore extra domum, quia vir pro oneribus matrimonij habet dotem, ideo a tempore contracti matrimonij intus & extra debet facere expenſas vir ſecundum quantitatem dotis. ff. famil. hær. l. ſi maritus, immo etiam ſi dotem non habet vel perdidit culpa ſua, tenetur ei neceſſaria prouidere ſecundum facultates ſuas, immo vbi maritus diſſipat bona ſua vergens ad inopiam, etiam conſtante matrimonio, mulier recuperat dotem, vt dictum eſt. Sed quando mulier ſponte receſſit non recuperat expenſas, niſi a tempore quo rediens non eſt admiſſa, & hoc niſi opponatur de adulterio, quia adulteræ uihil tenetur præſtare, niſi ipſa replicet de conſimili. Dico autem quòd ſponte vaganti non tenetur ad expenſas, ſed ſolum quando iuſta de cauſa, puta propter nimiam ſeuitiam viri vel aliquid huiuſmodi. Vel quia vadat ad longinquas partes & eam mittit ad conſanguineos ipſius vxoris pro maiori honeſtate & huiuſmodi Petr. de Palu. vbi ſupra.

¶ *De diuerſis vitijs coniugatorum in genere. Capitulum.* 24.

EX notatis in præcedentibus capitulis, & §. Nota ſummatim vitia tam virorum quam mulierum coniugatorum, quæ concernunt coniugium, & quæ mortalia ſunt. ¶Primo ſiquis contrahit ſciens in ſe eſſe vel habere aliquod prædictorum impedimentorum, 12. quæ impediunt & dirimunt matrimonium, non habita diſpenſatione a Papa in his in quibus a Papa poteſt diſpenſari. ¶Secundo cum habens votum ſimplex religionis vel caſtitatis, vel qui ſuſcepit habitum religionis approbatæ cum firmo propoſito remanendi, ante profeſſionem tacitam vex expreſſam egreſſus eſt & contrahit matrimonium ſine diſpenſatione Papæ. ¶Tertio cum talis contrahens matrimonium & conſummans exigit debitum, non habens ſuper hoc diſpenſationem, reddere autem tenetur. ¶Quarto cum quis contrahit matrimonium clandeſtine ſine præſentia ſaltem teſtium, & quouſq; manifeſtum faciat ſufficienter ſemper eſt in mortali. ¶Quinto cum contrahit contra interdictum eccleſiæ, vt quia ordinarius audiens aliquod impedimentum circa aliquod matrimonium fiendum, præcipit ne fiat contractus talis, niſi prius diſcuſſo negocio. ¶Sexto quando quis contrahit de futuro, vel de præſenti non intendens contrahere, ſed decipere, & copulam extorquere. ¶Septimo cum quis cogit aliquem vel aliquam ad cōtrahendum de futuro vel de præſenti, etiam ſi ſint pater vel mater, quia omnimoda debet eſſe in huiuſmodi animi libertas, ſecus ſi perſuadeat tantum. ¶Octauo quando ſponſalia etiam de futuro tantum frangit extra illos nouem caſus qui ſupra ſignantur, alius autem cui franguntur excuſatur. ¶Nono quando contractum per verba de præſenti hoc negat, & quamuis alter contrarium probare non poſſit vel non probet, tamen neuter cum alio contrahere poteſt, aliàs eſſet in continuo adulterio & ſeparari deberet. cap. 16. §. 1. ¶Decimo quando poſt contractum per verba de præſenti non vult conſummare alio requirente congruo tempore, nec religionem vult ingredi vt poſt profeſſionem alter ſit liber hoc facit, puta quia audiuit illum pauperem vel iniquum, vel quia indignati ſunt ad inuicem & huiuſmodi, & ſimiliter peccant parentes qui hoc nō permittunt ſine rationabili cauſa, vt quia ſine voluntate eorum contraxerunt & huiuſmodi. ¶Vndecimo quando conſummant matrimonium ante benedictionem nuptiarum cum benedici debeant, vt quia primum matrimonium. ¶Duodecimo quando conſumant matrimonium ſeu celebrant nuptias tempore prohibito ab eccleſia, vt in aduentu vſque ad octauam Ephiphaniæ, a Septuaginta vſque ad octauam Paſchæ, & a diebus Rogationum vſque ad octauas Penthecoſtes, & hoc ſiue ſit virgo ſiue ſit uidua, ſiue fiat cum ſolemni apparatu, ſiue pauperrimè. ¶Tertiodecimo quando quis cognouit conſanguineam uxoris ſuæ uſque ad quartum gradum, nam tunc non poteſt exigere debitum ab uxore, vel vxor a viro ſuo ſi fuit cognita a conſanguineo viri ſui, niſi habita diſpenſatione ſuper hoc, reddere tamen debitum

bitum tenetur coniugi exactus, siue expresse siue interpretatiue, & hoc qñ istud fuit perpetratum post consummatũ matrimonium vel in contractu per verba de præsenti, nã si ante fuisset, esset impedimẽtum dirimẽs matrimonium. Quartodecimo qñ alter alteri denegaret debitũ non hns aliquã cãm rationabilem, ẽt si faceret cã deuotionis vbi alter oino petat sibi reddi. cap. 20. Quintodecimo qñ in actu coniugii reperitur aliquis de illis octo casibus qui notantur, supra in c. de actu cõiugii. Nam vel est mortale vel dubiũ de mortali, ibi vr, vbi ẽt habes qñ est veniale in vsu coniugij, & qñ nullum peccatum. Sextodecimo qñ vir sine causa rationabili grauiter verberat vxorem suã, vel cõtumeliatur ei turpib. verbis multũ, vel cum non prouidet necessarijs cum possit. ¶ Decimoseptimo quando uxor habens nisi dotem si det de bonis domus & viri sine licẽtia eius expræssa vel interprætatiua, & multo magis contra prohibitionem eius consanguineis vel amicis, vel expendat in rebus malis vel vanis, vt ludo & pompis, vel ẽt notabiliter in eleemosynis, peccat grauiter quia furtum cõmittit, nisi habeat artem multum lucrosam vltra gubernationẽ domus. ¶ Decimooctauo cum vnus coniugum assentit alteri in adulterio, vel vir exponit vxorem aliis causa tẽporalis subsidii, vel alia de causa, vel vxor permittit uirum uitium sodomiæ perpetrare cum possit obstare. ¶ Decimonono qñ vxor non vult sequi virum in cohabitando vel mutando domicilium, nisi timeret probabiliter mortem vel mutilationẽ, vel ꝙ exponat eam alijs, vel ꝙ trahat eam ad hæresim vel aliud mortale, vel ꝙ nõ posset eã sustentare vel familiam cum inter suos subueniatur eis. ¶ Vigesimo qñ de consensu vtriusq; vterq; vouit cõtinentiam & non seruant, tunc enim & exigens & reddens sine aliqua dispensatione peccaret mortaliter nisi dispensetur. ¶ Vigesimo primo de negligẽtia in gubernando familiã, in admonẽdo filios & seruos ad mandata Dei & ecclesiæ & sacramẽta sumẽdo, in correctione vitiorum & hmõi, in prouidendo necessaria domui, in excessu amoris alterius ad alterũ, in pompis & vanitatibus præcipue mulierum, est difficile dare regulam qñ sit mortale vel veniale, nec de facili in hmõi dẽt præcipitari sententia. ¶ Vigesimosecundo qñ procuratur aborsus, siue a viro, siue ab vxore, siue etiam ex negligentia & a casu, vt ppter verberationem vel nimium laborem vel multã lasciuiam coniugalis actus. ¶ Vigesimotertio est in mulieribus quando ex negligentia opprimunt paruulos in lecto secum eos tenentes, & multo magis qñ ex incuria & tarditate eorum decedũt paruuli sine baptismo. ¶ Vigesimoquarto qñ vxor cõcepit p adulterium & illum nutrit de bonis viri tãquã sit suus qa furtũ facit de illa substãtia qua illi subuenit. Et idem de ea quæ sibi supponit partum alienum tanquã sit suum. ¶ Vigesimoquinto de blasphemi i, de mendaciis & periuriis, de cõtumeliis & detractionibus, quæ continue proferuntu r cum sunt in locutionibus.

¶ *De diuersis vitijs mulierum per alphabetum. Capitulum.* 25.

ECce ego in iniquitatibus cõceptus sum, & i peccatis peperit me mr mea, Psal. 50. Loqtur Psalmista in pson a cuiuslibet cõcepti & cõceptæ ex viro & muliere, sm Hieron. Vnde excipitur solus Christus q nõ ex virili semine cõceptus est: sed mystico spiramine ex Maria Virgine. Omnis alius vel alia sub hac snĩa includitur, vt dicit Augusti. de cõse. dist. 54. firmissime. Et cõceptus fit in vtero mulieris, partus est egressus ex vtero. Et cõceptus q dẽ ex voluptate, sed partus cũ maxima mulieris pẽnalitate. In plurali dicit in iniquitatibus & in peccatis, qa etsi originale de quo loqtur est vnum in essentia, tñ multiplex in efficientia sm Tho. in 1. 2. q. 82. art. 2. Nã inficit plures potentias aĩæ, & inclinationes facit ad multa, immo oĩa peccata & mala cõmissionis quæ dici pñt iniquitates, & defectus omissionis quæ peccata dicuntur & sunt. Licet aũt in conceptu creaturæ adhuc ibi nõ sunt iniqtates, qa nec potẽtiæ infectæ, nec habitus vitiorum, nec qui actus sunt potentiarũ, cum ibi nondũ sit aĩa subiectũ oĩum horũ. Nã in capite. 40. dierum a principio cõceptionis masculi dr aĩa de nouo tũc creata infundi, & in capite. 80. dierum a cõceptu anima fœminæ infunditur, & tunc peccatum originale contrahitur non prius. Dicitur tamen concipi in iniquitatibus cum caro infecta ex vitiosa origine primorum parentum concipitur ex qua anima postea maculatur. Et quia huiusmodi originalis transfusionis prima causa fuit transgressio mulieris, quæ etiam induxit Adam ad idem suasione, ideo de mulière fit potius mentio propter quod Ecclesiasticus 7. c. Salomon filius Dauid dicit de muliere. Inueni amariorem morte mulierem quæ laqueus est venatorum, sagena cor eius, vincula sunt manus eius, qui placet Deo fugiet illam, qui autem peccator est capietur ab ea.

Ideo dicitur mulier amarior morte, qa mors naturalis interimit corpus: sed culpa, quę primo habuit ortum a muliere Eua, occidit animā priuando gratia, & causa prima fuit mortis corporalis. Amarior est morte quæ ēt denominat diabolū. Apoc. 6. c. Nomē illi mors, quia diabolus induxit Euam ad peccandum, sed Eua Adam, sed peccatum Euæ solum nō induxisset nobis mortem animæ & corporis, nisi subsecuta fuisset culpa Adam ad quā induxit Eua. In eo enim cōpleta est infectio totius humani generis. Ideo etiā quia mors corporalis est inimicus manifestus & terribilis, sed mulier est inimicus blandus & occultus, & ideo amarior & periculosior. Laqueus dicitur uenatorum, scilicet dæmonum quibus capiunt aues & feras syluestres, i. contemplatiuos & solitarios per uisum ut Dauid & plures hæremitas, uel per auditū, ut Eua Adam. Bernard. dicit, qp uox mulieris est serpentis sibilus. Et propheta Abachuc 1. c. Facies eorum uentus urens. Per uisum ergo & auditum ad mulieres uenator diabolus capit sanctos uiros. Sagena dicitur cor eius, idest affectio ad mulierem, hac capiuntur pisces homines natātes in aquis delitiarum. Abachuc 1. Totum in hamo subleuauit, scilicet diabolus. Affectio nimia Amon ad germanam suam Thamar induxit ad stuprādam eam inuitā. 2. Regum. 13. Manus eius sunt uincula ad detinēdum. Manus sunt munuscula uel ipsa cōmixtionis opera, quæ ita detinent homines alligatos, ut uix ualeant dimittere. Et ut clare pateat amaritudo, i. malitia mulieris, formabitur unū alphabetū quod ipsæ docet suos scholares, in quo tanguntur earum proprietates & nequitiæ, sm Ioan. Domi. super Ecclesiasten.

Est enim mulier.

Mulieris uitia per alphabetum.

A uidum animal.
Bestiale baratrum.
Concupiscentia carnis.
Damnosum duellum.
Aestuans æstus.
Falsa fides.
Garrulum guttur.
Herinis armata.
Inuidiosus ignis.
Calumniarum chaos.
Lepida lues.
Monstruosum mendacium.
Naufragii nutrix.
Opifex odij.
Prima peccatrix.
Quietis quassatio.
Ruina regnorum.
Silua superbiæ.
Truculenta tyrannis.
Vanitas uanitatum.
Xantia Xersis.
Ymago idolorum.
Zelus zelotypus.

¶ Primo ergo est auidum animal, i. auaritiæ deditum. Vnde Sen. in lib. declamati. dicit, qp auaritia est muliebre uitium. Sunt pusillo animo & inutiles ut minus lucrari scientes, unde & nimis timentes ne necessaria sibi deficiāt, sicut Saphira q timēs ne deficerēt sibi & uiro uictui necessaria, occultauit partē pręcii habiti ex agro uendito. Actuū. 5. Et Ouid. in 4. Meth. narrat Danaes filiā Acrisij auro fuisse corruptā, quia ad oē malū eas auaritia ducit. ¶ Secunda littera alphabeti quæ est, B. signat qp est bestiale baratrum insipidum. Quid est mulier? (dr enim Prouerb. 11.) circulus aureus in naribus suis mulier pulchra, & fatua. Et Terentius ait, qp mulieres fermę ut pueri leui snia sunt. Et Lactantius. 3. institut. dicit nunq aliquā mulierē philosophiam sciuisse, nisi Temestes. Et ro naturalis est, quia mulier plus carnalis uiro exns minus ad spm seu spiritualia attendere pōt. Quod ēt patet, de mulieribus quæ cū uiris conuersantur, quæ unr quasi alterius speciei a uiris quantū ad intellectū. ¶ Tertia littera est, C. significans carnalē cōcupiscentiam, quæ in eis ur insatiabilis, secundū illud Prouerb. penult. Tria sunt insatiabilia &c. quartū quod nunquā dicit sufficit, s. os uuluæ. Vnde Ecclesiast. 26. dr. Omne masculum excipiet mulier. Et cum naturaliter uideretur debere esse contrarium ex eo qp dist. Aristo. in 14. animalibus, qp fœmina est frigidior masculo, unde deberet eē magis casta tn est oppositū, de facto ur. Cuius rō pōt esse, quia fœmina est imperfecta & appetit uirum, sicut materia formā ut habetur 1. Physi. quia unūquodq; appetit suam perfectionem: materia autē perficitur per formam. Est enim in generatione mulier ut principium materiale, & uir ut principium formale. Naturale ergo desiderium mulieris est esse cum uiro. Illa casta est (ait quidam) quam nemo rogauit. At nisi pudeat ipsa rogabit, sed pudor eis innatus refrēnat eas quo dimisso nemo potest auertere eas. Exemplum in uxore Phutipharis, quæ mulier molesta erat adolescenti Ioseph sollicitans ad adulterium. Gene. 39. sed relicto pallio aufugit, nec est enim alius modus euadendi nisi fugere ab eis. Beatus Bernardus clamando latrones, sic euasit manus hospitis eum ad nephas incitantis. Adeo

Ouidius de amore.

insatia-

insatiabilis luxuriæ est ut de Cleopatra Regina Alexādriæ dicatur, q̄ in publico prostibulo omnibus se exponens recedebat laxata, sed non satiata. Et Semiramis quæ regnauit post Ninum uirū eius Regē Assyriorū, ita exarsit in libidinē, ut filium eius duceret in maritum, a quo postea occisa est. Sed & (ut dicit Apostolus) fēminę relicto naturali usu, fēminę in fēminas exarserunt in se turpitudinem operantes, ut ait Apostolus ad Roma. 1. Nec contenta humana specie aliq̄ etiā ad bruta cōuertitur. Ob quod scelus dñs mandauit in lege mulier quæ succubuerit iumento morte moriatur & animal occidatur ad tollendam memoriam sceleris. Leuit. 18. & 20. ¶ Quarta litera est D, innuens dolorosum duellū, s. inter uirum & uxorē, quia contrariatur uiro, unde de costa curua formata est mulier, i. de costa pectoris quæ est torta & quasi contraria uiro. Legitur de quodam cuius uxor submersa erat in fluuio, q̄ cū quæreret cadauer eius ad educendum de aqua, ibat per fluuium cōtra aquā. Et interrogatus de causa, cū res graues descendāt infra nō supra contra aquam. Respondit, mulier ista in uita semper fuit cōtraria dictis & mādatis meis, ideo quæro cōtrario modo, si forte etiam mortua contrariam uoluntatem ultra consuetum tenuisset. Socrates Philosophus interrogatus, si ducenda esset uxor. Respondit si non capies solitudo orbitans excipiet, hoc generis interitus, hic hæres alienus. Sed si cęperis illic perpetua sollicitudo, conquæstus quærelarum, doris reprobatio, affinium graue supercilium, garrula socrus lingua, successor alieni matrimonii, incertus liberorum euentus, hæc locutus est expertus. Nam ut ait Beatissimus doctor Hierony. in lib. contra Iouinianum. Hic Socrates habuit duas uxores, quas ingenti patientia sustinens, non potuit tamen ab earū contumeliis clamoribus & uituperationibus liberari. Et cum quadā die ipsis quærulātibus contra eum domum ille egressus ut earū molestias euitaret, & ante domum sederet, proiecerunt ille mulieres super eum aquam immundā, super quo ipsæ non perturbatus ait. Sciebā q̄ post tonitrua pluuiæ sequebantur. ¶ Quinta litera est E, in qua intelligitur q̄ est æstuās ęstus per irā & impatientiā, sicut enim maris æstus semper bullit & currit, sic mulier tota est impatiēs, & maximè cum odit quem amauit, ut patet in muliere quę falso accusauit Ioseph & incarcerare fecit, quia noluit sibi in scelus consentire adulterii. Gene. 39. Nō est ira sup irā mulieris. Eccl. 25. Et Sen. Tragędia 8. Nulla uis flāma tumidiq̄; uenti tāta, nec teli metuēda torti, quāta cum cōiunx uiduata tędis ardet & odit. Nō ubi liber nos ne bulosos imbres auster aduexit, pperatq̄; torrens &c. ¶ Sexta litera est F, ubi innuitur falsa fides, forsan ipsa nois etymologia hoc ostendit fęmina fęmeno. i. minus fide. Patet in prima muliere Eua, quæ dixit serpenti interrogāti quare nō ederēt de oī ligno paradisi. Rndit de oī &c. ne forte moriamur, & sic oñdit dubitare nō fidem habere ad uerba Dei. Hæc quātumcula fides remāserat in Petro ut subuerteretur operā dedit, dum bis ancilla ad ne gādū Christū eū induxit. Luc. 22. & Matt. 26. Hoc quasi ex condītione sua naturali procedit. Cum enim sit imperfectum animal semper credit se decipi, pp quod semper decipit. Cato. Instruit insidias lachrymis dū fœmina plorat. Vt patet in uxore Sāsonis, quæ multū infestās eū ad declarādum sibi problema propositum sodalibus ab eo expositū eis reuelauit, & sic decepit. Iudi. 16. ¶ Septima litera est G, garrulū guttur insinuans Prouer. 19. Tecta iugiter distillanda litigiosa mulier. Sic duæ mulieres meretrices contendebāt corā Rege Salom. 3. Reg. 3. Theophrastus philosophus loquēs de uxore quo est molesta uiro ait. Per totas noctes garrulæ qōnes, illa ornatior procedit in publicū, ego in cōuētu fęminarū misella, &c. Et perfidi Iudæi concitauerunt religiosas mulieres contra Paulum & Barnabam prædicātes, s. quæ eloquerentur de eis. & per hoc eiecerunt eos de finibus suis, ut habetur in Actibus Apostolorum 13. ¶ Octaua litera est H, designans esse Herinis armata. Herinis à poetis dicebatur Dea discordiæ, & est quædam furia infernalis. Sen. in Tragędia 8. Quā superba uincit Herinis, tu nuda semper domos comitas, Chryso. in sermone qui incipit. Heu me ait. Ego ęstimo nullā enim esse in hoc mundo bestiā comparabilē malæ mulieri. Quid inter quadrupedia animalia leoni sę uius? aut in serpētibus dracone atrocius? sed leo & draco in malo inferiores sunt. Danielē in lacu leones ueriti sunt. Daniel. ulti. Iustum Naboth crudelissime Iezabel iterfecit. 3. Regū. 21. Cerę Ionā in uētre custodiuit. Ionæ 2. Dalida Sāsonē circūuenit illecebris & raso capite deformatū alienigenis tradidit. Iudicum 14. 15. & 16. c. Ioānem Baptistā in deserto uiuētē dracones & aspides cornutæ subdita feritate tremuerunt. Herodias uero eidē caput abscidit, & tāti uiri mortē in pręciū saltantis accepit. Marci 6. ¶ Nona lra est I, i. inuidiosus ignis, hoc de sanctis mulierib. crede & de cę-

teris magis. Vides enim in Gene. quanta fuit inuidia Sarræ ad Agar postq̃ cõcepit. Gen. 21. Quanta Rachel ad Lyam, quia filios nõ habebat Rachel vt Lya. Gen. 30. Quanta Annæ ad Fęnennã fęcundã ipsa sterili exũte. 1. Reg. 1. Quanta Mariæ ad Moysen ꝓp Ethyopissam. Num. 12. Vnde murmuratur & detraxit Moysi. Quanta Marthæ ad Magdalenã, cũ sedẽs ad pedes dñi audiebat verbũ illius ipsa Martha ministrante. Luc. 10. Vnde ẽt dr. Eccl. 37. tracta cũ muliere de his quæ æmulatur q. d. non est tractandũ cum ea qa semp æmulatio. i. inuidia est in mala muliere. Et ꝓpea procurant aliqñ fieri maleficia his quos ęmulãtur. ¶ De cima litera est K, idest, calũniarum chaos. Est enim cõfusio murmurationũ & infamationũ. Dicit Philosophus q̃ si mulier sit eloquẽs, nõ est virtuti ascribendum sed loquacitati. 3. Polith. q. d. q̃ de sui natura est animal loquax. Et Apost. 1. ad Thimo. 5. dicit de mulieribus q̃ hñt apparentiam sanctitatis, q̃ discunt circumire ꝑ domos nõ solum ociosè, sed verbosè loq̃ q̃ nõ oportet. Vnde cõe ,puerbiũ est q̃ q̃ vult aliq̃d eẽ publicũ dicat vni mulieri, nã subito ex loquacitate oib. dicit. ¶ Vndecima litera est L, idest lepida lues, nã pungit & tñ delectat. Vnde assimilatur vox earũ cãtui Syrenarum, quæ dulci mẹlodia transeuntes attrahebãt, & tãdẽ occidebãt, qa Marsupia euacuant, vires auferunt, & Deũ perdere cogunt. Valerius ad Ruffinum hæc loquẽs. Placet delectatio & pungit delictũ, flos veneris rosa est, qa sub eius purpura multi latitãt aculei. Prouer. 5. Nitidius oleo guttur eius. i. locutio, nouissima eius amara quasi absinthiũ. Per hanc quæsierunt consanguinei S. Thomæ de Aquo ,puertere mentẽ eius a ,pposito religionis mittentes ad eum in camerã strictã puellã pulchrã suggestricẽ libidinis, sed puer sanctus a Deo cõfortatus viriliter restitit, titione ignis in camera exũtis assumpto in manu eã de camera expulit. ¶ Duodecima litera est M, & significat mõstruosum mẽdacium. Idem. s. Valere. ad Rufi. Chimerã mulierẽ eẽ nescis, sed scire debes q̃ monstrũ istud triforme, insigni venustetur facie leonis, olentis maculetur vẽtre caprę, virulẽte armetur cauda viperę. Vult dicere q̃ aspectus est pulcher, tactus fętidus, cõuersatio mortifera. Et sicut est mẽdax in natura, sic in loquela mulier est mẽdax. Nec homo scit ita bene inuenire & colorare mendacia sicut mulier, & ita in prõptu hẽt, sicut Sarra mendacium dixit Angelo. s. se non risisse. Gen. 18. c. Obstetrices Hebræorum Sephora & Phua Pharaoni. Exodi. 1. Raab Ierechontinis Ioseph. 2. c. Michol Sauli patri suo quærenti Dauid occidere. 1. Reg. 19. Saphira Petro. Act. 5. Et quotidie mẽdacia dicunt, & qđ peius est nõ credunt se offendere, cum ad scandalum remouẽdum hoc faciunt. Cum tñ dicat Isidor. Oẽ mẽdacium pctm̃ est. ¶ Tertiadecima litera est N, & indicat q̃ est naufragiũ vitæ. Vnde ait Secũdus Philosophus. Mulier est hois cõfusio, insatiabilis bestia, cõtinua sollicitudo, indeficiẽs pugna viri incõtinẽtis naufragiũ, humanum mancipiũ. Et de isto narrat Vincen. in speculo historiali, q̃ reuertẽs a studio in ciuitatẽ suã, cũ audisset multa de incõtinẽtia mulierũ, voluit hoc experiri de matre sua, vnde in habitu trãsformato vt peregrinus accessit ad domũ matris, q̃ hospita erat & eũ ,pmisisset sibi certã pecuniã vt dormiret cum ea, & illa acquieuisset de nocte cũ illa ,puocaret eũ ad opus nephariũ, ille manifestauit se filium suũ, ex quo illa erubuit vt mortua sit ꝑ cõfusione. Et Orig. sup illud Mat. 15. Ecce mulier Chananea ait. Mulier arma diaboli, caput peccati, mẽ delicti, trãsgressio legis diuinæ, expulsio paradisi. ¶ Quartadecima litera est O, i. odij opifex. Theoph. Non amicũ hẽre possumus nõ sodalẽ alterius amore suũ odium suspicatur mulier. Et qualia odia sunt hęc, certè inuincibilia & patiẽtia multa. Vñ & Valerius ad Ruffinũ. Experimẽtũ cape q̃ audax est ad oia q̃ amat & odit fęmina, & artificiosa cũ nocere vult, quod semp est, vt patet in Herodia, q̃ insidiebatur Ioãni, & ex odio ad eum ,pcurauit mortẽ eius. Mar. 6. ¶ Quintadecima litera est, P. i. prima peccatrix. Petrus Rauẽnas in sermone resurrectionis ait. Mulier peccati cã, mali actrix: via mortis, sepulchri titulus, inferni ianua, lamẽti necessitas. Ideo ad eã tentãdã accessit diabolus potius q̃ ad virum, qa cogitauit minus vigorosam rationem habentem, sed non contenta sui ruina induxit virum. ¶ Sextadecima littera est, Q. & intelligitur quòd est quietis quassatio. Narrat Valerius quòd Foroneus Rex Græcorum Dei quo mortuus est dixit Leontio fratri suo. Ad summã fœlicitatem nihil mihi deesset si mihi vxor semper defuisset. Cui Leoncius & quomodo vxor obstat? & ille mariti hoc omnes sciunt. Et Cato Vticensis dixit. Si absq; fęmina possit esse mundus, conuersatio nostra nõ esset absque Diis. Et Cicero quæsitus, quare vxorem repudiasset, respondit se nõ posse vxori & philosophiæ vacare. Vnde & Plato qui mulierem non cognouit, sed & virgo permãsit inter alios ethnicos philosophos, plus de diuinis scripsit. ¶ Decimaseptima littera est,

R. quia

R. quia mulier ẽst regnorum ruina, quando, ſcilicet eſt mala. Si eſt ex hominũ memoria quæramus, inuenimus fere oĩa mundi regna ꝑp mulieres fuiſſe ſubuerſa. Primũ quod fuit regnum ſ̃lix, ſ. Troyæ ꝑp raptũ unius fœminæ, ſ. Helenæ deſtructũ eſt, & milia Græcorũ occiſa. Regnũ Iudæorũ multa mala & exterminia habuit, ꝑp peſſimã reginam Iezabel & filiam eius Athaliam Reginã in regno Iudæ quæ occidi fecerat oẽs filios filii eo mortuo ut ipſa regnaret ſed utraq; occiſa eſt. Regnum Romanorũ multa mala ſuſtinuit ꝑp Cleopatram Reginã Aegypti peſſimã mulierẽ, & ſic de alijs. ¶ Decimaoctaua littera eſt, S. quæ ſignificat ꝙ eſt ſuperbiæ ſilua. Vnde Chryſoſt. O malum oĩ malo peius mulier mala, ſiue illa pauper ſit ſiue diues, ſiue uxor ſit nõ ceſſat nocte & die calidis ſtimulare ſermonibus, blanda nequiter, & importuna uiolenter. Si uero pauperẽ uirum hẽt ipſum quoq; ad iracundiam & rixas incitare non deſinit, etſi uidua ſit ipſa per ſemetipſam oẽs deſpicit paſſim, & ad oẽm audaciam ſpiritu ſuperbiæ inflatur. ¶ Decimanona littera eſt, T. ſcilicet truculenta tyrannis eſt mulier. Vnde Theophraſtus. Si totã domum ei cõmiſeris ſeruiẽdum eſt. Si aliquid tuo arbitrio reſeruaueris etiã minimum uel magnum, fidem ſibi adhiberi non putabit, & iurgia concitat, & niſi cito cõſulueris parat uenena, aruſpices & ariolos cõſulit. Sed quale ſit dominium mulierum audi Tullium in paradoxis. Nunquid ille liber eſt cui mulier imperat? leges imponit, præſcribit, iubet, uetat, quod ei uidetur, nec ille imperanti aliquid negare poteſt uel audet. Ego iſtum nõ modo ſeruum, ſed nequiſſimũ ſeruorum appellandũ puto, licet ampliſſima familia natus ſit. ¶ Vigeſima littera eſt, V. qa mulier eſt uanitas uanitatum, hoc ſatis notũ eſt omnibus, ferè non eſt homo in mundo qui tantum ſtudeat placere Deo benigno, quam mulier etiam mediocris ſui uanitatibus ſtudet hominibus placere. De hoc exemplum in uita beatæ Pelagiæ quãdo dedita mundo diſcurrebat per Antiochiam ornata nimis, quã uidens quidam ſanctus pater Nonus nomine, cẽpit flere & dicere ſociis ꝙ toto tempore uitæ ſuæ nunquam adhibuerat tantã diligentiam Deo placere & cætera, quę demum orationibus eius conuerſa eſt. ¶ Vigeſimaprima littera eſt, X. denotans quòd eſt xantia Xerſis, ideſt rumor & impetus Xerſis. Hic Xerſes ut ait Oroſius in lib. de Ormeſta cum multitudine fere innumerabili in Perſiã ueniẽs multa tentauit, & confuſibiliter ſuo conſilio procedens ſuperatus eſt etiã a pauciſſimis Græcis dño Græcorũ Leonida exiſtente. Hoc uitium eſt mulieri nolle regi ſed furioſe agere, & ſequi impetus ſuos ſine quacũque pietate. Ait Sen. in ꝑſona furioſæ Medeæ, qd animæ ceſſas ſequere ſ̃licẽ impetũ, pars iſta ultionis qua gaudes quota eſt &c. ubi multa ponit oſtẽdens ꝙ mulier nõ uult regi, ſed ſuo impetu ꝓcedere, ẽt in dãnum ſuũ, ſicut de multis legitur mulieribus quæ uel ob amorẽ uel dolorem quia uindictas facere nõ potuerunt ſe ipſas occiderunt. ¶ Vigeſimaſecunda littera eſt, Y. quæ notat quòd eſt imago idolorũ, ſic enim ſe pingit & ornat ut idola, immo nec ecclеſia Dei ita ornatur auro & lapide ꝓcioſo, ſicut miſera mulier. Eſt etiam ymago idolorum, qa plus idola colit q̃ alia creatura & faſcinationes facit. Quid de potentia mulierũ dicã per ſuas incantationes & artes magicas? Ait enim Apuleius de aſino aureo de quadã maga Meroes noĩe ꝙ potens eſt ſ̃lũ deponere, terram ſuſpẽdere, fontes haurire, Deos infirmare, manes ſublimare, ſydera extinguere, & tartarum ipſum illuminare. Sed & in 1. Reg. 28. c. habetur de Phitoniſſa, quę ſuſcitare fecit Samuelem ad inſtantiã Saulis. Et de maga Circe legitur, ꝙ quadam potione facie bat hoĩes conuerti in beſtias. Vnde Lucanus. Manes hauſti nulla ſanie polluta ueneni incantata perit. 26. q. 5. nec mirum. Et plus diabolus decipit per hæc ſortilegia mulieres q̃ uiros. ¶ Vigeſimatertia & ultima littera eſt Z. & inſinuat ꝙ eſt zelus zelotipus & tota zelat, ſicut de Loadice narrat Hiero. ſup Dan. quæ exñs uxor Antiochi Regis Syriæ zelans ne plus amaret Beronicem quã ẽt habebat uxorẽ ſeipſam ueneno occidit. Beronicem uero & filium eius ex dicto Antiocho ẽt fecit occidi. Hoc igitur alphabetum eſt de malis mulieribus, de qbus & earum doctrina dr̃. Eccleſiaſtici. 9. Non zeles mulierẽ ſinus tui, ne addat ſuper te malitiã doctrinæ nequam. Nã ut dr̃. Oĩs malitia breuis reſpectu malitię mulieris. Et qa Salomon nimis ardenti amore adhæſit mulieribus didicit malam doctrinã ab eis, & ex ſapientiſſimo infatuatus eſt amore illarũ uſque ad colenda idola earum. Sed mulier timens Deum ipſa laudabitur, de cuius laudibus legitur Prouer. ult. per totum illud, c. Sed omnes nõ ſolum mulieres ſed & uiros & angelos exceſſit in ſanctitate uirgo glorioſa Maria. Et ideo ſibi dictum eſt. Benedicta tu in mulieribus. Et ut ait Hierony. Totum quod intulit mali maledictio Euæ, cauſa huius alphabeti, totum abſtulit benedictio Marię, in-

ſuper & gratiã nobis cõtulit Chriſtus ortus, quam nõ habuit prius omnis mundus. Et iõ ibi in ueteri teſtamẽto ſcripturæ mala loquũtur de mulieribus propter primã & imitatrices eius. In nouo teſtamẽto propter Mariam multa bona dicũtur, ut patet in Euangelio. Et primo Chriſtus matri eius, & poſtea Magdalenæ q̃ plus amabat reſurgẽs ſe manifeſtauit.

COLLECTIO DE SACRAMENTO Matrimonij ex ſacroſancto Concilio Tridentino.

MAtrimonij perpetuũ indiſſolubilemq; nexũ primus humani generis parẽs diuini ſpiritus inſtinctu pronuntiauit, cum dixit. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, quamobrẽ relinquet homo patrẽ ſuũ & matrẽ, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Hoc aũt uinculo duos tantummodo copulari, & cõiungi, Chriſtus dñs apertius docuit, cũ poſtrema illa uerba, tanq̃ a Deo ꝓlata, referens dixit: Itaq; iam nõ ſunt duo, ſed una caro, ſtatimq; eiuſdẽ nexus firmitatẽ, ab Adamo tanto ante ꝓnũtiatam, his uerbis confirmauit: quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Gratiã uerò, quæ naturalẽ illũ amorẽ perficeret, & indiſſolubilẽ vnitatẽ cõfirmaret, cõiugesq; ſanctificaret, ipſe Chriſtus uenerabiliũ ſacramentorũ inſtitutor, atq; perfecto, ſua nobis paſſione ꝓmeruit, quod Paulus Apoſtolus innuit, dicens: Viri diligite uxores ueſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiã, & ſe ipſũ tradidit ꝓ ea. Mox ſubiungẽs: ſacramẽtũ hoc magnũ eſt: Ego aũt dico in Chriſto, & in eccleſia.

Cum igitur matrimoniũ in lege euãgelica ueteribus cõnubijs ꝓ Chriſtũ gratia præſtet; merito inter nouæ legis ſacramẽta annumerandũ, Sãcti Patres noſtri Cõcilia, & uniuerſalis eccleſiæ traditio ſemp docuerũt, aduerſum quã impij hoĩes huius ſæculi inſanientes, non ſolũ perperã de hoc uenerabili ſacramẽto ſenſerunt, ſed de more ſuo ꝓtextu euãgelij libertatẽ carnis introducentes, multa ab eccleſiæ catholicæ ſenſu, & ab Apoſtolorũ tẽporibus ꝓbata cõſuetudine aliena, ſcripto, & uerbo aſſeruerunt, nõ ſine magna Chriſti fidelium iactura; quorum temeritati ſancta & uniuerſalis ſynodus cupiens occurrere, inſigniores prædictorum ſchiſmaticorũ hæreſes, & errores, ne plures ad ſe trahat pernicioſa eorum contagio, exterminandos duxit hos in ipſos hæreticos, eorumque errores decernens anathematiſmos.

De ſacramento Matrimonij.

Canon I.

SI quis dixerit, Matrimoniũ non eſſe uerè, & propriè unũ ex ſeptem legis euãgelicæ ſacramentis a Chriſto domino inſtitutum: ſed ab hominibus in eccleſia inuentum, neque gratiam conferre, anathema ſit.

Canon II.

Si quis dixerit licere Chriſtianis plures ſimul habere uxores, & hoc nulla lege diuina eſſe prohibitum; anathema ſit.

Canon III.

Si quis dixerit, eos tantũ conſanguinitatis, & affinitatis gradus, q̃ Leuitico exprimunt, poſſe impedire matrimoniũ cõtrahẽdũ, & dirimere cõtractũ, nec poſſe eccleſiã in nõnullis illorum diſpenſare, aut conſtituere, ut plures impediant, & dirimant; anathema ſit.

Canon IIII.

Si quis dixerit, eccleſiã nõ potuiſſe cõſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, uel in ijs conſtituendis erraſſe; anathema ſit.

Canon V.

Si quis dixerit, pp hæreſim, aut moleſtã cohabitationẽ, aut affectatã abſẽtiã a cõiuge, diſſolui poſſe matrimonij uinculũ; anathema ſit.

Canon VI.

Si quis dixerit, matrimoniũ rathũ nõ cõſummatũ, per ſolennẽ Religionis profeſſionem alterius coniugum non dirimi; anathema ſit.

Canon VII.

Si quis dixerit, eccleſiã errare, cũ docuit, & docet, iuxta euãgelicã, & Apoſtolicã doctrinã ꝓp adulteriũ alterius, cõiugũ matrimonij uinculũ nõ poſſe diſſolui, & utrũq;, uel ẽt innocentẽ, q̃ cauſam adulterio non dedit, non poſſe, altero coniuge uiuente, aliud matrimonium contrahere; mœcharique eum, qui dimiſſa adultera, aliã duxerit, & eã, quæ dimiſſo adulterio, alij nupſerit; anathema ſit.

Canon VIII.

Si quis dixerit, eccleſiã errare, cum ob multas cauſas ſeparationẽ inter coniuges quoad thorũ, ſeu quoad cohabitationẽ ad certũ, incertũve tp̃s fieri poſſe decernit; anathema ſit.

Canon IX.

Si quis dixerit, clericos in ſacris ordinibus cõſtitutos, uel regulares, caſtitatẽ ſoleniter ꝓfeſſos, poſſe matrimonium cõtrahere, cõtractũq; ualidũ eſſe, nõ obſtãte lege eccleſiaſtica, uel uoto, & oppoſitum nil aliud eſſe, q̃ damnare matrimonium, poſſeque omnes contrahere matrimonium, qui non ſentiunt ſe caſtitatis, etiam ſi eam uouerint, habere donum, anathema ſit, cum Deus id recte petentibus

tibus non deneget, nec patiatur nos supra id, quod possumus tentari.

Canon X.

Si quis dixerit, statũ coniugalem anteponendum esse statui uirginitatis, uel cęlibatus, & non esse melius, ac beatius manere in uirginitate, aut cœlibatu, quàm iungi matrimonio, anathema sit.

Canon XI.

Si quis dixerit, ꝓhibitionẽ solẽnitatis nuptiarũ certis anni tẽporib. superstitionẽ esse tyrãnicã, ab ethnicorũ superstitione ꝓfectã, aut benedictiones, & alias cęremonias, qbus ecclesia in illis utit, dãnauerit, anathema sit.

Canon XII.

Si qs dixerit, causas matrimoniales, nõ spectare ad iudices ecclesiasticos, anathema sit.

Decretum de reformatione matrimonij.

Cap. I.

TAmetsi dubitãdũ nõ est, clandestina matrimonia, libero cõtrahentiũ consensu facta rata, & uera eẽ matrimonia, quãdiu ecclesia ea irrita nõ fecit, & ꝓinde iure dãnandi sint illi, ut eos sãcta synodus anathemate dãnat, q ea uera, ac rata eẽ negãt, quiq; falso affirmãt, matrimonia a filijs familias sine cõsensu parentũ cõtracta, irrita eẽ, & parẽtes ea rata, uel irrita facere posse: nihilominus sancta Dei ecclesia ex iustissimis causis illa semp detestata est, atq; ꝓhibuit uerũ, cũ sancta synodus animaduertat, ꝓhibitiones illas ꝓp hominũ inobediẽtiã iam nõ prodesse: & grauia peccata perpendat, quæ ex eisdẽ clandestinis cõiugijs ortũ hñt, ꝑsertim uero eorũ, q in statu dãnationis ꝓmanent, dũ priore uxore, cum qua clam cõtraxerant, relicta, cũ alia palã cõtrahũt, & cũ ea in ꝓpetuo adulterio uiuunt. Cui malo cũ ab ecclesia, quæ de occultis non iudicat, succurri nõ possit, nisi efficacius aliquod remediũ adhibeat. Iccirco sacri Lateranẽsis Cõcilij sub Innocẽtio Tertio celebrati uestigijs inhęrẽdo ꝓcepit, ut in posterũ, anteq̃ matrimoniũ cõtrahatur, tera ꝓprio cõtrahẽtiũ Parocho trib. cõtinuis dieb. festiuis in ecclesia inter missarũ solẽnia publicè denũtiet, inter quos matrimoniũ sit cõtrahendũ, qbus denũtiationibus factis, si nullũ legitimũ opponatur impedimentũ, ad celebrationẽ matrimonij in facie ecclesiæ ꝓcedatur, ubi parochus, uiro & muliere interrogatis, & eorum mutuo cõsensu intellecto, uel dicat, Ego uos in matrimoniũ cõiũgo In noĩe Patris, & Filij & Spiritussancti, uel alijs utatur uerbis, iuxta receptũ uniuscuiusq; prouinciæ ritũ. Quod si aliqñ ꝓbabilis fuerint suspitio, matrimoniũ malitiosè impediri posse, se tot ꝓcesserint denũtiationes, tũc uel una tantũ denũciatio fiat; uel saltẽ parocho & duob. uel trib. testib. ꝓntibus matrimoniũ celebret. Deinde ante illius cõsumationẽ, denũtiationes in ecclesia fiãt, ut si aliqua subsunt impedimenta facilius detegãtur, nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, ut ꝓdictæ denũtiationes remittãtur, quod illius prudẽtiæ & iudicio sancta synodus relinqt. Qui aliter, quã ꝓnte parocho, uel alio sacerdote, de ipsius parochi, seu Ordinarii licẽtia, & duob. uel trib. testib. matrimoniũ cõtrahere attẽtabunt, eos sancta synodus ad sic contrahendũ oĩno inhabiles reddit, & hmõi contractus irritos & nullos esse decernit, ꝓut eos ꝓnti decreto irritos facit, & annullat. Insup parochũ, uel aliũ sacerdotẽ, q cũ minore testiũ numero, & testes, q sine parocho, uel sacerdote hmõi cõtractui interfuerint, necnon ipsos cõtrahẽtes grauiter arbitrio Ordinarii puniri ꝓcepit. Præterea eadẽ sancta synodus hortatur ut cõiuges ante benedictionẽ sacerdotalẽ, in tẽplo suscipiẽdã, in eadẽ domo nõ cohabitẽt; statuitq; benedictionẽ a ꝓprio parocho fieri neq; a quoquã nisi ab ipso parocho uel ab Ordinario licẽtiã ad ꝓdictã benedictionẽ faciẽdã alii sacerdoti cõcedi posse, quacũq; consuetudine, ẽt immemorabili, quæ potius corruptela dicẽda est, uel priuilegio nõ obstãte. Quod si qs parochus, uel alius sacerdos, si ue regularis, siue secularis sit, etiã si id sibi ex priuilegio, uel immemorabili cõsuetudine licere cõtẽdat, alterius parochiæ ꝓpios sine illorũ parochiæ licẽtia matrimonio cõiungere aut benedicere ausus fuerit, ipse iure tãdiu suspẽsus maneat, quãdiu ab Ordinario eius parochi, q matrimonio interesse debebat, seu a quo benedictio suscipiẽda erat, absoluat. Habeat parochus librũ in quo cõiugũ & testium noia diẽq;, & locũ cõtracti matrimonii describat, quẽ diligenter apud se custodiat. Postremo sancta synodus cõiuges hortat, ut anteq̃ contrahat, uel saltẽ triduo ante matrimonii consumationẽ sua peccata diligẽter cõfiteantur, & ad sanctissimũ eucharistiæ sacramẽtũ piè accedant. Si quæ ꝓuinciæ aliis, ultra ꝓdictas, laudabilib. cõsuetudinib. & cęremoniis hac in re utũtur, eas oĩno retineri sancta synodus uehemẽter optat. Ne uerò hęc tã salubria ꝓcepta quẽquã lateãt Ordinariis oĩb. ꝓcepit, ut cũ primũ poterunt, curent hoc decretũ populo publicari, ac explicari in singulis suarũ diœcesum parochialib. ecclesiis, idq; in primo anno q̃ sæpissimè fiat, deinde uero quoties expedire uiderint. Decernit insuper ut hmõi

decretũ in unaquaq; parochia ſuũ robur poſt triginta dies habere incipiat a die primæ publicationis i eadẽ parochia factę, numerãdos.

Cap. 2.

Docet experiẽtia ꝓp multitudinẽ ꝓhibitionũ, multoties in cauſ. ꝓhibitis ignoranter cõtrahi mr̃imonia. in qb. uel ſine magno pctõ pſeueratur, vel ea nõ ſine magno ſcãdalo diri mũtur, uolẽs itaq; ſancta ſynodus huic incõmodo ꝓuidere, & a cognationis ſpũalis impedimẽto incipiẽs, ſtatuit ut unus tatũ ſiue uir, ſiue mulier, iuxta ſacrorũ canonũ inſtituta, uel ad ſummũ unus, & una baptizatũ de baptiſmo ſuſcipiãt, inter quos, ac baptizatũ ipſũ, & illius patrẽ & matrẽ nec nõ inter baptizantẽ & baptizatũ, baptizatiq; patrẽ, ac matrẽ tãtũ ſpũalis cognatio cõtrahatur. Parochus antequã ad baptiſmũ cõſerẽdũ accedat, diligẽter ab ijs, ad quos ſpectabit, ſciſciteꝫ, quẽ uel quos elegerint, ut baptizatũ de ſacro fonte ſuſcipiãt; & eũ uel eos tm̃ ad illũ ſuſcipiẽdũ admittat, & i libro eorũ noĩa deſcribat, doceatq; eos quã ad cognationẽ cõtraxerint, ne ignorãtia ulla excuſari ualeãt. Quod ſi alij, ultra deſignatos, baptizatũ tetigerint, cognationẽ ſpiritualẽ nullo pacto cõtrahãt cõſtitutionibus, in cõtrariũ faciẽtibus, nõ obſtãtib. ſi parochi culpa, uel negligentia ſecus factũ fuerit, arbitrio ordinarij puniatur. Ea quoq; cognatio, q̃ ex cõfirmatione cõtrahitur, cõfirmantẽ, & cõfirmatũ, illiusq; patrẽ & matrẽ, ac tenentẽ nõ egrediatur oĩb. inter aliàs ꝑſonas huius ſpiritualis cognatiõis impedimẽtis oĩno ſublatis.

Cap. 3.

Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimẽtũ, ubi ſpõſalia quacũq; rõne ualida nõ erũt, ſancta ſynodus prorſus tollit, ubi aũt ualida fuerint, primũ gradũ nõ excedãt; quoniã in ulterioribus gradibus iam non poteſt huiuſmodi prohibitio abſque diſpenſandi obſeruari.

Cap. 4.

Præterea ſancta ſynodus eiſdẽ & aliis grauiſſimis de cauſis adducta, impedimentũ, qđ ꝓp affinitatẽ ex fornicatione cõtractã inducitur, & matrimoniũ poſtea factũ dirimit, ad eos tantũ q in primo & ſecundo gradu coniunguntur reſtringit. In ulterioribus uerò gradibus ſtatuit, huiuſmodi affinitatem matrimonium poſtea contractum nõ dirimere.

Cap. 5.

Si quis intra gradus ꝓhibitos ſciẽter matrimoniũ cõtrahere ꝓſumpſerit ſeparetur, & ſpe diſpẽſationis cõſequẽdi careat, idq; in eo multò magis locũ habeat, q̃ non tantũ matrimoniũ cõtrahere, ſed ẽt cõſumare auſus fuerit. Quod ſi ignorãter id fecerit, ſi q̃ dẽ ſolẽnitates req̃ſitas in cõtrahẽdo matrimonio neglexerit, eiſdẽ ſubijciatur pœnis nõ enim dignus eſt, q̃ eccleſię benignitatẽ facilè experiatur, cuius ſalubria ꝓcepta temerè contẽpſit. Si uerò ſolẽnitatib. adhibitis, impedimẽtũ aliq̃d poſtea ſubeſſe cognoſcatur, cuius ille ꝓbabilẽ ignorãtiã habuit, tunc facilius cũ eo & gratis diſpẽſari poterit. In cõtrahẽdis matrimonijs uel nulla oĩno deẽt diſpẽſatio, uel raro, idq; ex cauſa & gratis concedatur. In ſecundo gradu nunquam diſpenſetur, niſi inter magnos principes, & ob publicam cauſam.

Cap. 6.

Decernit ſancta ſynodus inter raptorẽ & raptã, quãdiu ipſa in ptãte raptoris manſerit, nullũ poſſe cõſiſtere matrimoniũ. Quod ſi rapta a raptore ſeparata, & i loco tuto, & libero cõſtituta, illũ in uirũ hẽre cõſenſerit, eã raptor in uxorẽ hẽat, & nihilominus raptor ipſe, ac oẽs illi cõſiliũ, auxiliũ & fauorẽ ꝓbẽtes, ſint ipſo iure excõicati, ac ꝓpetuo infames, oĩumq; dignitatũ incapaces, & ſi clerici fuerint, de ꝓprio gradu decidãt. Teneat ꝓterea raptor mulierẽ raptã, ſiue eã uxorẽ duxerit, ſiue nõ duxerit decenter arbitrio iudicis dotare.

Cap. 7.

Multi ſũt q̃ uagãtur, & incertas hñt ſedes, & ut improbi ſunt ingenij, prima uxore relicta, aliã & plerũq; plures, illa uiuẽte, diuerſis in locis ducũt, cui morbo cupiẽs ſancta ſynodus occurrere oẽs, ad quos ſpectat, prinè mouet, ne hoc genus hoĩum uagãtiũ ad mr̃imoniũ facile recipiãt, magiſtratus ẽt ſæculares hortatur, ut eos ſeuerè coerceãt. Parochis aũt ꝑcipit, ne illorũ matrimoniis interſint, niſi prius diligẽtẽ inq̃ſitionẽ fecerit, & re ad ordinariũ delata ab eo licẽtiam id faciẽdi obtinuerint.

Cap. 8.

Graue peccatũ eſt, hoies ſolutos concubinas hẽre, grauiſſimũ uerò, & in huius magni ſacramẽti ſingularẽ cõtẽptũ admiſſum, uxoratos quoq; in hoc dãnationis ſtatu uiuere, ac audere eas q̃nq; domi, ẽt cũ uxorib. alere, & retinere, quarè, ut huic tãto malo ſãcta ſynodus oportunis remediis ꝓuideat, ſtatuit huiuſmodi concubinarios, tàm ſolutos, quàm uxoratus cuiuſcunq; ſtatus, dignitatis & cõditionis exiſtant, ſi poſtq̃ ab ordinario, etiam ex officio, ter admoniti ea de re fuerint concubinas non eiecerint, ſeq̃ue ab earum conſuetudine non ſeiunxerint, excommunicatione feriendos eſſe, a qua non abſoluantur, donec re ipſa admonitioni factæ paruerint. Quod ſi in concubinatu per annum cenſuris neglectis,

neglectis permanserint cõtra eos ab ordinario seuerè pro qualitate criminis procedatur. Mulieres siue cõiugatæ, siue solutæ, q̃ cũ adulteris, seu cõcubinarijs publicè uiuũt, si ter admonitæ nõ paruerint ab ordinariis locorum, nullo ẽ treq̃rẽte, ex offõ grauiter ꝓ modo culpæ puniãtur, & extra opidũ, uel diœcesim, si id eisdẽ ordinariis uidebit, inuocato, si opus fuerit, brachio sæculari, ejiciãtur alijs pœnis, contra adulteros & concubinarios inflictis in suo robore permanentibus.

Cap. 9.

Ita plerũq; tẽporaliũ dominorũ, ac magistratuũ mẽtis oculos terreni affectus, atq; cupiditates excęcãt, ut uiros, & mulieres, sub eorũ iurisdõne degẽtes, maximè diuites, uel spẽ magnæ hæreditatis hñtes, minis, & pœnis adigant cũ iis matrimonium inuitos cõtrahere, quos ipsi dñi, uel magistratus illis ꝓscripserint. Quare cũ maxiũ nefariũ sit, matrimonii libertatẽ uiolare, & ab eis iniurias nasci, a q̃b. iura expectãtur, ꝓcipit sancta synodus oĩbus cuiuscũq; gradus, dignitatis & conditionis existãt, sub anathematis pœna, quam ipso facto incurrant, ne quouis mõ directe uel indirecte subditos suos uel quoscunq; alios cogãt, quominus liberè matrimonia cõtrahant.

Cap. 10.

Ab Aduentu Dñi nr̃i Iesu Christi usq; ad diẽ Epiphaniæ, & a feria quarta cinerũ usq; in octauã Pascatis incluſiuè, antiquas solẽnium nuptiarũ ꝓhibitiones diligẽter ab oĩb. obseruari sancta synodus ꝓcipit, in aliis uerò tẽporib. nuptias solenniter celebrari permittit, quas eꝑi, ut ea, q̃ decet modestia & honestate fiant, curabunt. sancta enim res est matrimonium, & sanctè tractandum.

Præter id q̃ matrimonia clãdestina ex decreto synodi Tridẽtinæ irritata sũt, Euaristus Papa Quintus post D. Petrũ ita de eis scribit ad Epos. Aphricanos. Quale dẽt eẽ legitimũ cõiugiũ fidelium, ut a Patribus & Apostolis, eorumq; successoribus traditum inuenimus. Nõ fit cõiugiũ, nisi ab his, q̃ sup ipsam fęminã dominationẽ uidẽtur habere. Vxor petat, & a parẽtib. propinquioribus spõsetur, & suo tẽpore sacerdotaliter (ut mos est) cum precibus & orationibus a sacerdote benedicatur, & paranymphis (ut consuetudo docet) custodiatur, & consocietur, & biduo, & triduo orationib. uacẽt, & castitatẽ custodiãt, ut bonę soboles generẽtur, & dño in actib. suis placeãt. Aliter uerò ꝓsũpta nõ cõiugia, sed adulteria, uel cõtubernia, uel stupra, uel fornicationes potius quã legitima cõiugia esse nõ dubitare.

¶ *De multiplici filiatione. Cap.* 26.

EGo dixi Dij estis & filij excelsi oẽs. psal. 31. Dii quidẽ sunt hoies boni, nõ essentia sed participatione, sed oẽs tã boni q̃ mali sunt filii excelsi creatione. Et q̃a a Deo patre ois paternitas in cœlo & in terra noĩatur (ut ait Apostolus ad Ephe. 3.) Ideo ad sciendum quòd multiplex est filiatio secundum quòd multiplex est paternitas sunt enim correlatiua pr̃ & filius, & q̃a finis principalis matrimonii ẽ filiatio, iõ post matrimoniũ de hoc agit. Filiatio multiplex.

¶ Est filiatio æterna & ineffabilis.

¶ Filiatio diuina & communicabilis.

¶ Filiatio humana & uariabilis.

¶ Prima a nobis adoranda. Secunda a nobis procuranda. Tertia a nobis indaganda. Et q̃a ut dicitur Ioan. 16. Ipse pater amat uos, debent & filii diligere econuerso patrem bonũ.

¶ De prima breuiter expedio, q̃a nõ est pñtis operis, ait psal. in ꝓsona filij loquẽtis de patre æterno. Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te psal. 2. Dñs s. Deus pater dixit non uoce, q̃a spiritus est Deus, sed mẽte, ad me s. filium suũ unicũ & consubstantialem. Et hoc suum dicere non est aliud q̃ uerbum suũ producere seu filiũ gignere, sicut & nos cum aliquid intelligimus uerbũ, in mẽte formamus, sed quia trãsitoria mens mutabilis & tẽporalis ac determinatæ uirtutis, ideo uerbũ nostrũ mentale transitoriũ est & mutabile hñs principiũ & determinatã uirtutẽ. Sed mens paterna est ęterna incõmutabilis & infinitæ uirtutis, & iõ uerbũ suũ æternũ permanens & subsistens ac infinitæ uirtutis, psal. 118. In ęternum do. perma. uer. tuum. Dicere ergo eius, filius meus es tu, est filiũ suum sibi coæqualem & consubstantialẽ generare. Vnde & ipsæ pater de eo incarnato testimonium perhibens in baptismo ait. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui. Matt. 3. Quamuis enim nostrã naturam assumpserit, nõ tñ est in Christo aliud suppositũ quã ipsa ꝓsona diuina in duabus naturis, nõ in duab. personis subsistens. Perfectionẽ aũt ipsius filiationis generationis notat cũ subdit, ego hodie genui te, i. carnaliter. Aeternitati enim tũ est pñs, & sic semper ibi est hodie, genui te est tꝑis præteriti ꝓfecti, & significat eius perfectionem non temporalem. Sed generationẽ eius narrabit. Esa. 53. & Act. 8. q. d. nullus q̃a ineffabilis & a nobis incomprehensibilis est. Vnde Ambro. Tu digitum ori admoue scrutari nõ licet diuina mysteria, scilicet curiosè, credere licet quòd natus sit, sed non licet inuestigare qũo natus sit, sed debemus adorare.

§. 1.

Nam

Nam & angelis dicitur de filio incarnato. Adorent eum omnes angeli Dei & eccleſia. Adoramus te Chriſte & benedicimus tibi.

§.2. Triplici ter dicimur filii Dei.

¶De filiatione diuina & communicabili dicitur Ioan. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Et iſta filiatio eſt triplex.

¶Filiatio per creationem.

¶Filiatio per glorificationem.

¶Filiatio per iuſtificationem.

¶Per creationē utiq; oēs ſumus filii Dei, qa creati ab eo. Deutero. 32. Nūqd nō ipſe eſt pr̄ tuus q poſſedit, & fecit & creauit te? Sed pro maiori parte sūt ignoti & mali filii. Vnde ibi dr̄. Generatio enim puerſa eſt & infideles filii. Et qa oēs amat gubernādo. Sap. 11. Diligis enim oīa quæ ſunt & nihil odiſti eorū, & nos diligamus Deū. Per glorificationem ſunt filii oēs beati & ſancti Angeli. Roma. 8. Creatura liberabit a ſeruitute corruptionis in libertatē gloriæ filiorum Dei. Et de Angelis dr̄ Iob 38. Vbi eras cū me laudarēt aſtra matutina, & iubilarent oēs filii Dei? Filii Dei dn̄r, qa ſimiles ei ſunt, i. glorioſi & impeccabiles & eis data eſt paterna hr̄ditas, ſm illud Pſal. 126. Cū dederit dilectis ſuis ſomnū, ecce hr̄ditas dn̄i, ſ. gloria filii merces, ſ. operis boni hoc facti fructus uētris Mariæ matris, & certū eſt q̄ pater amat tales & ipſi eū. Per iuſtificationē ſunt filii Dei in mūdo aliq tripl̄r, ſm Grati. de pēni. diſt. 4. hāc ſocietatē. §. hoc modo. Aliq enim ſunt p̄deſtinatione tātū, de qb. dr̄ Ioā. 11. Ieſus moriturus erat, ut filios q diſperſi erāt, ſ. p uarios ritus gētiliū cōgregaret in unū. Præde ſtinati q. dē erāt ad gratiā & gloriā, ſed nōdū adhuc habuerāt ipſam. Aliq tm̄ filii ſunt ſm p̄ntē iuſtitiā, q ſ. p aliquo tpe hñt gratiā, ſed nō pſeuerāt in ea. De qbus pōt intelligi illud quod dn̄s dixit Eſa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ſ. p fidē & gratiā, ipſi aūt ſpr̄euerunt me. Alii ſunt filii Dei p prædeſtinationē & p̄ntē iuſtitiā q ſ. ſunt in gr̄a & pmanēt in ea, ut demū ad gloriā pueniant. Et de hoc dixit Chr̄s diſcipulis ſuis. Filioli adhuc modicū uobiſcū ſum, & nūc mando uobis ut diligatis inuicē, Ioā. 13. Per hāc ut ſignū efficaciſſimū diſcernit & cognoſcit iſta filiatio Dei. ad Gal. 4. Miſit Deus in corda nr̄a ſpū adoptionis, in quo clamamus Abba pr̄. Et ſic p hanc filii excelſi oēs hñtes eā filiationē & pr̄ amat uos talib. donis remunerando. Et uos diligitis eū qm̄ prior

§.3. dilexit uos ¶De filiatione humana dicit Spiritusſanctus Pſal. 4. Filii hominum uſquequo graui cor. & eſt triplex.

¶Filiatio ſpiritualis.

¶Filiatio legalis. ¶Filiatio naturalis.

¶Filiatio ſpūalis quæ fit p hoīes ēt tripl̄r cōtrahit̄, & diſtinguēda vr̄, qa & ſacramento fit & doctrinæ uerbo imitatione ſeu morū exēplo. In ſacramēto enim baptiſmi & cōfirmationis, is q cū baptizat̄ ſeu confirmat̄ eſt filius ſpūalis eius q baptizat uel cōfirmat, ac ēt eius q tenet ad baptiſmū uel confirmationē q dr̄ patrinus, & ſicut inter patrē & filiā nō pōt cōtrahi matrimoniū, ſic nec patrē ſpūalē & filiā ſpūalē. Et de hac diffusè ſupra eodē, de impedimēto cognationis ſpūalis. Similiter q audit aliquē in cōfeſſione ſacerdos dr̄ pr̄ eius ſpūalis, & cōfitēs dr̄ filius ipſius. Vnde dicit Simachus papa. Oēs quos in p̄ntia ſuſcipimus, ita nr̄i ſpūales ſunt filii ut ipſi quos uel nobis ſuſcipiētib. uel ſub trinæ immerſionis uocabulo mergentib. unda ſacri baptiſmatis regenerauit. 30. q. 1. oēs. Vbi ēt poniť grauis pœna ſacerdoti cognoſcēti filiā ſuā ſpūalē, quā ſ. audiuit in cōfeſſione & in duob. c. ſequentib. poniť talis p̄ntia 15. uel 12. annorū, & ei q carnaliter cognoſcit cōmatrē ſuā, pnia octo annorū imponitur 30. q. 4. ſi pr̄. Hodie tn̄ ſunt hæ pnīæ arbitrariæ, ut de aliis peccatis. Tales ergo pr̄es ſpūales q tenēt hoīes in baptiſmo cū ,pmittit ,p eis credere & abrenūciare diabolo & pōpis eius, debēt operā dare, ut cū filii eorū ſpūales uenerint ad uſum rōnis, admoneant eos circa ea q̄ ſunt fidei & bonos mores, & illi debēt libēter audire. Prouer. 1. Audi fili mi di ſciplinā pr̄is tui, & ne dimittas legē mr̄is tuę, i. eccleſiæ. Qui aūt ſunt pr̄es ex auditione cōfeſſionis debēt aduertere ut nutriāt nō occidāt filios ſuos qđ faciūt dū abſoluūt quos nō debēt uel dāt eis pp ignorātiā mala conſilia. Dr̄ ſcđ̄o pr̄ ſpūalis alicuius qui inducit eū ad cōuerſionē fidei uel bonorū morū p doctrinā p̄dicationis uel admonitionis q̄ fit a prælatis. Vnde Apl̄s 1. ad Corin. 4. ait. Et ſi decē milia pedagogorū hēatis in Chr̄o: ſed nō multos pr̄es. Nā in Chr̄o Ieſu p euāgelū ego uos genui, & ad Galat. 4. c. Filioli mei quos iterū parturio donec Chr̄s formet in uobis. Et Gregor. ait de rectorib. eccleſiarū q hñt populis & ſacramēta, & monitiones præbere. Quis dubitat ſacerdotes Chr̄i regū principū & oīum fideliū pr̄es & magr̄os cēſeri? Nōne miſerabilis inſaniæ eē dinoſcit, ſi filius patrē, diſcipl̄s magr̄m ſibi conet̄ ſubiugare? diſt. 96. c. qs dubitet. Et Anacletus papa inqt. Snia Cham filii Noe dānant, q ſuorū doctorū uel præpoſitorū culpā ,pdūt, ceu Cham q uereda pr̄is nō operuit, ſed rideſ mōſtrauit, Gene. 9. c. & 2. q. 7. c. ſnia. Signat. n. Cham filios ſpūales q deri dēt & publicāt crimina ſuorū patrū, ſ. doctorū

§.4. Filiatio ſpiritualis tripliciter cōtrahitur

cap. 15.

&

& ꝓlatorũ,& hi ꝑe ẽt debẽt cauere, ſ. ꝓlati & ꝑdicatores, ne quos gignũt uerbo occidãt ma lorũ operũ exẽplo, ſicut in figura illa, mulier q̃ cõtẽdebat corã Salomone, q̃ filius eius uiue ret,q̃ tñ nocte dormiẽdo eũ opꝑſſerat,3.Re.3.

¶Exẽplo & imitatione dr̃ qs filius alicuius q ſ.imitat opa eius,ut.n dicit Gratian.de pẽn. diſt.1.Porrò,§.Si anteq̃.Cuius opa qſq; facit, eius filius eẽ perhibet. Vñ ẽt Zacheus publica nus conuerſus ad pñtiam, dr̃ filius Abrahæ. Luc.19.Et Hierony.dicit. Nõ ſunt filii ſancto rũ q tenẽt loca eorũ, ſed q exercẽt opa eorũ, diſt.40. nõ eſt ſicut econtra Chr̃s ait Iudæis, uos ex ꝑre diabolo eſtis ꝓimitationẽ,Io.8.Et Ambr. Oẽs q dicũt mẽdaciũ filii sũt diaboli. 22.q.5.cauete. q̃ ipſæ eſt mẽdax & pr̃ eius ſ. mẽdacii,ſic & cuſtodes Saulis dormiẽtis dñr filii mortis 1.Re.26. q̃ faciebãt opera digna morte negligẽter cuſtodiẽtes regẽ,& Chr̃s dr̃ filius olei q̃ faciebat opa mĩæ uel ſpũſſancti. Sicut qlibet quærit habere bonũ patrẽ & honorabilẽ, ita quilibet dẽt bonos & uirtuoſos imitari,nõ malos, & tales filii excelſi omnes.

§.5. ¶De filiatione legali dr̃.Inter eos q̃ natura & eius q̃ adoptione ſunt filii uenerãdę leges Ro

cap.13. manę nõ ꝓmittũt eẽ matrimoniũ.30.q.3. ita

Filiatio legalis triplici- ter aſſi- gnatur. diligere. De hoc tñ qũo impediat matrimoniũ talis filia uide ſup. c. de cognatione legali,& ꝓt ẽt iſta filiatio legalis triple xaſſignari.

¶Primò per legem Moſaycam.

¶Secundò per legem Canonicam.

¶Tertiò per legem Imperialem.

¶In ueteri lege mandauit dñs Deuter.25. q̃ uir accepta uxore ſi moriebat̃ ſine liberis, ꝓpinq̃or eius germanus uel alius deberet relictã illã mulierẽ accipere ſibi in uxore ad ſuſci tãdũ ſemẽ fratri ſuo. Vñ primus filius q̃ ei naſcebat ex illa dicebat̃ filius defuncti ſm legẽ, quãuis alũ patrẽ naturalẽ hẽret q̃ ſ. eũ genue rat,q̃ tñ lex hodie ſeruari nõ põt.In lege Canonica.extra de ꝓbationibus.c.in pñtia,q̃ tñ trahit ex authentica, q̃ ingreſſo religionẽ, i. ꝓfeſſo monaſterũ hr̃ loco filij fictione iuris, uñ cũ moritꝰ ſiue ciuiliter ꝓ ꝓfeſſionẽ, ſiue naturaliter ꝓ aĩa a corpe ſeparationẽ,nõ dr̃ mori ſine filiis, ꝓp q̃d ſi hr̃ditas uel legatũ fuerit illi dimiſſa cũ ſubſtõne,ut in caſu quo moreꝛ ſine liberis,hr̃ditas illa uel legatũ deuoluerꝛ ad aliũ,euaneſcit ſubſtõ,q̃a nõ intellr̃ mori ſine filiis, cũ in hoc caſu monaſteriũ hr̃ loco filii,q̃d monaſteriũ nõ moritꝰ.De hoc infra

titu.13. cap.3. in tit.de decedẽtib.c.de teſtamẽtis.Per legẽ ãt ciuilẽ uel Impialẽ ẽ itroducta filiatio,q̃ dr̃ adoptio,uel arrogatio.Circa q̃ tria uidẽda sũt.

¶Primò quid ſit & quomodo fiat.

¶Scdò̃ qs ꝑt uel nõ põt talẽ filiationẽ facere.

¶Tertiò quis ſit effectus eius.

¶Et quãtũ ad primũ ſic diffiniũt. Adoptio eſt extraneæ ꝑſonæ in filiũ uel nepotẽ ſiue deinceps aſſumptio ltĩma, q̃a ſ. p adoptionẽ q̃ filius nõ eſt hr̃ ꝓ filio. Et hmõi ſunt duæ ſpẽs. Vna dr̃ arrogatio, & ẽ qñ ille q̃ nõ hẽt patrẽ, ſeu ẽt q̃ emãcipatus ẽ trãſit cũ reb.ſuis in ptãtẽ arrogãtis & hẽt fieri auctoritate principis. Alia ſpẽs eſt q̃ uocat̃ cõi noñe ſ. adoptio, cũ ſ. adoptat̃ q̃ eſt in ptãte pr̃is nec tranſit in ptãtẽ adoptãtis,& hoc fit impio magiſtratu,ff.eo.l.2. & l.ſi pr̃i. Qd̃ aũt aliq̃s in domo ꝑſe uel corã hoĩb.aliq̃b. aliquẽ recipit in filiũ uel filiã,nulla ẽ adoptio.C.de ꝓba.l.nõnullis, & extra de cogna.le.c.1.in gl.uerũ qd̃ ei ꝓmittit ſeruare dẽt, cũ ex nuda ꝓmiſſione oriat̃ actio ſm canones,ut 12.q.2.q̃cũq;.2.& 22.q.5. iuramẽti. Qd̃ aũt dictũ ẽ ſupra in diffinitione, q̃ ẽ aſ ſũptio ꝑſonę extraneę.intellr̃ q̃,ſ.nõ ẽ in ptãte adoptantis quãuis alias eẽt cõſanguineus, nã nepos põt adoptãri in filiũ. Sumit ẽt aliq̃n adoptio largè, ꝓut cõpr̃hendit arrogationẽ. Aliq̃n ſtrictè ꝓut diſtinguitur cõtra eã & tũc differt ab ea ut dictũ eſt. ¶Quãtũ ad ſm ſciẽdũ q̃ põt adoptare pr̃familias,q̃ ſui iuris ẽ,& q̃ gnare pñt, q.n.gñare non pñt ſi hoc eſt ꝓp impedimentũ naturale nõ poterũt adoptare, ſed ſi eſt hoc ꝓp impedimẽtũ accẽtale, ut ſpado ſiue bello caſtratus pñt. ff.e.l.2. Itẽ nõ põt adoptare minor 60.ann.niſi iuſta cã interueniẽte.ff.eo.l.ſi pr̃. Itẽ mulier adoptare nõ põt niſi ex reſcripto principis in ſolatiũ liberorũ amiſſorũ in bello. C.eo.l.mulierẽ. Adoptare aũt põt qlibet tã maſculus q̃ fẽmina, dũmodo minor ſit pr̃e adoptãte q̃ eius filius naturalis eſſe poſſet.ff.eo.l.adoptio. Adoptat̃ aũt pñs & uolũtarius tantum, ut ff.eo.l.neq; abſens.

Adoptio q̃d ſit.

¶Quantũ ad tertiũ effectũ adoptionis eſt ut hẽat̃ ꝓ oĩa ut filius eius q̃ eſt adoptatus,ita ut abinteſtato ſuccedat.C.eo.l.ſi. Itẽ ſi ſit arrogatus eius filii & nepotes trãſeũt in ptãtẽ arrogãtis ſecus ſi ſolũ adoptat. Itẽ arrogator tenẽt dimittere arrogato quartã partẽ oĩum bonorũ q̃ hẽt,& hoc ſiue ĩ teſtõ ſiue uelit eũ emãcipare,ſed adoptator nil tenẽt relinq̃re filio adoptiuo,niſi uelit.C.e.l.j.& 2.Sed abinteſtato ſuccedit ẽt adoptiuꝰ adoptãti.Ric ĩ 4.& Tho.ibi.

Effectus adoptionis.

¶De filiatione naturali. De qua dr̃ Gene.4. Adam cognouit Euam uxorem ſuam & genuit Cayn, & poſtea Abel. Et hæc eſt triplex.

¶Filiatio legitima.

¶Filiatio illegitima.

¶Filiatio legitimata.

¶Filiatio legitima eſt qua qs ex ltĩmo mr̃imonio

monio.i.uxore ſuſcipit filiũ,ut patet in genealogia Chri,Mat.1.ubi dr. Abrahã genuit Iſaac Iacob filiũ ex Sarra uxore ſua, & Iſaac Iacob filiũ ex Rebecca uxore ſua,&c. Verũ nõ ſolũ q̃ generãtur ab aliquo dñr filii eius, ſed ẽt nepotes & oẽs deſcẽdẽtes ab eo. Vnde oẽs dñr filij Adã,Eccl.40.c.Graue iugũ ſup filios Adam a die exitus de uẽtre mr̃is ſuæ in diẽ. Et ex hoc Chr̃s dr̃ filius Dauid in euangeliis, q̃a deſcẽdit a Dauid ſm corporalẽ ſubſtantiã,quã traxit de uirgine ſine uirili ſemine.Qd̃ aũt dicat Ioſeph pr̃ eius.Luc.2. Ego & pr̃ tuus.ſ.Ioſeph q̃rebamus te. dictũ eſt q̃a nutritius eius, ut dicit Orige.uel ſic a uulgo æſtimabat. Vnde Iudæi & phariſęi uilipẽdẽtes,eũ dicebãt. Nõne hic eſt fabri filius?ſ.Ioſeph.Matt.13.Et de his dr̃.Eccl.7.c.Filii ſunt tibi, erudi illos. ¶Illegitimus eſt q̃ natus nõ eſt de ltĩmo mr̃imonio, ſed p fornicationẽ, adulteriũ,ſiue incęſtũ. Et q̃ naſcũtur ex cõcubinis indubitato effectu retẽtis,nõ aũt ex meretricib.& ſcortis,hi illegitimi ſuccedũt parẽtib.ab inteſtato cũ matrib. ſuis in duab.unciis,i.ſexta parte, ut dicit Pet. de Palud. in 4. Dicũtur aũt illegitimi q̃ cõtra legẽ mr̃imonij nati ſunt.Nati aũt p adulteriũ uel incæſtũ dñr ſpurii & in nullo ſuccedũt,& dñr ẽt innaturales,q̃a naturalis rõ talẽ copulã dãnat. Qui aũt naſcũtur de mr̃imonio: ſed celebrato diuortio quoad thorũ p religionẽ uel ordinis ſacri ſuſceptionẽ,ſicut accidit Scõ Genibaldo q̃ factus Eps Laudonẽ.uiſitãs uxorẽ ſuã neptẽ Scĩ Remigii factã ſanctimonialẽ inſtigãte diabolo cognouit eã, & cõcipiẽs peperit filiũ quẽ uocauit latronẽ, q̃ poſtea ob sãctitatẽ poſt mortẽ pr̃is factus eſt ibi eps. Vtrũ talis filius cẽſendus ſit illegitimus ſũt opiniones. Aliq̃ dicũt legitimũ eẽ quoad ſpũalia nõ quoad ciuilia. Sed dicit Pet.idẽ, q̃ põt dici q̃ ſit ltĩmus ſimplr,q̃a de ltĩmo mr̃imonio. Tales illegitimi cõiter ſũt malorũ morũ, ut dr̃. Sap.4. & diſt.56.c.ſi gẽs Anglorũ,& ab honorib.& dignitatib.ciuilib.& eccleſiaſticis ac ordine repelluntur. diſt.56. in prin. Verũ ut ait Aug. Vndecũq; naſcũtur hoies ſi parẽtũ uitia nõ ſequãtur honeſti & ſalui erũt.Et Io.Chryſoſt. Ex meretrice natus & adultera, ſi ꝓpria auctoritate decoret parẽtũ ſuorũ nõ dedecorã opprobriis,diſ.56. Nũquã.¶Ltĩmatus eſt q̃ natus illegitimus p modũ datũ a lege fit ltĩmus de quo uidẽdũ infra.De oĩb. his exceptis filiis diaboli,q̃ ſ.imitãtur malitiã eius dici pt illud.Dii eſtis p gloriã participatã, & filii excelſi oẽs p gratiã cõicatã a Chr̃o unico & Dei primo filio noĩato,ut ſit ipſe primogenitus in multis frib. i.prĩcipalis & maxim⁹ dignitate.

¶*De legitimatione illegitimorum. Cap.27.*

DE ltĩmatione illegitimorũ.No.ſm Pet. de Pal.in 4.diſt.41.q.3.Primo de ltĩmatione quæ ſit ſeu inſtituta eſt per ius ciuile. Sciendum igitur quòd quantum ad legitimationem iuris tres ſunt concluſiones.

¶Prima de ltĩmatione iuris ciuilis in ſex caſib. Primus modus ſm iura ciuilia eſt q̃n pr̃ filiũ naturalẽ ex cõcubina ſuſceptũ tradit curię ciuitatis ſuę uel curię Metropolitanę,& fit officialis in ea,q̃d fit p honorẽ curię.Scds eſt q̃n pr̃ filiã naturalẽ iũgit officiali curiæ ſuæ ciuitatis uel Metropolitanæ. Tertius eſt q̃n filius naturalis offert ſeipſũ deficiẽte ꝓle ltĩma, nã aliàs nõ liceret ſe offerre,quãuis pr̃i liceret offerre ipm. Quartus eſt deficiẽte ꝓle ltĩma pr̃ cũ cõcubina offert ꝓ eo ltĩmãdo pces principi & prĩceps eas admittat. Quintus eſt q̃n pr̃ in ſuo teſtõ ſolenniter fcõ eũ uocat naturalẽ ltĩmũ.Sextus eſt ſi pr̃ĩ inſtr̃o publico uel ꝓpria manu confecto hñte ſubſcriptionẽ triũ teſtiũ fide dignorũ dixerit eũ filiũ ltĩmũ,& hoc caſu ſi in hoc pr̃ teſtimoniũ phibuit uni ex filiis naturalib.ſufficit ad ltĩmationem.Et de his hñr expſſe iura ciuilia in uariis locis. Sed iſtud nõ tenet hodie ꝓp duo. Primo q̃a nõ ſũt leges canonizatę.In reb.enim nõ eccleſiaſticis nec ſpiritualib.ligãt leges Impatorũ,niſi ſint p papã reprobatæ,aliàs nõ, q̃a leges nõ deſignãtur ſacros canones imitari, ſed ĩ eccleſiaſticis & ſpiritualibus nõ hñt efficaciã,niſi ſint p canones approbatæ, q̃uis aliàs ſint rõnabiles & honeſte,ſicut in reb.eccleſiæ nõ alienãdis.De hæreticis nullæ leges ualẽt,niſi inquãtũ ſunt p canones approbatæ,ẽt ſi nõ eſſent ſpãliter reprobatæ, uñ cũ cã mr̃imonialis & ltĩmationis ſit eccleſiaſtica,nec incidẽter ẽt ptineat ad iudiciũ ſeculare. Ergo q̃cq̃d de ltĩmatione leges cauẽt nõ ualet, niſi inquãtũ eſt p papã approbatũ.Nõ ſũt aũt alicubi illi ſex modi p canones approbati, immo illi modi receſſerunt ab aula,q̃a nec in curiis Impatorũ,nec ciuitatũ, nec prĩcipũ tenẽt.Nã uisũ eſt q̃ in ſpuriis de domo Regis uolebat Rex hẽre ſucceſſionẽ ſicut in aliis,ergo propter dedicationem curiæ Imperatoris non reputat eos legitimos. §.2. Legitimationis iuris ciuilis ſex caſus.

¶Secũda cõcluſio eſt de ltĩmatione ꝓpria iuris, q̃ eſt p ingreſſum religionis q̃ eos ltĩmat quãtũ ad oẽs ordines & nullã dignitatẽ ꝓprie dictã, ut q̃ ſit ꝓlatus p electionẽ, extra de fil. ꝓsbyt.c.1. Nã curã aĩarũ iure ordinatio ſiue p electionẽ ſiue p cõmiſſionẽ hẽre nõ põt.Et q̃ aliq̃ dicũt,q̃ cũ ſpurio religioſo eps diſpẽſare poſſit ad curiã & abbatiã nõ legi. Similiter q̃ poſſit ex hoc ſuccedere,uel ordo ꝓ eo q̃ ſuccederet §.3. Religionem legitimare quo ad ordinem.

Repro-
bãtur iura ciuilia in legitimatione.

cederet si ipsæ eēt ltīmus. C. de sacrosan. eccl. l. Deo nobis, nō legi nec credo qa hoc est stricti iuris. Vnde si est ltīmatus quo ad ordines, nō pp hoc quo ad successionē. Intelligit aūt ingressus cū effectu. s. p̄ p̄fessionē tacitā uel expssam. ¶ Tertia conclusio est de ltīmatione cōi iure canonico uel ciuili, unde est tertius modus utriusq; iuris qñ cōcubina ex qua nati sunt filii prius ducimus in mr̄imoniū, p̄ sequēs enim mr̄imoniū filii prius susceptī ex illa fiūt ltīmi quo ad oīa si tpe cōceptionis poterat eē vxor ltīma, q̄is aliàs meretrix cōis siue mediate siue immediate ducta fuerit aliter nūquā. Vbi vertitur qō dñicalis Bartholomęi, supposito qđ primogenitus ltīmus debeat hēre regnū, qs debeat hēre an primogenitus naturalis ex cōcubina ante mortē ducta in cōiugiū, an secūdogenitus semp legitimus. Et quāuis multa dicta sint p̄ & cōtra, tñ istud vī verius qđ si ius primogenituræ sit tale q̄ cedat ante mortē p̄ris, vt qa post moriēs trāsmittat ius succedēdi in regno p̄ris ad nepotes excluso secūdogenito, tūc nō sufficit cō currere ante mortē primogenitură & ltīmitatē, nisi istud ius nascēdo acq̄rat. Vnde cū secūdogenitus nascēdo hoc ius acq̄sierit, qa ante se aliū ltīmū nō habuit, ltīmatio cōsequēs ltīmū ius q̄situ nō tollit. Si aūt ius primogenituręst talis naturæ qđ añ mortē p̄ris nō cedit, qa tpe mortis verū est dicere istū primogenitū & legitimū videtur quod debet p̄ferri.

§. 4. ¶ Quātum ad tertiū de ltīmatione hois sunt tres cōclusiones. Prima est de ltīmatione epi. Et quidē quantū ad epm certū est q̄ pōt legitimare quoad minores ordines, & simplicia beneficia i. que nō sunt curæ aiarū nec dignitatis, extra de fi. p̄sby. c. 1. Hoc aūt intelligēdū est de subditis, qa nō subditū nemo pōt soluere nec absoluere sicut nec ligare. Vnde cū le gitimare sit à pęna iuris absoluere, nullus pōt nō subditū ltīmare, pp qđ nō subdito spurio epūs nō pōt dare beneficiū nec minorū ordinū executionē, nisi prius a suo epo fuerit ltīmatus, qđ si factū fuerit tūc pōt a quocūq; bñficiari seu ordinari cū lr̄is dimissoriis sicut & legitimus. Vñ si epūs sciēter subdito suo illegitimo cōferat ordines vel bñficiū, eo ipso dispēsare vī. Nullus autē p̄latus Papa inferior pōt ltīmare ad successionē hr̄ditatis qa nō est ei p̄missum, ad sequētia aūt vī ltīmatus, ex quo est ad antecedentia. Vñ qa canonici maxime cathedraliū ecclesiarū in iudices impetrātur, vī qđ si aliàs illegitimi iudices eē nō possent, qa de hoc sūt opiones, tñ eo ipso q̄ canonici sunt, in iudices sicut & cęteri impetrari p̄nt: qa nō dēt cui qđ maius est licet, qđ minus ē nō licere. ¶ Scda cōclusio ē de ltīmatione Papę (qa Papa) certū est q̄ ad oēm ordinē bñficiū & dignitatē ecclesiasticā ltīmare pōt, qa ad hoc ltīmare nō est aliud q̄ impedimēta iuris canonici amouere sibi, & a pœnis canonū qb. ligatus est ipsum soluere, sed Papa pōt ab oi pęna canonis absoluere & oē impedimētū positiuū amouere, ergo &c. Papa ergo ltīmat & ad actus seculares, & ad actus spūales, & ad successionē hr̄ditariā in terra sibi subdita. Sed utrū hæc ltīmatio ualeat quoad successionē in terris Papę nō subditis dubiū est. Quidam enim dicūt qđ ex quo aliqs ltīmat a Papa in spūalibus, vī ltīmatus p cōtinentiā quēdā & in tpalibus, ne sit absurdū & quasi mōstruosū vt ltīmatus ad spūalia, ltīmatus ad tpalia cēseat, multa enim p cōtientiā obtinētur. Et hāc opi. tenet Gof. in sūma & cōcor. cū illo c. p̄ venerabilē. Alii dicūt q̄ in terris nō subditis tēporali iurisdōni Papę, ltīmatio facta p eū nō valet quoad successionē, q̄ eēt p̄iudicialis legitimatio hr̄di, licèt valeat quo ad actus spūales in dignitates seculares. Et hoc tenuit de facto in regno Frāciæ, qa primogenitus comitis sę Flādriæ ltīmatus p Papā nō successit in comitatu sed alius minor q̄ erat ltīmus. Verius aūt vī q̄ in terra ecclesiæ nō subdita tpaliter, Papa pōt ltīmare quātū ad officia publica, in qb. nulli parat p̄iudiciū, vt qa sit iudex ordinarius vel delegatus, ad quod nō req̄rit q̄ sit dñs tpaliū, cū hoc nō sit alicui ius tpale auferre. Itē ēt q̄ succedat in bonis tpalib. in terris laicorū, nō sibi subiectis, dato qđ nō hēat dominū tpale tale quale Imp ator, qa si istæ non perdit successionē nisi per hoc q̄ est illegitimus, & illegitimitas est positiua & humana, vt qa parentes eius cōtraxerunt in gradu p̄ so lū statutū ecclesiæ p̄hibito, uel alio impedimēto pure positiuo, & istud est mere canonicū, qa ius ciuile nō pōt facere psonas inhabiles ad matrimoniū, sed oē impedimētū a iure canonico impositum Papa pōt amouere, ergo &c. Si dicatur q̄ Papa pōt amouere a principio non ex post facto, dicendum q̄ immo, non q̄ ipsæ faciat q̄ fuerit natus de legitimo matrimonio qui nō fuit, sed qa nō repellitur a successione nisi per hoc quod cēsetur illegitimus, ille cōditor legis q̄ iudicat eū illegitimū pōt eū iudicare legitimum. Si aūt sit illegitimus lege diuina vel naturali, idē est p̄ id quod factū est modo, quia cum non priuetur p hoc q̄ natus est illegitime, quia tunc a quocunque legitimatus priuaretur, sed per hoc quòd nunc iudicatur illegitimus, ecclesia cu-

§. 5.

Quid sit legitimare.

ius

ius est iudicare, an sit illegitimus et ad hoc q̄ succedat, ipsa pōt eū facere hēri p̄ ltīmo, si alīqs hoc possit facere, nō q̄ q̄cūq; pōt iudicare de ltīmitate, possit ltīmare. Sed suppositō q̄ aliqs ltīmare possit, q̄ non possit de ltīmitate cognoscere, & iura puniētia illegitimitatē tollere, pōt eā efficere. Hoc aūt intelligēdū est respectu iuris q̄rēdi, vñ q̄n filius ltīmat p̄re uiuēte, q̄n ēt cōstat de mente Papæ, q̄ exprimit quasi ad successionē, aliàs & ad oīa ipsum ltīmat & restituit. Nā si exprimat aliqua ad q̄ ltīmat, nō p̄ hoc ad alia intelligit ltīmare, nisi q̄n sūt minora, & nō sūt in alterius p̄iudiciū, sicut si ltīmat ad dignitates, & p̄ cōsequēs q̄ possit eē cōseruator, uel hmōi, sed nō p̄ hoc q̄ parētib succedat, ēt si simp̄r & quo ad oīa ltīmaret nisi successionē exprimeret, adhuc intelligētur saluo iure alterius, & p̄ cōsequēs nō extēderet ad successionē. Si aūt q̄rat de iure q̄sito, ut puta de ltīmando filiū post mortē p̄ris ad succedēdū illi q̄n ltīmis est iā ius q̄sitū aliud est, q̄a hic obstat nō solū impedimētū iuris positiui dicētis ipsū nō dēre succedere, sed impedimētū iuris naturalis dicentis rē iustè q̄sitā sine culpa & facto suo dēre perdere, quod non pōt facere papa nisi sit dñs temporalium in casu in quo princeps hoc posset.

§. 6. Secularis ad seculāria legitimat.

¶ Tertia cōclusio est de ltīmatione principis secularis. Vbi de principe seculari est sciēdū, q̄ nō pōt ltīmare ad aliq̄d spūale, nec plus tollere vinculū illegitimatis quo ad spūalia, quā absoluere ab excōicatione, q̄a nō pōt directe amouere impedimētū ecclesiasticū nisi iudex ecclesiasticus, pōt tñ ltīmare oēm suū subditū q̄cūq; in tpalib. nō hēt superiorē dīm tpalē siue sit Impator siue Rex Frāciæ siue alius, q̄a ex quo in tpalibus nō hēt superiorē respectu tpaliū, pōt ipsæ pœnas tpales suorū subditorū statuere uel destituere sicut uult, nec alius eis nō supetior pōt subditis imponere pœnas nisi inquātū approbat ſm illud. Tu q̄s es q̄ iudicas alienū seruū? Si ergo lex ciuilis dicit spuriū nō succedere uel iudicare, nō ligat spuriū Frāciæ nisi inquātū placet Regi Frāciæ. Vnde quātū ad hoc pōt ltīmare, i. quātū ad hāc pœnā nō imputare illegitimitatē, & hoc simpliciter respectu iuris q̄rēdi uel pp uniuersitatē dominii sed non respectu iuris iam acquisiti.

Ro. 14.

§. 7. ¶ De ltīmatione q̄o fieri possit p̄ Papā, Impatorē uel alios. Ber. sup c. p uenerabilē extra q̄ fi. sint legi. notat p̄ Ant. de But. sic summatim de papa loquēdo de ltīmatione q̄ fit p̄ eū, aut sit hoc circa prolē futurā aut circa prolem illegitime natā. Et circa prolē futurā pōt ltīmare & in terris ecclesiæ & in terris Imperii & gñaliter ualet remouēdo aliquē gradū cōsanguinitatis uel affinitatis de his q̄ sunt de iure positiuo, sicut Greg. 9. remouit, quintum & sextū gradū gñaliter, ut extra de cōsang. & affi. nō dēt, uel dispensando particulariter cū aliqb. ut cōtrahāt in tertio uel quarto gradu attinētes, & sic ltīmare dī quæ ad prolē futurā ut habeātur ltīmi q̄ aliàs essent illegitimi, & in spūalib. & tpalib. simpliciter tales erunt ltīmi. In gradib. aūt q̄ sunt de iure diuino uel naturali, papa p̄ hūc modū ltīmare nō posset. Loquēdo aūt de p̄le illegitime nata, tunc aut hoc est faciēdo cōstōnē uel legē factā ab Impatore cōfirmādo, ut nati de soluto & soluta, si tales genitores cōtrahāt matrimoniū ltīme filii q̄ prius erāt illegitimi sint & intelligātur eē ltīmi, & certū est q̄ pōt ubiq; & sic seruat. Aut q̄a illegitimo exīti cōcedit iura ltīmationis, & in spūalib. q̄dē pōt papa tales ltīmare ubiq; s. ēt in terris Imperii, puta ut possint p̄mouēri ad ordines & dignitates ecclesiasticas. In tpalib. aūt s. quo ad successionē hr̄ditariā & honores, subdistingue. Aut papa ltīmat in terris sibi subiectis, & tūc pōt. Aut in terris Impii, & tūc si ltīmat sibi suppositū uel de p̄ximo supponēdū, puta clericum factū uel de p̄ximo clericādū, & tūc ltīmando simpliciter intelligitur ltīmatus ēt in tpalibus. Si ltīmat laicū remanentē, q̄ Impatorē recognoscit in superiorē, & tūc nō pōt sine cōsensu Imperatoris q̄ præest illi. Et istā opi. tenet Bar. in l. q̄ in prouinciā. C. de nupti. s. q̄ in terris Imperii papa non possit in temporalibus legitimare:

§. 8. ¶ De Imperatore certū est q̄ nō pōt ltīmare sup p̄le futura, q̄a non pōt tollere p̄ legē suā gradus cōsanguinitatis & affinitatis, nec dispēsare in gradib. cōsanguinitatis & affinitatis, q̄a nō hēt disponere de mr̄imonio. Et si super hoc conderet legē nil ualeret talis ltīmatio, nisi ecclesia approbaret q̄ nati ex fornicatione habeātur ltīmi si postea genitores cōtrahūt inuicē mr̄imoniū. In sup in terris suis & multo magis in terris ecclesiæ nō pōt Impator ltīmare in spūalibus, ut s. p̄mouēri possint ad ordines. Sed ltīmatus simpliciter ab Impatore, uel ab eo q̄ hēt hāc auctoritatē ltīmandi ab ipso indiget dispensatione papæ, si uult ad oēs ordines uel bñficia curata & dignitates p̄mouēri. In tpalib. aūt ut in successionibus & honorib. seculi pōt ltīmare i terris suis, sed nō in terris ecclesiæ, q̄a absurdū est dicere q̄ Impator hēret maiorē ptātē in terris ecclesiæ q̄ Papa in terris Impii. Sint ergo cōtēti terminis eius. Et hæc p̄cedūt de Impatore iā coronato, sed de nō coronato magis dubitat.

Dicit

Dicit tñ Iac. de Are & Io. An. in ſpe. in tit. de reſcrip. Et idē eſt de his q̄ hñt ptātē ltimandi ab Imp atore, q̄a pñt in caſib. in q̄b. ille pōt ſe cūdū uerba priuilegii. Vñ ubi ille nō pōt nec illi pñt cū hēant auctoritatē ab eo. Dicit etiā Ant. de Bu. q̄ hñtes ptātē a papa uel ab Imp atore ltimādi, nō pñt ltimare ad p̄iudiciū alterius, q̄a tales cōceſſiōes intelligūtur ſine aliorū p̄iudicio, ut extra de offi. & po. iudi. deleg. c. ſup eo, & de priuil. c. paſtoralis. De ſolēnitate ltimationis dicit Ant. de But. q̄ oportet q̄ illegitimus impetrās exprimat qualitatē illegitimationis ſ. an ſit ſpurius uel incæſtuoſus, q̄a difficilius diſpenſatur cū ſpurio uel incæſtuoſo q̄ cū naturali tm̄. Vñ & Io. And. in ſpe. dicit q̄ ſi q̄s dicit ſe ſpuriū impetrādo ltimationem, ſi iſtæ eſt ſpurius duplicatus ut q̄a ex uxorato & uxorata, cū alias nō ualeat impetratio, ſi hoc nō exprimat, ſed reputat ſubrep ticia, ut in cle. illa. eo. tit. & de fi. pſb. c. fi. Itē cū queritur an in ltimatione alicuius debeāt citari illi in quorū p̄iudiciū ſit ſeu q̄b. p̄iudicat. Ant. de Bu. diſtinguit, q̄a aliq̄n ltimatio ſit in uita pr̄is, & tūc pōt diſponere de hr̄ditate q̄d uult ad p̄iudiciū ſperātis hr̄ditatē, & ualet talis legitimatio nō uocata parte. Sed exigit q̄ in ipſa legitimatione fiat mētio agnatorū, nec ſufficeret primū cū ſecūdo. Si uero fiat legitimatio ad inſtantiā filii & intuitu pr̄is, & ſatis pōt dici q̄ nō req̄rat eorū aſſenſus, ēt ſi illi legitimi eſſent cōfratres. Dicit tñ idē Ant. q̄ nō ualeret legitimatio niſi appareret Principem certificatū q̄ alios liberos ipſæ hēret, q̄a iſta ē cā inductiua, facilius ad cōcedēdū legitimationē eo. ſ. q̄ nō hēt alios liberos, ſed ſcā exp̄ſſione bñ ualeret hęc impetratio. idē. ſ. q̄ ſi nō fieret mentio de agnatis nō ualeret impetratio, tenuit Io. An. in addi. ſpe. Req̄it ēt aſſenſus ipſius pr̄is a principio, uel ex poſt facto. Si aūt fiat ltimatio poſt mor ē pr̄is de cuius ſucceſſione agit, & tūc ē dubiū an ltīmatio illa retro trahat, & ſi retro trahat uttū tollat ius alteri q̄æſitū medio tpe. Et dicit ipſæ Ant. q̄ ſi fiat p uerba nō reſtrictiua ltīmatio, ut dicēdo, cōferimus tibi ltīmationē, tūc ltīmatio retro nō trahit. Si aūt fiat p verba reſtrictiua ut dicēdo, integramus te ad oīa primæua naturæ, ac ſi legitime natus eſſes, q̄e ſic fieri dēt q̄n uult totaliter integrare ipſę legitimās, & tūc legitimatio retrotrahit. Sed utrū ſic retrotrahat q̄ tollat ius alteri medio tpe acq̄ſitū sūt opiniones: Quidā dicūt q̄ ſic. Bar. tenet cōtrariū in l. Gallus. ff. de li. & poſt. Et hoc ſi aliq̄d ſibi. ſ. legitimato ſpecificet reſtitutū. Et iſtā opi. ut uerā approbat ipſę An. ad hoc. de reſcri. c. q̄uis. li. 6. & iſtā ſentētiā tenet Io. An. in addi. ſpe. & dicit ipſæ Ant. q̄ tenendo q̄ ipſa legitimatio retrotrahat ad p̄iudiciū illius cui iā acquiſita erat hr̄ditas, tūc diſtinguēdū, q̄a aut filius legitimare ſe fecit ex tacita uolūtate pr̄is q̄ declarauit ipſū velle ſuccedere in teſtō, & tūc nō exigit q̄ illi uocētur q̄b. p̄iudicat. Aut nō apparet illud & tūc dicit q̄ exigit q̄ citentur illi q̄b. p̄iudicat, immo exigit eorū cōſenſus. Allegat. C. de na. reſti. l. pe. Et hæc uera niſi hoc appareat de exp̄ſſa uolūtate Principis, q̄ uoluerit p̄iudicare aliis in hr̄ditate, ſed ſi nō exprimat aliud de iure alteri acq̄ſito, valet legitimatio: ſed nō ad p̄iudiciū eius, de cuius præiudicio agitur, & hæc uera de legitimatione q̄ facit in terris ſuis. Si aūt alibi legitimaret non poſſet etiam citatis illis quibus ius eſt quæſitum niſi ipſi conſentiant. Sciendum etiam q̄ legitimatio peti poteſt per procuratorem.

Solennitas legitimationis.

TITVLVS II. DE STATV continentium, uidelicet uirginum & uiduarum.

¶ *De virginitatis poſſeßione, dignificatione & coronatione.* Cap. I.

ADducentur regi virgines poſt eā, „pxime eius. offe. tibi. Pſal. 44. Loqtur prius de eccleſia quæ utiq; ē mr̄ & virgo. Mater q̄dē omniū fideliū quos genuit in baptiſmo p fidē. Virgo p integritatem mētis, & libera a corruptione peccati mortalis. Vñ Apoſt. 2. Corin. 11. dicit de fidelibus. Deſpōdi enim vos vni viro virginē caſtā exhibere Chr̄o. Poſt eā ut filiæ adducūtur virgines regi dño Ieſu Chr̄o, vt ſponſo earū. Vñ & de ſanctis virginib. canit eccleſia. Agnū ſpōſum virginū venite adoremus dñm Ieſū Chr̄m. Pōt ēt iſtud poſtea referri ad Virginē Mariā, quę ſola mr̄ eſt & virgo primiceria, & ſpeculū virginū, quæ vtiq; poſſidet aureolā virginitatis, quia etſi nō habuit a carne pugnā pp religationē vel extinctionē ſomitis, pp cuius victoria ſ. pugnæ plena dat̄ aureola, habuit tñ ab hoſte cuius caput ſ. principii ſuggeſtionis cōtriuit ſola. Poſt eā igitur vt principaliorem ſequuntur virgines aliæ & a Chr̄o adducūtur regi. Viduæ aūt dñr „pximæ eius, q̄a appropinquāt ad caſtitatē virginalē, nō tñ ita sūt ſimiles. Tā virgines aūt quā viduæ ad Chriſtū pueniūt, q̄nimo & boni cōiugati, ſed adducūtur ad Chriſtū virgines Dei gr̄a adiuuāte, & ipſis magis laborātib. ad cōſeruationē eius. Viduæ aūt aſſerūtur cū adiu-

torio

totiō ēt gratiæ, sed nō tm̄ conatū exercētibus, nec tamē virgo nec vidua castitatē virtute ꝓpria seruāt, sed dono Dei. Et iō dicit, adducētur, & offerentur scilicet ab illo videlicet dono Dei. Sed prius de virginibus agendum est.

§.1. ¶ Dr̄ aūt virgo quasi vir agēs i. repellēs, vt nō ꝓmittat se cognosci carnaliter ab eo. Ille enī est modus naturalis quo amittitur virginitas, quāuis ꝑ alios ēt modos possit amitti, vt dicetur. Vel dr̄ virgo a virore, sm̄ Tho. qa nō ē exꝓta aduſtionē i. actū Venereę delectationis sicut arbor dr̄ viridis, q̄ a calore non deficcatur in folijs. Vel vt dicit Fulgētius ad ꝓban. in lib. de virginitate. Virgo dr̄ quasi virago, virago dr̄ a viro, vir aūt a virtute. Claret igit̄ inter cęteras ecclesię donationes illius p̄cipuū munus spūalis eē charismatis, vbi virtus ipsa integritatis ꝓfectio meret̄ vocabulo censeri virtutis. Nec in eo tm̄ q̄ virginalis integritatis agnoscimus culmē pudicitię coniugalis asserimus ctimē, sed sanctā virginitatē dici merito potiore distare a cōiugali vita quātū distāt a bonis meliora, a terrenis cęlestia, a carne spūs, ab infirmitate virtus. Nec dicere dubitamus tm̄ a sancta virginitate carnis & spūs fideliū cōiugatorū licet a Deo cōcessum distare cōcubitū, quātū simili tudo pctōrū ab imitatione discernit angelorū. In vno qppe ad terrā spūs terrena carnis voluptate deprimit, in altero terrena caro cœlesti delectatione spūs ad cœlestia subleuatur. Hęc Fulgētius. Et in decre. dis. 30. c. Hæc scripsimus, dr̄. Nos virginitatē cū humilitate admiramur, & cōtinentiā cū castitate & religionē Deo acceptissimam dicimus.

§.2. ¶ Ad laudē & cōmendationē virginitatis ait Hiero. ad Eustochiū. Habeant nuptiæ tps̄ suū & titulus mihi virginitatis in Maria dedicat̄ & Christo. Dicat aliqs, audes nuptiis detrahere q̄ a dño bn̄dictæ sunt nō est detrahere nuptiis, cū illis virginitas anteferr̄. Glorientur & nuptæ cū a virginib. sint scdæ, crescat & multiplicet ille q̄ impleturus est terrā, tuū agmē in cęlis. Post paradisum, & nuditatē sint folia au spicātia prutiginē nuptiarū, nubat & nubat ille q̄ in sudore vultus sui comedit panē suū, cuius terra spinas generat & tribulos, cuius herba sentib. suffocāt. Meū semē cētenaria fruge fęcūdū est. Cōsuāt tunicas q̄ incōsutā desursum tunicā ꝓdiderunt, quos vagitus delectat infantiū. Eua in paradiso virgo fuit. Tua regio paradisus est, serua qd̄ nata es. Virgo nascit caro de nuptijs virgo est mr̄ dñi simpliciter pura & sincera, nullo extrinsecus germine cohęrēre & ad similitudinē Dei vnitate fęcūda. Virgo flos Chr̄s est̄ dicēs. Ego flos cāpi &c. Cāt. 2. Laudo nuptias, sed mihi virgines generāt. Lego de spinis rosam, de terra aurū, de cōcha Margaritā. Quid inuides mr̄ filię tuę, indignaris quod noluit mulier militis eē sed regis, grāde tibi bn̄ficiū pstitit, socrus Dei eē cępisti, Apostolus Paulus virgo fuit. Vnde dicit. Dico aūt innuptis & viduis bonū est illis si sic ꝑmaneāt vt ego 1. Corin. 7. Iō aūt dicit se de virginitate ꝑceptū dñi nō hēre, qa si virginitas eēt imperata, nuptiæ videbātur ablatæ & durissimū erat cōtra naturā cogere angelorūque vitā ab oīb. extorquere. Virgo Helias, Heliseus virgo. Virgines multi filij ꝓphetarum. Hieremias vxorem ꝓhibetur accipere, & ad quamlibet tamen virginem ecclesia istud psalmistæ adaptat, videlicet adducentur &c. Vbi tria videnda sunt de virginitate.

¶ Primo quomodo virginitas coronatur.

¶ Secundo quomodo possideatur.

¶ Tertio quomodo ipsa significetur.

¶ Quātū ad primū dicit Apostolus 2. Timo. 2. §.3. Nō coronabit̄ nisi q̄ ltīme certauerit ita certet vt vincat, vt aūt canit ecclesia mundus, caro, dæmonia, diuersa mouēt ꝓlia cōtra nos. Et quātū ad ꝓmiū carnis sicut nō coronat̄ aurea q̄ est ꝓmiū essentiale aīæ, nisi qs habuerit victoriā de oī vitio carnali, abstinendo ab eo vel a ꝓpetrato pęnitēdo, ita nō coronat̄ aureola virginitatis q̄ est ꝓmiū accn̄tale, qd̄ dat̄ in gloria ꝓp excellētē pugnæ ex carne victoriā, nisi qs liber fuerit a volūtaria corruptione carnis tētationes vincēdo. Quāuis enī virginitas quātū ad eius initiū & seminariū i. inclinationem naturalem insit a natura, sicut & oīs virtus, & quātū ad materiā remotā q̄ est integritas carnis & materiā ꝓpinquā q̄ est experiētia Venereæ voluptatis, ineſt a natura & natiuitate, qa oēs nascūtur virgines & inexperti voluntate sm̄ Per. de Pa. in 4. dist. 33. Sed quātū ad cōplementū actuale vel habituale, & sic virginitas nō est a natiuitate vel a natura plus q̄ aliæ virtutes. Nā puer nascens nō hēt actū nec habitū virginitatis plus q̄ liberalitatis, sed est sicut aliæ morales ꝑ acqsitionē vel infusionē. Non enim q cūq; hēt integritatē carnis cū venerit ad annos pubertatis si eligat in carne incorruptibiliter viuere, statim ꝑ hoc hēt habitū virginitatis. Sed qn̄ cū hoc habituali ꝓposito frequēter domauerit motus carnis, adgeneratur in eo habitus, sicut nec vidua statim mortuo marito hēt habitū cōtinētiæ vidualis, licēt eligat sic viuere, sed ꝑ frequētē domationē passionū cū ꝓposito habitū acqrit differētē ab habitu castitatis cōiugalis, nō tm̄ meretur nomē virtutis spālis q̄ nō ꝓuenit ad perfectionē. Est igitur

Tho. in 4. dist. 49. q. 5. ar. 3. q. 1. ad quintum.

Cõtinẽtiã vidualẽ & coniugalẽ differre.

igit habitũs cõtinẽtiæ vidualis habitus differ-
res a cõtinẽtia cõiugali, habẽs specialẽ ratio-
nẽ boni & difficultatis, qa quibusdã est placi-
tũ & facile in coniugio viuere caste, q̃b. non
est facile nec placitũ viuere, vel a cõiugio ab-
stinere, sed tñ nõ est virtus specialis, imo casti-
tas ẽ vna virtus q̃ minorẽ habet gradũ in ma-
trimonio & pfectius saluatur in viduitate. Si
militer castitas cõiugalis nõ statim ĩnascitur,
cũ q̃s eligit ab aliena abstinere, sed cũ frequẽ-
ter ab aliena tẽratus eligit nõ accẽscere, & sic
de aliis. Et vt di. Tho. in 4 di. 49. In cõtinẽdo

q. 5. ar. 3. q. 1. ad primum.

ſm aliq̃d maiorẽ pugnã sustinẽt virgines & se-
cũdũ q̃d viduæ cæteris paribus. Virginib. n.
cõcupiscẽtiã inflãmat & expetẽdi desiderĩũ,
q̃ ex quadã quasi curiositate ꝓcedit, qua etiã
fit vt hõ libẽtius videat q̃ nunq̃ vidit, & ẽc in
eis cõcupiscẽtiã auget extimatio maioris de-
lectationis q̃ sit ſm veritatẽ, & incõsideratio
eorũ incõmodorũ q̃ delectationi huiusmodi
augent & adiũgunt. Et quãtũ ad hoc viduæ
maiorẽ sustinẽt pugnã, maiorẽ aũt ꝓpter dele-
ctationis memoriã & in diuersis vnũ alteri pĩ
iudicat ſm hominũ diuersas dispositiones,
qa qdã magis mouẽt hoc, quidã alio Quic-
q̃d aũt sit de quãtitate pugne, tñ hoc certum
est q̃ pfectior est victoria virginũ q̃ viduarũ.
Perfectissimũ. n. genus victoriæ est & pulcher-
rimũ nunq̃ hosti cessisse. Corona autem non
debetur pugne, sed victoriæ, de pugna non
ergo coronabitur nisi qui legitime cer. &c.

§. 4. ¶ Quomõ in diuersis tẽporib. homines di-
uersimode se habuerũt ad virginitatẽ seruan-
dã. Pet. de Pa. in 4. di. 33. dicit quòd in statu

In 4. di. 33. q. 3. art. 2. ad 2. & dis. 49. q. 5. ar. 3. q. 1. ad 3.

ĩocẽtiæ nõ licuisset cõtinere vlq; ad sufficiẽ-
tẽ multiplicationẽ humani generis qa tũc e-
rat ꝓceptũ. Crescite & multiplicamini, nec tñ
peccauit Adã cõtinẽdo in paradiso, qa modi-
co tẽpore fuit ibi. Sed Tho. dicit q̃ põt multi-
plicationẽ fine peccato potuisse q̃s cẽ virgo.
Cõtra, qa tũc pferebat virginitatis cõiugium
qa habebat fæcũditatẽ cũ puritate fuisset aũt
cõtra rationẽ eligere min⁹ bonũ, & ipsi nõ e-
rãt facturi cõtra rationẽ puta tot fuisset mas-
culi quot fœmine, vt esset vna vni, ergo si cõti
nuisset feciſſet cõtra finẽ mrimonii & pacis.
Sẽp ẽt fuisset multiplicatio necessaria, qa non
vĩ ꝓbabile qd parẽtes primi retardarẽt a glo-
ria vsq; ad finẽ mũdi, cũ solũ pecca tũ sit caũ-
sa retardatiõis, vt originale vl actuale aut pœ-
na. Vñ primis parẽtib. trãslatis in generalia
oportebat succẽssores vacare generationi si-
cut primi inchoauerãt. Tẽpore vero naturæ la
psæ scilicet tẽpore legis naturæ fuit virgini-
tas licita multiplicato genere humano, sed sẽ

Qñ Virginitas licitafuit & qñ nõ

per ante euãgelium melius erat coniugũ nisi
vbi specialiter aliud reuelabatur. In paruulis
ãt erat virginitas carnis nõ mẽtis. Tẽpoꝛ vero
lapsæ naturæ ante multiplicationẽ fuit in ꝓce
pto ꝓhibitio. Nã tñ peccauit Abel virgo mo-
riẽs quia adhuc iuuenis erat, nec aptus cõiu-
gio q̃n mortuus fuit. Nã nec Gayn libidino-
sus adhuc generauerat, fuit tñ Abel mortuus
virgo carne sed nõ mẽte, qa tũc nõ erat tẽpus
virginitatis nisi q̃s dicat qd Deus præscius,
mortis eius sibi inspirauit virginitatẽ, vt ca-
put ecclesiæ primũ haberet virginitatẽ, & sic
haberet aureolã virginitatis. Sed post multi-
plicationẽ licuit, nõ tñ habem⁹ exẽplũ nec in
enoch qui ꝓcoitũ generãs & ꝓcoitu genitus
est, nec in alio fortẽ. Tẽpore aũt diluuii sicut
prius illicita vsq; ad multiplicationẽ hominũ
postea vero licita, nõ tñ extat exẽplũ nisi for-
te de Melchisedech. Sed si fuisset filius Noæ
vt dicũt Hebræi nõ fuit virgo. Tẽpore vero,
legis scriptæ. Sciendũ quòd licuit seruare vir
ginitatẽ, q̃a iã filii Israel multiplicati creue-
rãt nimis vt arẽna maris nõ tñ laudabñ, imo
filia ieptæ fleuit virginitatẽ, vt habet Iudic.
11. Et maledictus erat non relinquẽs semen,
maled ictione, scilicet opprobrii tẽporali nisi
cõsilio spiritussancti, vt Helias dedicãs ſm
Hierony. Sed apud gẽtiles error increbruerat
quòd dederat eos Deus in reprobũ sensum,
vt licita putarent illicita & ecõuerso, vt formi
cationẽ esse licitã. Plato vero sanctificauit, se
non quia putarẽt virginitatẽ illicitũ, vñ nec
deseruit eã, sed vt satis faceret plebi. Nã opi-
nio fuit apud philosophos propter scãdalum
vitandũ, facere multa q̃ sciebãt non esse faciẽ
da, sicut adorabãt idola quãuis scirẽt nihil re
ligionis eẽ ĩ stipite ne lapidarẽt. Sicut Pytha-
goras apud Athenas reus habit⁹ ẽ, qa vocauit
lapidẽ ardẽtẽ. Ipsi. n nesciebãt aliã vitã & ꝓ-
pter hoc nimis timebãt pdere istã. ¶ Tẽpore
vero Euãgelii sẽp licuit & licebit tenere virgi
nitatẽ. Vñ Ioanes. Lucifer fuit virgo ante So
lem & non Venus. Maria. n. primiceria vir
ginitatis fuit. Vñ ĩ ps. 44. Adducẽt regi virgi
nes post eã. Tẽpore ẽt glorię erũt oẽs virgines
qa scilicet nec nubẽt, nec nubẽt, imo tẽpore
grãæ vt res melior cadit sub cõsilio ſm illud. j.
Cor. 7. De virginib. ꝓceptũ dñi nõ habeo, cõ-
siliũ aũt do. Quod cõsiliũ Ioanes Euãgelista
seruauit cũ vxore ꝓ qua iã in domũ traducta
nuptias faceret, vt habẽt. Ioã. 2. intactã per-
misit, & virgo in eũ permãsit, priuilegio amo
ris a Christo dilectus. Hanc Ioseph sponsus
Marię seruauit, vt dicit August. & vouit cum
Maria sponsa sua. 2. 2. q. 2. cap. Beata Maria. Et

Maria primiceria virginum.

uas electionis virgo fuit. Vñ dicit 1. Cor. 7. Volo oēs hoies eēt sicut me. s. virgines. Sed vnusquisq; hēt ꝓprīū donū & Xps habuit. Vñ cāti corū. 2. Ego flos campi & lilium conuallium.

§. 5. ¶ Notandū ēt ꝙ virginitas ineſt ſm Pe. de Pa. vbi ſupra per infuſionē ſicut aliæ virtutes morales. Et ſatis vī ex ſpirituali gra ꝙ Ioan. Baptiſta & beata virgo & Hieremias in vtero p ſanctificationē receperūt virtutē virginitatis quā erāt ſeruaturi. Sed de baptiſmo fluminis & sāguinis, in qbus nō ſolū infunduntur neceſſaria ad ſalutē, ſed & perfectiua in qbus nō eſt obex in recipiēte vt remiſsio culpæ venialis & pœnæ, vī ꝙ in paruulis in quibus nullus eſt obex infundit virginitas & innocētibus, nō tñ ꝙ eis debeat aureola, qa illa reſpicit actū non habitū. De adultis aūt vī ꝙ dns ſua liberalitate infundat homini id qđ ad ſe diſponit. Vnde qui cū ꝓpoſito virginitatis venit ad baptiſmū vel aliud ſacrm, recipit habitū virginitatis ſicut & cæteras virtutes, quia enim in omni ſacrameto nouę legis i nfunditur non ſolū id qđ eſt neceſſariū ad ſalutē, ſed ēt qđ eſt vtile ſm capacitatē & diſpoſitionē digne recipiētis, inde eſt ꝙ recipiens ſacramentum nouę legis cōtrariū virginitati, qđ dico ꝓp matrimoniū recipit omnē virtutem ad quā eſt diſpoſitus & cuius eſt capax. Si aūt eſt corruptus mente & corpore quamuis pœniteat, nō eſt tamen capax virginitatis, quia recuperari nō pōt. Sed ſi non eſt corruptus niſi mēte & pœnitēs proponit continere, tunc recipit. Hæc Pet. de Pal.

§. 6. ¶ Notandum ēt ꝙ dicit idem Pe. ꝙ Thom. in ſcripto. ſ. in 4. diſt. 38. q. 4. art. 2. ad 4. art. & in 4. ſ. diſt. 49. q. 5. art. 3. q. 1. in cor. q. tenet votū de eſſentia virginitatis nō eſſe. In ſumma vero vī dicere oppoſitum 2. 2. q. 152. art. 3. ad 4. art. Sic. n. ſeruare caſtitatem & paupertatē ſine voto vt nouicius nō faceret religioſum, ſic virginitas ſine voto non daret aureolā. ¶ Sed cōtra quia licet propoſitum nubendi impediret quāuis proponeret nō licite corrūpi, tñ firmū propoſitū perpetuo cōtinendi ēt ſine voto facit virtutē virginitatis, nec votū trahit ad aliā virtutē quām ad ſuam, ſcilicet latriā aliās ageret contra ſpēm. Vnde bene concedo ꝙ votū non facit de actu non virtuoſo virtuoſum, & ꝙ actum trahat ad alteriorē virtutē non in eodē gñe ſed alio, ſicut votum trahit ieiuniū ad altiorē virtutē ꝙ ſit abſtinentia vel ſobrietas, ſed hoc nō eſt in gñe tēperantiæ, ſed iuſtitiæ. Vnde votū nō facit ieiuniū eſſe ſpālem virtutē, ſed trahi ad alterā. Sic & in propoſito ſi virginitas haberet ex voto rōnē virtutis, non eſſet ſpēs tēperantiæ. ſe habēs ad caſtitatē, ſicut magnificētia ad liberalitatē, ſed ſolū eēt actus caſtitatis elicitiuæ & latriæ impetratiuæ. Prętereā ſic ſe habet virginitas ad caſtitatē ſicut magnificētia ad liberalitatē, ſed illa eſt ſpālis virtus, nō ex hoc ꝙ vota, ſed ſolū ex hoc ꝙ habet ſpālem difficultatem & bonitatē, ergo &c. Ad argū dicendū ꝙ non eſt ſimile, quia ad religionē non ſufficit firmitas, ꝓpoſiti, ſed requiritur firmitas facti. Et religio noīat ſtatum ad quē requiritur immobilitas facti, & p cōſequēs voti. Sed ad rōnē virtutis nō requiritur immobilitas facti, cū quis poſsit a vera virtute decidere & mutari de vere virtuoſo in vere vitioſum. Et iō ſi virginitas diceret ſtatū nō habitū poſſet videri ꝙ requireret votū. Sed ſi dicat habitū virtutis ſpiritualis nō requirū votū quodcunq;. Ad firmitatē ēt in religione requiritur votū ſolemne, in virginitate ſaltē ſimplr. Vñ ꝙ Aug. di. in diffinitione de voto ponit hoc, nō ꝙ ſit de neceſſitate virginitatis, ſed eſt de pfectione, qa ſpōſata Xpo p votū eſt pfectior. ¶ Quantū ad ſm. ſ. qūo poſſideatur virginitatis virtus, ſciendū ꝙ multis medijs. Vñ dicit Pſal. 44. Adducētur. Et primo quidē oportet ꝙ adducatur ad hoc a Deo inſpirāte & principaliāgēte. Sap. 8. nō poſſum eſſe cōtinens, niſi tu dederis. ſ. Deus. ¶ Scđo oportet ꝙ adducāt ad hoc a rōne iſtud ꝓpoſitū firmiter eligente & perpetuo. Qđ patet es diffinitione dū dī ꝙ virginitas eſt in carne corruptibili perpetuæ corruptionis meditatio. i. propoſitū perpetuo abſtinēdi a delectatione venerea, necdū experta. Vñ virgines corpore quæ intendūt tpe ſuo nubere nō hñt habitū virginitatis nec aureolā nec paruuli q licet nō cogitēt de nubēdo, non tñ hīe pñt ꝓpoſitū continēdi. Eunuchi ēt vel frigidi ſi intēderēt experiri delectationē venereā p mūimoniū vel aliū modū ſi poſſent, non hñt habitū hmōi virtutis nec aureolam. Sed ſi intēdūt ab hmōi abſtinere ſi poſsēt, vtiq; hñt, ſicut pōt credi de eunuchis quos fecit Nabuchodonoſor. ſ. Daniele & ſocijs eius. Dan. 1. De Nereo & Archileo q perſuaſerūt Domicillæ virginitatē. ¶ Tertiō oportet ꝙ adducant ad hoc a recta intētione. ſ. pp Deū nō pp mundi laudē, aut pp honorē idolorū, ſicut virgines deę Veſtę. Vñ virgines q nō ſumpſerunt oleū in lāpadibus deſignās charitatē Dei i cordibus, excluſę ſunt a ſpōſo & clauſa eſt ianua. Matth. 25. c. ¶ Quarto oportet ꝙ adducant p vias aliquatū virtutū, vt humilitatis. Amb. De cet vt virgo q̄to caſtior tāto humilior. Vñ de quodā fctō viro legit ꝙ vſq; ad lx. ætatis ſuæ annū ſeruās virginitatē ęlatus in ſuperbiā eā pdidit. ¶ Quinto p viā ſobrietatis, qa ſm Ber. in

Virginitatē ſine voto nō date Aureolam.

§. 7.

in delitijs periclitaꝫ caſtitas. Propterea Apoſt. vt virgo perſeueraret dicebat. Caſtigo corpus meū & in ſeruitutē redigo. 1. Cor. 9. ¶ Sextò p̄ viā modeſtiæ. ſ. cauēdo ſe ab auditu & diſcurſu vanis. Corrūpūt bonos mores colloq̄a prava. 1. Cor. 15. Et Dyna q̄ egreſſa eſt domū ad videndū mulieres religionis amiſit virginitatē corrupta à Sichen. Gen. 34. Amb. in homel. Diſcite virgines non curſitare p̄ alienas domos, nō aliquos in publico miſcere ſermones. Quō autem perdatur virginitas dicetur in vlti. §.

§. 8. ¶ Quātū ad tertiū. ſ. quō eius dignitas cōmendat & q̄tū oñdit cū dr. Regi adducent̄ vere & veri virgines regi. ſ. dño Ieſu Xp̄o qui eſt Rex Regū, vt ſint ſpōſæ eius. Magna dignitas iſta. Vñ bea. Agnes dicebat. Ipſi ſum deſponſata. ſ. Xp̄o, & nobilitatē huius ſpōſi oñdit di. vt refert Amb. in lib. de virginitate, cui angeli ſeruiūt, cuius pulchritudinē Sol & Luna mirant̄. i. mirabilē oñdunt, Cuius mr̄ virgo eſt, cuius p̄r fœminā neſcit, cuius ptās celſior, aſpectus pulchrior, amor ſuauior, & omni grā elegantior, cuius opes nunq̄ marceſcūt, nunq̄ decreſcūt. Et de ornamētis ſibi ab eo collatis ſubdit. Induit me dñs ciclade auro cōtexta. ſ. ſapiētię vel dilectionis, & immēſis monilibus decorauit me, & coronauit me corona. ſ. ſpei æternorū. Tradidit auribus meis ineſtimabiles margaritas. ſ. verborū ſacrę doctrinę mel & lac ab eius ore ſuſcepi, ſ. dulcedinis ſpiritualis, & puritatis per inſpirationē. Sanguis eius ornauit genas meas. i. paſſio eius induxit ad opera patientiæ, quæ maxime oſtendunt ruborē ſanctitatis. Poſuit ūgnū i faciē meā vt nullū p̄ter eū amatorē admittā, inq̄tū. ſ. dedit faciē erectā ad cœlū, vt ipſum cōtēpler, & ad perfectū dirigā, nō ad terrena reſpiciā. Verba ſunt Ambr. Speculū dedit vniuerſitatis creaturā quo p̄t ituri pulchritudinē, nō ſolū ſpōſi, ſed & ſuā cum oīa pp̄ ipſorū fecerit, & oīa in ipſo reperiātur. 2. 2. qō. 152. art. vlti. Cingulū tēperātię amictū ſeu veſtitū prudentię. Huic ergo regi, tā nobili adducent̄ verę virgines vt ſpōſæ eius. Et licet virginitas non ſit ſimp̄r excellētior oībus aliis virtutib. qa nō maior theologicis, nec prudentia iuſtitia vel fortitudine & humilitate, eſt tn̄ p̄cipua ingenere tēperātiæ & multū cōmēdabilis & p̄eminēs ex ſex q̄ ponit Pe. de Pa. in 4. diſt. 34. Patet & primo quoad p̄miū accidētale, qđ dr̄ aureola qa nulli p̄ti tēperātię debeī fructus nec aureola niſi caſtitati, nec aureola & fructus cēteſi musniſi virginitati ſoli. Vñ Apoc. 14. dr̄, q̄ nemo poterat cātare illud cāticū nouū niſi illa cē tū 44. milia q̄ virgines p̄māſerūt. Cāticū illud aureola eſt. i. quoddā gaudiū ſpirituale qđ habēt virgines, qđ nō p̄nt habere alij ſancti non virgines, etſi maius p̄miū eſſentiale habeant. ¶ Scdo quoad eſſentiā, qa maxime diſponit ad acqſitionē ſcię & ſapiētię. Vñ Ioā. Euāgeliſta virgo magnā de diuinis p̄ceteris habuit cognitionē vt de verbo Dei. ¶ Tertio quoad pulchritudinē ſpiritualē nō ex eo tn̄ q̄ paſſiones cōcupiſcibiles ſint cōes nobis & brutis, ſicut eē furibūdū in carne, & vindicatiuū in leone, ſed qa magis abſorbet iudiciū rōnis, quę eſt pulchritudo hoīs, in qua eſt imago Dei. ¶ Quarto quoad ſimilitudinē in plurib. qa hi ſequūtur agnū. ſ. Xp̄m quocūq; ierit, integrē. ſ. corpore & mēte, ſicut Xp̄us. Et incorrupto facit p̄xi mū Deo, vt dr̄ Sap. 6. mēte & corpore Deus in corruptibilis eſt. ¶ Quinto quoad ſimultatē, qa iſta virtus nō eſt ſine aliis, ſed bñ ecōuerſo, p̄t. n. qs habere virtutes alias ſine iſta, ſicut habuit Pet. Apoſtol. ſine iſta. Et cū dr̄ virtutes oēs eſſe cōnexas ſm magīm ſent. in 4. intelligitur vel de virtutib. neceſſariis ad ſalutē qualis iſta nō eſt, ſicut nec magnificētia vel q̄ ſint cōnexę in radice charitatis cū iſto. ſ. ppoſito, vt ſi eſſet a Deo præceptū ſeruare virginitatē & nō dū fregiſſet obediret eā ſeruādo. ¶ Sexto quoad charitatē. Apoc. 7. Vidi turbā magnā q̄ nemo dinumerare poterat. ſ. ſanctorū. Ponit aūt ibi numerus determinatus virginū (qa cē tū 44. milia, q̄ virgines permāſerūt) pro indeterminato qa plures ſunt. Et hmōi rō eſt, qa virtus iſta nō p̄t recuperari amiſſa materialiter & ſi amiſſa quoad mentē ſolū reparāt̄ per p̄ſentiā, aliæ aūt reparant̄ p̄ p̄ſentiā, tū ēt qa difficilior ad ſeruādū, ibi. n. frequēs pugna & rara victoria. Omne rarū carum. Quāuis. n. aliqui p̄ accidēs magis tententur de gula, alii de aliis vitiis q̄ de luxuria ſm qualitatē complexionis vel Dei diſpēſatione, tn̄ p̄ ſe loquendo maior eſt tētatio luxuriæ. Rō p̄t eſſe, quia natura magis intēdit cōſeruationē ſpeciei q̄ indiuidui cui indiuiduo p̄uidetur ſatisfacię do gulæ vel aliis vitiis. Nec obſtat q̄ natura priusretinet neceſſaria ad nutritiuā & augmētatiuā q̄ trāſmitrat ad generatiuā, qa hoc nō eſt quaſi magis ſollicita ſit de indiuiduo q̄ de ſpecie, immo ecōuerſo, ſed qa non aliter ageret, indiuiduū cōſiſteret. Vñ qđ eſt hic prius in intētione, eſt poſterius in gnatione. Sed hoc eſt qa virtuoſi minus ſtudēt ſobrietati q̄ caſtitati, & pp̄ hoc exercitiū ſit facile qđ in experto eſt difficile. Ratio aūt quare magis virtuoſi ſtudent caſtitati quā ſobrietati eſt quia caſtitas nō amittitur ſine mortali, p̄nt aūt deficere a ſobrietate p̄ veniale, quia illa cōſiſtit in medio qđ eſt latū, iſta. ſ. caſtitas eſt i extremo qđ

Sex virginitatis dotes.

dist. 36.

est indiuisibile. ¶De volũtaria & irrecuperabili amissione virginitatis Pe. de Pal. in 4. dist. 33. sic ait. Mulier perdit virginitatẽ per hoc q̃ corrũpit mẽte & corpore altero de tribus modis, puta p hoc q̃ solũ claustra frangũtur sibi volũtarie, ẽt si nõ seminaret nec semẽ reciperet. Nã cõcupiscẽtia spadonis defloraũit virginẽ, (vt scribitur) qui licet nõ posset seminare, poterat tñ claustra frangere. Sc̃do mõ per seminis virilis susceptionẽ, quia si ita reciperet saluo claustro sicut mẽstruũ emittit nec seminaret, nihilominus virgo non esset, q̃a sic posset concipere, puta si quis cognosceret virginẽ voluntariã in hoc circa claustra pudoris & semen ad matricẽ attraheret, prægnantẽq̃. Per naturã nullus diceret virginẽ & tamẽ mulieres aliquæ cõcipiunt quæ non seminant. Tertio si ex vehemẽtia ardoris sine fractione claustri ipsa seminat, puta voluntarie cogitãs de cõmixtione turpi & hmõi absque cõmixtione cũ aliis: & talis quæ corrumpit seipsam vel ab alia mulicre volũtarie corrupta: nõ debet inter virgines cõsecrari: ẽt ad tollendum scandala hũ: quia nõ est virgo: vt habetur. 2. parte. q. de scãdalo: nõ tñ faceret bigamũ virũ quo cõtra heret matrimonium.

§. 10. ¶De corruptiõe aũt inuolũtaria sciẽdũ quòd nõ perdit virginitas per quãcũq; corruptionẽ inuolũtariã corporis ẽt in muliere, vt q̃n opprimit & frãgunt claustra pudoris & semẽ viri recipit, ẽt si inde cõcipiat & pariat. Item nec ꝑpriã seminationẽ, q̃n nõ ꝑcedit ex cõsẽsu, nec acceptat a cõsensu q̃ habẽt iudiciũ rationis. Si. n. dormiẽs vir vel mulier polluat, non perdit virginitas: ẽt si in vigilia terminet pollutio: nisi postq̃ terminata est cõplaceat sẽ cũdũ deliberationẽ rationis. Videt ẽt aliqbus quòd cũ virginitas mẽtis respiciat futurũ si q̃s cõplaceat sibi in ꝑterea pollutione q̃ nõ ex electione ꝑcessit virginitas nõ ꝑdit corpore sed mẽte, ꝑ tũc. n. non perdit corpor: q̃a illa corruptio trãsit. Prius aũt nõ fuit ꝑdita, q̃a cõsensus defuit. Requirit ergo vt cõsensus ꝑcedat vt si sentiẽs se calefactũ obdormiret vt polluere: mulier opprimeret. Vel requirit q̃d concurrat tẽpore quo põt cõtradicere. Nã durãte semination nõ habet iudiciũ rationis: & mulier q̃ opprimit si susciꝑiẽdo semẽ vl̃ alias q̃n cũq; cõsentiat: nisi solo eo tẽpore quo inuite excitata seminat q̃n sine culpa sua caret iudicio rationis ꝑdit virginitatẽ & nõ aliter. Vñ dixit Lucia. Nõ corrũpit corpus nisi de cõsẽsu mẽtis. s. quoad peccatũ vel amissionẽ virginitatis. Nã si mẽ inuitã feceris violari: castitas mihi duplicabit ad coronã. 32. q. 5. c. 1. Talis tñ nõ cõsecrat inter virgines: & hoc propter dubiũ retinẽtiæ cõsensus. vt 32. q. 5. Ille Aut q̃a ẽt non põt significare integritatẽ spõsę Christi. s. ecclesiæ: cũ corrupta corporaliter sit nõ integra: & si virgo. Et cuicũq; nuberet faceret ipsũ bigamũ: q̃a diuisit camẽ in plures. Itẽ nota q̃ integritas carnis, in experientia voluptatis electio actualis ꝑ violẽtiã dæmonis vel hominis, ifirmitatẽ vl̃ somnium & hmõi ꝑdi põt. sed ꝑ hoc nõ ꝑdit virgo virginitatis. Vñ bene põt esse pater virgo ꝑ semen emissum a dormiẽte: dæmone succubo recipiẽte & postea ꝑ eũdẽ dæmonẽ incubũ factũ trãsfusũ in fœminã: cũ ẽt suscipiẽdo semẽ virile saluo claustro mulier possit cõcipere: sed in partu ꝑdit integritatẽ: sed virginitatis vi tũtẽ retinebit pater ꝑdictus: & vi ẽt oppressa pariẽs aut eo la: ẽt vterq; habebit. Vñ in chronica. Martiniana legit de Merlino q̃ fuit filius diaboli: q̃a. s. cõceptus ꝑ monialẽ ex dæmone succubo & incubo ipsius. Et de Antichristo aliq̃ dicũt q̃ simili mõ cõcipiet. Vñ dicit eum Apostolus filũ ꝑditionis. Quãuis aũt dicant quidã virginitatẽ ſtatũ dicere nõ virtutẽ specialẽ, cõmunior est opinio q̃ sit virtus specialiter: q̃ amissa semel nõ recuperat. Vñ Hiero. Cũ possit oia Deꝰ: virginitatẽ nõ põt suscitaũ põt ruinã. Valet quidem de pœna liberare: sed nõ valet coronaꝝ corrupta. 32. q. 5. Si Paulus.

Qñ perdit virginitas.

¶ *De Consecratione virginum & cautelis pro sui custodia.* Cap. 2.

COnsecratio virginũ pertinet ad episcopũ: nõ ad inferiores: q̃ tamen consecratio non est sacramẽtũ, nec ꝑ eã character imprimit: sed est quoddã sacramẽtale ꝓ quo cõfertur ẽm Tho. gratia: & operat ad remissionẽ venialiũ: sicut in vnctione regũ & huiusmodi aliis bñdictionibus: & hoc nisi impedimẽtũ ꝓstet ex parte suscipientis. Nec fit ista cõsecratio omnib. virginib., sed solũ religiosis vt monialib. obligatis ꝑ ꝓfessionẽ ad essẽtialia vota. nec eã ꝓ ipsis monialibus. Nã moniales ordinũ mẽdicãtiũ & ẽtaliq̃ aliæ nõ cõsecrãt ab episcopo. Nõ aũt quæ solus episcopꝰ cõsecrat virgines, ẽ ẽm Tho. in 4. di. 38. q. 1. ar. 5. q̃a sicut per mũimoniũ carnale repsẽtat mũimoniũ spirituale iter Christũ & ecclesiã quoad fœcũditatẽ ita ꝑ velationẽ virginũ repsẽtat idẽ mũmoniũ spirituale quãtũ ad eius integritatẽ: vt patet ꝑ oia quæ proferunt & gerũtur. Et propter hoc solus episcopus virgines velando desponsat nõ sibi sed Christo quasi sponsi paranimphus & amicus. Et quia integritatis significatio plene potest esse solum in continentia virginali: sed semiplene in viduali: propter hoc viduis

Posse aliquẽ ex ꝑre & mẽre virginibus cõcipi.

In 3. di. 48. q. 1. art. 1. ad 3.

duis dat aliud velū: ſed non cū illa ſolēnitate qua dat virginib. Intelligēda aūt vr hęc integritas eccleſiæ. qa videlicet integritatē ſp ſeruat in fide vera & rectitudine vitę in nullo errore vel vitio corrupta. ſm illud 2. Cor. 11. Deſpōdi uos vni viro virginē caſtā exhibere. Xpō. Vna eſt ergo virgo mr & ſp immaculata eccleſia (ait Beda) Pōt ēt deſignare mrimoniū inter Xpm & eccleſiā triūphantē vbinulla eſt corruptio corporis vel mētis. Nec. n. nubent nec nubent, ſed erūt ſicut angeli Dei. Mat. 22. Angelis autē ſemper eſt cognata virginitas.

§. 1. Triplex virginitatis modus.

¶ Et notandū q tripliciter pōt eſſe aliqua virgo. Vno modò materialiter tm, vt illa quę nō eſt experta actū venereū, ſed intendit experiri, vel per coniugiū vel actū illicitū extra cōiugium, vel quia de neutro deliberat, qa nondū habet vſum rōnis, & talis non cōſecratur, nec ei debet aureola virginitatis, niſi poſtea proponat firmiter in virginitate permanere, & doleat de cogitatiōe carnali, qd tm mēte nō opē cōmiſit. ¶ Scdò modò dr virgo formaľr tm, q. ſ. habēs firmū ꝓpoſitū virginitatis violēter corrupta eſt ab alio, ipſa ſp rōe renitēte, & talis virgo eſt nec amittit aureolā virginitatis, ſed tn non pt nec dēt cōſecrari inter virgines 32. q. 5. Ille aūt famulæ. Et rarò eſt ſm Alb. qa difficile eſt in tali actu q voluntas non eliciat aliquē conſenſum. Vnde cū de pleno diſſenſu eccleſiæ cōſtare nō poſſit, ideò eccleſia ſtatuit vt non conſecrarentur. ¶ Tertio dr virgo marerialiter & formaliter, quę. ſ. non eſt experta actū venereum, & firmitēr proponit ab hmōi abſtinere. Huic debet aureola, nec tn cōſecratur inter virgines, niſi ſoleniter profeſſa in religione approbata. Qd ſi talis monialis eſſet occultè corrupta non debet conſecrari, q̄uis Guil. dicat q talis ad vitandū ſcandalū poſſit conſecrari, puta qa in tali monaſterio cōſueuerunt oēs cōſecrari. Vnde ſi talis occultè corrupta nō conſecraret, haberetur ab aliis ſuſpecta de corruptione eius, & ſic manifeſtaretur. Tn Alb. & Tho. in 4. ſen. diſt. 38. q. 1. art. 5. ad vlt. art. dnt q talis non debet conſecrari, quia ꝓp vitare ſcandalum cuiuſcunq; non debet mutari ſacra eccleſiæ nec ſacralia, vt eſt cōſecratio virginū. Sed bene poſſet vti aliqua cautela, vt ſeruatis quibuſdā cerimonijs quę non ſunt de ſubſtantia veli virginalis, cū eps dictā formā mutaret nomē virginitatis in nomē caſtitatis. Et concor. Goff. & Hoſt. Sed Pe. de Pa. in 4. dicit, talē cautelā non eſſe licitā, qa eſſet mendaciū ſeu fictio in facto rei ſacramētalis.

§. 2. Velū qn tuplex.

¶ Notandū ſm Pet. de Pal. in 4. diſt. 38. q eſt quintuplex velū ſm canones. ¶ Primū eſt velū ꝓfeſſionis qd dat fęminis 12. anno cōpleto. 20. q. 2. Puella. Et hoc velū portant in religionib. oēs profeſſę. Scd'm eſt velū cōſecrationis qd dat anno 25. ætatis 20. q. 1. Placuit &c q. ea. ca. Deuotis. Dr q iſta velatio virginalis fit ſolū in epiphania & in albis paſcalibus, & in feſtis apoſtolorū, ſed conſuetudo habet q fiat ēt dnicis diebus & aliis feſtis ſolēnibus, & ēt ante tps dictæ ętatis. ¶ Tertiū eſt velū ordīnationis, qd dat anno 50. vt 27. q. 1. c. Diaconiſſam. vbi dr diaconiſſam nō debere ordinari ante annū quadrageſimū, vbi dicit gl. q diaconiſſa hic appellat nō ex eo q ei conſecratur ordo diaconatus, cū mulier nō ſit capax alicuius characteris ſeu ordinis, ſed qa cōfertur ei aliqua benedictio ex qua accipit officium inchoandi horas in choro & legere homeliā, qd aliàs nō licet. Vnde & ab epō dat ei breuiariū ad tangendū, vbi ſunt homeliæ de euangeliis in matutinis. Et hoc adhuc ſeruat & fit poſt conſecrationē earū in eodē officio miſſæ, ſed nō cōſueuit dari aliqd velū in hoc, ſed nec ēt illa ætas. ſ. vt fit quadragenaria expectat, ſed cōi cōſuetudine eſt, vt cū conſecrat, q̄ conſecratio ſeu velatio ēt fit añ. 25. annū cōiter poſt conſecrationē ordinat. ¶ Quartū velū dr ꝓfeſſionis, qd dabat abbatiſſis 60. anno. ętatis, ut 20. q. 1. Iuuéculas. Sed iure nouo ꝓuiſum eſt qd habēs 30. annos cōpletos poſſit fieri abbatiſſa, vt de ele. c. Indēnitatibus. lib. 6. ſed nec tunc ſm pōtificale dat velū, ſed fit officiū qdā, & benedictio vt ibi notat. ¶ Quintū eſt velū continentię & obſeruationis, & hoc eſt viduarū 27. q. 1. Viduas. Hoc velū pōt dari ab epō & a ſacerdote, vt dicit gl. 20. q. 1. Vidua. Et ipſa ēt met accipere ab altari facta ꝓfeſſione corā ſua plata, & pt dari talē velū continētiæ virginib. & viduis. Sed velū virginale nō pt dari niſi virginib', nec eps pt i hoc diſpēſare 20. q. 1. Deuotis. Quidā āt adduxit ſextū velū. ſ. ꝓbationis, qd dat in monaſterio qn recipit ad habitū ante ꝓfeſſionē, qd cōiter eſt albū. Nā alia pdicta cōiter ſunt nigra. In multis ēt monaſteriis hoc ſeruat vt ea die qua cōſecrantur virgines, eadē die prius ꝓfiteant corā epo & abbatiſſa. Idē Pe. dicit nullus niſi eps virgines velare pt 20. q. 1. Deuotis. Ipſę. n. eſt q̄ſi ſpōſus paranymphus deſpōſans Xpō Virginē. Abbatiſſæ vero nullā monialē velo virginū velare pnt 20. q. 2. ſtatuimus. Nec hoc pt eps nō exīti epo demandare, quia hoc eſt cōſecrationis & ordinationis epalis, ſicut & cōſecrare eccleſias & iuriſdōnis, extra de cōſec. eccl. vel alta. aqua. Et ex his apparet q religioſę moniales ordinis mēdicantiū q̄ velant a platis earū nō

epiſcopis velo virginũ cũ ſolẽnitate qua velãtur ab epo excepta datione anuli & coronatione nõ benefaciũt nec q velãt eas, cũ videãtur vſurpare oſtiũ eporũ niſi hoc hẽant ex cõceſſione a Papa. Idẽ Pe. dicit q mulieres occulte corruptę ſiue a uiris ſiue aliter, nullo modo ſunt velandæ velo virginũ, nec ẽt pp vitandũ ſcandalũ. Sed verũ eſt q ſi eps hoc ſcit in confeſſione vel ẽt aliter ſed occulto modo, nõ dẽt talẽ publice repellere ſed admittere, ipſa tñ q eſt cõſcia de corruptione perfecta, mortaliter peccat eum ſuſcipiendo. Et idẽ vr de his quæ hoc ſcientes ad conſecrationem ſollicitant, ſecus ſi permittant cum eſt occultum. Poteſt autem excuſare ſe non manifeſtando pctm, ſed tanquã ex humilitate vt indigna recuſet.

§.3. ¶Nota de tẽtationib. carnis cõtinẽtiũ virginũ vel viduarũ. Dicit Pe. de Palu. in 4. diſt. 35. q. j. in fi. q moleſtatũ a paſſionib. non oportet deſperare de defectu habitus infuſi vel acqſiti. Nã q dicit philoſophus q tẽtatus nõ moleſta tur paſſionibus, ſed faciliter & delectabiliter & prõptẽ deuincit eas, ſed cõtinẽs moleſtat, appellãs cõtinẽtẽ q nõ hẽt habitũ firmũ virtutis tẽperãtiæ, intelligitur de tẽperãtia acqſita & tẽtatione a carne q duo ſolũ nouit philoſophus, & nõ de tẽperãtia infuſa & tẽratione ab hoſte q duo nõ nouit philoſophus. Cõtingit enim qñq; hñtẽ tẽperãtiã acqſitã a dæmone ita grauiter tẽtari ſicut a carne nõ hñte aliquẽ habitũ, qa põt inflãmare carnẽ & imaginationẽ p monitionẽ ſpecierũ & ſpirituũ & materiæ, ſi pmittat plus q naturales motus inſurgũt. Vñ & Paulus dicebat. Datus eſt mihi ſtimulus carnis, Angelus ſathanæ q me colaphizet, 2. Cor. 12. Vñ q̃ quis hẽret habitũ virginitatis acqſitũ & infuſum, nihilominus caro nõ a ſe ſed a dæmone ſic inſtigabat, ſic acriter impugnabat, ſed dictũ ẽ ei. Sufficit tibi gra mea, qa habitus acqſitus ſufficit ad domãdũ oẽm tẽtationẽ naturalẽ, ſed nõ tentationẽ q eſt ab hoſte, ſed habitus gratuitus cõtinẽtiæ ad vtrũque, etſi nõ eẽt illa carnis q eſt qñq; cũ imaginatione, qñq; ſine imaginatione. Illa hoſtis quæ qñq; eſt ſola imaginatione eſt grauior oĩ alia, q tñ aliqñ ẽt ad inflãmationẽ carnis deſcẽdit, & tũc fortior eſt, vt carnis affl ictio reqratur, ſicut B. Benedictus tẽtatus ſe ꝓiecit in ſpinas. Hæc Pe. Et B. Frãciſcus poſt flagella cũ nõ ceſſaret tẽtatio nudũ ſe poſuit inter niues. Et B. Bernardus adhuc ſecularis ſe immiſit in aqs gelidis. Sed legimus ſãctã abbatiſſam Saray virginẽ vſq; ad ſenectutẽ vitio carnis tẽtatã, ſed viriliter reſiſtẽtẽ, in uitas patrum. Et Beatã Catherinã de Senis virginẽ ad tps gratiſſimẽ tẽtatã, p imaginationes a diabolo immiſſas, ſed victorioſam, & de multis alijs. Vñ ꝓ cõcluſione notet verbũ Greg. dicẽtis. Neq; immũda cogitatio cũ mentẽ pulſat maculat, ſed hãc p delectationẽ ſuperat. de pẽ. diſt. 2. e. Inter hæc. Oratione ergo pugnandũ eſt cõtra hoc, vt Paulus fecit ter dñm orãs & humiliatione intelligẽs illud Sapi. 8. Nõ poſſum eẽ cõtinẽs niſi tu dederis, ſ. De⁹. Et hoc ſcire donũ dei ẽ, & ſe diſcrete atfligẽr ad domãdũ carnẽ.

Philoſophũ ſolum naturaliter de paſſionibus loq.

¶De inſtructione virginitatis ab infantia. Hierony. ad Alethã ſic ait. Filia tua cãtica mũ ignoret, turpia nõ intelligat. Adhuc tenera lingua pſalmis dulcib. imbuat, pcul ſit ẽtas laſciua puerorũ, hẽat in addiſcẽdo ſocias qbus inuideat, quãrũ laudib. mordeat, nec eſt obiurgãda ſi tardior ſit, ſed laudib. excitãdũ ingeniũ, vt viciſſe ſe gaudeat & victa doleat. Caue ne ineptis blãditiis fęminarũ dimidiata ſimilia verba dicere cõſueſcat ne in auro vel purpura diſcat laudẽ quorũ alterũ linguę & alterũ morib. officit. Græca hiſtoria narrat. Alexandrũ orbis dñatorẽ in morib. & inceſſu pedagogi ſui Laonidis nõ potuiſſe carere vitiis, quib. adhuc paruulus fuerat infectus. Procliuis. n. eſt malorũ æmulatio, & quorũ virtutes aſſequeqs, cito vitia imitaris. Modeſtã hẽat nõ garrula nutricẽ, grauẽ cũ anum viderit in pectus eius trãſiliat & collo depẽdeat volẽti alleluya decãtet. Sit oib. amabilis, & vniuerſa ꝓpinquas roſam ex ſe natã gaudeat, ipſę habitus doceat eã cui ꝓmiſſa eſt. Caue ne ceruſa & purpuriſſa ora Chriſto cõſecrata depingas, ne collũ auro & margaritis ꝓmas, nec caput gẽmis ornes, nec capillũ & aliqd ei de gehennæ ignib. auſpiceris. Et ita Hely ſacerdos offendit dñm ob vitia liberorũ. Si aũt ætas pfecta & ſui iuris parẽtib. imputat, quãto magis lactẽs & fragilis q̃ ignorat boni & mali diſtantiã, q itaq; paruulus eſt & ſapit vt paruulus donec ad annos ſapiẽtiæ puenerit, tã mala eius q̃ bona parẽtib. imputãtur. Si ſollicita es & prudẽs, ne filia tua ꝓcutiatur a vipera, cur nõ eadẽ cura ꝓuideas, ne ꝓcutiatur a malleo vniuerſæ terræ, ne ęgrediat cũ Dyna, vt videat mulieres regionis alienę, ne ludat pedibus, ne trahat tunicas. Venena nõ dãtur niſi melle circumlita, & vitia nõ decipiũt niſi ſub ſpecie virtutũ. Nõ veſcat filia in publico i. in parẽtũ cõuiuio, ne videat cibos quos deſideret. Et licẽt q dã putẽt maioris eẽ virtutis pñtẽ cõtẽnere voluptatẽ, tñ ego ſecurioris arbitror continẽtiæ neſcire quod q̃rat. Carniũ ædulio ſuſtẽtẽt ne prius deficiãt pedes quã currere incipiãt. Nuſquã abſque te ꝓcedat in publicũ, baſilicas in publicũ

§.4. Inſtructio ad probitatem.

Alexandrum a ꝓceptore vitia traxiſſe.

Dyna filia Iacob.

&

& eccleſias ſine mr̃e nō adeat. Nullus ei iuue-
nis cincinnatus arrideat. Nolo aliquā de an-
cillulis plus diligat cuius crebro aurib. inſu-
ſurret. Quicq̃d vni loq̃tur oēs ſciāt. Placeat ei
comes nō cōpta nō formoſa, q̃ liq̃do gutture
carnē dulce moduleī, ſed grauis pallēs ſordi-
datus ſubtriſtis. Nocte ad orationes ſurgat,
hymnos mane decātet, oīoni lectio ſuccedit
lectioni oīo, diſcat & tenere colū, rotare fusū,
ſtamina pollice ducere, ſup bombicū telas. Se
ri cū vellera & aurū in fila lēteſcēs. Talia parēt
veſtimēta qb. frigus pellaī, nō q̃b. veſtita cor-
pora videātur. Cibus eius holuſculū & ſimi-
lia, raroq; piſciculi, ſic comedat vt ſemp eſu-
riat, & ſtatim poſt cibū poſſit orare & legere.
Diſplicēt mihi in teneris maxime ętatib. lōga
& immoderata ieiunia. Experimento didici
aſellū in via cū laſſus fuerit q̃rere diuerticula,
hoc in ꝓpetuū ieiuniū ꝓceptū ſit, vt lōgi itine
ris ꝓpetes vires ſuppetāt, nec in prima māſio-
ne currētes corruamus in medijs. Mihi oīno
lauacra in virgine adulta diſplicēt, q̃ ſeipſam
dēt erubeſcere & nudā videre nō poſſe. Si enī
vigilijs & ieiunijs macerat corpus ſuum, & in
ſeruitutē redigit cur ecōtrario balnearū fomē
tis ſopitus ignis ſuſcitat? Pro gēmis & ſerico
virgo tua diuinos codices amet qb. nō auro &
pellis Babiloniæ vermiculata pectora, ſed ad
fidē emēdata & erudita diſtinctio. Caueat oīa
apocrypha, iurare nō diſcat, mētiri ſacrilegiū
putet. Trade ei comitē ſanctitatis, cuius & ſer
mo & inceſſus & habitus virtutū doctrina ſit.
§. 5. Hæc Hierony. ¶ De exercitio virginis & eius
ſocietate Hieronymus ad Demetriadē virgi-
nē dicit. Præter pſalmorū & oīonis ordinem,
q̃d tibi hora tertia ſexta, & nona ad veſperū,
medio noctis & mane ſemp exercēdū, ſtatue
quot horis ſanctā ſcripturam edocere debeas,
quāto tpe legere non ad laborē ſed ad inſtruc-
tionē aiæ & delectationē. Cūq; ſinieris ſpacia
& frequēter te ad figēda genua ſollicitudo aī
ſollicitauerit, habeto lanā ſemp in manib. alia
rūq; filamina aut in globū collige aut texēda
cōpone, q̃ texta ſunt reſpice, q̃ errata rephēde
quæ faciēda cōſtitue. Si tātis operū varietatib.
fueris occupata, nūquā tibi dies lōgi erūt. Nec
tibi idcirco eſt ab opę ceſſandū, qa Deo ꝓpi-
tio nulla re indiges. Sed iō cū oib. laborādū ē,
vt ꝓ occaſionē opis nihil aliud cogites niſi q̃d
ad dñi ꝓtinet ſeruitutē. Simꝑr loquar quā-
uis oēm cēſum tuū ī paupes diſtribuas, nihil
apud Chr̃m erat ꝓciosius q̃ ꝙ manib. tuis ip-
ſa cōfeceris, vel in vſus ꝓprios, vel in exēplū
virginū cæterarū, vel ꝙ auiæ matriq; offeras
maiora ab eis in refectionē pauperū ꝓcia rece
ptura. Solet tñ in pleroſq; eē certamē, vtrū ſo-
litaria autque cū multis ſit vita melior quarū
prior ꝓferī ſcđæ. Sed in viris periculoſa eſt ne
abſtracti ab hoīum frequētia, ſordidis & im-
pijs cogitationib. pateāt, & pleni arrogātia &
ſupcilio cūctos deſpiciant, armentq; linguas
ſuas vel clericis vel monachis alijs detrahen-
do, quāto magis in ſęminis quarū mutabilis
fluctuāsq; ſniam ſi ſuo arbitrio relinquatur,
cito ad deteriora dilabīt. Noui in vtroq; ſexu
ꝓ nimiā abſtinentiā cerebri ſanitatē in qb uſ-
dā fuiſſe vexatā, ꝓcipue q̃ in humectis & fri-
gidis habitauere cellulis, ita vt neſcirēt q̃d a-
gerent, quove ſe verterent, q̃d loq̃ q̃d tacere
deberet. Bonū eſt obedire maiorib. parere ꝓ-
ectis & poſt regulas ſcripturarū vitæ ſuæ trami
tē ab aliis diſcere, nec ꝓceptori vti peſſimo. ſ.
ꝓſumptiōe ſua. De talib. ſęminis loq̃tur Apo Ephe. 4.
ſtolus. Quæ circūferuntur oī vento doctrinæ & 2. ad
ſemp dicentes, & nūq̃ ad ſciam veritatis pue Tim. 3.
niētes. Graues ſęminę & maxime virgines &
viduæ eligāt, quarū ꝓbata ſit cōuerſatio, ſer-
mo moderatus ſctā verecundia. Fuge laſciuiā
puellarū quæ ornāt capita crines a frōte de-
mittūt, cutem poliunt, aſtrictas hñt manicas
ſine ruga ſoccos oriſpātes vt ſub noīe virgina
li vendibilius pareāt. Mores plerūq; dñarum
& ſtudia, ex ancillarū & comitū morib. iudicā
tur. Illa ſit tibi pulchra & amabilis quę neſcit
ſe eſſe pulchrā, quæ negligit formæ bonū, &
ꝓcedens in publicū nō pectus & colla denu-
det, ſed celat faciē, & vix vno oculo q̃ eſt viæ
neceſſarius patenter gradiī. Cincinaculos pue
ros & calamiſtratos & peregrini muris dētes
pelliculas quaſi peſtes & venena pudicitię de
uita. Hæc illa. Quā ſit periculoſum virgines
cōuerſari inter ſeculares vel lautē viuere oñ-
dit idē Hiero. in epła ad matrē & filiā in Gal-
lia mittens alias ſcribens. Si virgo es inq̃t, q̃d
times diligētem cuſtodiā. ſ. mr̃is vel alterius?
Si corrupta cur palā nō nubis? Scđa poſt nau-
fragiū tabula eſt, q̃d male cęperas hoc ſaltem
remedio temperare. Quid tibi neceſſe eſt ī ea
domo verſari ī qua neceſſe hēas aut quotidie
ꝓpire aut vincere? Quis vnquā iuxta viperā ſe-
curus dormit, quæ etſi nō pcutit certe ſollici
tat? Securius ē pire nō poſſe, quā iuxta piculū
nō pire. Inter laſciuas puellas & comatos iuue
nes puella graderis. Dabit tibi barbaculus q̃li
bet manū, & præſſis digitis, aut tētabit aut tē
tabit. Erit tibi inter viros & mr̃onas cōuiuiū.
Spectabis aliena oſcula. In alijs ſericas veſtes
deauratasq; numerabis. In ipſo quoq; cōui-
uio vt veſcaris carnib. quaſi in vita cogeris, vt
vinū bibas Dei laudabitur creatura, vt laueris

balneis, sordib. detrahet. Inter hęc aliqs assistētiū, vel cōiuātiū qm̄ nō alienas audebit vxores te q̄ custodē nō habes sæpius respectabit. Loquet nutib. & quicq̄d metuet dicere significabit affectib. Inter has & tātas illecebras voluptatū ēt ferreas mētes libido domat, que maiorē i virginib. patit famē, dū dulcius putat esse q̄ nescit. Vidim⁹ aliquē ossib. vix hęrētē illicitis arsisse amorib. & ante vita carui se q̄ peste. Quid facies puella sani corporis, delicata, pinguis, rubēs, æstuās, iter carnes & vina & ad balnea iuxta maritos, iuxta adolescētes q̄ etsi rogata non feceris, tamē deforme putas testimonium, si rogeris ibi libidinosa mēs ardētius honesta pseq̄t, & q̄ nō licet dulcius suspicat. Difficile iter æpulas seruat pudicitia. Nitēs cutis sordidū ostēdit animū, vestis ēt ipsa tacētis ai indiciū ē. Si fugā nō habebat, si p terrā vt altior videris trahat. Si de industria dissuta sit tunica vt ad intus appareat. De ieiunio modestia & eleemosyna a virgine seruandis. Hiero. in epistola ad Demetriadē virginē. Ieiuniorū tibi sunt arma sumēda & canenda cū Dauid. Humiliabā in ieiunio animam meā. Eua p cibū eiecta est de paradiso. Helias 40. dierum exercitatus ieiunio igneo curru rapitur ad cęlū. Moyses ieiunās 40. diebus & 40. noctibus Dei familiaritate pascit. Aduersus iuuenes & puellas diabolus ardoris ætate abutitur, & inflāmat rotā natiuitatis. Hæc sunt ignita diaboli iacula q̄ vulnerant & inflāmant & a rege Babilonis. i. diabolo trib. pueris pręparatur. Sed qūo ibi quartus apparēs hīs quasi spēm filii hominis immēsos mitigauit ardores. Sic & in animo virginali & cælesti rore, & ieiuniorū frigore calor puellaris extinguitur, & humano corpori angelorū impetratur conuersatio. Quamobrē & vas electionis de virginibus dicit se nō habere pceptū, qa extra naturā, immo vltra naturā est virginitatis decepere poma & in corpore viuere sine corpore. Neq; vero tibi īmoderata imperamus ieiunia, enormēciborū abstinētiā quib. cito corpora delicata frangūtur & antea ægrotare icipiūt quā sanctæ cōuersationis iacere fundamēta. Philosophorū sententia est moderatas esse virtutes, & excedentes modū atq; mensuram inter vitia reputari. De modestia ait idē Hiero. Imitare sponsū suū. s. Christū q̄ fuit parētib. subiect⁹, esto auiæ matriq; subiecta. Nullū virorū & maxime iuuenū nisi cū illis videas nullū scias quē ille nesciāt. Eunuchorū tibi & puellarū mores magis eligātur q̄ vultuū elegātia. Scurrilitas & lasciuia te p̄sente nō habeāt locū. Nūq̄ verbū inhonestū audias quin irascaris. Rideri & ridere secularib. relinq;. Grauitas psonā suā decet. Affectus & pturbationes quādiu i huius corporis tabernaculo habitam⁹ moderari & regere possum⁹ amputare nō possum⁹. De elee mosyna ait. Da pauperib. nō diuitibus, nō p̄ pinq;s, nō ad luxuriā, sed ad necessitatē. Siue ille sacerdos sit, siue cognatus, siue affinis, nihil i illo aliud q̄ paupertatē cōsideres. Laudēt te esuriētiū viscera nō ructuātiū opulēta cōuiuia. Alii ędificēt ecclesias colūnarū deaurēt capita, Altaria ebore & auro distinguāt, nō rephēdo, vnusq̄sq; in sensu suo abundet. Meliusq̄; ē hoc facere q̄ repositis opib. incurbare. Sed tibi aliud ꝓpositū est Christū vestiri in pauperib., pascere in esu riētib., visitare in lāguētibus, susc̄ipere in his q̄ tecto indigēt & maximē i domestico fidei. Virginū alere monasteria. Seruorū Dei & pauperū spiritu habere curā q̄ dieb. ac noctib. seruiūt Deo tuo q̄ in terra positi imitāt Angelorū cōuersationē & nihil aliud loquūt nisi q̄ ad Dei laudē ptinet. De frequētia oratiōis & meditatiōe passionis Christi & sāctorū & gloria supna q̄ debet virgo, seruare, idē Hie. Quāuis Aplūs sp nos orare iubeat & sāctis ēt ipse somn⁹ oratio sit, tñ diuersas orādi debem⁹ hr̄ horas, tertiā & sextā. s. & nonā. Cibi nō sūmāt nisi orōne p̄missa, nec a mēsa surgēdū nisi gra referat creatori. Egrediēres de hospitio armet oratio, regrediētib. occurrat oratio priusq̄ sessio. Ad oēm incessū man⁹ pingat crucē, ipsā cōsiderans noli i alterius ruina gloriari sed in tuo opere. Ne dicas illa & illa suis reb. fruit, honorat ab hoibus fratres ad illā veniūt & sorores. Primū dubiū an tale virgo sit, nā hō videt in facie, De⁹ in corde, deinde si virgo ē an spiritu virgo sit nescio, Aplūs. n. virginē diffinit vt sit sācta corpore & spiritu. Proponetibi b. Mariam ad q̄ cū Angel⁹ Gabriel in viri specie descēdisset pterrita sedere nō potuit. Nūq̄. n. fuerat a viro salutata. Hæc q̄ diximus dura videtur ei q̄ nō amat Christū, amem⁹ & nos Christū sp, & eius q̄ramus amplexus, & facilē videbit omne difficile. Filius Dei p salute nr̄a hoīs factus est filius. Nouē mēsib. in vtero vt nascat expectat, fastidia sustinet, armētatus egredit, pānis inuoluit, & ille pugillo mūdū in eludēs breui p̄sepio collocat, deridet, verbera tur, crucifigit. Quid retribuā ergo dño ꝓ oi, quę ca. sa. ac. & no. do inuo. Idē. Hęc sola est signa retributio cū sanguis sanguine pēsat. Aplūs in laborib. plurimis gloriat, i carceribus abūdātius i plagis sup. modū, in mortib. frequēter, i fame & siti & cæt. Nos ât si cib. insulsior

Virtutē in medio critate cōsistere.

1. Thessalo. 5.

1. Cor. 7 Lucæ. 1.

2. Cor. 11.

Mat. 11.

Luc. 16.

ſulſior fuerit cõtriſtamur, calix frãgit, mẽſa ſubuertit, verbera ſonãt. Regnũ cęlorũ vim patit, niſi vim feceris cœlorũ regna nõ capies, niſi pulſaueris ĩportune panẽ nõ accipies ſacramẽti. Egredere q̃ſo pauliſp de carcere & pñtis laboris mercedẽ añ. oculos pingẽ q̃ oculus nõ vidit. Qualis erit illa dies cũ tibi mater dñi choris occurret cõnotata virgineis, cũ poſt mare rubrũ Pharaone ſubmerſo cũ exercitu ſuo tenẽs tympanũ cæteris inq̃et reſpõſuris. Cãtemus dño gloriosè. Tũc Tecla ĩ tuos læta volabit ãplexus. Tũc & ipſæ ſpõſus occurret & dicet. Surge ꝓpe. ami. mea co. mea. &c. Tũc angeli mirabunt & dicẽt. Quę ẽ iſta q̃ ꝓgredit, videbũt te filiæ & ꝑdicabũt reginę & laudabũt. Sarra cũ nuptiis obuiã veniet. Anna cũ viduis, pueri quorũ clamabũt. Oſanna in excel. Quotiẽs te vana ſeculi delectat ambitio, quotiẽs ibi aliq̃d videris gloriosũ, ſic ad paradiſum mente conſcende. Hęc Hierony.

¶ De cautela virgini habẽda cõtra pericula & ſolitudine tenẽda. Hie. ad Euſtoch. Ob teſtor corã Deo & Angelis eĩ⁹ ne vaſa tẽpli facile in publicis ꝓferras, nẽ ſacrariũ dei q̃ſq̃ ꝓphanẽ⁹ inſpiciat⁹. Oza arcã q̃ nõ licebat cõtinẽs mortẽ ſubita ꝓſtratus eſt. Neq; n. aureũ vas & argẽteũ tã Deo carũ fuit q̃ tẽplũ corporis virginalis. Præceſſit vmbra, nũc veritas eſt. Sponſa Chriſti arca ẽ teſtamẽti intrinſecus & extrinſecus deaurata legi dñi. ſup hac p⁹opitiatorũ quaſi ſup cherubin ſedere vult dñs. Mittit diſcipulos ſuos vt in pullo aſinæ ſedeat. Curiste ſecularib. ſolue, vt paleas & latera Aegypti derelinquẽs Moyſẽ ſequaris in heremo, & terrã ꝓmiſſionis introes, & nemo ſit q̃ ꝓhibeat nõ mĩ, nõ ſoror, nõ germanⁿ nõ cognata dñs te neceſſariã habet. Qđ ſi voluerit ĩpedire timeãt flagella Pharaonis. Ieſus ingreſſus templũ oĩa q̃ tẽpli nõ erãt ꝓiecit, Deⁿ. n. zelotes eſt. Ego vbi i pectore virginali ſeculariũ negociorũ cura ęſtuat ſtatim velũ tẽpli ſcindit, ſpõſus cõſurgit iratus & dicit. Relinquet vobis domus veſtra deſerta. Sẽp te ſecreta cubiculi tui cuſtodiũt, ſp tecũ ſpõſus laudat intrinſecus. Orans loquaris ad ſpõſũ, legẽti tibi ille loquatur. Ortus cõcluſus ſoror mea, fons ſignat⁹. Caue ne domũ exeas & velis videri filiasreligiõis alienę, q̃uis fratres hẽas Patriarchas & parẽte Iſrael lęteris. ¶ Nolo te ſponſũ q̃rere ꝑ plateas, nolo te circuire vicos ciuitatis, ſpõſus ĩ plateis nõ põt ĩueniri. Vulnerabẽris, expoliaberis, & gemebũda narrabis. Inuenerũt me vigiles &c. Zelotipus ẽ ſpõſus, nõ vult videri faciẽ tuã. Foris. vagãt virgines ſtultę, tu ĩtrinſecⁿ eſto cũ ſpõſo tuo, q̃ ſi tibi oſtiũ clauſeris & ĩ occulto oraueris veniet & pulſabit & dicet tibi. Ecce ego ſto ad oſtiũ &c. Daniel ĩ cęnaculo ſuo ĩ alto manet, nec. n. ĩ humili manẽr poterat. Feneſtras apertas ſad Hieruſalẽ habuit, & tu habeto feneſtras apertas ſed vñ lumẽ ĩtroeat, vñ videas ciuitatẽ Dei. Ne aperias illas de qb. dr. Mors ĩtrauit ꝑ feneſtras. i. ſẽſus exteriores. Et Paulo ſup. idẽ ait. Tu ſimplex loquaris & ignotos quoſq; blãda nõ deſpicias. Sed aĩr ĩpudici vidẽt oculi, non norũt aĩę pulchritudinẽ cõſiderare, ſed corporũ. Nec declinet auris tua ĩ verba mala. Sępe. n. ĩdicẽs aliq̃d loquẽs tẽtat mẽtis arbitriũ. Si libẽter audias virgo ꝙ dr, ſi ad ridicula q̃q; ſoluaris, q cq̃d dixeris laudãt, q cq̃d negaris negãt, caſtã vocãt & sãctã. Ecce ver Chri ãcilla. Nõ vt illa horrida turpis & ruſticana terribilis, q̃ & oĩno forſã maritũ nõ habuit, qa ineniẽ nõ potuit. Naturali ducimur malo & adulatorib. nr̃is facile fauem⁹. Et quãq̃ nos reſpõdeam⁹ ĩdignos, & calidus rubor ora pfundat, tñ ad laudẽ ſuã anima lętat ĩtrinſec⁹. Prę cipue cõuerſationẽ virorũ cũ mulieribus, & ecõtrario periculosã oſtẽdit diſ. Sãſon Leone fortior, ſaxo durior, q vn⁹ & nudus mille eſt ꝑſecut⁹ armatos, ĩ Dalide molleſcit amplexibus. Dauid ſecũdũ cor dñi electⁿ, & q̃ vẽturũ Chriſtũ sãcto ore ſępe cãtauerat, Berſabeę captus nuditate adulterio iũxit homicidiũ. Salomõ ꝓ quẽ cecinit ipſa ſapĩa receſſit a dño q̃ amator fuit mulierũ. Et ne aliquis ſibi de ſanguinis ꝓpinquitate confideret in illicitum Thamar ſororis amore frater exarſit incẽdiũ.

¶ De cuſtodia habenda a virgine circa sẽſus exteriores. Baſi. li. de vera ĩtegritate virginis ſic ait. Quã diuinũ ꝑfecto qdẽ ac pcipuũ immaculatę aĩæ inſigne virginitatẽ eẽ conſtat. Maſculorũq; ac fęminarũ corporũ eſt adinuicẽ habitⁿ virgo, q̃ nullã fęmineæ voluptatis, labẽ ex corpore parit, & oĩa carnis vitia omnẽq; ꝑturbationẽ aĩ ꝓſus a ſe eliminat, puriſſimã ſe deo ſiſtẽr, quẽ amar ꝑfitẽr, tota cũ ĩtẽtiõe conat. Voluptas cũ vna generalis ſit, veluti fõs q̃dã a carne ꝓfluit, atq; ĩq̃nos sẽſus velut in quinq; riuos diſtributa ꝓ hos ad ſenſibilia ab ĩtimis fluit. Horũ q̃libet ꝑ ꝓpriã feneſtrã fluentũ ſuũ ſenſibile ꝙ oſtẽderit vehemẽter ĩmitẽs, quicquid ꝓpinquũ fuerit vi ſua ad ſe pertrahit, carnaliq; repletus limo ad terrẽtis iſtar ecõtra rurſus ab exteriorib. ꝑ eaſdẽ feneſtras ĩ carnis æſtus celerius reſſues, animam pert urbationibus & fluctibus quatit ac in profundã demergit. Quo circa ſancta virgo ſenſuum feneſtris cuſtodem admoneat rationem, eorumq; ad exteriora progreſſum nequa-

Exo. 15. Cant. 2.

2. Reg. 6. 1. Paral. 13.

Mat. 21.

Iohã. 2.

Exo. 34.

Mat. 23.

Can. 4.

Can. 5.

Apoc. 3.

Hie.

Iudi. 16.

2. reg. 11.

2. reg. 2.

nequaquã eius transitur libero passim pmittat. Nõ igitur oculorũ acies ad oía passim inspiciẽda visibilia pandenda est, ne oẽm quoq; figurarũ atq; formarũ speciem sine discretionis examine hauriẽs, ad earũ postea turbetur imagines. Verũ a pris ad ea q̃ vitæ vsu necessaria inspiciẽda sunt corporeis oculis aíæ oíno claudent obtutũ, eosq; ad veri intuitũ luminis, & eius q̃ ex illo insinuatur pulchritudinis, cõsiderationẽ ẽt eatenus clausos peruigili aperiet studio. Nec auditũ qdẽ temere & indiscusse verbis oĩb. accõmodabit. Cæterũ ad ea q̃ mala sunt & noxia ipsum veluti ad pestem quandã putridi ac pnicios aĩs obturabit. His vero quæ sunt optima emanãtq; virtutis purissimos latices tota intentione subijciet. Gustũ q dẽ semp ad suauia & dulcia inhiantem rõne frenabit, & adea q̃ sunt necessario sumẽ da moderabit. Tãtũ vero & sensuũ oíum pniciosissime & sequissime blãdũ, sẽsuq; reliquos vi sua ad voluptatis illecebras pelliciẽtẽ immaculatũ & pturbationib. minime paruium, semp q̃ maxima poterit cura seruabit. Hic. n. cũ toto sit diffusus corpore poẽm illius superficiẽ nõ eã solũ quæ apparet extrinsecus, verũ & quæ altius recõdita est ad vitiosos cõtactus aduersus animã sęue dñatur. Porrò manib. ad vsus noxios p̃cipue nitẽs, his veluti qbusdã si bi circunseptis armis seruentius p eiusdẽ instrumẽtorũ cõsensum oẽs q̃ inciderint caput ne aspectũ qdẽ blãda seductione sua immunẽ abire patiet. Sed cũ ad horrẽdũ tetrasq; figuras, turbat atq; cõfundit, ad lenes aũt & q̃ venustiori facie adiecta coloris gr̃a ad fallendũ formatæ sunt, pfundit atq; delinit, potentiã suam satis insinuat, & sic de alijs sensibus.

Diligenter contra gustum pugnet, virgo.

Ante oía aduersus gustũ virgo tota intentione pugnabit, fonteſq; voluptatum, ventris, & impudicitię fomitũ inde manãtiũ a principio castitatis studio & ardore siccabit, ne dũ virginitatẽ seruare pponit, gustui se immoderate pstituens, castitatẽ suã alia fruẽdæ voluptati deuicta sensum dũ nescit amittat, virginẽ enim esse, & virginis gustũ conuenit, nulliq; gulã suauiter oblectãti illecebre puiũ. Integrã se & in hac parte atq; inuiolabilẽ sctã virgo caute seruabit, corpusque vt seruire queat aíæ, in his q̃ sunt necessaria victui moderabit prudẽter ac reget. Nec tñ expedit ita corpus atterere vt inualidũ inutilesq; reddat. Nec solũ escarũ quãtitas vbiq; ple metienda est, sed & qualitas sapiẽter discernẽda. Nõ solũ enim legumina seminũq, nõnulla, verumetiã holera pleraq; sunt quæ monacho quietũ vitæ gubernaculũ tenere cupienti (vt se hẽt cõis opinio) p noxiis vitãda sunt q̃ppe q̃ carnis recessus intimos pingũt, & pruritus titillationesq; excitãtia nõ minus corpora nr̃a pturbãt, ac secrete visua inq etãt quæ cõsensu oíum fugiẽda sunt. Quo circa nec saltib. passim atq; indifferẽter vtemur, sicut fieri apud plerosq; cõperimus q̃ p immoderatã cõtinentiã pulmẽta oía repudiãtes, hos sales cũ pane vice cõdimẽtorũ oíum sumunt. Nõ intelligunt hi q̃ sales cũ sint natura fęcũdi ac p acrimoniæ vim pruriginẽ corpori excitẽt plus cęteris ad libidinẽ coitũq; puocare, & sic de aliis cibis incitãtib. ad lasciuiã. Virgo igit̃ sit virginis & auditus, & visus, gustus, & tactus, & odoratus, motusque oís. Et q̃a blãdimẽtũ cupidineæ voluptatis est fęmina, & masculi lasciuioribus oculis ad se inspiciẽdũ illecebrã naturaliter suggerat ac liq diori voce ad oblectamẽtũ auris organi instar effecta est mẽbrorũq; insinuata mollitie, ac toto prsus corporis habitu & motu ad seductionẽ formata voluptatis. Nõ modo. n. loquẽs mulier & intuẽs, verũ sedens quoq; & incedens ob insitam sibi naturaliter aduersus masculũ vim, hunc ad se eminus trahit vt Magnes lapis ferrũ. Et idcirco summo pe cõtẽdat virgo ne esse est, ne vllis voluptatib. laqueis irretiat. Imiteturq; vocẽ obtutũq; virilẽ incessuq; & oĩ prsus habitu, ac motu corporis voluptatis illecebrẽ vitet. Nec se patiat sctã virgo subiici carnalib. curis, nec in suã aliorũq; pniciẽ carnalia ornamẽta cõquirat, sed ad firmã se cõstãtẽ atq; virtutis speciẽ pudicis gestibus viriliq; robore subrigat. Et ita in se fęminea voluptatẽ pimet. Itẽ reuereat oĩs mulier sed virgo in primis Angelos ẽt cũ domi sola nullis viris arbitris sedet, & cũ corpus necessario curãdũ erit, & capitis vitas & sigillatim cętera cõstrigẽs, id opus celeriter exigat, & quã tũ fieri põt cõtegat mẽbra nõ solũ suos angelorũq; oculos verẽs, verũ se & in suę exercitationis domicilio ad verecũdiã studiosẽ semp exercẽs. Qd si neq; cũ sola est nudari sine rõne pmittit, quãto minus fratrib. in Chro pũtib. Et pudore igit̃ & tunica seipsã pudice ac verecunde cõponet, nec solũ nihil mẽbrorũ q̃ opta sunt nudari vlla rõne pmittet, verũ sũma & secura obseruatiõe circumteget, vt nõ solum ipsa illæsa atq; illibata pmaneat, sed & q̃ intuẽtur nullã ex eius aspectu læsionis materiã capiãt. Videtes. n. filii Dei filias hoíum q̃ essent pulchræ deuoluti sunt ad eas. Gene. 6. Sufficit q̃ppe vel modice nudata pulchritudo Dei quẽ filios ad voluptatẽ emollire. Hęc Basilius. Basil. Qd satis faciẽdo cuicunque sensui applicãdo ipsum & delectando sensibili obiecto suo,

vt

vt in vidēdo pulchra, q̄ appetit oculus, tactus in tāgēdo sibi grata, nō p hoc extinguit cōcupiscētiæ talis sensus sed auget. Ad qđ declarā dū inducit fictionē poeticā, s. de Hydra serpēte sequo in limo morāte, q̄ cū plura capita hēret, vno succiso tria oriebātur, sed igne succēsa occisa est. Hāc dicit signare voluptatē i carnis limosa materialique natura, capita plura, sensus plures qb. pficit & q̄rit voluptas, i. delectatio sensualis. Abscindit caput cū satisfit cō cupiscētiæ alicuius sensus ipsum plene delectādo. Sed ex hoc nō moritur & deficit cōcupiscētia, sed plura capita oriūtur i. magis accēditur voluptas quāto magis eā qs sequtur. Tūc aūt ex toto occidit seu extinguit, qñ igne cōtinētiæ coharctat, dū qs abstinet ab illicito vsu cuiuscūque sensus. Ba. Magna ergo custodia sensuū seruāda est. Dicat ergo pfecta virgo illud Abacuch. 2. Sup custodiā meā stabo. Et illud psal. 38. Dixi custodiā vias meas. Mors. n. introiuit p feneſtras nras, s. sensuū exteriorū, ingressa est p portas nras, s. interiorū sensuū, s. imaginatione memoratiua & hmōi. Mors s. pctī figura extat in Isboseth filio Saul, qui cū posuisset ad custodiēdā portā domus mulierē, qa dormitioni se dedit & nō custodit principes latronū Recha & Benaa latēter domū ingressi pcusserūt i inguine dormiētē seu iacētē Isboseth & occidētes ablatis spicis frumētorū abierūt. 2. Reg. 4. Ad signādū q̄ cū cōsideratio seu circūspectio quā qlibet adhibere dēt ad custodiēdā portā sensuū domus aīæ dormitat & nō vigilat ad custodiēdū, ne fur vel inimicus ingrediat, dęmones latēter in animā intrāt & iacētē appetitū rōnalē in terrenis p desideria carnalia occidūt ablatis spicis virtutū de aīa. Et iō dixit Chrs. Vigilate ne intretis in tētationē. Lu. 22. c. Custodiā quoque dēt virgo hēre interiorū sensuū, sm illud puer. 4. Oī custodia serua cor tuū qm̄ ex ipso vita procedit. Vñ Basi. in supradicto lib. Nulla ex parte virginē męchari cōuenit, nō lingua, nō aure, nō oculo, nō tactu, nō vllo denique sensu, multo minus aīo, sed aīam ipsā vt spōsam nitidā ac puriſſimā spōsi amplexib. iūgere. Diligenter. n. oīa ille spōsus rimat & discutit, ēt q̄ intimis aī receſſib. latēt. Ante oia igitur oportet virginē cogitationes suas puras inuiolatasque seruare. Aīa quippe pdurante incorrupta corpus quoque impolutū immaculatūque seruatur. Porro cū sæpiſſimis cogitationib. cōtaminet aīa quātūlibet corpus pmanere incorruptū videat, nō tñ mūda cēſet eius integritas, cū sordib. cogitationū inquinata vitietur. Neque. n. est aliud imaginaria ptrāſiēsque cogitatio in aīa, quā pictura cogitationis coloribus & imaginib. figurisque suis, quas i ea mēs pinxerit scripta & cū aīa cogitationes p corpus exequat, alias i opis pducit effectū. Quas vero necdū o pæ impleuerit in se sculptas reseruat, easque & si non actu corporeo, intra se tñ nutu volūtatis exequit. Sicut. n. corpis officiū ē corpaliter aliqd exeq, ita opus aīæ ē cogitationibus, vt vult placitas sibi & generatas imagines fingere. Verū quia sicut is qui notas didicit si illas scribere omittat sensim aīo labūtur, ita vt pceſſu tpis nullius iā notādi figurā aut locū aut nomen reuocare in aīum q̄at. Ita & qui iniqua cogitauerit, si eiusmodi neglectis cogitationib. ad vtiliores animū aliās trāsferat seque ad eas exercet pcedēte tēpore priores illas a memoria eliminās ex aīæ tabula ppetua obliuione debebit quippe memoria nihil est aliud q̄ figura expſſa cogitationū in aīa veluti pictoris arte collocata. Et vt noxias turpesque cogitationes vitet, illud implēdo. Esa. 1. c. Auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis, vt saltē in eis morā nō trahat, etsi mēti suggerātur, dēt considerare pūtia sponsi sui & Angeli & sanctorū. Vñ Basi. ibidē. Virgo seipsam primū cōsciētiāque suā reuerebit, & si valde sit sola, deinde astātē sibi custodem Angelū, Angeli enim eorū in cęlis sem p vidēt faciē pris &c. (ait Saluator Mat. 18.) Nec enim cōuenit vt Angeli cui credita est cura faciem aspnat hō. Atque in primis virgo q̄ hūc ipsū castitatis suę veluti paranymphū custodēque hēt. Præcūctis aūt ipsū spōsum suū reuerebit sibi vbique assistētē ipsiusque patrē & spiritū sctm̄. Quid p singula pgā? ipsas Angelorū infinitas multitudines & vna sctōrū patrū beatissimos spūs, qui etsi oculis carnis minime cōspicui sunt, incorporeis tñ obtutib. ad cognitionē cōplectūtur oīa & cōprehēdunt. Ex hac rōne si latere virgo plures q̄rit, lōge hos magis qui tot ac tales sunt q̄ hoies merito reuereri debebit. Et quia multitudines pauescit obtutū hos vitare phas nō est qui sunt infinita multitudo. Virgo (ait Aplṡ. 1. Cor. 2.) q̄ innupta est cogitat, i. cogitere dēt q̄ dñi sunt, qūo placeat Deo. Cogitat vt sācta & pura corpore & spū. Curas. n. seculares & rerū corruptibiliū cogitationes cōiugatis linquēs, sibi immortaliū & incorruptibiliū qui spōsi sui familiares atque ppinquę sunt seruauit curas. Quid est aūt virginē placere Deo nisi naturalē speciē suā virtutib. exercitij spūalis corruscās sempōndere vt & eā iugiter integrā intemeratāque seruare velle. Placere Deo nihil aliud est quā laudabilē se ipsā ac beatā & ei similē p virib. facere.

Memoria qd.

facere. Cæterum si sollicita est quo placeat virgo dño, scire profecto debet quia ipsæ sponsus in nullo licèt obnoxius quo ipsæ sponsæ suæ placeat, curat, s. prouidendo copiose de oibus. Nam si sponsa mortalis viri sperat se gubernari & prouideri ab eo, quanto magis quæ Deo gubernationem sui tota fide cõmisit, & cum illo semper viuere eligit copiosissima suæ circa illum curæ præmia ipso sibi per oia perspiciente suscipiet. Habet.n. fidei pignus ex ipsius præcedente prouidentia. Si.n. cum necdum sibi placere quæreret, tantam erga illam ostendit charitatem, vt se pro ea prompte ac libenter offerret. s. in cruce vt eam suo sanguine sanctificaret, multo magis placere sibi cupiẽtis curam habiturus est, & cum his quæ sibi ad veram & æternam vitam conferunt, mortalis quoq; vitæ stipendium illi prouisurus. Non autem vltra vrgentem necessitatem indulgebit delitijs dñi sponsa nec superflua minusq; necessaria requiret. Neq; enim illi dare conuenit quæ sponsæ charitatẽ intercipiant ad voluptates corporis se conuertentis, vel sibi ea accipere, expedit quæ ab amore intimo auocent. Neq; enim vnquam per necessariorum indigentiam, etiam si experiendæ dilectionis causa eius conteri sinatur media pusillanimis effecta murmurabit. Sed oĩa credens, oĩa sperans, oĩa sustinens, ei quem diligit tota animi intentione coniuncta & verissima charitate affixa, etiam dum in exteriori homine agit, emortuo iam & quodammodo sensuum officio priuato, iugiter absq; distractione vlla ipsius pascet immortali alimonia pulchritudineq; satiabit. Fit sæpe vt qui immortalem ardet & incorruptibilem speciem non modo pecunias oẽmq; substantiam amoris gratia large profundat, sed cibum etiam & somnium & vestem & habitum, & oẽm çstimationem corporis deniq; & corporis vitam dum solo potiatur amore contemnat. Parietes item & domos & oẽs medios obices audacter ascendat contra ipsos deniq; constrictos gladios feratur insaniens. Ita ferme & qui Deum diligit veraciter ac ei sollicite placere quærit, non solum pecunias & opes, vt mandatis illius obtemperet & eo quẽ amat affatim fruatur, negligere & aspernari debet, verum & cibum necessarium & somnum & exteriorem habitum seculiq; fçdam profectò & inanissimam gloriam, corpus ipsum deniq; corporisq; vitam vt çlesti amore saginetur, tota intẽtione contemnere. Parentes præterea carnalis propinquitatis & parentum domos oẽmq; medium mundum transilire & ad martyrij gladios si se præstet occasio perniciter currere, ac vt amore æterno frui possit ignobiliorem habitum sumere plurimaq; mundi improperia cum voluptate tolerare iustissime optabit, vt diuina (si ita dici liceat) insania sapienter insaniens eo qui vere & summe amabilis est, per affectus sui desiderio fruatur, huiusmodi profecto amatorem ad se de terrenis perturbationibus euocans. Hic ipsæ qui tam suauiter salubriterq; diligitur ait ad Abraham. Exi de terra tua & de cognatione tua & de domo patris tui &c. Gene. 12. cap.

¶Et nota subtilem diaboli deceptionẽ ad capiendum virginem vel aliàs personas spirituales in quod frequenter ruitur. Plerunq; (ait Basilius vbi supra) minus cauti dũ libenter musicum audiunt sensum, eo adducuntur vt non iam musicum: sed visibile instrumentum diligat per quod perita musici modulatione fruuntur, atq; ideo necessaria summa exactissimaq; diligentia obseruandus est virgini auditus & visus, ne clam forte & ipsi subrepatur, vt pro loquente aĩa instrumentum per quod illa loquitur diligat. Est enim vehementer astrictus is qui affectum boni in nobis summo studio maligne deprauare conatur. Ita deniq; & a quibusdam cum verba de virtute fidei audirent, atq; hmõi loquente animæ afficerentur ex auditu iugi & aspectu clam surreptum est vt aĩo imprimeret lineamenta corpora, & voce auditum lasciuiæ mulcerent, nec iam animam quam prius diligendo ex ore hominis pendebant, sed corpus ipsum bonorum aĩæ ministrũ peruerse nimis atq; improbe amarent. Et ita qui charitatis plenitudinem sequuntur, eos falso dilectionis noĩe, vel ad voluptates corporis vitamq; cunctis execrabilẽ diabolus deiicit. Hæc ille. Hæc quotidie multos illaqueant nã sub specie spiritualis amoris in sensualem vertentes & de eo in carnalem vsq; ad opera peruenerunt illicita. Et ideo multa affectio mulierum ad viros, & econuerso ẽt spiritualium & multo magis frequẽs locutio vel aspectus, & permaxime domestica conuersatio vt diaboli viscus vitanda sunt, tum propter periculum, quia sm Hieron. fçmina conscientiam secum inhabitantis semper exurit. dist. 34. cap. 1. ad ignem concupiscentiæ accendit, & trahitur sicut stupa, si ignem odorata fuerit protinus inflammata succẽditur, nec opus est alio adminiculo. Tum pp scandalum malæ. s. suspitionis & infamiæ quæ inde oritur, etsi nullũ perpetretur, tum propter exemplum, ne infirmi

§. 8. Basilius de vitanda Astutia diaboli.

firmi mente exemplo perfectorum hoc facientium similia agentes in ruinam incidant diaboli! O quot & quātæ ruinæ quotidie audiuntur eorum qui tenent statum spirituale propter inordinatam affectionem & incautam conuersationem & indiscretam visitationem. Idem Basilius vbi supra. Vera virgo ab omni quidem contractu masculi mundam iugi se obseruatione custodiet. Sed & cum fœminis dormiens semper secum commorabitur fixumq; animum habebit in cœlo, & illum à corpore totum penitus remouens, ipsa quoq; cum Apostolo dicet: Scio meipsam siue in corpore nescio siue extra corpus nescio, Deus scit, quia rapta sum in paradisum & audiui arcana verba. Vigilantissimum enim eius in se amorem superne de cœlis intuens sponsus quasi lampade accensa ipsam merito rapiet vsq; ad tertium cœlum & in paradisum Dei, & ea sibi loquetur verba quæ in corpore viuentibus dicuntur esse ineffabilia, sed illi plane quæ ad id profecit effabilia immiscendo fiet. Hæc ille. A superbia summopere oportet virginem cauere, vt non propter virginitatem se alijs etiam coniugatis præferat, quia quāuis status virginalis melior sit quam coniugalis, tamen & in statu viduali vel coniugali, potest quis perfectior esse virgine & maioris meriti, scilicet quia maioris meriti charitate existit. Nec etiam ipsam conseruationem virginitatis suis meritis ascribat, sed gratiæ Dei. Decet (inquit Amb.) vt quanto castior virgo, tanto humilior. Nam & ad humiliandum superbiam talium permittit dominus hmõi tentationibus turpibus vexari, vel ad conseruandum eas vel eos in humilitate, vt dicitur a quibusdam de Paulo Apostolo. Et aliquando etiam permittit ruere in consensum, vel vsq; ad opus exterius, vt patet in vitis patrum in multis exemplis. Et propter hoc etiam aliquando permittit virgines ab alijs violari ad eas humiliandum, vt dicit Aug. in 1. de ci. Dei. quæ tamen si animo sunt renitentes non perdunt aureolam virginitatis, quāuis inter virgines non debeant consecrari (vt dictum est, supra.) Scilicet nec de virginitate & continentia sensuum glorientur, sed de Dei gloria quæ est oleum in lampade. Valet ad arripiendum talem statum & conuersandum fm Basilium consideratio miseriarum nuptarum. Nam non solum sui: sed & viri sollicitudinē habet, vbi vero filios parturire cęperit vltra tedia conceptus in vtero, & dolores partus per vnumquemq; filiorum, animo scinditur, & parentibus tristibus nasci turi cura semper adijcitur. At si bonũ virum blandumq; nacta fuerit, perpetuo ne moriatur metu viduitatis incommoda cruciatusq; iam sustinet, diram quandam & immitē curam & præsente illo & absente propter insperatos casus animo indesinenter excipiens. Si vero duro & immiti nupta fuerit, tota quoq; vita illius cruciatus est, & cum pudicitiæ ratione queat neutrum eligere, i. nec viri mortem propter viduitatis angustias, nec vitā ob molestiam incommodumq; conuictus, ancipiti atq; ineuitabili malo acerrimisq; doloribus quoque semper atteritur. Inde vbi filios edidit aut ad bonam illi frugem euaserunt, & maiores ex illorum absentia dolores iugiter tollerat quam parturiens tulerat, aut malos euasisse considerat, & magis ex ea procreatione liberorum quam si permansisset sterilis sustinet opprobrium. Sæpe anteq; prædicta experiatur incommoda, vna & sponsa & vidua efficitur, ac sine liberis in viduitatē dilapsa, nec vxor iã nec virgo nec mater est. Sic omnibus quæ putantur læta cõiugia missis simul breuissimo voluptatis sensu irrecuperabilem virginitatis perdidit florem, coniugijq; tantum experta est quantum illi satis est ad diuoscēda viduitatis incommoda. Quod si relicta vidua enutriat filios eius, quē ex viri morte perceperat meroris, iuge illos monumentum cernit. Et semper in lachrymis, semper in gemitu, semper in sollicitudine educandorum degens nullũ præteriti mali solatium inuenit. Primum & propinquis & famulis & filiorum curatoribus ipsisque postremo etiam filijs, vbi virilitatis annos attingerent, cunctisq; omnino se vexare volentibus ad prædam miserabiliter expositio doloris luctusq; tragediam viram suam omnium ingerit oculis. Et quid plura prosequi necesse est, dominum sibi cum dote infœlix mulier coemens virum, ancilla pro libera efficitur, breuissimęq; liberalitatis gratia naturali libertate se priuans ianuam sibi ineffabilium dolorum perpetuiq; meroris per huiusmodi connubium aperit. At vero prudens virgo iugum huiusmodi seruitutis abiiciens & tota intentione ad dominum currens, effugit quidem partus angustias. Effugit mortalis viri miserum iugum, simulq; incommoda omnia quę ex nuptijs prouenire monstrauimus. Effugit peccatorum omnigenũ inextricabiles nexus, & retia vitæ præsentis euasit. Effugit ante omnia carnalis commertij corruptelã & integra tota & illibata aī & corpore sancta ęterno regi se lęta despõdit. Hæc ita Basi-

eo. ca. 1. §. 10.

¶De

§. ix. ¶ De instructione virginis lapsæ, vt intelligens malū suū vehemēter doleat. Hieron. ad Susannā virginē sacrā sed lapsā. Bona cōmemorē quæ pdidisti, an mala defleam quę admisisti? Eras virgo in paradiso Dei vbiq; inter flores ecclesiæ. Eras sponsa Xpi, eras tēplū dei, eras habitaculū spiritus sancti. Et quotiēs dico eras totiēs opus est vt ingemiscas, quia nō es quod fuisti. Incedebas in ecclesia tanquā columba, de qua scriptū est. Pēne columbę de argentatæ &c. Splēdebas. n. vt argētū. Fulgebas vt aurū eras tanq̄ stella in manu dñi. Quę est
ps. 26. ista subita cōuersio, quæ est ista repētina mutatio? De virgine Dei facta es corruptio Sathanæ, de sponsa Xpi scortum execrabile, de tēplo Dei phanū immundiciæ, de habitaculo spiritus sancti tugurio diaboli, quæ incedebas cū fiducia vt colūba, nunc lates in tenebris vt Ve-
Treñ. 1. spertilio. Quæ fulgebas vt aurū propter virginitatis docerē, nunc vilior facta es luto platearum, quæ fueras radiās in manu domini, nūc velut de alto cęlo ruens extractū conuersa es in carbonem. Veh tibi misera & iterum veh. quæ tāta bona pariter pp parui tpis luxuriā pdidisti. Aperi oculos si potes erige frōtē si audes & aliquē sctorum intuere. Nonne faciē tuā cōscientia cōmisi tanquā plūbū inclinat? quid facies corā Maria & Tecla & Agnete & immaculato thoro puritatis. Quid iterū facies coram angelis sanctis? Nonne splēdore & claritate immaculatorū quasi fulminib. percussa cōbureris? Sed dictura es forsitan. Nō potui sustinere quia carnē fragilē circūferebā. Respōdebit tibi beata Tecla cū inumerabilib. sociis suis. Et nos eadē carne amictæ eramus. Nec tamē plenū castitatis nostræ propositum aut fragilitas carnis potuit immutare, aut seuitia paganorum per varia tormenta delicere. Reuera non pōt caro corrūpi nisi mēs fuerit ante corrupta. Remanebit ergo in crimine anima quę carnē pcedit in crimine. Pænitudo ergo necessaria est. Sed quāta putas & qualis necessaria est pnīa, quæ aut æquet crimen, aut certe excedat. In ptimis ois cura huius vite tibi intermittēda est, & quasi mortuā te exi
Lapse Virginis penitentia. stimans qūo possis reuiuiscere cogita. Deinde lugubris vestis tibi accipiēda, & mēs & membra singula digna castigatione puniēda. Amputentur crines defluant oculi lachrymis, pallescatur facies, totū corpus in cura & ieiunijs maceretur. Si non infidelitate grauaretur sensus humanus qnēuis & qualēuis cruciatum ad pręsens libenter sufferret dūmō illas pēnas ignis æterni nō incurreret. Hęc oia Hier. Et no q̄ di. Hiero. carnē nō posse corrūpi nisi aīa fuerit añ corrupta, intelligitur de corruptione vitiosa & cū pctō. Nā corrūpi pt virgo p violētiā sibi oīno illatā, & tñ nō corrumpitur aīa, quia. s. nō peccat si omnino renitatur. vt supr. eo. ca. 1. §. 9. & x.

¶ *De statu uiduarum & multis quæ pertinent ad eas. Cap. 3.*

VIduam eius benedicēs benedicā paupertates eius saturabo panib. ps. 131. loquit hic dñs p ꝓphetā de ecclesia quæ est mr̄ virgo, & vidua dr̄, sed diuersis respectib. Dr̄ enī mater rōne fecūditatis, qa quotidie generat filios Xpo p. grām baptismalē vel pnialē. Dicitur virgo rōne integritatis fidei & sctē cōuersationis, qa in nullo vitio corrupta. Dr̄ vidua rōne absentabilitatis sui spōsi, quia Xpo spōso suo mortuo in cruce demū & si resurrexit. tñ in cęlū ascēdit, & permanet pñtia corpalī. Est ergo vidua eius. s. dñi vel vidua Syon. i. respectu ecclesiæ triūphātis, quę a pte speculat & fruit pñtia Xpi. Interpretatur. n. Syon speculatio. Hæc vidua afflicta est multiplici afflictione & viduæ nō solū qa carēt pśentia spōsi s. ēt quia draco infernalis insidiatur filio eius, i. cuilibet fideli vt deuoret eū. Sed hāc bñdicēs in pñti p grām dñs bñdicit & in futurum p gloriā. Nam vt dicitur figuraliter Apoc. 12. Datę sunt mulieri illi. s. ecclesiæ duę alę quib. Demū volare possit ad desertū. i. cęlū. Vna est obseruatio denarii. s. decē ꝓceptorū. Secunda est exercitatio senarii. i. sex operū misericordiæ quoad viuētes. Dr̄. n. Math. 19. Si vis ad vitā ingredi serua māda ta. Et Mat. 25. dr̄ his q̄ opa misericordiæ fecerūt. Venite bñdicti. pame ꝓci. reg. Ex denario aūt multiplicato per senariū resultat sexagenarius. Fructus ât sexagenarius est qui colligitur ex statu viduali śm parabolā semis in bonā terram iactati. Math. 13. Pauperes quoq; filii eius spū pauperes saturantur & panib. sacrorum & spūalium cōsolationū. Sed & de qualibet vidua pōt hoc exponi. Viduā eius &c. Vbi primo sciēdū q̄ quāuis śm cōem vsum loquēdi mulier q̄ priuatur legitimo marito p mortē eius, vt di. 34. vidua dicat, tñ ꝑput distinguit contra statū cōiugalē & virginalē largius sumitur, vide licet, pro oī eo viro vel mulrere qui vēl quæ amisit virginitatē, siue p cōiugiū cōsumatū siue per quācumq; illicitā corruptelā, nec tñ in statu coniugii est. Et vt talis saluetur ꝑsona oportet.

¶ Quod a domino possideatur, ibi. Viduam eius.

¶ Et talis a Deo cōsolatur, ibi. Benedicens benedicam.

¶ Et in prole recreatur, ibi. Pauperes &c.

¶ Quantum ad primum cum dicit. Viduam §. 1.

eius,

viduæ sunt triplices.

eius, i. domini, vel Syo, notatur quòd talis posideatur a domino. ¶ Sciendũ q; est triplex genus viduarũ Quędam. n. sunt diaboli, quædã mundi, quędam domini. Personæ viduę diaboli sunt, quæ nec in cõiugio sunt, & tñ luxurijs, vacant de quib. ait Apostolus. i. Thimo. 5. Adolescentiores viduas deuita. Cũ. n. luxuriatæ fuerint, in Christo nubere volunt habentes damnationem, quia primã fidem irritam fecerunt. Simul autem & occiosę dicunt circũire domos, non solũ occiosę sed verbosę & curiosę loquentes quę non oportet Iamq; conuersæ sunt retro post Sathanam. Hæ solẽt frequẽtare ec clesias & psonas religiosas sub specie sanctitatis & multos illaqueant. & ideo cauendũ ab illarum familiaritate. ¶ Viduæ autẽ mundi sunt quæ quidem honeste viuunt, intẽdunt tñ nubere tempore suo, vel ẽt si nó intẽdunt nubere non faciunt propter deum, sed propter mundum vt vitent molestias coniugii, vel sint dominæ rerum suarum & huiusmodis. Hæ solent multum vacare tẽporalib. conseruandis & augendis & exercitiis spiritualibus parum insistunt sed temporalibus. Et etiam plures dotes suas tradunt ad vsuram diuersis modis, vel apud consanguineos, virorum cum certa mercede dimittentes, vel mercatorib. sub nomine depositi dantes &c. Et aliqñ pro dotib. suis accipiunt plus debito. His etsi caste viuant non debetur fructus sexagesimus, & delitijs aliqñ vacant. Sed vt dicit Apostolus. 1. Timo. 5. Vidua in delitijs viuens mortua est. Vidua vero domini est quæ per gratiam possidetur a domino, & propter dominum proposuit firmiter abstinere a coniugio & ab omni actu venereo deinceps, etsi in præteritum experta sit coniugio vel alio modo. Hanc describens Apostolus ibidem ait Quæ vere vidua est & desolata speret in domino & instet orationib. die & nocte. Et paulo post de viduis huiusmodi dicit. Precipe vt irreprehensibiles sint. Debent v iuere vt personæ regligiosæ ad exemplũ Annæ prophetissæ viduæ, quę non discedebat de templo Deo seruiens die ac nocte & perseuerando vsq; ad decrepitam ętatem, vno prius tantũ cõtẽta marito. Luc. 2. 81. di. c. vlt. dicitur. Viduæ quę stipendio ecclesiæ sustentãtur, tam assiduæ in Dei opere esse debent vt meritis & orationib. suis ecclesiam adiuuent. Et di. ea. dicitur. Ad reatum epi vel presbyteri pertinet qui parochiæ pręest si sustentandæ præsentis causa adolescentiores viduæ clericorum familiarib. subiiciantur. Talis vidua a Deo cõsolatur quia benedicitur hinc a Deo per gratiam, & a mundo per bonam famam, & tentationũ victoriam plenam. Exemplum in Iudith vidua de qua dicitur Iudit. 8. quæ secretum habitaculum sibi fecerat in domo sua, vbi morabatur cum puellis suis clausa, cum tamen esset diues, portabat cilicium continentiæ ieiunabat, timebat deum valde, nec erat qui de ea loqueretur malum ita caute viuebat. Hęc interfecit Holofernẽ designantem diabolum, & liberauit populũ suũ. Vnde benedicta fuit ab omnib. & mirabiliter laudata, vt patet Iudith penul. & demũ in gloria benedicta. Viduas adiuuari mãdat diuina auctoritas & canonica Vnde Gela. Papa. Licet omnib. de nobis sperantib. non debeamus inquãtum possumus denegare nos, plus tamen in viduarum causas impensius duximus exequendas quas tueri a nobis vel ab omnib. diuina manifestat assertio. distin. 87. cap. licet Et Esa. 1. dicitur. Querite iudicium subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam &c. Vnde & Christus consolatus est viduam flentem vnicum filium suũ defunctum cum resuscitauit. Lu. 7. Vere vidua si filios habet naturales paupres nó deseruntur a dño, sed eis mirabiliter prouidetur. Exẽplum de muliere vidua q̃ pauit Heliam quę cũ filio tpe famis in Sarepta fuit pastus a dño, quia ẽt resuscitatus ab eo. 3. Reg. 17. Et de vidua cuius Helisęus fecit miraculose multiplicare oleum, vt de eius pcio filios liberaret a creditori. 64. Reg. 4. Talis vero vidua debet filios educare si habet diligẽter in timore dñi vt illa venerabilis q̃ habuit septẽ filios, & eos hortabatur ad martyrium potius quã delinquerent legẽ Dei. vt habetur. 2. Machab. 7. Et regina Blancha quæ frequenter admonebat filiũ Ludouicum regẽ Francię sanctum &c. Si nõ habet filios naturales ei nõ desunt spirituales. s. sensus interiores qui resiciuntur spiritualiter a Deo, si pauperes ideò humiles sunt. De malis viduis & incõtinentibus habes. 27. quæstione prima. Viduas. capitulo de viduis. 1. ij. et. iij. &c.

viduæ sunt ad iuuandę

¶ Exortatio ad viduitatem seruandam. §. 2. Hiero ad Gerunthiam. Interdum tibi libido blanditur, vt propter quòd intemperantiam suam quædam faciunt videantur facere desiderio liberorum. Verum cum in semente terrę bonæ centenarius pro virginitatis corona primum gradum teneat sexagenarius pro labore viduarum in secundo sit numero, trigenarius fędera nuptiarum ipsa digitorum cõiunctione testetur bigamia in quo erit numero immo extra numerum. Certe in terra bona non oritur, sed in vepribus & spinetis.

ſpinetis vulpium. Itaq; obſecro te o religioſa filia in Chriſto vt teſtimonia non noueris, quibus incontinẽtibus & miſeris ſubuenitur, ſed illa potius lectites quibus pudicitia coronatur. Sufficit tibi q̃ perdidiſti primum virginitatis gradum, & per tertium veniſti ad ſecundum i. per officium coniugale veniſti ad viduitatis continẽtiam, extrema immo abiecta non cogites. Quod ſi & poſt diluuium & ante diluuium viguit illa ſententia: Creſcite & multiplicamini & replete terram. quid ad nos in quos fines ſeculorum deuerũt quibus dicitur. Tempus breue eſt & iam ſecuris ad radicẽ arboris poſita eſt, quæ ſyluam legis euangelicę & caſtitatem nuptiarum ſuccidat. tempus amplexandi & tempus longe fieri ab amplexibus, ait Salomon. Primum in veteri teſtamento, ſm in nouo. Olim gloriæ erat audire illum veſiculum. Filij tui ſicut nouellæ oliuarum. Nunc de cõtinentibus dr. Qui adhæret Deo vnus ſpiritus eſt cum eo. Proponis mihi gaudia nuptiarum, ego tibi opponam piram, gladiũ, & incendium. Non ĩm bonum eſt in nuptijs quod ſperamus quantũ malum quod accedere poteſt & timendum eſt. Libido tranſacta ſemper ſui relinquit plenitudinem nunquam ſatiatur, & extincta iterũ reaccenditur, vſu creſcit & deficit, nec ratione paret quæ impetu dr. Sed dicis ample opes & diſpenſatio rei familiaris egent auctoritate iuris ſcilicet niſi cum ſeruulis tuis ipſa ſerueris familiæ tuæ imperare non poteris quaſi non poſſis probatæ ætatis habere famulos vel liberos qui præſint domui, vel ad publicum reſpondeant, vel tributa perſoluant. Quærite primum regnum Dei & hæc omnia adijcientur vobis. Melius eſt rem familiarem minui q̃ animæ ſalutem perire. Melius eſt amittere quod velimus nolimus aliqñ periturum eſt, qui id pro quo omnia dimittenda ſunt. Nos vero ardemus auaritia, & contra pecunias diſputantes auro finum expandimus, nihilq; nobis ſatis eſt, & hoc facimus, quia dñi uerbis non credimus. Et quia ætas optata cunctis nõ vicina mortis quæ debetur mortalibus lege naturæ ſed craſſa ſpe annorum ſpacia nobis pollicetur. Nemo enim tam fractis vtribus & ſic decrepitæ ſenecturis eſt, vt non ſe putet adhuc vnum annum eſſe victurum. Vnde ſubrepit obliuio conditionis ſuæ, vt terrenum animal iamq; ſoluendum erigatur in ſuperbiam & animo cœlum teneat. Hæc ille. Idem ad Furiam de cuſtodia vidualis caſtitatis q̃ debet vidua caueri ab ornatu & delitijs dicit. Non quęrantur in chriſtianis initia, ſed finis. Paulus male cępit, ſed bene finiuit. Iudę laudantur exordia, ſed finis proditione damnatur. Quid facit in facie chriſtiana purpura biſſus, & ceruſa, quorum alterum ruborem genarum labiorumq; mentitur, alterum candorem oris & colli. Ignis eſt iuuenum, fomenta libidinum, impudicę mẽtis indicium. Ornatus iſtę non domini eſt, ſed velamen Antichriſti. Non ethnici ignes, nõ Vulcana tellus tantis ardoribus ęſtuant, vt iuueniles medullæ vino plenę & dapibus inflammatæ. Grandis virtutis & ſollicitæ diligẽtię eſt ſuperare, q̃ nata ſis in carne non carnaliter viuere, tecum quotidie pugnare & incluſum hoſtem Argi centum oculis obſeruare. Nihil ſic inflammat corpora & titillat mẽbra genitalia, ſicut cibus indigeſtus & ructus conuulſus. Quicquid ſeminarium voluptatum eſt venenum puta. Cogita te quotidie morituram, & nunq̃ de ſecundis nuptiis cogitabis. Idem ad Saluinam viduam. Audi quid ex perſona viduæ cõtinentis ethnicus poeta apertius decantet. Ille meos primus qui meſibi iunxit amores. Abſtulit, ille tulit ſecum ſeruetq; ſepulchro. Si tanti viliſſimum lucrum, quanti viliſſimum lucrum. Si ſic communi lege naturæ damnant oẽs gentiles viduę voluptates, quid expectãdum eſt a vidua Chriſtiana, quę pudicitiam ſuam non ſolum ei debet qui defunctus eſt, ſed ei cum quo regnatura eſt. Hæc ille per totum.

¶ De inſtitutione & modo conuerſationis viduæ Hieto. ad Saluinã. Didiciſti cathalogum virtutum tuarum quid debeas nomini tuo, quibus meritis ſm pudicitiæ gradum poſſideas, nec moueat q̃ ſexagenaria eligatur in viduam & putes adoleſcentulas ab Apoſtolo reprobari ſed te credas ab eo eligi qui diſcipulo ſuo dixerat. Nemo adoleſcentiam ſuam conteñat & infra. Mulieres quę ſollicitę ſunt quõ placeant viris, comedant carnes quæ carnibus ſeruiunt quorum feruor deſpumat in coitum quæ ligate maritis generationi ac liberis operam dant. Tu vero quæ in tumulo mariti ſepeliſti pariter oẽs voluptates, quę linitam purpura & ceruſa faciẽ ſuper feretrum eius diluiſti lachrymis quę pulſam tunicam nigroſq; calceolos, candide veſtis, & aurati ſocci depoſitione ſumpſiſti, nihil habes neceſſe aliud niſi perſeuerare in ieiunio. Pallor & ſordes gemmę tuę ſint, plumarum mollities, iuuenilia membra non ſoueant. Balnearum calor nouũ non ſuccendat adoleſcentulæ ſanguinem. Tenera res in fœminis fama pudicitiæ eſt, & quaſi flos pulcherrimus cito ad leuem

Gen. 2. & 8.
1. Cor. 10.
Matt. 3.
Eccl. 3.
Pſa. 107.
1. Cor. 6
Matt. 6.
§. 3.
1. Ti. 5.
1. Ti. 4.

nem marcescit auram, leuiq; flatu corrumpitur, maxime vbi ętas consentit ad iudicium, & maritalis deest auctoritas, cuius vmbra tutamen est vxoris. Quid faciet vidua inter familiæ multitudinem, inter ministrorum greges quos nolo contemnat vt famulos: sed vt viros erubescat Certe si ambitiose domus hęc officia flagitant, præficiat his senem honestis moribus, cuius honor dignitas dñę sit. Scio multas clausis ad publicum foribus non caruisse infamia seruulorum, quos suspectos faciebat, aut cultus impudicus, aut crassi corporis nitor, aut ætas apta libidini, aut conscię tia amoris occulti, secutus eum vel animi timor qui etiam bene, dissimulat frequenter erumpit in publicum, & conseruos quasi seruos despicit. Omni ergo diligentia custodias cor tuum, & caueas quicquid de te fingi pôt. Non ambulet iuxta te calami stratus procator, non histrio fractus in fœminam, non cantoris diabolici venenata dulcedo, non iuuenis fulsus & nitidus. Nihil tibi artiũ scenicarum nil tibi in obsequijs molle iungatur, habeto tecum virginũ & viduarum choros, habeto tui sexus solatia & ancillarum quoque moribus dominę indicãtur. Semper in manibus tuis diuina sit lectio, & tam crebre orationes vt omnes cogitationum sagittę quibus adolescentia percuti solet hmõi clypeo repellãtur. Difficile est quin potius impossibile perturbationum vitiis carere quempiam, eo ꝙ incentiua vitiorum omnium titillent animos & quasi in meditullio sic nostrum iudicium vel abiicere cogitata vel recipere. Optimus ille est qui minus vrgetur veluti si egregios impressos repræhendas in corpore neruos. Et hoc est quod aliis verbis propheta significat. Psal. 82. Turbatus sum & nõ sum locutus. Et illud Architæ Tarentini ad villicũ negligentem. Iam de verbis enecassem nisi iratus essem, sicut irasci hominis est nõ perficere iam christiani, sic omnis caro cõcupiscit quæ carnis sunt ad nostrum est voluptatis ardorem maiori Christi ardore restringere & lasciuiens iumentũ frenis inediæ subiugare vt non libidinem: sed cibos quærat & desideret. Sed cur ista vt hominem esse te noueris, & passionibus humanis nisi caueris subiacere. De eodem cuncti facti sumus luto, in serico & in pannis eadem libido dominatur, nec regũ purpuras timer, nec mendicantium spernit squalorem. Multoque melius est stomachum dolore quam mentẽ: imperare corpori quam seruire gressu vacillare quam impudicitia, nec statium pœnitẽtię nobis blandiantur subsidia quę sunt infeliciũ remedia. Cauendum est vulnus quod dolore curatur. Aliud est integra naui & saluis mercibus portum salutis intrare, aliud nudum hærere tabulæ & crebris fluctuum recursibus ad asperrima saxa collidi. Nesciat vidua bigamiæ indulgentiã, nec nouerit illud Apostoli. Melius est nubere quàm vri. Tolle quod peius est vri, & per se bonum non erit nubere. 1. Cor. x

Primus Lamech maledictus & sanguinarius & de stirpe Cayn descendens vnam coștam diuisit in duas & plantarium bigamiæ. Gen. 4.

¶Et quia virginibus & viduis maxime oportet vacare castitati seruandæ abstinendo se ab §. 4. actibus venereis quibuscunq; mentis & corporis quomodo seu quibus gradibus peruenietur ad perfectam castitatem, ponit venerabilis Ioannes Cassianus in secunda collũ. Che remonis dicens sic. Sex gradibus licet multa a se inuicem sublimitate distantibus, fastigia castitatis prœcelsa distinguam, vt quędam media, quæ tamen multa sunt prætermittam. Quorum subtilitas ita humanos subterfugit sensus, vt ea nec mens inspicere nec lingua valeat proloqui, quibus sensum castitatis ipsius perfectio quotidianis succesſibus adolescit. Secundum similitudinem namq; corporum terrenorum quæ singulis diebus insensibiliter sui capiunt incremẽta, & dum ne sciunt ad perfectum habitum prouehunt, ita animæ quoq; robur ac maturitas castitatis acquiratur. Primus itaq; pudiciæ gradus est ne & vigilans impugnatione carnali monachus elidatur. Secundus ne mẽs illius voluptatis cogitationibus immoretur. Tertius ne fœmineo vel tenuiter ad cõcupiscentiam moueatur aspectu. Quartus ne vigilans vel simplicem carnis perferat motum. Quintus ne cũ memoria generationis humanæ vel tractus rõ vel necessitas ingesserit, subtilissimus mente volũtariæ actionis perstringat assensus sed velut opus quoddã simplex ac mĩisterio humano generi necessario cõtributũ, tranquillo ac puro cordis cõtemplet intuitu nihilq; amplius de eius recordatione concipiat quam si operationem laterum vel cuiuslibet alterius officinæ mente pertractet. Sextus castimoniæ gradus ne illecebrosis phantasmatib. fœminarum, vel dormiens illudat, licet. n. hanc ludificationem pctõ esse obnoxiã nõ credamus cõcupiscentiæ tñ adhuc medullitus latitantis indiciũ est, q̃ tñ illusionem diuersis modis cõstat accidere. Nã secũdum illu vsum quẽ vigilãs exercere consueuerat vel cogitare, ẽt dormiens vnusquisq; tentatur. Aliter. n. fallũtur hi qui carnalem copulam norunt, aliter fe-

Sex gradibus ad fastigiũ castitatis pertinent.

mineæ ſunt commixtionis expertes. Hi enim ſicut ſimplicioribus ac purioribus ſomniis in quietantur: ita etiam faciliore diligentia ac minore labore poſſunt purgari illi autem ſordidioribus magisq; expreſſis phãtaſmatibus illuduntur: donec paulatim ſecundum menſuram caſtitatis ad quam vnuſquiſque contendit in odium illius, quam voluntariam antea ſentiebat, meus etiam ſ mmo ſopita vertatur. Quiſquis igitur extractus a cunctis cõfabulationibus otioſis, & mortificatus, ab omni ira & ſollicitudine curaque mundana, duob. tantum fuerit paximatijs quotidiana refectione cõtentus, & aquæ ſatietate ſubtracta, quietem ſomni trium, ſiue (vt alij ſtatuerũt) quatuor horarum ſpacio terminarit, nec tamen laborum aut continentiæ huius merito, ſed miſeratione domini eam ſe crediderit adepturum, quia ſine hac fide, vana eſt omnis humani laboris intentio non amplius quam ſex menſibus perfectionem iſtius impoſſibilem ſibi non eſſe cognoſcer, euidẽs tamen eſt iam proximæ puritatis indicium incipere eam de propriis induſtria nõ ſperare. Si enim vim verſiculi illius vnuſquiſq; in veritate conceperit. Niſi dominus ædificaue. do. in ua. labo. qui qui ædi. eam, ſequetur, vt ne de puritatis meritis extollatur, intelligens eam ſe non ſua diligentia, ſed domini miſericordia conſecutum, nec contra alios immiti rigore moueatur ſciens humanam nihil eſſe virtutem, ſi eam virtus diuina non iuuerit. Hæc Ioann. Caſſianus. Qui etiam ponit hanc eſſe differentiam inter continentiam & caſtitatem, vt continens dicatur qui patitur magnos ſtimulos tentationum carnis ſed non vincitur. Caſtus qui parũs uel nullos quamuis ſæpe pro eodem ſupponat. Nam & caſtitas etiam large dicitur eſſe in ſtatu coniugali dum. ſ. abſtinet ab aliis corruptelis, etſi actum coniugalem exerceat vt dictum eſt. Vidualis ſtatus congruit nõ ſolum fœminis quibus defuncti ſunt viri: earum, ſed & quicunq; mares vel fœminæ, qui amiſſa virginitate abſtinent & proponunt abſtinere ab actibus veneris, etiam coniugii, ſiue ſint in religione ligati ſiue in ſeculo conſtituti.

Pſal. 124.

¶ TITVLVS III. DE Dominis temporalibus.

¶ *Quod dominium uniuerſi conſiſtit. in ſummi pontificis auctoritate & regali poteſtate. Cap. 1.*

CONSTITVIT eum dominum domus ſuæ, & principem omnis poſſeſſiõis ſuæ. Pſal. 104. Loquit hic ad literã propheta de Ioſeph, qui comperta eius ſapientia, prudentia, & bonitate conſtitutus eſt a Pharaone rege Egypti gubernator totius regni ſui, & primus princeps poteſt eũ. Dixit enim ei Pharao. Ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terrã Egypti, & dedit ei anulũ ſuum in manu eius &c. Et vt habetur diffuſe hiſtoria Gen. 41. Et põt exponi & adaptari iſtud ad quẽlibet dominum temporalem & iuſtum principem. Vbi ſciendum vt dicit Gelaſius Papa, quòd duo ſunt quibus principaliter regitur hic mũdus, auctoritas. ſ. ſacra pontificum, & regalis poteſtas. In quibus tanto eſt grauius pondus ſacerdotum, quanto pro ipſis regiminibus hominum in futuro examine deo reddituri sũt rationem, di. 96 duo. Ex hoc patet quòd iſta dominia & principatus ſubalternantur & nõ ſunt paria, ſed temporale dominium eſt ſub eccleſiaſtico ſeu ſpirituali, quia imperator q dicitur dominus orbis & princeps abſolute ẽ ſub Papa & ab eo iudicatur & confirmatur & deponitur. Iſta ſunt duo luminaria Geñ. 1. poſita in firmamento cœli, luminare maius. ſ. põtificatus, & minus. ſ. imperii principatus, q vt luna lumẽ recipit a ſole, ita ipſæ ſuam claritatem habet a Papa. Præeſt tamen luminare maius. i. ſol diei, quaſi. ſ. principale exercitium Papæ eſt circa ſpiritualia & animas. Luminare minus. i. luna præeſt nocti ad eam illuminandam, quia imperium & ſecularis dignitas eſt circa temporalia & corporalia & vnum debet iuuari per alterum in gubernatione & directione mundi. Vnde Nicolaus Papa Cum ad verum ventum eſt. i. ad diſcuſſionẽ veri. ſ. ad tempus Chriſti, vltra ſibi nec imperator iura pontificatus arripuit, nec pontifex nomen imperatorum vſurpauit, quoniã idẽ mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus actibus propriis & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſq; diſcerni propria: volens medicinali humilitate ſurſum offerri, nõ humana ſuperbia rurſum in inferno demergi, vt Xpiani imperatores p ẽterna vita pontificibus indigerẽt, & põtifices p curſu temporalium tm modo rerũ impialibus legibus vterentur, quatenus ſpũalis actio a carnalibus diſtaret ſecularibus negociis implicaretur ac viſciſſim nõ ille rebus diuinis præſidere videtur, qui eſſet ſecularibus negociis implicatus, d. 86. Cum ad verũ. Idem Cyprianus di. 10. Et dicit ibi gl. q ſumma

Duobus mũdum regi.

Sacerdotium & imperiũ diſtigui

Diſ. 10. quoniã idem.

ma nobis a deo conceſſa ſunt dona: ſ. ſacerdotium & imperium, vt habetur in auctẽ qũo oportet epiſcopos, in prin. col. 3. Et de papatu quidem & aliis prelaturis eccleſiaſticis dicitur in ſuis titulis. Nunc autem de principatibus ſecularibus agendum, quorum primus & principalis dicitur imperator, deinde reges, duces, marchiões, comites, & barones. Et vbi per plures ciuitates reguntur & ad tempus officium durat non perpetuo, conſules priores antiani vel alijs nominibus nuncupantur. Et imperium quidem ſeu monarchia mundi diuerſis temporibus fuit apud varias nationes & in diuerſis partibus mundi. ¶ Quatuor. n. monarchię fuerunt figuratæ per quatuor animalia quę vidit Daniel ꝓpheta exire de mari magno. Dan. 7. Prima enim ſimilis Leenæ fuit monarchia Aſſyriorum quę cæpit a Nino, & finita eſt in Balthaſar, vt patet Dañ. 5. Secunda ſimilis Vrſo fuit Perſarum & Medorum quæ inchoata eſt in Cyro, & terminata in Dario vltimo deuicto ab Alexandro magno. Tertia fuit Græcorum ſimilis Pardo quæ initium ſumpſit in Alexandro, & quaſi in eo finem habuit, diuiſum eſt dominiũ eius poſt mortem in plures reges, vt patet. i. Mach. 1. Quarta fuit Romanorũ ſimilis ferocis beſtię diſſimilis aliis. Huius principium fuit in Iulio Ceſaræ qui ſibi vſurpauit imperium, ſed perfectionem habuit in ſucceſſore eius immediato Octauiano. Romani autem ipſi ortum habuerunt a Romulo, qui primus vrbem Romę condidit paruam tunc in mõte Auentiuo tempore Acham regis Iudæ. Et hoc fuit creatione mundi, anno. 4. milia. 389. & poſt ſeptingentos. l. annos ab ipſius vrbis prima ędificatione natus eſt Ieſus Chriſtus anno imperii ipſius Octauiani. 42. Et primo quidem Roma recta eſt & gubernata per reges qui ſeptem fuerunt ſibi inuicem ſuccedentes incipientes a Romulo, & terminãtes ĩ Tarquiniũ ſupbũ. Deinde ꝓ conſules duos qui creabant ꝓ annũ quibus aliquando additi ſunt tribuni & prætores, demum per Impatores, & adhuc ꝑmanet talis monarchia. Nam Imperator dicitur rex Romanorũ, mutata eſt tñ monarchia quã tum ad locum. Na ſedẽ Romani Imperij quę erat in occidẽte. ſ. Romæ Cõſtantinus Imperator cõuerſus ad fidẽ ſub quo Imperiũ collũ ſuppoſuit iugo Xꝑi trãſtulit in oriẽtem. i. conſtãtinopolim ab eo amplificatã, & ab ipſo poſtea denoiatã circa annos dñi. 205. vel circa. Et ſedem ſummi Põtificatus Silueſtro & ſucceſſoribus in vrbe dimiſit, multis ciuitatib. & & prouincijs in Italia ſibi donatis. Deinde

quatuor monarchię figurant.

Romani imperij trãslatio.

Imperium Romanorũ translatum eſt de Cõſtantinopoli in Franciam ꝓ Adrianũ Papam, collato Imperio Carlo magno regi Francorũ, quia Italiã liberauit de manu & dominio Lomgobardorũ, & multũ exaltauit Chriſtianitatẽ, ex bellis victorioſus cõtra infideles ꝑcipue Sarracenos. Et hoc anno domini octingenteſimo vel circa. Demum translatum eſt de Francia in Alemaniam dato Imperio primo Othoni anno dñi nongenteſimo vel circa Et apud eos durat adhuc anno in quo ſumus. ſ. 1448. ſed hoc mutatum eſt quòd vbi prius Imperium dabatur per ſucceſſionẽ ſuccedentibus filiis parentibus ſuis per Papam ordinatum eſt ꝙ detur per electionem quę fit a ſeptẽ ꝓlatis & confirmatur ꝓ Papã & per eum coronatur. Poſt Imperatorẽ ſunt reges Plures in populo Xꝑiano, vt rex Franciæ, rex Anglię, rex Aragoniæ, rex Caſtellæ, rex Nauarræ, rex Portugalię, rex Ciciliæ, rex Dacię, rex Cypri, Et cũ omnes domini & reges ſeculares deberent eſſe ſub Imperatore, multi tñ reges non cognoſcũt eum vt ſuperiorem ſuũ tuentes ſe vel priuilegio ſiue alio iure vel potius de facto, vt rex Franciæ & dux Venetiarum & allij dñi. De quolibet ergo principe iuſto ſiue Imperatore ſiue rege ſiue aliter recto re põt dici illud Conſtituit eum principẽ &c. Et de hac materia habetur in ca. ſequenti. Et multa etiam in ti. de ſummo Pontifice & poteſtate eius. Conſtituit eum do. d. ſuæ, & prin. omnis poſſeſſionis ſuæ. In quibus verbis tria poſſunt notari quæ debent eſſe in domino temporali.

Reges Chriſtiani.

¶ Vt non habeat dominium vſurpatum, ibi. Conſtituit.

¶ Vt poſſideat virtutem per ornatum, ibi, eum.

¶ Vt exerceat actum regulatum, ibi, dominum domus.

¶ Quantum ad primũ ſicut Ioſeph de quo loquitur pſal. nõ ſibi accepit dñium & principatum, ſed is q poterat. ſ. rex Egypti eum conſtituit dñm & principẽ Ita ad hoc vt quis ſit dñs verus, oportet ꝙ cõſtituatur dñs ab ea q põt, & non ſibi vſurpet. Dicit enim Leo Papa Pricipatus quẽ metus extorſit. i. violentia, aut ambitus occupauit, etſi actib. vel moribus nõ offendat, ipſius tñ initijs ſui eſt ꝓnitioſus exẽplo. 1. q. 1. principatus. Vñ & Xps q eſt rex regũ & dñs dñantiũ nõ ſibi vſurpauit dñiũ, ſed ait pſal. 1. Ego cõſtitutus ſum rex ab coſ. deo. Tũc aũt ꝓt qs dici dñs ab eo, qñ poſitus eſt in dñio legitimo modo vel a deo immediate, ſi cut Moyſen conſtituit principem populi ſui,

Quis verus dñs.

Exo. 3. 1. Re.

1. Reg. 13. & Saulem primum regem populi fui, & male se habentē in principatu. Dauid hominē secundum cor suum, vel mediate a populo vel collegio seu principe qui habet iuste hāc potestatem, sicut Ioiadas summus sacerdos cū consensu populi constituit regem Iuda, Ioas adhuc paruulum occisa Athalia quæ sibi vsurpauerat regnum. 2. Paral. 33. Et Adrianus Papa constituit Carolum Imperatorem. Et Rex aliquis dat ducatum vel dominium alicuius ciuitatis suæ alicui, sicut Pharao Rex Egypti dedit principatum Ioseph, constituit eum dominum &c. Si enim aliquis dominus iniuste capit vel tenet aliquam ciuitatem vel castrum sine legitimo titulo, fur & latro est. Sicut Absalon qui per fraudem & violentiā abstulit regnum patris sui Dauid, sed valde modico tempore gauisus est & deiectus, vt latro fugiens in mulo per comam capitis in arbore suspensus remanens occisus est. 2. Regum. 18. Talis ergo qui tenet dominium vsurpatum continue in peccato mortali permanet. Nec saluari potest nisi restituendo ei cuius est. Tenetur etiam ad restitutionem omnium reddituum quæ habuit ab illis locis usurpatis & expensis habitis. Et vt homicida est iudicandus quātum ad eos quos fecit per se vel suos officiales occidi vel mutilari, licet illi digni fuerint morte propter maleficio perpetrata. 23. q. 5. Si non licet. Nec debet absolui, quando hoc clarum est nisi disponat se ad satisfaciendum & dimittēdum si titulum iustificatū haberi non posset. arg. de pe. di. 5. falsas. Et dicit Host. extra de. iudi. Nouit, q̄ nulla ciuitas potest se dari alicui domino, nec potest titulum dominij iustificare, quia hoc esset in præiudicium Imperatoris, quod est intelligendum de ciuitatibus vel castris subiectis Imperio. Nam de his quæ sunt deiurisdictioni ecclesiæ, collatio vel iustificatio tituli pertinet ad Papam, sicut in Marchia plures ciuitates collatæ sunt ab eo diuersis personis in Vicariatum, de certis tributis annalibus reddendo. Dicit etiam Archid. quòd quamuis crimen læsæ maiestatis habeat locum in personam inferiorem a principe ideſt in aliis dominis quàm in Imperatore, vt colligi potest. 2. q. 1. in primis. § de persona episcopi. Hoc tamen intelligit de domino qui habet iustum titulum, sed aliquis tyrannus dici potest & debet etiam qui habet iustum titulum, sed non quærit de subditis vtilitatem seu boni communis, sed propriam vtilitatem & commoditatem, faciens iniustas exactiones, leges & mandata iniqua, vt dicit Thom. in libro de regimine principum. Verum talibus dominis habentibus manifeste iniustum dominum, quamuis subditi non teneantur obedire, nec eis soluere tributa vel gabellas & huiusmodi, tamen secundū Tho. in sum. ad vitandum scandalum suum & aliorum bonum est obedire & reuereri in his quę non sunt contra deum. Vnde Ambrosio. Iulianus Imperator quamuis esset apostata, habebat tamen sub se Christianos milites quibus cum dicebat, producite aciem pro defensione reipublicæ obediebant ei. Cum autem diceret, producite arma in Christianos, tunc recognoscebant Imperatorem cœli. 11. q. 3. Iulianus Habentibus vero iustum dominiū quantumcunque malis tenentur subditi obedire in licitis & reuereri, & collectas & gabellas legitimas soluere. Vnde princeps Apostolorum in prima canonica. Obedite dominis vestris, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Et Rom. 13. Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit, & ipsæ sibi damnationem acquirit. Nam (vt ait Aug. de ciui. dei. Prouidentia diuina regna constituuntur humana, sicut dictum fuit a deo Nabuchodonosor monarchæ. Sciant homines quia dominatur altissimus in regno hominum scilicet prouidentia sua, & cuicunque voluerit dabit illud & humilimum id est vilissimum constituet super illud cū scilicet sibi placuerit Dan. 4. sicut patet exemplum de Ioseph qui de carcere transiuit ad dominium. Constituit enim eum dominum &c. Et hæc de primo.

Iniusto rum do minorū pericula

se. 2. q. 140. ar. 6. ad. 3.

1. Pe. 2.

¶ Quantum ad secundum debet dominus q̄libet & rector esse virtutibus ornatus, sicut fuit Ioseph dominus constitutus. Ad ipsum enim refertur cum dicit eum scilicet Ioseph de quo immediate locutus fueris. Sap. 1. Diligite iustitiam qui iudicatis terram, sentite de domino in bonitate. Iustitia autem est omnis virtus nec Hesperus nec Lucifer est ita clerus ait philosophus lib. Ethic. vt enim ait Leo Papa. Integritas præsidentium salus est subditorum. Nam totius dominisamiliæ status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite, ideſt rectore & domino. distin. 61. miramur. Et Isid. Iustum est principem obtemperare legibus suis, tunc enim iura ab aliis seruanda existimet, quando ipsæ eis primus reuerentiam præbet dist. 9. c. iustum. Imitetur ergo dominus quilibet temporalis dominum Ioseph, qui interpretatur augmētū, quia auctus fuit in omni virtute adolescētia sua. In cuius figurā pater eius fecit ei tunicam polimitā. i. varijs

rijs coloribus intextam, & thalarem. i. vsq; ad pedes. Gen. 37. quæ significat conuersationem eius varijs virtutibus ornatam. & in bono vsq; ad finem perseuerantem in virtutibus, videlicet.

¶In venereorum castimonia.

¶In diuinorum sapientia.

¶In agendorum prudentia.

¶In aduersorum benigna patientia.

§.3. Castus. ¶Manifestum est de castitate Ioseph cũ exposuerit se periculo mortis: & incurreret squalorem carceris & notã infamiæ ne scelus adulterij perpetraret: ad quod domina sua vxor patroni eius inuitabat: & sæpe blanditijs & promissionibus varijs alliciebat. vt patet Gen. 39. Sit ergo dominus castus & pudicus: sit contentus vxore sua: non quærat alienas vel concubinas. seruet illud Thob. 4. Præter vxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. Nam fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Heb. 13. Et sicut dominus in se debet esse castus: idem quærere debet in familia sua. Lex omnis diuina pariter & humana & ethnicorum mandat adulteria, incestus & vitia contra naturam acriter puniri. Seruari faciat legem in se & familia sua, sicut fecit ille gentilis dominus Chalencus, qui cum reperisset filium suum adulterium perpetrasse & sm legem adulter deberet oculis priuari populum suum pro eo intercedentem in parte exaudiuit, vno tantum oculo sibi eruto, vt & lex firma maneret sibi alium oculum erui fecit. O quam mala sequuntur effrenem libidinem dominorum & suorum curialium quot homicidia & exterminia regnorum. Rex Salomon propter amorem mulierum inordinatum & infatuatus est, & in cultum idolatriæ cecidit 3. Reg. 11. Antonius, quia repudiauit vxorem sororem Octauiani & adhesit libidinosæ reginæ Egypti Cleopatræ amisit regnũ totius orientis, deuictus ab Octauiani bello nauali & terrestri & demũ seipsum occidens, & merito, quia vt dicitur 2. q. 1. scelus, rex dici non potest qui nullo salubri regimine corpus regit, sed lubrica eneruatione illicitis motibus eius cedit. Et vt dicit Seneca. Nihil tam mortiferum humanis ingenij vt luxuria est, & ideo caueat ne in se & populo suo libido dominetur, sed virtus castitatis eniteat. Sap. 4. O quam pulchra est casta generatio cum clar. & cetera.

§.4. Sapiens. ¶Secundo fuit Ioseph decoratus, scognitione diuinorum, vt patet in expositione somniorum regis Pharaonis & seruorum eius. Gen. 41. Vnde & Sap. 6. dicitur. Si delectami-

ni regnis & sedibus o reges populi diligite sapientiam vt in perpetuum regnetis. Et Plato asserebat respublicas fore beatas si eas regerẽt sapientes, vel qui sapientiæ vacarent. Propter hoc mandauit dominus, vt rex constitutus in populo deberet habere secum legem domini scriptã, vt in ea sæpe legeret & in diuinis instrueretur. Alexander magnus habuit in magistrum Aristo. summum philosophum. Carolus Magnus Alchuinum doctissimum in oĩbus & sanctum virum. Sanctus Ludouicus rex Francorum habuit in magistros magnos theologos magistros prędicatorum & minorum sanctos viros. Tales igitur viros probos & doctos debet quilibet, dominus procurare secum habere pro instructione sui & consultatione & eruditione subditorum in his quæ sunt Christianæ religionis. Et quidẽ primus dux populi Israel a Deo constitutus. Moyses eruditissimus fuit in omni sapiẽtia Egyptiorum & Chaldeorum & diuinorum. Daniel cũ socijs constituti principes prouinciarum a rege Nabuchodonosor fuerunt eruditissimi in humana & diuina sapientia. Ptholomeus philadelphus rex Egypti doctissimus, & ita studiosus 60. milia volumina librorum in sua biblioteca procurauerit. Iulius Cæsar & Octauianus primi imperatores fuerunt peritissimi in scientijs humanis, & merito. Dicitur enim Sap. 6. Rex sapiens, stabilitas populi.

§.5. Prudẽs. ¶Tertio fuit Ioseph prudens in agendis, vt patet in prouisione necessariorum pro tempore famis futurę congregare faciendo triticum, & in dispositione discreta eorũ tempore & modo congruo, & ordinatione suorum fratrum in exercitijs & alijs, vt patet Gen. 43. Quis putas fidelis dispensator & prudens quẽ constituit dominus super familiam suam. Matth. 24. quasi dicat, rarus est. Debet ergo dominus esse prudens in prouidendo populo & ciuitati necessaria pro tempore non solum prẽsenti sed futuro in obuiando periculis in dispensandis necessarijs & officijs. Et vt dicit Canon, nec alicui concedendum est, unde alii scrupuloso corde moueantur. Et seruandum illud tempore non omni, non omnibus omnia credas. Qui facile credit, creditur esse miser. Sicut fecit Amon. Nam cum ad eum consolandum super morte patris misit Dauid oratores vt ad amicum, sui consiliarii dixerunt ei, quod non causa amicitiæ sed ad explorandam terram suam miserat. Quod ille nimis facile ad credendum audiens de honestauit illos ororatores præcidendo vestes eorum vsq; ad naues, & 2. Re. 10.

radendo dimidium barba eorũ pp quam iniuriam. Dauit iſte mouit bellũ contra eum vicit & dure puniuit eum. Sit quoq, prudens in vitando bella cum poteſt, quia varius euentus belli. Et vt dicit glo. ordi. ſuper epiſtolas Pau. In pace principum quies & vigor ſeruatur eccleſiarum. Nam in bellis tepeſcit pietas, diſciplina. ſ. correctionis diſſoluitur, & caſtitas violatur, ſed alia mala innumera ſequuntur. Conſtituat fideles & inſtos officiales qui procurent quietem populi & iuſtam equitatẽ & vtilitatem dñi ſui, non locupletatione ſui, vt cõiter fit per nimias extorſiones. Remoueat occaſiones diſſenſionum, conſanguineos honorabiliter tractando quietem eorum non emulationem procurando, vt fecit Ioſeph.

§.6. Cõſtans benignꝰ

¶Quarto debet eſſe cõſtans in aduerſis & benignus, vt non reddat malum pro malo, ſed oblitus iniuriarum humane ſe habeat & munifice ad inimicos vt eos ſic ad ſe trahat, ſicut fecit Ioſeph qui nõ ſolum patienter tulit iniuriam maximam factam ſibi a fratribus de venditione eius: ſed eis intulit & benigne tractauit prouidens large eis de neceſſarijs. Sic Iulio Cæſare refert Seneca, quod omnium recordabatur preter iniuriarum. Sic Tytus imperator qui ob bonitatẽ ſuam dictus eſt delicies generis humani, comperto q germanus eius tractabat mortem eius. ſ. Domicianus, vt imperio ſuccederet, nil mali ſibi intulit ſed tantum rogauit cum lachrymis vt deſiſteret a malis eius conatibus. Sic ſanctus Dauid rex, cum ei ſemel ſubditus eius malediceret contumelias inferendo, & lapides cõtra eum ejiciendo, noluit in aliquo a ſuis ſibi moleſtiã inferri ſibi parcens in regnum reuerſus. Et hoc eſt quod dñs mandauit in lege Leui. 19. Non eris memor iniuriæ ciuium tuorum. Et in lege euangelica Benefacite his qui oderunt vos. Matth. 5. Sit ergo Ioſeph in moribus quiliber dominus augmentum, ſ. virtutum continuum, augendo etiam rempublicam. Vnde & dominus orbis & princeps imperator dicitur Auguſtus ab augendo, ſ. rempublicam. Et recipit in ſui coronatione triplicem coronam. Ferream ab Archiepiſcopo Coloniæ, Aquiſgrani. Et ſignificat conſtantiam & fortitudinem ad debellandum inimicos eius. Argenteam accipit ab archiepiſcopo Mediolanenſi, & ſignificat propter ſonoritatẽ ſapientiam, & propter claritatem prudentiam. Auream a papa in eccleſia ſancti Petri, & ſignificat eius benignitatem.

2. Regũ 6.

Tres coronę imperatoriæ.

§.7. Ioh. 8

¶Quantum ad tertium principale debet habere actum & exercitium regiminis regulatum ſecundum rationem, vt ſit dominus domus ſuæ, & princeps omnis poſſeſſionis ſuæ. Non. n. eſt dominus ſed ſeruus qui facit peccatum, & tot dominorum quot vitiorũ. Regat ergo ſecundum regulas rationis & ſecũdum interpretationem nominis dominus. Dicitur enim dominus quadrupliciter do minas.

¶Primo propter eius parcitatem.

¶Secundo propter eius ſeueritatem.

¶Tertio dominus propter eius pietatem.

¶Quarto dominus propter eius liberalitatem. Debet ergo dominus domui ſuę dare minus, ideſt parum non prodigaliter vt faciunt communiter domini facientes magnas extorſiones a ſubditis vt poſſint facere expenſas ſuperfluas in veſtibus ſuis & familiæ in conuiuijs, ludis & mimis & ſimilibus. Dicitur enim Sapiæ. 9. quòd ſapientia docet ſobrietatem. Vel etiam dare minus debet, ſcilicet aliquid in pœnis quàm mereatur vitium delinquentis, quod pertinet ad clementiã quæ eſt diminutiua penarum, ſecũdum rationem tamen vt ponit Tho. in ſum. Vnde Prouerb. 20. dicitur. Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & clementia firmatur thronus eius. Debet ſecundo dare minas ſcilicet erga ſubditos incipiendo a domo familiæ ſuæ vltionis, vt vitia non dimittat impunita. Hiere. 1. Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas & deſtruas, & diſſipes & diſperdas, ſcilicet vitia variis modis ſecundum varietatem eorum. [Et ad Rom. 13. Non ſine cauſa gladium portat ſcilicet dominus temporalis & poteſtas. Dei enim miniſter eſt vindex in iram ei qui male agit. Sicut fecit Saul qui tranſgreſſorem inuentum filium ſuum Ionatham ſui mandati, quamuis victoriam habuiſſe occidere voluit, ſed populus impediuit, primo. Regum. 14. Hinc & Angel. ſuper pſalm. Inuigilet diſciplina, ſicut cuique regenti apta & accommodata eſt, non ſolum epiſcopo regenti plebem ſuam, ſed & pauperi regenti domum ſuam, diuiti regenti familiam ſuam, iudici regenti prouinciã ſuam regi regenti ſuam gentem. Ita nulli hominum claudenda eſt miſericordia, nulli peccato impunitas relaxanda 23. quæſtio. 4. Duo iſta nomina. Nam vt dicit Ambro. in lib. de offic. Cum vni parcitur in digno, ad prolapſionis contagium prouocat vniuerſos. Facilitas enim venię incentiuum tribuit delinquendi. 33. quæſtio. 4. Et iniuſta. Debet tertio do manus dare manus adiutrices ad perſonas præcipue miſerabiles & ab aliis oppreſſas, ſm illud Prouer. vlt. Manum ſuam aperuit inopi & pal-

Domin' quadrupl' q̃is ridiculo ſe interpretatur

2.2. q. 157. art. 1. & 24. q. ad 3. Do minas.

& palmas suas extendit ad pauperes. Vnde & Hiero. super Hieremiam. Regum proprie est facere iudicium & iustitiã, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, & peregrino pupilloq; & uiduę qui facilius opprimuntur a potentibus auxilium præberæ, & vt curam maiorem eis insereret præceptorum Dei intulit. Nolite contristari vt non solum eripiatis, sed nec patiamini, & vestra negligentia eueniat eos ab aliis contristari, & postea intulit. Si hęc feceritis reges Iuda tenebitis pristinam potestatem. Quarto debet dñs dare munus. Et primo quidem debitum, vt nõ faciat gratis artifices, vel agricolas pro se laborare, non dando eis mercedem suam, sicut faciũt hodie multi non domini vel officiales, sed tyranni & prędatores contra illud legis. Non morabitur opus mercenarii tui apud te vsq; mane. Leuit. 19. Deut. 24. & Tob. 4. Vnde contra tales inuehitur Iacobus Apostolus in canonica sua c. 5. Ecce merces operariorum vestrorum quæ fraudata est a vobis, clamat contra vos, & clamor eorum in aures domini sabaoth introiuit. Neque auferat subditis sua bona, vel possessiones, vel ab inuitis extorqueat etiam per venditionem pro sui commoditate, sicut fecit Rex Achab erga Naboth quem quia noluit sibi vendere vineam suam vt de ea faceret viridarium, vxor sua. Iezabel pessima fecit eum falso accusare de blasphemia & lapidare, & sic ipsam vineam obtinuit. Sed vterque mala morte perijt Achab scilicet & Iezabel 3. Re 21. Sed hoc non est dare munus. Munera sunt cum dat quis ex sua liberalitate ecclesiæ, piis locis, & personis bonis vel ad placandum malos & obuiandũ nocumentis eorum, vt fecit Iacob qui misit munera ad Esau dicens. In muneribus placabo illum. Gene. 33. Hinc & Marcel. Papa. Boni principis est ac religiosi ecclesias contritas atq; concissas restaurare, nouasq; ædificare, & Dei sacerdotes honorare atq; tueri dist. 96. boni. Sicut fecit magnus & deuotissimus Constantinus. Imperator & Carolus qui concesserunt maxima munera ecclesijs, quam plures de nouo ædificare cęperunt. Qui sic est dominus domus & princeps in possessione sua idest in his quos subiectos habet. Hũc vtique Deus constituit hic vt collocet eum demũ cũ principib. populi sui in cœlo. De vario & multiplici genere regiminis & quomodo debeat exerceri habes in 4. parte tit. de prudentia.

cõditiones boni pricipis.

¶ Nota de conditionibus regis & cuiuscunque domini & principis boni quas ponit Augustin. in 15. lib. de ciuit. Dei. c. 24. Reges felices dicimus si iustæ imperat. Si inter linguas sublimiter honorantium & obsequio nimis humiliter salutantium non extolluntur. Si se homines esse meminerint. Si suam potestatem ad Dei, cultum maxime dilatandum maiestati eius famulatum faciunt. Si Deum timent diligunt & colunt. Si plus amant id regnum vbi non timent habere consortes. Si tardius vindicant, facile ignoscunt. Si eandem vindictam pro necessitate regendæ, tuendæq; reipublicę, non pro saturandis inimicitiarum odiis exercuerint. Si eandem veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent. Si quod aspere cogentur plerunque decernere, materie lenitate beneficiorumq; largitate compẽsant. Si luxuria in eis est tanto castigatior, quanto possit esse liberior. Si malunt cupiditatibus prauis quam quibuslibet gentibus etiam imperare. Et si hęc omnia faciunt non propter ardorem inanis glorię, sed propter claritatem fælicitatis æternæ. Si pro suis peccatis humilitatis & orationis & miserationis sacrificium Deo vero immolare non negligunt. Hęc omnia Augu. vbi ponit 24. conditiones.

Iuste.

§. 9.

¶ Notandum de quatuor necessariis rectoribus & reipublicę quę elicit. Helinandus historiographus ex li. Plutarchi ad Traianum, Imperatorem, vt refert Vincen. in spe. hist. li. 3. c. 26. Dicit ergo Helinandus. Est respublica (vt Plutarcho placet) corpus quoddam, qđ diuini muneris beneficio animatur & nutu summæ æquitatis agitur & regitur quodam moderamine rationis. Quę enim ad religionem pertinent animę uicem habent, princeps caput est huius corporis vni subiectus Deo & his qui vices Dei agunt in terris. Cordis autem locum senatus obtinet. Oculorum autem & linguæ officio & aurum sibi vendicantur iudices & præsides prouinciarum. Officiales milites manibus coaptantur, qui semper assistunt principi. Lateribus assimulantur quæstores & commentarienses, non illi qui carceribus præsunt, sed comites, rerum priuatarum, ventris & intestinorum ferunt imaginem. Pedes agricolæ sunt. Ex his ergo quatuor sunt quæ Plutarchus principibus inculcare conatur scilicet reuerentiam Dei cultum sui. Disciplinam officialium & potestatem & effectum & protectionem subditorũ. Deniq; ait quiduis rectissime geres si non recesseris ipso. Si primo te composueris ad virtutem recte procedent vniuersa. Ista autẽ

Res publica corpus misticum.

Quatuor necessaria rectoribus.

quatuor sic extẽdit seu explicat Helinandus. ¶Quo ad primã. s. reuerẽtiã Dei sic ait. Miro modo Deus intelligentiam sui sic infundit vt subtrahat: sic subtrahit vt infundat. In multis. n multipliciter lucet. Est aũt a maiestate mirabilis, a sapia venerabilis, amabilis a bonitate. Et hic est funiculus triplex iter creatorem & creaturã, qui faciliter non rumpitur. vt timeat, honoretur & diligatur. Colitur ãt Deus dupliciter affectu. s. mẽtis & exhibitione corporis. s. p reuerẽtiã i psonis vel rebus.

Eccl. 4. Et in personis quidẽ in his qui diuina iura ministrãt, Deus prę cętetis aut honoratur aut spnitur, cum. s. ipsi spnuntur. Reuerentia in rebus consistit. aut in corporalibus vt locis sacris aut sacrificiis, aut in spiritualibus q̃ sunt iura quæ sacris rebus cõgruunt, quæ temerare sacrilegiũ est morte expiandũ. Rerũ sacrarũ immunitates conuellere, insurgere i Dẽũ est. ¶Quoad secundũ cultus maxime in tpantia consistit. Marcũ Catonẽ eodẽ vino, quo remiges cõtentũ fuisse tradunt. Cuius Curius Sabinorũ victor volẽs agros suos ex senatus cõsultu ampliari gregaliũ portione cõtentus fuit, malũ ciuẽ dicẽs esse cui nõ satis esse idẽ q̃ cæteris ciuibus. ¶Quoad tertiũ. s. de ptãte & disciplina officialiũ. Nihil iniquo diuiticõ filiario pernicios̃ius, prouer. 4. Omnis custodia serua cor tuum, cũ ex ipso vita procedit. Cõsiliarius. s. assimulatus est cordi. Est ergo puidẽdũ ptãti, ne cõsiliarii indigeãt ne ue aliena immoderatius concupiscãt. Nihil iniquius q̃ amare pecuniã. (Hic. n. aiam suã venalẽ habet. Nõ solũ aũt in corde. i. consiliario sed ẽt in vẽtre & in intestinis reipublicę. i. q̃storibus & cõmentariensibus. Hæc rõ seruanda in lateribus q̃ idest illis qui principi semp assistunt. Nam a conuictu mores formantur in domibus prælatorũ & principũ. Hodie omnia venalia sunt, frustra apud curiales de testimonio cõsciẽtię, de venustate morum, de torrente eloquentiæ, nisi præcio interueniẽte cõfidis. Ego enim credo me vidisse ostiarios Cerbero duriores. Apud inferos tñ Cerberus (vt aiũt) vnus est, sed quot sunt diuerticula curiarũ, tot Cerberi. Tota aũt familia aut mordet aut latrat. Vetus prouerbiũ est. Manus vacua temeraria petitio est apud aduocatos, & ipsum silentiũ venale est. Causidicorũ lingua damnifica est, nisi eam vt dici solet funibus argenteis vincias. In lege scriptũ est. Iuste quod iustum est exequeris. Lege quoq; Iulia repetundarum munera iudices accipere prohibentur. In epistola tamẽ Seueri Imperatoris vetus prouer. est. Nec semper nec ab omnibus. s. munera accipienda. Nam valde est inhumanum a nemine accipere, passim vilissimum, per omnia auariss̃imum. De publice exactoribus egregie, ait Laurentius Mediolan. episcopus de talibus. Publicanus. i. publicus exactor caput est rapine, lex violentię prędo sine pudore, medicus extermini immanior iuribus. Nã sur laqueos legis timeti hic quicquid fecerit legem vocat. Quis eo iniquior, qui verbis iustitiã dãnat & armis innocentię spoliat, vulnerat, occidit innocẽtes, lege vtiq; legẽ perimit, & dum alios vrget ad legem dicidi t. Publicanorum a maximo vsq; ad minimum concussioni potius quam iustitię vacant, & ita in populum debachantur, vt quod reliquit vnus alii non morentur auferre, tanquam ad hujusmodi instituti sint vt reliduum locustæ comedat brucus. Officiali Cęsaris, nisi in omnibus acquieueris, Cæsari cõtradices. De æquitate in iudicãdo inquit Helinandus. Equitas. Est (vt iurisperiti asserunt) rerum conuenientia quæ cuncta coequat, & in paribus causis pia iura desiderat, lex vero eius interpręs est. In nulla re tamen hodie, offendunt seculi potestates in iudiciis, cum tamen scriptũ sit. Iuste quod iustum est exequeris. i. sine acceptione personarũ vel munerum, mox vt tibi liquebit de causa, iustam de vtraq; parte feras sententiam. Nam dum causa anceps est protelanda est sententia, quia festinata iudicia pariunt pœnitentiam. Si igitur in iudicando periculum vitari. nõ potest, nihil vtilius quam differre. Si autem alterutrius periclitat vtilitas, & rei difficultas moram non exigit, iniquissimum est iudicium protelari. De militibus videamus qui manus appellantur, nullus est vt ait Vegetius renatus quem oporteat plura vel meliora scire q̃ principem. Christianus princeps milites magis a fide & moribus quam a viribus debet eligere. Nostri autem milites hodie sic ad bella quasi ad nuptias dealbati procedunt. In castris sermo est illis de conuiuiis: in conuiuio de armis. Cato militem non dicit nisi qui cũ sacro ad militiam consecratus est. Est autem principis prouidere in primis ne miles suam perdat innocentiam, pro defensione reipublicæ, sine qua respublica salua esse non potest. Solus ille princeps est bonus & iudex incorruptus, cuius sꝛia ex contemplatione assidua imago est ęquitatis. Cũ ergo milites sint manus corpori publicę potestatis, & illius principis manus sanguinẽ plenæ sunt cuius milites & officiales vel innocẽtũ sanguinem fundunt, vel innocentes opprimunt. Huiusmodi prin-

De publicis exactoribus.

Iudicẽ

De militibus.

principis oratio nunq̃ exaudienda ẽ, eleemosina Deo nunq̃ acceptãda. Vltimum eorum quæ habere iubet Plutarchus principẽ est amor subditorũ. Codrus.n. Athenienſiũ Rex pro victoria populi ſui ſeipſum tradidit. Nã mutato regis habitu ſacramenta colligens, ca-
Codri Amor in ſubditos. ſtra hoſtium ingreſſus a muliere, quam facile in virgio percuſſerat, interfectus eſt. Vnde & illud poeticum. Et iurgia Codri. Decij ducis Romanorum ſe pro ſuis exercitibus morti deuouiſſe percelebre eſt. Iulius Cęſar dicere ſolitus erat, dux qui non laborat vt militibus chorus ſit militem neſcit amare, neſcit humanitatem ducis in exercitu. Idem enim piſtorem in vincula coniecit, eo quòd meliorẽ panem ſibi q̃ militibus in menſa poſuerat. Hęc omnia Helinandus, qui etiam de moribus principum ait. Dominus conſtituendo regem faciens ſermonem populo ſuo. Deut. 17. ait. Cum fuerit Rex non multiplicabit ſibi equos, quorum. ſ. numeroſitate ſit ſubditis oneroſius. Aequos multiplicare eſt plures q̃ neceſſitas exigat vanæ gloriæ cauſa vel errore alterius congregare. Multo minus ergo licet ei multiplicare canes, aut volucres rapaces, aut beſtias truces, aut quęlibet portenta naturę. De hiſtrionibus autẽ mimis, ſcurris lenonibus & meretricibus & huiuſmodi prodigiis hominũ quæ princeps potius extermi nare debet, nõ erat in lege mentio facienda. Et ſequitur. ſ. Deut. 17. Nec populũ reducet in Egyptum. i. inferiores nõ corrumpat exẽplo, quia componitur ordinatio orbis regis ad exẽplum, nec ſic inflectere valent ſenſus humanos edicta vt vita regentis, mobile ſemper mutatur cum principe vulgus. Et ſequitur ibi. Nec habebit vxores plurimas q̃ alliciant animum eius, cum in aliis plures vxores eſſe vnius licitum fuerit, vt in Abraham & Iacob, gratia propagandæ prolis, & fidelem populum dilatandi, in regibus perpetuo obtinet ut ſit vna vnius, Multo minus licet ei fornicari vel adulterari, vel quælibet ſtupra committere. Quomodo enim hęc crimina puniet in aliis ſubiectus eiſdem? Et ſequitur ibi. Nec habebit auri immenſa pondera. Quid hæc dicitur qui domino prohibẽte aurũ & argentũ ſibi theſaurizant, quęſtum ex calũnia facientes & quærentes abundantiam ſingularẽ de multorũ inopia, nec mirũ ſi regi nõ licet habere priuata fiſcalia, cũ nec
Principẽ ſcire iura oportet. ipſæ ſuus ſit, ſed ſubditorũ. Et ſequit ibi. Poſt quam ſederit in ſolio regni ſui deſcribet ſibi deuteronomiũ legis in volumine. Principsiuris nõ debet eſſe ignarus, licet multis gaudeat priuilegiis, nec prętextu militiæ legẽ dñi p mittit ignorare. Sedet princeps chriſtianiſſimus legib. indicit, nec dedignet princeps ſacros canones imitari. Inutilis eſt oĩs cõſtitutio principis ſi nõ eſt eccleſiaſticæ diſciplinæ cõformis. Et ſequit. Leget in ea omnib. diebus vitę ſuæ. Eſt ergo principis neceſſaria peritia literarũ, q̃d die Dei legẽ nõ legerit nõ ei dies vitæ eſt, ſed dies mortis. Et ſequit ibi. Nõ eleuet cor eius i ſuperbiã ſup fratres ſuos. Nũquã humilitas ſatis videt cõmendari principibus, q̃a difficillimũ eſt vt gradus honoris non pariat tumorẽ in animo pſidentis. Tarquiniũ a regno ſuperbia deiecit. In iure Romano cautũ eſt, vt q̃ in ſe facilẽ in adeundo ſe præbeat, cõtenni aũt nõ ſe patiatur Principes vt medici nunq̃ debent grauibus vti remediis, niſi leuiũ bñficio deſiderata ſanitas deſperãt. Vnde Claudianus. Sis pius i primis, in fine iuſtus & hoſtis. Nã cũ vincamur in omni munere dato. Sola Deus æquat ſemper clementia nobis. Sequit ibi. Non declinat in partem dextrã aut ſiniſtrã. Declinare ad dextrã eſt nõ Dei grã, ſed ſibi tribuere velle q̃ rectũ eſt. Vel declinare in dexterã vel ſiniſtrã eſt pp eorũ felicitatẽ quę appetuntur aut pp eorũ infælicitatẽ quę fugiũ peccare, vel ad dexterã declinare eſt virtutibs ipſis vehemen ter inſiſtere, & in ipſis Rect. 19
virtuoſis operibus quæ in modo cõſiſtunt modũ excedere. Et philoſophus. Caue q̃ eſt nimium. Omnis enim vehementia ſaluti inimica eſt & exceſſus omnis in culpa. Bonumque rerũ conſuetudo nimia peſſima eſt. Vnde Salomon. Noli eſſe nimis iuſtus. Ad ſiniſtram autem declinat qui manſuetudini nimis indulget. Vel ad dexteram qui amore, ad ſiniſtram qui odio ad iudicandum mouetur. Et
Ad Roma. 8. ſequit. Vt longo tempore regnet ipſæ & filius eius. De virtute nanq; parentum ſæpe protendit. ſucceſſio filiorum, & ſuccedentium fę licitas ex decedentiũ iniqtate ſcindit. Iuxta illud. Iniuſti diſperibunt, & ſimul reliquiæ imperiorum interibunt. Hæc omnia Helinãdus. Vt de cæteris taceã quantũ dilexit Deus pater rempublicã, qui propter eã filio ,pprio non pepercit, ſed pro nobis tradidit illum.

¶ *De dominio ciuitatum & regnorum quomodo ſit introductum. Cap. 2.*

DE dominio ciuitatum & regnorum quomodo introductum ſit, & quomodo transferatur & translatum ſit de vna ciuitate ad aliam, ſeu de vno domino ad alium dominum, vel quomodo licẽt acquirat vel etiã perda-

perdatur. Nota circa huiusmodi quę ponit Ioan. An. in nouell. in c. quod super his. de mai. & obe. post Inno. & Host. fuerunt a principio res & possessiones nullius hominis nisi Dei, ideo occupanti concedebantur a iure, & dictum est Deuter. xj. Omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit, sed ex quo semel occupata erant non licebat ea aliis occupare, prohibente hoc lege naturali, quia vnicuique dictum est, ne faciat alii quod sibi nō vult fieri, vt in principio decretorum. Et Prouerbiorum 22. Ne trāsgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Habuerunt etiam primi parentes dñia specialia per diuisiones inter eos factas sicut apparet in Abraham & Loth, quorum vnus accepit ad dexteram alius ad sinistram. Gen. 13. Super homines verò tanquam super seruū nullus habuit dominiū ante ius gentium. Natura enim oēs homines liberi sunt insti. de lib. §. 1. Iurisdictionem ēt iustam & causam lego. Vbi dicit gladius datus ad vindictam malorum & laudem bonorum, de maie. & obed. c. Solitę. Sed quo ceperit nescio forte nisi quia Deus dedit aliquem vel aliquos qui facerent iustitiā super delinquentes, secundum Inno. Idem tamen videtur hoc notare. s. quo tempore hoc cæpit. de foro compe. c. Licet super versi. Imperio. quod dic vt ibi notatur. Sed de iure naturæ vt etiam dixit Inno. paterfamilias super omnem familiam suam iurisditionē habuit a principio. Et hoc respicit decretum. 33. q. 4. Duo ista nomina, quamuis hodie non habeāt nisi in leuibus, vt ff. de furt. l. sed inde in fi. C. de pat. pote. congruentius. Hoc aūt certum est quod ipsæ Deus per se a principio iurisdictionem exercuit, & iustitiam fecit in cęlo expellendo angelos, & in paradiso expellendo hominem, & in mundo mittendo diluuium, sicut probatur de primo. Ezech. 28. Esa. 14. Et de secundo Gen. 3. Et de tertio Gen. 7. Et multa alia sunt exempla quæ in diuersis locis sacrę scripturæ colligi possunt. Sed & omnis potestas a Deo est ordinata. Vnde qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Sed per electionem constituuntur principes super homines sicut patet in Saul. 1. Regum 9. & multis alijs 8. q. 1. Licet & c. audacter. & in multis aliis cap. & 93. dist. Legimus. Patet ex premissis quòd possessiones, dominia, & iurisditiones possunt esse sine peccato apud infideles. Hæc enim non tantum pro fidelibus sed pro omni rationali creatura a Deo sunt ordinata, qui solem suum oriri facit, non solum super bonos: sed etiam super malos, omnia volatilia pascit. Matth. 6. Psal. Qui dat escam omni carni. Ideo dicendum quod non licèt sine causa iusta fidelibus, nec etiam Papæ auferre infidelibus possessiones seu dominia vel iurisdictiones quas tenent, quia ipsa sine peccato possident. Vnde & inter præcepta domini dicitur indistinctè. Exo. 20. Non furtū facies in quo omnis rapina, omnis violentia prohibetur, vt patet. 14. q. 5. c. 1. & in sequentibus vsque ad §. Contra in Exodo. Credimus tamen immo scimus quòd Papa est generalis Vicarius Iesu Christi, de transla. Episcopi. c. 1. & 2. & etiam super omnes infideles. Etenim Christus plenariam recepit potestatē. Vnde Psal. 71. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Et Matth. vltimo. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Non videretur diligens seu sapiens paterfamilias, nisi & Vicario suo quem in terra dimisit, plena super omnes dimisisset potestatem, vt patet in eo quod dicitur de homicidio c. pro humani. li. 6. Ideo & dicitur de Papa quod non solum habet potestatem, sed & plenitudinem potestatis. de vsu pall. cap. ad honorem, quia Petro & successoribus claues dedit regni cœlorum dicens. Quodcunque ligaueris & cæt. Oues autem non sunt fideles, sed etiam infideles per creationem, licet non sint de ouili. Vnde & sequitur quòd Papa super omnes, habet potestatem & iurisdictionem de iure licèt non de facto. Et probatur hoc in eo qđ legitur de elec. c. significasti. de maio. & obed. solite. & de iudi. nouit. Igitur per hanc potestatem quam habet Papa dicendum est q̄ gētiles & si non habet legem nisi naturæ: si tamen contra ipsam legem naturæ faciant: licite per Papam puniri possunt. ar. Gen. 19. Vbi habes q̄ Sodomitæ: quia cōtra legem naturæ peccabant: puniti sunt a Deo. Vnde cum indicia Dei nobis sint exemplaria non occurrit tō quare papa qui est Christi vicarius hoc non possit & debeat: dummodo facultas ad sit. & ideo omnes idolatras puniri potest & debet. Naturale est. n. vnum & solum Deum colere & non creaturas. Inde est etiam quòd papa iudicat & punit iudæos si contra legem faciant in mortalibus, quando prælati eorū ipsos non puniunt, & eo modo punit eos, si contra legem suam hæreses inueniant & obseruant. Et hac ratione moti Papa Gregorius & Innocentius Quartus mādauerunt comburi liberū, quem iudæi vocāt Thalmuth, in quo multæ hæreses continentur, & puniri illos q̄ docerent illas hæreses vel seruarent. De libro ille videre poteris in disputatione Petri Alfonsi

Origo possessionum.

Iurisdictionē & potestatē esse a Deo. 1. Pet. 2.

Ro. 13.

Psal. 145.

Mat. 15. Ioā. 10.

Qūo gē tiles & iudei su biiciūt.

fonsi & hist. spe. lib. 26. c. 127. & seq. De Christianis non est dubium q̃ Papa eos iudicare potest & punire, si contra legẽ euangelicam faciant vel alias grauiter peccent etiam temporaliter, vt patet in eo quod no. in c. licet, de for. compe. & de iudi. nouit. § 1. Et quamuis omittat Papa aliquando pœnas iustas & debitas omnibus prædictis inferendas, vel quia facultatem non habet coercendi, vel propter pericula & scandala quæ incumbunt, vel euenire timentur vel quia multitudini parcit. de tempo. ordi. c. 2. & de cle. excomm. c. latores. est tamen potestas faciendi hoc apud Deum.

Papã iuste bellare cõtra Turcas.

Quod autem Papa illis qui vadunt ad defendendum vel recuperandum terram sanctam dat indulgentias & etiam infidelibus terram illam possidentibus bellum indicit licitè, facit Papa & iustam causam habet, cum illa terra consecrata sit, natiuitate, conuersatione & morte domini nostri Iesu Christi, & in qua non colitur Christus, sed Machometus. Vnde quamuis infideles ipsam possideant, iustè tamen exinde expelluntur, vt incolatur a Christianis & ad ipsorum dominium reuocetur. Nam & prædicatione Apostolorum & iusto bello victa fuit & acquisita ab Imperatore Romano post mortem Christi, & ideo Papa ratione Imperii Romani quod obtinet, potest & debet ipsam ad suam iurisdictionem reuocare, quia iniustè ab aliis qui de iure hoc non potuerunt facere noscitur spoliatus. Et hæc ratio sufficit in omnibus aliis terris in quibus nonnunquam Romani Imperatores iurisdictionẽ habuerunt. Nec obstat si dicas ecclesia non habet imperiũ nisi in occidente, 96. dist. Constãtinus, quia illud loquitur quoad proprietatẽ, secus quoad tuitionem & defensionem. Hoc enim certum est q̃ vbiq; vnus gladius alteri assistere debet, præcedit tñ spiritualis, vt pater & magister. Vnde potest supplere & punire temporalem negligentiam & delictum, 96. dist. quis dubitet. Potest ẽt Papa assistere Regi Hierusalem ad quem spectat de iure sicut creditũ est ex quo contrarium non apparet, quinimmo & contra alios infideles, etsi non teneant terram in quã iurisdictionem habuerũt principes Christiani, & potest tamen Papa iuste facere præceptum & constitutionem q̃ non molestent iniustè Christianos qui eorũ iurisdictioni subsunt, & etiam eos in totum eximere a iurisdictione & dominio quod super eos habent, sed hoc nisi ex magna causa. Debet. n. eos quantũ potest tolerare, dummodo non sit periculum Christianis, nec exinde graue scandalum generetur licèt etiam infideles præcisè non cogantur ad fidem, quia omnes sunt libero arbitrio relinquendi vt sola Dei gratia vocentur ad fidem 45. dist. de iudeis 23. q. 5. ad fidẽ. Potest tamen Papa mandare infidelibus q̃ in terris suis suę iurisdictionis euangelii prædicatores admittant. Nam cum oĩs creatura rationalis facta sit ad Deũ laudandũ, iuxta illud ps 116. Laudate dominum oẽs gentes, & iterum 150. Omnis spiritus laudet dominum, certum est q̃ si pagani prædicatores prohibeant prædicare peccant, & ideo a Papa sunt puniendi vt supra notatur. In omnibus autem prædictis casibus & in oĩbus aliis in quibus Papæ licet aliquid mãdare infidelibus & compellere siue punire si non obediant, Papa solus & nullus alius nisi de iure suo contenderet bellum eis indicere, & cõtra ipsos seculare brachium inuocare. Sed contra, quia sicut dicit Apostolus 1. ad Cor. 5. c. Nihil ad nos de his qui foris sunt 2. q. 1. Multi. So. verum est excommunicando vel ad fidem præcisè compellendo cum sola gratia Dei vocandi sunt, 45. dist. de iudæis. Alias autem si nos vel nostros perturbent seu inquietent seu bona nostra occupent multum ad nos, quod dic vt legitur & notatur de diuortiis. ca. gaudemus. § 1. & in præmissis gradibus. ¶ Sed dices ex quo licet nobis repetere terram sanctam & alias regiones quas Imperatores olim acquisiuerunt & sibi sibiugauerunt, pro eo q̃ Imperatores semel in eis dñati sunt, quare nõ licet eo modo infidelibus repetere totam Italiã & Hispaniam in quibus olim dominiũ habuerunt? Respondeo q̃ domini harum terrarum cum populis suis conuersi sunt. fatemur tamen q̃ si populus alicuius magni principis infidelis conuerteretur, sed dominus in infidelitate sua permaneret bene posset Papa super fideles iurisdictionem & dominium relinquere domino infideli. ar. 1. ad Timoth. 6. in princip. Sed si Christianos grauaret iniustè posset ipsum cõpescere (vt dictum est) sed & propter periculũ fidei vel etiam eorundem fidelium possit cogi dominus ad recipiendum præciũ vel commutationem: infra de iudæis. c. fin. Nam sæpe quis amittit res suas sine culpa sua, licèt non sine causa, puta fauore liberatis. C. pro quib. cau. ser. acci. liber. l. 1. & per totum, & multo fortius fauore fidei & religionis, q̃a summa est ratio q̃ pro ipsa facit. ff. de relig. sunt personę. ¶ Diximus q̃ infideles tenentur prædicatores fidei admittere. Nunquid ergo & eodem modo Christiani tenẽtur recipere prædicatores Machometi? vtiq; nunquam eodẽ

Quæstio

modo,

modo, imnio nec vllo modo, cum.n. ipsi in errore & in inuio & nos in veritate & in via, necesse est q̃ ad imparia iudicemur. ar. in eo q̃ legitur & notatur de diuortio.ca. quanto §.

Quęstio Si vero alter. ¶Sed quæres quō potest ecclesia Romana & aliæ & etiam alij Christiani licitè tenere ea quæ tenent in occidente & alibi, cum Imperatores Romani ibi omnia cum armis per violentiam occupauerunt. Et ita constat, q̃ mala fide tenuerūt in qua & hi qui

Frigida solutio. tenent videntur succesisse. Respō deo, nescimus, vtrum hoc iustè occupauerunt & in dubio supponere debemus, q̃ vsi fuerunt iure suo recuperando quod prius per violentiam amiserant, vel forte per matrimonia vel donationes vel alios contractus licitos ad eos legitimè peruenerunt, licèt postea in eis multos rebelles inuenerunt, & habuerunt quos vicerunt. Et probatur hoc. C. de rei vend. l. fi. & de peti. hæred. l. cogi. & ofh. præto. Affri. l. 1. & 2. & in eo quod legitur infra de celeb. miss. c. cum Marthæ §. 1. versi. fi. De ecclesijs autem constat quòd ea quæ tenent iustè possident, quia non constat quis ante occupationem dominus fuerit. In quo casu prælato ecclesiæ & potissimè Papæ facienda est restitutio tanq̃ Christi Vicario. Vnde & ecclesiæ quę propria possident, iustè possident ar. ff. de acq. poss. l. iuste possidet. & in eo quod legitur & notatur de vsuris, c. cum tu. § 1. ver. vel his non superstitibus. & de præscrip. c. ad audientiam, §. 1. & c. 1. se. Talia enim sunt pauperibus eroganda, vt ibi dicitur, & quicquid. Vnde & Papæ & ecclesiæ bona quæ habent & tenent, non tanq̃ propria, sed tanquam communia possident. extra de præbend. c. ratio. vt omnibus hominibus necessitatem habentibus subueniant. Bonam autem hæreticorum & scismaticorum auctoritate constitutionum principum hoc concedentium recuperantur 8. dist. quo iure 23. q. 7. per totum, sed Innocētium. cuius est hæc tota glossa, vel quasi Host. tamē videtur q̃ in aduentu Christi omnis honor & omnis principatus & omne dominium & iurisdictio de iure & ex causa iusta, & per illum qui supręmam manum habet, nec errare potest, omni infideli subtracta fuerit & ad fideles translata. Quod hæc iusta causa fuerit, probatur. Eccl. 10. Regnum a gēte in gentem transfertur pp iniustitias & iniurias & contumelias, & diuersos dolos, q̃ hoc factū fuerit probatur de constit. cap. translato. Et hoc in personam Christi filij Dei viui, quia non solum sacerdos fuit, sed & Rex Lucę primo. Ecce concipies & paries &c. vsq;. Et regni eius non erit finis. Vnde & ipsæ dicit Matth. 21. Auferentur a vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius. Huiusmodi autē regni & sacerdotij principatum perpetuum commisit filius Dei Petro & successoribus eius, vt patet in eo quod legitur & notatur extra de homi. c. pro humani. lib. 6. & qui simil. sint legi. per venerabilem §. rationibus. per totum, & maxime versi. Vnde constanter asserimus, q̃ de iure infideles, debent subijci fidelibus non econuerso, vt patet per id quod no. de iudęis c. 1. & c. multorum, & c. si iudęos. §. inhibemus. Conceditur tamen q̃ infideles qui dominium ecclesiæ recognoscunt sunt ab ecclesia tolerandi quia nec ad fidem præcisè cogendi sunt vt supra dictum est. Tales enim possunt habere possessiones & colonos Christianos & etiam iurisdictionem ex tolerantia ecclesiæ. Et si his contenti non sunt vel abutuntur sibi imputent, si amittere coguntur &c. Super quo vide quod legit de iudęis, c. multorum & in talibus. s. ab ecclesia toleratis dicimus locum habere illud Apostoli primæ Petri. c. 2. Serui obedite in omni timore dominis non tantum bonis & modestis sed etiam discholis, & 1. ad Timo. 6. in prin. Quicunq; sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur &c. & omnes consimiles auctoritates. Alios autem infideles, qui nec potestatem ecclesiæ Romanæ nec dominium recognoscunt nec obediunt, indignos regno, principatu, iurisdictione, & omni dominio iudicamus, & illos qui terram sanctā vel alias partes Christiani acquisiuerunt occupant vel occupata detinent, debere auctoritate ecclesiæ impugnari, & multò fortius hæreticos & scismaticos quàm paganos, super quo vide quod not. in sum. de hæreti. in c excommunicamus, & in §. qualiter detinetur. Alios autem infideles in pace degentes & etiam illos quos seruos tenemus, non per bellum, nō per violentiam aliquam, sed tm per prædicationem dicimus conuerti debere, & si prædicatores non admittant eos posse compesci per Papam vt dictum est supra in glo. Innoc. Sed vbi Christiani sub dominio infidelium habitant quibus nec resistere possunt, necesse est quòd patientiam habeant & de facto ipsorum dominium recognoscant, & sic potest intelligi dictū Apostoli de quo nota & cum hoc moderamine determina & intellige quic quid sm Innoc. in superioribus est notatum. Sed cum hodie principes Christiani inter se bella & guerras propria temeritate moueant, & quod vnus iustè & pacificè possidet & ab

antiquo

antiquo possedit alius de nouo violenter occupet & vsurpet, et nihilominus a suis confessoribus & eorum peccata quauis notoria palpantibus & dissimulantibus, & ab eisdē castra possessionē & alias eleemosynas scienter recipientibus absoluant, & per cōsequens prę scribi nequeunt, vt patet in eo quod legitur & notatur sup. de pręscri. c. fi. Quis excusabit ista? Nescio rndere. Caueant ipsi sibi & consulant alioquin timēdum est ne cateruatim ad infernos innumerabiles populos secum trahant xl. dist. si Papa. Pœniteant ergo & quod sciunt alienum esse restituant. Nec enim dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum, 14. q. 5. per totum. Possunt tamen per veram pœnitentiam reparari. de sum. Tri. c. §. sacramentum. Hæc omnia ibi.

§. 1. ¶ Circa dñium aūt rerū & vsum. No. q̄ Ioan. de Rip. or. mino. in quodam suo tractatu hoc ponit. Dicit enim q̄ circa hoc videnda sunt. Primum q̄ nullo mō expedit omnia esse cōmunia pro statu naturæ lapsæ. Secundum videndum est vnde rerum dominia distincta sint. Tertium quomodo ista diuisio fuit iusta.

Tria notanda circa rex dominiū.

¶ Primum probatur sic, illud modo expedit reipublicæ per quod terre in solicitudinem verterentur, per quod via aperiretur fraudibus & maliciis, & per quod terræ in solitudinem verterentur, & per quod boni semper haberent peius & mali melius & quod esset efficax occasio nunquàm habēdi pacem. ¶ 3ed comunitas omnium in repub. ista induceret, ergo &c. maior patet ex terminis. Minor probatur quoad omnes sui partes. ¶ Primo quoad hoc q̄ terræ in solitudinem verterentur. Si enim agri omnibus essent cōmunes, ergo & agros colere & seminare esset cōe. Sed patēti experimento videmus q̄ de cōibus nullus curat nisi modicū valde. Item aut oēs simul colerent & sererent, & hoc statim apparet impossibile & inconueniens, aut aliqui & cū fructus debeant esse cóes, nullus inueniretur qui vellet sibi approbare laborem culturæ cum cōitate fructuum. Probatur minor quoad secundum. s. q̄ per hoc uia aperiretur fraudibus & maliciis, quia fortiores plus debito de bonis cōibus occuparent, malicioſi ēt & astuti cum essent omnia cōia non possent puniri, eo q̄ dicernet se non recipere alienū, sed tantū indigere. Et per hoc patet pars tertia. s. q̄ bonis esset peius, quia nollēt accipere nisi ne cessaria sibi, & mali esset melius, quia non solum necessaria sed & multa superflua aggregarent. Patet & quarta pars. s. q̄ talis cōitas esset efficax occasio litigij dupliciter. Primo q̄a induceret occasionaliter maximā inęqualitatem vt patet in præcedentibus. Secundo quia contingeret frequenter q̄ eadem repu. eodē equo vel domo & sic de aliis plures vellent simul uti, & sic cū quilibet pari iure fungeret, & sic litigiū esset & briga. Sic igitur patet, q̄ talis cōitas nullo mō reipu. expedit. Qui vult de ista materia ample videre, videat in. 2. Politico. Arist. vbi reprobat policiam Platonis, quia ponebat omnia cōia, videant etiā quod libetum. 4. Henrici de Gandauo.

Plato ponebat oīa cōia.

¶ Circa secundum vtrum rerum dñia sint distincta, pono tres cōclusiones. ¶ Prima est qđ in statu naturæ lapsę rerum dñia non sunt distincta iure naturali. Istam probo. Impossibile est naturā ad oppositā inclinare, sed in statu innocentiæ de iure naturali omnia erant cōia, ergo & post lapsum cum eadem sit. Maior patet, minor probatur, quia & eodem mō fuisset vsus rerum in statu innocentię quomodo plus valuisset ad naturæ sustentationem, & pacificā conuersationem. Sed pro statu primo plus valuisset cōmunitas omnium, cum quilibet esset rectus & non occuparet de cōmunibus nisi qnantum indiguisset. ergo &c. Secundo idem probatur per illud decretum distin. 8. cap. quo iure. Nam iure naturæ sunt omnia communia omnibus. ¶ Scundum conclusio est ista, quòd iure diuino non sunt dominia distincta. Ista probatur per arg. prædicti canonis. Quo iure defendunt homines, scilicet villas diuino aut humano. Vnde quilibet pensat quod possidet est humana voluntate. Nam iure diuino. Dominī est terra & plenitudo eius. ¶ Tertia conclusio est quòd rerum dominia sunt distincta iure positiuo humano. Ista patet per locum a diuisione, quia exquo sunt distincta & non iure naturali nec diuino: ergo iure humano &cæt. Prima probatur per illud decretum. quo iure. distinct 8. Iure regum possidentur possessiones. Et ibidem tolle iura imperatorum quis auderet? dicere? hęc villa mea est.

¶ Tertio videndum quomodo ista diuisio fieri potuit aliqua lege positiua. Circa quod §. 3. sciendum, quòd lex ad hoc vt sit iusta requirit in legis latore prudentiam & auctoritatem. Prudentiam ad hoc vt lex bene feratur. Auctoritatem ad hoc vt liget. Lex enim dicitur a ligando. Sententia autem cuiuscunque prudentis, siue statutum non ligat aliquem super quem nullam habet auctoritatem. Quomodo autem in legislatore prudentia possit esse satis patet. Sed quomodo possit

do possit auctoritatem ligandi super alios habere, cum natura omnes homines æquales genuerit, est dubium. Propter quod est sciendum q̃ secũdum Arist. 1. Politic. duplex est principatus paternus, scilicet & policitus. Paternus ortum habet a naturali generatione. Est enim paternus principatus ille quo pater principatur filiis. Et istæ cum sit de lege naturali, patet q̃ sit iustus. Principatus autem politicus est duplex. Vel q̃ residet in vna persona, sicut in regno Franciæ, vel residet in vna communitate, sicut in Italia, vbi vt plurimũ ciuitates principantur. Patet autem q̃ istorũ quilibet potest esse iustus, si sponte se velint aliqui subiicere dominio alicuius prudẽtis vel alicuius communitatis. Iustum est enim vt qui se regere nesciunt vel non possunt sine auxilio vel directione alicuius personæ vel alicuius communitatis illi se subiiciant quoad regimen & gubernationem. Conuenientes ergo ab initio aliqui ad cõstruendam aliquã ciuitatem iustè potuerunt eligere aliquẽ virtuosum vel aliquos ad principandum eis. Et hoc vel conferentes ei principatum pro se & hæredibus suis, vel pro se tantum, vel q̃ successores eius eligerentur, sicut fuit in republica Romanorum. His præmissis patet, q̃ dici potest iustam esse diuisionem dominiorũ, vel quia a patre diuidente, sicut fortè fecit Noe filiis suis põt diluuium vel a principe hoc statuente, in quem communis consensus populi transtulerat hanc potestatem. Potuit etiam tertio modo iusta esse diuisio de cõmuni consensu eorum qui communiter possidebant, sicut legitur in Gen. de Abraham, & Loth. Et sic patent tria declaranda in ista quæstione. Ad ar. in oppositum respondeò cum dicitur, q̃ cum communitas talis &c. patet oppositũ in secundo ar. huius quæstionis.

Principatus duplex.

Gen. 13

§. 4. ¶ Consequenter quæro an dominia rerũ ab initio iustè diuisa iustè possint in alios a primis dominis vel dominiis transferri. Arg. primo q̃ non: quia qui iustè possidet non potest cessare a iusta possessione nisi iniustè sed si dominia transferrentur istę cessaret possidere illa quæ iustè possidebat, ergo &c. Contra multi contractus quibus transferuntur dominia iusti reputantur, ergo &c. ¶ In ista quæstione ita procedam, primo ponam duas distinctiones, secundo tractabo modum iuste translationis ſm vtrunq; membrum. Prima distinctio est ista: quòd translatio dominii potest esse quoad dominium rerũ, vel quoad vsum tantum, dummodo penes ipsum totaliter remanet & vtraq; translatio alias & alias regulas habet. Secũda distinctio est ista q̃ translatio dominii põt fieri vel auctoritate publica principis, vel auctoritate priuata domini immediate ipsius rei. Si primo fiat translatio dominii, scilicet auctoritate publica: sic do hic vnam regulam generalem, q̃ translatio dominii auctoritate legis iustæ est. Ista patet quia sicut lex iustè potuit ab initio distingue re dominia, vt pater q. præcedenti. ita potest distincta dñia iuste transferre. Ex ista autem. regula sequitur, q̃ præscriptio ist immobilibus, & vsucapio in mobilibus est iusta translatio, probatur auctoritate, extra de præscrip. c. vigilanti in gloss. super verbo nouerit. Vel aliter probatur et iam ratione sic. Illud potest a principe iuste statui quod est necessariũ ad pacificam subditorum conuersationem, seu dominia temporalium rerum qua tanto tempore negliguntur transferri videtur omnino necessarium ad pacificam subditorum gubernationem. ergo &c. Maior patet cum pax sit illud quod maxime expediẽs & necessarium Reipub. iudicatur. Minor probatur, si enim non transferretur dominium in occupãtem sed semper post quantumcunque tempus remaneret dominium apud primum: lites fierent innumerabiles. Posset enim primus dominus post quantumcunq; tempus repetere rẽ illam vel hæres suus, & valde difficile, immo quasi impossibile esset probationes sufficientes ad talia habere, & per cõsequens nec lites discindere, & sic generarẽtur odia & multa alia mala. Præterea princeps iuste posset legem transgredientem punire, cuius transgressio vertitur in damnum Reipu. non solum in rebus, immo in persona, sed tanto tempore dimittere rem suam esset negligentia & transgressio valde nociua reipublicæ. ergo &c. Maior patet, minor probatur, tum quia pacis impedimentum, tum quia ex cultura terrarũ germinantur ea, quibus respub. sustentatur, igitur negligens multum transgreditur. Ex his patet tertio, quòd possidens aliquid iure præscriptionis iuste possidet, quia auctoritate legis iuste possidet. Et ideo rem legitime præscriptam vel vsucaptam restituere potius est supererogationis q̃ necessitatis. Si aũt fiat translatio dominii a persona priuata, puta a domino rei immediate hoc posse fieri dicitur, vel liberali translatione, puta illa in qua nihil ex hoc expectatur & cõiter vocatur datio vel donatio. Vel ex translatione illiberali, puta per emptionem & venditionem per mutationem & huiusmodi. Sed de his dicetur infra titulo de mercatoribus & artificibus.

¶ De

ti.8.c.2. ¶ *De declaratione terminorum usufructus, usus, possessionis, proprietatis, dominij, & iuris. Cap. 3.*

Vsufructus qd.

Circa aliquam rem possunt ista concurrere, vsufructus, vsus, possessio, proprietas, dominium, & ius. Vsufructus autem secūdū iuristas describitur sic. Vsufructus est ius vtēdi fruendi alienis rebus, salua rerum substantia, vt patet. ff. de vsufru. l. 1. Ponitur autem in ista descriptione alienis rebus secundum iuristas, quia sua res nemini seruit. Et ideo in re propria non habet aliquis vsufructum. Secundum eos enim in rebus constituitur duplex seruitus, personalis & realis. Realis. quādo res inanimata seruit rei inanimatæ, vt ager agro, prædium prædio. Personalis quando seruit rei animatæ sicut homini, quia ergo in re propria non potest constitui seruitus, ideo vsufructus semper est in alienis rebus, & ideo si habeo vsufructum in vno viridario, & postea ad me perueniat proprietas, habita proprietate expirat vsufructus. Item ponitur salua rerum substantia, & ideo secundum iuristas nunquam in rebus vsu cōsumptibilibus constituitur vsufructus proprie, quia nō manent post vsum. insti. de vsufru. §. cōstituitur. Item ponitur ius vtendi ad differentiam vtilis dominii quod quandoq; in rebus alienis habetur, sicut emphyteota, & feudatarius habent vtile dominium rei, cuius dominium directe pertinet ad dominium superiorē a quo res tenetur in emphyteosim vel in feudū. Itē ponitur fruendi ad differentiā nudi vsus, qa minus est in vsu quàm in vsufructu, vt dicitur insti. de vsu fructu & habitatio. §. minus. Sicut dat exemplum in grege ad stercorandū agrum & lac & lanam & fœtus recipiendū & distrahendum sicut volueris. Fœtus enim in iumentis & pecudibus & quodlibet animal irrationale computatur in fructu, sed non in ancillis. Vnde si habes vsufructum in ancilla, partus ancillæ non pertinet ad vsufructuarium, sicut dicit. l. fi. ff. de vsufru. l. vestis. Et est ratio legis optima quia absurdum extimauit natura hominem in fructu esse, cum oēs fructus gratia hominis comparauerit. Aliud exēplum potest dari. Si vsus viridarii sit tibi relictus rosas & flores viridarii poteris sumere ad vsum tuum sed alteri non poteris vendere aut dare, sed si vsufructus sit tibi relictus & vendere & dare & ad opus tuum retinere poteris. Similiter si in horto aliquo sit tibi vsus legatus vteris holeribus ad vsum tuum, sed alii non dabis aut vendes, si vero vsufructus, & vendes & dabis, & ad opus tuum retinebis, sicut ista probantur. & ff. de vsufr. l si fundi. & insti. de vsufr. & habi. §. sed minus. Patet ergo quare ponitur fruendi, quia habens vsum solum potest vti pro se, sed nō frui, qa non potest dare aliis vel vendere. Et ideò videtur mihi quòd quicunq; habet vsufructū, necessario habet vsum, & hoc ēt dicunt iuristæ, dicunt enim q; si alicui legatur vsufructus, deducto vsu nihil valet legatū, quia verba repugnantia reperiuntur in legato, sicut probatur. ff. de vsufruc. & habit. l. per seruum. §. fi. sed si de vsufructu. Ista autem repugnantia non est ex alio, nisi quia de necessitate sequitur, habet vsufructum, ergo habet vsum. Verum est quòd sicut ipsi dicunt, q; aliquis simpliciter legauit vsufructum, & postea ademit ad vsum valet legatum, quia habuit bonum initium & ademptio dicitur nulla, sicut patet in præallegatis iuribus. Vnde ergo sequitur habet vsufructum, ergo habet vsum. Sed non conuertitur habet vsum, ergo habet vsufructum, immo est fallacia consequentis arguendo a superiori ad inferius affirmando sic, est animal ergo est homo. Sic ergo patet quid est vsufructus. Iuristæ autē distinguūt duplicem vsufructum, scilicet causalē & formalem Sed ista sufficiant ad præsens dę vsufructu nobis theologis, qui parum habemus de ista materia.

Habere vsum & vsufructū differre.

¶ Vsus autem secundum iuristas est ius vtendi alienis rebus, salua rerum substantia. Et quia ponitur alienis rebus, patet ſm eos q; vsus non constituitur in rebus, quæ vsu consumuntur, quia in talibus non potest rerum substantia salua remanere post vsum. Itē qa non ponitur fruendi, distinguitur vsu ab vsufructu vt supra declaratum est. Sed quantum mihi videtur legistę isto modo vsum accipiūt nimis strictè, scilicet pro vsu pro quo competit seruitus. Ideò accipiendo vsum secūdum naturam rei & magis largæ & secundum iura canonica, cum secundum rei veritatē aliquis vtatur re sua sicut aliena. Iterum vtitur pane cum eum consumit & comedit, alias non cōsumaret vsu nisi posset circa comestionem panis habere vsus. Sic ergo accipiendo vsum videtur mihi quòd vsum nudum facti, de quo loquuntur constitutiones Ioan. 22. editæ contra fraticellos possumus imaginari quadrupliciter. ¶ Primo modo potest dici vsus nudus facti propter omnis iuris nudationem. ¶ Secūdo propter proprietatis exclusionē. ¶ Tertio propter omnis vtilitatis priuationē. ¶ Quarto propter actionis in iudicio abdicationem. Exemplum omnium istorum. De primo si

§. 1. Vsus quid.

ego

ego equitarem equum cuius ego non essem dominus, nec haberem aliquod ius equitandi equum tunc haberem vsum nudum equitationis equi per omnis iuris nudationem. Et isto modo fur & latro habet vsum nudum facti in re furtiua, quia habet vsum denudatum facti proprietate, quia proprietas non est in eo sed alterius, similiter de equo, & tunc possum dici habere vsum nudum facti per proprietatis exclusionem, & econtra ille non haberet nudum vsum qui haberet proprietatem scilicet rei. Exemplum de tertio quando aliquis habet vsum alicuius rei, vel circa aliquam rem, & tamen caret omni fructu & vtilitate, quæ posset sibi ex tali vsu prouenire. Sicut si seruus vteretur aliquibus instrumentis ad colendam terram domini sui, talis vsus posset dici nudus quantum ad fructum vel utilitatem serui, quia ex tali vsu vel opere nullus fructus vel commoditas acquiritur seruo, sed domino. Similiter famulus campsoris tota die computat monetam domini, & vtilitas non applicatur sibi sed domino. Talis posset dici nudus vsuarius propter omnis vtilitatis priuationem. Exemplum de quarto. Si aliquis haberet aliquam rem, & cum auferretur sibi non posset contra illud in iudicio agere, vel ex voto vel ex alia quacunque causa tunc posset dici habere nudum vsum par actionis in iudicio abdicationem. Et hoc sufficiat ad præsens de vsu.

§. 2. Possessio quid.

¶ Tertium autem est possessio quæ sic describitur. Possessio est corporalis rei detentio corporis & animi iuris adminiculo interuenien te. Sic describit Host. in sum. de cau. pos. & proprie. Dicitur autem corporalis rei quia secundum iuristas incorporalia non possidentur, sed quasi. Dicitur autem detentio, quia possessio secundum iura dicitur quasi pedum sessio, aliter non acquiritur nisi corpora & animo interueniēte. Vnde si alterum deficit non est possessio Item dicitur iuris adminiculo &c. quia dicitur quamuis aliquis alicui rei corpore & animo insistat, cum non habeat iuris adminiculum non dicitur proprie possidere. Vnde secundum eos possessio aliquando habet plurimum iuris, vt quando acquiritur per seruum domino in rebus peculiaribus. Nam sine actu domini acquiritur sibi possessio etiam ipse ignorante, & vsucapio procedit ex ea. Quandoq; habet multum iuris, sed minus quam prima, sicut illa quæ mihi per procuratorē acquiritur etiam ignoranti, sed ex illa vsucapio non procedit. Quandoq; habet parum iuris, sed plurimum facti in acquirēdo, vt illa quam mihi per me ipsum acquiro, sed ista in retinēdo habet multum iuris & parum facti, quia solo animo retinentur, sed non acquiritur nisi animo & corpore interueniente. Et hæc omnia notantur diffusius per Ber. glo. extra concess. præben. c. cum nostris. Semper ergo possessio habet iuris adminiculum. Sed contra hoc videtur qa fur & raptor habent possessionem rei furatæ & raptæ &, tamen nullum habent iuris adminiculum vnde sint restituendi, vt probatur extra de resti. spo. c. in literis, & ff. de vi & vi arma. l. 1. §. qui a me, ergo non semper in possessione interuenit iuris adminiculum. Respondeo & dico quod fur & raptor non dicuntur proprie possidere, sed solum ininstè detinere, sed sunt restituendi ex alio causa forte & sine forte, hoc statutum est ita in odium spoliantium & auferentium violenter res suas hominibus. Vnde secūdum quod dicit illa decre in literis, hoc fuit introductum secundum iuris rigorem contra iuris communis æquitatem, qui quandoq; præfertur rigori, vt ibi dicta glo. Et ideo dicit Innoc. in eadē decre. secūdum opinionem probabilem multorum, si constaret tunc per suam confessionem ipsum esse prædonem, vel constaret de proprietate rei, esset prędoni restitutio deneganda, & hoc ideo quia nunquam vere possedit nec naturaliter, nec ciuiliter, sed solum detentionem habuit iniustam, quia etiam nemo potest esse iudex in causa sua, & ideo rem furtiuam non debeo a fure accipere, nisi auctoritate iudicis coram quo ostendam rem esse furtiuam, quare &c.

In verbo habet.

§. 3. Proprietas quid

¶ Quartum quod inuenitur circa aliquam rem est proprietas, quæ sic describitur ab eodem Host. ibidem. Proprietas est, dominium rei iustis modis quęsitum. Acquiritur autem dominium iure gentium & iure ciuili. Iure gentium per occupationem, sicut in his quæ non sunt in bonis alicuius hominis quæ occupanti conceduntur, sicut sunt feræ, bestiæ, & aues & pisces quæ in terra, in mari, & in aere capiuntur, & in his quæ communia sunt vt in mari & in littore maris & lapillis & gēmis quæ sunt ibi vt patet insti. de re. diui. per totum. Tamen sunt multæ consuetudines in diuersis regionibus contra iura. Item in his quæ ab hostibus capiuntur. Iure autem ciuili acquiritur dominiū multipliciter, præscriptione, vsucaptione, arrogatione, monachatione, testatione, successione, & alijs multis modis de iure ciuili inductis.

Quintum

§. 4. Habeee ius, habere do miniũ. ¶Quintum quod requiritur circa aliquam rem est dñium. Dominiũ.n.ſm aliquos doct. & ius idem dicunt in re, quia tm̃ habet aliquis de dominio in re quãtum habet de iure. Vnde ſi habet ius in re habet dominium in re. Si habet tm̃ ius in vſu rei, habet dñium in vſu rei. Aliquibus aũt doctoribus vr̃ oppoſitum Et tota rõ eſt, quia ſm philoſophum & Simplicium in prędicamẽtis, relatio dñii eſt relatio ſuperpoſitionis, & ideo nullus dr̃ habere dñium in aliquo, niſi ſit ſibi ſuppoſitus, ſed aliquis non poteſt habere ius in aliquo cui non eſt ſuppoſitus, immo econtra, ſicut filius familias habet ius in patre, ſimiliter ſeruus a dño, quia tenetur ad eius alimentationem, ſimiliter monachus in monaſterio, ſubditus in prælato, qa tenetur ſibi ad ſacramentorum adminiſtrationem, ergo ius & dñium non ſunt idẽ, immo ſm iſtos ius ſe habet in plus q̃ dñium, quia dñium omne eſt ius, ſed non omne ius eſt dñium. Dominium.n.vr̃ ſibi addere ſupra ius quandam ſuperioritatem & auctoritatem. Et ideo ſm iſtos dñium deſcribitur ſic. Dominium eſt ius habendi poſſidendi & vtendi aliqua re ſimpliciter pro libito voluntatis, vel ſm aliquem determinatũ modum ex quadam ſuperioritate & auctoritate. Dicitur autem in dicta deſcriptione ius, quia ſi aliquis detinere vel vteretur aliqua re ſine iure, ſicut fur & prædo, talis non haberet dominium. Dicitur ius poſſidendi &c. & hoc debet intelligi iure proprio non alieno, quia procurator iconomus ſeu diſpenſator vtitur iuſte & licite rebus dominorum ſuorum, ſed hoc non facit iure proprio ſed iure domini. Item dr̃ pro libito volũtatis ſimpliciter, quantum ad dñium rerum proprium & perfectũ, per quod quis habet ius in re, quantũ ad proprietatem ſimpliciter, & quantum ad omnẽ, vſum qui natus eſt circa rem, quia põt eam vendere & donare & diſtrahere ſicut placet. Dicitur aũt vel ſm aliquem certum determinatum modum pp duo. ¶Primo propter dominia cõditionata, puta cum quis eſt dñs rei quoad rei proprietatem & vſum ſimul, ſed tm̃ non poteſt vẽdere niſi certis perſonis, puta propinquiori de genere & determinato modo ſeruando legitimam liberis ſm leges, vel ſpeciales patriæ conſuetudines. ¶Secundo propter dominium imperfectum. Vſufructuarius enim vſuarius licẽt non habeat dominium perfectum, tm̃ plenum pro eo q̃ verum ius habent in vſu vel vſufructu rei licet non in rei proprietate, alioquin non poſſent in re iure ſuo vendere vel alienare vſum vel vſufructum. Iura autem cauentia q̃ vſuarius vel vſufructuarius non habent dominiũ ſimpliciter in proprietate rei, dicunt ipſos nõ habere dominium, licẽt ſm veritatem ſint dñi ipſius vſus vel vſufructus. Item dicitur cum quadam ſuperioritate & auctoritate, cum ſit relatio ſuperpoſitionis. ¶Eſt autẽ ſciendum, quod dñij ad præſens poſſumus accipere tres diuiſiones. ¶Prima eſt cum dominium ſit ius habẽdi rem cum quadam ſuperioritate & auctoritate ad eam, ſicut ſtatim declaratũ eſt, ſicut eſt duplex ius ſic eſt duplex dñium. Ius autem prima ſui diuiſione diuiditur a philoſopho. 5. Ethico. in ius naturale, & ius poſitiuum, quod vocat philoſophus ſm legis poſitionem, Et hoc eſt duplex dñium, quoddam naturale, & quoddam politicũ ſiue ciuile. Dominium aũt naturale eſt ius quod competit alicui a natura habendi & vtendi aliqua re cum quadam ſuperioritate & auctoritate ad eam, ſicut eſt ius patris ſuper prolem, & viri ſuper vxorẽ, & dñi ſuper ſeruum, ſi ſit ſeruus a natura. Eodem modo quo loquitur Ariſt. 1. Politic. q̃ qui poteſt mente prouideere & prẽualere. i. rõne viuere principans natu, & dñs natura, qui autem nõ poteſt hoc corpore facit ſubditũ & natura ſeruum. Et ſimiliter dñium quod habet aut habuit homo in ſtatu naturæ integræ ſuper animalia irrationabilia. De quo legitur Gen. 1. Dominamini piſcibus maris & volatilibus cœli, fuit dñium naturale, quia tale ius competit homini a natura. Dominium autem politicum ſiue ciuile dr̃ ius cum ſuperioritate prædicta, quod nõ conuenit alicui per naturam, ſed mere per adinuentionem & collationẽ humanam, vel diuinam ſpiritualẽ & ſupernaturalem, ſicut eſt dñium ciuile, vel ſm legis poſitionem. ¶Secunda diuiſio eſt dominij politici ſeu ciuilis, quia quoddam eſt verum dominium & perfectũ, quoddã vero. ſ. imperfectũ, ſicut iam aliqualiter tactum eſt. Non imperfectum ſed perfectum dominium eſt qũ quis habet dominiũ in rei proprietate & in vſu eius, quia põt eam vſu proprio conſumere, vendere & alienare, & ea vti prout vult. Dominium vero imperfectum eſt cum non habet ius in rei proprietate, ſed ſolum in vſufructu vel vſu. Vnde talis non poteſt dici dominus rei, ſed dominus vſus vel vſufructus. ¶Tertia diuiſio, quia dominium verum habet multos modos diſtinctos, quia quoddam eſt ſuperius & mediatũ, quoddam altũ, quoddam baſſum, quoddam vtile, quoddam directum, & ſic de alijs modis, & in eadem re. Et ideo ſciendum, quòd

Dñium quid.

Dñij diuiſio.

licet eiusdē rei non pñt esse plures dñi simul, quilibet insolidum ſm eundem modum & eandem rationem dñij, vt dicitur in prędicto c. licet. & l. prædicta possideri, tñ ſm diuersos modos dñii & diuersa iura vnius & eiusdem rei pñt plures esse dñi & distincti. Sicut campi Rusticus habet dominium vtile. Burgensis vero habet in eodem campo directum dominium. Miles dominium bassum. Rex dominium altum: & sic patet quid est dominium.

§. 5. ¶Sextum & vltimum quod reperitur circa rem est ius, & quia dominium addit solū supra ius superioritatem & auctoritatem, ideo posset describi ius in eadem rōne sicut dominium dempta illa conditione cū quadā superioritate. Vel possumus sic describere, q̄ ius est potestas exercendi aliquem actum circa rem. Vnde si licite possum vendere librū, habeo ius in venditione libri, ſ licite possum in eo legere & studere habeo solū ius in lectione, & studio libri, & sic generaliter concludendo, quantum habeo de potestate licita circa rem, tñ habeo de iure circa eam. Et q̄ hoc ſ verum declaro breuiter sic. Homo circa rem aliquam venientem in vsum vitæ humanæ, non habet nisi duplex posse. ſ. posse facti seu executionis quo pōt vti illa re licite. sed posse solius facti non dicit prędicte posse iuris, ergo posse licite dicit posse iuris. Maior patet, quia non video q̄ circa aliquam rem homo possit habere aliquod posse, nisi vel posse facti absolute, quo potest vti etiā illicite vel posse licite.

Ius q.d. Sed minor facilius probatur, quia illud quod fit de iure licite fit, ergo posse facti nō est posse iuris. Relinquit ergo q̄ posse licite sit posse iuris. Est enim hic sciendum, q̄ frequenter aliquod nomen cōe pluribus ſm rem ſm modum pro cōiter accipitur, retinet sibi nomen proprium condistinctum contra alium, sicut præscientia quæ ſm rem est cōis est noticia ap probationis bonorum & reprobationis malorum. sicut patet, & ad Rom. 8. vbi dicitur quos præscisit hos & prędestinauit, & ad Rom. 11. Non repellet dās plebem suam quam præscisit, tñ ſm cōem acceptionem retinet sibi nomen proprium condistinctum contra prædestinationem. Vnde solī mali dicuntur prędicti. Sic recte est in proposito, q̄ posse facti licèt ſm cōem acceptionem condiuidimus posse facti contra posse iuris, dicendo q̄ ille potest de facto qui potest aliquem actū exercere, sed illicite. Ille aūt potest de iure, qui potest actū licite exercere. Patet ergo quòd ius non dicit aliquid aliud nisi potestatem licite exercendi aliquid aliud actum. Et hoc āt dicit Aug. 22. q. 2. faciat & est in lib. de mendacio. Vbi dicit sic. Faciat homo quod potest pro spali salute hoīum, cum aūt ad hoc ventū fuerit vt tali saluti nisi peccando consulere non possit, iam æstimet se non habere, quod faciat q̄n id reliquū esse prospexerit, q̄ recte faciet. Per quod etiam dicūt iuristæ, q̄ illud possumus solum quod de iure possumus, q̄ etiam probo adhuc. Omnis actus qui potest esse circa aliquā rem vel pōt exerceri licite vel illicite, exquo supponitur q̄ potest exerceri, quia priuatiue opposita in subiecto apto nato æquipollent contradictoriis, vt patet in 4. Metaphi. cē. Sed ius circa aliquem actum dat aliquod posse, vel saltem sic posse circa illum actum, sed certū est q̄ non dat posse illicite, immo non stat cum posse illicite, ergo ius dat posse licite &c. Hæc oia quidam magnus magister in libello contra fraticellos, cuius nomen adhuc nō inueni,

¶*De diuersis viriis dominorum & officialium. Cap. 4.*

IN diuersis regionib. sunt diuersi modi principandi & dominandi. Nam regna regūtur per vnum regem, aliqua etiam dñia per vnū ducem, marchionem, comitē & hmōi regūtur. Aliquę ciuitates & dominia sunt quæ reguntur per plures & ad tps qui dicuntur dñi priores vel antiani vel consules & hmōi, qui ēt ad disponendum de factis cōitatem concernentibus habent secum collegas sub diuersis noībus officiorum, vt in Italia Florentię, Senis. In terris ecclesiæ vice Papæ dominantur, vel vnus gubernator institutus ab eo, vel aliquis laicus habens vicariatū ab eo, vt in Marchia, & in Romādiola: Ferraria & hmōi. Qui libet ergo debet ſm modum suæ iurisdictionis dominari & non excedere terminos suæ potestatis. Et quia in multis locis, vt Florentię iurant qñ officium suscipiunt seruare statuta ciuitatis, & quædam ēt determinare tunc expressa attendant diligenter & seruent ne peruiri inueniantur, & quotiens aliquod eorum transgrediuntur, mortale sine dubio est. Iudicare ēt & intromittere se de his ad quę se non extendit officium eorum ſm statuta hoc determinantia est graue peccatū vt verbi gratia. Ex statuto hr q̄ dñi priores non debent se intromittere in causis ciuilibus cū habeant officiales ad hęc deputatos, vt ptātem, capitaneū, & hmōi. Ciues aūt hntes adinuicē cās ciuiles dant corā eis petitiones vnus contra aliū continētes causam criminalē vt q̄ verberauit eū & iniurias fecit, cū sit falsum manifeste, & hoc

Iurātes seruare statuta iusta & non seruantes mortaliter peccant.

ipsi

ipſi ſciunt,& ſic prætextu cauſæ crialis admittunt petitiones illas falſas, acſi eſſent criales cauſę,& cogunt partes facere cõpromiſſum, quamuis.n.piũ videat,quia per hãc viã multi impotẽtes & oppreſſi a maioribus ſe iuuãt: qui forte alias nõ poſſent obtinere iuſtitia vl cũ diuturnitate tpis & magnis expẽſis, tũ vt dicit Apoſt.ad Ro.3.c.& 13.q.5.c.forte.Non ſunt facienda mala vt eueniãt bona. Malum vtiq; eſt dicere mendaciũ & maxime in iudicio.Vñ nec ipſi porrigẽtes petitionẽ excuſant a pctõ.Malũ eſt intromittere ſe de prohibitis per ſtatuta eorũ q̃ iurant ſeruare. Et oñdunt ſe velle illa durare in robore ſuo.Nã ſi proponerent petitiones in cã ciuili nõ admitterent eas quia dicerent non ptinere ad eos,& tamẽ ſciunt vere eſſe ciuiles & ſic faciunt cõtra illã regulã,certum eſt de reg.iu.li.6. ¶Itẽ ſolent excedere in hoc q̃ non permittunt conſilia eſſe libera,ſed per violentiã & per multam importunitatẽ facientẽ fabas oñdere.Sed & ipſi grauiter peccant contra honeſtatẽ agẽtes bonæ ciuilitatis & contra libertatẽ & ſi iurãt da re coopertas,periuri ſunt contrariũ facientes, & peccant mortaliter,nec excuſat eos timor diſplicentiæ vel incurſionis damni vel odii, quia dẽt quis potius oĩa mala ſuſtinere, quã peccato conſentire.32.q.5.ita ne. Et q̃ eos ad hoc inducunt cum ſint occaſio periurij eorũ peccant mortaliter.Item cũ ſuſcipiũt ſeu inducunt alios collegas & conſiliarios ad ſuſcipiendum bella iniuſta vel ad imponendũ in iuſta onera vel ad conſentiendum ſiue in exilium mittendum aliquos ſine iuſta cã, vt ex inuidia,odio,ſeu ſuſpitione vltra peccatũ tenentur de damnis.De quo vide ſup.in 2. parte.de reſti.& 1.tit.de bello.

Peccãt q̃ ſũt cauſa periurij.

Tit.4.

§.1. ¶De officialibus dñorũ videndũ eſt ſi dñs ſit vnus vel plures ſi officia dedit vel tallias vel gabellas & hmõi perſonis de quibus põt preſumi q̃ non ſint vtiles & iuſti in talibus officiis vel actibus,vel ſi uendidit præcio tanto, q̃ emptores recuperare non poſſint ſine grauamine ſubditorũ,in utroq; enim caſu peccauit & tenetur de damnis ĩde ſecutis,alias autem licẽt tollerati poſſet hoc.ſ.vendere hmõi officia non tñ expedit nec habet bonã ſpẽm, ideo potius eligendi ſunt ad officium idonei & cogendi quam ſint vendenda talia officia Tho.in epiſtola.ad quandam Duciſſam.

Opuſc. 21. ſ.Brabantiæ.

§.2. ¶Item ſi mutuum det ſubditus ſuperioribus dominis,vt ex mutuo,ſibi daretur officium exquo officio ſatisfaciat ſibi,vel ſi mutuo accepit ipſe a ſuis ſubditis, hoc pacto, vt de cepit officium exquo officio ſatisfaciat eis in utroque caſu pactum uſurarium. Thom. vi de in ſum. Item ſi officiales malos tyrannos & iniuſtos poſuit vel imperitos negocio rũ ſciẽter uel ex negligentia. Vel etiam vt minus expenderet peccat grauiter,& tenetur de damnis,quæ inde ſequuntur,quia qui occaſionem damni dat damnum quoq; dediſſe uidetur.2.q.1.notum in glo.

2.2.qõ. 78.ar.2. ad 3.& 6.

¶Item ſi dominus eſt unus uel plures, nõ debent iniuſtas uel indebitas tallias uel collectas exigere a ſubditis. Eſt autem huiuſmodi tallia uel collecta uel exactio iniuſta & indebita quando uidelicet eſt ultra id de quo conueniunt ſecum ſubditi uel cum anteceſſoribus ſuis bona fide & ſine ulla coactione ſine inſtrumento uel pacto determinata eſt quam titas. Similiter eſt iniuſta quando & ſi non eſſet quantitas determinata, ſed inde finita continetur in inſtrumento, uel pacto quod poſſit exigere,nimis grauat inſpecta cõditione,& hoc arbitrio boni uiri. Eſt etiam iniuſta ſi nouam exigit & cauſa iuſta neſcitur & huiuſmodi.Eſt etiam iniuſta quandocunque non extitit memoria in contrarium tamen non implet dominus illud propter quod inſtituta,utputa ſi deberet tenere officiũ vel uiam ſecuram uel defendere eos quòd non facit ex negligentia auaritia uel propria malitia. Cogendo ad huiuſmodi exactiones directe per ſe uel ſuos rapinam facit & tenetur reſtituere. Et dicitur indirecte cogere quando propter hoc negat eis iuſtitiam uel non defendit eas & huiuſmodi. Sponte ablata ſine ulla fraude poteſt accipere, prima quæſtione ſecunda,placuit.Guil.

§.3. Qñ eſt iniuſta exactio.

¶Item ſi ſpoliauit ſuos uolentes ad alium locum uel dominum ſe conferre rapina eſt,niſi certum eſſet quòd a principe in conceſſione terræ fuiſſet impoſitum tale onus expreſſe quia tunc tolerari poſſet. Et idem quando eſſet conſuetum & ut acciperent quãtum uellent de mobilibus ſuorum ſubditorum dum modo eos ultra modum non grauet remanẽtes uel recedentes.Guil.

§.4. coĩanon uſurpando.

¶Item ſi dominus ea quæ erant communitatis ſibi uſurpauit,ut ſyluas campos,paſcua & huiuſmodi,rapina eſt& tenetur dimittere & de fructibus male ablatis ſatisfaciat. 14.q. 6.c.ſi res. ¶Item ſi ſuos ſubditos uel peregrinos non habentes conſanguineos non dimiſit diſponere de bonis ſuis in morte ut eis, placuit, uel eis mortuis teſtatis uel inteſtatis eorum bona uſurpauit rapina eſt, & tenetur reſtituere uel pauperibus erogare. ¶Itẽ ſi a uaſallis uel aliis ſubditis exigit ſeruitia

indebita scilicet faciendo laborare in vineis & campis siue ducere ligna vel victualia ad domũ & hmõi, vel aialia eorũ fatigando in factis suis propriis, & nõ soluit eis debitũ præciũ sui laboris rapinam cõmisit. Et si talia fecit fieri diebus festiuis adhuc aliud peccatum est dist 86. an putatis. nisi talia sponte facerẽt gratis, vel eis aliquo mõ recõpensaret in alio. ¶Item si coegit eos vendere etiam victualia vel alia, qñ sunt in bono foro messium tempore, cum illi vellent ea reseruare & ad mendũ quod nollent, in vtroq; casu grauiter peccat, & tenetur eis de damno quod inde suscipiunt. Item si terra sua sustineat mẽsuras vel pondera iniusta, iniustum precium rerũ venalium, particeps est criminis, immo quasi principali, vnde tenetur ad satisfaciendum. ¶Itẽ si officiales vel alios de familia sua offendẽtes non puniuit & satisfacere fecit quia tenetur Aug. ad Eusto. Pro omnibus tibi subditis qui in domo tua sunt oportet reddere rationem. ¶Itẽ si spoliauit vel spoliare fecit vel ad hoc fauit naufragantes & bona eorũ vel bona peregrinorum in locis decedentium rapina est. ¶Item si aliquam iniuriam fecit domino vel alienando feudum vel diminuendo & hmõi, vel si obsequium debitum non præstitit vltra pactum tenetur ad satisfactionem.

§.5. ¶Item si dominus immunitatem ecclesiarũ violauerit vt faciendo extrahere per vim confugientes ad ecclesiam debitores vel etiã malefactores, nisi essent publici latrones vel nocturni populatores agrorũ vel iniuriã fecisset loco sacro, seu alias ministrantibus: de quib. vide infra in tit. 12. c. 3. de immun. eccle & in summis: quia sacrilegiũ cõmisit & mortaliter peccauit. 17. q 4. quisquis. ¶Item si ꝓpter eum ciuitas vel terra fuit interdicto suppositа, in quo casu multa mala super se cumulat, & qua de causa interdicti suppositа & si seruauit. ¶Item si faciendo venationes & aucupia conculcauit per se vel per suos segetes aliorũ, quia peccat & tenetur ad emendam. Item si nimis talibus vacauit, & in hmõi suos grauauit subditos, & maxime si fecit fieri in diebus dñicis & festis & per hoc retraxit suos a diuinis, quia eorum peccata sibi etiam imputantur. dist. 86. an putatis. ¶Item si coegit subditos ad contrahendũ mrimoniũ contra voluntatem eorũ, vel cum quali persona non placebat quia peccauit mortaliter & damna & mala quæ inde proueniũt sibi imputantur. Itẽ si induxit vel sustinuit malas consuetudines cũ extirpare potuit sine periculo scandali, vt ludum in natali ad taxillos, ludos noxios in carnispriuio & hmõi, quia grauiter peccauit & reus est istorum malorum. dist. 83. error. Itẽ si seditiones & discordias necnon & partialitates nutriuit & non abstulit vt potuit dignũ & idoneum.

Immunitatem ecclæ nõ violare.

¶Sciendum igitur ꝙ qñ dñs sine iusta causa extorquet a subditis tenetur ad restitutionẽ secundum Ray. Vnde si velis ludere vel vltra uires ad vanitatem exponere, vel si in bello quod exparte sua iniustum erat cogatur se redimere, tunc si quid per eum vel eius officiales a subditis exactum est & ad dños ipsos ꝑuenit, tenentur restituere illis a quibus exactum est si sciuntur alias in pias causas vel vtilitatem communem. Si autem ad eos non ꝑuenit nihilominus officiales suos ad restitutionem cõpellet. Conc. Tho. in Epistola quadam ad Ducissam Brabantiæ. Et nota quod in aliquibus casibus potest dominus a subditis exigere vltra consuetum, vel vltra commune statutum secundum Rayn. & Hostien. Et primo quidem pro defensione terræ suę. Ad hoc enim tenentur omnes non solum de rebus sed etiam corporaliter laborare vt sic seipsos soluent. 23. quæst. 3. fortitudo. extrade immu. eccle. peruenit. Item si dominus vult ire in exercitum indictum ab ecclesia, vel principe contra hæreticos vel paganos, nec sufficit ad expensas potest a subditis exigere moderatum auxilium. Item si in bello ex parte sua iusto fuit captus ab hostibus nec sufficit se redimere absque graui damno. Item si vult ire ad principem pro obtinendo priuilegia protectionis specialis pro se, & subditis & non potest commode expensas, ad hoc facere necessarias & si qua alia causa similis emergat, puta quando maritat filiam, nam acquirit sibi amicos, & affines. Aut quando facit filium militem, aut accipit qđ erat feudum suum, vel nouum feudum acquirit, vel ad refectionem pontium & viarũ vel quando sine culpa depauperatus est vl obligatus, dũ tamen semper moderate & nõ ad grauamen exigat. 10. q. 3. vnio. circa mediũ, extra de cen. cum Apostolus. §. prohibemus. 22. q. 5. de forma fidelitatis. Quod siqui impendant legato vel aliis maioribus deinde pp hoc plus subditis extorqueant q̃ expẽdant, tenentur extorta restituere & tantundẽ pauperibus erogare. Superior ẽt cui fuerit, de hoc quærela deportata, si hoc negligens fuerit canonicæ subiaceat vltioni. extra de immunit eccl. c. quia pleriq;.

§.6. Iniustã exactionẽ restituere. Opusc. 21.

§.7. An vsura pmitenda.

¶Quæritur vtrum peccet princeps vel dñs concedendo alicui in terrã suam, ꝙ mutuet pecu-

pecuniam ad vſuram. Rñdet Ioã. Neapol. in quodlib. 20. ꝙ differentia eſt inter conceſſionem, per q̃ de non licito fit licitum, vt ſi Papa concederet alicui licentiam ꝙ comederet carnes in xl. ex aliqua cauſa rõnabili, vel vt contraheret in gradu prohibito, & promiſſionẽ per quam tolleratur ſeu diſſimulatur, & non punitur, ꝙ aliàs puniretur ſi non permitteretur. Princeps igitur ſi concedit talem licentiã primo modo peccat. Et hoc probatur duplici ratione. Prima quia quod eſt prohibitum per ſuperiorem & legem eius, non poteſt concedi per inferiorem & legem eius licitè, & ſi concedit de facto peccat, ſed mutuare ad vſurã eſt prohibitum a Deo & per legem eius. ergo &c. Secunda ratio eſt, quia quod eſt iniuſtum de ſui natura non poteſt fieri iuſtum vel licitum per principẽ vel per legem eius, quia ius poſitiuum non eſt contrariũ iuri naturali, ſed determinatio eius, ſed mutuare ad vſurã eſt iniuſtũ de ſui natura. ergo &c. Secũdo modo. ſ. cũ concedit. i. tolerat ſeu diſſimulat & nõ punit illicitũ, quę dr̃ potius permiſſio q̃ conceſſio vr̃ licitum quantũ ad permittentem, non aũt quãtum ad facientẽ actũ illum illicitum. Si ergo princeps permittit ſubditus ſuis mutuare ad vſuram vr̃ ꝙ liceat. Huius ratio eſt, quia illud quod expedit multitudini ꝙ permittatur, ſi princeps permittat nõ peccat, qa bonũ multitudinis debet intendere vt finem regiminis, ſed ꝙ alicui mutent ad vſurã expedit multitudini, quia ſi prohiberetur diſtrictè vſuræ, multæ vtilitates multorũ impedirentur pp defectũ pecuniæ mutuatę, qa pauci reperiuntur qui mutuent ſine lucro, nõ ergo peccat princeps permittẽdo ſi iudicat hoc ſubditis expedire: hæc ille. Et not. quod dicit Pet. de Pal. ꝙ dñi qui talleant iudęos vel alios quos ſciunt nihil habere niſi de vſuris, tenentur ad reſtituendum his a quibus extorſerũt vſurarii illas ſicut & priuatæ perſonæ, Guil. plus addit di. ꝙ reges & principes qui cũ poſſint non compellunt ſuos ad reſtituendũ vſuras, tenentur ẽt ſi nihil peruenit ad eos Fran. de Zabarel. dicit ꝙ principes ſeculares pñt cogere iudęos ad reſtituendum vſuras. extra de vſuris poſt miſerabilẽ q̃ ſi negligẽtes fuerint procedit iudex eccleſiaſticus iuxta tenorem. extra eo. c. quãto. Vbi aũt eccleſia iuriſdictionem tpalem poteſt ẽt ſine negligentia principis ſecularis iudex eccleſiaſticus procedere cõtra iudęos vel Chriſtianos vel alienigenas vſurarios. Nota etiã ꝙ principes vel comites non poſſunt conducere vel tenere iudęos vel Chriſtianos vel alieginas ad exercendum publicum fęnus ſine licentiã Papæ. Et hoc infra dicetur, in tit. de excom.

Permittẽs vſuram peccat.

¶ *De feudis & feudatarijs.* *Cap.* 5.

QVia multi dñi habent feuda a ſuis ſuperioribus, & ẽt ipſi dãt feuda ſuis ſubditis, aliquid br̃ de iſta materia videndũ eſt. Vbi primo ſciendũ eſt, ꝙ feudũ eſt conceſſio rei immobilis facta pro homagio, extra de ſymo. ex diligẽti. Et aliud eſt paternũ ꝙ. ſ. a prẽ vel quocunq; de ſuperioribus eſt acquiſitum. Aliud maternũ quod. ſ. de fęmina eſt acquiſitum. Item feudorũ aliud eſt conditionale. ſ. qđ datur ad certum ſeruitiũ ſeu conditionẽ, aliud non conditionale. Item quoddã eſt perpetuum quod. ſ. tranſit ad hæredes, quoddam non. Sciendum ẽt ꝙ ſunt quędã incorporalia, quæ qñq; dantur loco feudi vt guardia vel caſtaldia. ¶ Nota ẽt ꝙ res immobilis eccleſię nõ poteſt de nouo dari in feudũ. Nam & prælati hoc iurant, ſed res quæ prius erant feudales pñt iterum infeudari, puta ſi vaſallus pp aliquam cauſam perdat feudũ vel moriatur põt prælatus concedere filiis eius vel alteri. extra de feu. c. ex parte. No. ſcdo ſecundùm Hoſt. ꝙ feudũ acquiritur quadrupliciter. Vno modo per inueſtituram, puta cũ aliquis tradit alicui poſſeſſionem rei immobilis corporaliter vel cũ haſta aut baculo aut aliquo tali, qui dicit ſe per hoc inueſtire. Secũdo acquiritur per id quod loco inueſtituræ hr̃, vt cũ dñs dicit alicui. Vade in paſſionẽ talis fundi & teneas pro feudo. Tertio acquiritur pręſcriptione. vt ſi 30. an. tenuit feudũ & dño ſeruiuerit, licèt nõ fuerit inueſtitus. Quarto acquiritur ſucceſſione non quidem ex teſtõ ſed potius ab inteſtato. Non. n. valet aliqua ordinatio defuncti in feudo facta. Natura aũt hmõi ſucceſſionis talis eſt ꝙ aſcendentes non ſuccedunt in feudo, puta pater filio. Deſcendentes vero ſic, & primo quidem filius patri & non filia. Item nepos filio & non nepotis, & ſic vſq; in infinitum gradum, poſtea verò ſuccedunt collaterales. Sed iſti de conſuetudine Imperii non ſuccedunt ſed ſolus filius, quo deficiente reuertitur feudum ad Imperatorem, & confert cui vult. Filia autem in feudo non ſuccedit ſm Hoſt. niſi de pacto vel aliqua conditio nec feudi, vel niſi filia poſt mortem patris redemerit feudum a dño, aut dñs inueſtierit eam de beneficio patris propter amorem patris, vt in conſtitutione Federici. quemadmodum. ¶ De modo inueſtituræ feudi. Not. ſm Hoſt. ꝙ poteſt fieri inueſtituratam a fęmina q̃ a maſculo & minore 25. annis. ſi feudum ſit vetus, ſi uero ſit nouum non poteſt a minori fieri,

Feudũ qd eſt.

§. r. Inueſtitura feudi multiplex.

nisi sit pubes & iurauerit non contrauenire. Inuestiri aũt potest quilibet etiam seruus, nisi dñs ignorauerit eum seruum. Potest autem quis inuestire alium tam per se q̃ per alium vt per procuratorem. In omni aũt feudo statim facta inuestitura requiriẽ iurm fidelitatis nisi ex pacto remissum sit, & fit his verbis vel similib. Ego talis iuro ad sancta Dei Euãgelia q̃ ab hinc in antea ero fidelis tali, sicut esse debet vasallus dño suo, nec id qđ mihi cõmiserit sub noĩe fidelitatis pandam alijs ad eius detrimentũ me sciente. Et hoc sufficit. Et nota q̃ vasallus obligatur dño suo ſm q̃ cõuentum est, & ſm quod feudi natura & regionis ipsius vel vicinorum eius cõsuetudo requirit quibus deficientibus poterit vti iure scripto. Cõiter autẽ obligatur vasallus dño in sex de quibus habes, supra in 2. part. tit. 1. Item licẽt vasallus nõ debeat esse pro alijs in iudicio cõtra dñm suum, extra de postu. c. fi. tñ pro se & suis omnibus potest petere & defendere ius
§.2. suum, arg. extra de iureiu. petitio.

¶ Multis aũt de causis amittit feudũ. Et primo quidem si vasallus fiat clericus vel religiosus, quia nec tales succedunt in feudo. 23. q. 8. c. 1. Item secundo amittitur si hæres vasalli steterit per annũ & diem q̃ nõ poterit a Dño inue
Feudũ amittitur multis modis. stitura feudi. Similiter ẽt si ipse vasallus post mortẽ dñi non petierit ab hærede dñi, vt in li. feudorum, in quibus casibus feudum amittitur. c. 1. Et hoc verum nisi vasallus fuerit minor annis 14. quia talis nõ cognouit fidelitatẽ facere. Itẽ nisi sit miles, quia pro termino habet annũ & mensem. Item nisi iusta causa impediuerit eũ, vt in li. feu. Et intelligitur iusta causa, vt per mortẽ vel per capitales inimicitias vel aliam iustã causam allegaret. Tertio amittitur cũ vasallus corã paribus tribus vicibus requisitus vel citatus fidelitatem iurare noluerit quãuis dñs permittat inuestituram. Quarto si vasallus infeudauerit feudum alia lege q̃ ea quam habet ipse vel in talẽ vasallũ qui feudũ seruare nõ põt. Quinto si vasallus interfecit suũ propriũ germanũ seu germani filiũ, vel aliũ qđ patricidij noĩe cõtineatur, ad hoc vt totã hæreditatẽ habeat. Sexto si vasallus in prelio dimittit dñm nõ mortuum, nec ad mortem vulneratum. Similiter pp multas alias ingratitudines quæ numerantur in lib. feu. qui. mo. feu. amit. c. 1. & 2. Septimo si vasallus sciẽter legauerit feudũ vel partem aut conditionẽ eius, secus si ignoranter, q̃ si vasallus non vult oñdere de parte feudi præsumetur q̃ totum teneant in feudum. Octauo si vasallus feudum alienauerit, & si quidẽ pro parte alienauerit illam partẽ amittet, & libere ad dictam reuertetur nulla præscriptione obstante, nec proderit vasallo si post factã admonitionẽ recuperauerit ipsum feudum nisi ignoranter alienasset. Nono si vasallus dñm accusauerit aut si cõtra eum testimonium in causa non tm criminali sed et ciuili tulit, licẽt quidam dixerint q̃ in ciuili potest. Decimo si vasallus vocatus a dño q̃ secũ vadat in expeditione publica, puta vocatus ab Imperatore q̃ secum veniat Romam pro suscipienda corona & hmõi, non venerit, nec alium pro se dño suo acceptũ miserit vel stipendia militiæ non dederit. Et quidem propter fidelitatem non seruatam amittitur feudum, non intelligitur ipso iure: sed per sententiã. Si uero alienatum fuerit ipso iure perditur, vt Innoc. dicit. Hæc omnia Host. in summa. Sed & dñs amittit ius quod in feudo habet, ſm Hostien. sicut vasallus amittit feudum propter culpã suam, ita dñs proprietatem feudi si eam committat. Et hoc quia dñs vicem debet præstare vasallo in his quæ ei vasallus tenetur 22. q. 5. de forma, in quo. c. dñ, q̃ si dñs vicem vasallo non rependerit merito censebitur malefidus, & dicit glo. ibi q̃ ea fide tenetur quis subdito sicut domino dist. 95. esto. Et si dñs vicem non reddit, priuatur dominio quod habet in vasallo & transit, feudum in superiorem. Et sicut innuitur extra de excess. præla. c. graue. & in glo. intelligitur hoc per sententiam & non ipso iure. Si autem dñs moriens plures filios relinquit ſm Host. vasallus non iurabit fidelitatem omnibus, qm vasallus non cogitur pro vno feudo plures dominos habere, maxime in comitatibus, ducatibus, marchionatibus, quia hodie diuidi nõ pñt. Sed si vasallus moriens plures filios reliquit, oẽs debent iurare fidelitatem si feudum indiuisum habent sed si ex diuisione totum feudum ad vnum peruenit ille solus iurabit. ¶ De refutatione feudi. Nota ſm Host. q̃ potest vasallus feudũ refutare, etiam sine voluntate dñi post hoc non tenebitur seruire dño, verum tamen non debet eum offendere. Quidam dicunt q̃ non potest refutare inuito domino. Primum videtur verius si loco & tempore repudiat, alias non. Not. etiam ſm Host. q̃ filius repudians hæreditatem patris non potest retinere feudum, sed aut totum debet retinere, aut repudiare nisi forte eum dñs de nouo inuestiet beneficio cognatis assentientibus, qm tũc bene retinet illud sine aliquo onere hæreditario. Agnati vero bene pñt aliquod feudũ retinere repudiata hæreditate sine aliquo onere hæreditario.

reditario, Not. ēt ꝙ si feudū datū fuerit de camera domini, & ad tēpus datum ẽm Hoſt. non poteſt legari eccleſiæ, nec hæres ſuccedit Similiter non poteſt eccleſiæ legare ſi de natura feudi eſt ꝙ vaſallus ſeruiat in propria p
·1· ſona. Si vero ſit paternum & perpetuum tunc poteſt pro anima legari, niſi conſuetudo repugnet.

¶De multiplici ſeruitute & manumiſſione. Ca. 6.

DOmine quia ego ſeruu tuus, ego ſeruus tuus & filius ancillæ tuæ. pſal. 115. Seruus & dñs correlatiua ſunt, vt vno poſito intelligatur & reliquum. Et ideo bene dicit. O dñe qa ego ſeruus tuus. q. d. ideo voco te dominum qa recognoſco me ſeruum tuum. Sed large loquendo de ſeruitute notādum, quòd eſt triplex ſeruitus.

Triplex ſeruitus.

¶Prima ſeruitus numinis.

¶Secunda ſeruitus criminis.

¶Tertia ſeruitus hominis.

¶De prima loquitur pſalmiſta cum dicit. O domine quia ego ſeruus tuus. Sumus autem ſerui domini gubernatione, quia ipſæ dominus prouidet nobis de omnibus quę habem⁹. Sicut enim oculi ſeruorum ī manibus dominorum ſuorum ſcilicet intenti, vt prouideat eis aſpicientes ad manus ſuas vt porrigat eis. Ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum donec miſereatur noſtri. miſeriis ſpiritualib. & temporalib. ſubueniendo. Clamandum eſt ergo. O domine quia ego ſeruus tuus. Sic Salomon orabat di. Audi domine hymnū & orationem quam ſeruus tuus orat coram te. 3. Reg. 7. Secundo ſumus ſerui domini redemptione. 1. Per. 1. Non corruptilibus auro & argento redempti eſt is de vana veſtra conuerſatione, ſed prætioſo ſanguine agni immaculati. Vnde ſecundo dicit. Ego ſeruus tuus. ſa te redemptus, & ideo te debeo timere & reuereri. Malachię. 1. c. Seruus timet dominū ſuū ¶Si ego dñs veſter vbi eſt timor meus? ¶Tertio ſumus ſerui conuentione tanquam mercenarii cōducti, promiſſo nobis magno p̄mio vitæ eternæ. Eccleſi. 2. Fili accedens ad ſeruiturem Dei, ſta in iuſtitia & timore. ſ. obediendo præceptis di. quod promittimus in baptiſmo abrenunciare. ſ. diabolo & pompis eius & ſeruare præcepta ex quo ſperamus nobis dari magna præmia. i. mercedem glorię. Vnde ſubdit p ſalm. Et filius ancillæ tuæ. Ancilla iſta eſt eccleſia domino in humilitate deſeruiēs, & cum ſimus filii huius ancillę, ideo vernaculi & ſerui & multomagis qui in clero vt religione Deo ſeruit dicitur filius ancillę illi⁹ religionis, & ideo ſeruiam⁹ illi in ſanctitate & iuſtitia coram eccleſia vel eo omnibus diebus noſtris. Luca 1. ca.

¶Secunda ſeruitus criminalis eſt, de qua Ieſus ait. Io. 8. Qui facit peccatū ſeruus eſt peccati, quinimo & diaboli cuius ſe ſponte ſubiicit tyrānidi. 2. Pe. 2. c. A quoquis victus eſt huius & ſeru⁹ eſt. Vnde & Ambro. de vita beata. Volūtarium ſeruum ſibi diabol⁹ auctionatur neminem iugo ſeruitutis aſtrictum poſſidet niſi ipſæ ſe prius ei peccatorum ære vendiderit. 15. q. 1. nō eſt. Vbi Glo. præcium quod recipit peccator a diabolo cum ſe ei ſubiicit eſt delectatio peccati quā ei diabolus ſuggerit. Sic enim ſeruus non facit volūtatem ſuam, ſed domini ſui, vt iubet exequēs, ita criminoſus non facit quod dictat ſibi ratio vel conſcientia, ſed quod ſuggerit diabolus. Et quia vt dicitur Matth. 16. Nemo pōt duob. dñis ſeruire ſ. contrariis & contraria iubentib. ideo q ſeruit Mammonæ vel diabolo per quodcūq; crimen nō pōt Deo ſeruire, nec aliud meritoriū vel Deo gratum agere vel ſatisfacere. Fruct⁹ autem & merces huiuſmodi ſeruitii eſt cruciatus æternus. ſecundum illud Hiere. 16. c. Seruietis ibi dijs alienis qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. Dęmones diis ſunt paganorum, quos ſcilicet colebant alieni ab omni miſericordia, & in inferno vbi eſt regnum eorum ſeruiunt eis peccatores vt ſubiiciantur tormentis eorum, & quos hic habuerunt incentores in culpa ibi habeant tortores in pœna. Et cum dominus mandauit in lege decalogi, vt non fiat in feſto vel ſabbato opus ſeruile. Exo. 20. Non ſolum intelligitur prohiberi opus manuale, ſed etiam opus peccati ſecundum doct. Tho. & Alber. Nec pt aliqs liberari ab hac ſeruitute niſi gra Xpi. Vñ Io. 8. Si liberauerit vos filius ver liberi eritis.

§.2. Seruitus criminalis peſſima. Dæmones dii ſunt paganorū.

¶De ſeruitute hominis eſt principalis intentio hic loqui. Et cum iſta dominus & ſeru⁹ ſint correlatiua, (vt dictum eſt,) ſicut dominus dicitur aliquis multipliciter, ita & ſeruus, ſed precipue tripliciter. Vno modo dicitur ſeruus large, quicunque eſt alicui dominio vel iuriſditioni ſubiectus. Et homines vnius regni poſſunt dici ſerui regis illius. Et ſic homines vnius ciuitatis ſerui dicuntur eiuſdem ciuitatis. Et epiſcopi dicuntur domini reſpectu ſubditorum ſuæ dyoceſis, quamuis proprius deberent dici patres. Secundo modo dicitur, quis ſeruus alicuius reſpectu alicuius ſpecialis, obligationis in ſeruiendo illi in aliquibus. Et iſti

§.3.

dicuntur communius vasalli. Si autem ad tempus seruiant mensatim vel annuatim dicuntur mercennarii. Et de vtrisque dictum est supra. Tertio modo dicitur seruus proprie & strictè qui non est sui iuris, sed seruilis conditionise& de hac seruitute nunc agitur. Hæc seruitus est introducta secundum, Ray. non solum, de iure gentium, vt distinctio. 1. ius gentium. & confirmata per ius canonicum, vt 12. quæstio. 2. ecclesiarum & ius ciuile. sed etiam inchoata per ius diuinum scilicet quando Noe maledixit Cham filium, qui eum deriserat denudatum videns in verendis dicens Maledictus Cham seruus seruorum erit fratribus suis Genes. 9. Vbi dicit Ambro. Antequam ineueniretur vinum manebat omnibus inconcussa libertas. Nesciebat homo a consorte naturæ suę obsequia seruitutis exigere. Non esset hodie seruitus si ebrietas non fuisset distin. 35. sexto. Et hinc est quod si paganus vel iudæus christiani seruus efficiatur, christianus non propterea liberatur a seruitute, quia in baptismo tolluntur crimina, non obligationes hominum aut cõditiones: concor. Goff. Host. & Tho. Addit tamen Ray. quòd vbi de consuetudine esset, q̃ christiani non essent serui, consulere q̃d dñs eius in remissionem peccatorũ suorũ manumitteret eum. i. liberum faceret vel saltẽ pecunia mẽdicata, vel seruitio ad tempus præstito ad arbitriũ bõi viri se redimeret, ar. 12. q. 2. Cum redemptor bonũ & pium cõsilium est: sed quia consilium est nõ tenetur quis de necessitate ad illud 14. q. 1. §. quod præcipitur

§. 4. ¶ Notandum quibusmodis quis cõtrahat seruitutem, & potest reduci ad tres modos, ex iure, emptione, & natiuitate. Ex iure quidem multipliciter. Et primo de iure gentium sunt captiuitates & seruitutes, vt dicitur di. 1. c. ius gentium. Vbi dicit gl. quòd si bellum est iustum. captus in eo seruus efficitur capientis. 23. q. 5. dicat. & peccaret talis seruus fugiẽs a dño, quod intelligo nisi cum ad malum cogeret vel induceret, & talis ad ecclesiarũ fugiẽs restitui debet dño suo promissa tñ impunitate, non tamen per violentiam potest inde extrahi, vt 17. q. 4. §. verum ne irreuerentia, cũ c. seq. Sed si bellum est iniustum licitum est ei fugere si potest. ff. de capti. l. nihil. Adde q̃d quia bellum infidelium vt Saracenorũ contra fideles est iniustum ideo quos capiunt ex fidelibus non sunt vere serui, & fugere licitè possunt, nec in seruos vendi possunt sed redimi vt liberentur de manibus eorum. In bellis autem quæ sunt inter christianos siue iusta siue iniusta sint non seruatur hoc de facto, vt capti serui efficiantur capientium, sed ablatis armis & equis dimittuntur cum certa conuentione, vel si sunt barones, nobiles vel domini & huiusmodi faciunt eos redimere, & si bellum est iustum hoc non est licitum, secus ex parte illorum qui iustitiam non habent. Hi autem dictis sunt seruui, quia cum victi in prælio occiderentur, tales seruabantur in vita scilicet ad seruiendum. Iure autem canonico efficitur quis seruus cum vide licet quis rapit mulierẽ, nam raptor efficitur seruus raptæ vel oportet quod se redimat, & si propter paupertatem se non potest redimere, erit eius seruus ad tempus secundum arbitrium boni viri vt habetur. 36. q. 1. de raptoribus cum glo. sua. quæ pœna videtur intelligendum, quòd sit imponenda in foro iudiciali, quando scilicet res ad iudicium deferetur, non autem seruanda in foro pœnitentiali. Item per ius canonicum, qui defert Saracenis arma uel lignamina, vel fauent eis contra christianos si capiantur tales christiani efficiuntur serui capientium eos etiam christianorum, ut extra de Iudæis. ita quorundam. Et hæc pœna extenditur cum pluribus aliis pœnis ad potestates uictualia, & quæcunque mercimonia ad eos vel ad terras Soldano subiectas per extrauagant. Nicol. 4. renouatam per. Bonifacium 8. & Clementem. 5. Item si existens in sacris contrahit matrimonium, vxor eius si hoc nouit si libera est redigenda est in seruitutem, distinct. 32. eos qui. Et filij qui inde nati essent, debent etiam fieri serui ecclesiæ 15. quæst. 8. cum multæ. Iure ciuili efficitur seruus, videlicet eum libertus. i. ille qui erat liberatus a seruitute ingratitudinem erga patronum suum habet, qui scilicet eum a seruitute absoluerat, ita uidelicet quod manus in patronum iniecit, uel atrocem iniuriam aut graue damnum uel uitæ periculum ei inferre præsumpsit, in hoc casu potest patronus eum reuocare in seruitutem, non tamen uidetur quod eoipso efficiatur seruus ipsius.

Tribu modis cõtrahit seruitus.

§. 5. ¶ Emptione quomodo quis efficiatur seruus Et hoc quia uel ipsæ ipsum patitur uenundari, uel quia uenditur ab alio eo inuito. Et quando patitur se uenundari ad hoc quòd fiat seruus sex requiruntur. Primo quod sit maior annis 20. C. de lib. cau. si ministeriũ. Secundum est quod intendat precium participare. C. de lib. cau. non ideo. Tertium est quod in ueritate percipiet. ff. qui. ad lib. proclama.

clama nō li.l.1.Quartū q emptor credat ipsū seruū.ff.de li.cā.liberis.§.si qs sciēs. Quintū vt ille q vē dit sciat cōditionē suā.ff. q ad li. pclama.liberi qui se.Sextum quod vēditor sciat eum esse liberum ff.qui ad lib. procla.l. 4.Si aliquid istorum deficiat iure communi ad ingenuitatem reuocatur, sed si nihil deficiat eorum ēt si postea manumittat non fit ingenuus,sed libertus ff.de stat.hom.l. hō liber nisi reddat dño preciū.ff.si īgenuus manumi. l.2.quod tñ præcium dñs nō cogatur inuitus recipere.Et seruus qdem cōiugatus pōt permittere se venundari mō dicto inuita vxore, sed ancilla cōiugata hoc nō pōt assentiente viro eius nec tñ in primo cāu dissoluit mrimonium,vt habes super.tit.1.deimpedimēto fututis. Cum viro vendit ab alio, tunc distinguendū, q̄a si est iudæus vel paganus & emit iudeū vel paganum,aut emit ad seruiēdū, & tunc si ille uult effici xpianus, & efficit xpianus eripitur in libertatem nullo precio dato,

Quid si iudæos Christiā nū emat uel e cōtra.

si emit ad mercimonium de eo fiendum,si nō exponit venditioni infra tres menses ab emptione facta de eo cum efficiatur Christianꝰ liberatur a seruitute sine precio aliquo.Si exposuit uenditioni & non inuenit emptorem infra dictum tempus si velit effici Christianꝰ liberatur,sed dato precio.12.solidorū. Si aūt iudeus vel paganus emeret Chrianū,liber euadit nullo præcio dato, q̄a prohibitum est eis talem emere.Hęc omnia notat glo.distin. 54.super.§.hoc tunc,& probatur per multa.c. illius di.de hoc ēt habes in 2.parte.ti.ult.c.3. de iudæorum infidelitate.Si aūt Xpianus emerit iudæum uel paganum si velit effici Christianus,non propterea efficitur liber.Vnde & vendi potest sicut prius,quamuis pium esset liberum facere præcipue post certum tempus seruitii,sed si emit eum qui a principio suæ venditionis primæ erat Christianus quamuis ignorauerit emptor reputans fuisse Saracenū, & huiusmodi eum nō poterit vendi,nec istæ etiam potuit emere,& ideo sine precio debet eum liberum dimittere & precium a venditore repetere si potest.

§.6. ¶ Natiuitate sunt quidam serui qui s. nascentur per coniugium ex matre ancilla & dicuntur uernaculi,& filii filiorum talium ēt sunt

argu. 4. serui.Sed pro hmōi declaratione dicit Tho. in 4.di.36.quod secundum leges ciuiles partus sequitur ventrem.i.matrem quātū ad cōditionē seruitutis vel libertatis.Et hoc rationabiliter,quia proles habet a patre complementū formale,sed a matre substantiā corporis.Seruitus aūt est conditio corporalis, cum seruus sit quasi instrumentum dñi in operando,& ideo proles in libertate & seruitute sequitur matrem.Sed in his quæ pertinent ad dignitatem quæ est forma rei, sequitur prem sicut in honorib.& muneribus,municipiis & nobilitate & aliis hmōi.In quibusdam tñ terris quæ nō reguntur iure ciuili,partus sequitur deteriorem cōditionem,vt si pater sit seruus & mater libera,filii erunt serui, non tñ si post peractum matrimonium pater se in seruum dederit nolente uxore, & similiter si sit ecōuerso.Si aūt sit vterq; seruilis cōditionis, & ptineant ad diuersos dños,tunc diuidēt si lios si plures sunt filii.Et si vnus tñ, unus eo rū alteri recompensabit de precio & ipsę acci piet natum in sui seruitium,nō tñ est credibile,q̄ talis consuetudo possit esse ita rationabilis,sicut id quod multorum sapientium diuturno studio determinatū est.Et sufficit secū dū leges quòd matet fuerit libera,siue tēpore conceptionis,siue tempore partus,siue medio tpe,ad hoc q̄ proles sit libera.ff.de statu. ho. l.si seruorum.Idem Pet.de Pa.in 4. dicit hoc esse.s.q̄ partus sequitur uentrē.i.matrē i seruitute vel libertate scd legē diuinā. Dicitur. n.Exo.21.Si dederit dñs uxorē ei.i.seruo supple ex ancillis,& habuerit liberos,remanebūt cū dño.Et ide supponit de filiis futuris,q̄a ancilla vernacula nō fit libera.7.anno sicut emptícia.Idē probatur.l.humana.vt.Cod. de rei uen.l.ptus.Similiter.l.canonica, ui extra de na.ex li.uen.c.1.Ac ēt l.philosophica,quia qc quid recipit in altero,recipitur p modū recipiētis, mr aūt est recipiēs.¶ Tūc cōsuetudo si est i contrariū tenenda est,maxime si est pscripta,vt nō si memoria in cōtrariū. Et uidētur loq doc.isti cum dicunt q̄ partus sequitur uētrē de his qui nascūtur p matrimoniū, quod pōtesse & inter seruos & liberos ut pater,supra. ti.1.de matrimonio.Nā de filiis q nascuntur p fornicationē uel alias illicitā copulā undecūq; nascunt,ignobiles sunt, nec tñ serui eorum q sunt dñi seruorum uel ancillarū ex q bus nati sunt ut ostendit cōtinuus usus.Et q dictū ē,supr. p rho.q̄ in honoribus & nobilitate partus sequitur patrem. Pet. de Pal.sic distinguit circa hoc, quia aut mater talis est libera aut ancilla. Et si est libera tunc natus ex ea ignobili & nobili patre, est simpliciter nobilis. Si autem mater est ancillla,tūc autem per concubinatum nascitur filius ex tali & nobili patre, & tunc talis filius sp est ignobilis & seruus,quia dignitas uiri non cōmunicatur concubinæ. Vnde spurius regis nō est nobilior filio rustici,q̄a damnatus co-

itus

ius non dat dignitatem. Aut naſcuntur quis ex ancilla & nobili per copulam matrimonialem, & tunc eſt tale quod per hoc fit libera, vt cum dominus contrahit cum ancilla ſua, vel domina cum ſeruo ſuo, nec enim hoc ſecundum ſcilicet dominam contrahere matrimonium cum ſeruo ſuo prohibetur iure diuino etſi iure ciuili, & tunc ancilla illa vel ſeruus eripitur in libertatem. Non enim ancilla eſt ſocia, nec ſeruus dominus. Vnde volendo eam eſſe ſociam vel ſocium, vult non eſſe ancillam vel ſeruum, & tunc eſt nobilis. Natus ex tali ancilla & nobilis erat & ipſæ nobiliter. Nam corruſcant vxores radiis virorum. Si autem per hoc non fiat libera, vtputa quia cum illa cum qua contrahit eſt ancilla alterius non ſua tunc erunt ignobiles filii quia ignobilitas poſitiua vxoris eſt contraria nobilitati viri, nec participat eam ſed impedit, nec ad filios deſcendere permittit. Sunt & alii ſerui dicti non ita proprie qui aſcripticii ſeu originarii dominantur, quidam ſcilicet hominesqui ita aſtricti ſunt certis terris colendis, quod non poſſunt a cultura earum recedere ſine voluntate dominorum ſuorum nec poſſunt vendi ſine gleba, nec gleba ſine eis & dicuntur aſcripticii quia aſcripti & deputati ſunt ad talem culturam, & originarii, qa a ſuo origine hoc habent. Quandoque etiã hi dicuntur coloni, tales tamen proprie non ſunt ſerui, nec repelluntur ab actibus legitimis, niſi quod non poſſunt ordinari dist. 54. quis autem leges.

§. 7. ¶ De conuerſatione ſeruorum & prouiſione dominorum ad eos. Et primo quidem debent dominos ſuos reuereri, obedire & fideliter ſine fictione deſeruire etiam ſi ſint Chriſtiani Apoſtolus 1. ad Thi. 6. c. Quicunque ſerui sũt ſub iugo infideliũ dominos ſuos in omni reuerentia dignos arbitrentur, & alubi Serui obedite dominis veſtris. Vnde 17. q. 4. ſi quis dicitur. Si quis ſeruum alienum occaſione religionis docet dominum ſuum contemnere, & eius miſterium deſtruere ſcilicet ſeruitium dimittere, ac non potius docuerit eum domino ſuo bona fide, & cum omni honorificentia deſeruire, anathema ſit ideſt fiat. Sed in rebus illicitis nullo modo obedire debet, nec etiam minis vel verberibus coactus quod no. Hiero. 11. q. 3. dicẽs. Si dominus ea iubet quę non ſunt aduerſa ſanctis ſcripturis ſubiiciatur domino ſeruus, ſi contraria præcipit magis obediat ſpiritus quam corpus domino. ¶ Debet autem ſeruare Dei mandata & eccleſiæ ſicut & cæteri ſi ſaluari deſiderat. Vnde confeſſionem facere ac communionem ſumere tempore debito, & domini & dominæ eorum vel ancillarum dicunt eis eſſe humani & dare eis commoditatem audiendi diuina & prædicationes diebus feſtiuis, inducere & exhortari, ad orationes & ieiunia, ad cerimonias. Chriſtianorum & honeſtati, eorum intendere. Et cum viderit eos ſe male habere & præcipue circa honeſtatem vitæ, debet eos vel eas corrigere & caſtigare verbis & verberibus cum expedit non tamen vſque ad mutilationem membri vel vulnerationem vel fractionem oſſis, nec eos nutrire delicioſe, quia vt dicitur Pro. 29. Qui delicate paſcit ſeruum in fine ſentit eum contumacem. Iuſtus quærelas ipſorum ſeruorum benigne audiet prout Iob aſſerente feciſſe dicẽs 31. c. Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo & cum ancilla mea cum mecum diſceptaret. Non grauare eos nimis laboribus. Nã & dominus mandabat in lege veteri in feſtis eos quieſcere. Deutero. 5. c. Infirmatis ipſis curam procurare non ad hoſpitale mittere, ḡa nec Centurio ethnicus circa puerum ſuum. i. ſeruum hoc ægit ſed in domo paralyticum, gubernari fecit & pro ſanatione eius ad Chriſtum acceſſit. Maah. 8. Nec benefacientes eos impediant, ſed ſollicitent cum de eis domino habeãt reddere rationem. Vnde Amb. de domino malo ait. Seruulos ſecum pertrahit fortaſſis magis ad eccleſiam feſtinantes & voluptatibus ſuis peccata accumulant aliena, neſciens reum ſe futurum tam de ſuo delicto quam de preditione ſeruorum ſuorum. dist. 86. an putatis. Sed quomodo debet ſe habere dominus ad ſeruum & econtra ſeruus ad dominum, habes in 4. parte tit. 2. de prudentia iconomica. ¶ Ipſi autem ſerui ordinari nõ poſſunt ad aliquem ordinem niſi adepta plena libertate, & ſi ordinentur quid iuris, habes infra in tit. de irregularitate. ¶ Item non poſſunt religionem ingredi ſine aſſenſu dominorum, alias ei reſtituendi ſunt. ¶ Itẽ non poſſunt facere ſeu exequi vota in præiudiciũ dominorũ ſuorum, vt peregrinationi s ie iuniorũ quibus impedirentur operari & huiuſmodi. Item non poſſunt teſtari nec vendere vel donare vel eleemoſynas facere niſi de uoluntate dominorum ſuorum. Et ſi quis aliquid habuit ab eis per ludum vel donationem vel alienationem vel turpem cauſam, tenetur domino reſtituere ¶ Item ad actus legitimos vt accuſare, teſtificari, iudicare & huiuſmodi non admittuntur communiter. ¶ In contrahendo autem matrimonium ſunt liberi

Serui in rebus licitis obedire debẽt dñis

1. Pe. 2.

Moleſtè debent dñi corrigẽ ſeruos.

Multa nõ licẽt ſeruis ſi nelicẽtia dñorũ.

liberi nec possunt a dominis ad hoc prohiberi vel cogi ad hoc, sed de matrimonio eorum habetur supra tit. 1. c. de impedimento seruilis conditionis, vt etiam Tho. in 4. sicut seruus non subditur domino qui non posset libere comedere & dormire & alia huiusmodi facere quæ de necessitate corporis secundum naturam necessaria sunt, ita etiam non subditur ei quin possit cõtrahere matrimonium eo nesciente vel etiam contradicente, nec debet tamen propter hoc seruitia debita dominis subtrahere. Similiter de interiori dispositione nil habet iuris in eo nisi exhortando. Vnde ad orandum vel sumendum sacramenta & huiusmodi, non debet cogere, sed nec ad fidem si infidelis est. Sen. Errat qui seruitutem existimat in totum hominẽ descendere, pars melior excepta est. Corpora Dominis obnoxia sunt, mens sui iuris est. Quod si dominus cogit famulã ad fornicandum secum vel aliàs exponit grauiter peccat, & si posset fugere credo sibi liceret, quia & ille meretur in ea ius suum amittere propter huiusmodi iniuriam, de pę. dist. 1. si quis tam masculum ibi etsi serui pudicitia. Idem si cogeret ad aliquod crimen sed etiam si scit se non potuisse vendi quia Christiana erat, & contra ius capta vel empta etiam potest fugere.

dist. 56. arti. 2.

Seruitutẽ corpº sequi nõ spiritũ.

§. 8. Nouem modis serui efficiũtur liberi.

¶ De libertate seruorum qualiter scilicet liberi efficiantur, ad quod dicit Hostien. quòd multis modis. Et vno modo si dominus eum languidum expofuit vel ei alimenta negauit impune, seruus efficitur liber & libertus ingenuus extra eo. c. vnico, illi tamen qui eos suscipiunt non possunt per hoc in eis aliquod sibi ius vendicare. Secundo si quis vendit ancillam ne prostituatur & emptor facit contra libera efficitur. Tertio seruus si pileatus incedat ante cadauer domini dum defertur ad sepulturam. Quarto si postquàm lata est sententia contra eum qui dicebatur seruus, dominus postea pro eo precium accipiat. Quinto si dominus ancillam in matrimonio collocauit scribens pro ea dotem. Sexto si seruum appellauit filium actis interuenientibus quasi in figura iudicij. Septimo si dominus dedit seruo instrumentum per quod seruitus eius probabatur, & alijs casibus qui habentur. C. qui ex cau. ser. præ. li. ac per totum. Octauo quando emptus a iudeo vel pagano ipsę talis existens vult effici Christianus (secundum tamen discretionem suprapositam, in §. 5. & multomagis si emptus esset Christianus, vt ibi.) Nono & vltimo est qui & cõmunior & ordinatior existit qñ seruus manumittitur, est autem manumissio datio libertatis. Nam quandiu aliquis in seruitute est, manui & potestati alterius suppositus est, manumissis vero liberatus est. instit. de libe. in principio, & manumissi dicuntur liberti, sed quomodo fiat manumissio & quibus & de libertis hoc immediãte dicitur.

¶ De manumissione seruorum quæ fit multis modis, in ecclesia sub aspectu episcopi & plebis. Et debet de hac fieri scriptura ad cautelam futuri. C. de his qui in ecclesia manumit. l. 1. extra de ser. non or. c. 1. Item quandoq; fit coram iudice & dicitur manumissio vindictæ. Nam vindicta appellabatur virga prætoris cum qua tangebantur a prætore illi qui manumittebantur. Et si quidem manumissio fiat ad hoc vt manumissus ordinetur, debet potius fieri coram ecclesiastico iudice quam seculari, ar. extra de ser. non or. c. 1. Itẽ potest fieri manumissio in secreto vt cum dicit dominus. Esto liber, vel inter amicos fieri potest vel epistolam vel per quamlibet vltimam voluntatem. Item potest fieri diebus seriatis & tam de die quam de nocte, & etiam a procedẽte per viam, instit. de liber. §. multis. Princeps quoq; sola voluntate manumittere potest. C. de communi ser. ma. l. cum apud. Quis autem possit manumittere? Sciendum quod dominus serui si est maior 20. annis, nisi aliàs non habeat administrationem, vt furiosus & prodigus. Minor vero 20. manumittere non potest nisi ex causa, & tunc si est maior 17. annis. C. qui ma. non po. l. si minor sed in vltima voluntate potest, sicut & potest testari scilicet post 14. annum vt C. qui. ma. non po. auth. sed iure. Item episcopus potest manumittere seruos ecclesiæ benemeritos, 12. q. 2. si quis. Potest etiam alios non benemeritos manumittere, dum tamen det ecclesiæ duos pro vno eiusdem meriti vel peculij 12. q. 2. episcopus qui mancipium. Et secundum Guil. hoc intelligitur quod debet dare de suis proprijs bonis seu seruis, non de rebus ecclesiæ. Item potest manumittere causa miserationis 12. q. 2. cum redemptor, quod intelligi potest de bene meritis. Item Abbas nõ potest manumittere seruum monasterij, nisi consensu episcopi & monachorum distin. 54. Abbati, & hoc nisi sit contraria consuetudo extra de his quę si. a præla. c. ea noscitur. Item seruus communis plurium potest manumitti ab uno: sed debet manumissor, alios seruare indemnes. C. de communi ser. ma. l. 1. Et nota quod non valet manumissio in fraudem creditorum facta, instit. qui. ca. ma. §. 1.

§. 9.

¶ De

§.10. ¶De libertis. Libertus dicitur qui ex seruo
Liberti. factus est liber per manumissionem, manumissor autem patronus eius dicitur. Et semper libertus tenetur patrono quædam obse-
Ingenui quia. Ingenuus autem vocatur qui liber natus est, & sic nulli tenetur obsequio quomodo libertus reducatur in seruitutem propter ingratitudinem dictum est supra. Est autem multiplex differentia secundum Host. inter
Multiplex dif ferentia libertorum. libertos ecclesię & priuatorum. Nam liberti ecclesię reuocãtur in seruitutem propter operas non præstitas 12.quæst.2.c.diaconi, secus est in liberto priuati. C. de libe. causa l.solo Innoc. tamen hoc intelligit de obsequijs impositis non aliis. ¶Secunda differentia est, quia filij libertorum ecclesiæ nati etiam post manumissionem sunt obnoxij ecclesiæ 12. q.2.de libertis, & c.liberti, secus in alis.C.e. l.1.& 2. ¶Tertia,quia liberti ecclesiæ tenentur seruire ecclesiæ, etiam si nulla opera sint eis imposita 12.quæst.2.diaconi,in fi.secus in alijs.C.e.l.1.& 2. ¶Quarta quia si liberti ecclesiæ manumissi ad hoc vt ordinentur iniurientur ecclesiæ vel accusent vel testificentur contra eam, reuocantur in seruitutem etiam si ordinati fuissent, dist.51. 4.c. qui ex famulis. ¶Quinta quia liberti manumissi ab ecclesia vt ordinentur non possunt de acquisitis quoquo modo ad alios transmittere secundum quosdam, sed potius omnia ad ecclesiam pertinebunt. Sed verius puto quod hoc sit verum solum quando in manumissione hoc fuit expressum,alias etiam testamentum condere possunt de his quæ acquisierunt. ar. extra de ser.non or.eo libentius, & 22.quæst. 3.cap. 1.& 2.

§.11. ¶Nota defectus principum & rectorum seu officialium, & primo de camerarijs & prouisoribus vel notarijs officiorum, quòd si est statutum certum salarium pro labore officij sui & sufficiens,si aliquid a personis pro causis spectantibus officium illud exigit, iniuste accipit & tenetur ad restitutionem 23.q.mi-
Luc.3. litare. Vnde Aug. tractans illud quod dixit Ioan. Bapt. militibus scilicet contenti estote stipendijs vestris, dicit ꝙ hæc sententia dici potest & alijs officialibus, verbigratia militibus, protectoribus cunctisq; rectoribus, & subdit. Quicunq; sibi stipendia a publice decreta consequitur si amplius querit tanquam calumniator & concussor Ioannis sententia condemnatur,hæc ibi. ¶Nec videtur excusa-
In fi.c. re consuetudo quia corruptela,extra de consue. c.fi. Si autem non recipiunt salarium aut non sufficiens sed diminutum, si exigant a personis pro quibus laborant in officio suo quid competens secundum laborem & officium & consuetudinem non est illicitum. Si autem nimis extorqueant debent pauperibus erogare 1.par.q.5.non sane.

¶Deinde de principibus & alijs rectoribus. §.12. Et quia primo quandoq; trahunt clericos ad forum suum in causis eorum propter quod esset deponendi propria dignitate 11.q.1. nullus. Secundo quia a clericis & ecclesiasticis personis & ecclesijs pensiones procurationes & banna & pœnas extorquent contra iura & ecclesiasticam libertatem. Vnde tenentur pœna decem librarum auri 25.q.2. quæcunq;. Tertio qa taliis & exactionibus populos suos grauant vltra debitum, assumentes aliquando iniusta bella vnde & tenentur satisfacere læsis 14.quæstio.6.si res. Quarto quia occupant terras alienas iniuste 24. quæst. 3.transferunt & tales non saluantur nisi restituant 14.q.5.neque. Quinto quia non sunt contenti vxoribus nisi & habeant concubinas & ad alias fœminas accedant in sui perniciem & scandalum aliorum. Sexto quia auguriis, sortibus & maleficiis,& incãtationibus vtuntur, vel talibus fauent, contra illud 26.q.5. auguriis. Septimo quia leges iniquas constituunt cõtra illud. Vide vt quod recipiens iniuriam personæ possint se post factum vindicare, vel vsuras aliquid possunt petere vel soluentes vsuras non possint repetere & huiusmodi.In quo casu essent excommunicati, eo.tit.ex graui, in clemen. Octauo quia iustas leges seruare non faciunt, & malefactores & transgressores non puniunt, vt blasphematores Dei & sanctorum lusores iniurantes aliis,si sunt eorum satallites vel amici,contra illud 23.q.5.regum est nec ecclesias tuentur vt debent & iura eorum 23.quæst.5.principes & distinct.91.boni. Nono dant immunitates seu bolletinos securitatis indebitę scilicet male vtentibus in detrimentum reipublicæ vel priuatorum, vt quod quis vadat de nocte vel ferat arma vel quod non possit cogi a suis creditoribus, vel cum sit exul possit manere in loco,& huiusmodi, dist.8.quę contra mores. Decimo quia aliqui recipiũt pecunias vel munera vt supplicent prælatis pro beneficiis conferendis,vel etiam pro suis consanguineis vel amicis indignis & insufficientibus procurant vel rogant beneficia conferri, quod pertinet ad symoniam aliquando, vel saltem ad iniustitiam dist.61.miramur & 1.q.3.per totum. Vndecimo si fauent hæreticis vel non iuuant officium episcoporum vel

Abusus principũ & rectorum.

inqui-

inquisitorum, aut si in aliquo impediunt inquisitionem contra hæreticos in quo essent excommunicati, de hereticis c. vt inquisitionis li. 6. Duodecimo domini temporales communiter sunt nimis pompoli in se & famulis suis inutiliter expendentes quæ indigentibus dari deberent, & ex hoc grauantes indebite. dist. 47. sicut hi. Superbi sunt communiter nō recognoscentes a Deo dominium volētes ibi a subditis in omnibus etiam malis obediri contra illud 11. q. 3. si dominus, & c. seq. Malam insuper curam habent de familia sua, cū audiunt eos inordinate se habere non corrigunt, contra illud 23. q. 4. duo. Tredecimo q in officiis variis sunt vel domini temporales Solent iuramenta præstare contra multa, vt de seruādis statutis quæ tamen frequenter transgrediuntur, vnde & mortaliter peccant. 22. q. 1. prędicandum. Quartodecimo qui se reperiuntur ad faciendum scrutinia officialiū si admittunt ineptos, & quos credūt noxios ad talia officia ex amicitia vel pręcibus vel econtrario non admittunt. sed repellunt idoneos ex odio vindicta & huiusmodi, peccant grauiter dist. 61. miramur. Quintodecimo quia multoties dimittunt diuina vt missam prædicationes & ecclesiastica sacramenta, & sunt in causa quod aliis dimittant, quos vocant diuersis de causis sine vrgente necessitate di. 86. an putatis. Sextodecimo quia domini vel rectores locorum exigunt a subditis operas indebitas, vt culturam agrorum vel vinearum, deportationes lignorum & huiusmodi sine mercede eorum. Et aliquando etiā diebus festiuis ad ista inducunt Decimoseptimo domini tēporales ponunt malos officiales in officiis qui grauant nimis subditos vel iniuste se habent, & hoc propter lucrum temporale quod recipit ab eis vel amicitiam. aliquando etiam habēt malos consiliarios. Decimooctauo male iudicant & iniuste in his quę proponuntur eis odio vel amore, cupiditate, vel timore, vel ignorantia crassa 11. q. 3. quattuor. Et nimis munera diligunt, propter quod de facili a vero deuiant 11. q. 3. pauper. Decimonono cum sectas, partialitates, diuisiones faciunt, vel nutriunt seditiones, & scandala quærunt, aut quando exilio vel cōfinio tradunt sine causa rationabilis suos conciues, vel nimis grauant in collectis vel præstantiis & huiusmodi vel schismata ecclesiarū causant vel sustentant. Vigesimo quia pupillis & viduis & aliis personis miserabilibus non prouident in causis & aliis, & legata ad eos spectantia non faciunt.

TITVLVS IIII: DE MILITIbus & multiplici bello.

¶ *De triplici militia scilicet, clericali, spirituali, & laicali.* Cap. 1.

PRæcinxisti me virtute ad bellū & supplātasti inimicos meos subtus me psal. decimoseptimo, cū omnia appetāt pacem secūdum Dyonisium, ideo bellū geritur vt pax habeatur ait. Aug. 23. quęstione 1. noli, nec mirum si in terris vndique bella fremunt ab his qui versantur in imis, cum in altissimis vbi omnia pacata sunt aliquando prelium exortum fuerit. Nam vt dicitur Apoc. 12. Factum est prælium in cælo, & Michael pręliabatur & angeli eius & draco cum eis, quod tamen prælium non fuit cum lanceis, gladiis, & aliis armis, sed in contrarietate volūtatis. Nam Michael qui dicitur princeps cælestis militię cū suis conuertentibus se ad dominum & glorificationē ab eo expectātibus humiliter, & hoc fuit dicere. Salus Deo nostro. Draco ille qui & Lucifer cum sequacibus suis se a Deo auertit cupiens propria virtute sibi collata ad gloriam peruenire. Et hoc fuit mēte dicere. Ascēdam in cęlum & supra astra exaltabo solium &c Esa. 14. c. & propter hoc ruina magna illi hosti antiquo patuit, nec amplius locus eius inuentus est in cęlo. Apoc. 12. c. ipsis in abyssum deiectis. Verum & de remanentibus in pace superna non esse numerus militum eius Job. 25. Et cum facta fuit pax inter nos & cōmilitones suos & Deum per Christi natiuitatem, facta est multitudo militiæ cęlestis cum angelo quæ nunciauerat eam, canētium. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax. Lucæ 2. Sed hac militia omissa transeamus ad nostrā de qua dicit psalmus. Præcinxisti, me &c. Vbi tria ostendit.

¶ Primo ostēdit certamē, quia dicit ad bellū.

¶ Secundo adiungit iuuamē qa pcinxisti &c.

¶ Tertio cōcludit solamē, qa supplāta sti &c.

¶ Quantum ad primum ait Apostolus 2. ad Thi. 2. Labora vt bonus miles Iesu Christi. §. 1.

Sed sciendum est quod est triplex militia.

¶ Prima est militia clericalis.

¶ Secunda est militia spiritualis.

¶ Tertia est militia laicalis.

¶ De militia clericali dicit Ormisda, non negamus esse in laicis Deo placitos mores, sed milites suos ideſt clericos probatos quærunt instituta maiorum dist. 61. in sacerdotibus. Et Hieron. Si clericatus titillat desiderium tuum, §. 2.

Arma clericorū.

tuum, discas quod possis docere ne sis miles antequam tyro 16.q.1. si clericatus Habent enim tales bellare contra errores infidelium & ideo oportet eos esse armatos auctoritatibus scripturarum, & orationibus sanctorum & frequentia orationum. Vnde Ambro. Aduersus milites & Gothos arma mea lachrymę meæ sunt. Talia enim munimenta sunt sacerdotis 23.q.8. conuenior, & ideo vt expeditus sic clericus ad ista arma in promptu sumenda, dicit Apostolus 2. Timo. 2. Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Quæ autem dicãtur negocia secularia quib. hi milites. i. clerici non debent se implicare, habes extra ne cle. vel mo. per totum, his est contraria militia secularis, non debent enim ipsi bellare. Vnde 23.q.8. dicitur. Quicunque clericus aut in bello aut in rixa mortuus fuerit, neq; in oblatione neq; in oratione pro eo postuletur. Et iterum. Quicunque ex clero videntur esse, arma militaria non sumant quia nõ possunt simul Deo & seculo militare. Hæc ibi. Verum possunt assistere iuste militantibus exhortando & sacramenta ministrando vt 23.q.8. igitur, & 23.q.3. pe, totum, & quia de clericis & religiosis infra diffuse agitur, ideo hic non oportet insistere.

Clerici nõ debet bellare.

Possũt assistere bellãtib.

3.

¶ De militia spirituali dicitur. Iob 3. Militia est vita hominis super terram. Militia idest tentatio. Amb. Volũtarium sibi militem elegit Christus 15.q.1. non est. Ista ergo militia communis est omnibus fidelibus quæ vtiq; spiritu fit nõ corpore. Vnde Chryso. Tu Christiane delicatus es miles, si putas te sine pugna posse vincere, sine certamine dimicare, exerce vires, attende pactum, aspice sponsionem quam scilicet quis facit in baptismo scilicet seruare fidem abrenũciare diabolo. Bellum antequam quod geritur cõtra nos spirituale est grauissimũ & periculosum. Vñ Apostolus ad Ephe. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, & sed aduersus mundi principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitię in cœlestibus. Vbi ostenditur & hostiũ contra quos bellũ geritur nimia multitudo quia cõtra carnem & sanguinem idest sensualitatem & passiones eius quæ sunt plures, & aduersus principes & potestates idest tyrannos mundi qui multiplicter uexant contra spirituales idest dęmones qui sunt innumerabiles, quia eis plenus est aer secundum Rayn. Et innuitur ipsorũ cũ quibus prælium geritur malignitudo, quia nequam idest malicioſi & crudeles, mille nã que nocendi hominib. habẽt artes, has exercuit. s. tentando vltra sex milia annorum, sed & serpẽs ab initio dicit calidior cunctis animalibus terrę. Gen. 3. Demum adiicitur præmii magnitudo pro quo certamen agitur, qa in cæleſtibus. i. luctam istam sustinemus pro consequendo bona cæleſtia. Non enim coronabit nisi qui legitime certauerit inquit Apostolus 2. ad Timo. 2. Propterea sacra scriptura tradit nobis historias bellorum carnalium veteris testamenti, ad instruendum nos sub figura pugnare in bello spirituali, vt dicit Greg. 23.q.1. nisi bella. Et Iosue quidem dux populi Israel pugnans trans Iordanem contra septem nationes terribiles & vincens, qui etiam vidit angelum Dei vt armatum militem pro adiutorio eorum paratum. Iosue. 5. significat populũ fidelẽ electorũ, cuius dux est Iesus Christus post baptismũ pugnantem contra nationes septẽ capitaliũ vitiorum quorum dux est & rex diabolus, sed Christo duce & adiutorio angelorũ superãt. Vnde Greg. in 31. moralium, tractans illud Iob procul odoratur bellum. s. equus de quo loquitur, ex horatione ducum & vlulatum exercitus, sic exponit, quia miles Dei solet prędidere vitiorum certamina nititur, bellum procul odorari. Odorare est discretione discernere, & quia mala præeuntia quid menti persuadere valeant, cogitatione sollicita aspicit, exhortationem ducum naris agitata deprehendit, & quia longe præsciendo subsequentium inquitatum confusionem conspicit, quasi vlulatum exercitus odorando cognoscit. Tentãtia quippe vitia quæ in simili contra nos prælio regnanti super se superbiæ militant, alia more ducum præeunt, alia more exercitus subsequuntur. Et exinde declarat quomodo superbia est regina vitiorum, & duces sub eo septẽ capitalia. s. inanis gloria, auaritia, inuidia, ira, accidia, gula, luxuria. Exercitus horũ capitalium dicit esse filias earum. Et quia vt dicitur de diabolo. Iob penult. ipsæ est rex super oẽs filios superbię, ipsæ cum vxore sua regina, scilicet superbia cum his ducibus & exercitibus pugnat contra milites Christi.

Bellũ spirituale.

Astutia inimicorum.

¶ Quomodo aũt duces eius hortentur ad prę lium declarat sic dicens. Inanis nanque gloria deuictum cor quasi ex rõne solet hortari, dum dicit debet maiora appetere, vt qa potestate valueris multos excedere, ẽt valeas pluribus prodesse. Inuidia quoque deuictum cor quasi ex rõne solet exortari cũ dicit. In q̃ illo vel illo minores. Cur. ego eis vel equalis vel supe-

§.4.

Adquid sacra scriptura bello scribit.

Vitia a Diabolo suaderi sub spẽ virtutes.

ſuperior non es, quanta vales quæ ipſi non valent non ergo tibi aut ſuperiores aut æquales eſſe debent? Ira etiam deuictum cor quaſi ex ratione ſolet exhortari cum dicit, quæ erga te aguntur, equanimiter fieri non pñt. Hæc patienter tolerare peccatum eſt, quia & ſi eis ex magna exaſperatione non reſiſtitur, contra te deinceps ſine menſura cumulantur. Triſtitia quoq; deuictum cor ſolet hortari cum dicit, quaſi ex rõne. Quid habes vnde gaudeas, cum tot mala de proximis portas? Perpende cum quo mœrore omnes intuendi quid tanta contra te amaritudine fellis vertuntur. Auaritia quoque quaſi ex ratione deuictum cor ſolet hortari, cũ dicit. Valde ſine culpa eſt q̃ quædam concupiſcis habenda, quæ non multiplicare appetis, ſed egere pertimeſcis. Et quod male alius retinet tu melius expendis. Ventris ingluuies quaſi ex ratione ſolet exhortari cũ dicit. Ad eſum Deus omnia munda condidit, & qui ſatiari renuit quid aliud quam muneri conceſſo contradicit? Luxuria quoq; deuictum cor quaſi ex ratione ſolet hortari cũ dicit. Cur te modo in voluptate nõ dilatas cum quid ſequatur ignoras? Acceptum tp̃s in deſiderijs perdere non debes, quia quam citius pertranſeat neſcis. Si enim miſceri Deus hominem in voluptate coitus nollet, in ipſo humani generis exordio maſculum & fœminã, non feciſſet, hæc eſt igitur ducum exhortatio.

Septem duces vitiorũ corporaliũ.

Hæc Grego. ibi. Quorum ducum nomina. i. dæmonum de illis vitijs tentantium, ſcriptura non reticet. Nam ducẽ inanis gloriæ Luciferũ vocat, quaſi ferens lucem. Eſa. 14. Ducem inuidiæ Sathan, quia interpretat aduerſarius Iob. 1. Ducẽ iræ Abandon. Apoc. 9. i. exterminato, Ducẽ accidie Belzebub. Luc. 11. interpretatur vir muſcarũ. Ducem auaritiæ Mammonas. Matt. 6. interpretatur diuitię. Ducem gulæ Behemoth. Ioh. penul. & interpretatur animal. Ducem luxuriæ Aſmodeum. Thob. 3. c. Regem horum ducum Leuitham. Eſa. 27. Et interpretatur aditamentum. Exercitus horum ducum ſunt filiæ ipſorum vitiorum quas ibi nominat Grego. Et ſunt 84. genera vitiorum de quibus ſingulis diffuſe habes in ſecunda parte per totum.

§. 9. ¶Secundo principaliter poſt bellum oſtenſum ponit pſal. iuuamen in eo collatum cum dicit. Præcinxiſti me virtute ſcilicet tu Deus dediſti, ideſt, prouidiſti mihi de virtute qua poſſem pugnare. Et ideo ipſe pſal. dicebat. Dominus mihi adiutor & ego deſpiciam inimicos meos. Et ſub fiducia diuini adiutorij quilibet debet bellare, nõ in virtute propria, ad quod hortatur Apoſtolus ad Eph. 6. dicẽs. Confortamini in dono. ſ. ſperandi in adiutorio & in potentia virtutis eius, quam. ſ. nobis adminiſtrabit, ita tñ q̃ laboretis quantum ex vobis eſt. Vnde ſubdit declaratis hoſtibus multis & crudelibus, propterea ſumite armaturam Dei vt poſſitis reſiſtere in die malo. ſ. tentationis. Vnde Greg. Sciens Apoſtolus animę certamina contra ſpirituales aduerſarios deſudanda velut præceptor militiæ præceptũ dat militibus Chriſti dicens. Induite vos armaturam Dei vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli 23. q. 1. niſi. Et quæ ſit iſta armatura ſumenda aliqua ex eis ponit in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite. i. ſpei ſalutis æternæ. Multũ enim roborat conſideratio prẽmij, & accendit ad bellum. Et gladium quod eſt verbum Dei ſumite ſicut Chriſtus fecit cum pugnauit cũ antiquo ſerpente allegans ſcripturas. Matt. 3. State etiam ſuccincti (ait) in veritate. ſ. non ſolum exteriori, ſed interiori, in vera caſtitate. Sed & loricam charitatis oportet habere, quia omnes virtutes tanquam maleas connexas adinuicem continet. Calceatus ſit pedibus & cruribus armis prudentiæ. Induit quoq; pro thorace iuſtitiam, ſed nec ei deſint ſagittæ potentis acutę orationum quibus perfodeat inimicum. Dextralia quoq; fortitudinis cum lancea longanimitatis vt non fiat puſilus animo ſi bellum eſt diutinum. De his ergo armis dicit Apoſtolus. Arma noſtra nõ ſunt carnalia, ſed ſpiritualia potentia Deo ad deſtructionem inimicorũ. Et quia Deus prẽcinxit milites ſuos hac multiplici virtute armorũ, ideo & ipſæ ſupplantat inimicos infernales ſubtus electum ſuum, quod fuit tertium principale notatum, dans ei plenam victoriam. Sicut in figura Dauid ipſe inermis corporaliter ſed armatus virtute Dei acceſſit in ſingulari certamine contra Goliath gigantem terribilem & armatum totum deſignantem diabolum fortem nimis & armatum omni militia dicens. Tu venis ad me cum gladio & haſta & ſlypeo & ego venio ad te in nomine domini exercituum. Et dabit te dñs in manu & percutiam te, & dabo cadauera caſtrorum Philiſtiim volatilibus cęli &c. 1. Reg. 17. Et ſic factũ fuit, quia lapide fundę eũ percuſſit & in terra cadẽtem gladio eius caput amputauit, cũ magna gloria in Hieruſalem reuerſus. Sic miles Chriſti cũ fiducia diuinæ gratiæ, cũ funda humilitatis & lapide fortitudinis vincit diabolum & occidit, vt ſcilicet amplius non moleſtet eũ cum

perfecte

perfecte vicit secũdum Orig. Et demum cum triumpho victoriæ ad supernam Hierusalem ascendit occurrentibus agminibus angelicis cum canticis. Vnde Apoca. 3. dr. Qui vicerit dabo ei sedere in throno meo &c. Et iterum. Esto fidelis vsq; ad mortem & dabo tibi coronam vitæ, videlicet æternæ.

§. 6. De militia laicali.

¶ Sequitur de militia laicali, de qua nostra in hoc titulo versatur intentio, de qua etiam potest intelligi ad litteram, versic. psal. Præcinxisti me virtute ad bellum. Fuit enim Dauid vir bellicosus, vt patet in 1. & 2. lib. Regum. Iusta tamen certamina egit, & a Deo recognoscens fortitudinem suam semper victoriam habuit, & inimicos eius supplantauit. i. vicit, vt Saulem & filium eius Isbosseth, Absalon, Ammonitas, Goliath, Philistæos, & hmõi. Vbi primo occurrit notandum quòd militia non est ars seu status in se ab ecclesia reprobatus. Nam Aug. in li. de ver. do. ait. Militare non est delictum, sed propter prædam militare peccatum est. Nec rempublicam gerere peccatum esset, sed ideo rempublicam agere vt diuitias augeas, videtur esse damnabile 23. q. 1. Idem Aug. ad Bonifa. Noli estimare neminem Deo placere posse, qui armis bellicis ministrat. In his sanctus Dauid cui dominus tam magnum testimonium perhibuit, in his etiam plurimi illius temporis iusti. s. vt Machabeus Iudas & fratres eius. In his erat ille Centurio qui domino dixit. Domine nõ sum dignus vt intres 23. q. 1. noli. Vnde & milites venientes ad Ioannem Baptistam dicentes.

Tria pcepta data militib⁹ a Io. Ba.

Quid faciemus & nos. s. pro salute nostra? nõ dixit. Dimittatis militiam, sed quid? neminẽ concutiatis, nec calũniam faciatis, estote contenti stipendijs vestris. Luc. 3. Vt ergo valeat dicere cum psal. Præcinxisti me vitutem ad bellum &c. Tria debet seruare. Primo vt virtuose se habeat. Secundo vt ab illicitis abstineat. Tertio vt bellum iustum suscipiat.

§. 7.

¶ Quantum ad primum debet miles a Deo fortitudinem recognoscere, fidem etiam hosti seruare, pura intẽtione pugnare, victis hostibus misericordiã præstare. Hæc omnia notat Aug. scribens ad Bonifa. Dicit enim hoc primum cogita quando armaris ad pugnam, virtus tua etiam corporalis donum Dei est, si enim cogitabis de dono Dei non facies cõtra dominum. Fides etiam quando promittitur & hosti seruanda est contra quem bellum geritur, quanto magis amico pro quo pugnatur? Pacem habere voluntatis, bellum autem debet esse necessitatis, vt liberet Deus a necessitate & conseruet in pace. Non pax quæritu bellum exerceatur, sed bellum geritur vt pax acquiratur? Esto bellando pacificus, vt eos quos expugnas ad pacis vtilitatem vincendo perducas & infra. Sicut bellanti & resistenti violentia redditur, ita victo capto misericordia debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timet. Hæc Aug. 23. q. 1. noli. ¶ Quid autem sit de iure militari ostendit Isidorus dicens. Ius militare est belli inferendi solemnitas fœderis faciẽdi nexus, signo dato egressio in hostem vel pugnæ commissio. Item signo dato receptio. Item flagitij militaris disciplina si locus deferatur. Stipendiorum modus, dignitatum gradus, prœmiorũ honor, veluti cum torques, vel corona donatur. Præde decisio & pro personarum qualitatibus & laboribus iusta diuisio, ac principis portio. in decre. dist. 1. c. ius militare. Vbi dicit gl. q̃ qui fugit de bello publico est infamis & ſm leges capite punitur. Imitetur ergo bonus miles Bea. Martinum militem qui castissimus fuit in armis humilis, pauperibus misericors, vt patet de media chlamide data pauperi, immo Christo in forma pauperis nudum suis dñis obediens. Imitetur & Mauricium cum socijs qui militabant pro republica cõtra hostes Romanorum, sed mortẽ per martyrium sustinuerunt pro veritate fidei & cultus diuini, seruantes illud Eccl. 4. c. Vsq; ad mortem certa pro iustitia.

§. 8.

¶ Quantum ad secũdum debet se miles abstinere a rapinis. Nam (vt ait Aug.) propterea quadam prouidentia sunt militibus cõstituta stipendia, ne dum sumptus quœritur prædo grassetur 23. q. 1. militare. A luxuriis, quibus illud hominum genus est totũ implicatum in omni specie eius, a blasphemijs, a laudis, a delitijs ei ebrietatibus, a sacrilegijs & aliis vitiis, sed hodie talib⁹ vitiis pleni sunt. Aequidem militaris disciplina quam Vegetius senatum docuit, hodie euanuit. Ait. n. eos esse aptos armis qui sub duo & labore nutriuntur solem patientes, vmbram negligentes, balneorum nescii & delitiarum ignari parco cibo contenti, quibus gestare ferrũ, fossam ducere omnis fere consuetudo de iure est. Sed nunc milites pugnant cum ebrietatibus, vacant ocio & eneruitati, nomen & titulum militiæ dehonestant, non similes Iudę Machabeo, qui protegebat castra gladio, sed similes diabolo qui captiuos suos crudelissime cruciant imitantes milites Pilati qui accipientes Iesum spinis coronauerunt, & spuentes & blasphemantes eum deriserũt multipliciter. Ludentes insuper vestimenta Christi vt patet

Disciplina militaris ſm Vege.

in

in euangelio. Et si nunc milites nostros in expeditione ire contingat, somarij eorum non ferro sed vino, non lanceis sed caseis, nõ ensibus sed vtribus, non hastis sed verubus onerantur, quasi vadant ad conuiuium non ad bellum Clypeos habent optimos deauratos, predam potius hostium quam hostes & eos deferunt virgines & intacto. Bella & conflictus in sellis Clypeis depingi faciunt vt se quadam imaginaria visione delectent in pugnis quas videre vel ingredi nõ audent. Vnde cum Scipio Africanus scutum cuiusdam uidisset gemmis & auro ornatum, duxit se non mirari, si tanta diligentia honorasset in quo plus haberet præsidij quàm in gladio. Sicut autem quidam philosophus pericles ait. Non pictura, non aurum, non lapides, sed scutum diuulsum, fracta galea, gladius hebes facies vulnerata cedunt militibus ad ornatum. Sed certe tota ars militiæ hodiernæ conuersa est in latrocinium & nulla fides pietasq; viris, qui castra sequuntur. Pleni sunt proditionis furtis, sacrilegijs, periurijs, blasphemijs, crudelitatibus erga captos, etiam iustos crapulis, ludis, sodomijs nullum respectum habentes ad iustitiam belli eius qui eos conducit, sed ad rapinam & maius stipendium. Et de huiusmodi militibus dicitur de pœnit. distinct. 5. vt falsas, quod non potest talis miles vere agere pœnitentiam, nisi dimiserit militiam. Intelligitur enim de iniusta militia, & ideo videãt confessores quomodo tales absoluant. Bernar. in sermone ad milites templi qui bellant contra infideles sic ait. Quis hic ò milites tam stupendus error ac furor tantis sumptibus ac laboribus militare, stipendiis vero nullis nisi a mortis aut crimini, operitis equos sericis, & pendulos nescio quos panniculos loricis superinduitis, depingitis hastas Clypeos & sellas, frena & calcaria auro & argento circumornatis, & cum tanta pompa pudendo furore, & impudenti stupore ad mortem properatis. Militaria sunt hæc insignia, an muliebria potius ornamenta? Nunquid forte hostilis mucro reuerebitur aurum, gemmis parcet, serica penetrare non poterit? Deniq; ipsi sæpius certiusq; experimini tria esse præcipue necessaria prælianti, vt scilicet strenuus industriusq; miles & circunspectus sit ad se seruandum, expeditus ad discurrendum & promptus ad faciendum. Vos per contrarium in oculorum grauamen ritu fœmineo comam nutritis, longis ac profusis camisijs propria vobis vestimenta obuoluitis, delicatas ac teneras manus amplis & circumfluentibus manicis sepelitis nec aliud inter vos bella mouet, liteſq; suscitat nisi aut irrationabilis iracundiæ motus, aut inanis gloriæ appetitus, aut terrenæ qualiscunq; possessionis cupiditas, talibus certe ex causis neq; occidere neq; occumbere tuum est. At vero milites Christi securi prælientur prælia domini sui nequaquam metuentes aut de hostiũ cede peccatum, aut de sua nece periculum, quandoquidẽ mors pro Christo vel ferenda sit vel inferenda. Miles inquam Christi securus interimit securior interit, sibi præstat cum interit, Christo cum interemit, nec cum malefactorem occidit homicida, sed vt ita dixerim malecida, & plane vindex & Christianorum defensor reputatur. In morte enim pagani Christianus gloriatur quia Christus glorificatur. Non quidem vel pagani necandi essent, si quo modo aliter possent a nimia infestatione vel oppressione fidelium cohiberi. Nunc aũt melius est vt occidantur quam certe relinquatur virga peccatorum super sortem iustorum ne forte extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Quid. n. si percutere in gladio omnino fas non est Christiano. Cur igitur pręco saluatoris contentos forte stipendiis suis militibus indixit & non potius omnem militiam indixit. Proinde dissipentur gentes quæ bella volunt & abscindantur qui vos conturbant. Exerceatur gladius vterq; fidelium in ceruices inimicorum ad destruendam oẽm altitudinem extollente se aduersus Deum, quæ est fides Christianorum, ne forte aliquando dicant gentes vbi Deus eorum &c. Hæc omnia Bern. Dicit Helinandus. Consecratio militis hæc est, consuetudo solennis est vt ea die qua quis cingulo militari decoratur ecclesiam solenniter adeat gladioq; super altari posito & oblato quasi celebri professione facta seipsum altaris obsequio deuoueat, & gladio. s. officii sui iugem Deo spondeat famulatum. Eis ergo pro ecclesia plurimum contra ecclesiam licet nihil. Aut. n. plus aut non minus in sua professione q̃ epi vel Abbates qui schedulam offerunt. Et in quibusdam locis moris est militem in crastino consecrandum tota nocte in oratione stare. Et dicit Vegetius. Iurant milites strenue se facturos omnia quæ mandauerint principes, & mortem nõ recusaturos pro republica cuius militiæ sunt ascripti & sic obseruare tenetur.

Bern. ad milites.

¶ Quantum ad tertium. s. de iustitia belli ad quam debet attendere miles seu stipẽdiarius vt licite militet. Nota ſm Thom. 2. 2. q. 40. ad hoc vt bellum sit iustum tria requiruntur. §. 9.

Tria necessaria vt bellū sit iustū.

¶Primum est causa iusta, vt.s. illi cōtra quos agitur bellum aliqua culpa meruerint, qa.s. punire neglexerunt quod ab eis improbe factum est per iniuriam 23.q.2.dominus. Vbi dicit Aug. Iusta bella diffiniri solent quæ vlciscuntur iniurias, si gens vel ciuitas plectenda est quæ vel vindicare neglexit, quod a suis improbe factum est, vel reddere quod per iniuriam ablatum est, sed & hoc genus belli sine dubio iustum est quod Deus imperat qui nouit quid vnicuiq; debeat fieri. In quo bello ductor exercitus vel ipse populus non tam actor belli quàm minister iudicādus est. Hæc Augustī. in d.c. dominus. Et in c. sequenti ait idem. Iusta bella agebantur a filijs Israel contra Amorreos, quia innoxius transitus negabatur, qui iure societatis humanæ equissimo patere debebat. ¶Secundum est intentio recta, vt scilicet fiat non ex odio vel auiditate præde. sed zelo iustitiæ & charitatiue vt bonum promoueatur & malum euitetur 23.q.1. quod culpatur. Vbi Augustin. dicit contra Manichæos. Quid culpatur in bello, an quia moriuntur quandoq; morituri vt dominetur in pace victuri, hoc reprehendisse timidorum est non religiosorū, nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, implacatus atq; implacabilis animus feritas rebellandi, dominandi libido & si qua similia. Hæc sunt quæ in bellis iure culpandi, qui plerunq; vt etiam iure puniantur aduersus violentias resistentium siue Deo siue aliquo legitimo iubente gerēda ipsa bella suscipiuntur a bonis. Hæc in d.c. quid culpatur. Nota tñ hic ꝙ eum habet quis alias iustum bellum contra aliquem quāuis nō sit iustum ex intentione. s. quia ex odio & animo malignandi facit licèt grauiter peccet, tamen de damnis datis & rebus ablatis ab eo non tenetur ad satisfactionem saltem vsq; ad illam quantitatem in qua sibi ille tenebatur, seu quousque se ad iustitiam faciendam offerat. ¶Tertiū est auctoritas principis. Vnde Aug. in d.c. quid culpatur, ait. Ordo ille naturalis mortalium paci accommodatus, hoc poscat vt suscipiendi belli auctoritas atq; consilium penes principes sit sed si humana cupiditate bellum geritur, non nocet sanctis in quos quis non habet potestatem nisi desuper datam. Non.n. est potestas nisi a Deo iubente vel sinente, ergo vir iustus si forte sub rege homine sacrilego militet recte potest illo iubente bellare. s. si bellum est iustum vel saltem dubiū, vt ibi in fine dicitur. Hæc Aug. Et dī princeps hic Papa vel Imperator & aliæ dignitates inferiores habentes tñ iurisdictionem super eo cui mouetur bellum, & hoc quantum ad inferendum bellum, sed ad resistendum seu defendendum se contra iniuste mouentem, non requiritur auctoritas principis, quia de iure naturæ vim vi repellere licet a se & sociis, cū moderamine tñ inculpatæ tutelæ & incontinenti, extra de homi. c. significasti. & 23.q.3. non inferenda. Inno. & Host. addunt ꝙ ex interuallo, non licet, immo debet adiri iudex captoris & eius auctoritate recuperari. Nam si quis propria auctoritate violenter caperet ēt rem suā, cadit a iure suo. s. in foro cōtentioso, & perdit eam. Et hoc nisi forte nō posset eam consequi per iudicem, vt no. dist. 1. ius gentiū.

Bellū iustū mala intentione.

¶*De stipendiarijs, & de bellis iustis vel iniustis. Cap. 2.*

SCiendum ꝙ sunt duo populi. s. populus Romanus, & populus extraneus. de populo Romano sunt primo omnes qui obediunt Romano. Nam populus accipitur pro toto imperio. vt l. Romana ff. ad leg. Municip. Quidā non obediunt in totum sed in aliquibus, vt quia viuunt legibus imperii, & fatētur ipsum dominum orbis vt sunt ciuitates Lombardiæ & similes, & isti sunt de populo Romano. Nā cum in aliquibus iurisdictionem exerceant ipsam retinent, vt l. si prius, de aqua plu. Quidam sunt populi qui nullo mō obediunt imperatori, nec viuunt imperii legibus, sed dñt hoc facere ex priuilegio, vt Veneti, & isti etiā sunt de populo Romano, qa precario hæc tenent ab Imperatore, & ipse reuocare pōt qñcunq; voluerit, vt l. siquis, in prin. C. de legi. Præterea illud priuilegiū illis cōcessum debet esse accommodatū, vt nō priuentur ciuilitate Romana. Quidā sunt populi qui non obediūt Imperatori, & asserunt sibi hoc competere ex contractu, vt sunt prouincię subditę Romanę ecclesiæ quæ asserunt sibi hoc cōpetere ex donatione Constantini, & aliorū Imperatorū, & isti ēt sunt de populo Romano. Nam ecclesia ibi exercet iurisdictionē q̄ habebat imperiū. Vnde nō desinūt propterea esse ciues Romani. Et siquis diceret Imperatorē non esse dñm diceret contra rex. euangelii ubi dicitur. Exiit edictū a Cęsare Augusto &c. Populi aūt extranei sunt qui non fatentur Imperatorem dñm esse dñm suum. ¶Item Tartari qui dñt lo Grancane dñm esse. Sarraceni Machumetē qui dñt suum esse dñm. Inter istos tamen est differentia. Nam quidam sunt nobis fęderati, vt Gręci contra Turcas, quidā sunt cum quibus nihil fa-

Duo populi.

Populi extranei

hi facere habemus vt sunt iudæi, quidã sunt cum quibus habemus pacẽ vt sunt Tartari, nam mercatores vadunt ad illos & sui veniũt ad nos, quidam sunt cum quibus habemus, guerram actualẽ, vt sunt Sarraceni, & hodie cum Trucis qui temporibus iſtis valde nos, moleſtant & vtinam chriſtianitatem non occuparent. Infertur igitur, quod cum Imperator ſit princeps. ſedis ſuperiorem non habens in ſecularibus, niſi forte (vt dixi) quod ipſæ non poteſt indicere bellum contra hoſtes ſuos. Et hoc eſt bellum de quo loquitur l. hoſtes ff. de cap. bellum autem indicitur a populo Romano vel Imperatore adeo quod ſi Imperator indicit bellum cum aliquibus, Italiæ rebellibus, vendicat ſibi locum effectus publici belli, quia idem ſi repugnent officiali Imperatoris vel Papæ, non propter Imperatorem vel Papam. Ioan. de Lig.

§. 1 ¶ Itẽ dominus vel quicunq; alius iniuſtũ bel-
Iniuſte bellans ad reſtitutionẽ tenetur. lum mouens vel ita iuuans q̃ ſine eo non fieret vel faciens cõtra aliquos vltra pctm̃ mortale graue qđ cõmiſit, tenetur de oĩbus dãnis datis his cõtra quos bellũ mouit. Tenetur ẽt ſuis propriis hoĩbus de dãnis quę reciperet, ab aduerſariis qui iuſte repugnabant, ſi iuuerunt eũ bona fide aut ſi fuerũt inducti eius cõ ſilio timore vel coactione, de ſe non erant facturi, non aũt tenentur ſi mala fide iuuiſſent ſcientes eũ habere iniuſtum bellum & voluntarie. Et ſimiliter tenẽtur oẽs qui fuerũt principales in tali bello, ita q̃ ſine eis non fieret. Alii vero tenẽtur de damno q̃ ſibi ipſi intulerunt opere vel verbo. Guil. de cõtentis in his ſequentibus interroga prout ibi vr̃. expediẽs. ¶ Item dñs vel quilibet alius iuſtum bellũ faciẽs, ſi graſſandi aĩo vel malicioſe intulit dãna, aduerſariis cum alias ſibi poſſet conſulere peccauit mortaliter & tenetur. Vñ compenſabuntur illa cũ damnis propter quæ bellũ motum eſt peccãt etiam illi mortaliter qui agũt bellũ ex odio vel intentatione damnãdi quoſcunq; vt faciunt ſtipendiarii cõiter Guil. Itẽ ſi habes iuſtum bellũ notabiliter negligens, fuit in defendendo ſuos, tenetur eis de damnis receptis, alias non. Tenetur ẽt omnibus illis quos vocauit de damnis ſi qua receperũt niſi illi veniat ex debito vel cauſa humanitatis vel conſanguinitatis. 23. q. 3. c. non inferẽda, & aliis c. ſecundum Guil. Item hñs iuſtum bellum vel ſe reperiens in ipſo ad bellandum, ſi ſpoliauit clericos vel religioſos vr̃ conuerſos vel perigrinos tenetur reſtituere quamuis ſint cum illis qui habent iniuſtum bellum, & peccat mortaliter talia ſcienter faciendo niſi licentiam haberent a prẽlatis eccleſiaſticis hñtibus iuriſdictionem ſuper illos vel niſi eſſent victualia eccleſiarum & clericorum. Si ſpoliauit ruſticos vel mercatores vel euntes & redeuntes & in agricultura exiſtente, & animalia quibus arant & ſeminaquæ portant, etiam talis rapinam fecit extra detreuga. c. innouamus. in quo. c. ſic dicitur. Prę sbyteri, monachi, conuerſi, peregrini, mercatores, ruſtici euntes & redeuntes vel in agricultura exñtes, aĩalia quibus arant & ſemina portant ad agrum, congrua ſecuritate lætentur. Super quo c. Henricus Boych facit hanc diſtinctionem, q̃ duplex eſt treuga quæ ſecuritatem imponit bello non definito. Vna eſt conuentionalis quæ conuentione partium, formam recipit, & ſeruanda eſt dum per aduerſarium vel parte aduerſam ſeruatur, alias non. diſt. 95. eſto. Alia eſt canonica, & iſta duplex. Vna eſt perpetua, & iſta gaudent perſonæ contentæ in d. c. innouamus. Alia temporalis quæ ad oẽs extenditur, de qua eo. tit. c. 1. & habes infra in eo. c. Et ſubdit Henricus. Intellige q̃ treugę canonicę sũt ſeruandæ dũ ſeruat eas aduerſarius, alias non. Nam ſi conuẽtionales non ſunt ſeruandę cũ aduerſarius non ſeruat (vt dictũ eſt,) quæ tñ ſunt fortiores, quia de iure naturali diuino & humano ligãtes multo minus canonicæ. ar. extra de ele. c. cũ in cunctis. Similiter ẽt ſubdit iuſti bellãtes ſi in tali bello non præſtent dominis auxilium, conſilium vel fauorem non ſunt ſpoliandi vel in aliquo puniendi etiã ſi dñs prędictorum in dicto bello vteretur bonis eorũ eis ablatis Guil. Richar. in 4. circa hoc ſic dicit, illi qui in guerris ſcienter inferunt dãnũ innocentibus tenentur illis ad reſtitutionem non obſtante conſuetudine contraria. Illi autem in guerris innocentes non ſunt qui hñti bellum iniuſtum fauent directe vel indirecte de perſonis vel rebus. Hæc ille.

§. 2. ¶ Itẽ ſi fecit incẽdiũ ponẽdo. ſ. ignẽ in domo vel agro vel victualib. ſtudioſe ẽt aduerſariorũ cõtra quos agebat iuſtũ bellũ propria uolũtate ſine ordinatione vel voluntate ſupioris, talis ẽt dr̃ incẽdiarius mortaliter peccauit & tenet̃ ad ſatisfactionẽ. 23. q. 1. quid culpat̃. Et inquiratur, ſi ſcit pp hoc fuiſſe factã excõicationẽ vel denunciationẽ ſuã, eſſet ibi excõicatio p̃ ſinodales, quia tũc eſſet caſus papalis. ſ. quoad excõicationẽ. ſ. qñ facta ſup hoc excõicatione eẽt poſtea publicatus. Et idẽ in hñte iniuſtũ bellũ & ex mãdato icẽdiũ faciẽdo. Itẽ ſi in iuſto bello exñs illud q̃ abſtulit aduerſariis ſibi retinuit & nõ reſtauit principi bel-

li vel totū vel partē, vt ipſæ princeps ordinauit, rapinam fecit diſt. 2. c. ius militare, & 23. q. 5. dicat. Item ſubditus agentis bellum & in bello eum ſequens ſi ſciuit eum habere iniuſtum bellum, quia tunc ſequendo nō excuſat a peccato, nec a ſatisfactione damni dati, dānificando ipſæ per ſe, ſed ſi poſt conſiliū peritorum ſuper hoc remanſit dubius de iuſtitia belli, tunc talis eſt excuſatus, quia in dubio debet obedire, ſed non excuſatur dñs. 23. q. 1. quid culpatur. Ray. Item ſubditus vel amicus agentis bellū vel ſtipēdiarius ſtipēdio conductus, ſi fuit in bello nō ſolū iniuſto, ſed etiam de quo dubitatur vtrum eſſet iuſtum, peccat mortaliter & ſi eſt iniuſtū tenetur de damnis datis Ray. Vnde not. q̄ ſi ſtipendiarius quilibet qui indifferenter vadit ab bellum nō cōſiderans de iuſtitia vel iniuſtitia, ſed de ſtipēdio paratus cum quocunq; ſe ponere eſt in malo ſtatu animæ ſuę, nec talis debet abſolui niſi vel dimittat artem vel dicat ſaltem ſe diſpoſitum ad nō recipiendū ſe in bello, niſi q̄ſ ſciuerit iuſtum abſtinēdo a rapina & damnis in debitis. ar. ad hoc de pe. diſt. 5. falſas, &c. fratres. Itē ſi habens iuſtum bellū ſi vltra id q̄ ſatisfactum eſt ſibi & ſuis de omni damno & operis labore, vel donec ſe offerat ad ſatisfactionem plus abſtulit vel damnificauit, de illo pluri tenet niſi forte eſſet talis hoſtis, q̄ſ pp hęreſim vel aliud hmōi eius bona eſſent p̄dictū publicata. Guil. Itē ſi Hoſti. mētitus eſt vel promiſſum fregit grauiter peccauit, quia hoſti etiam fides ſeruanda eſt 23. q. 1. noli, & hoc niſi & ipſæ fregiſſet prius quia frangenti fidē fides frāngat eidē. ¶ Itē no. q̄ Papa tanq; fidelis princeps p̄t indicere bellū infidelibus & indulgentias cōcedere pp recuperationem terræ ſanctæ quę conſecrata fuit morte Chriſti. ¶ Itē quia fuit poſt mortē Chriſti victa iuſto bello per Imperatore Romanū qui poſtea ſpoliatus fuit per infideles. De iſta materia. ſ. poteſtatis Papæ ſuper fideles & infideles pulchra & vtilia no. Inno. extra de voto, quod ſuper his quæ cauſa breuitatis dimitto, ſed potes videre ſupra in tit. de dominio. Itē
23. c. 2. no. q̄ non licet aliis indicere bellū vniuerſale ſine principis auctoritate. Et eſt ratio. Nam nemini ſine licentia principis licet violare iura principum, ius aūt violat qui ſine iuris auctoritate manu regia ius ſibi dicit, vbi habeatur copia ius dicentis, iccirco ſine eius auctoritate nō licet. Soli ergo principi cōpetit ſua auctoritate, cū non habeat ſuperiorē ad quē recurrat pro iuſtitia cōſequenda, hodie tamē quia nō ſunt populi cognoſcentes ſuperiorē de facto non requiritur ſuperioris auctoritas cum non recognoſcunt, immo toto die indicuntur bella a populo contra populum, nullo aliquo requiſito. Ioan. de Lig.

¶ Item ſi Imperator contra eccleſiam monet §. 3. Impera tor. bellum, ſubditis eius non tenet ei obedire in bellando cōtra eccleſiam. Nam Imperator eſt aduocatus eccleſię, & tenetur eam defendere iccirco nō pōt impugnare, de reſti. ſpo. c. conquærente, immo indicendo contra eccleſiam bellum, meretur perdere priuilegium indicē di bellū, cū abutatur 11. q. 3. Priuilegium, etiā quia Papa ſuperior eſt. Nam examinat imperatorem, reprobat & deponit ipſum, de elec. c. venerabilē. Non ergo tenent ſubditi iuuare ipſum cōtra eccleſiā, immo & Papa pōt abſoluere eos a vinculo fidelitatis 15. q. 6. nos ſanctorū. Io. de Li. ¶ Itē ſi Papa bellū mouet con Papa. tra Imperatorē ſchiſmaticū hęreticū vel aliàs vſurpantē iura eccleſiarū oēs fideles tenentur adiuuare Papā, & vaſalli Imperatoris abſolui poſſunt a iuramento quo tenet, vel declarari non teneri 15. q. 6. nos ſanctorū. Io. de Li. ¶ Itē ſi Rex habet cām contra Imperatorem Rex. vel Imperator cōtra regē qui non ſubeſt illi, nō erit alius corā quo quærimonia præponatur niſi Papa, tamē paſſus iniuriam peccaret mouendo bellū ſi aliter offerret ſe ad ſatisfactionē. Guil. ¶ Itē ſi comes habet aliquid con Comes. tra regē, & Rex humiliter requiſitus per partes nollet ius exhibere, credat q̄ ſi ius ſuū defendat armis cum moderatione non peccat, impugnare vero regē auctoritate propria nō poterit, ſed denunciare habet Papę qui poterit excōmunicare, & creſcente cōtumacia dare auctoritatē mouere arma cōtra illū vel cō quæratur coram Imperatore ſi Rex illi ſubſit & illius auctoritate ſi oportuerit mouebit bellum Guil. ¶ Itē ſi vaſallus comitis habet ali- Vaſall quid cōtra comitē requirēda eſt auctoritas regis, ſed ſi comes habet aliquid cōtra ſubditū ſuū non pp hoc debet ſibi ius dicere, ſed vel auctoritate principis ſuperioris gladium ſumat, vel ad dioceſanū vaſalli recurrat, cui ſi vaſallus obedire recuſauerit, ex communicabitur ratione peccati, extra de iudi. nouit, & ſi per annum perſtiterit, tunc dioceſianus ipſum & eius res capiendas exponit. ar. 11. q. 3. rurſus, & c. quiſq; extra de hæreti. c. excōmunicamus. ¶ Itē quærit ſi baro vnius regis, pu- Baro. ta Hiſpaniæ mouebit bellū ipſi regi, & mandet oībus hoībus ſuis, vt iuuēt ipſum in bello contra regē, nunq̄d teneant cū iurauerint ipſum iuuare cōtra hominē? Reſpon. q̄ non. Nam baro mouens guerra regi, incidit in legem

gem Iuliam maieſtatis. l. 1. ff. ad l. Iuli. & 6. q. 1. §. verum. Nam Rex Hiſpaniæ eſt princeps in regno ſuo, & opem non fert qui peccando iuuat 24. q. 3. ſi res, nec præceptum eos excuſaret 11. q. 3. ſi dominus nec, ſacramentum ad hoc ligat, quia non eſt inuentum vt fit iniquitatis vinculum 22. queſt. 4. inter cætera. Item quæritur, cum baro vnius regis puta Hyſpaniæ mouet guerram alteri baroni, & Rex Hyſpaniæ mouet bellũ regi Granatæ, baro mandat hominibus quòd iuuent ipſum, Rex etiã mandat eiſdem hominibus vt iuuent ipſum & concurrunt mandata, quem primo iuuare teneantur? Et videtur quòd primo baronem, nam baroni ſunt ſubiecti ratione fidelitatis & ratione iuriſdictionis. Regi autem ſunt ſubiecti ratione iuriſdictionis generalis tantũ, & ſic duæ rationes vincunt vnam. In contrarium videtur. Nam vocati a rege ſunt vocati ad maius tribunal, & ſic præferendum. diſt. 18. ſi epiſcopus, & etiam quia Rex vocat pro communi bono & defenſa coronæ, & ſic iure gentium obediẽdum 23. q. 3. fortitudo. Nam pro defenſione patriæ licitum eſt patrem interficere. ff. de relig. & ſump. fu. l. minime, & hæc vera Ioan. de Lig. ¶ Item quæritur de vaſallo diuerſorum dominorum quod eſſe poteſt ratione diuerſorum feudorum, ſi vterque dominorum ſimul requirat eum vt iuuet ipſum in bello ſi vtrunq; debet iuuare, an alterum, & quem illorum? Reſpon. Quidam dicunt locum eſſe gratificationi. Exemplum ſer ui duorum dominorum, qui ſi viderit vtrũq; dominum interfici iuuare poterit quem voluerit. Alij dicunt quòd iuuabit priorem dominum & cui primo iurauit. Nam priorem fidelitatem ſeruare tenetur. Tutius tamen eſt quod primo ſeruiat perſonaliter, ſecundo per ſubſtitutum, ſi hoc patiatur natura feudi. Ioan. de Lig. ¶ Item quæritur ſi vaſallus tenetur iuuare dominum contra patrem vel patrem contra filium? Reſpon. glo. 22. q. 5. de forma, tenet quòd ſic. Nam filius ſolum vinculo naturæ obligatus eſt patri, ſed vaſallus domino vinculo iuramenti, ſed glo. in c. quoniam multos 9. q. 3. aliqualiter ſentit contrarium. Putarem hic ponderanda qualitate impendendi ſubſidium Ioan. de Lig. Item quæritur an ciuis duarum ciuitatũ tenetur iuuare vnam cõtra aliam? Reſpon. dic vt dictum eſt in vaſallo duorum dominorũ. Item queritur ſi vaſallus vocatus a domino teneatur ipſum ſequi in partibus vltra marinis ad bellandum cõtra barbaros? Reſpon. ſi dñs eſt ſtatus talis & conditionis q̃ prædeceſſores & ipſæ cõſueuerunt illuc accedere, & vaſalli ipſum ſequi tunc tenentur exemplo liberti, qui tenetur ad operas conſuetas, ff. de ope. lib. l. opere præſtabuntur aũt a dño ſumptus moderati arbitrio boni viri. Si aũt ſit talis qui nõ poſſit nec conſueuit, tunc ſecus. Hoc tangit ſpeculator ti. de feu. §. ipſum. Io. de Li. Item queritur an ſerui teneantur vbiq; ſequi dñm ad bellũ? Reſpõ. de his non eſt dubiũ, cũ in eos dñi plenã habeant ptãtem dummodo non nimis ſeuiant in eos. Licèt aũt teneãt ad opera impoſita, nec inſolite pñt eis imponi. Io. de Li. ¶ Itẽ queritur de confederatis, ſi dñs poterit eos prouocare ad bellũ, ita q̃ teneant ipſum iuuare. Reſpon. cõfederati ſunt pleni liberi, licèt ad aliqua teneantur ex pacto, in his tñ ponderanda eſt cõuentio & conuentionis modus, vt ad vnguem ſeruetur. ff. de pac. l. 1. ¶ Itẽ quærit de his q̃ni ſubditi ſunt rõne iuriſdictionis tantũmodo, nõ aũt ſi ſunt vaſalli tenent ad bellũ accedere? Reſpon. tales tenent ad bellum accedere, nec agent ad partita, quia hoc faciunt ex debito. Fallit hoc regulare dictũ in quibuſdã perſonis quæ excuſantur ab oneribus perſonalibus, vt minores & ſenectute grauati, quidã infirmitate quidã liberorũ numero, quidã profeſſione, quidã ſexu, vt mulieres. Ioã. de Li. Item ſi dux exercitus mandauit, ne quis prorũperet in hoſtes, ſub pœna capitis, ſiquis miles cũ comitiua militũ quibus præerat prorũperet in hoſtes, & eis conflictũ daret & vinceret, ſi pene eſſet meritus? Rñ. q̃ capite debet puniri. ff. de re. mili. ti. deſertorẽ. §. in bello. Nam malũ non excuſatur pp bonum q̃ ſequit 56. diſt. c. vndecunq; & facta non ſunt ab euentu notanda 23. q. 5. de occidendis, p̃t tñ a duce vel principe ipſa pœna remitti. ff. de pœnis. l. beſtias. Io. de Li. Item duce belli capto venia eſt cõcedenda humiliato & reſiſtere nolenti per veniẽ conceſſionẽ pacis perturbatio timeat, tunc. n. plectendus eſt. Vnde Aug. 23. q. 1. noli, dicit q̃ ſicut debellanti & reſiſtenti violẽtia debet, ſic & victore capto miſericordia iam debet maxime in quo pacis perturbatio non timet. Et exponunt Hug. & Archi. maxime. i. tñ, & ferunt q̃ per illã expoſitionẽ Caroſus fecit amputari Coradinũ Io. de Li. ¶ Item ſi dñs mouit iuſtũ bellũ an teneantur accedere vaſalli cũ armis & equis expenſis propriis? Inno. tenet q̃ non niſi ex pacto ſpeciali ad hoc ſint obligati cum ipſi non teneantur ad perſonalia. Vnde de iure vaſalli non tenentur niſi ad ea quæ continentur in canone de forma 22. quæſtio. 5. niſi ex ſpeciali conuentione ad aliud obligentur Io. de Lig. ¶ Item quæritur an libere accedentes

Vaſallus duorum dñorum cui faue bit.

Confederati.

Dux exercitus.

tes ad bellum obligent sibi illum in cuius seruitium vadunt si in damnum incidunt, vtpote si in bello perdũt arma, equos siue capiantur, siue eundo vel redeundo? Respondeo si accedunt vocati a dominis & rogati & non motu proprio sed requisiti, tunc habent actionem mandati contra dñm, si contingat ipsos aliq̃d perdere (vt supradictum est) nisi appareat q̃ causa pietatis, humanitatis vel parentelæ hoc faciunt 23.q.3. non inferenda 11.q.3.si dñs. Et si opponas dicendo dñm non teneri, quia talia perdunt casu fortuito de quo q̃s non tenet, extra de homi.c.Ioan. Respon. istæ est casus fortuitus qui potuit & debuit prouideri, quia verisimiliter hæc contingunt in bellis q̃a dubius est euentus belli. Et ita notauit Inno. in c.sicut, de iureiuran. Ioan. de Lig. De commodantibus autem vel locantibus equos & arma euntibus ad bellum si amittant seu auferantur, dicit idem id iuris esse, quod dictum est communiter de cõmodato, locato & conducto supra part. 2.tit. 1.

§.4. ¶Item quæritur an nõ vocati ad bellum, sed motu proprio accedentes ad bellum obligent sibi illum, in cuius seruitium vadunt? Respõ. si animo donandi hoc faciũt, vt puta pietatis, humanitatis vel parentelæ, tales non agent 33.quæstio.3.c.non inferenda. Si autem animo obligandi illum cuius negocium gerunt, tunc agent, vt negociorum gestorum, & tunc sufficit vtiliter gestum cœptum. Ioan.de Lig.

De his q̃ spõte bella sequũtur.

¶Item queritur de accidentibus proprio motu, contradicentibus tamen illis in quorum subsidium vadunt, nunquid tales agent seu obligent illum in cuius seruitium vadũt vtiliter incipiendo & fœliciter implendo? Et videtur quod sic ad similitudinem eius qui trahit aliquem inuitum de domo ruitura 23.q.4. ipsa pietas, quia inuito potest concedi beneficium 45. distinct. & qui emendat, sic tenet gloss. in medico medicante alicui contra voluntatem suam 88.distin. in summa. Respon. Credo contrarium in casu proposito, nec propterea reprobo glo. prædictam, immo credo quod verum dicat in infirmo. Hoc dico quia infirmus præsumitur insanæ mẽtis cum non vult absolute curari, sed istæ qui contradicit huic, ne veniat ad bellum pro succursu suo, non præsumitur insanæ mentis. Nam possibile est quod non confidit de eo, & dubitat ne prodat ipsum. Nec credo quod glo. illa procedat in casu quo infirmus bene vellet sanari, sed nollet istum medicum, immo potius alium tunc iudicio meo non procedit glo. nec hoc probant supra allegata. Item quæritur de his qui vadunt, quia tenentur ad antidota, vtputa quia simile vel aliud subsidium receperunt ab eo nunquid tales agunt contra illum quem iuuant ad perdita? vt supra. Respon. sic, si vadit vt thema supponit & vadit animo dissoluendæ obligationis naturalis, quæ tamen non potest deduci in ciuilem, nec de ea excipi potest in iudicio extra de testa. c.cum in officijs, & sic infertur quod vadat animo obligandi, licèt enim non sit nata ob hoc obligatio efficax ad agẽdum vel excipiendum, tamen est nata talis naturalis quę dissolui potest per antidota & recompensationem. Et istæ animus dissoluendi impedit naturalitatem obligationis cum in obligatione requiratur animus, vt l.obligationum. ff. de ac. & ob. Ioan. de Lig.

§.5. Accedẽtes pp gloriã.

¶Item quæritur de accedentibus propter gloriam consequendam in bello, an tales obligent sibi illum. Nam aut dominus teneretur tes pp mandati aut negociorũ gestorum. Non mandati cum nullum interuenerit mandatum, nec actio mandati oritur nisi interueniente mandato. Non negociorum gestorum, quia non accessit animo gerendi negocia illius, immo propria ergo non tenetur. Ioan. de Lig. Item quæritur quid de illis qui locant opera sua vel verius assumunt per electionem constituto salario, an tales agant contra conductorem? Respon. tales locant opera & rem, & ideo si conductor vtatur solũ ad id quod conducunt non tenentur, vt l.si quis domum. ff. de loca. & conduc. Et hoc nisi aliud speciale pactum interueniat, vel consuetudo aliud inducat vt est in Italia scilicet quod præstentur emendæ equorum conductorum in seruitio conducentis, alias stat regula, vt supra dictum est. Ioan. de Lig.

§.6. Accedẽtes aĩo spoliãdi.

¶Item de accedentibus animo spoliandi an talibus competit actio? Respon. de his non est dubium quod talibus nõ competit actio cum super re turpi nulla inducatur obligatio. ff. de verbor. obligat. l.veluti. Ioan. de Lig. Item quæritur an clerici ad bellum accedere possint? Respon. hanc quæstionem determinat Gratianus 23.quæstio.8.& glo. ibi in summa recitat. Circa hoc fuerunt variæ opiniones. Nam dicunt aliqui quòd clerici vti possunt armis defensionis, non autem impugnationis & sic bellare propter defensam. Alii dicunt quod vti possunt armis dummodo impugnent incontinenti, & pro ipsis tantum defendendis & in necessitate ineuitabili positis non autem pro aliis nec si aliter euadere possunt. ¶Alij dicunt quod auctoritate

Papæ

Papæ possunt, alias non. Gandulphus tenet quod personaliter bellare non possunt sed p alios. Et idem videtur sentire Gratianus 23. q. 8. §. in registro. Concludendo in hoc puncto clerici vocati a Papa possunt accedere. Nã penes principem est auctoritas bellandi. 23. q. 1. quid culpatur, & q. 3. c. Maximianus. In bello autem non est licitum eis occidere etiã paganum propter metum irregularitatis, possunt tamen alios confortare ad bellum ut pugnent, immo & lapides & alia proiicere, dummodo ex eorum iactibus nulli occidantur, ita notat Innoc. extra de restitu. spon. c. olim, nec cleri. vel mo. c. sententiam. Vocati ab aliis maxime a principibus secularibus bellare non debent. An autem imputari possit clerico qui non fugit sed expectat inuasorem & ipsum se defendendo interficit. Videtur quod imputari debet per textum illius clemen. qui dicit, cum mortem euitare non poterit. Credo in hoc ponderandas singulas circunstantias utpote periculum fugæ, qualitatem personæ fugientis & inuadentis vt si propter fugam mortis periculum verisimiliter incideret, tunc non est imputandum, alias sic. Io. de Lig. Quantum ad factum irregularitatis. vide infra.

§. 7. ¶ Quare clericis de iure communi non liceat bellare assignat beat. Tho. 2. 2. q. 40. duplicem rationem. Vna est generalis scilicet quia bella habent multum inquietudinis, & impediunt a contemplatione, oratione & uacatione ad diuina, ad quę deputatur status, & officium clericorum. Secunda est specialis scilicet quia clerici ordinantur ad ministerium altaris in quo repræsentatur passio Iesu Christi, & ideo non decet eos occidere, vel sanguinem effundere, sed potius esse paratos ad mortem sustinendam, vt imitẽtur, opere quod gerunt ministerio. Et subdit idẽ Tho. ad clericos bene pertinet & expectat, inducere, alios ad bellandum bella, iusta, & licet non debeant exercere bellum propria, manu, tamen possunt interesse, vt iusteipugnantibus spiritualiter subueniant suis exhortationibus hæc ille. Licitum est ergo prælatis ecclesiasticis ob defensionem rerum ecclesiæ vel fidei inuocare contra violentos brachium seculare, & hortari tales vt non occidant mutilent vel vulnerent, hoc enim esset directe ad homicidium prouocaret, sed vt ecclesiam fidem vel patriam liberent, vel terram ab infidelibus, occupatam reducant, ad Christum, & super hoc ecclesia facit remissionem. Et licèt in huiusmodi bellis hic inde homines occidantur, non est hoc prælatis imputandum, immo peccarent si se non opponerent contra tales, vt 23. q. 5. de occidendis, extra de homi. c. postulasti. 23. q. 3. Maximianus, & q. 8. igitur & c. scire & c. omni, & c. hortatu, & quo. c. dicitur, quod Adrianus Papa vocauit Carolum magnum ad liberandum Italiam de manibus Longobardorum infidelium quod fecit. ¶ Item quęritur vtrum clericus accedens cum habentibus iustum bellum si aliquid consecutus est de bonis hostium teneatur restituere. Respon. Guil. Si datum est ei ab his quibus, licuit capere potest illud tenere. Si autem ipse rapuit tenetur restituere damnificato si scit ipsum alias pauperibus debet erogare. Nam sicut dominus eius non potuit sibi iuste dare auctoritatem bellandi ita nec rapiendi, posset tamen rem tenere de consensu domini qui iuste pugnauit si consenserit dum guerra durat, quia proinde est ac si dominus rem illam dedisset.

¶ Item quæritur si stipendiarii culpa sua no- §. 8.
lint seruire toto tempore firme perdent stipendium totius temporis, an pro tempore Stipen-
tantum pro quo non seruierunt? Respon. diarii.
quędam sunt officia ad quę quis eligitur, quæ sic sunt indiuidua quod aliquo omisso re siduum nihil releuat, & in talibus totum perditur. Tolle exemplum in legatis, vt C. de leg. l. 2. Quædam sunt officia quę sunt sic diuidua, quod aliquo omisso residuum releuat, tolle exemplum in potestate & stipendiario, tunc non perdit totum, sed solum pro tempore futuro, tenetur tamen pro futuro tempore ad interesse, vt si nihil interfit nihil soluatur. Ioan. de Lig

¶ Item quæritur vrum stipendiarius per- §. 9.
dat stipendium pro tempore quo infirmatur? Respon. seruire videtur vt debeatur salarium, vt in l. si hæres. §. stichus. ff. de stat. libro. Ioan. de Lig. Item quæritur vtrum stipendiarium potest seruire per substitutũ. Respon. quod in his quorum opera & labor & non industria vt in stipendiariis eligitur, potest quis dare substitutum, vt notat Innocen. c. cum Bertoldus, de re iudi. Hostien. ibi contra. Credo opi. Innocen. ueriorem, tutius tamen est quod fiat cum consensu domini, ut saluetur vtriusq; opi.

¶ Item quæritur si capta in bello efficiantur capientium, & videtur quod sic per l. si quid in bello. ff. de cap. contrarium videtur probare. l. si captus. ff. eod. tit. Respon. lex si quid in bello, loquitur de rebus mobili-

Cleri-- cos non debere bellare

bus, contraria de immobilibus, sed obligat, scilicet quòd mobilia publicentur, vt cap. dicat. 23. quæst. 5. Solut. quod efficiuntur, capiẽtis, sed tenetur ea significare duci belli qui distribuet secundum merita. Et hæc procedũt in his qui non uendicant sibi locum post liminium vt. l. secunda, ff. de cap. Ioan. de Lig. Item quæritur an in bellis sit licitum vti insidiis ad victoriam consequendam? Respond. quod insidię proprie dicuntur quæ tendunt ad fallendum aliquem. Sed dupliciter cõtingit aliquem falli verbo vel facto alterius. Vno modo si quod dicatur falsum vt decipiatur vel aliquid promissum non attẽditur. Et sic semper est illicitum. Alio modo quia non aperimus sibi propositum nostrum nec, secreta nostra, & hoc modo licet fallere, & sic determinat Beat. Thom. se. se. quæstion. xl.

Art. 3: Et inducit exemplum Iosue. 11. vbi dominus mandauit Iosue quod poneret insidias contra ciuitatem Hay. Sed gloss 23. quæstion. 2. dominus. dicit indistincte vti posse dummodo non rumpamus fidem, vt ea. ca. quæst. 1. c. noli. Hoc enim tenet gloss. in cap. vtilem. 22. quæst. 2. & allegat cap. in mandatis, 43. distin. ¶ Item quæritur si diebus festiuis licet bellare secundum Thom. 2. 2. q. 40. quod licet vr-

Art. 3. gente necessitate, alias non. Dicit idem Tho. quod facere in die festo quod pertinet ad salutem seu conseruationem etiam corporalẽ hominis non viciat festum. Vnde medicus sine violatione festi medetur & facit medicinas infirmis & cum bonum commune sit pręponendum & præferendum bono priuato multomagis licet in fæstis prouidere bono cõmunitatis alicuius quod fit per bellum iustũ. Quod Machabęi noluerunt se defendere propter diem sabbati contra hostes quadam pia simplicitate ducti sunt permittentes se potius occidi. Sed cęteri ducti saniori consilio posuerunt se defendere, contra hostes ẽt in sabbatis quod & fecerunt, vt habetur. 1. Mach. 2. Licet ergo in festis bellare ex necessitate. Addit Ioan. de Lig. credo ponderandam necessitatem vrgentem. Text. Nicolai Papæ de hoc est cap. si nulla. 23. q. 8. Item extra de treuga & pace. cap. 1. dicitur quod ab aduentu domini vsque ad octauam Epiphaniæ & a Septuagesima vsque ad octauam Paschæ, seruetur treuga in bell. & quarta feria post occasum Solis vsq; ad secundam feriam in ortu Solis. Vbi dicit gl. q treuga est securitas præstita rebus & personis discordia nondum finita. & subdit. quod hæc treuga est canonica & non conuentionalis. Canonica aũt treuga de qua dictum est hodie non tenet & ẽpi illam constitutionem non seruant. s. non excommunicando contrarium facientes vt ibi mandatur nec dicuntur transgressores, quia non est moribus vtentium probata huiusmodi treuga dist. 4. §. leges.

¶ Item quęritur si aliquis in bello consecutus §. 10. est totum interesse suum an iterum possit in iudicio conuenire aduersarium suum, vel ad huc possit bellum indicere contra eum. Videtur qd iterum conueniri possit. Nam captũ in bello est pœna contumaciæ ergo nihilominus agere potest. ¶ Item res non est soluta, p debito immo in bello quæsiuit dominium. 23. q 5. dicat. glo. tenet contrarium per regula bõa fides. ff. de reg. iur. Ego nõ credo gloss. veram indistincte, immo distinguendum, an ab eodem an ab aliis. Si ab eodẽ procedit opinio, immo si ab aliis aut habentibus causam ab eo, tunc idem, vt C. de euict. l. emp. vel habere regressum contra primum, alias autem licitum est pluries idem soluere. Sic not. glo. in regula bona fides Ioan. de Lig. ¶ Item quæ- An mo
ritur si morientes in bello saluantur? Rñ. mo- rientes
rientes in bello ecclesiæ pro ipsius defensione in bello
consequuntur cæleste regnũ ut probatur 23 saluant.
q. 8. iu. c. omni. Decedentes in aliis bellis sed iustis etiam saluantur, dummodo decedant sine mortali. Si autem in bello illicito, & cũ illo solum mortali decedant pereunt. de pœn. dist. 5. fratres. Io. de Lig. ¶ Item quæritur vtrũ pro rebus & possessionibus ecclesiæ liceat vti bello corporali, & super hoc conuocare milites. Rñ. planum est q sic vt probat text. 23 q. 3. Maximianus. 15 q. 6. auctoritatem. ¶ Et gl. magistra ibi & 23. q. 8. igit. & c. hortatu. & de sent. excomm. c. dilecto. libro 6. Et subdit q episcopis credit nõ esse licitum ad bellũ accedere sine licentia Papæ maxime cũ vocant ad bella secularia, secus si defendant iura sua. Io. de Lig. ¶ Item quęritur si in ecclesia debet indicere bellum contra iudęos? Rñ. qđ non cum vbique parati sunt seruire, nec persequuntur christianos. Secus de Saracenis qui christianos persequuntur. Hic est tex. 23. q. 8. c. dispar. Et ibi no. glo. q nec etiam Saracenis forent incidenda nisi christianos persequerentur. ¶ Item quæritur an liceat prælatis, ecclesiæ ratione temporalis iurisdictionis bella indicere, & eis interesse & cohortari ad prę lium? Respon. quod sic. vt not. Innocen. in cap. quod in dubiis de pœnis. ¶ Item quæritur an liceat prelato pro iuria subditi sui de qua nõ fit iustitia bellum indicere & alios quasi iniuriantes in bello capere? Respon. quod sic.

q̄ sic vt notat Innoc. in c. dilectis de appel. & c. sicut de iureiur. Item paulo post prædicta dicit quod bellum voluntarium quo vtūtur principes seculares nostri temporis sine principis auctoritate licet arma portare in auth. de armis, col. 6. immo facientes incidunt in l. Iul. maiest ff. ad leg. Iul. maiest. l. 3. Bellū vero necessarium quod faciunt fideles iuris auctoritate se defendendo contra ipsos inuadentes licitum est. Nam uim ui repellere licet, secundum Archi. de homi. c. pro humani. li. 6. & in c. iustum. 23. q. 2.

§. 11. An christianis liceat vti auxilio infidelium in bello.

Item quæritur an christiani sine pctō possint ad sui defensionem vti auxilio infidelium. Et hoc præcipuè cum aliter se tueri non p̄nt, facit de homi. c. 1. in cle. Et quod de Paulo legitur Act. 23. & habetur 23. q. 3. §. item ab aliquo item sic astrictus potest vti dolo. 22. q. 2. c. vtilem ¶ Item econtra in bello iusto infideles iuuantur per fideles. 11. q. 3. Iulianus. R. ñdit Ioan An. in addi. super speculum iuris, de iudæis & Saracenis. Puto infideles pacificos non habentes guerram actiue nec passiue nobiscum imminente necessitate licite posse uocari, aliter nō f. si guerra vrget vel nostrū bellum est iustum vel iniustum sed nō vrget necessitas, & facit c. cum olim. eo. ti. quod distinguit talia & facit ad hoc. 2. Paralip. 19. Impio præbens auxilium & his qui oderunt dominū amicitiæ iūgeris, & quod habet. 23. q. 3. §. idem sicut legitur. Idē sentire videtur ex quodam simili Nico. de Lyra, super 1. regum. c. 28. vbi dicit quod Dauid quia habebat ius in regnum Israel, & illud poterat acquirere uirtute armorum facultate sibi occurrente, in tali bello iusto poterat licite vti Philistinorum quo erant infideles consortio & auxilio, cogitabat enim probabiliter Dauid, quod si Philistei haberent victoriam, Achis eius amicus eum iuuaret ad possidendum regnum, quia habita victoria Philistei illud regnum non possiderent sed in terram suam fuerunt reuersuri & ideo ipse Dauid posuisset se ad iuuādum Achis contra Saul sub ista spe & ēt quia ei tenebatur ex beneficiis receptis, nec peccasset Dauid si habebat iustum bellum cō tra Saul, quod potuit esse, quia Saul qui erat arreptitius a dęmonio fregerat aliqua pacta vel iuramenta cum Philistęis inita, quia talia sunt seruanda. Poterant enim ipsi filii Israel cum Philistęis facere, etsi non fœdera perpetua tamen treugas ad tempus & iuramento firmare. Idem etiam tenet Ioannes, Neapol. in quodlib. concludens quod cum non sit guerra inter nos Saracenos, & turchas, non liceret modo vti auxilio eorum contra fideles dum durat guerra. Nota secundum Innocentium, quod non licet facere noua castra cum iniuria, vel emulatione alterius, nec etiam incastellare vetera quæ non probantur habilitate. Cod. de ædific. pu. l. tertia. Et potest Episcopus agere vt, destruantur vel ut in pristinam formam redigantur. extra de iudic. capit. consuluit. & nō solum episcopus, sed etiam quilibet alius qui ibi haberet redditus nam iuste pro vitanda patrimonii diminutione quisq, agit extra de restit. spol. cap Pisanis. idem Host. Itē nota secundum Archi. super c. sanctorum patrum. 10. q. 1. qđ ad defendendum aliquem ecclesia non est incastellanda, & sic est intelligendum prædictū. c. cum similib. Ad defensionem vero bonorum & eorum qui in casu licito ad eā confugiunt, pōt ecclesia incastellari ar. extra de immu. eccl. c. cū ecclesiā Et in hoc concor. Inn. & Hosti. Sed Hug. intelligit q̄ in castellari non debet ēt a clericis, & si laici vellent facere insultum contra eam, vel pp obligationes vel propter aliud vt ipsis laicis resistatur nisi interueneri*t* auctoritas Papæ. Sed forte qđ permittitur verius est Arch. Itē nota fm Guil. q̄ si ecclesię fuerint incastellatæ ab his qui habuerunt iniustum bellum, habētes iustum bellum si incēderint eas, nō tenētur ad satisfactionem. Item fm Guil. Si immi nentibus hostibus aliqui fugiūt ad ecclesias, & ibi capiuntur, si tales confugientes ipsas ecclesias incastellauerunt aut impugnauerūt iustos hostes non debēt gaudere immunitate ecclesiæ, quā prius ipsi violauerunt impugnando. Similiter si ibi reponant victualia, de quibus sustententur in impugnatione hostiū, q̄a si capiantur a iuste bellantibus non peccant, nec tenentur ad restitutionē. Sed nunquid domini qui bellauerunt possunt componere ad inuicem super damnis quæ eorū subditi passi fuerunt in bellis? Rñ. Guil. Si compositio fiat de consensu damnificatorum, standum est illi compositioni, siue fiat, per remissionem mutuam siue per recompensationē alteri partiū fiendam, & omnes erunt liberi a restitutione. Si aūt non fiat de consensu ipsorum, tunc non valet talis compositio quin. f. obligentur qui iniuste damnificauerūt ad satisfactionē, quin immo in tali cōpositione qui iniuste mouit bellum tenetur de proprio suo satisfacere. Nō n. potuit per suā compositionem p̄iudicare hoibus suis, & hoc nisi in culpa fuerint pariter cū eo. f. consilium & auxiliū spōte dāres ei in bello quod nouerant iniustū tunc enim

non

non tenetur eis, quia in in re turpi non cõtra hitur obligatio. institu. mandati. §. illud. &. ff. mandati. l. si remunerandi. Si autem habuit iustum bellum talis componens sine consensu suorum hominum damnificatorum, tenetur ipsæ dominus eis quantum aduersarius, non satisfaceret ipsę subditis talis damni, qa non debuit componere cum aduersario in p iudicium subditorum suorum, sed debuit p curare quod eis damna ab aduersario restituã tur, tenentur etiam nihilominus & ipsi aduersarii qui habebant iniustum bellum. Et intel ligitur Guil de damnis rapinarum & incendiorum. Nam de expensis factis pro bello cõ sueuerunt domini auctoritate sua compone re vel pertransire quod etiam de prædictis dã nis rapinarum & incendiorum concedi potest, sed si domini ex probabili causa viderunt esse ea remittenda potius quam carcere reme dio pacis & incurrere bellorum pericula. Et cum in casu principes vtiliter gerant negocium subditorum, ipsi subditi tenentur ratum habere. Si tamen ab initio contradicant ne fiat compositio nisi refectis damnis sibi, non poterit dominus ipsa damna quietare, bñ tamen potest dominus desistere a bellando, qa sicut apud eum est auctoritas mouendi bellum, ita & desistendi. Concor. Hostien

¶ *De bello particulari, & quomodo liceat se defendere. Cap. 3.*

DE bello particulari quod fit ad defensionem sui & suorum. Nota primo regulã iuris naturalis & positiui. ff. de iusti. & iu. l. vt vim scilicet quod vim vi repellere licet, cum moderamine inculpatæ tutelæ & incontinenti. Pro cuius declaratione communiter dicũt doctores, quod moderamen inculpatæ tutelæ est illud quod ęquiualet illatę violentiæ in qualitate armorum, in concursu tẽporis, & in ipso actu violento, ne alias excedẽdo censeatur vindicta & per consequens peccatum. Sed vtrum cũ ille qui est foris vult me percutere pugno qui sum vilis. i. debilis, & non possum resistere, & liceat mihi defendere me cum ense dubitatur, & Iacob. de Aret. distinguit, quia aut quis vult propulsare violentiã illatam personę aut illatam rebus. Primo casu licet & cum armis & qualitercunq; si res aliter reparari non potest. C. de appella. l. si quis. Nam si possum occidere furem vbi non cognosco & non potest in rebus furatis prouideri per iudicem vt ff. ad. l. concor. de sica. l. furem, multo magis licet occidere vbi persona aliter salua esse non potest. Sed in secundo casu, scilicet quando violentia infertur p rebus aut violentia rebus illata potest per viam iudicii reparari, & tunc non licet qualitercũque, immo cum qualitate armorum, non autem factorum, quia non debeo personam percutere pro defensione rei, vbi autẽ aliter salua esse non possit, modo per viã iudicii repararari non potest, tunc licet qualitercunq; defendere etiam personam occidendo, vt l. furem. ff. ad l. corde sica. Sic igitur intellige cum moderamine inculpatę tutelę ex qualitate armorum & factorum. ¶ Quantum ad id qđ dicitur quod debet fieri incontinenti repulsio violentię. Nota, hic distinctionem Ia. & Pet. qui dicunt quod si violentia est illata p sonę tunc dicitur repelli incontinenti, si fiat in ipsa facti fragrantia. Et sic intelligitur. ff. de iusti. & iur. l. vt vim vi. Et dicit Pe. quod si aggredientes sunt audaces & prompti ad p cutiendum, cum video eos paratos ad me p cutiendum non teneor expectare, sed eos prę uenire possum impediendo ne percutiant. Si autem timidi, tales non sunt statim præueniendi. Sed si violentia illata est rebus, tunc dicitur violentia in continenti repelli, etiam post fragantiam facti dummodo non diuertat ad actus extraneos. Ratio diuersitatis est. Nam illata iniuria personæ non potest, amplius restaurari sed res ablata reparari potest: & sic non facti diuersione ad actus extraneos, etiam si amicos quærat & redeat vt recuperet rem ablatam dicitur incontinenti. Et sic intellige moderamen in concursu temporis. Io. de Lig. Præterea autem defensio modo prædicto licita est vniuersaliter omnibus, non solum laicis sed etiam clericis & religiosis. Et opi. Hug. reprobatur dicentis, quod in nulla necessitate positus, etiam si aliter euadere non possit nisi occidendo debet quis alium occidere, immo potius debet permitti se occidi, aliter peccat mortaliter, cuius contrarium manifeste dicit cle. r. si furiosus de homi. Verum est tamen secundum Thom. q nullus tenetur ad hoc, sed maioris perfectionis esset si potius permittere se interfici quã se defendendo occideret cum non posset aliter euadere. Et hoc intellige si est in bona dispositione animę suæ. Nam alias fatue faceret exponendo se morti corporis & animæ, cum sibi per mortem precludatur via pœnitentiæ. Item licita est prædicta defensio in omni loco, etiam in ecclesia & hoc propter periculum. scilicet quando sequeretur mors hoc non faciendo. Nec obstat quod ecclesia

Bellũ priuatũ siue particulare.

Licita ẽ sui defensio in oĩ loco & actu.

pollui poteſt per ſanguinis effuſionem, quia magis ponderanda eſt hominis conſeruatio cum ſit irreſtaurabilis quam eccleſia quę reconciliari poteſt & forte dici poteſt quòd ad hoc quòd polluatur requiritur effuſio ſanguinis iniurioſi, vt notantur in cap. vnico, de conſe.eccle.lib.6. Item licitum eſt in quocunq; officio occupato, ita quòd etiam celebrans ſi inuadatur & aliter euadere nō poteſt licitum eſt ſe defendere & occidere. Nam propter impedimentum corporale ſuperueniens inchoatā officium dimittitur inexpletum 7. q.j.illud,& c.nihil,ſed hic euenit impedimentum celebranti, immo periculum mortis ergo licitum eſt prætermittere officium, & ſe de periculo ſibi occurrenti ſi poteſt expedire. Et ſi ſe defendendo occiderit,poteſt etiam reaſſumpto officio celebrare dummodo affuerint.de quibus loquitur, cle.ſi furioſus. Nam nullum peccatum in hoc fecit nec irregularitatem incurrit vt probatur in dicta. cle. Idem de baptizantibus, ordinantibus, confirmantibus, penitentias iniungentibus,& ſingula ſacramenta conferentibus inuaſis, quia ſcilicet licitum eſt collationem illorum ſacramentorum poſtponere inchoatam propter ſui tutelam. Dubium tamen eſt circa ſacramentum baptiſmi in vno caſu, quando ſcilicet ſacerdos inuaſus ad mortem haberet præmanibus paruulum baptizandū in articulo mortis conſtitutum, ita quòd ſi ſacerdos diuertat a baptizatione ipſius, vt ſe defendat, imminet puero periculum mortis æternalis, præſuppoſito quòd non ſit alius qui ſciat vel velit baptizare. In hoc ergo caſu ſi conſtat quòd puer moreretur ſine baptiſmate vbi ſacerdos diuertat ad ſe defenſionem præeligenda eſt mors corporalis ſacerdotis morte ſpirituali pueri. Et ratio eſt: quia tunc vnum tantum malum ſequitur & temporale, ſcilicet mors ſacerdotis: ſed ſi præeligatur vita ſacerdotis ſequerentur duo mala ſpiritualia, ideſt mors æterna pueri,de conſe.diſtinct.4.firmiſſime,& neglectus curæ animarum, quod eſt mortale ſacerdoti extra de æta. & quali. cum ſit ars. præeligēdum eſt autem minus malum maiori 13.diſt.cap.nerui. Vbi autem foret dubium probabile de morte vel de vita pueri vſq; ad expeditionem periculi,& conſtaret de morte presbyteri niſi diuerteret, adhuc crederem præeligendam mortem ſacerdotis. Et hæc maxime procedunt proprio ſacerdoti & parrochiano. Ioan.de Lig.

§.1. ¶Item nota quòd licitum eſt cuilibet ſe defendere modo prædicto contra quoſcunque iniuſte inuadentes. Vnde & cōtra ſuperiorem ſuum, quando ſcilicet conſtat quòd iniuſte inuadit.C.de iure fiſ.l.prohibitum,& hoc maxime quando aliquid extra officiū ſuum agit ad ipſum non ſpectans. Si autem iuſte agit tunc non eſt reſiſtendum niſi ſit tale factum quod non poſſit poſt tempus reſtaurare. Item contra iudicem aut poteſtatem iniuſte inuadentem vt occidat licitum eſt ſe defendere. Item contra patrem agentem aliquid contra filium excedendo ſibi conceſſa ex iure patriæ poteſtatis, credo filio licitū ſe defendere etiā degenti in patris poteſtate, & multo magis emancipato. Item contra Abbatem vel alios prælatos licitum eſt monacho ſe defendere, ſi prælatus attentaret aliquid cōtra monachum in his quæ non pertinent ad officium ſuum iure vel conſtitutionibus modificatum maxime in his quæ propter moram periculum ingerunt, vt poteſi abbas monachum inuaderet vt ipſum ſubito occideret, ſed ſi prælatus attentet contra monachum de his quę permittuntur a iure communi in corrigendo & ſimilibus vel conſtitutionibus ordinis, tunc monacho non licet reſiſtere, immo nec hoc caſu audiretur appellans,extra de app.de primo ore. Item contra dominum licet ſeruo ſe defendere ſi attentet dominus aliquid contra eum quam a iure ſit permiſſum. Sed in his quæ iura permittunt non licet ſeruo ſe defendere, & hodie reſtricta eſt potentia dominorum in ſeruos, quia non habent poteſtatem trucidandi, nec acriter eos affligendi. Idem dicendum eſt de vaſallo contra dominum,de diſcipulo contra magiſtrum, de vxore contra maritum,quia ſcilicet poſſunt ſe defendere ſi vltra quam iure debitum fuerit aliquid contra eos attentent aliàs non,Ioan.de Lig. Item licita eſt prædicta defenſio, non ſolum pro ſe ſed etiam pro filio, quia una perſona cenſetur cum eo. Item pro patre cum ſit pars ſubſtantiæ eius. Item in vxore,nam iniuria vxoris eſt irrogata marito,& iniuriarum actio ſibi competit, immo pro ſponſa. Item & pro alijs perſonis coniunctis, nam ſi quis iniuriatur vni coniuncto omnibus iniuriari videtur. Cum enim pro defenſa rerum licet vim repellere, & ad hoc amicos & coniunctos vocare, licitum etiam erit amicos & coniunctos inuaſos iuuare, cum etiam homini homo officium debeat.ff.de ſeruis.l.cum ſeruus. Item pro domino ſuo licet vti vaſallo defenſione immo tenetur aliàs perdit feudū. Item miles tenetur iuuare præpoſitum belli ſi poteſt, aliàs capite punitur. Item etiam & extra

Licet alicui cōtra ſuperiorē ſe defendere.

neum

neum defendere debet si potest quilibet sine periculo sui 23. q. 3. non inferenda 83. dist. error. Hic tamen distinguendum in defensione sui vel coniunctorum vel extraneorũ quoad incursionem vel inuasionem pœnæ canonice vel ciuilis. Nam defendendo solum seipsum si ex hoc occidat vel mutilet, euitat pœnã irregularitatis, nõ autem si alterum defenderet, etiam patrem vel filium, vt notat glo. super c. si furiosus, de homici. in cle. Pœnam excommunicationis euitat non solum se defendendo, sed patrem, matrem, vxorem, filium, vel filiam, cum scilicet in tali percussione percutit clericum secundum Innoc. Extraneum autem defendẽdo si ex hoc percutit clericum non euitat excommunicationem etiam si miles mandato iuriati hoc feciſſet, hoc videtur intelligendum quando militaret vel occideret clericum vel grauiter lederet, aliàs non videtur incurrere secundum ea quæ habentur in penul. §. huius c. Quantum vero ad euitationem pœnæ personalis vel pecuniariæ, si volentes vim vi repellere ab iniuria passo sunt coniuncti, euitant pœnam secundum modum. ff. de iusti. & iu. vt l. vim limitando eam. l. in priuatis. ff. de iudi. Si autem extranei & deputati pro comitiua uiolentiam passi etiam licet & euitant pœnam. Si non erant deputati pro comitiua sed aduocantur in auxilium per passum uiolentiam licet talibus vim repellere incontinenti tantum sed non ex interuallo, nec si non vocantur in auxilium passum violentiam & patientiæ violentiam. ¶ Item tenetur vasallus magis iuuare patrem quam dominum suum, posito quòd vterq; si inuasus ad mortem, & pater & dominus, & ipsæ non possit nisi tantum alterum iuuare. Ratio est quia patri tenetur filius naturali vinculo & ciuili, domino autem tantum tenetur ciuili. Item quamuis iuramento sit astrictus ad iuuandum dominum, iuramẽtum prẽstitum huiusmodi saluo vinculo præcedenti intelligitur. Nam ius alteri quæsitum tollitur per secundam obligationem, extra de iureiuran. cap. petitio, prius autẽ erat obligatus, ergo &c. Item in simili casu magis iuuabit patrem q̃ episcopum suum, quia in beneficijs temporalibus, vt substantia vitæ & huiusmodi, magis tenetur quis patri carnali quàm spirituali vt notat glo. 30. quæstio. 1. cap. distinct. 86. c. non satis.

§. 2.

Licet rẽ suã tueri.

¶ Item licita est defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ (vt dictum est) non solũ pro persona sed etiam pro rebus. Pro cuius declaratione nota distinctionẽ q̃a aut volens vim propulsare sibi illatam pro rebus quas possidet iuste, aut iniuste. Si iuste potest hoc incontinenti & cum moderamine inculpatę tutelæ & non solum pro rebus suis sed etiam pro rebus sibi depositis, & commodatis, & etiã pro rebus amicorum propinquorum suorum eos scilicet adiuuando, distinct. 83. consentire, & 11. quæstio. 3. qui consentit. Si autem ex interuallo vult vim repellere postquam diuertit ad actus contrarios, tunc non potest. ff. de vi & vi arg. l. 3. §. si quis. In secundo autem casu cum iniuste possidet aut possidetur ab eo contra quem vult valet propulsare aut ab alio. Si ab eo tunc aut vi possidet aut præcario aut clam. & in primo casu hoc est si vi. tunc si statim venit vt recuperet non licet mihi resistere. C. vnde vi. l. 1. sed si venit ex interuallo, licet alicui recuperare ablata propria auctoritate. In secundo casu, cum scilicet præcario possidet, tunc post denegatam restitutionem licitum est illi incontinenti vim vi repellare, nec licèt illi qui sic possidet resistere nam denegando videor spoliare. Ante vero denegatam restitutionẽ non posset vim vi repellere, licèt posset reuocare præcarium. In tertio casu, cum scilicet possidet clandestine, non est licitum vim vi repellere, scilicet licitum est ingredi, & si ille non admiserit ex tunc fit violentia. Reuertendo ad secundum membrum diuisionis præcedentis, iam dictum est, cũ. s. possidet vitiose & iniuste sed non ab eo contra quem vult vim vi propulsare sed ab alio, tunc licèt illi contra illum alium quandocunq; volenti violentia inferre vim vi repellere. Notandum est q̃ licitum est etiam pro rebus vim vi repellere contra omnes, contra quos licitum est pro personis, si tamẽ ille personæ quæ vim vi repellere volunt possunt habere bona, vt excludantur serui, & monachi & similes, tamen moderamen tutelę diuersificari debet attenta varia personarum qualitate, nam aliter & mitius contra patrem quã contra penitus extraneum, & sic de singulis quæ consideranda venirent, inspectis circunstantiis cum non sint hæc iure limitata. Notandum etiam quòd vim vi repellendo pro reb. si quis occidat vel mutilet, irregularitatem incurrit, sed si clericum percutiat seruando tamen moderamen inculpatæ tutelæ excommunicationem non incurrit, quia excommunicatio non incurritur sine dolo vel diabolica suasione 17. q. 4. si quis suadente, sed in irregularitatem incidit quis etiam sine dolo, vt patet in iudice reum condemnante. Ioan. de Lig.

¶ De

¶ *De repræsaliis & de materia duelli. Cap. 3.*

REpræsaliæ sunt quod dã bellum particulare, quod fit ad defensionem corporis mystici & est remedium extraordinariũ habens ortum ex iure gentium. Nam licitũ est ob tutelam corporis sui arma mouere, & nedum corporis sui priuati, sed etiam mystici seu vniuersitatis. Est autem introductũ propter defectum remedii insurgẽtis a neglectu gubernantium populos & carentia recognitionis de facto, & ideo opus fuit hoc remedio extraordinario ne iustitia negligatur. Et quia negligenti iudicio seculari recursus est habendus ad ecclesiasticum, extra de fo. com pe. ex tenore, ideo raro hoc remedium locum sibi vendicat. Et nota quod antequam possint fieri repræsaliæ licitæ, prius pars iniuriã passa debet requirere iudicem ciuitatis iniuriantis ut iustitiam faciat, & tunc si negligit iustitiam facere adhibit proximum superiorem, quo deficiente adhibit principem, quibus omnibus deficientibus debet adire recto rem propriæ ciuitatis, & facere fidem de req sitione, & neglectu & petere vt requirat iterato vt iustitiam faciat, & tunc eo requisito & negligente poterunt indici repræsaliæ per iudicem propriæ ciuitatis, seu rectores ipsius q succedunt in locum deficientis iurisdictiõis. Si autem iudex iniuriatos nõ negligit sed in iustitiam facit pronunciando iniquè sententiã, tunc si ciuitas habeat iudicem appellationis deputatũ ad ipsum p appellationis deputatũ ad ipsum per appellationem adhibitur, sed si nõ habet indicentur repræsaliæ, nã imputari debet ciuitati quę non deputauit iudicem appellationis. Si autem duo iudices appellationis iniustitiã fecerint, tũc videt pars destituta omni subsidio cũ non liceat. 3. appellare, nec videntur posse indici repræsaliæ cũ deficit, iurisdictio. Item nota quod pro modico nõ indicuntur repręsaliæ cũ hoc sit remedium extraordinariũ, quod non datur p modico ut. ff. de inte. resti. l. seio. Requiritur etiã quod ius totaliter sit lęsum, secus si particulariter. C. de p̃ci. impe. offe. l. quotiẽs. Io. de lig.

§. 1. ¶ Quæritur si aliquis consequatur per repræsalias debitum suum ab eo qui non erat obligatus vtrum possit sibi illud retineri cum bona conscientia? Respon Dominicus de sancto Geminiano super c. & si pignorationes, extra de iniur. li. 6. Archidi. post Guil. dicit quod in hoc casu licita est pignoratio. i. repræsalia cũ fit auctoritate p̃rii iudicis, præcedẽte tamen eius sentẽtia super negligentia & defectu iustitię, alle. no. per Innocen. extra de resti. spo. c. cum olim. & de sen. ex, grauen. induc it etiam. c. dominus. 13. q. 1. Sed Guido non putat quòd iudex spoliati possit pignorationem concedere contra illos qui suę iurisdictionis nõ sunt nec propter sui conciuis delictum nec propter negligentiam iudicis, & q̃ dicit supradictum. ca. dominus, scilicet quod ciuitas plectẽda est & c. intelligit per suum iudicem vt dicunt Ioann. Fran. Vercel. Dicit tamen Guido quod dictum Archidi. potest esse verum quando nullus inuenitur superior qui de ciuitate negligente vel de domino ipsius iustitiam faciat quod tamen raro contingit cum ex tali defectu iudex ecclesiasticus possit adiri, alias ergo extra hos casus habitat per repræsalia debent restitui. ¶ Item nota quod vbi non potest haberi copia superioris nec de iure nec de facto locus est repræsaliis. 33. q. 2. dominus. Si autem de iure haberi potest non tamen de facto, quia si non obediunt tũc idẽ. Si aũt de facto haberi potest non de iure, vt quia tyrannus occupauit, tũc dicit (vt notat Inno. extra da elec. c. nihil) sed si potest haberi de iure difficile tamen est haberi de facto vtpote cum sit valde distans & pars pauperrima, tũc etiam locus est repræsaliis. ¶ Item cõcessit repræsaliis licitis si potest haberi copia iudicis vel ministrorum eius non debent illi ad quorum petitionem inducũtur auctoritate propria rapere personas vel res eorum cõtra quos inducũtur, sed iudiciaria potestate, alias vero & propria auctoritate licebit si hoc concessum fuerit ab indicente, personæ autẽ vel res captę remanebunt penes capientem, aut iudici præsentabuntur secundum formã concessionis repræsalium. ¶ Item res captæ vendentur vel insolutum accipientur, æstimabuntur iudicis auctoritate in computatione fiet deductio expensarum, attenta tamẽ & seruata forma concessionis repręsaliarum. Io. de lig. ¶ Item nota quod contra certas personas exerceri non possunt repræsaliæ, & primo non possunt exerceri contra personas ecclesiasticas & res eorum, alias incurrunt excõmunicationem indicentes & exercẽtes, vt de iniur. c. 1. li. 6. Et de hoc habes, ifra tit. 24. Itẽ non possunt exerceri contra scholares studẽtes iura ĩ locis priuilegiatis priuilegio studii. Secus si in aliis studẽt iura. Idem de scriptoribus & bidellis & de accedentib. causa scholariũ. Idẽ de pribus & aliis agnatis q irent ad videndum filium & agnatum in studio. ff. de iudi.

Contra quos nõ possunt fieri repsalię.

iudi.l.3. ¶Itē contra ambasiatores indici non possunt vel exerceri.ff.de legi.l.fi.Et quod dictum est de rebus scholariū & ambasiatorū, intelligit etiā de his qui deferunt necessaria pro studio vel ambasiata.Et idē de rebus aliorum quę prædicti deferrēt sibi necessariis, vt equi, libri,& hmōi,secus de rebus nō necessariis.¶Item cōtra euntes ad nundinas vel ad sanctū Iacobū vel ad aliū locū causa indulgētiæ, vel nauigātes qui ui ventorū deferuntur ad ciuitatē indicentiū exerceri nō possunt repræsaliæ, extra de cle.pe.p totum.C.de naufra.l.1.¶Itē contra illos qui in ius vocari nō possunt.Vnde si Bonoñ. eligeretur in potestatem Mediolani,vel si Bonoñ.iret Mediol. propter funus consanguinei,ratione repręsaliarum retineri non posset.¶Item cōtra officiales potestates vel rectores iustitiā faciētes, q̄ expræsse contradixerunt iniustitię tali,aut ēt qui non consenserunt nec contradixerūt, q̄a absentes vel ignorantes erant,nō possunt indici vel exerceri repræsalię,& idem si erant præsentes nec consentientes vel contradicentes,existentes.s.tales quod non vocantur ad consilia ut notarii & berruarii.Sed si sunt assumpti ad consulendū,tunc contra illos poterunt indici,& multo magis si iuuerunt rectorem ad faciēdum iniustitiam.¶Item contra mulieres exerceri non possunt,nam in persona capi non possunt.C. de offi. eius qui ui.alter.l.final. Ioan.de Lig.Sed an contra singulares personas quæ sunt penitus innocentes propter delictum domini vel.alterius priuati,de quo non fit iniustitia possint indici, repræsaliæ,dubitatur. Et Iacobus de Beluiso dicit quod non,quia non debet quis grauari pro delicto alterius de reg. iu.c.non debet libro 6. Alii contra per c.dominus.23.q.2. Nā & sentētia interdicti puniuntur singuli etiā innocentes,etiā in bello iusto capiuntur innocentes.Sed repræsaliæ sunt quodam bellū particulare & licet sit captus innocēs tamen ciuitas habet ius in eum & hoc videtur seruare Ioan.de Lig.¶Item contra homines vnius ciuitatis vel vniuersitatis si simpliciter supponit ciuitati contra cuius homines indicunt repræsalię,non poterunt indici repręsalię pp delictū domini habentis subiectos, sed bene pp delictū dictarū ciuitatū.Itē in dictis repræsaliis cōtra homines vnius ciuitatis,puta Bonon.ab altera ciuitate puta Floren. si incolæ Bononien.ciuitatis subeunt onera ipsius ciuitatis,exercere poterunt repręsalias cōtra eos alias non.Itē in dictis repręsaliis cōtra homines ciuitatis,puta Bonon.an contra Bononiēses alubi cōmorantes puta Florentię possint, exerceri dictæ repræsalię, dubitat & aliqui dicunt q̄ possunt si dicti Bonon. Florentiæ morantes subirent onera Bonō.Secus si nō subirent. Alii dicunt q̄ possunt exerceri cōtra tales si sint in eadē prouincia,secus in alia prouincia. Alii cōcedunt simpliciter in omni loco & casu.¶Item si de facto non posset ciuitas arcere ciuem suum,qui ēt est ciuis ciuitatis, cōtra quā indicuntur repræsaliæ, contra eū optime repræsalię exercebuntur. Nam pp̄ter defectū iurisdictionis indicuntur, sed de iure nō debet iurisdictio deficere,cū de iure omnes subiiciantur principi 9.q.3. per principalem,sed de facto deficit,quia de facto non recognoscunt superiorē.Sicut igit de facto dicere potest cum non subditus iniuriatur, sic & de iure subditus de facto restituere pōt & sic recurri ad remediū extraordinariū repræsaliarum quæ tū subditum nō artabant donec specialiter contra subditum fuerit processum iuris ordine seruato nec processus sortiri pōt effectum propter facti rebellionem. ¶Item contra bona existentia in territorio ciuitatis cōtra quā sunt ī dictæ repræsalię exerceri possunt repræsalię, vt scilicet capiantur & reducantur intra territorium ciuitatis indicentis. Nam pp defectum iurisdictionis recurrit ad manum regiam deficiente formula iuris solēniter dicendi,& sic vbique hoc fieri potest q̄a vbicunque licitum est cuilibet defendere corpus suum Ioan. de Lig. aliqui contra. Item de rebus mobilibus & immobilibus illorum contra quos concedunt quæ repertæ, fuerint in territorio ciuitatis concedentis exerceri possunt, hæc omnia de repræsaliis extracta sunt ex libello Io.de Lig.

§.11. Duellū.

¶Est quoddam aliud bellum singulare quod dicitur duellum quod fit inter duos. Et fit istud duellum aut propter odii exaggerationem aut propter gloriæ temporalis consecutionem, vt scilicet ostensis viribus corporis, in publico ex tali bello laudem consequatur de fortitudine, aut propter iniuncti criminis purgationem cum scilicet alicui imponitur, furtum vel proditio & huiusmodi, & ipsæ duello uult ostendere suam innocentiam,sed tale bellū est peccatū mortale & valde graue, cū exponat se morti corporis & aiæ. Et est prohibitum lege diuina,naturali & positiua. Nā in lege diuina dicitur.Exo.20.non occides.s. nec te nec alterum,talis autem exponit se occisioni suiipsius. Item facit contra illud præceptum,

ceptum, non tentabis dominum Deũ tuum. Deuter. 6. hoc enim dicitur tentare dominum vt dicitur 2. q. 5. monomachiam. Eſt & prohibitum lege naturali ſumendo ius naturale pro inſtinctu naturæ proueniente ex rationabili intelligentia q̃ appellatur naturalis æquitas, diſt. 1. ius naturale. Item prohibetur lege canonica, extra de pugna in duello, per totum, & 2. q. 5. conſuluiſti, & l. ciuili. C. de gladia. Ioan. de lig.

§. 3. ¶ Mota de materia duelli Ray. in ſumma quę rens vtrũ conſuetudo generalis excuſet duellantes a peccato, ponit diuerſas opi. Aliqui enim dicunt indiſtincte quòd excuſat. Sed iſtam reprobat Ray. & bene. quia hoc eſt contra diuinum præceptum, non tentabis. Nulla autem conſuetudo quę potius dicenda eſt corruptela poteſt tollere diuinum præceptum. diſt. 8. quæ contra mores, & per alia cap. Alij diſtinguunt de duello videlicet quia aut offertur, aut oblatum ſuſcipitur ſponte, aut ſuſcipitur inuitus iudice indicente. Et in primo & in ſecundo caſu peccat mortaliter, ſed non in tertio caſu vbi ſcilicet indicitur ei a iudice, & ſi non ſuſcipit oportet eum perdere vitam vel res ſuas. Quidam iterum hoc diſtinguunt, quia, ſcilicet vbi eſt periculum vitæ puta innocenter accuſatus de crimine ſi non vult ſe purgare per hunc modum ſibi indictum tanquam conuinctus occiditur, dicũt tunc eſſe licitum quia facit ad defenſionem ſuam. Et hanc opin. videtur tenere Nicolaus de Lyra ſuper 17. capitu. 1. Regum vbi agitur de duello. Dauid cũ Golia. Sed in cauſa ciuili ſeu pro defenſione rerum temporalium dicunt eſſe illicitum. Sed Guil. Gloſ. Rayn. credit etiam in hoc caſu eſſe licitum, dicit enim cum res ſuas liceat armis defendere eas defendendo raptorem occidere ſi aliter defendere non poteſt, quare non poteſt eas defendere duello, non quòd ipſæ offerret duellum, ſed quòd a iudice offertur ſeu potius infertur. Et ſi concludit iſtam opin. tenendam ſubdens q̃ de ſacerdote nõ credit q̃ ſuſcipere liceat nec in cauſa ciuili nec etiam criminali. Hæc ipſæ. Sed ſi hoc eſſet licitum laico ratione propriæ defenſionis (vt dictum eſt) cum ſit ita licitum de iure naturæ clerico ſe defendere ſicut laico, liceret etiam ſacerdoti in dicto caſu duellum ſuſcipere. Sed ſi non licet ſecundum ipſum, ergo nec laico. Tutior ergo videtur opinio Rayn. concludens cum Alano, quòd ſine exceptione nulla conſuetudo poteſt excuſare a peccato & quòd omnes indiſtincte, peccant mortaliter & offerentes duellum & ſuſcipientes ſiue ſponte ſiue coacte. Et iudices qui deferunt & qui præſtant auctoritatem. Et aſſeſſores in hoc & dantes conſilium auxilium & fauorem, & ſacerdotes qui dãt huiuſmodi benedictiones, minus tamen grauiter peccat qui inuitus ſuſcipit q̃ qui voluntarius vel qui offert. Idem dicunt Goff. Hoſt. & Ioh. in ſum. confeſſ. li. 2. titul. 3. reprobantes omnes prædictas opin. Idem videtur ſentire b. Tho. 2. 2. q. 95. art. 8. in fi. dicit enim quòd eadem ratio videtur eſſe de lege duellorum quæ & de iudicio ferri cadentis & aquę bullientis, niſi quòd plus accedit ad rationem ſortium inquãtum ibi expectatur miraculoſus effectus, ſ. in duello ſicut in iudicio ferri candentis & huiuſmodi, niſi forte quando pugiles ſint valde impares virtute vel arte, ſed iudiciũ ferri candentis & aquę bullientis dicit idem Tho. eſſe illicitum, tum quia ordinatur ad iudicandũ occulta, q̃ iudicio diuino reſeruantur, tum etiam quia hoc iudiciũ non eſt diuina auctoritate ſanctum, & allegat, c. conſuluiſti 2. q. 5. ergo &c. Dauid autem in illo facto excuſatur tanquam motus ex inſtinctu ſpirituſſancti, vt dicitur 2. q. 5. monomachiam, vbi dicitur quòd duellare eſt Deum tentare.

TITVLVS QVINTVS
De doctoribus & ſcholaribus.

¶ *De modo atque forma acquirendi ſcientiam, & diuerſo fine ſtudentium. Cap.* 1.

BONITATEM & diſciplinam & ſcientiam doce me, quia mandatis tuis credidi, pſal. 118. Vt ait philoſophus primo meth. Omnes homines natura ſcire deſiderant. Huius ratio, quia vnumquodq; naturaliter appetit ſuam perfectionem, & quia ſcientia ſeu cognitio veritatis perficit intellectum quod eſt præcipuum in homine, ideo appetit ſcire, vt perficiatur. Quod autem ait Augu. quòd ſunt quædam quæ melius eſt neſcire quàm ſcire, diſtin. 38. quãuis non ideo hoc dicit quaſi ſit aliqua ſciẽtia mala de ſe, ſed propter abuſum eius inquantum, ſ. quis male vtitur aliquorum ſcientia videlicet vel ad oſtentationem, ſecundum illud ſcientia influat. 1. Corin. 8. c. uel ad curioſitatem, ſuperſtitionem, vel cupiditatem. Vnde Bernard. Sunt quidam qui ſcire volunt vt ſciant & curioſitas eſt. Sunt q̃ qui ſcire volunt vt ſciantur, & vanitas eſt.

Sunt

Sunt qui scire volunt vt lucrentur, & cupiditas est, quando lucrum quærunt per fas & nefas. Et sunt qui scire volunt vt ædificent. s. alios, vel ædificentur. s. in se & charitas est. De primis tribus generibus quærentibus scire. Sap. 13. dicitur. Vani sunt omnes homines in quibus nō subest scientia Dei. Et illud Eccl. 1. In multa sciētia alias sapientia multa est indignatio. De vltimo aūt genere dicitur Sap. 1. Deditilli. s. iusto scientiam sanctorum honestauit illum in laboribus. In hoc cōsistit talis scientia vt primo & principaliter cognoscat Deum, deinde seipsum & quæcunq; alia scire procurat ad Deū finaliter referat. Vnde Aug. pro breuissima oratione & vltima dicebat. Deus semper idem nouerim te, nouerim me. Quia igitur sicut & aliorum bonorum, ita & huiusmodi scientiæ dator est Deus ideo psal. suo exemplo docet, nos hanc a Deo postulandam & procurandam dicens. Bonitatem & disciplinam &c. Vbi tria notantur.

¶ Vt cognitio veritatis a Deo expectetur, ibi doce me.

¶ Vt ordo congruitatis obseruetur, ibi bonitatem & disciplinam, & scientiam.

¶ Vt cognitio humanitatis applicetur, ibi quia mandatis tuis credidi.

¶ Primo cognitio veritatis a Deo expectetur. Clarum est quod nullus nascitur magister, sed vacuus omni scientia. Sicut enim ait philosophus 2. de anima. Anima nostra nascitur sicut tabula rasa in qua nihil est pictum, sed apta est pingi. Quāuis autem communiter in scientijs doceamur per magistros, tamē quia omnis hō mendax, vt dicitur in ps 115. scilicet ex se propter quod maximi philosophi qui dixerunt, labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est? quia non recognouerunt scientiam suam a Deo, sed sibi attribuerunt, stulti facti sunt, vt dicit Ro. j. & multos errores docuerunt discipulos suos. Sed etsi magister vera & optima doceat, nisi Deus illustret mentem discipuli irradiatione saltem naturali, nullam sciētiam addiscere potest quis. Et hoc est quod ait Christus Matth. 23. Vnus est magister vester qui in cęlis est, qui scilicet est principalis ad mouendum intellectum ad percipiendas scias, Insuper & omnis sapientia a dño Deo est. Eccl. 1. & ab ipso fonte deriuatæ sunt scientiæ. Vnde Amb. super epistolā ad Col. ait. Omnis ratio supernæ scientiæ vel terrenę creaturę in eo est qui est caput earum & auctor, vt qui hunc nouit nihil vltra quærat, quia hic est perfecta virtus & sapientia, quicquid alibi quęritur hic perfecte inuenit. In Daniele & Salomone ostendit infidelibus se auctorem esse totius sapientię, quod infideles non putant, quia non legunt in euangelijs & prophetijs, sed astrologiam & alia huiusmodi quæ despecta sunt, quia nihil valent ad salutem sed mittunt in errorem, & dum his studet curam animæ non habent. Hæc ille. Et habetur distin. 37. legimus. 1. §. sed ecōtra. A Deo ergo est expectanda scientia & imploranda dicendo. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me. Inuocauit (ait sapiens) & venit me spiritus sapiētiæ Sap. 7. Sic Salomon postulando sapientiam exauditus est, non solum ad regēdum populum recipiendo scientiam, sed & moralium, vt patet in prouerbijs. & ecclesiaste. & diuinorum arcanorum, vt in canticis canticorū ac etiam naturalium. Nam disputauit de plantis a cedrousq; ad hysopū, & de animalibus terræ & volucribus & piscibus, vt dicitur 3. Reg. 3. Et multa scripsit, licèt non inueniantur nunc de huiusmodi naturalibus eius scripta. Ita tamen a Deo expectanda est scientia vt sollicitudo & labor adhibeatur. Prouerb. 27. Studæ sapientiæ fili mi & lætifica cor meum vt possis exprobanti respondere sermonem. Sicut enim Deus secundum communem legem corpora sanant mediantibus naturalibus medicinis & consilijs medicorum, & animas peccatis languidas curat mediantibus medicinis spiritualibus sacramentorum & sacerdotibus ea conferentibus. Ita sapientiam debet procurare sibi qui vult sapiens & doctus haberi, quamuis aliquando præter communem legem Deus sanat aliquos in corpore sine medicinis miraculose, & in anima sine sacramentis. Ita secundum cursum solitum docet hominem scientiam Deus, mediantibus magistris & laboribus & exercitijs discipulorum his vacantium quāuis apostolos docuerit omnem veritatem seu communem scientiam sine humana industria. Vnde Hierony. dicit. Quod illis, scilicet apostolis suggerebat spiritus sanctus, hoc alijs confert quotidiana in lege domini meditatio. Laborando igitur in studio & a Deo postulando bonitatem disciplinam & scientiam dabitur ei.

A Deo sciētiam debere postulari.

¶ Secundo ordo congruus seruari debet in postulando & procurando scientiam qui hic traditur, vt patet prius ac potius procuretur bonitas, & exinde disciplina & demum scientia. Nam (vt ait Apost. j. Corint. 13.) Si nouerim omnia mysteria, scilicet quo ad sapientiā diuinorum, & habuero omnem sciētiam quo scilicet ad notitiam naturalium, charitatem autem

§. 2.

autem non habuero nihil sum. Ipsa charitas est quę facit animam simpliciter bonam, & ex qua est vera bonitas in homine & in operibus eius. Dicit. n. Aug. Radix omnium bonorum est charitas, de pęni. dist. 2. quia. Debet ergo postulari & opere prouocari.

¶ Bonitas dispositionibus interioris quoad effectum.

¶ Disciplina compositionis exterioris quoad actum.

¶ Scientia cognitionis certioris quoad intellectum.

¶ In adipiscendo & habendo scīa vtiliter & docendo, oportet primo habere bonitatē verā mentis, quę vtiq; procedit ex gratia, ſm illud Apostoli ad Ephe. 5. Fructus lucis est in omni bonitate. i. effectus gratiæ est oīs bonitas. Vnde Fulgen. Non est perfecta bonitas a qua nō oīs malitia vincitur. Hæc aūt bonitas est virtus. Vnde Aug. dicit q̄ virtus est bona qualitas mētis qua recte viuitur. Et philosophus in lib. Ethicorum 2. dicit q̄ virtus bonū facit habentem & opus eius bonū reddit q̄ maxime fit per charitatem, quæ omnem virtutē complectitur, vt enim dī Sap. 1. In maliuolam aīam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et ideo si fragilitate in aliquod peccatum labuntur q̄citius reuertantur ad pœnitentiam vt aīa maliuola. i. quæ voluit malum peccati efficiatur beniuola & non subdita peccato se bonitati. Vnde sæpe confiteatur & aliqn̄ cōicet, quāuis enim peccatum non tollat homini lumen naturale intellectus, sed passionibus multum offuscat. Et diabolus ipsæ qui habet scīam de diuinis & humanis super oēs mortales, quia cum ea bonitatē virtutis non habet, ad augmentum sibi est iudicij. Nec hoīs meritum ad q̄ sequitur gloriæ præmium ex scīa est: sed ex eius vsu bono qui prouenit ex charitate. Et rō huius est qa ad meritū requiritur liberi arbitrij actus, sed cum intellectui proponitur clare aliqua veritas q̄ capiat, iam non est libera ratio ad assentiendum, vel dissentiendum, sed captiuatur & cogitur ad assentiendum. In vsu autem scīæ concurrit actus liberi arbitrii, quia liber est quilibet ad discendum vel docendum vel considerandum super aliqua materia & ab his desistendum, & ideo hoc faciendo cum bonitate. i. charitate meretur, ergo bonitas primo quærenda est. Et quia cū vna ex potentijs in actu suo multum intēditur, aliæ remittuntur ab actibus suis, qn̄ intellectus laborat in speculando virtutes scīæ seu addiscendo, ne affectus nimis remittatur a feruore bonitatis & paulatim euanescat, ideo inter lectiones speculabilium formanda est breuis oratio, vel meditatio erga Deum, aut lectio sępe habenda de doctrinis moralibus & affectiuis. Sicut legitur de B. Tho. de Aquino, qui inter exercitia speculatiuorum quotidie legebat, vel audiebat aliq̄d de collationibus, vel vita patrū.

¶ Debet secundo doctor & scholaris procurare disciplinam. i. cōpositionem morū exteriorum seu modestiam. De qua dī Eccl. 45. Dedit illi legem vitæ. i. spiritualis gratiæ & disciplinæ. i. compositionis exterioris, sed hoc tn̄ procedat ex bonitate interiori. Nam alias esset hypocrisis & simulata æquitas & duplex iniquitas. Vnde dicit Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. i. simulatam cōpositione actuum exteriorum. Debet ergo esse disciplinatus. i. moderatus in verbis, vt pauca dicat & illa rationabilia & vtilia, quia in multiloquio non deest peccatū (ait Salomon) qui aūt moderat labia sua prudentissimus est. Prouer. 10. A contentionibus ad ostentationem caueat a detractionibus, susurrationibus, irrisionibus periurijs, & turpibus verbis q̄bus hodie multi dediti sunt scholares. Insuper ab emulationibus sociorum vel magistrorum suorum. Sit quoq; disciplinatus in aspectu, quia (vt ait Aug.) Impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Non ergo discurrat per plateas vel ecclesias ad videndum mulieres & procādum vel scortandum, quia vt dicitur Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo. Disciplinam habeat in auditu, non audiat cantilenas, turpia verba. Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala (ait Apost. 1. Corinth. 15.) Nec audiat & minus credat detractiones ab alijs factas, sed horreat, vt enim dicta Dam. Papa 11. q. 3. Non solum. Non solum reus est qui de alio malum profert, sed ēt qui aurem cito crinibus præbet. Disciplina vtatur in gustu, vt in cibo & potu sit temperatus. Nam (vt ait Hier.) Venter pinguis crassum sensum generat. In vestitu quoq; vt humiliter induatur oēm luxuriā vitet, vt sit disciplinatus in tactu, qa nil ita obnubilat rōnem sicut actus venereus, ſm phūm. Vnde Eccle. 19. dī. Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & auferunt cor. i. rationem & bonitatem. A rixis abstineat, ludis, tripudiis, cōuiuijs, partialitatibus circa ea quæ pertinent ad vniuersitatem, sed vt dī Prouerb. 1. Exosum habuerunt disciplinam. Communiter omnia ista vitia hodie reperiuntur in scholaribus, & aliquando in magistris & ideo parum proficiunt. Bonitas ergo

Hoīsglorificatio vn̄ causatur.

Dist. 44. c. Non liceat.

quoad Deum, disciplinam quoad proximū, vtraq; quoad seipsum petenda est a domino. ¶Debet tertio doctor siue scholaris vacare acquisitioni scientiæ. Et quidem scientia eorum quæ pertinent ad statum suum vnicuiq; necessaria est. Christianus.n. quilibet scire debet quæ pertinent ad Christianitatem, vt mādata Dei & ecclesiæ. Medicus quæ ad medicinæ scientiam, aduocatus & iurisconsultus debet habere scientias iuris. Sacerdos quę pertinent ad debitam ministrationem sacramentorum. Religiosi quæ pertinēt ad religionem, & prælatus quæ spectant ad debitum regimen populi, & doctor cuiusq; facultatis quæ ad illam pertinent, alias huiusmodi scientiæ defectus pernicios⁹ est cuilibet tali. Vnde Esa.5 dicit. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, ait dñs. Et Leo Papa. Si in laicis videtur intolerabilis in scia, quanto magis in sacerdotibus, nec excusatione digna est nec venia, dist.38. Si in laicis. Dicit.n. dñs per prophetam Oseę 4. Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Et Gra.dist.36. Qui ecclesiasticis. §. ex quibus. Non sufficit prælatis bona conuersatio, quoad primum.s. bonitatem, & honestas morum, quoad fm.s. disciplinam, nisi addatur & scientia, & hoc est tertium qđ postulatur, cum dicitur bonitate & disciplinam & scientiam docet me. Licet autem scientia scripturarum vtilis sit omnibus, maxime necessaria est clericis. De qua Hiero. Discamus in terris quorum nobis scientia perseueret in cęlis. Et studio eius maxime clerici & religiosi debent insistere, vt ostendit Gratia. distin.36. per totum, in & vacare alijs scientijs, vt quadruuij & triuij fine & modo debitis non prohibetur etiam clericis & religiosis, nisi studij, phisicæ.i. medicinæ & legum qđ vetatur certis personis ecclesiasticis, vt diceturinfra, & hoc vt vtilioribus vacent. Dicit.n. Hiero. Musica, & geometria, & arithmetica habēt in sua scientia veritatem, sed non sunt ille scientiæ pietatis, distinct.37. si quis. Vbi dicit glo. q̄ de astronomia.i. astrologia non facit Hiero. mentionem quæ est quarta scientia in quadruuio, quæ abijt in dissuetudinem, vel forte potius, quia huic vacantes falsitates immiscent iudicijs & non solū de naturalibus, sed & de actibus humanis ex libero arbitrio procedentibus ex constellationibus volunt diuinare. Grāmatica aūt quæ est ianua cunctarum scientiarum non solū vtilis, sed necessaria est, & Logica ac disputandū & vincendū errores. Vnde Hiero. Si quis Grāmaticam artē nouerit vel Dialeticam, vt recte loquendi rōnem habeat, & inter vera falsaq; diiudicet, nō inprudentibus, di.37. siquis. Scientia philosophiæ plurimū cōfert & ad noticiā sacrarū literarū, & ad conuincendos errores gentiliū. Vnde Aug. inquit. Si qđ veri de eo Sybylla aut Orpheus cęteri vt gentiū vates, aī poetę & philosophi dixerunt, valet quidē ad paganorum vanitatē conuincēdam dist.38. Si quid. Et Hiero. Si quispiā aduersus Mathematicos velit scribere imperitus matheseos risui patet, & aduersus philosophos di sputans ignoret dogmata philosophorum, s. risui patet, dist.37. quæ de media. Et in huius figuram munera tria quæ magi dño obtulerunt ei vtriq; grata designant tres partes philosophiæ, vt ait Gra. dist.37. legimus. §. naturalem cui supponitur medicina. Moralem cui supponitur canonica & ciuilis scia. Et rationalem quæ ad Logicam pertinet. Rethorica aūt cui deseruit poesis ad persuadendū plurimum valet vnde & ad prędicandum. Et in figuram tanq̄ rem sibi gratam dñs in lege primitias melius iussit sibi offerri, designātis⁹ aūt cedinem humanæ eloquentiæ. vt videlicet vt ipsa eloquentia Deo intendat placere, & sic hominibus non pp se, sed propter Deum. Et in prędictorū exemplum. Daniel sanctus permisit se erudiri in scientia Chaldea quę vtriq; humana erat. Dan.1. Et Moyses fuit eruditus in omni scientia Egyptiorum. Act.7. Paulus quoq, Apostolus aliqua philosophorū & poetarum suis scripturis inserit. Vnde 1.Cor.15. Sententiam Menandri ponit. s. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et ad Titum 1. Pigmenidis poetæ versus inducit. Cretenses semper mendaces malæ bestiæ ventis pigri. Et contra Athenienses disputans Arati poetæ utitur testimonio dicens. Genus cum simus Dei in ipso viuimus mouemur & sumus. Act.17. Hiero. etiam vsus est quibusdam verbis Virgilij, de consec.dist.6. nunq̄ & Galeni & Hippocr. dist.ea. ne tales. Et Augustini verbis Lucani 26.q.5. nec mirum. In horum etiam figuram præcepit dominus populo suo Israel expoliare Egyptios, vasis aureis & argenteis ab eis mutuatis, moraliter instruēs vt siue aurum sapientię, siue argentum apud poetas inuenimus eloquentiæ, illud in vsum salutiferum nostræ eruditionis vertamus, vt dicit Gra. dist.37. Legimus. §. sed econtra. Beda et dicit dist.ea. turbat acumen legentiū & deficere cogit qui eos a legēdis secularibus libris oībus modis ęstimat prohibendos, in quibus si qua iuuenta vtilia sunt quasi sua sumere licēt Eugenius Papa in synodo statuit, vt oīno

Sacerdos imperitia arguit.

Tria munera magorum.

cura

cura & diligẽtia habeaẽ, vt magistri & doctores cõstituatur qui studia literarũ liberaliũq; artium dogmata assidue doceant, quia in his maximè diuina manifestantur & declarantur mãdata, di. 37. de quibusdã. Et extra de magistris c. 1. dicitur q̃ ecclesia cathedralis debet tenere magros artiũ liberaliũ ad minus grãmaticæ qui clericos & alios pauperes doceãt gratis & debet assignari magistro prouentus vnius præbendæ. Et eodẽ mõ debẽt aliæ ecclesiæ facere quarum sufficiũt facultates. In Metropolitana ecclesia vlterius debet esse magister theologię & recipere prouẽtus, & nõ tñ ꝓpter hoc dẽt esse canonicus. Ipsa. n. theologia ẽ domina oĩum scientiarũ & oẽs artes liberales sunt ei ancillæ, & ei deseruiunt, & ad hũc finẽ a clericis & religiosis in eis debet studeri nõ ad vanitatẽ & curiositatẽ, sed ad maiorẽ eruditionem scripturarum & cũ timore & obedientia, q̃a scientia inflat, (ait Apostolus.) Quomodo aũt sit licitum vel illicitum in illis studere diffusius habetur supra parte secunda titulo tertio capitulo de curiositate.

Magistri in ecclesijs cõstituãtur.

§. 3. ¶ Tertio oportet in docendo & discendo humilitatẽ seruare. Prouer. 11. Vbi humilitas ibi & sapiẽtia, & econtra. Dicit Grego. q̃ maximũ obstaculũ veritatis est superbia. Ad hãc humilitatẽ ptinet vt ne q̃s seipm doceat, nec ab alio quod nescit discere erubescat. Senex, ad iuuenẽ, & eps tot annorũ a collega, necdũ anniculo partus sum edoceri, ait Summus doctor. Augu. 24. q. 3. 6 habes. Et Hieron. scribit ad Rusticum. Discis quod possis docere, & rationabilẽ hostiã offeras Deo, ne sis miles priusquã tyro, ne prius magister sis quã discipulus. 16. q. 1. Si clericatus, & c. præcedenti ait. Multo tpe. disce quę postmodũ doceas, & iter bonos semp sectare meliores. Tẽpus tacẽdi & tps loquẽdi. Eccl. 3. Quia prius veritas tacẽdo discitur postea docetur. Sit Christus sapiẽtia patris duodenis in templo repertus, est in medio doctorum, non quidẽ docẽs, sed audiens & interrogans illos. Lucę. 2. Vnde Hiero. Pythagoricorum doctrina est per quinquennium tacere & postea erudire loqui, etsi quispiam ingenium acutissimũ habere Augustini, qui oẽs artes liberales & aliquas ẽt Mathematicas per seipsum legendo nullo tradente hominum dicit, melius tamen & certius a uoce viua quam mortua librorum scientiam hausit. Nam vt dicit Hierony. Habet nescio quid latentis, energiæ viuæ vocis actus & de ore magistri in aure discipuli transfusa fortius sonat. Pertinet ad hanc humilitatem, vt discipulus credat regulis & doctrinis magistri. Vnde philosophus ait. 1. Posteriorũ. Oportet addiscentem credere. Et hoc est quod dicitur, quia mandatis tuis credidi. q. d. ideo debes me docere scientiam, quia credidi regulæ tuæ doctrinæ. Si enim non credidetitis nõ intelligentis, dicit Esaias. Esa. 7. Quantam humilitatẽ & aui ditatem addiscendi ab aliis etiam doctissimi viri & Ethnici habuerint, ostẽdit Hiero. in prologo bibliæ dicens. Legimus in ueteribus historiis quosdam lustrasse prouincias, nouos adiisse populos, maria transisse, vt eos quos ex libris nouerãt coram quoque viderent. Sic pytagoras Memphiticos uates, sic Plato Egyptum & Architã Tarentinũ, eãq; oram Italiæ, quę quondam magna Grẽcia dicebatur, laboriosissime peragrauit, vt q Athenis magister erat & potens, cuiusq; doctrinas Achademiæ Gymnasia personabant, & fierent peregrinus atque discipulus, mallens aliena uerecunde discere quam sua imprudenter ingerere. Deniq; cum litteras quasi toto orbe fugientes persequitur, captus piratis & uenundatus, ẽt tyrãno crudelissimo paruit, ductus captiuus vinctus & seruus, tamen quia philosophus maior ementе se fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem de vltimus Hispaniarum, Galliarũq; finibus quosdam venisse nobiles legim⁹ & cætera, ibi vide multa exempla Lactãtius. Magno & excellenti ingenio vir cum se doctrinæ penitus dedisset, quicquid laboris poterant impẽdi, contemptis omnibus & priuatis & publicis actionibus, ad inquirẽdæ veritatis studium contulerunt, æstimantes multo esse præclarius diuinarum humanarumq; rerum inuestigare ac scire rationẽ, quam struẽdis opibus, accumulandis honoribus inhærere, quibus rebus quoniam terrenę & fragiles sunt, & ad solius corporis pertinet cultũ nemo melior, nemo iustior effici potest. Erant quidem illi veritatis cognitione dignissimi, quam scire tantopere cupiuerunt, vt q; ita vt rebus omnibus eam anteponerent. Nã & abiecisse quosdã res familiares & renunciasse vnĩ uersis, voluptatibus constat, vt solam nudãq; virtutem nudiq; expediti sequerentur. Hęc Lactant. in principio de falsa religione.

Pythagoræ documentum

Italia quõdam magna Græciæ dicta est.

¶ *De multis quæ pertinent ad doctoratum in diuersis scientijs, & de pluribus defectibus de eorum & scholarium.* Capitu. 2.

AVgustinus de Anchona ĩ lib. de ptãte ecclesiastica dicit, q̃ magistrandus in theo-

legia tenetur scire humanas scientias. Et ratio est, quia cum magister in Theologia tenetur diuinam scripturam declarare intelligibiliter, docere eloquenter, & contra impugnātes defendere fideliter, & ad hæc tria plurimum valeant scientiæ humanæ Metaphisicæ scientiæ diffiniendi & diuidendi Rethoricę Ethicę, & Politicæ, ideo debet habere notitiā taliū, ita tamen q̄ non fiat in eis, sed in theologia finaliter. Et credibile est (vt ait Augu.) q̄ philosophi de litteris nostris habuerūt q̄cunq; bona & quæcūq, vera dixerūt. Cū ante literas gentis hebræorum doctrina fuit, in qua vnius Dei cultus emicuit, nec ipsæ Pythagoras fuit a cuius posteris Platonici Theologiam didicisse asseruntur. Et ideo si qua vera dixerunt tanquā ab iniustis possessoribus, accipenda sunt. Vnde & Cassio. ait qđ omnis splendor Rethoricæ eloquētiæ, omnes modi poeticę locutionis a diuinis scripturis sumpsit exordium. dist. 37. Legimus. §. Sed econtra. Vtile etiam est & congruum scire talem magistrum varias linguas, præcipue Hebraicā & Græcā pp infidelium conuersionem, & propter scripturæ sacræ pleniorem itellectionem. Magna enim sacramenta sunt in interpretationibus nominū præcipue Hæbraicorū, vt patet i expositione dictæ scripturę & p̄pter docētiū maiorē fructificationē. Vnde extrade magistris statuit q̄ in vrbe & quibusdā aliis locis habeantur docentes hmōi linguas.

§. 1. ¶ Ordinatio autem studiorum & præcipue in Theologia & canonico iure pertinet ad Papam. Vnde extra de magistris. c. 1. statuitur quod teneantur magistri in Theologia ad docendum Theologiam in ecclesijs Metropolitanis, & in c. super specula. de magistris mandatur, quod prælati ecclesiarū & capitula mittant aliquos dociles ad studendum in Theologia. Huius ratio quadruplex ē secūdū Aug. de Anch. in li. de potestate ecclesiastica, dicit enim quod fides Christiana, cuius Papa est caput & director, multis modis iuuatur & p̄mouetur per ordinationē studiorū. ¶ Primo in errorē vitatione. Non enim p̄nt errores vitari & reprobari nisi cognoscantur. Vnde ex defectu scientiæ prouenit colere multos deos. Vnde dicitur. Sap. 13. Non cognoscētes quis esset omnium artifex, sed aut ignem, aut aerē aut gyrum stellarū, aut aquā, aut solē, rectores orbis terrarum putauerunt. Secundo in vitiorum vitatione. Sicut enim vitiosi nō curantur, nisi per virtuosos, sic stulti quorum infinitus est numerus non curantur nisi per sapientes. Vnde scribitur. Sap. 6. quod multitudo sapientiū sanitas orbis terrarum est, & Rex sapiens stabilimētum populi. Plato ēt dicebat respublicas fore beatas si sapiētes eas gubernarēt, vel qui eas gubernant sapientiæ vacarent. ¶ Tertio in iudiciorū determinatione. Nō enim aliter iudicia iuste determinari possunt nisi per sapientum discussionem. Vnde & Salomoni dictum est 3. Re. 3. Quia postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium, ecce feci tibi secundū sermones tuos & dedi tibi cor sapiens & intelligens. ¶ Quarto in regni & populi dominatione. Nō enim possunt qui p̄sunt iuste dominari & imperari subditis, nisi vigeāt intellectu & scientia. Vnde scribitur Sap. 8. Per sapiētiam habebo claritatem ad turbas, & honores apud seniores & iuuenes. Disponam per ipsam populos, & nationes mihi erunt subditæ. Propter ista ergo facta est decretalis in concilio Lateran. & postea per Innoc. tertium confirmata, q̄uis male seruetur, modicum tamen vtile est bonos canones esse & eos non seruare. ¶ Vbi etiam notandum secundum eundem Aug. de Ancho. quod primum studium fuit ordinatum in Egypto, ibi nanq; gens sacerdotum, vacare dimissa est ad inuentionem scientiarum, vt dicit philosophus in 1. Metha. Fuit autem illa ordinatio studii circa scientias Mathematicas, quæ vt dicit Aug. de doctrina Christiana, vtiles sunt ad sacram Theologiā intelligendā, & si nō necesse. Et quamuis illi sacerdotes sacram scripturam ignorarēt, tamen ipsam figurabant & conditionem docentiū ea. Primo quidem, quia illarū scientiarum inuentores erāt sacerdotes, qui stipendia a communitate percipiebant, liberi a censu regali vel iudiciali existentes, secundum illud Gen. quadragesimo septimo. Subiecitq; Pharaoni Ioseph omnem terram Egypti præter terram sacerdotū qui a rege fuerat tradita eis. Secundo propter modum tradendi illas scientias, quia. s. tradiderunt illas scientias per quasdā similitudines & figuras quod est proprium Theologię, vnde dicit philosophus 1. Metha. illos theologizasse. e. o. s. qđ figuratiue & metaphorice locuti sunt. Qđ aūt sciāt magistri in Theologia sciētias seculares vel varias linguas & parū vel nihil sciāt vel studeāt scripturā sacrā, valde reprehēsibile & incongruū est. Paratus inquit princeps apostolorū, in prima canonica sua c. 3. reddere, rationem omni poscenti vos de ea fide & spe quæ in uobis est. Et Hiero. Sacerdotis est ad interrogatū respondere de lege, non ait de Philosophia vel Geometria, sed de lege scilicet Dei q̄ est in sa-

Magistrādus quid scire tenea tur.

Veritas philosophicavñ habeat veritatē.

Doctorā dū varias debere habere linguas.

Studia ad multa cōducere.

in sacra scriptura. Sed hodie clerici & religiosi non vacant nisi sophismatibus & formalitatibus & Metaphisicis vel sermonibus phaleratis Ciceronis. Et si canones vident non nisi de iudicialibus & vix aliquando dignantur aspicere sacras scripturas, textum sententiarum, librum decretorum, fundamenta iuris diuini & canonici, vt impleatur illud Apostoli. Semper discentes & nunquam ad scientiam perueni-
2. tit. 3. §. 2. entes.

An Theologus teneat scire canones.

¶ Quærit Augustinus de Ancho. in li. vbi sup. Vtrum magistrandus in Theologia teneatur scire ius canonicum. Et respondet q̃ distinctio vnius scientiæ ab alia non accipitur penes rem quæ cognoscitur, sed penes diuersum modum sciendi. Vnde penes diuersum modũ considerandi Philosophus 6. Metha. posuit distionem scientiarũ. Illa ergo eadem quæ tractantur in theologia, recipiuntur in iure canonico & quæ respuuntur ibi respuuntur & hic, vt dist. 15. c. Sancta Romana. Differunt autem Theologia & scia canonica in modo considerandi quantum ad quinq;. ¶ Primo quidem, quia a Theologia determinantur ille materiæ de diuinis sacramentis & aliis ac moribus fidelium modo subtili, & quasi propter quid, eo tamen modo quo in Theologia assignari potest propter quid, in iure autem canonico modo grosso & positiuo & solum quia. ¶ Secundo quia illa determinantur a Theologo principaliter propter veritatis contemplationem a canonistis principaliter p̃ actionem & quæstionum occurrentiũ solutionem. ¶ Tertio quia a Theologis determinatur principaliter de cultu Dei, & de his quæ spectant ad integritatem fidei vnius Dei, a canonistis magis de ministrorum ordine & ecclesiasticorũ negociorum spectantium ad talem cultum. ¶ Quarto quia a Theologia determinãtur canones qualiter piis opitulentur etiam defendantur contra impios. In iure canonico qũo opitulentur piis & defendãtur contra impios. ¶ Quinto quia a Theologo determinant magis vniuersaliter & in foro cõscientiæ in quo agitur causa inter Deum, & hominem, a canonistis vero magis particulariter applicando ad particularia negocia in foro exteriori iudicii, in quo agitur causa inter hominem & hominem. Et quia sermones vniuersales in materia morali parũ sunt vtiles, vt dicitur. i. Ethicorum, ideo puto quòd prouida ordinatio esset, vt dignus magistrari in Theologia post lecturam libri sententiarũ, teneret legere librũ decretorũ, quatenus magis tritus & expertus assumeretur in his quæ sunt necessaria ad consulendũ saluti animarum. Hæc ille. Ex quibus elici pot rñsio q̃ nõ tenetur de necessitate, sed de congruitate. Est n. scia canonica quædam practica Theologia. Sed contemplatio Dei ad quam ordinatur Theologia tanq̃ ad finem, acquiri non potest vere & vtiliter, nisi per charitatem & virtuosa opera, & obseruationem mandatorum quæ pertinent ad practicam. Sicut autem Theologia non respuit scientias humanas, quæ plurib⁹, erroribus admixtæ sunt, ita & ius canonicum non respuit terreni imperii leges quæ minus erroris habent quã scientiæ seculares. Vnde sicut magistrandus in Theologia debet prius scire scientias humanas vt clarius, & subtilius possit intelligere sacrã scripturam, sic multo magis debet scire sanctorũ canones vt melius & fructuosius possit consulere saluti animarum. Not. etiam q̃ licet Tho. in quodlibet. 3. q. 4. arg. 1. teneat esse licitum procurare magisterium si aliàs sit idoneus & ad bonum finem quærat hoc & debito modo, sed prælaturam etsi aliàs idoneus & ad bonum finem nunq̃ licitum esse, prout habes de hoc diffuse in 2. part. tit. 3. c. de ambitione, Aug. tũ de Ancho. vbi sup. tenet non esse licitũ, ẽt si aliàs sit idoneus ad magisterium. Quod si verum est pec carent qui admitterẽt tales. Sed durus est hic sermo condemnare tot & tantos, sed certo certius est nõ esse absq; graui peccato qui admittunt ad hmõi indoctos & ineptos. Vnde præmittitur vigorosum examen per lectionẽ aliquam & disputationem in qua ad argumenta habet rñdere. Et exinde ab his qui sunt de collegio habet per schedulas approbari vel reprobari ꝑm maiorem partem eorũ. Et per cancellarium seu vicecancellariũ studij datur sibi licentia recipiendi doctoratũ vel in Theologia, vel in iure, vel in philosophia, vel Medicina, & ptãs cathedrã tenendi, legendi in studiis, disputãdi publice interpretãdi, glosandi, & alia hmõi. Deinde ipsæ doctorandus post aliquẽ sermonẽ per eum factũ ad commendationem illius facultatis petit ab vno promotorũ suorũ quẽ noiat ibi existentem dari sibi insignia doctoratus. Et ille surgens post cõmendationem illius sciæ in qua debet doctorari & cõmendationẽ doctorandi dat sibi insignia, videlicet primo librũ clausum, vt habeat in mẽte clausam & habituatã sciam, & teneat clausam indignis & quoad ea q̃ non expedit manifestare. Secundo dat sibi librũ apertum, vt doceat alios & manifestet. Tertio dat sibi anulum desponsando talem sciam. Quarto birretũ in signũ aureolæ seu prẽmii. Quinto oscula pacis.

Theologiã a iure canonico penes qnque differt.

Solutio quæst.

Notabilis q̃stio.

¶Quęritur etiam quid sit magis expediens an insistere scientiæ Theologię, puta docẽdo vel legendo alijs, aut intendere saluti animarum? Ad quod respondet Thom. in quodlib. 1. q. 7. argu. 2. quòd hæc duo adinuicem comparari debent dupliciter: Vno modo absolute. Alio modo in aliquo casu. Et prima quidem consideratione melius est seu magis expediens insistere scientiæ Theologiæ quàm intendere saluti particulari animarum, puta sacramenta ministrando, vt baptizando & confessiones audiendo & hmõi, quod probatur exemplũ. Nam in ædificio aliquo melior est qui disponit de ędificio, & dicitur architector, quam aliquis manualis qui opere exequitur secundum quod ei ab alio disponitur. Vnde in ędificijs construendis maiori mercede conducitur qui de ædificio disponit, quamuis nihil operetur manibus quam manuales artifices qui dolant ligna & incidunt lapides. In ędificio autem spirituali sunt quasi manuales operarij qui particulariter insistunt curæ animarum, puta sacramenta ministrando, vel aliqd huiusmodi particulariter agendo, sed quasi principales artifices sunt episcopi qui imperant & disponunt qualiter prædicti officium suum exequi debeant propter quod episcopi, ideſt superintendentes dicuntur. Et similiter Theologiæ doctores sunt quasi principales artifices qui inquirunt & docent qualiter alij debent salutem animarũ procurare. Simpliciter ergo melius est docere sacramenta scripturæ & magis meritorium, si bona intentione agatur, quam impendere particularẽ curã saluti huiusmodi vel illius. Vnde & Apostolus de se dicit 1. Cor. 1. Non misit me dominus baptizare, sed euangelizare, quauis baptizare sit opus maxime cõferens saluti animarum. Et 2. Titu. 2. ait Apostolus. Commenda hoc fidelibus qui idonei sunt & alios docere. Ipsa enim ratio dictat quòd melius est erudire de pertinentibus ad salutem qui in se & in alijs possint proficere, quàm simplices qui in se tm̃ possunt proficere. Secundo secundum secundam considerationem, i. in aliquo casu necessitate imminente habent epi & doctores intermisso proprio officio particulariter intendere saluti animarum. Debent ergo rectores ecclesiarum non solum habere competentem scientiam litterarum, sed etiam temporalium negociorum solertiam, vt eorum cautela ecclesię seruentur indemnes. dist. 39. per totum Et licèt quis pp horum simplicitatem repellatur ab obtinendo beneficio, non tñ deijcitur ab obtento, sed datur ei coadiutor, vt patet 7. q. 1. Cor. frater, extra de elect. c. Cum in cunctis. Secus autem in litteratura, quia si non habet competentem potest remoueri.

Solutio.

¶Quæritur insuper quæ sit dignior scientia medicina vel scientia iuris. Ad quod respondet Aug. de Ancho. vbi sup. Vnam scientiam esse digniorem alia contingit tripliciter. §. 4.

¶Primo ex parte rei consideratæ.

¶Secundo ex parte modi considerandi.

¶Tertio ex parte finis ad quem ordinatur.

¶Et primo mõ. s. ex parte rei consideratę Metaphisice est dignior omni alia cũ eius subiectum sit ens inquantũ ens. Ex parte vero modi cõsiderandi Mathematica est dignior Naturali philosophia, cũ modo abstractiori consideret. Ex parte vero finis architectomaticæ digniores sunt subseruiẽtibus sicut militaris est dignior frenifactiua. Scia ergo medicinæ est dignior aliis scientiis practicis, cum sit de corpore sano ęgro & neutro, qđ corpus est organum aiæ & oĩum actuum humanorum. Ex parte vero finis dignior vr̃ scientia legalis vel militaris, cum ordinetur ad conseruationem boni publici, qđ prę fertur bono cuiuslibet particularis personæ. Sed ex parte modi considerandi vel incertitudine tradendi vñr se habere sicut excedentia & excessa, quia sicut regula medicinalis varianda est varietate cõplexionũ, sic regula iurisperitorũ varianda est ex varietate conditionũ populi, vt di. Aug. de libero arbitrio. ¶Cũ ergo scia medicinæ & iuris se habeant sicut excedentia & excessa & vtraq; a Deo sit. Nã de medicina scriptum est eccli. 38. Altissimus de terra creauit medicinam, & vim prudens nõ abhorrebit. Et de iure seu legibus dr̃ Prouer. 8. per diuinam sapientiam. Per me legũ conditores iusta decernunt. Et vtraq; est satis necessaria hoĩbus. Medicina ad sanationem corporum. Iura ad pacificum hoĩum conuictum, vt dr̃ dist. 4. c. factæ sunt leges & vtriusq; peritus multum ab hoĩbus honoratur. Vnde dicit Eccl. 38. de medico. Disciplina. i. doctrina & experimentũ eius per eam exaltabit caput illius, & in cõspectu magnatorum collaudabitur. Et de iure, quo exercetur iustitia hr̃. Sap. 8 Per hanc habebo claritatem ad turbas. s. iustitiam legis seruatã & honorem apud seniores. Ideo debent iurisperiti & medici seruare illud Apostoli. Honorẽ inuicem prænenientes. Ro. 12. & non alter alterum contẽnere & deridere. Iurisperiti appellantes medicos obstetrices, & medici iurisperitos nuncupantes boues & asinos tanq̃ grossam sciam eorũ reputantes. Scia aũt iuris positiui, cũ diuidatur in canoniçũ & ciuile, nulli dubium

dubium scientiam canonū digniorem & vtiliorem esse scientia iuris ciuilis. Vnde & Imperator dicit, quod sacræ leges non dedignātur seq sacros canones, quod etiā firmat Gratia. dist. 10. per totum, ostendens q vbi leges sint contrariæ sacris canonibus nullius sunt momenti. Ius canonicum principalius respicit & dirigit spiritualia. Ius autem ciuile temporalia respicit & dirigit.

§. 5. ¶Quæritur vtrum magistri scholarum possint scholaribus collectam imponere vel exigere, vt per festo celebrādo vel non celebrando pecuniam exigent? Respon. secūdum Hosti. Si magistro est annexum sufficiens beneficium vt præbenda aliqualis sufficiens salariū publicum, non licet ei exigere, alias simoniā committeret, quia venderet obsequium spirituale, quod ex officio suo tenetur facere exquo ei prouidetur, extra de symo. c. nemo. 1. q. 3. vendentes, & c. non solum, sed tamē sponte oblata recipere pōt 1. q. 2. sicut episcopum. Si vero non sit annexum tale beneficium vel salarium aut si non sufficiat ei ad competentem victum, potest accipere collectam pro laboribus. ar. 12. q. 2. charitatē. Et videtur Hosti. innuere quod non solum ab extraneis, sed etiam a clericis ecclesiæ possit exigere, non tamen debet exigere a paupere, cū ipsæ potius debeat paupertati subuenire. Sed & talis exactio secundum Guil. non debet esse coactoria, vt quod nisi soluant expellat eos de scholis, aut quod accipiat libros vel res eorum, sed potius inopiam suā eis exponendo. Hæc omnia intelligenda sunt si magister est sufficiens, quod si insufficiens est & officium docendi assumit, non est ei prouidēdum ex debito, sed culpæ suæ imputet. ff. ad l. Aquil. idē iuris. Si vero sufficiens est & non habet prouisionem etiam si diues est, pōta diuitibus licite accipere, quia non tenetur eis gratis seruire Satis concor. Innoc. Ray. & Guil. Istam etiam materiam diffuse tractat glo. super c. de quibusdam dist. 37. & post multa art. pro & contra. Demum concludit Ioan. quod tūc magister faciet collectam, cum ei sua plenissime non sufficiunt, vt. 10. q. 3. priscis, & 12. q. 1 episcopus & subdit Bar. Brix. Ego credo quicquid dicat Ioan. quod magister facere, collectam potest procurari sibi, etiam si abūdet, quia & episcopus cum visitat ecclesiam vel consecrat, recipit procurationem etiam si abundet, vt de cen. c. cum apostolus & c. sopite. Nec hoc est vendere scientiam, quę vendi nō pōt cum sit res spiritualis, sed p labore suo promittit sibi præmiū seu salariū, hoc est locare opera. Sicut et licet aduocato exigere stipendiū p patrocinio suo, & iurisconsulto pro cōsilio suo, vt dicit Aug. 11. q. 3. non licet. Et prædicator non dicitur vēdere prædicationē suam, & tamen petere pōt sustentationem suā. Hæc oia intelligēda sunt cū magro nō est aliter puisum de p̄benda, vel de sufficienti salario pro labore suo. Nam si prouisum esset sufficiēter, tūc exigendo reputaret symoniacū, & hoc coīter tenetur. Itē nota qđ si magister festum alicuius sancti quod debecolēdum est non vult concedere ad celebrandum nisi data sibi pecunia secundum Ray. symoniam cōmittit, qa vendit quod spirituale est ad quod tenetur, & eodē modo si festū nō colendum ipsæ vult festare nec vult legere nisi data sibi pecunia, vt 1. q. 3. vendentes.

Recta scholariū an possit collectā in ponere.

¶De licentia docendi vtrum possit aliquid exigi pro ea vel solui, aut etiam pro licentia eundi ad studiū, aut etiā p substituendo aliū in locū sui in docēdo. Et videtur quod non. Nam hoc expręsse dicit titulus de magistris, &c. 1. hoc expręsse prohibet, ne pro licentia docēdi aliquid exigat, quinimmo in c. prohibeas eo. tit. mandat solutū pro tali licentia debere restitui & promissum remitti. Quamuis n. in hoc nō cōmittatur symonia, quia non venditur spūale vel spūali annexū, ibi tn est virtū concussionis. ¶Circa huius materiæ declarationē distinguēdum videt de licentia docendi, quia dupliciter sumitur. Vno modo in speciali pro ipsa actualitate docendi, puta cū conducit quis ab aliqua vniuersitate ad legēdum in aliqua facultate, vel ad hoc beneficiū seu præbēdā recipit vel ex se, tn ante inchoationem lecturæ oportet accipere licentiam a rectore illius vniuersitatis, vel cancellario vel aliis ex statuto vel consuetudine loci. Et pro tali licentia prohibetur aliquid exigi vel recipi. Et de hoc videtur intelligendum quod dicitur eo. tit. c. 1. videlicet pro licentia docēdi nullus præcium exigat, vel subobtētu alicuius consuetudinis ab eis qui docēt aliquid quęrat, nec docere quemq; qui sit idoneus petita licētia interdicat & taliter exactū mādatur restitui in c. eo. tit. Et ad hoc facit q notat. Io. And. super c. quanto, vbi dicit q illud fuit impetratū. s. q non exigatur aliqd a docente cōtra cancellarium Parisiensem, qui a quolibet docēte vnā marcham exigebat Vincen. Alio modo pōt intelligi licentia docendi ipsa dignitas magisterii qua dat facultas alicui in generali vt possit legere publice interpretari & glosare. Et hoc fit in doctoratione alicuius in aliqua facultate Et pro tali li-

§. 6.

cētia docē di aliquid accipere vel exigere nō videt prohibitū, quia per dictum c. cum con suetudo, quæ est optima legum interpres, vbi que habeat contrarium. Nam in doctoratione alicuius qui est cācellarius exigit & recipit octo florenos vel plures, & examinatores præsentes duos florēos nec aliter doctorarēt nisi illa solueret, nec adhuc legi reprehendē tem talem exactionē. Et pōt esse ratio diuersitatis quia pro ista licentia generali seu doctō ratione licet exigere & non pro prima, quia ista non ordinātur ad actualitatē legendi. Vnde scientia communicatur, sed ad quandam dignitatē in cuius collatione. s. magisterii & talis licētiæ, ponitur spacium tēporis pro quo aliis tunc illi nō pnt vacare, & exercitium laboris, quia præsentes habēt studere p arguendo & qui confert gradum vel dat licentiam habet sermocinari rōne officii, vt quia cācellarius pōt habere laborare p directione vniuersitatis & defensiōe. Et sic fit in sumptus officii non in modum præcii. Sed prima licentia ordinatur ad cōmunicationē ipsius scientiæ, & nullus ibi labor vel exercitium vel tps ponitur. Si aūt distinctio ista non placet, sed sub licentia docendi intelligatur & specialis & generalis quæ datur in doctoratu, tunc oportet dicere vel. ista. c. illius tit. esse abrogata per contrariā cōsuetudinem vbiq; seruatam, quam & timorati viri secuti sunt, vel q vbique corruptela est & transgressio illorum canonum, quod durum est tantam multitudinem condemnare. Nec tamen eo casu uertetur turpitudo ex parte soluentis has quotas licentianti & examinātibus, quia ex quo idoneus est ad legendum redimit vexatione suā, extra de symo. c. dilectus, secundum Gof fre. & Host. Et quia interest examinationi re
§ 7. cipit quasi pro labore suo. 12. q. 2. charitatē.

¶ Nota quod Card. Floren. tractans istā materiam inducit aliquos doctores dicētes illici tam dationē talem & symoniacam vel turpe lucrum, quod ipsę non tenet, sed licitam esse ratione laboris, & allegat Petrum de Anchona hoc tenentem. Itē nota q; si prælatus, non vult dare licentiam alicui clerico eundi ad studium, nisi data sibi pecunia secundum aliquos symonia est. Nā ipsa licētia spiritualis est & spirituali cōpetit potestati, extra de symonia. c. tua nos, sed secundū Inno. nō est symonia, sed turpe lucrum, nam induxit ius, quia forte non habebat. & contradicit ei qđ no. eod. tit. c. penult. hęc Ioan. And. Item nota q; si ille q. habet potestatem concedendi licentiam docendi vult legere in persona propria, nō potest alteri licentiam denegare vel eum impedire, etiā si ipse sit valde idoneus secundum Host. Et ratio est, quia hoc est in preiudicium auditorum, cum sæpe quis habeat gratiam discendi ab vno & non ab alio. Vnde & Quintil. ait scientia coalescere nequit nisi sociata fuerit tradentis accipientisq; concordia. Itē cum quæritur vtrum aliquis obtenta licentia legendi velit alium substituere sibi nunquid a substituto pōt recipere expensas quas fecit in conuiuiis & hmōi? Respondet Guil. q; si est consuetudo loci quod possit alium substituere, tunc ab alio potest recipere expensas factas, quasi loco interesse dum tamē ille doceat nomine eius. Si aūt totum ius suum transfert in substitutum, nō debet aliquid recipere etiam pro interesse, nec potest etiam in primo casu pacisci cum substituto de certa portione emolumenti re
cipiendi, & multo minus in secundo casu. § 8.

¶ De monachis vel mendicantibus fratribus magistrandis, & clericis docētibus vel studētibus in Theologia, vel etiam aliis scientiis, quibus immunitatibus gaudeant. Et primo quęritur, vtrum monachus vel de ordine mēdicantium possit & debeat in magistrum assumi, & videtur quod non, quia vocem plangentis habet non docentis secundum Hiero. 16. q. 1. monachus. Sed contra idem Hiero. dicit. Multo tempore disce quod postea alios doceas 16. q. 1. sic viue. Item si religiosus idoneus est præ cęteris, quia eminentis scientię & sanctissimæ vitæ, nunquid non est melius talem in cathedra ponere q̄ minus honestum non ita litteratum clericum secularem, & maxime cum tales communiter gratis doceant, & ex hoc releuentur ecclesię? Respondet Aluarus li. de planctu ecclesiæ, si talis alii geret, sicut communiter hodie faciunt prædicatores & minores & alii mendicantes, & nedum hoc in ordine procurantes, sed per secu lares potentes prælatos & cardinales ecclesię hoc magisterium procurantes, repellatur vt indignus & ambitiosus 1. q. 6. sicut & 8. q. 1. in scripturis. Aut a suo superiori mittitur, & ab illo ad quem pertinet licentiatur, & sic est admittēdus vt 16. q. 1. moderamine & c. sūt nonnulli, dum tamen abstineant a scientiis prohibitis, de quibus scientiis. s. legibus & Phisica, vt est Medicina, alias hoc eis concessum videtur extra de præsum. c. nonne, maxime in Theologia ad quam omnes indistincte admittendi sunt, tam seculares q̄ religiosi, hoc etiam requirit salus animarum & publica vtilitas quæ prę ferenda est priuate. Et

in hoc

in hoc debet obedire monachus abbati, & similiter religiosus suo superiori, nisi esset multum ineptus & ignorans secundū Hosti. Et subdit idem Aluarus. Ego nūquam vidi aut audiui in aliquo ordine iniunctam alicui religioso talem obedientiam veram per prelatum. Nam nō cum obedientia sed extorta & procurata & frequenter empta licentia, currunt quidam religiosi cū loculis suis pro magisterio & lectoratu. Tanta est ambitio quorundam tota die. Ad dictum Hiero. suprapositum pōt respōderi q̄ monachus inquantū monachus. i. secundū illū statum præcise nō habet docere sed lugere. Sed si ad altiorē statum vocatus fuerit, vt ad regendū vel legendum, tunc habet etiam docere. Itē nota q̄ in c. super specula. eo. ti. statuitur q̄ docentes in Theologica facultate, dum in scholis docuerint, & similiter studentes in Theologia, dum in scholis studuerint p̄ anos quinq; recipiūt integre prouentus præbendarū & suorū beneficiorum, non obstante quacunq; consuetudine vel statuto in contrarium. Et nota q̄ loquitur tātū de doctoribus & studētibus in Theologia. Et hoc intelligendū in studio generali non speciali alicuius villæ vel castri, & de licētia prælatorum suorum, extra de cle. non resi. c. tuæ. & c. relatum. ¶ Itē epi pōt dispēsare q̄ q̄ obtinent ecclesias parrochiales insistendo studio, nec fit distinctio magis de Theologia q̄ de aliis scientiis, non teneant promoueri infra annum, nisi ad subdiaconatū, ad quē nisi sint promoti infra dictū tempus sunt priuati. Ad sacerdotium aūt non tenentur promoueri vsq; ad septēniū, & interim prouideatur ecclesiæ per vicariū & elapso septennio si primo anno nō faciet se ad sacerdotiū p̄moueri, ipsa ecclesia priuatur, extra de elec. c. cum ex eo. lib. 6. Audire tamē leges in scholis vel medicinā, nō solum religioso (vt dictū
ti. 24. c. 52. est) sed etiam & sacerdotibus secularibus & aliis habētibus ecclesiasticas dignitates prohibitum est sub pena excommunicationis, de qua vide infra in tit. de excommunicatione. Itē in c. super specula, de magistris dicitur, q̄ prelati & capitula debēt aliquos habiles mittere ad studium Theologiæ, qui postmodum aleāt alios erudere, quibus si proprii obuentus ecclesiæ non sufficiunt ipsi prelati & capitula necessaria ministrabunt. Et secundū Inn. non solum episcopi sed et inferiores prælati possunt dare talē licentiā eundi ad studium seu ad scholas, q̄ si episcopus vel alii prælati malitiose differant dare talem licentiā, potest secundum Host. peti a superiori. ¶ Itē religiosus qui accedit ad studia sine licētia sui p̄ lati & maioris partis capituli est excommunicatus, & doctor q̄ docet tales sciēter in scholis, vel qui temere dimiserunt habitū religionis, vel religiosos & clericos quibus est prohibitum, vt dictum est leges vel phisicam. i. Medicinam est excommunicatus, extra ne cle. vel mo. vt periculosa. lib. 6.

¶ De opinionibus contrariis magistrorum. §. 9.

Vtrum auditores diuersorum magistrorū tenentiū diuersas opiniones excusentur a peccato si opiniones suorum tenent quādo non sunt bonæ. Respōdet beatus Tho. in quodli. 3. q. 4. c. 2. Si diuerse opiniones doctorū sacrę scripturę nō sūt cōtra fidē vel bonos mores, absq; periculo auditores vtranq; opinionē se q̄ possunt. Sicut varia fuit opinio inter Augu. & Hiero. de obseruatione legaliū ante diuulgationē euāgelii & de simulatione Petri circa illa legalia & hmōi habent locū, quod ait Apostolus Roma. 14. Vnusquisq; in suo sensu abundet. In illis vero quæ pertinent ad fidem vel bonos mores nullus excusatur si sequatur erroneam opinionem magistri alicuius. In talibus enim ignorantia non excusat, alioquin immunes a peccato fuissent qui secuti sunt opinionem Arrii & Nestorii & aliorum hæresiarcharum. Nec possunt excusationem habere p̄ simplicitatem si in talibus opinionibus opinionem erroneam sequantur. In talibus enim dubiis non est de facili præstandus assensus, si potius (vt dicit Aug. in 3. de doctrina Christiana) cōsulere quis debet regulam fidei, quā de scripturarū plenioribus locis & ecclesię auctoritate perceperit. Qui. n. assentit opinioni alicuius magistri cōtra manifestum scripturę testimonium siue contra id q̄ publice tenet secundū ecclesiæ auctoritatē nō pōt vitio erroris excusari. Cōcor. Monal. Guil. & Host. Aliqua sūt q̄ aliq̄n fuerunt in varia opinione doctorū, anteq̄ p̄ ecclesiam fieret determinatio, & p̄ illo tempore potuerunt excusari, q̄ unā vel cōtrariā tenebāt. Sed postquā determinatū ē p̄ ecclesiā & firmata altera earū hæreticū esset contrariū sentire. Exemplum de paupertate Christi ante Papam Ioan. 23. erant uariæ & contrariæ opiniones. Vtrum Christus cum Apostolis habuerit aliquid in cōmuni mobiliū. Sed determinatum fuit p̄ ipsum Papā. Io. 22. immo p̄ ecclesiā q̄ habuit, vt patet Io. 13. c. & 12. q. 1. habebat, dns loculos, ita q̄ qui contrarium assereret, p̄tinaciter hæreticus haberet. Nō ergo excusant simplices mulierculæ quę docent & nutriunt in illo errore ab hæreticis seu Fraticellis.

Difert Aug. a Hiero.

Christi aliquid habuisse.

lis de opinione, quin damnationem animæ incurrant. Et addit Hosti. q. cum sint diuersa iura & opiniones. s. non cõtra Deũ vel bonos mores, humanior sniа est præferenda. s. cæteris paribus, extra de transac. c. fi. alias stãdum est ei quę meliori inniititur rationi. dist. 20. §. 1. extra de feriis. c. capellanus. Adde etiam qđ in his quẽ concernunt forum conscientiæ in dubiis tutior via est eligenda, extra de spon. c. inuenis nec tamen de facili contraria opinio condemnanda.

Viã tutiorẽtenendum in dubijs.

§. 10. ¶ De vitiis quę reperiuntur vltra cõia specialiter in doctoribus & scholaribus, & superbia interiori & lasciuia & immodestia exteriori dictũ est supra in primis. §. quatuor. Ponit ẽt Aluarus in li. de planctu ecclesiæ plures alios. ¶ Et primo quidem quia cum sint indocti & minus sufficientes faciunt se per prẽces & alia munuscula promoueri in magistros, extra de magistris, c. quanto. Et cũ vocantur ad examen aliorũ admittunt ineptos & ignorantes ad magisterium. ¶ Secundo quia despiciũt sufficientes subditos cathedrari zelo inuidiæ ducti, & iactantia pleni, alios contemnunt, & eorum dicta irrationabiliter reprobant, contra illud Ambro. Veritatis ea regula est vt nil facias cõmendandi tui causa quo minor alius fiat, ne quid boni operis habeas id ad deformationem alterius & vituperationem exerceas. 11. q. 3. si quis. Hinc & Grego. Habet hoc proprium doctrina arrogantium vt humiliter nesciant inferre quod docent. dist. 46. c. 1. ¶ Tertio quia despiciunt simplices qui magis norunt vitia morum vitare q̃ verborum, contra illud. Aug. 38. dist. sedulo. ¶ Quarto quia docent inutilia vana & aliqñ falsa, quod periculosissimum est in doctrina fidei & morũ, quod prẽcipue pertinet ad magistros in theologia hi sunt fontes sine aqua & nebulæ turbinibus agitatæ, quibus caligo tenebrarũ seruatur, vt scribitur iudi. 1. c. quos figuratos in Balaã Asina. i. simplices arguunt 2. q. 7. secuti sunt. ¶ Quinto quia sunt canes muti non valentes latrare, vt inuehitur contra eos. Esa. 56. c. vendentes vitia populorum & dominorum, ne displiceant eis tacent cum arguere deberent saltem secreto, quod aliqñ etiam omittunt, quia sunt ipsi similib. inoluti. 3. q. 7. in grauibus. Et in 4. sent. dicunt docto. q. peccat mortaliter legẽs publice in theologia, si est permanens in notorio mortali. ¶ Sexto com retinent in scholis suis excõmunicatos, vel non reprehendunt scholares discholos, & turpitudines publice exercentes debẽt enim cum scientia mores imprimere.

Regula notabilis.

¶ Septimo cum ex auaritia exigunt salariati, sufficienter vltra debitum vel pauperes docere nolunt, nisi cum penuria vt pro festinãdo vel non festinando pecuniã volunt, vel omittunt legere cum debent aliis vacãtes vel minus diligenter faciunt. ¶ Octauo cũ conant dicere subtilia non vtilia vt videantur ab hominibus & vocentur rabbi, quod præcipue in magistris theologiæ reprehensibile est. Et prę cipue in hoc offendunt inquit præfatus Aluarus magistri Parisien. & in Anglia & in Oxonia tuam seculares q̃ religiosi, tam prędicatores quam minores & alii quorum aliquorum arrogantia inexplicabilis est in quorum scholis non Prophetæ, non Moysi lex sancta, non Christi sapientia patris non euangelium. i. nõ doctrina Apostolorum, non sanctorum Doctorum audiuntur, sed Reboat philosophus idolatra & commentator eiusdem cum cæteris liberaliũ artiũ pedagogis, adeo q̃ in scholis theologiæ nõ sermo facer, sed philosophia legatur, immo nec iam textum sententiarum legunt doctores in scholis & baccalarii, sed ad quæstiones properant curiosas vt ad litteram non appareant, nonne existant contra canonem. 37. distin. c. 1. contra quos dicit Hiero. dist. eadem. Nonne vobis videtur in vanitate sensus & obscuritatẽ mentis ingredi qui diebus ac noctibus ĩ dialectica arte torquet &c. Hinc & Apostolus doctor Seraphicus ad col. 2. ait. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum secundum elementa mundi & non secundum Christum. De istis magistris quorum studium est legere & disputare & commenta curiosa facere, de pœnitentia non curare carnaliter viuere & honores appetere, conquæritur Grægo. dist. 49. hinc etenim dicens. Lippus est quidem cuius ingenium ad cognitionem veritatis emicat sed tamen huic carnalia opera obscurant, qui quidem Lippus reprobatur a Deo in ministerio suo in veteri testamento.

Taxatur in Theologia curiositas lectoris.

§. 11. ¶ De vitiis scholariũ ponit Aluarus hæc inter alia in eis reperiri. ¶ Primo quidem quia aliqñ volunt esse supra magistros suos impugnantes eorum dicta, cum quadam proteruia magisquàm ex ratione, cum tñ dicatur Luc. 6. Non est discipulus super magistrum. 6. q. j. sacerdotes. ¶ Secundo quia volunt fieri magistri qui discipuli legitimi non fuerunt. 37. di. relatum. ¶ Tertio vadunt ad scholas & discere negligunt vel contemnunt nec studio vacant & talis magis membrum diaboli quàm Christi est dis. 39. nullus. Et tales qui vadunt

ad stu-

ad ſtudium, & non ſtudent nō videntur cum tuta cōſcientia gaudere priuilegio fructuum beneficiorum in ſtudio. extra de magiſtris.c.j. Et ſi recipiunt tenentur ad reſtitutionem, qa fraudulenter eosrecipiunt quod ſatis apparet ex eoquod dicitur.c.fi.de magiſtris. ¶Quarto quia frequenter diſcunt ea quæ melius eſſet neſcire quam ſcire.diſt.38.quāuisvt ſcientias prohibitas, & amatoria verba & ſuperſtitiones. ¶Quinto quia in obſcuris ad ſeipſos recurrūt dimiſſa ſcriptura vel canonica ſcientia q̄ neſciunt, & ideo magiſtri erroris fiunt. Erubeſcunt enim ab aliis inquirere quod per ſe neſciunt quod eſt ſtultum diſt.22.de Conſtantinopolitana. ¶Sexto defraudant magiſtros ſalariis debitis cū ſoluere valeant, vnde ad reſtitutionem tenentur, quia eccleſiaſticis vtilitatibus deſeruientē eccleſiaſtica oportet remuneratione gaudere ait. Grego. 12.q.2.c. eccleſiaſticis.¶Septimo quia habent in ſe malas & turpes ſocietates aſſociantes alter alterum,ad mala. Et cum iacent in ſcholis turpitudines aliqñ operantur, ſuper quo magiſtri eorum debent prouidere & obuiare quantum vt dictum eſt ſupra diſtin.83.error. ¶Octauo quia ſunt inobediētes magiſtris & rectoribus vniuerſitatum & tranſgrediuntur aliquando ſtatuta quæ iurant ſeruare & aliquando contendunt & reſiſtunt eis,qui & verberibus virgarum ſubiiciendi ſunt qui modus coartionis & a magiſtris artium liberaliū & ab ipſis parentibus circa clericos exhibetur, exēplum de rapto in archiepiſcopum. ¶Nono in feſtiuitatibus non vadunt ad eccleſias ad audiendum diuina officia & prædicationes, & permaxime miſſam integram ad quam omnes Chriſtiani tenentur. De conſec.diſt.1.miſſas. ſed diſcurrunt per ciuitatem cum ſociis, vel intrant ad lectiones in ſcholis vel ſcribunt re collectas in domibus. Aut ſi ad eccleſias vadunt non ob diuina,ſed ad videndum mulieres vel fabulandum contra illud de immunit. eccl.c.decet domum.lib.6.¶Decimo quia faciunt ſimultates & partialitates & combiblias in eligendo rectorem vel procurando doctores conduci, non ſm vtilitatē ſcholarium, ſed ſecundum ſuas affectiones,aliquando ad hęc muneribus allecti & obſequis emulantes pro ſuis magiſtris, & aliquādo ſubtrahentes ſcholares ab aliis doctoribus, & perſuadentes ad ſuos accedere,non pp vtilitatem ſcholarium. Et qūo iſti teneantur ad ſatisfactionē habes. in 2.part.tit.2. ¶Vndecimo ſi ſunt clerici curati, ſed cum vadunt ad ſtudia nō dimittunt in eccleſiis vicarios bonos & ſufficientes, per quos diligenter cura animarum exerceatur, extra de ele. cum ex eo. lib.6.vel audiunt lectiones ſcientiarum prohibitarum & legales & hmōi. ¶Duodecimo cū expenſas quas habent a parentibus vel eccleſiis ſuis expendūt in tabernis conuiuiis laudis & aliis ſuperfluitatibus, & ſic vacui reuertuntur ad ſuos, ſine ſcientia, conſcientia, & pecunia, contra quos poteſt inuehi illud Hierony. Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed bene vixiſſe laudabile eſt 12. q.2.gloria ſic non Pariſius vel Bononiæ ſtuduiſſe, ſed diligenter, laudem meretur. ¶Tertiodecimo quia debita cōtrahunt & recedunt de ſtudio aliquando debitis non ſolutis propter quod excommunicantur, & nō curant,ſed abſolui non poſſunt,de regulis iuris,peccatum. lib.6.

¶Reprehenſibilia circa ſtudium ſecundum Vmbertum in expoſitione regulæ b.Aug.pñt eſſe iſta. §.12. ¶Primo cum quis quærit ſcire incomprehenſibilia quæ nec per rationes philoſophicas nec per ſcripturas ſacras intelligi clarę pñt vt de myſterio Trinitatis vel de ſacramento euchariſtiæ, vel de prędeſtinatione vel ſcientia ſui vel aliorum, contra illud Ro. 11.c.O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei,quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius &c. ¶Secūdo inueſtigande quę ſunt ſupra capacitatem ſuam & in ſe intelligibilia vt ſpeculatiua,cum non ſit horum capax contra illud Eccle.3.cap. Altiora te ne quæſieris. ¶Tertio addiſcendo curioſa & ſubtilia & minus vtilia,contra illud Eſaiæ 48.c. Ego dominus docens te vtilia. ¶Quarto quærendo & vacando nouis inuentionibus dimittēdo determinationem bonorum antiquorum ſecundum illud Apoſtoli 2.Thimo.4. Erit tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus. Et a veritate quidem auditum auertent,ad fabulas autem conuertentur, de quorum numero erant Atheniēſes qui ad nil aliud vacabant niſi vt aliquid noui diſcerent vel audirent.Act.17.cap. ¶Quinto in pluribus facultatibus ſtudendo modo in philoſophia, modo in medicina, modo in theologia in iure ſtudendo, & in nullo proficiunt, ſm illud 2. Timoth.3. Semper diſcentes, & nunquàm ad veritatis ſcientiam peruenientes.¶Sexto nil memoriæ commendantes,ſed omnia curſim legentes & quaſi ſine intellectu, vel ita confidentes de ſua memoria, vt nil notent in ſcriptis,contra illud Luc.2.Maria ſeruabat omnia verba hæc.ſ.dicto de filio conferens in corde ſuo, vt poſtea euangeliſtis

enar-

enarraret quæ scripturæ cõmendarent. ¶Septimo non audiendo ab aliis cum possint nec conferendo cum aliis, nec interrogando de dubiis, contra illud Prouerb.1. Audiens sapiens sapientior erit. Et Christus inuentus est in medio doctorum audiens illos & interrogans illos Luc.1. ¶Octauo nimis applicando mentem ad aliqua intelligenda, ita vt alia dimittant contra illud Eccl.3.c. Quæ tibi præcepit Deus cogita semper. ¶Nono debitum finẽ sui studii sibi non præstituendo, puta honorem Dei salutẽ proximi ædificationem, sui vel saltem ex lucro suo temporali conductus ad legendũ vel aduocans, vel medicans, vnde familiam sustentet. ¶Decimo nõ exequendo & operando bonum quod cognoscit, propter quod dicitur Iac.4. Scienti bonum & non facienti, peccatum est illi.

TITVLVS SEXTVS
De statu aduocatorum & procuratorum.

¶*De exercitio aduocatorum & differenti qualitate eorum. Cop.* 1.

POSTVLA a me & dabo tibi gentes hereditatem tuã & possessionẽ tuã terminos terræ. Psal.2. Loquit hic Propheta fm expositionẽ propriam litteralem in persona patris oiporentis æterni & vniuersalis iudicis ad filium eius incarnatum qui factus est inquantum hõ aduocatus noster. Aduocatus.n.& postulator dr,& aduocare in iure dr postulare. Vnde 1.Io.2.c. dr. Aduocatum habemus apud patrẽ Iesum Christum. Et Aplꝰ. Rom.8. Qui ẽt interpellat pro nobis. s. reis pro absoluendis qñ in cruce dixit. Pr ignosce illis &c. Luc.23. Et exauditus est pro sua reuerentia, vt dr ad Hebr.5.c. Postulauit gentes. i. gentiles dari sibi in hæreditatem. i. per conuersionem in populũ suum, & terminos terræ in possessionem. i. eos qui habitant in fine mundi, vt possideantur ab eo per fidem vel iudæos qui erunt in fine conuertendi. Quod impletum est, quo ad primum. Vnde canit ecclesia in persona Christi. Postulauit patrem meum & dedit mihi gentes in hæreditatem. Moraliter autem potest adaptari ad aduocatos, quorum officium est postulare iudici in causis, sed imitari debent Christum aduocatum iustum, qui iuste postulans fuit exauditus clientulus suus. s. homo liberatus & ipsæ exaltatus & glorioſus. Vnde dicit lex ꝙ aduocati qui glorioſę vocis munere lapsa exigunt, fatigata reparant nec minus humano generi prouident, q̃ si clipeis & thoracibus sese patriam plerosq; defendant. Potest ergo iudex dicere ei. Postula a me scilicet iuste aduocando, vt Christus, & ego dabo tibi &c. Vbi tria.

Christũ aduocatũ esse.

¶Exercitatio aduocatorum. ibi Postula a me.

¶Collatio postulatorum. ibi Dabo tibi.

¶Expressatio petendorum. ibi Gentes &c.

¶Quantum ad primum (vt dictum est) exercitium & officiũ aduocatorum est postulare. §.1.
Vnde dicit Postula. sed tunc iudex debet eum exaudire & dare quod postulat, quando iusta & iuste postulat. Petitis & non accipietis, eo ꝙ male petatis dicit Iac.4. de quibus malis aduocatis dicit Sidonius. Hi sunt in exultationibus Arpiæ, in collocutionib. statuæ, in quæstionibus bestiæ, ad intelligendum saxei, ad iudicandum lignei, ad succedendum flammei, ad ignoscendum ferrei, ad amicitias pardi, ad facetias vrsi, ad fallendum vulpes, ad superbiendum tauri, ad consumendum minotauri, qui causas morentur adiiciunt, impediunt, prętermissi fastidiunt, admoniti obliuiscuntur, locupletati lites emunt, vendunt intercessiones, arbitrios deputant, iudicanda dictant, dictata conuellunt, attrahunt litigaturos, protrahunt audiendos, trahunt ad dictos retrahunt transigentes, quorum nares si afflauerit quispiam, rubiginosi aura marsupii confestim videbit illic & oculos Argi, & manus Blatei, & Sphingium vngues, & periuria Laomedontis, & Vlixis argutias, Synonis fallacias, fidem Nestoris, pietatem Pigmaleonis adhibet. Hæc ille. De aduocatis ergo tria attendenda in postulationibus eorum. Dictum Sidonii contra aduocatos.

¶Primo q̃ grauiter eis contingat peccare.

¶Secundo quam grauiter eos deceat aduocare.

¶Tertio qualiter & quid eos prohibeat postulare.

¶Quantum ad primum sciendum ꝙ valde grauiter peccat aduocatus si male exerceat artem suam. Nam vltra iniustitiam mendacia & periuria & adulationes & detractiones & fraudes & odia quæ in causis committit, ẽt alios committere facit, vt clientulum, & alios damnificat vt proximum, & tenetur inde ad satisfactionem. ¶Vbi sciendum fm Tho.2.2. q.71.art.3.ꝙ aduocatus si assumit seu defendit causam iniustam, peccat grauiter. Illicitũ est enim cooperari ad male faciendum siue cõsulendo, siue adiuuando, seu qualitercunq; consentiendo. Rom.1. Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed qui cõsentiunt facientibus.

tibus. Et tenetur talis aduocatus ad restitutionem damni quod cõtra iustitiam altera pars per eius auxilium incurrit. Idem Ray. addes exempla particularia. s. q̃ per cauillationem suam abstulit aduersario iustam causam, vel si ipsum grauauit in petendo dilationem superfluam, vel faciendo positionem cauillosam, vel instruendo falsum testẽ, vel iustruẽdo clientulum denegando veritatem, & similibus tenetur ad interesse. Si autem ignoranter iniustã causam, defendit putans iustam esse, tunc secundum Tho. excusatur secundũ modum quo ignorantia potest excusari. Si vero in principio credebat causam esse iustam & in processu apparet iniusta, & non debet eã prodere, vt scilicet alteram partem iuuet vel secreta causę suæ reuelet alteri parti, debet autem causam deserere, vel cum cuius causam agit ad cedendum inducere seu ad cõponendum sine aduersarii dãnãdo. Hæc Tho. Quãdiu autem remanet causa dubia, bene potest aduocatus patrocinari secundum Guil. quãuis enim in bello dubio non liceat ei qui nõ est subditus bellando alterum iuuare ponendo se discrimini, non sic est in foro causarũ. Ratio diuersitatis est, quia in bello bellantes nituntur virtutibus non iure, sed in foro causarum litigantes nitũtur iuribus, & sub iudice qui causam examinat. Guil. Item si aduocatus amittit iustam causam, quam fouet ꝓpter suam ignorantiam cum. s. iactabat se scire tem & non erat ad sufficientiam, vltra peccatum tenetur ad satisfactionem lesis. secundũ Guil. Si autem amisit iustam causam ꝓpter suam negligentiam & infidelitatem ſm Ray. tenetur etiam ad restitutionem seu satisfactionem damni. Et quia tales rarissime satisfaciunt & peccatum nõ dimittit nisi restituatur ablatum. 14. q. 6. si res quia vt ibi dicitur pœnitentia sine huiusmodi non agitur, sed si mulatur, ideo ad inferna descendunt impęnitentes. Vnde in Senecę tragædia legitur q̃ quãdam vidit Neronem apud inferos se balneãtem, & circa eum aurum ferues ministros infundentes. Et cum videret turbam aduocatorum ad se veniẽtem inquit. Huc venale genus hominum. O aduocati amici mei accedite vt mecũ in vase balneatis, adhuc supersit locus in eo quem vobis reseruaui. Et quia in dilationibus & appellationibus indebitis frequenter offendunt in eo iusto Dei iudicio puniuntur. Vnde de quodam iniusto aduocato legitur, q̃ cum infirmaretur ad mortem clamabat. Indutias, indutias, & quia in causis superfluas postulauerat, sibi necessarias, obtine re non potuit, sed moriẽs ad inferna descendit. Alius etiam aduocatus cum a suis admoneretur de confessione & super hmõi eũ soli citarent, noluit, sed ait. Ego appello, & sic expirauit vadens adiudicem supernum, a quo appellari non potest. ¶ Quantum ad secundum. s. de debito modo tenendo per aduocatum. Nota q̃ debitus modus aduocandi qui debet seruari secũdum Ray. est talis, vt. s. nõ producat falsa instrumenta vel falsos testes, seu corruptos, nec mentiatur nec inducat falsas leges, aut quascunq; probationes, nec quærat in grauamen. partis alterius superfluas dilationes & non necessarias. Item si fideliter quãtum iustitia permittit cãm foueat nil de contingentibus omittendo. 3. q. 7. §. Siquis. & 4. q. 4. c. 1. & 2. Item non procaciter vel vocifer ando quia per hæc impeditur processus. 5. q. 4. c. in loco. Item dicit Tho. 2. 2. q. 71. art. 3. ad tertiũ, q̃ aduocato defendenti iustã causam licitum est prudenter occultare ea quib. posset impediri processus eius, nõ autem licet ei uti aliqua falsitate. In causa pauperum tenetur aduocatus gratis præstare procinium eo casu & mõ quo tenetur ad opera misericordiæ vt dicit Tho. 2. 2. q. 71. ar. 4. ad primum. Nullus sufficit omnibus indigentibus opera misericordiæ impendere, non ergo tenet qs per mundũ quærere indigentes vel ẽt in futuris indigẽtiis hominũ prouidere, sed sufficit q̃ subueniat his qui occurrunt & in pñti tpe. Et in casu quo non apparet in promptu qũo posset ei aliter subueniri, & tunc tenet de eo quod potest, ita ẽt q̃ potius magis cõiunctis prouideat cæteris parib. His concurrentibus tenetur aduocatus procinium præstare, & gratis, si illi non pñt soluere, alias nõ tenetur, tñ si faciat iniusta causa. s. & gratis laudabiliter agit, si pp Deum faciat. Item dicit An. de Bu. super c. tua nos, de homicidio. No. qd̃ siquis nõ est peritus & asserit se peritũ cõsulendo ali quando in causis si aliquem lædit. s. ex malo consilio suo, credo in foro conscientiæ teneri ad restitutionem damni, etiam si omnẽ adhibuit diligentiã quã potuit & contra conscientiã fecit dummõ in hoc errauit. Item si non adhibet oẽm diligentiã quã põt, licèt si peritus, vt si ex pigritia non ſñ studeat dare cõsilii est, obligatus in foro conſcię si ex defectu consilii læditur aliquis. Lr aũt adhibere omnem diligentiã cũ adhibet sufficientẽ & congruã diligentiã secũdum traditionem artis illius. hæc ille. ¶ Quantum ad tertiũ, qui. s. prohibeantur ab aduocãdo Nota q̃ aduocati ess se non possunt infrascriptę personæ ſm Ray.

Quibus modis peccare pót aduocatus

Reuelatio ex traged. Sen.

Exẽplũ.

Modus aduocato tenẽdus.

Primo

Primo quidem hæretici & pagani & excõica ti 4.q.1.c.1.de pœnit.dist.1.c.nemo vbi hr q peccat iudex puniri debet qui admittit tales scienter. Item monachi vel religiosi nisi promonasterio suo & de mandato sui prelati ad uocare non possunt. 16.q.1.monachi. Itẽ clericis in sacris constitutis vel etiam in minoribus, sed beneficiatis est prohibita aduocatio coram iudice seculari, nisi in causa propria vel ecclesia sua vel pro coniunctis vel miserabilibus personis, extra de postu.c.clerici. Sed an coram ecclesiastico iudice possunt aduocare satis videtur q sic, per dictum capitulum clerici, exceptis episcopis & sacerdotibus quibus est simpliciter interdictum, nisi in causa propria ecclesie sue, vel pro coniunctis vel miserabilibus personis. dist.88. Prælatũ dummodo per hoc diuinum officium non impediatur. ar. dist.81. Clericus. Item in illa causa in qua quis est iudex vel assessor in eadẽ non potest esse aduocatus, quia duo officia in eadem causa prohibentur exercere. extra de postul. Cum sacerdotis. & 4.q.4.cap.1.& 2. Item aliæ personæ prohibentur ab aduocatione per canones, vt surdus, mutus, cecus, furiosus, impubes, vlq; 18. annum, a senatu amotus, seruus, vt passus muliebria. s. contra naturã. Itẽ damnatus capitalia vel calumnia publici iudicii. Item qui operas suas locauit vt pugnaret cum bestia in arena. Hæc omnia 3.q.7. In famis. §. tria. Et nota q clericus beneficiatus in diuersis ecclesijs non potest præstare patrocinium vni contra aliam secundum Bern. Si tñ esset prælatus in vna illarum posset cõtra aliam ratione prelationis. Et idem Innoc. addẽs q si necessario officio vtatur potest ad similitudinẽ tutoris. ff. de postu. l. prætor. Itẽ pro priori ecclesia potest agere contra secundam. ar. extra de iureiur. c. tua. Qui autem est bñficiatus in vna ecclesia & prælat. pro extraneis officium aduocationis vel procurationis contra eam debet, illo beneficio spoliari extra de postul. c. cum sacerdotis. Tenetur añt. iudex dare quandoq; aduocatum vt illis qui habere nõ possunt propter paupertatem vel propter potentiam aduersæ partis. ff. de offic. procon. Ne quicunque. Si autem iudex hoc alicui aduocato præcipiat & ille sine cã deneget potest per iudicem perpetuo remoueri ab officio aduocationis. C. eod. l. prouidendũ. Debet igitur obedire si tamen competens salarium constituatur ei secũdum suprà dicta.

Monacho iter dicitur patrocinatio.

§.2. ¶ Quantum ad secundum principale de collatione postulatorum, scilicet dabo. Notandum est q dandum est iusto aduocato a Deo æternum præmium a clientulo lucrum, vt 14. q.5. Non sane, a mundo & iudice honorem & causæ obtentum.

§.3. ¶ Quantum ad tertium principale videlicet de materia postulandi, cũ dictũ est, gẽtes &c. quia causa, vel est circa personas, vt in criminibus seruitutibus matrimoniis & huiusmodi, vel circa hereditates & successiones vel circa alia quæ possidentur vel circa terminos, dominiorum, & hmõi. Et quando per aduocatum ista iuste petuntur debent dari. Vñ iuste dicitur. postula a me &c. ¶ Sed posset alicui videri q ars aduocationis sit illicita, ordinatur enim ad litigandum in iudicio sed Christus hoc prohibet di. Mat. 5. Si quis vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei pallium, & auferenti tua ne repetas, Et Apost. 1. Cor. 6. Secularia iudicia si habueritis omnino delictũ est in vobis. ergo &c. Respondet Gratia. 14.q.1. episcopus. §. his ita respondetur, q perfectis non licet stare in iudicio pro lucro captando. 1. vt. lucrentur extali exercitio, sed pro damno vitando. Vel sic q reb. propriis non licet, quia eis non licet q pria habere. s. in singulari, sed pro rebus ecclesie seu monasterii, quarum sunt prælati vl procuratores licet in iudicio stare & pro pauperibus. Sed nota quod perfecti hic appellãtur habentes statum perfectionis. i. religiosi & prælati & non eo modo quo glo. ibi exponit. Et ex hoc sequitur q laicis licet in iudicio stare & aduocare qui habere proprũ possunt. Clericis autem prohibetur, vt infra dicetur, nisi p miserabilibus personis. Dominus autem Hugo Cardinalis. in postil. Ro. 4. sic distinguit. Quibusdam non solum licet sua repetere, sed etiam expedit coram iudice scilicet infirmis qui proni sunt ad odium & ad vindicandum se de proximo vnde melius est q coram iudice repetant. Quibusdam autem licet sed nõ expedit. vt platis & p̃dicatoribus ne fructus p̃dicationis impediatur. 1. Cor. 7. Omnia mihi licent, sed non omnia expedit, quibusdã aliis nec licet nec expedit. s. claustralibus vt per seipsos repetant sed per amicos possunt. Et ad auctoritatem Christi. Si q̃s vult &c. rñdetur per gl. ibidem quantum declarat infirmis licet sua repetere, non tamẽ contendere. i. cum contentione repetere. s. cũ odio & scandalo proximi. Nota ergo q non tenet quis dare sua, vel ecclesiæ a repetitione debiti, nisi hæc duo sciat, & quod ille mortaliter scandalizabitur si repetit debitum suũ, vel si nõ dat sua, & q ille reuocabitur a morta li si nõ repetat vel si dat ei sua. Hæc Hugu. De

hoc

hoc etiam vide supra in 2 par. Guil. vero dicit q̃ si status personæ non est in tuto puta quia indiget illa re quæ sibi petitur seu quam ipsæ iuste repetit a debitore, ita q̃ ea carens incidit in periculum impatientiæ & murmurationis contra Deum ipsæ vel familia sum, tunc non tenetur dare vel a repetitione cessare rei suæ quantumcũq; debitor scandalizetur, quia tenetur magis sibi & suis prouidere quam alijs. Si autem potest absq; periculo tali illa re carere, tunc ad vitandum scandalum proximi debet dare vel a repetitione cessare, si tamen credat illum bene vsurum, aliàs non. Guilielmus. Apostolus autem in auctoritate inducta reprehendit iudicia non simpliciter, sed fraudulentia iniusta, vel quæ fiebant apud infideles quod prohibetur.

¶ *De his quæ pertinent ad debitum modum aduocandi & salarij eorum & vitijs pluribus.* *Cap.* 2.

AD uocatus accedens coram iudice ad aduocandum, vt dicit Guil. in Specu. lib. 1. c. de aduocatis, debet habere vestes talares & suo officio congruentes. de pœnit. distinct. 1. nemo. Vnde versus. Vir bene vestitus prò vestibus esse peritus. Creditur a mille quauis idiota sit ille. Si careat veste nec sit vestitus honestè. Nullius est laudis quamuis sciat omne quod audis. Vnde legitur de Demosthene eloquentissimo oratore, q̃ in principio exercitij sui ministerij. s. aduocandi & perorandi vsus est vestibus multum prẽciosis, sed postq̃ diuulgata est fama eius scientiæ, & eloquẽtiæ vsus vel vestibus communioribus, & interrogatus de causa, secundum iudicium commune videbatur q̃ prẽcioſioribus tunc indui debuerit, eo q̃ esset magis in opinione & honore hominum & opulentior. Respondit quòd necessarium sibi fuerat in principio cum esset ignotus procurare sibi ad acquisitionem famæ & opinionis sui officij ex prẽciositate vestium, quia sic cõmuniter homines æstimant de sufficientia talium secundum qualitatem vestium. Sed ex quo iam erat nota omnibus facundia & peritia eius non oportebat amodo ex vestibus eam sibi conquirere. Debent ergo aduocati ad conspectum iudicis accedere in habitu ornato competenter non tamen pomposè. Vnde & Matth. 11. dicit Christus. Ecce qui mollibus vestiunt. i. prẽciosis. in domibus regum sunt, vbi sunt. s. iudices & aduocati, licèt enim ex ornatu vestis non sit quis iustitiam habiturus, vt 30. dist. si quis virorũ & vestis humilis & non coloratus laudetur distin. 41. parsimoniam. tñ sicut nec exquisitæ delitiæ, ita nec affectatę sordes laudes pariũt. ait Hiero. qd ad vestes extenditur. dist. e. §. 1. De meo ergo consilio inquit Guil. vestem gerat suę professioni conuenientem non diuersi coloris aut diuisæ non nimia breuitate aut longitudine notanda vt faciat caudam, nõ ex certis texturis variatam, vel variis coloribus ornatam non dissutam & laceratam, dist. 41. parsimoniam. sed regionis morẽ seruet. di. 41. quisquis. vt cum fuerint in Italia palliis affibulatis vtantur, cum vltra mõtes cappis manicatis, vel palliis diffibulatis, sed in alio ornatu sed honestè gerant vt in sotularibus, frẽnis, sellis, pectoralibus, calcaribus, fibulis, corrigijs, & aliis huiusmodi. volenti autem ex humilitate, vel corporis necessitate humilem habitum deferre non contemno, vt distin. 30. si quis virorum.

Nota de Demosthene.

¶ Aduocatus qualiter debet se habere ad clientulum suum. Et dicitur clientulus ille cuius causam suscipit defendendam. Dicit Guil. in Specu. vbi supra, quòd debet primo sic alloqui clientulum suum aduocatus. Charissime, tres sunt personæ quibus omnimoda veritas est aperienda, & nil eis celandum, confessor. s. quoad peccata commissa, medicus quoad infirmitates & dolores suos, & aduocatus quoad ea quæ pertinent ad causam de qua petit auxilium & cõsilium defensionis. Dicas ergo mihi omnimodam veritatem negocii. Exinde da mihi scriptum, vt cõgruum possim tibi dare consilium seu responsum. Expedit enim aduocato habere scripturam super narratione facti, quam clientulus proponat propter periculum periuri cum hodie habeat iurare, vt sine rubore & verecundia possit, cum aliter inuenitur eam deferre ad quod ex forma iuramenti quod præstat hodie in merito causæ tenetur, vt possit euadere pœnam multiplicem, de qua habes de postu. c. properandũ, libr. 6. tum etiam quia talis scriptura poterit sibi aliquando prodesse. Sene. Cuiuscunq; facti causam require, & cum initia inueneris, exitus cogitabis. Facto intellecto si sit actor quærat de probationibus quales habet. Nam qui accusare vel agere vult probationes debet habere paratas 6. q. fi. accusator. Si autem eas non habeat non multum sibi expedit ius habere, ex quo deficit ei probatio 2. quæst. 7. plerunq;. Nam & probatione cessante interdum vindictæ ratio conquiescit 32. quæst. 5. c. Christiana religio. Si autem probationes non oportet eum habere & factum est liquidum

§. 1. Clientulus quis sit.

dicat

dicat ei, age ſecure. C. de teſti. l. 1. Sed ſi reus ſit quærat ſi quas habet defenſiones, & probationes. Nam oportet eum habere probationes paratas ad ſuas exceptiones probandas. ff. de probat. ex præſumpti l. in exemptionibus. q̃ ſi habet dicat ei. Secure te defende. Verum ſi viderit factum inefficax, vel propter ſe, vel propter probationis defectum, dicat ei. Amice noli inanibus ſumptibus te vexare, nec defendi debet, quod ratione inniti non poteſt, diſt. 68. corepiſcopi. Nec debet quis malam cauſam ſeu deſperatam fouere vel ſuis allegationibus colorare. C. de iudi. l. rem non nouam. Sępe tamen aduocati hoc non faciunt, ſed dicunt, frater quia litis euentus dubius eſt aliquando litigantes obtinẽt ex induſtria vel aſtutia vel gratia, vel fraude vel ignorantia, partis aduerſæ, extra de fide inſtrumen. inter. Hoc tamen pernicioſum eſt quoad animam & etiam quoad famam. Propterea habito negocio in ſcripturis, quia memoria labilis eſt: ſi hæſitaret aduocatus vel iuriſconſultus a quo quæritur ſeu dubitet de iuſtitia cauſæ non erubeſcat dicere: volo mecum & cum peritis & cum liberis deliberare, quia vt dicitur diſt. 50. ponderet, nos tempore indigemus vt maturius quid agamus. Et Salomon.

Prouer. 13. Omnia fac cum conſilio, & auditioni ſapientium vacandum eſt, extra de præſump. cap. ex ſtudijs. Et reprehenditur qui conſilia ſapientum non ſuſcipit, diſt. 84. c. 1. Vtilius eſt. n. in occulto deliberare q̃ in publico ſuccumbere. In tempore autem huius deliberationis ſæpe ſecum tractet & deliberet & inſpiciat diligenter inſtrumenta & iura ad quęſtionem facientia, quòd ſi per ſe nequeat inſtrui conſulat peritiores, quia quod a pluribus quæritur facilius inuenitur, diſt. 20. de libellis, & quia ſępe reuelatur minori quod maior ignorat, diſ. 95. eſto. Et veritas ſæpius exagitata magis ſplendeſcit in lucem 35. q. 9. graue. Porro ſi aduocatum viſum fuerit q̃ debeat clientulus litigare primo conueniat de ſalario cum eo ei dando, & de meo conſilio iungat aliũ aduocatum, quia melius eſt eſſe duo quàm vnũ &c. Eccleſijs 5. Integrum eſt. n. patrocinium quod plurimorum ſenſibus approbatur, extra de offi. deleg. c. c. prudentiam, hoc tñ ſi qualitas vel difficultas cauſæ hoc exigat, nõ enim debet eum inducere ad expenſas ſuperfluas q̃ non eſt neceſſarium vel non poteſt clientulus. Caueat autem aduocatus ne clientulo victoriam repromittat, ſicut faciunt medici ſuperbi ſanitatem infirmis pollicitantes. Dubius eſt enim litis euentus nec victoria in eo eſt, ſed in in iudice 2. q. 3. §. notandum. Neq; ſem per laborem ſequitur effectus, extra de renuncia. c. niſi cum pridem, quia ei ſępe vitium eſt materiæ non artificis. ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus. §. ſi calicem, nec debet certum aſſerere vbi certus eſſe non poteſt extra de præſcrip. cap. cum contingat. Caueat etiam ne partẽ ſuam quæ eius fidei ſe ſuppoſuit, vel ſecreta cauſæ ſuæ quoquo modo prodat vel reuelet, ſed ſecũdum pactum inter eos initium clientulum defendat. Sed quæritur. Nunquid poſtquàm aliquis denudauit ſecreta cauſæ ſuæ alicui aduocato vel iuriſcõſulto, ille aduocatus eſſe poſſit contra eum in eadem cauſa, puta ab alia parte requiſitus, reſpondetur quòd ſic? Et hoc dicit obtinuiſſe argumentum 23. q. 1. §. quia ergo, alioquin nulli eſſe conſilium dandum. Sed nec hoc ſufficeret ad iudicem remouendum, vt no. extra de teſti. c. dilecto. Sæpe enim vidi peti conſilium ab aliquibus non vt acceptaretur, ſed vt alteri parti poſtea conſulere erubeſcerent. Si autem fuit aduocatus tuus in cauſa illa non iam finita in aliqua parte ſui contra te non ero, alioquin crimen pręuaricationis incurrerem 2. q. 3. §. notandum. Sed quid ſi dedi tibi fidem q̃ eſſem tuus aduocatus in aliqua cauſa & fui, & lata eſt ſententia a qua appellatum eſt, nunquid in illa cauſa appellationis contra te aduocatus eſſe potero? Et hoc ſæpe fit in curia, quia aduocatus etiam quondam fiſci poteſt eſſe aduocatus contra fiſcum in aliqua cauſa in qua nõ præſtitit ei patrocinium. C. de aduoc. fiſ. l. 2. Præterea cauſa appellationis eſt alia cauſa a cauſa principali. Honeſtius tñ eſt abſtinere, tum qa cauſa appellationis eſt eadem fm quoſdam, vel ſaltem eſt eius ſequela, tum quia ſecreta cauſæ nouit. Vnde in hac inſtantia multum lædere poterit quem in priori defendit, tum quia oportebit eum aſſerere quod prius negauit vel e contra quod eſſe non debet.

¶ Aduocatus quomodo ſe debeat habere ad §. 2.
uocatum contrariæ partis, & ad ſocios quando ſunt plures aduocati ex parte ſui clientuli. Et primo quidem nil contra aduocatum alterius partis conferat, ſed eum benigne tractet niſi alter ad aliqua in honeſta prorumpat. Et cum eius dictis reſpondere habebit, eum commendet ſuperficialiter & non minus iuxta illud Senecæ. Laudato parce vituperato parcius, quia forte ante finẽ litis contingeret quòd ipſum reprehendere laborabit, & ſic eſſet ſibi tanquam contrarius a iudiciorum limine repellendus, extra de appel. c. ſolitudinem. Commendet ergo eum per verba

ba duplicia. i. habentia diuersos sensus, verbi gratia. Opera laudant artificem vel scientia vestra nota est & commendatione non indiget, quia seipsam ostendit. Poterit etiam si velit eum reprehendere sub quodam honesto colore si velit eum commendare non de aduocatione commendet, sed de doctrina legum & experientia rerum. Caueat tamen vt non probris, sed legibus certet cum eo, nec ei vel parti dicat contumeliam siue palam vocando eum ruffianum seu prævaricatorem vel subdole dicendo. Ego non sum fur. quæstion. d. tu es talis, alioquin diminutionem famæ patietur & à limine iudiciorum excluderetur. 5. quæstio. 4. in loco. Si vero alter falsitatem vel aliam turpem notam imponit secure dicat, tu mentiris, modestius diceret, hoc non est verum. Nam & Christus cum diceretur ei dicenti, dæmonium habes, respondit, ego dæmoniũ non habeo, sed honorifico patrem meum, tacendo enim videtur assentire, sed nimis crudelis est, ait August. qui famam suam negligit, duodecim. quæstione prima. nolo. Sed si turpia non imponat, verbis utatur temperatis dicendo, salua pace vestra vel reuerentia vel honore vestro 26. distinct. deinde. ¶Item si alius aduocatus te patienter audierit, & tu patienter audias eum si te loquente strepitum facies & susurres, & sic ars deluditur arte secundum illud. Qui dicit quod vult, audiet quod non vult 13. quæstion. 1. §. quia ego. Et Seneca. Ab alio expecta quod tu alij feceris. Cautus tamen existas vt diligenter quæcunq; dixerit notes & retineas. Nam si plura effundat, vir erit quin aliquod reprehensibile conferat, vnde Seneca. Quotidiana fornax lingua nostra. Et sic ex ore suo poteris eum redarguere cum semel emissum volet irreuocabile verbum distinct. 43. c. dispensatio est nobis. Et sic adhibetur fides dicto suo contra eum, extra de probation. capitu. per tuas, sicq; sibi potest dici, lex quam inducis pro te pro nobis contra te est, & dicas qualiter & in quo. Videat tamen ne sagitta Ionathæ retrorsum abiens in casu simili repercutiat eundem. Ex præmissis patet quòd discrete facit aduocatus qui in sui dicti initio protestatur quòd intendit proponere id quod sit suo clientulo vtile, nec sibi præiudicet si quid errore vel incuria contra eum infundet. Sed & principalis persona caute agit quæ cum instrumento publico dicit, quòd quæcunq; vtilia sibi aduocatus dixerit rata habebit & ea vult valere quasi a se prolata, inutilia vero respuit & inhibet, vel alias in procuratione dicitur de. Cod. procur. l. meritis, nec verecundetur aduocatus taliter protestari, quia aliquando bonus dormitat Homerus. Deferat quoq; alterius partis aduocato cum quo saluo iure suo poterit sedere salutato & honorem quem sibi cupit alter impendat, secunda quæstion. sexto qui scit. Verum si aduocatus videatur te in allegationibus superare, vel tibi deficiat ius vel ratio. Exemplum quibus modis quas argumentari potest, extra de iudi. capitul. nouit, tunc ne videaris responsionis penuria declinare certamen, prudenter concludas te ad aliam materiam transferendo, vt docet Orig. in simili, distinction 43. in mandatis. Potes etiam si ille sit melancholicus aliqua indirecte vel curialiter dicere per quę moueatur ad iram, tunc, enim non sic bene ordinare poterit suum sermonem, quia ira impedit animum &c. Illud tamen vltimo dictum non videtur licitum nisi forte esset certus de iure suo quod alias sua scientia & cauillationibus velit offuscare. Semper tamen aduocatus vtriusq; partis caueat a mendacio & multomagis a periurio, nec ad ista inducat clientulos suos, aliàs grauiter peccat. Porro & suæ parti aduocatus morem gerat & si plures fuerint simul conueniant & simul deliberent super quolibet dubio quis eorum & quæ proponet. Ex hoc enim veritas melius inquiritur & causa salubrius dirigitur & aduersarij terrentur, iuniores tamen primo proponant & maiores vltimo vt eorum speciosas & efficaces rationes & allegationes melius iudex memoriæ commendat, de consecratione distinctione secunda liquido. Et vt docet Tullius validiora argumenta sunt seruanda in fin. Peritiores enim vltimo surgendo melius defendent præposita, & plenius respondebunt obiectis. Alij tamen dixerunt quòd vbi plures sunt aduocati vnius partis, vel vbi sunt plures sapientes conuenientes pro aliquo consilio dando, antiquior prius dicet ad quod facit dictum Ecclesiast trigentesimo secundo. Loquere maior natu decet enim te primum argumen. 61. di. statuimus. Et hoc nisi forte adeo sit in euidenti maior scientia in minori quòd nulla possit de hoc hesitatio oriri, distinctio. 61. miramur, vel nisi iunior etiam minoris scientiæ ratione dignitatis debeat prædicere. ff. arb. tut. cesarum l. 1. sed si sint eiusdem scientiæ & ætatis prefertur qui habet plures filios ego credo vt prædixi, scilicet quòd iuniores & minus docti sunt priores

Terẽtius

Horati⁹.

res in loquendo, & doctiores sequenti vt pate in castrorum acie ordinata, vbi maiores & fortiores ad custodiam exercitus subsequuntur, vt patet in ordine professionis in ecclesia. Caueant autem ne adinuicem dissentiant. Nam omnis gens & scientia in se diuisa desolabitur 25. q. 2. sicq. Iuxta illud psalm. 106. Effusa est contentio super principes & errare eos fecit in inuio & nõ in via. Sed si quis imperitus & procax fuerit inter eos alij dicãt clientulo q̃ ei silentium imponat, quia quod sapiens agit, fatuus destruit, nec est arandum in boue & asino 16. q. 7. noua.

§. 3. ¶ Aduocatus qualiter se debeat habere ad iudicem cum eum primo alloquitur. Dicit Gui. in Specu. vbi sup. q̃ in eius conspectu veniens eum reuerenter salutet. Si iudex est Eps vel Rex vel Comes, vt. s. deposito caputio vt genibus flexis vel capite inclinato vel alio signo humilitatem ostendat, humani enim moris est illũ vereri cuius iudicio & voluntate nunc erigitur nunc deprimitur. 16. q. 2. viris. Si vero est Archidiaconus vel Præpositus vel miles reuerenter inclinet, & consuetudo regionis in hoc seruetur, vt ff. de offi. præsul. l. consul. non autem iuxta iudicem sedentem pro tribunali sedeat, vt sit delectus inter eos 17. dist. §. illud. Item in stando non sit garrulus loquax seu procax. Et licet Deus dissipet ossa eorum qui hoibus placent, vt di. Psal. ps 52. Loquatur tamẽ quæ credit iudici complacere caute tñ. Nam sæpe displicet imprudens dum placere studet, q̃ si iudicem motum ira viderit non rideat sibi, iuxta illud. Dum furor in cursu est currenti cede furori. Et si in facto alieno, quo iure tractetur ibi, & scit canonem vel legem determinantem illam quæstionem, vel bonum, alias dicat audacter nisi partem timeat offendere. Nam ex hoc iudex magis credit ei in proprio dicto eius si viderit eum peritum in aliena. Si vero sit nota persona iudici taceat, & forte iudex vocabit eũ ad consilium suum fm morem Lombardorum & lucrabitur salarium, quia non potest proponere pro vna parte quin aliam prouocet. Vnde tutius est neutram iuuare q̃ alteram offendere, vt dr 14. q. 5. deniq;. Item non rideat coram iudice sine causa, quia risus abundat in ore stultorum, sed gestus habeat sapientis. Item humiliter audiat loquentem iudicem & dicta eius laudibus extollat, ab adulationibus tamẽ caueat, quia non est hmõi consilium animæ tutum nimis hominem laudare, vt dr 25. dist. §. alias ea. Cum autem tempus loquendi aduenerit, quia omnia tempus habent, tunc surgat, quia stare non sedere debet cum orat, & cum debita grauitate & curialitate stet non indiscretæ vel arroganter. Actus quoq; eius sit tardus & grauis non præceps vel celer, vt sic veterem & bene fundatam videatur habere peritiam. Præcipue autem circa tria exhibeat se maturum, vt sic ex ingenio suã augeat sapientiam, videlicet in vultu, in gestu, & in voce. In vultu valet vt habeat vultum affabilem, & iocundum, & benignũ iudici ac astantibus ostendat absq; risu tñ indiscreto. In gestu vt caput vel pedes non ducat indebite, sed cuncta membra debita maturitate regat. In voce vt eam plus debito non deprimat, vel exaltet se in cunctis medium seruet. Non sit vagus oculis, aut effrenis lingua, aut petulãtia, deinde post paululam moram incipiat a iudice & astantibus benignam audientiam postulando, iudicisq; beniuolentiam ceptet eum commendando & dulci sermone ad eum loquẽdo. Verbum n. dulce multiplicat amicos. Eccl. 6. Et Seneca. Cor hominis nobile contra potẽtiam recalcitrans potius vult duci quam trahi. Potest aũt eum commendare vel de recta fide quo nil magis in principe splendet, vel de moribus & summa probitate, vel de honestate & castitate, quæ sola est possibilis animas Deo præsentare in aure de lenonibus vel de Dei timore & reuerentia, vel de mansuetudine & clementia, de humilitate vel de sapientia & prudentia seu patientia, vel iustitia & æquitate. In hoc tamen caueat ne omnes virtutes vni attribuat, sed eã vel eas quas sibi nouerit tribuendas. A mendaciis abstineat, ne vt vulpis decorem corui & dulcedinem vocis commendas existimet sibi derisorie dictũ, & sic prouocetur ad indignationem. Insuper abstineat ab omni verbo quo iudex posset offendi. Res enim periculosa est litigare sub iudice offenso. Caueat etiam ne pro aliquo videatur velle eius iudicium declinare nisi causam proponat sufficientem. Ex hoc enim sibi constituit iudicem aduersarium, nec appellet sine causa sufficienti & euidenti, quia est iudicem prouocasse eius sententiam non seruasse, vel iudicium declinasse, quòd si eum sic prouocauit nec plenè de eo confidat. Abstineat etiam aduocatus ab his defectibus qui reperiuntur in quibusdam oratoribus dũ proponit seu loquitur coram iudice. Quidam enim cum quodam fastu seu superstitione ad loquendum gestus damnabiles prætendentes, abstergunt faciem, crines post aures reformant, nares crebro purgant & guttur, speculanturq; manus. Alii vera nunc oculum trans

Ouidius de remedio.

cæ̃lum

cælum eleuant, nunc caput remittunt, nunc crebra suspiria emittunt, nunc frontem rugant, nunc labia comprimunt, nunc supercilia obducunt, manus maxillis affigũt & alia miranda se meditari ac grandia concipere ingenio multiplici simulantes. Nõnulli quo que tute inter procellas eloquentiæ nauigantes periclitantur in portu, robustè enim inter vitia eloquii decurrentes priusq̃ ad cõclusionis metam peruenerint, deficiunt imprudenter, contra quos est de pæ. distin. 2. Multi Econtra quosdam robur inter loquendo arripit, & tremula voce loquuntur, quorum tũ timidum initium finis robustus exorant, proquibus facit illud. Debile principium melior
Ouidius fortuna sequatur. Sunt etiam quidã qui solũ vocis magnitudine confidẽtes fulminãt & vociferant proponentes, contra quos est 5. q. 4. in loco. ibi mitissima. Modus igitur vbique seruandus est iuxta illud Horatii lib. 1. sermonum. Est modus in rebus sunt certi deniq; fines. Quos vltra citraq; nequit consistere rectum. In pronunciatione itaq; debet exercere vocis & spiritus moderamẽ corporis & linguæ motus vt verba non sint inflata vel elata, vel in faucibus frendentia nec vocis immanitate resonantia, non aspera frendentibus vel inhiantib. labiis, plata, sed præsim æqualiter & leniter & clare pronunciata, nec prolationis cã frangatur oratio. Verum pro locis causis rebus & temporibus dispensanda est. Nam aliqua simplicitate narranda sunt, alia auctoritate suadenda, alia cum indignatione depromenda, alia miseratione flectẽda vt sic vxor & oratio semper conueniant suæ causæ. Recta quoq; sit facies, nec labia detorqueantur, nec immoderatus hiatus, nec supinus, vultus, nec erecti in terra oculi, nec. inclinata ceruice, nec eleuata aut depræssa supercilia, labiaq; lambere vel mordere deforme est. Item grandia granditer proferenda sunt, parua subtiliter, mediocria temperate, & cũ
Orandi de Deo vel hominum salute referimus plus
audaciã magnificentiæ & fulgoris est exhibendum.
hęc tri- In summa tamen notandum quod hæc sunt
buere so quæ audaciam tribuunt perorandi; videlicet scientia, potentia, eloquentia, libertas, gaudium, fauor, & benignus auditus, & his contraria contrarium operantur effectum.

§. 4. ¶ De salariis aduocatorum. ¶ Nota primo quod ait Augustinus quod licet aduocato vẽdere suum patrocinium & iurisconsulto iustum consilium. 14. quæst. 5. non sane. Quod videtur intelligendum quando credit iustã esse causam quam defendit, vel saltem dubitat non esse iniustam, etsi vt lucretur cliẽtulo dicit iustam esse, nil debet habere, & sic acceptum debet restituere. Pro iusto enim patrocinio licet accipere salarium, quia nemo de suo cogitur beneficium facere. decima quæst. secunda, cap. præcariæ, nec suis stipendiis quis debet militare. 1. Corinth. 9. Nec hoc est vẽdere scientiam sed labore suũ seu locare operas suas & præmium postulare. 12. quæst. 2. cap. Ecclesiasticis. Et quamuis quidem dicant quod cum hoc facit aduocatus seu iurisconsultus absque labore & reuolutione librorũ, puta quia habet in promptu materiam vel de propinquo vidit, non potest tunc accipere, tamen Guil. in Speculo, & Hostien. tenent contrarium. s. q̃ potest accipere, quia si non laborauit tunc laborauit in præterito, aliàs deterioris conditionis esset magis peritus quam minus. Id autẽ certum est q̃ non licet pacisci. de certa parte seu quota litis, puta de decima, vel quinquagesima vel centesima, quod si fecerit est ei interdicẽdus forus, & communione aliorum aduocatorum est remouendus, ideſt, ab actione aduocandi, vt C. de postul. l. si quis & 3. qõ. 7. infamis. §. tria. De quanta autem licet puta quinque florenorum, decẽ, viginti, & huius modi, dummodo non transgrediatur legitimum modum. s. summam centum aureorũ, quantacunque sit causa etiam de vno regno. In minoribus autem causis pro aduocati facundiæ causæ qualitate & fori consuetudine accipiet. Et nomine palmarii potest etiam aliquid stipulari, puta si habuerit victoriam causæ promittit dare aduocato tantum præter salarium. Includitur autem illud palmarium sub numero prædicto. s. cap. aureorum quem non debet excedere. Et si certa quantitas seu certum quid promissum est illud debet dari sinil certum pactum est, nec etiam, stipulatio præcessit tunc iudicis officium est implorandum si clientulus nollet dare conueniens salarium vt pro modo facundiæ & negocii qualitate, & fori consuetudine constituatur seu reddatur ei salarium. Debet, secundum Guilielmum conuentio de salario in initio litis, vel ea finita fieri, pendente enim lite promissio facta non tenet C. de postul. l. quisquis. §. præterea. Si ergo Aduocatus vel Medicus in initio litis, vel morbi de certo salario conuenit, totius litis vel morbi, alia conuentio postea facta non tenet, secus si non conuenit, de toto, licet receperit salarium pro consilio

vnius diei quod dicit secundum Innoc. extra de postu. c. 1. Quando aũt sit soluendum salarium aduocatis, vtrũ in principio litis, vel in fin. dicit Guil. in speculo aliquos dicere qd in principio, alios in fine esse dandum. Ego ait Guil. dico consuetudinem spectadam, de pe. dist. 1 nemo in foro, si consuetudo ibi de hoc non est, statuat aduocatus diem in que vel infra quam ei soluatur, puta in initio statim medietatem & in fine aliam medietatẽ, prout in Romana curia fieri consueuit, qđ si non fecerit forte statim debet. Tamen clientulus caute aget si petat aduocatũ sibi caueri de præstando fideliter vsq, in finem patrocinio causæ, & aduocatus econtra qđ de toto

Bona quæstio. satisfaciet. Sed quid si clientulus promittat dare aduocato centum si vincit causam, & si perdit. Respondet Guil. in pacta seruentur,

§ 3. extra de pac. c. 1. Sed quid si in dicto casu clientulus transegerit seu alias se composuerit. cũ aduersario nunquid aduocatus habebit integre illa centum sibi promissa? Quod videtur

Solutio. solutio. sic, quia per eum non stetit quin obtineat victoriã, arguit pro & contra. Demũ sic soluit. d. Hug. Bar. Archi. Goff. & Gos. q totũ habebit aduocatus vel hæres eius eo mortuo. Alii hoc esse verum de iure, sed de æquitate habebit pro rata, argu. ff. de lega. 2. l. qui solidum. Si aduocatus ipse duxerit eos ad bonã compositionem non pdit quicquam. Consuluntamen vt de promissione fiat scriptura, ne in dubium vergat, extra de fi. instru. si cautio. Ad concordandas ergo istas opiniones distinguo. Aut clientulus transegerit in fraudẽ aduocati, & tunc totum salarium habebit, q̃ per eum non stetit. Aut hoc egit s. trãsigendo bona fide, puta quia lis dubia erat, & tunc p̃ rata seruitii habebit considerata eius facundia, nisi aliud fuerit factum seu pactum inter

De aduocato infirmo. eos. Sed si aduocatus alio casu impeditus non potest aduocare, nõ per eum stat quin faciat. Respondet Guil. nõ videtur quod sibi sit imputandum quo minus habeat suum salariũ, arg. ff. de va. & extra ordi. cog. l. 1. §. diu. & 47. dist. quod ad nos, & sunt in arg. q̃ si aduocatus & magister sit infirmus, nihilominus habeat salarium suum. Et nota generaliter ſm Io. de Lig. q̃ aduocato debetur pro seruitio p̃mium & hono. &. 12. q. 2. ecclesiasticis. Vnde si aliqua sunt ei promissa, tenetur promissor, vt quæst. ea. quicunq; suffragio, & quæ. vt q̃ a Ioannes, ẽt si non defendat dummodo p̃ aduocatum non stet, sed per clientulũ quo minus patrocinetur. Sed nunquid aduocatus in causa appellationis teneatur patrocinari pro eodem salario? Arguit idem Guil. pro & contra. Demum sic soluit, dicit secundum Petr. Barto. & Archi. & Azonem, & alios quod nõ tenetur. Et licet dicatur eadem causa. i. idem negocium, tamen aliud iudicium est, cũ sint alii iudices, & hoc potest esse verũ cum ad diffinitiua causa appellatur. Sed si ante sententiam appellaretur, vel in integrum restitutio petatur, tenetur in illa causa proieodem salario patrocinari. Et hoc verum puto si tractetur causa eo loco vel saltem prope vbi fuerit principalis quæstio agitata. Sed pone quod nomine palmarii ideſt victoriæ pactus est aduocatus aliquid sibi dari & cum plura sint causæ capitula, in aliquibus succumbit in aliquibus vincit, quæro an totum habebit? Respondeo secundum Guil. vbi supr. q̃ sic. ff. de var. & extra ordi. cogni. l. 1. §. cognita, & est argu. simile. Qui autem tetigit hominem, totũ hominem tetigisse videtur, de pe. di. 1. vulgaris. Alii dicunt pro rata deberi, argu. Cap. de tran sac. l. si ex falsis. Tertii dicunt quod nihil. arg. de verb. obli. l. in executionib. §. penul. Quarti dicunt quod si capitulum in quo vincit maius est cæteris, totum habebit alias nihil, vt ff. de inte. restitu. l. scio, sed prius dictum verius est. ¶ Item notandum quod si res mobilis datur pro salario, sola traditio siue scriptura sufficit ad translationem dominĩ, sed si sit immobilis, tunc est necessaria scriptura. Cod. de suffraga l. vnica, & quamuis dicatur. 15. quæstion. 2. capitul. 1. quod clericus præstans patrocinium aduocationis personis de quibus conceditur a iure, non potest exire salarium, sed vt vsurarius si exegerit sit deponendus. Dicit Guil. quod illud capitul. abiit, in dissuetudinem, nec est moribus vtentium approbatum, vt distin. 4. in istis. §. lege supra. Potest ergo exigere, vt laicus, quia nemo de suo cogitur facere beneficium. 10. q. 2. præcariæ. Vel loquitur illud capitu. de regulatibus vt probatur ea. quæstio. §. fin. & 16. q. 1. monachi. ¶ Si ergo aduocatus viderit clientulum suum iure debere contendere, dicat ei, amice ius est pro te, sollicita tamen eget defensione. Sæpe enim quis moreretur nisi medicaretur, de penul. distinctio. 8. capi. nullus in fin. non tamen eum inhumaniter pecuniis euacuet vt plerique impie faciunt, sed tamen de salario conuenienti cum eo cõueniat. tertia quæstion. 7. capit. primo. §. tria. Si vero causam iniquam nouerit, eam deserat, & salarium restituat secundum Goff. Sed Hostien. dicit quod illud habebit pro labore, quem forte bona fide suscepit, quod

videtur

videtur si parum recepisset, sed si multum saltem in parte videretur restituendum si non prosequatur patrocinium, quia videt causam non iustam, quod a principio non perpendit. Nam si cognouisset iniustum & vt lucraretur dixit clientulo quod ius habebat verum est dictum Goff. scilicet quòd restituat totum, immo etiam quod alias clientulus in causa illa expendit. ¶ No. enim quod mortuo aduocato non potest ab hæredibus eius repeti salarium sibi datum, si per eum non stetit quin causam ageret, vt. ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. diuus. Sed si per eum stetisset viuentem quod causa non est acta, tunc posset petere salarium, & datum haberet restituere. C. de condi ob turpem. l. fi. Idem si sit infirmus, vel alias legitime impeditus ita quòd per eum non stat quin agat causam, talis enim non habet restituere salarium sibi datum. Quidam tamen distinguunt in actore, quia aut fuit in more contestandi litem vel procedendi, & tunc non repetet, alias autem de æquitate reddent hæredes aduocati salarium datum in huiusmodi. Alii autem dicunt indistincte sibi reddi si nihil erat factum, & hoc de æquitate. Si nunc per casum fortuitum ex persona clientuli stetit, quo minus sequi potuit & tamen tenetur reddere, puta si res petita periit ita quod res non tenetur, vt. ff. de rei vendi. l. vtique. Pro pauperibus autem qui non possunt eis soluere, tenetur aduocare gratis cum possunt, & quæritur patrocinium eorum ab eis & pupillis & viduis & aliis personis miserabilibus, etiam si habeant causam contra potentem volentem oprimere eos, 23. q. 3. c. ostendit, & in aliis. c. sequen. Tenetur enim quilibet subuenire necessitatem patienti de substantia sua & de arte & exertitio suo, secundum Thomam. 2. 2. q. 71. ar. 1. & dist. 86. non satis.

De mortuo aduocato.

Grata, p panperibus esse debet patrocinatio.

§. 5. ¶ De defectibus & vitiis aduocatorum ponit Aluarus in lib. de planctu ecclesię, paccant enim multipliciter. Et primo cum fouent sub dole causas procedendo idest decipiendo clientulum dum scilicet adiuuat occulte aduersarium. Et tales qui dicuntur præuaricatores & proditores sunt infames. 2. q. 3. §. notandum, & tenentur vltra peccatum iniustitiæ & proditionis ad omne damnum & interesse læso. ¶ Secundo quia causas desperatas fouent contra coscientiam, & in hoc gloriantur, quasi magis subtiles aduocati contra illud. 11. q. 3. qui consentit. Et talis etiam tenetur parti aduersæ quæ iustitiam habet de omni damno & interesse, & etiam suo clientulo de expensis si suadet sibi ius habere, liget. ¶ Tertio cum dilationes superfluas nituntur obtinere ad hoc tantum vt fugiant sententiam, vel magis prolongetur litigium, vnde plus lucrentur, vel scienter sine causa rationabili faciunt clientulum appellare & etiam tenentur de damnis propter hoc. 3. q. 7. infamis. §. tria. ¶ Quarto in recipiendo nimis magnum salarium vel pacisendo de certa parte litis cum graui damno litigatoris, quod prohibetur. 3. q. 7. c. infami. §. tria. Quo modo debeant moderari salarium dictum est in. §. præcedenti. ¶ Quinto quia ignorantes iura cum nesciant quid dicant opprobriis contumeliis certant, quod prohibetur in dicto. §. tria. ¶ Sexto vbi est copia aduocatorum, sicut Bononiæ, Florentiæ & Venetiis, vt aliis lucrum subtrahunt, qui meliores & peritiores sunt, paruissimo salario sunt contenti, vt viles & abiecti, secus autem si facerent propter paupertatem clientuli, tunc enim virtuose agerent. ar. distinctione. 86. c. non satis. ¶ Septimo cum informant falsos testes, & quærunt seu faciunt positiones cauillosas, vel inducunt clientulum ad deierandum imponendo & respondendo, & ideo vt homicidæ animarum tenentur & infamia perpetua notantur argu. 22. q. 5. illæ qui hominem. ¶ Octauo quia recepto salario non curant de causis, nec studeant nec vigilant circa eas, & sic propter negligentiam clientulus amittit istam causam, & tunc vltra peccatum obligatur ad satisfactionem. ar. de æta. & qualitate or. præ. ca. ad vres. ¶ Nono quia cum sciunt aliqui vel scire debeant se ignorantes & insufficientes, nihilominus salarium recipiunt & propter insufficientiam suam causam iustam amittunt vnde in culpa sunt, & ad restitutionem tenenter. ar. ff. ad l. aquil. l. idem iurit, & extra de sen. & re. iudi. c. cum eterni. libr. 6. in glo. ¶ Decimo quia vbi sufficientes sunt ipsi qui assumunt officium aduocationis, aliis insufficientibus vices suas committunt, vnde & ipsi de lęsione clientuli tenentur. ar. ff. de præscri p. verbis. l. apud labeonem. §. fin. nisi forte clientulus sciens & prudens contentus fuisset, quia eo inuito non potest alteri committi hoc quia differentia est inter artifices, extra de offic. de leg. capitu. fin. & si eo inscio hoc fecit debuit hoc ipsum æstimare non permissurum si sciret. ff. de fur. l. quia res sibi. ¶ Vndecimo falsam legem allegando, vnde crimen falsi occurrit, extra de iudi. nouit in glo. vel fal-

so legem inducendo & eius intellectum pervertendo mentientes, & a veritate recedentes, & ad sensum suum pro parte sua legē interpretans contra illud dist. 37. c. relatum.

Possunt tamē aduocati iura variis modis exponere dummodo secundum conscientiam procedant. Nam contra conscientiam exponentes & inducentes ædificant ad gehennam, extra de scru. in or. fa. ca. 1. Et si causam desperatam despiciant. i. qui non possit iuste obtineri vel foueri, omnino debent salarium restituere secundū Goff. & de hoc in §. præcedēti. Et breuiter tenetur qualitercunq; amittant causam suam vitio suo. Secus si ex qualitate causæ vel hoc defectum probationis, quia tūc vitium est materiæ non artificis. Nam ignoscendum est illi qui ad bonam fidem agnouit, vt. ff. man. l. quiuis ¶ Duodecimo quia sic queruntur per eos stat ne causa terminetur, & tamen totum salarium petere possunt. ff. loc. & conducti. l. qui operas. ¶ Tertiodecimo qa volūt esse testes in causa in qua sunt aduocati, contra illud quod legitur, extra de testi. ca. in literis. ¶ Quartodecimo quia cum sint quidam. f. aduocati vasalli dominorum volūt ꝑ eis aduocare: nec de aduocationes eis seruire, cum ad hoc ex pacto teneantur, nam si tenēātur eis in hoc seruire, secus, secundum Innoc. ar. extra, de iureiu. c. sicut. ¶ Quintodecimo, quia cum fuerint aduocati in causa volunt esse iudices in eadem. ¶ Sextodecimo quia voci ferantur & contendunt rixose cum miti locutione non tumultuosa voce debeant factum suum proponere & iura & allegare. 5. q. 4. in loco. ¶ Decimoseptimo quia cum religiosi in aliquo casu licite aduocant, vt cum licentia sui prælati, & pro personis concessis aliqua munera recipiunt vel exigunt, contra illud. 15. q. 2. obseruandum. ¶ Decimooctauo, quia monachi pro monasterio suo aduocant sine lnia abbatis, contra illud, 16. q. 1. c. monachi. ¶ Decimonono quia clerici aduocāt frequenter cōtra epm suum vel contra ecclesiam suam, vel patronum in quo casu merei perdere bñficiū 22. q. 5. de forma & nota. 1. q. 7. c. 1. ¶ Vigesimo quia aduocant pro hæreticis condemnatis vñ a suo officio sunt suspensi perpetuo, extra de hęre. c. si aduersus quod intelligit Hostien. post quā p ecclesiā fuerint denūciati excōicati. ¶ Vigesimoprimo q. dederunt cōsiliū auxiliū vel fauorē, morti vel in secutioni eporū, qa tūc aduocare nō possunt nec circa aliud officiū extra de pœnit. c. fælicis, lib. 6. ¶ Vigesimosecundo cū aduocāt et tñ sunt filij vel nepotes hæreticorū vel fauentes hæreticis cōtra illud de hære. c. 2. §. hæretici li. 6. ¶ Vigesimotertio cū non præstāt patrociniū ecclesiæ suæ cū teneantur. 3. q. 1. nulli. ¶ Vigesimoquarto cum nolunt esse aduocati pro vtraq; parte bona fide pro quibus facit quod notatur. 45. dist. c. disciplina. in tex. & glo. Sed Arch. illud intelligit cum ex aduocatione nō fit prēiudiciū parti, sed ego nō video quo vtriq; partū contrarie se habentium possit seruare pure, & iōpecat, arg. prædictæ legis canonizate. 2. q. 3. notandum. Et cōtra illiterarū debēt aduocati loqui. vulgariter. Possunt ēt aduocati & iurisconsulti mutare suā opi. si expedit mutari ar. 23. q. 6. vides. Possunt etiā aduocati in causis matrimonialibus & aliis causis spūalibus leges adducere, dummodo nō contrarientur canonibus, dist. 10. c. 1. ¶ Vigēsimo quinto, quia aduocant quidam qui de iure non possunt cū a iure eis prohibeatur, de quibus habes. 3. q. 7. Infamis. §. tria, vt dictum est supra. eo. ti. c. 1. §. 1. ante fi.

¶ *De tabellionibus & procuratoribus & salarijs & defectibus pluribus eorum. Cap. 3.*

DE notariis & procuratoribus. Sciendum quòd notarii debent habere tres conditiones Primo debent esse liberi. i. non serui, & de legitimo matrimonio nati & admittuntur ad notariatum iurari. Pro quorum declaratione dicit Aug. de Ancho. in li. de. pote. eccle. quòd notarius in suo officio requirit publicam administrationem. Est enim persona publica publicæ vtilitati deseruienti. Secundo requirit liberam actionem, vt habeat dominium sui actus. Tertio requirit fidelem executionem. Igitur propter publicam administrationem notarii debent esse de legitimo thoro nati, qui vitiosa origine obscurantur non possunt esse de curia, nec reipublicæ præesse in aliquo officio vel dignitate sine superioris dispensatione, Propter liberā actionē requiritur q̄ non sint obnoxii seruituti, sed personę libere. Dicit enim iurisconsultus. Cod de scrib. Tabularii liberi homines ordinentur, nec vlli ad hoc officium deinceps pateſcat aditus qui sit seruituti obnoxius. Si tamen aliquis dicit se esse liberum & vt liber admittitur ad officium notariatus & nomine liberæ & publicæ personæ exerceat notariatus officium in ciuitate in qua forte ortus non est, sed postmodum denuncietur seruus, planum est quod instrumenta, ab eo prius facta valebunt, quia liberam actionem habuit a domino, donec ipsum seruum esse non pronunciauit. Propter fidelem vero executionem

Cōditiones Notarii.

nem requiritur quòd iuramentum præstent, quòd fideliter exequentur officium suum, sicut enim Imperator iuramentum præstat de officio suo fideliter exequendo, vt patet dicti. 63. c. tibi domino, ita eo modo ipsæ suos officiales ad mittere debet iuratos. Fiunt enim notarij auctoritate Papæ vel Imperatoris immediate, vel deriuata ab eis. ¶ Notandum ēt quòd notarii officium eorum delegare nō debent, vt scribitur in authen. de tabellionibus. Et hoc propter tria inconuenientia quæ inter dum sequuntur, vt dicit Augu. de Ancho. vbi. supra. Primum est ex parte iudicis qui nō potest lucide informari de veritate contractus quando per diuersos notarios inchoatur & p ficitur. Secundum est ex parte personarum quæ contrahunt, quæ cum aliquando sint laici & rudes literas nescientes faciliter eis pōt negari veritas per illa quę sequuntur vel ponuntur in instrumento, priori notario nō pñte. Tertium est ex parte ipsius notarii, cum. n. perfectio rei cōsistat in principio medio & fine, vt philosophus dicit in de cælo & mundo, nullus opus perfectum esse potest nisi p eum sit inchoatum, mediatum & terminatum. Nō debent, ergo notarii delegare aliis ad componenda instrumenta inter cotrahētes, maximè cum ipsi profiteantur instrumenta sua manu conscribere. Si tamen fecerint puniendi sunt. Instrumenta vera non vitiantur, vnde scribitur extra, de fi. instru. capitu. cum per tabellio morte præuentus quædam non perfecerit in strumenta quę in nota redacta fuerunt ab eodem ad petitionem eorum ad quos pertinent auctoritate ordinarii iudicis poteris ea fideliter in publicam formam redigere habitura p hoc perpetuam firmitatem. Hæc ille. In casu etiam ægritudinis vel alterius rationabilis occupationis debent ipsi notarii contrahentes admonere, vt per seipsos compleant eorum contractus. Et si dicatur quòd ex frequentia hominum petentium notarios aliquos nominatos interdum tot contractus recipiunt per ficiendos quòd soli ipsi complere non possunt. Respondeo quòd vt dicit iurisconsultus melius est pauca agere caute quàm multis interesse periculose Et Eccles. 11. dicitur. Fili ne sint in multis actus tui, non enim propter hoc excusantur.

Notarij officium suum delegare nō debet.

§. 1. ¶ De his quæ iurant notarii seruare & quis possit creare notarios. Dicit Hostien. vt refert Io. An. in nouella super. c. sicut te. ne cleri. vel mo. quod tabellio consueuit iurare sex. ¶ Primo quod de his quæ videbit & audiet & requisitus fuerit, sine diminutione veritatis & cōmixtione falsitatis conficiet instrumētum. Vnde vt dicit Hostien. Solet requiri tabellio sub pœna officii sui q conficiat instrumentū requirent, quod si nō fecerit, periurus videtur & sic suis instris postea nō crederetur, arg. de test. c. testimoniū. Et hāc req̄sitionem quisque de populo facere pt, ar. de testa. c. relatū. 2. & pro tāto dicitur seruus publicus & publica p sona. Secundo iurat q secreta iniuncta sibi celabit. ¶ Tertio q super contractu vsurario vel in fraudem vsurarium inito non conficiet instrm sciēter. ¶ Quarto q de oībus instris quę reddet prothocolla tenebit. ¶ Quinto q fidelis erit illi quo cōstituitur, & si sciret dandū suum tractari per se vel per nunciū reuelabit ¶ Sexto q illud officium sic sibi iniunctū cupiditate, odio, timore, & amore remotis vel omnia secundum bonā conscientiā exequet. ¶ Quantum ad secūdum. s. quis possit creare notarios. Dicit Augu. de Ancho. vbi supra q notarius est persona publica habens officium scribendi instrumenta super contractib. aut aliis negociis ad faciendum fidem super eisdem. Illius ergo auctoritate instruendi sunt q totius reipublicæ curam habet vel per vniuersalē iurisdictionem, sicut Imperator. Et ideo solum Papa & Imperator possunt notarios publicos facere, vel illi quibus auctoritate Papæ vel Imperatoris est cōcessum. Archiepiscopus Floren. habet priuilegium ab Imperatore valendi creare notarios. Plures etiam ciues ab Imperatore habent hanc auctoritatē. Dicunt aūt aliqui q eps in ecclesiasticis negociis pōt notarios constituere per totam suā diocesim eo q ipsi cura totius diocesis commissa per eū regenda & gubernanda. 10. q. 1. c. regenda. & 12. q. 1. episcopus, nō tamē ecclesiasticus notarius instrumentum conficeret in negociis secularibus qui. s. institutus est solum auctoritate epi. Nec sine auctoritate imperiali & episcopali poterit in vtrisque confici instrumenta nisi sit clericus. Nec secularis in ecclesiasticis negociis debet conficere instrumenta, eo q cōuersatio vtrorumq; debet esse secreta & distincta, vt. 2. q. 7. laicos. ¶ Circa hoc mouet quæstionē. Io. An. in nouella, super. c. sicut te, ne cle. vel mo. Et dicit q licēt aliqui dicant q institutus notarius a laico possit conficere instrumenta in ecclesiasticis negociis, & ita de facto seruatur. Tu de rigore & veritate iuris dicas cōtrariū, ad hoc de ele. c. messina. Duo n. operantur q credit publico instro. s. præstatio iuramenti, de pscri. c. ad audientiā, & auctoritas iudicialis a qua tabellio hāc recipit ptātē. in authen. de tabel. § 1. hoc duorū secūdum

Duo ad fide instrumenti operant.

deficit hic. Sicut.n. dictum teſtis auctoritate iudicis ſecularis in cauſa eccleſiaſtica recepti fidem nō facit in foro eccleſiæ licèt forte ſit verū. extra de indi. c. atſi clerici, ſic in inſtro tabellionis auctoritate ipſius conſtituti. Sicut.n. hoc Imperator mandare non poſſet, ita nec generaliter ar. de deci. c. tua. Secus eſſet inſtro confecto a tabellione clerico in temporalibus licèt tale officium exercere non debeat, vt in iſto. c. ſicut te. Ibi etiam aſſignat multiplicem rationem quare clerici nō debent conficere inſtrumenta in temporalibus. Et not. ꝙ in d. c. ſicut te. ſic dicit Inno. 3. Mandamus ꝙ clerici in ſacris ordinibus conſtitutis tabellionatus officium per beneficiorum ſubtractationem appellatione poſtpoſita interdicas.

Venetos nō habere notatios. vbi dicit Io. An. Nota contra Venetos vbi non eſt vſus tabellionum ſed ſacerdotes cōficiunt inſtrumenta, ſi tamen fecerint inſtrumenta ante quam eis interdicatur tenent poſtea vero non. Inno. & Abb. Et poteſt eſſe ratio quare poſt interdictū non valent quia interdicto officio & eius executio. ar. de ap. c. paſtoralis. aliàs eluſorium eſſet quod eſſe non debet, & ſic etiam hoc eſt in pœnam contrahentium & delictum conſentientiū. Et dixerunt quidam ꝙ ſi hæc prohibitio peruenit ad illos de populo non valet inſtrumentum aliàs probabilis ignorantia excuſat. Nam tunc tales indigne conficiunt inſtrumenta quantū ad ſe, ſed non quantum ad alios. Tu dic indiſtincte ꝙ valet inſtrumētum, licèt tabelilio poſſit priuari beneficio, quia hæc pœna ſola hic imprimitur vnde aliam inuenire non debes ſed potius impoſitam emolliri, de reg. iur. c. in pœnis. li. 6.

tit. 13. c. 1. §. 2. De iſta materia vtrum ſcilicet clerici vel religioſi poſſint conficere inſtrumenta & quomodo habes infra de ſtatu clericorum.

§. 3. ¶ De ſalariis exigendis a tabellionibus & procuratoribus qui vt plurimum ſunt inhumani in huiuſmodi dicit Guil. in Spec. circa hoc quia aut ſcriptura quam faciunt eſt forenſis ſeu iudicialis aut extraiudicialis. Si iudicialis vt ſunt acta iudiciorum proteſtationes, emancipationes & huiuſmodi quæ coram iudice & notario fiunt, ſi immoderatum exigit ſalariū ad officium iudicis coram quo actum eſt pertinet partes releuare & grauaminibus curialium & expenſis. de pœnit. diſt. 1. nemo. extra de offi. deleg. cum te. Et cuncta quæ litem vel litigatores impediunt, emendare debet. 1. q. 1. emandari. Et tales improbos exactores debet punire. C. de offic. præfect. l. peto. Debet ergo moderari quid dabitur pro termino ſcribēdo, quid pro exceptione, quid pro citatione, quid pro litis conteſtatione, quid pro poſitione, quid pro articulo, quid pro depoſitione teſtis, quid pro exemplatione inſtri, quid pro interlocutoria, quid pro ſententia, præcepto vel appellatione, & ſic de aliis, & hoc in ſpecta & conſiderata conditione & qualitate litigatorum & cauſæ & fori cōſuetudine. Nos vero ſcripta notariorum noſtrorum qnq, facimus per alios notarios in talibus expertos & fideles taxari. Si uero ſit extraiudicialis ſcriptura puta inſtrumentum depoſiti vel ſolutionis vel procurationis vel venditionis, & huiuſmodi, debet hoc per loci ordinarium expediri. Quod ſi conuentum ſit de certo ſalario inſpecta conditione litigatoris & fori conſuetudine & cauſæ qualitate hoc traxabit vel faciet per viros expertos taxari. 3. q. 7. infamis. §. tria. extra de ſymonia. c. 1. & x. q. 2. §. hoc ius. Et vidimus aliquas curias in huiuſmodi bene ordinatas, & nos dum eſſem auditor generalis cauſarum palatii domini Papæ, ſatis bene, quoad palatium ipſum procurauimus ordinari. In ſumma vero dūs tenetur procuratori quod expenſas moderatas in negocio & in iudicio factas, vt extra de procur. cum procauſa. Sed quando debet ſolui ſalarium procuratori Reſpon. pa. nota extra de loco. & cōduct. c. propter, ꝙ ſiquis locauerit operas ſuas pro aliquo opere faciendo vel exercendo de nouo, ꝙ etiā ſi ſalarium promiſerit aduocato medico vel procurari vel in aliis ſimilibus caſibus tantum finito opere debitum ſoluendum eſt ar. C. de ſuffr. vnica hæc omnia Guil.

§. 4. ¶ De ſalario procuratorum qui procuratores aliquando etiam ſunt notarij ſeu tabelliones de quo dicit idem Guil. in Spe. lib. 1. Nunc de procu. ſalarium ſeu merces incerte pollicitationis peti non poteſt. C. man. l. ſalarium. ſoluta tamen retineri non poteſt. Pollicetur autem quis aliqñ, cū nullus interrogatione præcedente ſalarium offert dicens ſubito. Facias hoc & ſic faciam tibi. ff. de polli. pactum. & huius polliciti quilibet dominus eſſe poteſt. In hoc diſtingue, quia aut quod promittitur eſt incertum genere, aut eſt incertum re, aut eſt incertum re & genere. Si eſt incertum re vel genere, puta dicendo benefaciam tibi, vel recognoſcam hoc ſeruitium, vel tibi plene retribuam, tunc peti non poteſt vt in prædicta lege ſalarium. Si vero re tantum ſit incertum, ſed certum genere puta promitto equū, vel veſtes, vel faciam te militem, nec dicit quem equum vel quas veſtes vel quantum pro militia dare tunc non eſt penitus incerta promiſſio, & ideo peti poteſt. ar. C. mau. l. 1. Taxabitur

xabitur autem hoc arbitrio boni viri. ff. pro socio. l. si societatem. Si autem certum re & genere promittitur, puta promitto tibi talem equum, vel talem vestem, vel faciam te mili tem tali die, & dabo tibi pro militia tantum, subdistingue, quia aut fuit hoc deductum in stipulatione. & tunc certi conditione petitur quod promissum est, vt insti. de verb. obli in prin. aut non fuit deductum in stipulatione, quod certum est, sed nudo pacto promissum, & tunc petitur aliis variis actionibus prout ibi subdistinguitur. Hoc autem no. ꝙ procurator non potest de certa parte litis, puta media vel quinta pacisci alioquin non valet talis pactio, immo punitur talis. ff. de var. & extraord. cog. l. 1. aduocato. Sed nec salarium procuratoris potest excedere. c. aureos, quia nec aduocati salarium potest tantum excede re. ff. de ver. & extraor. cog. l. 1. nam & procuratos dicitur aduocatus, vt. 3. q. 8. c. 1. & econtra. Hodie autem procutator nomine palmarii non potest recipere in quacunq; causa vltra. 20. lib. Turon. qui etiam debet iurare, vt quam citò malam causam cognouerit ipsam deferet & alia plura, alioquin multipliciter punitur, vt in constitutione. Greg. 10. de postul. c. properandum, dicitur autem palmarum victoria causę. Hæc. Guil.

§. 5. ¶ De his quæ requiruntur ad publicationē in strī sine quibus instrm non esset validum. Et sunt. 9. secundum Guil Spe. lib. 2. c. 44. videlicet inuocatio nomini dñi, annus eiusdem, indictio, dies contractus, nomen Papæ, vel Imperatoris, vel Regis de loco, testes, nomen tabellionis, & eius signum. Instrm enim ad hoc vt sit publicum & per consequens validū duo debet continere scilicet factū quod dicitur cō tractus, quia inter partes contrahitur & ordinatur. Et hoc diuersificatur secundum varietatem vel diuersitatem negociorum. Et formę seruandę in hmōi habentur per totum in d. li. spe. iudi. secundum quod debet continere instrumentū publicationis quæ sunt prædicta nouem. ¶ Prima ergo est inuocatio nominis domini, vt dicatur in principio instrumenti. In nomine dñi, amen, vt. 23. dist. in noīe dñi, vel sic, In nomine dñi nostri Iesu Christi, vel, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et hæc iniciatio est ponenda in arduis & perpetuis instris. In minoribus ât & infra breue tps defecturis & in publicationibus actorum iudicialiū, nisi sit snīa diffinitiua non est vis eā omittere inchoando sic, Anno domini & cęt. ¶ Secundò ponendus est annus dñi quotus sit a natiuitate Xpi vt in quibusdam locis, siue, Ab incarnatione eius, vt in aliis locis, in hoc seruanda est consuetudo loci sm ꝙ ibi in choari consueuit annus, vt dicatur, In nomine dñi, amen, Anno ab eius incarnatione, vel natiuitate tali vel tali Et hoc dicunt quidam de consuetudine inductū non iure contentū, non tñ debet omitti, aliàs esset inualidum in strm. ¶ Tertio post annos dñi ponēda est quota indictionis, vt dicat in noīe dñi. am. Anno ab incarnatione eius tali, indictione tali, vt in d. c. in noīe dñi, dist. 23. Sed pro eius declaratione sciendū ꝙ indictio dicta ab indicendo. i. pcipiendo. vñ indictio iussum seu pceptū dr. Et sic est hæc introducta. Cæsar Augustus pro posuit vt describeret vniuersus orbis, qui. s. erat sub dñio Romanorum, vt hr Luc. 2. vt sic singuli soluerent tributum in signū subiectionis de quindeno anno, in quindenū, & qualibes quindenū annorū diuidebant in tres quinas annorum, & quamlibet harū partiū quæ erat quinq; annorū vocabant Lustrum. In prima ergo quina seu lustro ordinauerat Augustus Imperator dari ferrum à singulis pro tributo vñ fiebant arma ꝑ militibus reip. In secundo lustro reddebat argentū pro tributo in stipendiū soluendū militantibus. In tertio argentū vel aurū ꝑ reip. expēsas vel fabricatione simulacrhorū & eorū templorū, postea in choabatur a capite aliud quindecenniū. Illud ergo quindeceniū dicebatur indictio & est ęq uocū ad totū illud tps. 15. annorū. & ad quēlibet annum illius quindecennii, vt primus annus eius dicat prima indictio, secūdus annus secūda indictio, & sic de aliis, & post. 15. anno inchoat a capite & dr prima indictio &c. Tātæ ât fuit auctoritatis hæc cōputatio & quotatio iurisdictionis vt nullius sine ea expssa fieret cōtractus, nec priuilegiū nec testm nec alia scriptura solēnis sine ea valeret. Et ēt hodie eadē hēt iuris auctoritatē, q̄is in hoc stet cō suetudini regionis, vt ext. de fi. instr. c. cū dilectus. Si vis ât scire & inuenire cito quotā indictionis diuide annos dñi p quindenas annorū & dimissis ōibus integris quindenis id qđ remanet inferioris numeri additis tribus annis qa tor anni prcesserant de primo quindeno qñ Xps est natus illud est quota indictionis vsq; ad. 15. indictionē, expleta. 15. inchoabit postea a prima indictione, & sic de singulis. verbi gratia. Nunc currit annus dñi M. cccc. xlviij. & numerus M. CCCC. XL. continet indictiones xcvi. integras quarum quælibet habet 15. annos completos. Remanent ergo octo anni quibus addēdo tres (vt dictum est,) sequitur quod indictio in tali anno sit 11. in

Quid sit indictio.

De inuentiōe indictionis.

sequenti

sequenti anno erit. 12. in alio. 13. & postea in alio. 14. demum in sequenti. 15. scilicet in anno domini M. CCCC. LII. dicetur indictione. 15. postea in anno sequenti scilicet M. CCCC. LIII. erit indictio prima, & sic deinceps. Incipiendus est autem annus indictionis ab eo anno qui incipitur annus domini siue ab incarnatione siue a natiuitate secundum varietatem locorum. Aliqui etiam incipiunt annum a mense Ianuarii, & sic etiam indictionem. Vnde versus. Si per quindenas domini diuiseris annos. His tribus adiunctis indictio certa notatur. ¶ Quarto post indictionem ponitur dies mensis in quo conficitur instrumentum scilicet vel tali die talis mensis. Et in aliquibus locis additur vsque ad medium mensem, intranti tali mense, & post medium ipsius mensis addunt ad quotā diem existente tali mense, in penultima tamen & vltima die & prima hoc non ponunt. Quot autem dies quilibet mensis habeat dantur versus Iunius Aprilis September Nouemberque tricenos. Vnum plus reliqui, sed habet Februarius octo. Vicenos cum bissextus fuerit super additur vnus. Aliquando & præcipue in litteris apostolicis designatur quota die per Calen. nonas, & ydus. Pro horum declaratione sciendum quòd Romani faciebant nundinas ter in mese quolibet scilicet in prima die mē sis quæ dicebantur Calendæ, & in. 5. die vel 7. secundum varios menses vt dicetur & dicebantur nonę, & post inde ad octo dies, & dies ydus. Omnes ergo dies mensis denominabantur ad his scilicet Calendis nonis & ydibus per hunc modum. Nam prima dies mensis dicebatur Calendis talis, vel talis mensis post alii dies vsque ad diem nonarum denominabantur & dinumerabantur a nonis. Nam quoad menses qui habent quatuor nonas dicebatur in secunda mensis 4. nonas talis mensis, & tertia die mensis dicebatur. 3. nonas, quarto die secundo nonas vel pridie nonas, & in quinto dicebatur nonis talis mensis. Quo ad menses habentes sex dies distantes a nonis dicebatur secunda die mensis. 6. nonas talis mensis, tertia die mensis talis. 5. nonas, & sic de aliis. Postea post nonas dinumerabant dies ab ydibus. Nam post diē nonarum dicebatur 8. ydus talis mensis, & sequenti die dicebatur 7. ydus, & sic deinceps vsque ad octauum diem, tunc dicebatur ydibus talis mensis, die autem præcedenti ipsum dicebatur pridie ydus vel secundo ydus talis mensis. Reliqui dies mensis denominabantur a Calendis futuris secundum numerum dierum quibus distant ab eis vt dicatur post ydus quoad aliquos menses. 18. Calendas talis mensis nominando sequentem mensem, & die sequenti dicitur. 17. & sic deinceps vsq; ad vltimum diem, & tunc dicitur pridie Calendas mēsis sequentis. De huiusmodi dantur versus tales. Sex nonas maius October Iunius & Mars. Quatuor ac reliqui, tenet ydus quilibet octo. ¶ Quinto post diem ponitur nomen Papæ in terris suis vel Imperatoris in Imperio vel regis in regno, hoc modo prędidenti tali Papa vel tali Imperatore vel rege regnante. In curia etiam ponuntur anni quibus Papa recedit, puta anno domini Millesimo quadrigentesimo. 48. dicitur pontificatus sanctissimi domini Nicolai. 5. anno secundo. ¶ Sexto apponēdus est locus in quo recitatur instrumentum, locus autem qui est exprimendus ex duplex scilicet generalis & specialis, generalis puta ciuitatis, castri vel villæ in quo recitatur instrumentum & specialis locus puta actum est Viterbii in domo Ioannis quondam Gerardi in camera superiori eiusdem domus, vel in parrochia sancti Laurenti sub porticu talis domus. ¶ Septimo post locum ponuntur & testes, & quādoque sub nomine nominatiui casus puta interuenerunt ad hoc testes Pe & Io. ad hoc vocati & rogati. Quandoque per genitiuum, vt cum dicitur in prędentia talis & talis testis vel coram talibus testibus vel præsentibus talibus. Et licèt in quælibet instrumento tabelliones ex vsu apponunt testes ad hoc vocatos & rogatos, tamen de iure hoc non est necessarium nisi in quibusdam casibus. ¶ Octauo post testes debet poni nomen tabellionis & debet poni nomen & pronomen eius & cuius auctoritate sit notarius, puta hoc modo. Ego talis filius talis de tali loco sanctæ Romanę ecclesiæ vel Imperiali vel talis episcopi vel comitis auctoritate publicus notarius his omnibus interfui & rogatus hæc scripsi. In testamentis autem dicitur, omnia de mandato dicti testatoris hæc scripsi & in publicam formam redegi. Sed in sententiis & processibus iudicii talis scripsi, sed in sententiis confessionibus & huiusmodi consueuit sententiā proferens vel confitens loqui hoc modo. Ego talis in tali causa sic pronuncio vel sic cōfiteor & dico. Et postea subiungit. In cuius rei testimonium & futurorum memoria hoc præsens publicum instrumentum per talē notarium scriptum fieri iussi, & hoc in sententia ordinarii. Et nota quod notarius semper debet dicere in instrumento se fuisse rogatum.

De Calēdis nonis & ydibus.

¶ Nono

¶ Nono in fine omnium post omnis suum apponat tabellio signum, vt per illud & alia euidentius comparatio fieri possit cum necesse fuerit. In quibusdam tamen locis vt Narbone tabelliones non vtuntur aliquibus signis, & in huiusmodi est standum consuetudini locorum. Nomen notarii solet poni in fine instrumenti communiter, alia vero in principio, vt annus domini, indictio dies locus testes. Sed etiam cosuetudo reggionis seruanda. Hæc omnia Guil.

§ 6. Octo circa quæ notarios errare cõtingit.

¶ Defectus & vitia quæ committuntur in exercitio notariatus & procuratus. ¶ Primo quando conficiunt instrumenta inepta & confusa seu defectiua & inualida, quia non habent debitas solenitates ex quibus personæ dannificantur vel litigia incurrunt, quia solet accipere ex ignorantia ipsorum tabellionum. ¶ Secundo quando ex certa scientia confingunt falsa instrumenta, vt in testamentis solutionibus vel huiusmodi, qui ex hoc grauiter a legibus puniuntur. ¶ Tertio si ex malitia occultant scripturas alias necessarias & vtiles & præcipue ad istantiam aliorum quibus obsunt, vel legata ad pias causas vel aliis facta, vel etiam de aliis negociis. ¶ Quarto quando perpendunt con tractum fieri per extorsionem violentiam seu fraudem, & tamen rogant & non declarant factum suum non intelligenti quę solent contingi in mulieribus adoloscentulis, & idiotis quo ad renunciationem alicuius sui iuris, vel in contractu matrymonii cum apparet de violentia vel in testamento cum non habet vsum rationis & huiusmodi. ¶ Quinto quando conponunt instrumenta vsuraria, vel in fraudem vsurarum scienter. ¶ Sexto quando sunt vocati ad conficiendum aliquod instrumentũ & nolunt facere ne displiceant amicis vel potentibus quos timent, nec aperte aliter possunt inuenire notarium. ¶ Septimo quando pauperibus non valentibus sibi soluere de labore volunt rogati conficere instrumenta sua vel confecta nolunt eis dare in publicam formam, vt possint se in iudicio iuuare. ¶ Octauo quando de ministerio suo nimium salarium extorquetur, in quo attenduntur & labor & industria & quantitas causę & consuetudo regionis. In his omnibus vbi damnificatur quis & suo opere, videtur tenere ad satisfactionẽ læso, extra de iniu. & dam. da. c. fi.

§. 7. ¶ Procuratores autem offendunt vt notat Aluarus in li. de plant. ecclesię. ¶ Primo quidem si exercent tale officium quibus a lege prohibetur vt minor. 25. annorum ad iudicia & minor. 17. ad negocia. ff. de procu. l. minor extra de procu c. qui generaliter. lib 6. Item nõ potest esse procurator furiosus, infamis, surdus, mutus, accusatus de crimine, miles, seruus, excommunicatus vel constitutus ab excommunicato, quod si fieret tamen in oculto, teneret extra de procu. c. auditis. Item nec regularis nisi in casu sui monasterii iubente suo prælato vt de procu. cum religiosus, in clemen. Item clericus in quolibet gradu constitutus quo ad ciuiles causas, secus autem in spiritualibus, sed & in ciuilibus potest esse pro personis miserabilibus secundum Host. ¶ Secundo offendunt procuratores cum non appellant qnando debent, puta quando sunt grauati in causa contra iustitiam vel dominũ suo non denunciant quod appellet, extra eo. non iniuste ¶ Tertio quia pleno dominum suum non defendunt, quia omnia debent facere quæ faceret dominus si præsens esset, & maiorem diligẽtiam habere debet quam in suis negociis, vt C. man. l. in re mandata quod intelligendum est salua semper iustitia seu conscientia. Tenet autem ad tria procurator scilicet vocatus ad iudicium venire, iustis præceptis parere, & sine licentia nõ recedere 11. q. 3. certum. ¶ Quarto offendunt cum confitentur contra dominum suum malitiose, qđ non debent fateri corrupti ab alia parte & confessio procuratoris nocet domino, extra de postula. c. 1. ¶ Quinto si falsi procuratores sunt ideſt non habentes mandatum, vel falsum mandatũ habentes & si in aliis habeant, extra de rescrip. c. cum dilecta. Vtrum autem præiudicet domino quod facit procurator cõtra ius vel iniuriose contra eum sine speciali mandato extra eo, dilecti secundum Inn. vide ibi. ¶ Septimo quia extorquent nimis magna salaria in quo tenetur de superfluo 14. q 5. nõ sane. De salario congruo dictum est. supra. §. 4. ¶ Octauo quia intromittunt se de officiis aduocandi cum parum vel nihil sciant iuris, vnde in culpa sunt vsurpantes officium alienum & cum per hoc damnificãt dominos suos, tenetur eis. ar. extra de homi. c. tua. ¶ No no quia in fauorem dominorum suorum multa pro parte sua mendacia & periuria dicunt & partem aliam decipiunt. ¶ Decimo quia cauillationibus & falsis positionibus & allegationibus vtuntur, vnde & in his tenetur Deo & proximo, extra de crimine falsi. c. 1. Et breuiter in omnibus in quibus offendunt mali aduocati, peccant & mali procuratores.

TIT V-

TITVLVS VII. DE STATV MEDICORVM.

¶ *Quod uenerandi sunt medici in sua professione.* *Cap.* 1.

NVnquid medici suscitabunt & confitebunt tibi? Psal. 87. Sicut Deus gloriosus creauit medicinalia, vt dicit Ecclesiast. 38. cap. Altissimus de terra creauit medicinam & vir prudens nō abhorebit eam, ita & ipsæ primus auctor extitit artis & scientiæ medicinalis. Nam a Deo habuerunt illustrando naturalem intellectū ad inuestigandum vires herbarum & aliarum rerum & experiendum earum effectum. Primi auctores medicinæ, vt Apollo & Esculapius, quem secuti sunt Hippocrates & Galenus & Auicenna antiqui artis medicinæ scriptores & exinde alii. Applicando ergo medicinalia ad infirmum a Deo creata, medicus sic curat ægrotum vt instrumentum Dei siue naturæ, & sancti viri fuerunt medici vt Lucas Euang. de quo ait Apostolus ad Col. 4. c. Salutat vos Lucas medicus charissimus. Et sancti viri vsi sunt medicinalibus. Legit enim de Ioan. Euang. quod existens in balneis videns Cherinthum hæreticum, dixit sociis. Fugimus hinc ne balnea corruant in quibus Cherinthus filius diaboli lauatur. 24. q. 1. omnis qui. Et sanctus Germanus episcopus capuanus ad balnea cum infirmitatis causa accedens inuenit ibi animam Pascasii in specie humana seruitutem &c (vt refert Grego. in dialog.) Et Augu. in regula loquens religiosis dicit, quòd si nō est certum de infirmitate alicuius fratris medicus consulatur, vt scilicet secundum consilium suum ei quantum potest fieri prouideat. De medicis ergo loquens Psal. ait Nunquid medici &c. quasi dicat, etsi eorum sit curare non tamen resuscitare, in quibus tria possunt notari.

Primi medicinæ auctores.

¶ Primo professio veneranda, ibi medici.

¶ Secundo effectio admiranda, ibi suscitabunt.

¶ Tertio confessio imitanda, ibi. & confitebuntur.

¶ Quantum ad primum vtique professio seu exercitatio medicorum est honoranda. Nam & hoc vsus habet, & dicit Sapiens. Ecclesiasti. 38. cap. Honora medicum propter necessitatem, idest quia tibi est necessarius cum sæpe infirmetur homo variis languoribus. Vbi aduertendum quòd medicus est triplici honore venerandus videlicet.

¶ Honore subuenientię.

¶ Honore obedientię.

¶ Honore reuerentię.

Honor subuenientię est vt detur sibi salarium vt inde sibi subueniatur de labore suo. Vnde August. repræhendēs eos qui nolunt medico prouidere dicit Quidam nolunt dare medico honorem suum. 13. q. 5. non sane ostendens ibi quod potest illud exigere etiam abinuito quod intelligendum est si potest. Nam pauperibus non valentibus soluere gratis debet mederi, & non se ab eorum cura subtrahere quia hoc esset indirecte occidere. Mortem enim p robatur languentibus inferre qui hanc cum potest non excludit. Inquit Simachus Papa dist. 83. §. 1. Nec ex hoc quod medicus accipit & petit salarium dicitur vendere scientiam suam vel sanitatem quæ spiritualia sunt, sed locat operas suas pro labore suo habito tunc vel prius in studendo quærit mercedem Nemo enim de suo cogitur facere beneficium. 10. q. 2. precarie, quòd autem sancti medici Cosmas & Damianus nil susceperint cum curabant infirmos, hoc ideo fecerunt ne viderentur vendere gratiam sanitatum, quia non virtute & industria humana, sed infusione diuina edocti fuerant illam artem & mircaulose sanabant vt seruarent illud Christi mandatum. Gratis accepistis gratis date. Matth. 10. sicut etiam Helisęus propheta Naaman curatum a lepra per eum nil temporale accipere voluit & Giezi qui ex auaritia præcium occulte accepit, scilicet sine scitu Helisei lepra percussus est. 4. Reg. Damianus autem qui minus accepit a muliere ab eis curata quia non ob præcium, sed ob Dei reuerentiam ob quam per nomen eius illa adiurauerat ad accipiendum & satisfaciendū deuotione eius in nullo peccauit, & ideo frater eius Cosmas qui hoc audito ita de testatus fuerat quòd mandauerat ipsum Damianum non sepeliri secum, admonitus fuit insomnis quod in eo non peccauerat Damianus cum accepisset ob deuotionem non ex auaritia, quod etiam per loquelam animalis irrationalis post martyrium eorum fuerat declaratum, de salarijs medicorum habes infra. c. 2. §. 3

¶ De secundo, scilicet honore obedientiæ. Sciendum quod primo & ante omnia infirmus de eo quod nouit debet detegere medico suam infirmitatem. Vnde philosophia ad Boe. Si operam medicantis expectas necesse est vt vulnus detegas, in lib. de philosophica conso. & hoc quantum ad locum in quo patitur & verecunde cum ea honestate qua decet

& quan-

& quantū ad cauſam vel occaſionem vt crepulam nimiam, luxuriam, ex qua multi infirmantur, paſſiones ex quibus inordinati homines grauiter infirmantur. Siue iræ ex qua nimia bylle dirutus ē ſanguis nec reſtringi potuit vnde & mortuus eſt, vt refert Aug. de Ciui. Dei. li. 2. c. 22. Seu triſtitiæ exceſſiue ſicut accidit Antiocho regi q̄ ex nimia triſtitia quam incurrit, quia non habuerat proſperū ſucceſſum in eo quod quæſierat expoliare ciuitatem quandam Elimaidam decidit in lectum ſomnum nō capiens, vt habetur 1. Machab. 6. Vel etiam propter inordinatum concupiſcētiæ amorem, ſicut habetur de Amon filio Dauid propter amorem carnalem quem habebat ad Thamar ſororē ex patre. 2. Reg. 3. Caueat tamen medicus ne det tale remedium quod dedit Ionadab ipſi Amō ſcilicet vt concumberet cum ea, quia grauiſſime peccaret. Deber etiam manifeſtare vitę ſuæ morem & vſum, ſic dicitur de quodam qui ſolitus erat euacuare loca neceſſaria & cum trāſiſſet per loca plena aromatibus vt per realrum Venetiarum ex tanto odore infirmatus eſt & quaſi deficiens, & cum non poſſet intelligi cauſa ſuæ infirmitatis, vnde nec curare, quidam medicus acutus interrogans de exercitio ſuo eo intellecto iuſſit eum poni iuxta locum talem ſcilicet ſtercorum & ſubito vires reſumpſit. Et ideo bonū eſt recurrere ad medicum conſuetum qui nouit complexionem & modum regiminis honeſtum maturum & practicum. Exinde debet medicū honorare ei obediendo Aug. ſuper Io. de Chryſo. quantum eſt in medico ſanare venit ægrotum. Ipſæ ſe interimit qui præcepta medici ſeruare non vult. Debet ergo obedire medico in licitis & honeſtis, non autem in malis, infirmus. Quomodo ergo debeat medico obedire, vide infra ſi autem quæritur. Et quāuis non ſanetur quis niſi Deo diſponente, hic tamen eſt modus a Deo ordinatus vt obediat quis medico. Vnde dicit Gratia, quamuis certiſſime ſciamus neminem vltra terminum ſibi a Deo præfixum eſſe victurum, omnibus tamen languentibus non incongrue medemur 23. q. 4. de Tyris. §. ſe. Nam vt dicta Tho. 2. 2. q. 83. art. 2. a diuina prouidētia non ſolum diſponitur, qui effectus fiant, ſed etiam ex quibus cauſis procedant & quo ordine eueniāt. Inter has autem cauſas quorundam effectuum cauſę ſunt actus humani ſicut comedere & bibere eſt cauſa huius ſcilicet conſeruationis vitę, & vſus medicinarum cauſa ſanitatis ſecundaria. Oportet ergo homines aliqua agere non vt per actus ſuos diuinam diſpoſitionem immutent quę immutabilis eſt, ſed vt per actus ſuos adimpleant quoſdā effectus ſecundum ordinē a Deo diſpoſitū, quāuis ergo ipſæ Deus ſi qui vulnerat & medetur, vt dicitur Io. 5. c. & ipſæ ſanat oēs infirmitates, inquit plaſmus, hoc tamē agit cōmuniter per cauſas ſecundarias, vt medicinas & huiuſmodi, & ideo hmōi vti debemus tpe oportuno, licēt aliqū præter naturā & p viam miraculi hoc operet. Sed vt dicta Gratia. miracula diuina ſunt admiranda nō in exemplum noſtræ actionis trahēda. 4. q. 3. §. fi. Si quis igitur talibus indigens non vellet talib. vti, quia expectaret a Deo ſanitatē graui ter peccaret, quia Deum tentaret, niſi ſuper hoc haberet familiare cōſilium. ff. ſicut B. Agatha. cū dixit. Medicinā carnalē corpori meo nunquam exhibui, erat enim experta diuinā beniuolentiam. Dicta Tho. 2. 2. q. 97. art. 1. vt vel infirmitates non pateretur q̄bus corporali medicina indigeret, vel ſubito ſentiret inſe diuinæ ſanationis effectū. ¶ De tertio honore reuerentiæ debet ēt medicus venerari. Quilibet enim beneficiatus debet honorare ſuum benefactorem. Et cum dicitur Eccl. 30. c. nō eſt cenſus ſuper ſanitatē, cum hoc beneficium recipiat per meritum debet eū honorare reuerendo. Eccl. 38. c. Diſciplina medici exaltabit caput eius ideſt faciet eū honorari & reuereri & in medio magnatū collaudabitur. In tanto honore & reuerentia habiti ſūt medici ab oibus, vt primos inuentores medicinę artis. ſ. Apollinē & Eſculapium homines vt deos colerent & haberent, quaſi quoddam diuinum medicinam reputantes, ſed Dii, eſſe non poterant qui mortales erant ſed veri Dei miniſtri & inſtrumenta, ipſum autē Deū auctorem omnis ſcientię & artis eſſe conſtat. Solent iuriſtę & medici quæſtionem facere inter ſe quis magis debeat honorari medicus vel iuriſta. Et hoc eſt q̄rere quę ſcientia ſit nobilior & perfectior ſciētia iuris vel medicinæ de quo vide in tit. de magiſtris & doctoribus. § 2.

¶ Quātum ad ſecūdum principale quod eſt effectus admirādus, videlicet viuificatio. Vtique admirandus eſt iſtæ effectus. ſ. reſuſcitatio, quia ſupra virtutem naturę. De priuatione enim ad habitum nō eſt regreſſus ſecundum philoſophū in poſtprædicta naturaliter. Nūquid ergo ſuſcitabunt medici, vtiq; ſed non oēs. ¶ Sciendū igitur quod eſt triplex medicus ſupernaturalis, ſpiritualis, & corporalis. ¶ Primus eſt Dei filius, de quo ipſæ ait Mat. 9. Nō eſt opus valētibus medic⁹ ſed male habētibus.

Tit. 5. ca. 2. §. 4.

Medicus triplex.

Precepta medici ſecūda eſſe.

tibus. Et Augu. Tunc venit de cœlo magnus medicus quando per totum mundū magnus iacebat ęgrotus. Hic medicus solus est qui resuscitat psalmus 106. Misit verbū suum idest filium & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum idest mortibus, & sic ipsę resuscitat corpus & animam & omnem quem in mundo conuersatus resuscitauit & sanauit, simul in anima & corpore viuum & sanum fecit, vt di. Aug. de Pe. di. 3. sunt plures ita etiam ipsæ qui est principaliter sanat. Medicus autem operatur vt instrumentum suū quod debet multum notare & medicus & infirmus. Medicus vt non glorietur de sua cura, nec de scientia sua solum confidat. Vnde dicto Aug. quod contra superbe pollicitantes salutem, inuigilat illud dictum psalmus, 70. Os meum annunciabit laudem tuam, tota die salutare tuum. Infirmus autem vt ad Deum recurrat, non solum ad medicum corporalem. vnde Grego. 7. Ad Deum primo cō fugiendum est qui nostræ possit curare animæ passiones, sed homines ordine præposteroante sibi opem ab hominibus accersiunt, de conse. di. omnis. Reprehenditur Asa Rex Israel eo quod infirmatus magis confisus est in arte medicorum quam Dei auxilio & mortuus est 2. Paral. 16. Sicut ergo non suscitabunt medici ita nec sanabunt nisi Deo auxiliante. ¶ Medicus spiritualis est sacedos, medicina spiritualis pœnitentia & alia sacramenta. Vnde Leo Papa, per pœnitentię medicinā spes vitę reparatur æternæ, de pę. di. 1. multiplex. Sacerdos est medicus qui applicat medicinam infirmo vel moriturō. Vnde Hiero. de sacerdote ait. Vbi peccator intelligēs vulnus suum idest peccatum medico tradiderit securandum idest sacerdoti ibi non virga districtionis necessaria est, sed spiritualis lenitatis, de pę. di. 1. importuna. Sicut medicus corporis si potest per suauia & leuia curat, sed vbi est necesse etiam aspera apponit vt canterium & huiusmodi, sic ī cura spirituali, ferro enim necesse est vt abscindantur vulnera quæ fomentorum non senserunt medicinæ. dist. 82. plurimos, in fi. Medici ergo spirituales mediā te pœnitentię medicina & confessione resuscitant mortuos in peccatis. Non solum infirmos sanant hoc tamen non ex se, sed ex virtute Dei. Et hoc est quod dicit, nunquid suscitabunt q. d. non ex se, gratia enim Dei reuiuiscunt mediante tamen confessione. Et ideo fit præceptum medicis corporum vt cum visitant infirmos antequā curent, moneant eos vt vocent animarum medicos idest sacerdotes pro confessione fienda, vt saluti animæ & corpori melius ꝓuideatur, de pæn. & remis. cum infirmitas, cuius declarationem habes, infra eo. tit. Et quamuis medicis corporū quędam infirmitates sunt incurabiles, tamen ꝓmedicum spirituale & medicinam spiritualē omnis languor curatur & totiens quotiens. Vnde Aug. Videmus ad huc quotidie ī ecclesia sæpe febricitantes, sæpe languidos, sępe uariis infirmitatibus captos posse liberari, vt appareat totiens opus miserentis quotiens, confessio fit pœnitentis. Quomodo corpus quod vilius est & ab ipso dissimilius sæpe sanaret & non animam digniorem & a se redemptam non totiens liberaret? medicum se uocat, de pæ. di. 4. §. adhuc. ¶ Medicus corporaliter mortuos quidē corporaliter suscitare non potest nec vlla creatura, quia supra virtutem est naturę. Et sancti si aliquos mortuos suscitauerunt ut Petrus & Paulus vt patet actuum 20. & Helias & Heliseus, vt habetur, 3. Reg. 17. c. & 4. Reg. 4. c. hoc egerunt nō propria virtute sed Dei. Infirmitates tamen desperatas (quæ secundum iudicium hominū habentur pro mortuo) aliquando curat diligens medicus, sed raro. Et tunc sic potest exponi illud. Nunquid medici suscitabunt scilicet morti adiudicatos q. d. raro. Et ideo vsq; ad vltimum debet facere medicus quod pōt ad curā infirmi, nunquam tamen dando remedia contra animę salutem vel dubia, extra de pæn. & re. c. cū infirmitas. ¶ De tertio medicis supernis suscitantibus homines ad gratiam & fidem Deo. s. & angelis cooperātibus ministerialiter, vt Raphael qui interpretatur medicina Dei qui curauit Thobiam. Thobiæ 11. c. Vnde & dixerunt angeli Hiere. 51. c. Curauimus Babylonem & non est curata recedamus ab ea. Sed homines resuscitati virtualiter raro & vix confitentur, recognoscunt, & laudant tantum beneficium curationis, medicis sacerdotibus suscitantibus per instructionem & prędicationem & orationem, homines inde confitentur peccata sua cum difficultare, tamen medicis corporum magnas curas facientibus & infirmitates mortales curā tibus nunquid confitetur Deo ab eo recognoscentes certe raro, sed sibi attribuunt. ¶ Est autem triplex medicina quia sicut medici corporales ita & spirituales curant infirmitates, desperatas & sic suscitant & suscitati confitentur domino gratias agentes. ¶ Prima est dispositiua ad curam, vt sirupus, hoc est verbū Dei. Sap. 16. c. Non herba nec malagma. sanauit eos, sed sermo tuus qui sanat omnia.

Genus triplex medicamenti.

¶ Se-

¶Secunda est purgatiua humorũ malorum. i. expulsiua vitiorum, hoc est pœnitentia Chry. Sicut in præceptis medicinæ medicamentum multas habet herbas, vnam autẽ dominatissimam, sic in pœnitentia, de pœ. dist. 1. c. medicina. §. medicamentum. Et hæc est confessio quasi reubarbarum quod facit vomere. ¶Tertia est conseruatiua vt electuarium & hoc est sacrm eucharistię. Ambro. Ego qui quotidie pecco quotidie debeo accipere medicinam, de conse. dist. 2. c. si quotiescunq;, & loquitur de eucharistia, vel etiam præseruatiua a malis futuris. Et sic intelligitur, sit ablutio scelerũ. s. ne committantur. Abstinentia etiam est optima medicinarum. s. abstinere ab occasionibus peccatorum. Salutat. i. salutem per hoc optat Lucas medicus charissimus.

¶De diuersis vitijs medicorum & salarijs eorum. Cap. 2.

MEdici in multis solent delinquere in arte sua. Et primo circa curam corporalẽ infirmorum in qua ostendunt aliquando ex ignorantia, aliquãdo ex negligentia, aliquando ex malitia. ¶Primo ergo requiritur quòd medicus sit peritus in arte ita q̃ à peritis talis facultatis cõiter reputetur idoneus, nec sufficit q̃ sit doctoratus cum multi hodie in omni facultate magistrentur & doctorentur indigni in damnationem sui & promouentiũ eos, alias vbi ex ignorantia notabili in curis suis nocent infirmis, semper peccant mortaliter facientes contra illud præceptum nõ occides, de pœ. dist. 1. homicidium. Nec excusantur ex hoc quod illud non intendunt, quia voluntarie se ponunt ad illud vnde hoc sequitur, arg. 15. q. 1. merito. & §. sed obiicitur de Lamech. immo etiam si sequatur sanitas, non excusantur a peccato, quia exponunt se periculo peccati mortalis ei. s. operi, vnde potest sequi notabile nocumentum proximo. ¶Secundo debet medicus adhibere debitam diligentiam, vnde quantumcunq; sit peritus, si committat notabilem negligentiam in reuidendo libros, in visitando infirmum, in qualitatem medicinalium rerũ & hoc vnde sequitur mors, peccat mortaliter & est irregularis. Si etiã sequatur magna aggrauatio infirmitatis ex hoc & si non mortis, non excusatur a mortali. Et ideo vt dicit Anto. de Bu. super c. tuanos, extra de homi. debet adhibere in huiusmodi omnem diligentiam, quod tunc dicitur facere q̃ sequitur traditiones artis, & quod infirmum vi siter personaliter & quòd dietam suã & regimen dictet sibi, nec tenetur ei ad custodiam personaliter continuam, vt dicit Host. q̃ si dubitet de medicina quia non constat ei ẽm artem medicinæ, vtrũ debeat ei nocere vel prodesse, male facit dando, quia vt di. Inno. In dubio potius debet dimittere infirmum in manu creatoris q̃ exponere medicinę de qua nescit, extra de homi. c. petitio. ¶Tertio debet medicus quàmcitius potest curare infirmum. Vnde si ex industria omittit debitam medicinam & cito curatiuam vt dimittendo eum in infirmitate vt amplius lucretur, grauiter peccat & furatur quod sibi lucratur. Et similiter si in cõpositione medicinæ permittit aromatarium ponere vetustas species & huiusmodi parum vel nil operantes faciat illum lucrari, cum posset & deberet aliàs grauiter peccat, & si quod detrimenti inde accidat infirmo imputatur vtriq;, immo non deberet medicus confidere de aromatario in componendis medicinis, nisi eum sciret timoratæ conscientiæ & benè doctum & practicum in huiusmodi, sed in præsentia sui deberet facere fieri & bene videre quæ ponit.

Circa hoc erãt multi.

¶Medici etiam mortaliter peccant, si dant aliquod consilium vel remedium pro salute corporis in periculum animæ, vt scilicet fiat aliquid contra diuina præcepta, puta quod cognoscat mulierem extra matrimonium, vel q̃ inebrietur & huiusmodi. Et quãuis ex hoc prohibeatur per ius canonicum sub pœna excommunicationis quę & excõmunicatio est sententiæ, extra de pœ. & re. cum infirmitas, tamen absq; illo præcepto est illud peccatum mortale & infirmo & medico, quia contra ordinem charitatis secundum quem præponenda est salus animæ corpori de pœni. distinct. 2. §. ergo. & 22. quæstio. 2. faciat, nec excusaret in hoc ignorantia. Et dicit Ioan. Andr. post Vincen. in nouella super dicto decreta. quòd medicus qui dicit infirmo, non consulo, sed si accederes aliquam mulierẽ sanaberis transgreditur illam constitutionem. Nam & cum vendo tibi aliquid adiiciens si vitiosum aut lęsum est, nolo teneri, cum sciam illud esse tale teneor. ff. de act. empt. & vendi. l. 1. Debet Debet ergo cauere sibi medicus in loquendo ne ex assignatione causæ infirmitatis ille inciteturad aliquod malum agendum. ¶Item sunt aliqui medici qui sibi & etiam alijs sanis faciunt conscientiam grossam de ieiuniis ecclesiæ, asserentes huiusmodi destruere corpora quod est falsissimum, quia ecclesia in suis ordinationibus regitur illustratione gratię spiritussancti, gratia autem non destruit naturam,

§. 1.

Prudentẽ in cõsilijs debere esse medicũ.

ram, talibus imputantur omnes transgressiones quas homines faciunt ex sua pestifera persuasione, ar. de pe. dist. 1. noli putare. & tenentur si commode possunt eos quos sciunt suo verbo peruertisse reædificare. Item quoad infirmos seu debiles non dicunt sine causa & ratione inducere eos ad frangendum ieiunium, vel comedendum carnes diebus prohibitis, quia imputaretur eis ad peccatum, in dubio tamen infirmus excusatur medici consilium sequendo.

§. 2. ¶ Medici vero vel alii in dãdo medicinas prægnantibus ad procurandum aborsum & mortem eius vt occultetur peccatum, mortaliter peccant. Sed si faciunt hoc ad præseruandum prægnantem a periculo mortis in quo est ex puerperio, tunc secundum Io. Neapol. in 10. quodlib. distinguẽdum est de puerperio, quia aut est animatum, aut nondum est animatum anima rationali. Et siquidem erat animatum dãdo talem medicinam, medicus peccat mortaliter. Ratio quia est causa mortis puerperij corporalis & spiritualis, non dando autẽ medicinam non potest dici causa mortis ipsę sed morbus, non enim est causa directe, quia actu suo non interfecit, nec indirecte, sicut nauta dicitur causa indirecte submersionis nauis, cũ potuit & debuit gubernare nauẽ & non fecit, quia licet dando medicinam potuisset matrem a morte preseruare, non tamen tenebatur, immo non debuit cum dando causa mortis esse puerperij, ar. 14. q. 5. denique vbi dicit Ambro. Si non potest subueniri, nisi alter lædatur, commodius est neutrum iuuare quàm alterum grauare. Si autem puerperium nondum est animatũ anima rationali posset nunc & deberet talem medicinam, quia licet impediret animationem talis fœtus, non tamen esset causa mortis alicuius hominis, & hoc bonum sequitur, quia liberat matrem a morte', ideo in tali casu debet dare non in primo. hęc ille. Quod si dubium est de puerperio, vtrum sit animatum vel inanimatum anima rationali, dando talem medicinam videtur ꝙ peccet mortaliter, quia exponit se periculo peccati mortalis, dest, homicidii & qui amat periculum, vt scriptum est incidit in illud, vnde in tali casu non debet dari.

Eccl. 3. sub. ti. 6. c. 2. §. 4.

§. 3. ¶ Salarium autem seu mercedem sui laboris iuste petere possunt, vt patet Luc. 10. cap. Dignus est enim operarius mercede sua, & 12. q. 2. quicunque. Aut igitur medici sunt salariati a communitate, ita ꝙ nil debeant ab infirmis accipere, aut non salariati, sed limitati per statutum cõmunitatis vel domini, ꝙ non accipiant nisi tantum, aut nec salarium nec limitati in aliquo. Et in primo casu non possunt accipere, etsi nõ sufficit eis salarium impotens exquo sic conuenerunt. Pacta enim ex conuentione legem accipiunt, quæ & seruanda sunt extra de pact. c. 1. & hoc nisi mutatæ essent rerum conditiones. In secundo casu nõ plus accipere debent nisi quantum statutum est nisi ipsum statutum esset abrogatum per contrariam consuetudinem, extra de consue. c. fi. In tertio casu possunt accipere & dicunt exigere moderatum salarium quod moderamen attenditur fm qualitatem curæ & laborem medici & industriã & conscientiam eius & facultatem infirmi & consuetudinem loci. ¶ Sed quæritur quid cum sit pactum cũ medico de certa mercede, & danda post liberationem, vtrum infirmum sanatum & postea recidiuantem tenetur pro eodem salario curare? Guil. in Spec. lib. 1. c. fi. arguit pro & contra. Demum respondet secundum Pe. qui distinguit. an incontinenti redierit ęgritudo & tunc tenetur. Non enim videtur ęgritudo recessisse quæ statim redijt, nec plene liberatur qui ex toto non liberatur. de pęni. dist. 3. sunt plures. an ex interuallo redierit, & tunc non tenetur. ar. de pęn. dist. 1. §. diuortium. Vel dic ꝙ si culpa ægri recidiuauit non tenetur, quia talis euentus non debet ei imputari alioquin sic. de reg. iur. c. ꝙ quis sua culpa. ¶ Item quid si monachum Bononiæ studentem ægrum factum aliquis curarit, animo tñ repetendi expensas quas etiam fuit protestatus, demum mortuus est monachus, nunquid poterunt peti expensæ ab abbate suo, an a patre naturali. Et procedat quæstio quando monachus de licentia abbatis sui tacitè, vel expressa erat in studio, alias non tenetur, arg. ff. de re milit. l. desertores. Arguit contra Abbatem ꝙ teneatẽ & contra patrem ꝙ teneatur ipsæ & non Abbas. Demum soluit sic negari non potest quin negocium vtriusq;, sed distingue cuius contemplatione factum est, vt ille teneatur. Et si vtriusq, vterq; tenetur, videtur tamen magis teneri abbas, dicitur enim monachus seruus, monasterij dist. 54. & eum alere tenetur. Item abbas est vsufructuarius, quia ei acquiritur ex re sua vel operis, vt 18. q. 1. c. 1. sed vsufructuarius tenetur, & sic habet commodum esse suæ infirmitatis. Infirmis autem nõ valentibus soluere tenetur gratis mederi, quinimmo & medicinas pro eis soluere si valeat & ipsi infirmi facultatem non habent, immo dicit glo. 83. dist. §. 1. etiam diuitem valentem soluere & nolentem infirmum debet medicus

curare,

curare, & si expedit medicinas necessaria pro eo soluere, quod intelligo quando ipse infirmus ex auaritia non vult expendere, sed bene alias & ipsius curam medici & remedia & non alterius quærit. Et postmodum poterit petere impensas & medicinarum & sui laboris, non solum si cõualuerit quia vtiliter gessit negocium eius, sed etiam si mortuum fuerit, quia sufficit q̃ vtiliter cepit gerere negocium, & si non sit secutus euentus. ff. de nego. gest. l. sed an vltimo. Nec potest obiici q̃ causa pietatis sumptus egerit infirmo, nisi esset et propinquus. C. e. l. alimenta, immo etiam si infirmis prohibet ne ei dentur vllę medicinæ, medicus vocatus ab eo vel propinquis eius potest eum inuitum curare, sicut inuitus debet extrahi de domo ruitura 23. q. 3. ipsa pietas. Debet. n. præsumi vt furiosus, inuito etiã q̃ñq; dandum est beneficium. dist. 45. & qui emendat. Non autem tenetur oĩbus medicus infirmis pauperibus simpliciter & indistincte prouidere, sed pro loco & tempore sibi occurrentibus prout dictum est supra de aduocatis, & prout dicitur de aliis operibus misericordię supra in 2. par. ti. 7. c. 4. §. 5.

ti. 6. c. 2. & §. 4. in fin.

§. 4. ¶ Tenentur quoq; medici ad seruandum decreta quæ habentur extra de pe. & re. c. cum infirmitas, vbi dr̃. Cum infirmitas corporalis nonnunquã ex peccato proueniat dicente domino languido, vade & noli amplius peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Ioan. 8. cap. Præsenti decreto statuimus & districte præcipimus medicis corporum, vt cum eos ad infirmos vocari cõtingat ipsos antea omnia moneant & inducant, vt medicos aduocent animarum, vt postquam fuerit infirmo de spirituali salute prouisum ad corporalis medicine remedium salubrius procedatur cum cessante causa cesset effectus, ex 2. philo. vt dicit Io. Andr. in nouel. q̃ signanter dicit decretalis nonnunquam, quia non semper sed aliquando & alijs causis. Vnde Greg. Cum percussio corporalis imminet vtrum pro vindicta vel purgatione cõtingat, iudicium Dei in hoc ignoratur 7. q. 1. ne deterius ne maiorem infirmitatem incurrat, & sic facit ad propositũ. Districte præcipimus, & sic necessitatem importat 14. q. 1. quod præcipitur. Et di. gl. Host. q̃ transgressor peccat mortaliter & q̃ non põt contra istam constitutionem præscribi vel aliqua consuetudine tolli. Et subditur in eadem decre. q̃ siquis huius cõstitutionis transgressor fuerit postq̃ fuerit per prælatus publicata, tandiu arceatur ab ingressu ecclesiæ donec satisfecerit de hoc cõpetenter, quod intelligunt Innoc. & Host. q̃ per sententiam arceatur. Et dicitur satisfactio competens ad arbitrium iudicis cum certa persona non exprimatur ſm Io. And. Et no. q̃ aliqui medici hoc obseruant circa infirmos cum vident infirmitatem mortalem & nõ alias, licèt isti non adimplent constitutionem quod patet ex ipso textu decreta. Dr̃ ibi, post superius. in prin. §. posita, hoc inter alia huic causam dedit edicto, q̃ quidam in egritudinis lecto iacentes cum eis a medicis suadetur, vt de animarum salute disponant in desperationis articulum incidũt, & facilius mortis periculum incurrunt vbi dicit Io. An. Ex quo vero scient infirmi in omni infirmitate mortali hoc medicos dicere, & non mortali ex præcepto cessabit timor & periculum. ¶ Item no. q̃ debent medici hoc præceptum seruare ante oĩa, vt dicit decre. i. antequam ad curam manum mittant vel de salario conueniant ſm Io. And. Sed dubium est an sufficiat medicis tantum admonere infirmos q̃ vocẽt medicos animarum. i. confessores quibus confiteatur, an etiam requiratur q̃ ita inducant q̃ sequatur effectus. s. q̃ infirmus cõfiteatur alias medicus non visitet eum amplius. Et hoc videtur sentire Host. inducit. c. 1. cum effectu, alias non intromittat secure. Sed dura videtur illa opinio cum in periculo constitutis quantumcunq; etiam obstinatis sit subueniendum secundum ordinem charitatis nec tex. hoc dicit. Sed Pet. de Pa. solum dicit q̃ tenentur medici ad monendum. Vtrum autem medicus prænoscens mortem vicinam infirmi cuius curam habet, teneatur ei nunciare. Circa hoc Ioan. Neapo. in quodli. 11. quadam quæstione sic distinguit. Aut talis medicus credit verisimiliter quòd talis prænunciatio mortis multum proderit infirmo quantum ad rebus suis. Aut credit oppositum, scilicet quòd non proderit, aut dubitat de vtroque. Et in casu cum scilicet credit quod proderit, vtpote qa credit quòd talis infirmus sit in statu peccati mortalis, & nihil ordinauit de rebus suis quæ distraherentur post de mortem eius, & grauis dissentio esset inter hæredes propter eas, audita vero morte vicina infirmus se disponet ad bene moriendum & bene ordinet de rebus suis & in tali casu tenetur manifestare per se vel per alium infirmo ex præcepto charitatis, & non faciendo, peccat mortaliter. Et huius ratio est, quia multum damnificat proximum quoad salutem animæ & quoad res temporales, non quidem directe actu suo inferendo damnum sed indirecte quia non impedit damnum cum potuit & debuit. Dicit enim

Corporalẽ curationẽ non esse prius spirituali aggrediẽ dã districte prohibetur.

Medicũ debere morte q̃ prꝫuidet nũciare.

Salutem aię & de dispositionem.

enim Augustinus, qui desinit obuiare cum po test consentit 33.q.3 ostendit, pro regula etiã datur a b. Tho. 2.2 q. 62. ar. 2. quod qui dãnificat proximum notabiliter peccat cum faciat contra charitatem. Si tñ sunt plures habentes curam ipsius infirmi vno prædicente alij sunt liberati. ar. ad hoc, extra de pẽ. & re. c. cum infirmitas. Si vero medicus credit verisimiliter oppositum scilicèt quòd talis prẽnunciatio mortis vicinæ parum vel nihil prodesset infirmo, & per oppositum credit quod taciturnitas huius vel parum nihil oberit, quia credit eum esse in bono statu & bene ordinasse de rebus suis, tunc non tenetur medicus prædicere mortem, ita quòd non prædicendo peccet grauiter, quia cessante causa cessat effectus. ar. in prædicta decre. tamen melius faceret prædicendo. Cuius ratio est, quia quantumcunq; infirmus creditur esse in bono statu animæ & bene disposuisse de rebus suis, potest quantum ad vtrunq; proficere & meliorari, & probabile est, quòd audita morte vicina magis se disponet. Si autem medicus non credit de prædictis duobus, sed est in dubio tenetur etiam tũc mortem vicinam nunciare. Cuius ratio est, quia in dubio tenetur homo vitare notabile damnum proximi si potest. In dicto autem casu potest sequi damnum damnationis æternæ & rerum temporalium. Quod autem dicit Gal. quòd quantumcunq; medicus desperet de salute infirmi debet semper confortare infirmum & promittere sibi sanitatem. Dicit 1o. quòd in hoc dicto non est standum dicto Galieni, ad quod optime facit quod dicit Ambr. de consec. dist. 5. c. contraria. Contraria sunt diuinæ conditioni præcepta medicinæ. Vel dicendum q̃ dictum Galieni seruandum est quando prædicendo mortem multum noceret & tacendo nil obesset. In nullo tamen casu debet mendacium dicere, vt facere consueuerunt 22. q. 2. faciat. Si autem quæritur vtrum peccet infirmus non obediendo medico. Respondit Innocen. q̃ videtur quod non, quia nec prælatus eius est, nec talis cuius mandatis teneatur obedire. Non enim potest ei præcipere cum non habeat iurisdictionem super eum sed consulere seu hortari. Exhortatio autem liberam voluntatem excitat. distinct. 4. in fine, bonum est tamen quòd ei credat, quia vt dicit philosophus 1. posteri. Cuilibet in arte sua perito credendum est, quòd infirmus scienter vel ex ignorantia crassa sumat potum vel cibum no ciuum peccat, quia debet corpus suum fm charitatem diligere, de pẽi. distin. 2. corpus, & mortale esset si ex hoc mors sequeretur, sed si nõ crederet cibum vel potum mortiferum, quãuis crederet infirmitatem aliqualiter augeri, non peccaret mortaliter vel saltem ita grauiter sicut in priori casu. Potest enim esse cõparatio grauioris afflictionis qualis est afflictio sitis ad minus grauamẽ qualis est augmentatio febris. Seruitores autem infirmorum si eis dant aliquod nociuum ex certa scientia vel crassa ignorantia, peccant magis & minus secundum nocumentum & intentionem, faciunt enim contra charitatem proximi, de pẽi. dist. 2. proinde, sani autem non tenentur viuere medicinanter, quia sanis omnia sana, si quis tantum scienter sumeret cibum vel potum quem crederet sibi nociuum vtiq; peccaret. Hæc Inno. & Host. Cum autem ex flebotomia vel sectione sequatur mors infirmi, si medicus vel quicunq; alius peritus erat & adhibuit debitam diligentiam & non errauit pp inexperientiam, nõ tenetur in aliquo nec peccat nec est irregularis, quia potius casu quam eius culpa mors putatur euenisse. Vnde Aug. Absit vt ea quæ pp bonum facimus vel habemus si quid mali præter nostrã intentionem acciderit nobis imputetur 23. q. 5. de occidendis. Et poterit talis etiam ad ordines promoueri secundum Ray. si de hoc habet probabilem conscientiam, quod nil omiserit de contingentibus, aliàs si non erat peritus vel non adhibuit debitam diligentiam, sibi imputatur & non poterit promoueri, extra de æta. & qualita. c. ad aures. Quando enim peritus dubitat in aliquo potius debet dimittere quam incidere. Inno. & Host. Est autem consilium. Innoc. q̃ promouendi a practica medicinæ abstineant & præcipue a chirurgia, quæ incisionem vel adustionem exercet, quia in nullo conscientia promouendi debet vacilare. dist. 23. c. laici. Item clericis qui sunt in sacris & etiam si in minoribus si sufficienter sunt beneficiati non licet operari in medicina nisi gratis pro miserabilibus personis vel suis consanguineis, nec ẽt tunc licet vbi posset esse periculum q̃ etiã strictius in claustralibus est obseruandũ, extra ne cle. vel mona. c. multa. Ray. officium autem chirurgiæ quod requirit incisionem vel adustionem est omnibus clericis interdictum, extra ne cle. vel mo. c. sententiam. De clericis aũt audientibus phisicã, ideſt medicinam q̃ sententiam incurrant, habes supra in 1. par. ¶ Item nota q̃ prohibetur oĩbus iudeos medicos quærere in infirmitatibus suis, dicitur enim 28. q. 1. nullus aliquem eorum iudæorum in infirmitatibus suis uocet

cet aut medicinam ab eis percipiat aut cum eis in balneo lauet. Si quis autem hoc fecerit, si clericus est, deponatur, si laicus excõmunicetur. Et videtur istud esse præceptum, ita ꝙ contrariũ faciens, peccet mortaliter, nisi ignorantia probabilis iuris eum excuset. Nã nullus debet deponi vel excommunicari nisi pro mortali. Talis enim pœna infligenda mã datur intransgressores. Dicit tamẽ Hug. ibi quod necessitas excusat quando scilicet aliũ non habet medicum. Et idem videtur quando non habet sufficientem. Idem dicit Hug. & Lau. quod medicinalia possunt ab eis emi & facere per alium prẽparari.

§. 5. ¶Medici non admittuntur ad practicam artis nisi iurari & de legitimo matrimonio nati secundum Aug. de Ancho. in li. de potestate ecclesiastica. Ratio est horum, quia medici quibus curatio corporum committitur communiter a populo ciuitatis debent esse electi, vt certi de probitate morum & peritia artis, eligant ipsi ciues illos medicos quibus se libe rosque suos in ęgritudine corporum cõmittunt, sicut iurisconsultus dicit, sed ad reipu. administrationem non possunt eligi illegitimi. Exercere autem medicinam publice pertinet ad administrationem reipu. Illi enim ꝙ præponuntur publicis officiis quadam claritate morum & fame fulgere debent quæ obscurantur ex vitiosa origine in illegitimis, Vnde illegitimi exercere non possunt publice artem medicinæ, nisi cum eis dispensetur per eum qui potest. Et quia hoc prohibetur, lege ciuili Imperali vbi non viuitur legibus, imperialibus, sed aliis statutis quæ hoc non prohibent, vel etiam vbi essent leges Imperiales abrogatæ, in hac parte videtur qđ hoc non habeat obstare. Similiter quia officium reipublicæ est fideliter exercendum, sequitur ꝙ recepto iuramento officiũ exercendi ipsã artem est eis committendam. Et sic medici propter experientię probationem debent esse a populo electi communiter pp reipu. administrationem, debent esse legitimo matrimonio nati, propter officii fidelem executionem debent licentiari iurati. Medicis practicis magis quam theoricis debet quis se cõmittere in cura corporis. Vnde philosphus, dicit 1. metha. quod habentes artem & scientiam medicinæ sunt magis scientes quam habentes experimentũ. Expertos tamen medicos in cura magis debemus eligere quã habentes scientiam sine experimento. Prius declaratione dicit Aug. de Ancho. vtra ꝙ experientia medicorum ex duobus exurgere pot, vel ex eorum originis dispositione, vel ex particulariũ applicatione. Et quolibet horum modorum talis experientia habet adiunctam cognitionem pp quod nõ in se, sed in sua causa, vniuersali. Sicut enim ex originis dispositione aliqui habent aptitudinem ab dominandum ex influxu corporum cælestium, sic aliqui ex tali origine habent, aptitudinẽ ad medicandũ seu curandũ, cuius curę effectus quamuis ignorẽt causa in particulari agente cognoscit tamẽ in vniuersali agente a quo originata est natura cũ tali aptitudine ad talẽ effectũ. Vnde legit ꝙ cũ Alexander Magnus inuenisset in Perside quosdã habentes intellectũ penetrabilẽ & aptos super alios dominari & regnũ acquirere proponebat eos occidere timens ne sibi regnum auferrent. Super quo consulẽs Aristotelẽ respõdit. Si potes mutare illius terræ aerem & aquam insuper & dispositionẽ loci & ciuitatũ, imple propositũ tuum. Si autem dominare ei cum bonitate & clementia, & exaudi eos cũ benignitate, & amorem quẽ habebunt in te dominaberis in eis pacifice, quod & fecit, & facti sunt ei Preses magis obedientes q̃ cæteri. Similiter experientia quę cõsurgit ex particularium applicatione non procedit omnino ex ignota causa, quia isto modo ars medicina inuenta est. Ex multis enim particularibus experimẽtis inuentores medicinæ habuerunt vniuersale principiũ artis & scientiæ, puta ꝙa viderunt p experiẽtiã Reubarbarũ purgare cholerã in hoc particulari & in illo. Inde debetunt regulã vniuersalẽ ꝙ propriũ est Reubarbaro purgare cholerã. Istis ergo duobus modis expertis vel originis dispositione vel particulariũ applicatione, puto melius fore & tutius, vt cõmittat se in cura magis practicis medicis q̃ theoricis. Si autem sint tales medici ꝙ vnam medicinã velint applicare ad oẽs ægritudines absque causæ cognitione & particulariũ applicationes, tales non debent dici medici experti nec scientes, quia tales solum curant ægritudinẽ in aliquo, qñq; & a casu. Vnde hmõi nõ debet se quis cõmittere in cura. Ad ꝙ facit dictũ Hiero. 29. dist. c. fi. Bealus. Io. in Apocal. septem scribẽs ecclesiis in unaquaq; earũ vel specialiter dixit vel virtute

Medicũ debere esse legitime natũ.

De Alexandro Magno.

omnino abstinẽdum est. Peccant. n. ipsi & tales medici vtẽtes talibus superstitiosis medicinis. Vnde & 26. q. 5 nõ liceat, dicitur in collectionibus herbarum quæ medicinales sũt aliquas obseruationes aut incantationes non licet attendere nisi tantum cum symbolo vel oratione dominica. Et Aug. Ad hoc genus superstitionis pertinent omnes ligaturę atque remedia quæ medicinarum disciplina cõdẽnat. 26. q. 2. illud. Et intelligit de his q nõ habent virtutem naturalem ad talem effectum nisi fieret a sanctis viris virtute puræ orationis, & si aliquando talia remedia superstitiosa inducãt effectum curationis, hoc est vel casu vel opere dæmonum. Vnde nullo' mõ procuranda sunt vt ibi dicitur, nec est contra q̃ dicitur in dicto. c non liceat. 26. q. 5. Dicitur, enim ibi non liceat Christianis tenere traditiones gentilium & obseruare vel colere elementa aut lunã aut stellarum cursus, aut inanem signorũ fallaciam &c. prohibetur. n. hoc decreto sequi doctrinas superstitiosas gentilium qui fausta ęstimabant aliqua tempora & constellationes sequebantur, non quantũ ad naturales effectus astrorum vel elementorum, sed secundum diuinationes & fallaciã dæmonum. Certum est enim & verũ quod sicut necessario corpora humana subduntur influẽtiæ corporum cęlestium, sic necessario requiritur debitorum signorum influẽtia in ęgritudinum corporalium curatione. Vnde si medici dant medicinam in signis cholericis parum proficiunt, quia corpus parum vel nihil mouebitur. Si uero in signis flegmaticis, medicina sumpta faciliter corpus laxat, propter quod sicut medici in curatione ęgritudinum seruant dies creticos qui determinãtur secundum cursum solis & lunę, & ita in datione medicinarum debent obseruare debita signa astrorum. Vnde & cõsultum fuit Alexãdro magno vt non sumeret medicinam sine consilio periti in arte astrorum, & quamuis vtile sit medico esse in huiusmodi peritum non tamen est necessarium ipsum esse Astrologum, sed scire quædam communia prout spectat ad congruam dationem medicinarũ.

In q̃bus signis sit dãda medicina.

¶ Medici non illicite recipiunt salarium seu
pro infirmitate quam sciunt esse
est secũdum Aug.
ent

dicinæ credit esse incurabilem, nisi forte malitiose non indicando illis qui illius curam habẽt, vel superfluos sumptus faciendo vel eum curare omnino promittendo, sed indicata veritate quam nouit de ægritudinis cura, tãdiu iuste potest accipere stipendium suũ quamdiu exhibet in cura sui fidele ministerium & verum consilium. Ad quod etiam facti auctoritas Augu. dicẽtis in tertio de trinitate. Medicus quidam causam proximam ægritudinis curationis prouinciare potest, sed primam & superiorem scire nou valet. Ezechia rex secundum causas inferiores. i. dispositionem morbi vel demerita sua mori debebat de infirmitate sua, sed non secundum causam superiorem seu diuinam dispositionem quæ regulat causas inferiores & sibi subiicit, vnde & mortuus non est, sed conualuit. Esa. 38. Quia ergo nescit medicus quid Deus d spoſuerit de infirmo, vtrum sit sanãdus vel moriendus quamuis secundum artẽ medicinæ sit moriẽdus, ideo licite prosequit curam & accipit stipendium vsq, ad finẽ vel quasi. Sed & tutius & melius est infirmo, peura sui plures habere medicos quam vnum si habere potest. Vnde philosophus in epistola Alexan. In vno medico non confidas, quia vnus medicus potens est ad nocẽdum & de facili audet nephas p̃sumere, & si sumẽda fuerit medicina noli sumere, & nisi de consilio plurimorum. Pro cuius declaratiõe dicit Augu. de Ancho. vbi supra. Jn curatione ægritudinis est consideranda conditio artis medicinæ, conditio ægritudinis, & conditio status personæ ægrotantis. ¶ Et quantum ad primũ clarum est quod medicina sicut quælibet ars est inuenta per iuuamentum vnius ad alterũ & per iuuamentum posteriorum ad priores secundum philosophum. 2. meth. Vnde sicut complementum artis medicinæ est inuẽtum per multorum experientiam, sic complementum curę ægritudinis debet fieri rationabiliter per plurium medicorum colloquia & sententiam.

Tria cõsiderãda procuratione morbi.

¶ Quantum ad secundum, sclicet conditionem ægritudinis, hęc quandoque est occulta vni medico per signa quę apparent cuius causam per illa signa vel per alia alius cognoscere potest. ¶ Quantum ad tertium, s. conditionẽ status infirmi patet, quia quantum in sta-
sublimiori tanto in periculo maiori versa-
r. Ponuntur. n. dñi in odiũ & æmulationem
rũ, & pp dignitatẽ qua hñt q̃bus mul
idẽt & propter iustitiam quam exercẽt
os quibus malitia placet. Vnde legitur
in

in epistola ad Alexandrum, Reginam Indotum misisse ei multa munera pręciosa, & inter cętera puellam pulcherrimam veneno nutritam, & quę iam versa erat in naturam serpentis venenosi, hac intentione vt cognoscendo eam toxicaretur & periret, sed præmonitus abstinuit ab ea. Et sic ad diligentiorem curam adhibendam & omnem suspitionem remouendam, tutius est magno viros habere plures medicos quam vnum. Qui autem non possunt plures habere & nisi vnum conducere sint vno contenti.

Nota.

§. 7. ¶ Nota breuiter peccata grauia medicorum. Primo si ignorantes notabilem exercent artem medicinæ imputatur enim eis mors infirmorum vel agrauatio. ar. extra de iniu. & dam. c. sic culpa. ¶ Secundo cum sint periti vel propter negligentiam vel alias occupationes non aspiciunt libros nec diligenter prouident his quæ prouidenda sunt, vt in dicto cap.

Circa cõtingit medico errore.

¶ Tertio quando dant medicinas & remedia contra salutem animarum, vt procurando ab orsum vel aliud malum suadendo, extra de pæ. & re. c. cum infirmitas. ¶ Quarto quando non inducunt infirmum ad vocandum sacerdotem ad faciendum confessionem, vt in dicto. c. cum infirmitas. ¶ Quinto cum non visitant infirmos pauperes quos nouerint quia eis non solunt, cum non possint dist. 83. §. 1. ¶ Sexto cum medicus prævognoscens mortem infirmi secundum artem medicinæ, non eum vel parentes vel confessorem auisat vt sibi prouideant de sacramentis vel de testamento si expedit & huiusmodi, timens ne ex hoc deterius se habeat vel displiceat sibi vel suis secundum Io. Neapol. in quodli. Septimo cum non adhibet diligentiam in medicinarum cõfectione nisi sit certe expertus de solertia & fidelitate aromatarij qui multa sophistica aliquando in eis ponunt. Octauo cum detinent infirmum in infirmitate diutius, vt plus ex frequentatione lucrentur cum æquè bene citius possent liberare. Nono quando sine causa rationabili inducunt debiles ad frangendum ieiunia ecclesię, vel ad comedendum carnes diebus prohibitis, & multo magis cum ea faciant obloquentes de ieiuniis ecclesię & abstinentiis. Decimo de emulationibus eorum ad inuicem ex quibus se iactant de aliquibus curis superbiendo & socios deprimunt vituperando curas eorum.

TITVLVS VIII. DE STATV MERCATORVM & artificum.

¶ *De exercitio artificum.* *Cap.* 1.

EXibit homo ad opus suum & ad operationem suam vsq; ad vesperam psalmus. 103. Prima perfectio cuiuslibet creaturæ est primus actus eius ideſt forma substantialis patet. 2. de anima, vt in homine anima rationalis. Secunda vero perfectio seu secundus actus est operatio eius quæ ab ea procedit per quam manifestatur virtus eius. Necenim creatura aliqua est quæ non aliquid operetur vel operari posset & frustra est potentia quæ non reducitur ad actum, Deus autem & natura nihil: faciunt frustra secundum philosophum. 2. de anima & 2. de cœlo & mundo. Vnde & commentator 2. metaph. dicit quòd siquis aufert operationes a rebus aufert essentias rerum. Vltima etiam felicitas hominis in operatione eius consistit per optima vt dicit Arist. 1. & 10. Ethi. Et de primo homine dicitur quod posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur. Gene. 2. Et licet opus eius esset principaliter spirituale, de quo Christus Io. sexto. Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam scilicet meditando & contemplando diuina. Erat tamen & aliquando opus corporale, non quidem ad necessitatem: sed ad delectationem mentalem ad experiendum vires naturæ, & exinde magis ad recognoscendum res ipsas & creatorem in eis, sed de paradiso expulsus propter peccatum necessitatus est ad operandum terram dictumque est illi. In sudore vultus tui vescēris pane tuo. Gene. 3. vt conserues te in vita oportet operari vnde viuas, & procures tibi cibum donec reuertaris in terram, & sic exibit homo ad opus scilicet & ad op. scilicet vsque ad vesperam, ideſt vsque ad mortem quæ est sero & finis vitæ suę. Et ita his operibus exterioribus immergitur vt raro sciat reuerti ad opus suum proprium ad quod est factus scilicet ad Deum cognoscendum & diligendum & fruendum. Nam vt dicit magister sen. libro. 2. distint. 1. capitulo. 6. Fecit Deus rationalem creaturam, vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueret & hoc est sum-

mum & perfectum opus. Vbi sciẽdum quod homo exit ad opus suum in mundo isto tribus modis.

¶ Ad opus virtuale Deo principaliter monente.

¶ Ad opus criminale diabolo internaliter sug gerente.

¶ Ad opus manuale ingenio naturaliter agente.

¶ De primo dicit Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis.s.tu Deus, & loquitur de operibus virtuosis de qbus etiam Christus ait. Io. 15. Sine me nihil potestis facere. s. boni. Dicitur tamen opus virtuosum hominis opus, quia ibi cooperatur liberum arbitrium eius, non enim inuitus trahitur animus, sed amore secundum Aug. scilicet ad bonum opus. Et inde efficiuntur nostra opera ꝓpter meritum. Apo. 14. Opera enim illorum sequuntur illos: illorũ. s. bonorum horum se. il. Cũ. n. Deus remunerat merita nostra coronat munera sua idest opera bona quæ vt faceremus ab eo accepimus. De secundo ait dominus Io. 7. Vos facitis opera patris vestri scilicet diaboli, scilicet faciendo quæ ipsæ suggerit, mala diaboli enim sunt propter suggestionem. Vnde Hiero. Sicut enim in bonis operibus nostris perfectior est Deus, quia non est volentis sed Dei miserentis &c. Ita in malis operibus scilicet peccatis semina nostra sunt incentiua, & perfectio diaboli, de pæ. di. 2. si enim inquit, quod tamen sane intelligendum est, quia non eo modo diabolus operatur in malis nostris quo Deus in bonis operibus nostris. Nam Deus efficaciter mentem mouendo ad bonum, diabolus mentem per imaginationem & sensualitatem incitando ad malũ, sicut qui porrigeret alicui pomum delectabile ad edendum, nostra autem sunt per spontaneam voluntatem. Vnde Amb. Quod possumus non facere si velumus huius electionem mali potius debemus nobis ascribere quam aliis. 15. q. 1. c. illa. Et quia opera nostra propter illa damnatur & punitur quis, secundum illud Ro. 2. Tribulatio & angustia in omnem animam operantis malum, iudæo & primum græco. ¶ De tertio ope re dicitur Eccle. 9. quodcunq; potest manus tua instanter operare. Exibit homo ad opus suum &c. Aliis quidem animalibus natura prouidit de victu, vestitu & armis ad se defendendum sine ipsorum opere, homini vero dedit rationem ex quo exeundo per discursum ad actum considerationis & inuestigationis per opera exteriora diuersorum exercitiorum sibi prouidere possit de victu & vestitu & defensione a nociuis & quasi ad omnia opera exteriora hominum ad hæc ordinantur. Exibit ergo &c. Vbi de ipsis operibus corporalibus tria nota.

¶ Bonam conscientiam, ibi exibit homo ad opus suum.

¶ Debitam conuenientiam, ibi ad operationem suam.

¶ Debitam permanentiam, ibi, vsque ad vesperam.

¶ Quantum ad primum in operibus exterio §. 1.
ribus artium debet homo exire de potentia intellectu ad opus suum interius scilicet ad actum discussionis mentalis de qualitate operationis artis suæ, vt non solum operationem faciat exteriorem secundum regulam artis illius, sed etiam secundum regulam conscientiæ bonæ. Vnde Apostolus ad Galat. 6. Probet autem vnusquisq; opus suum idest examinet.

¶ Si est rectum in intentione.

¶ Si est licitum ex improhibitione.

¶ Si est congruum in discretione.

¶ De primo dicit Amb. Intentio operi tuo nomen imponit. Nam cuius finis bonus est idest intentio quæ respicit finem, ipsum quoque bonũ scilicet opus inde sequens, quod verum est in his quæ de se mala non sunt, nam talibus nullus bonus finis seu intentio potest opus reddere bonum, sicut nec intentio dandi eleemosinam in furto de eo excusat a peccato. Debet ergo in omni exercitio artis haberi recta intentio, vt finis remotus & vltimus sit Deus, secundum illud Apostoli. 1. ad Cor. 10. Omnia quæ facitis in verbo vel opere in gloriam Dei facite, finis propinquus sit aliquod rationabile, vt subuentio suæ necessitatis vel proximorum, secundum illud Apostolis ad Eph. 4. Operetur manibus suis vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Cum enim omnia agant propter finem, homo quia facit opus agriculturæ lanificij, artis fabrilis & huiusmodi, finis propinquus intentus est fructus seu lucrum. Et recte ait Christus & Apostolus Lucæ. 10. & 1. ad Ti. 5. Dignus est enim operarius mercede sua, finis mercedis suæ debet esse vt ex ea possit se & alios gubernare & prouidere secundum statum suum, finis sustentationis sui & suorum debet esse, vt possint viuere virtuose, finis virtuose viuendi est consecutio glorię vt enim dicit Aug. super. Io. Ad hoc debet quisq; bene viuere vt detur ei semper bene viuere, & sic de primo ad vltimũ debet homo exire ad opus suum in gloriã Dei.

¶ Secundo debet attendere vt opus illud sit licitum

licitum non prohibitum, odisti oēs qui operantur iniquitatem, ait propheta ad dominū psalmus.5. Iniquitatē operatur qui facit artē vel operationē illicitam a Deo vel ecclesia prohibitam, vt opus meretricium, vsurarium, taxillatorium faciendo taxillos vel vtendo. Negociatio quoad clericos. Vnde Aug. Fornicari nunq̄ licet, negociari aliq̄n licet aliq̄n non licet, antequā clericus fias licet, postq̄ clericus factus es non licet dist. 88. fornicari. ¶ Tertio debet probare opus suum si est cum discretione, nullum est enim virtuosum opus nisi debitis circunstantiis vestiatur, vt scilicet fiat debito tempore. Vnde dominus Exo. 20. Sex diebus operaberis, septima die sabbatum domini est. Omne opus seruile non facietis in eo &c. & sic de aliis circunstantiis, vt debite obseruetur & impletur illud Apostoli ad Col. 1. In omni opere bono fructificantes Fructificat q̄s in opere bono, q̄n illud cū debito mō agit. Si. n. recte offeras & non recte diuidas, peccasti, dixit dominus ad Cayn Gen. 4. ſm trāslationē 70. non nostrā idest si facias opus de se bonū, vt sacrificiū & hmōi, & non cum debita circunspectione peccatū est, vt exponit Greg.

§. 2. ¶ Nota secundo aptam conuenientiā in operibus exterioribus mechanicis, de quibus loquimur, quia dicit ad operationem suā. Operatio exterior hominis potest dici sua, quę scilicet sibi conuenit propter inclinationem & aptitudinem naturalem ad illam. Delectatio secundum philosophum perficit opus. cum ergo quis inclinatur ad vnum opus non malū naturaliter cum natura delectabiliter operetur applicando se ad illud exercitium, peruenit ad perfectionem. illius artis. Sicut enim a natura habemus inclinationes ad virtutes, vnde vnus magis ad vnam vt ad iustitiam, alius ad humilitatem, alius ad misericordiā magis quam ad alias, propter quod dixit. Iob 31. Ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero matris ægressa est mecum. Et morale Sen. Semina in nobis virtutum sunt sparsa, sed exercitio nostro postea perficiuntur. Et sic etiam secundum Alber. Magnum, homines a natura dociles inclinatur ad scientias varias secundum qualitatem complexionum. Nam melancolici ad poeticas, phlegmatici ad morales, sanguinei ad naturales, cholerici ad mathematicas vel metaphisicas. Ita & ad cætera opera mechanica & artes vnus inclinatur magis ad vnam, alius ad aliam, & naturali instinctu & diuina prouidentia etiā disponente ad pulchritudinem vniuersi & ostentationem suæ sapientię, quę tantas & tam varias operationes artificum inspirauit mentibus hominum. Exeat ergo homo ad operationem suam idest ad eam artem quam iudicat sibi magis conuenire & complacere. Et dicit Hugo de sancto Victore, quod operationum humanarum exteriorum triplex inuenitur differentia.

¶ Nam ad quædam cogit necessitas.

¶ Quędam inuenit cupiditas.

¶ Quædam induxit vanitas.

¶ Cogit vtique necessitas ad opus agriculturę, quia si vult fructus terrę colligere vnde comedat & bibat, oportet quòd operetur colendo terram per se vel alium, vnde dicitur Prouer. 12. Qui operatur terram replebitur panibus & econuerso, ægestatem operata est manus remissa scilicet ad operandum. Et Eccle. 7. dicitur Non oderis laboriosa opera & rusticationē creatam ab altissimo. Nam Deus eam instituit, quia vt dicitur Gen. 3. Emisit Deus Adam de paradiso voluptatis vt operaretur terram de qua sumptus est. Et post diluuium vbi dicitur Gen. 9. Noe vir agricola cœpit exercere terram & plantauit vineam vt colligeret vinum quod prius ignorabat sed vtait Amb. Nec vinum suo pepercit auctori, sed proprietas illius suadet nobis sobrietatem dist. 35. 6. die. Cogit etiam necessitas vite humanæ ad opera pastorum ac etiam lanificii & lignificii, & opera quæ his deseruiunt pro vestitu humano sibi necessario. Et primas q̄dem vestes deus fecit, vt dr Gen. 3. quia fecit Deus Adam & Eua in hoc exilio positis tunicas pelliceas. Non inquit Amb. sericeas sed pelliceas habitū. s. humilitatis & pniæ, non vanitatis & iactātiæ. Et de sapiēti muliere dicit Prou. 45. Quæsiuit lanā & linū & opata est cōsilio manuū suarū. s. vestes, nā stragulata vestē fecit sibi. Et prim⁹ pastor fuit Abel quē secuti sūt in hoc Iac. Patriar. eū filiis suis. Primus ædificator habitationū & ciuitatū fuit Cain q̄ ædificauit ciuitatē nomē imponens filii sui Enoch. Ge. 4. Nā patriarchæ Abraham Isaac & Iacob nō i ciuitatib⁹ vel palatiis, sed in tabernaculis habitabāt, quorū tēporiorū seu tabernaculorū prim⁹ operator fuit Iahel. Primus aūt malleator & faber in oia opera ferri & eris fuit Tubalchain, vt dr Ge. 4. & sic paulatim artes necessariæ inuētæ sūt. Opatio exterior inuēta a cupiditate est negociatio. Vñ. philosophus dicit eā hre in se turpitudinē, q̄a deseruit cupiditati cū fiat pp lucrū, q̄ cupiditas in immēsū crescit & finem nescit. Verum. q̄ etsi in se turpis sit, pōt tñ in aliquo bono fine honestari & licita fieri, puta pp sustētationem familię suæ

Operatio iniq̄tatis q̄s dicatur.

Inclinationes quatuor cōplexionum.

Triplices opatiōes hominis.

Mercatura periculosam esse.

vel ſubuẽtionẽ pauperũ ex moderato & iuſto lucro. Primi negociatores quos in ſacra ſcriptura in venio fuerunt Hyſmaelitæ qui deſcẽderunt ex Hyſmael filio Agar. vnde dicuntur Agarei.i.Saraceni. dicit enim Gene.37. quòd tranſeuntibus negociatoribus Madianitis qui ſportabant aromata & alia in Egyptum vendiderũt Hyſmaelitis Ioſeph fratres ſui q̃ Hyſmaelitę vendiderũt eum in Egyptum. De his dr̃ Baruch. 3. Filii quoq; Agar.i.Saraceni qui exquiſierunt ſcientiam & prudentiam quę de terra eſt, negociatores terræ viã ſapientiæ nõ intellexerunt. Et quẽ vt ſummũ ꝓphetam & quaſi Deum venerãtur Saraceni maledictum Machometum, primo fuit negociator, ſed in proceſſu temporis malitiis ſuis cum quodam hæretico Iacob ita adiutus, illos rudes & beſtiales homines ſua peſſima & fatua doctrina decępit. Et quia inimici ſunt Chriſtianorum facientes negotiationem de eis q̃n capere patent vel peruertere ad eorum perfidiam, ideo eccleſia ſtatuit per extrauacantes Nico.quarti Clementis. 5. Ioann. 22. ꝙ negociatores vel alii quicunque non deferant ad terras eorum quæcunque mercimonia ſub pœnis excomũi cationis papalis & aliarum pœnarum. Operatio hæc plena periculis eſt & fraudibus & aliquando mixta vſuris, vt no. extra de vſu. c. in ciuitate &c. nauigãti. Vnde oculos aperi vnde Chryſo. dicit ſuper Matth. Nullus Chriſtianus debet eſſe mercator, quia mercator nunquam poteſt Deo placere, diſt. 88. eiiciens, qđ dicit beatus Tho. eſſe intelligendum de his qui ponunt finem ſuum vltimum in acquiſitione lucri ſeu pecuniæ vel de exercentibus illicitas negociationes. ſ. cum vſuris periuriis fraudib. & huiuſmodi. Vnde & Caſſiodorus dicit diſt. eadem. Negociatores illi de templo eiiciũtur qui per immoderatum pecunię ambitũ merces ſuas polluunt plus onerantes per iuriis q̃ præciis. Ponuntur illa. c. eiiciens, &c. quoniã pro palea. Vnde & aliqui libri non habent ſed ſunt optimorũ graduum. Dicit etiã Chryſo. in dicto. c. eijciens, quemadmodũ qui ambulat inter duos inimicos volens ambob. placere ſine alloquio mali eſſe non poteſt, ſic mercator ſine mendacio & periurio eſſe non põt. Sed ſubſtantia talium ſtabilis eſſe non poteſt, nec proficit ad bonum quod de malo congregatur, quemadmodum ſit triticum vel aliquid tale cernas in cribo, dum huc illucque iactatur, omnia grana paulatim deorſum cadunt, & tandem in cribro nil remanet niſi ſtercus, ſic de ſubſtantia negociatoris nil remanet, niſi peccatum. Nam & ſic legitur in vitaſpatrum de quodam mercatore quòd viſus fuit a beato Pannutio hæremita ei æquiparandus in gloria, qui tamen Pannutius hæremita ſanctiſſimus magni meriti fuit apud Deum. Attende quia ipſe Pannutius examinans vitam eius inuenit quòd totum lucrum expendebat in pauperes Chriſti, vt pater pauperum, ab vſuris & periuriis, & aliis illicitis abſtinebat cum magna deuotione vacans diuinis tempore ſuo, qui demum etiam dimiſit opus illud. Quis eſt hic & laudabimus eum? Eccleſij. 31. ¶ Operatio autem tertia quæ deſeruit vanitati eſt illa quæ deſeruit ornatui ia ſtantiæ, vt ars ſerici in magna parte. Nam & ſi dominos deceat tales veſtes, & reginas ut Hæſter ſancta & aliqui reges ſancti ſe ornantes. Sed multi abuntur quos non decet. Vnde. 1. ad Timo. 1. ait. Non in veſte præciosa auri & argenti & margaritis, immo vt ars reticellorum & recamaturæ in veſtibus & perſoraturę ſeu ſcampature & purpuræ ceruſæ ad colorandum faciem & huiuſmodi, ad quid deſeruiunt niſi vanitati, vt dici poſſit illud Hiere. li. Opera eorum vana, & riſu digna. Vnde Chryſo. dicit ſuper Mat. ꝙ ab arte calceorum & textorũ multa abſcindere oportet. Etenim ad luxuriam deduxerunt neceſſitatem eius corrumpentes aut mali arti commiſentes.

¶ Demum quantum ad tertium oportet habere in operibus & artibus inſtantiam & perſeuerantiam. Nam vt dicit Anacletus Papa. In vnoquoque artium opere mater inuenitur inſtantia diſtin. 83. nihil, & hoc eſt quod dicit pſal. vſq; ad veſperam. i. vſq; ſero continuando, non parum operando & ſubito dimittendo, vel vſq; ad veſperam ideſt vitæ terminum quod eſt contra aliquos inſtabiles qui omni die mutant vnam artem, hi ſunt ſimiles filio in conſtantiæ, de quo dicit Boetius de eo narrans in lib. de ſcolarium diſciplina, quòd cũ pater eius poſuiſſet ad opera diuerſæ artis, ꝙ ſubito attediebatur cum vnam inchoabat, demum omnes renuens interrogãte patre quid facere vellet. Reſpondit ſe velle fieri aſinum vt ſalmam ferret. Sed cum aliquis in operibus alicuius licitę artis bene viuendo perſeuerat vſque ad veſperam, ideſt finem, tunc facto ſero, ideſt vita deficiente dicit dominus, voca operarios & da eis mercedem. Matth. 20. ſcilicet gloriæ.

Machomet negociator.

2.2.q. 77. arti. 4. ad primum.

Exẽplũ.

¶ *De diuerſis generibus contractuum. Capitulum. 2.*

NOtandum quòd in translatione rerum quæ fit per priuatas perſonas aliquando transfertur

transfertur dominum rei, aliquando solum vsus rei retento domino. Et primum fit sex modis. ¶ Primo per liberalem donationem, scilicet cum nil expectatur retributionis ex tali donatione rei nisi beniuolentia quæ dicitur donatio de qua infra dicetur, titu. 10. cap. 4. & 5. Aliis quinque modis fit per dationem illiberalem qua videlicet vim trãsferens vnã rem expectat ab alio aliquid equiualens ei qđ transfertur. Et primus modus dicitur permutatio cum videlicet transfertur dominium alicuius rei vtilis pro alia re vtili, puta frumentum pro vino vel pannus meus pro lana tua, vel panno serico tuo, vel pecunia mea aurea, puto vnus florenus pro pecunia tua argentea puta pro grossis. 17. vel circa. Istud tamen vltimum solet dici cambium communiter, alię vero permutationes vulgariter dicuntur baracti. Alius modus dicitur in vno transferentium dominium rei cum altero emptio & in altero venditio, quando, scilicet transfertur dominium rei vtilis, puta frumenti, vini, animalium, domorum, agrorum & huiusmodi pronumismate vel conuerso, quia enim difficile erat semper res vsuales immediate commutare in alias res, ideo inuentum est mediũ per quod talis commutatio fiat. Et hoc medium dicitur unmisma seu pecunia nnmerata, & commutatio rei vtilis pro numismate dicitur venditio. Commutatio numismatis pro vtili dicitur emptio. Vltimus modus est cum fit permutatio numismatis pro numismate, sed cum expectatione temporis & in eo qui dat pecuniam dicitur mutui datio, in eo qui recipit pecuniam & expectatur ad reddendam pecuniam dicitur mutui acceptio, p mutuum enim transfertur dominium peccuniæ in accipientem. Et isti contractus sex sunt liciti, si cum debito modo fiant, illiciti cum iniuste fiunt. Nam donatio si fiat per eum qui nõ potest donare, vt est religiosus, iniusta est & nõtenet, etsi fiat iniusta cause vt ob turpitudinem, peccatum est, argu. distinctione. 86. donare. Permutatio rerum cum fit sine fraude, licita est, vt patet de rerum permuta. per totum. Si cum fraude peccatum est, & videntur ad hanc reduci contractus innominati scilicet do vt des, & do vt facias, vel facio vt des.

Emptio & venditio licita sunt nisi fiat excessus pręcii in vendente notabilis vel diminutio in emente vel fraus vel vsura implicita propter expectationem temporis, vt extra de vsu. capitul. in ciuitate, & capitul. naui-ganti. Datio mutui quæ est circa res quæ vsu consumuntur vt frumentum vinum & huiusmodi vel distrahuntur vt pecunia numerata cum fit gratis vt nil expectetur vltra suum capitale & beniuolentia ex obsequio licita est & pium opus. Si autem aliqui temporalis vtilitatis expectetur, vnde principaliter mouetur ad mutuandum illicita est & vsura, argu. 14. quæstione tertia si ęneraueris, extra de vsu. capitul. consuluit. Mutui acceptio licita est non solum cum fit gratis sed etiam cum fit sub vsuris, quando scilicet ad hoc mouetur necessitate, nec inducit mutuantem ad vsuram faciendum vt quia ad hoc operatus erat. Aliquando vero transfertur solum vsus rei retento sibi domino eius rei. Et huius translationis sunt sex modi quasi correspondentes, dictis sex modis quibus transfertur dominium rerum. Nam primo modo, scilicet donationi correspondet dictum commodatum quod proprie est rei qui vtendo consumitur vel destruitur vt cum quis commodat alicui gratis equum, librum, domum, & huiusmodi, vt vtatur ad certum tempus & licitus contractus est de se, sicut dictum est de donatio. Permutationi eo respondet mutua accommodatio, prædictarum rerum, puta tu commodas mihi equum tuum et ego bouẽ meum, vel tu vnum librum, & ego tibi alium librum tu vnam domum, & ego vnum agrum, & totum sine fraude immixta licitum erit. Emptioni correspondet conductio & venditioni locatio quæ possunt esse de rebus mobilibus & immobilibus quæ tamen non consumuntur vsu & ista non fiunt gratis, sed cum dato prætio pro tali vsu puta cum accipitur equus ad vecturam pro tali prætio vel domus ad pensionem vel ager ad collendum pro medietate vel ad affictum vel cum quis locat operas suas personales & alter eum conducit ad laborandum, totum est licitum dummodo iustum prætium statuatur & fraus omnis tollatur. Nam fraus & dolus nemini dicũt patrocinari extra de rescrip. c. sedes. Mutuo non respondet proprie alius contractus, habet tamen aliquam similitudinem licet modicam ad pignus in quantum restituta pecunia ab eo q̃ dedit pignus ille qui acceperat restituit pignus & in pignoratione potest ibi esse & non esse perfectum, nam si solum pignus quis recipiat vt de suo sit securus ita q̃ de pignore non consequetur aliã vtilitatẽ licitum est. Si autem de eo consequatur vtilitatem siue fit rei mobilis quæ proprie dr pignus siue rei immobilis vt domus & ager q̃ magis proprie dicitur hypotheca, puta qa vtitur equo vel veste quam habet in pignus,

Permutatio

Emptio

Mutuũ

Cõmodatum.

Accommodatio.

Conductio.

Pignoratio.

vtitur

vtitur domo habitando vel habendo de ea pensionem agro recipiendo fructum eius quę habet pro pignore ibi est vsura expræssa, extra de pig. c. illo vos Tenetur. n. omnem fructum quem habet ex pignore computare in sortem. De huiusmodi contractibus habes, sup. 2. parte. 2. 1. c. de vsur. ¶ Item nota q̄ facera fraudē legibus iniustum est vnde & peccatum, & vt dicit glo. super c. plerique. 14. q. 3. facit fraudē legi qui verba legis seruat, sed mentem eius circumuenit, vt ff. de legi. l. fraus. Sed vt dicit regula iuris vltima in. 6. Certum est q̄ is committit in legem qui verba legis amplectens contra legis nititur voluntatem. ¶ Fit autem quatuor modis fraus legi. Vno modo de re ad rem quando datur in fraudem vna res pro alia, vt. 14. q. 3. plerique. vbi ponitur exemplū de eo qui ratione pecuniæ mutuatę ne videat committere vsuram non plus petit quàm mutuatam, sed quærit ex hoc enxenia carnium vel vini & huiusmodi que pecunia æstimantur, iste facit fraudem legi. vnde & contra legerunt ibi dicitur. &. 1. q. 1. sunt nonnulli. & talis est fraus Macedoniani, ff. ad Maced. l. Iulianus. Item fit fraus de persona ad personam vt cum quis sub persona alterius exercet vsuram, quasi ipsæ non sit vsurarius cum in veritate sit peccator vsurarius, & teneatur ad restitutionem ex quo de pecunia sua fit dist. 46. sicut non suo & cum maritus non potest aliquid dare vxori, supponit aliam personam cui det, vt ff. de dona. inter vi. & vxo. l. hæc ratio. §. fi. Item si fraus fit de vno contractu ad aliū, vt cum mulier non possit aliquid dare viro fingit se vendere ei, vt ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si sponsus, sic. 16. q. 3. Si sacerdotes. vbi ponuntur casus secundum vnam lecturam. Cum episcopus vel sacerdos volens dare nepotibus de rebus ecclesiæ fingit litem habere cum eis pro ecclesia & facit trāsationem cum eis. Item si fraus de vno contractu ad alium vt cum mulier non possit fideiubere constituit se principalem debitricem, vt. ff ad Velleya. l. quamuis. & 33. q. 5. mulierem.

Fraus fit legi quatuor modis.

¶ *De negociatoribus & campsoribus, & de diuersis generibus cambiorum.* *Cap.* 4.

INcipiendo igitur ab operibus negociationis quæ videtur honorabilior in ciuilitate humana inter mechanicas. Negociator proprie dicitur qui rem comparat, vt integram & immutatam vendendo lucretur. dicit Chrysost. dist. 88. eijciens. Et potest dici esse triplex genus negociationis, quia vel de pecunia ad pecuniam, vel de mercimonio ad mercimonium, vel de mercimonio ad pecuniam. Et prima dicitur cambitio vel campsio. Secunda permutatio vel baractum. Tertia emptio & vēditio. ¶ Et cambium fit multis modis. Primū dicitur cambium minutum, vt de moneta argentea vel aurea ad æream & econuerso, vt eum quis dat campsori vnum florenum aureum & recipit pro eo. 5. libras & sol. 6. si est largus vel grossos argenteos. 19. sic campsor retinet sibi quatuor denarios vel duos quatrenos vel vnum solidum secundum consuetudinem loci. Et sic econuerso quando quis vult habere vnum florenum largum a campsore dabit pro eo sibi. 5. lib. & sol. 4. vel. 5. illud ergo plus quod recipit campsor non recipit ratione mutui, quia ibi non est mutuum, nec quia pecunia vendatur quæ est inuendibilis vt dicit Archi. sed ratione laboris quem subiit in numerando pecuniam & expensarū quas facit pro pensione & ministris Ratio. n. laboris & expensarum habenda est. extra de vo. c. magna. Vnde de se tale cambium est licitum sed fit illicitum vel quia plus accipiunt quàm sit communiter consuetum, vel quia dant monetas diminutas in pondere vel numero, & tenentur ad satisfaciendum vel pauperibus erogandum. ¶ Est aliud cambium qđ dicitur per literam quod sic celebratur. dat quis campsori vel mercatori Florentiæ. c. florenos restituendos sibi vel alteri pro eo Romæ vbi illis indigebit & hoc vt securius & aptius habeat, pro quo literam cambii cāpsor facit scribere alteri campsori Romæ, vt ad requisitionem portantis talem literam, tali det. c. flore. Florentię receptos, & sic Romæ. c. floren. sibi assignantur secundum literam. Et inde campsor lucratur, siue propter varietatem valoris monetarum, quia c. florenorum quos Florentiæ recepit campsor plus valent quàm valeant Romæ, siue quia etiam Romæ dabuntur. c. sine aliquibus solidis, aut etiam econuerso quando de Roma sibi faceret transmitti pecuniam quam quis ibi habet, & per campsorem cum litera cambij ex quo campsor lucratur. Et cum hoc non sit mutuum nec venditio pecuniæ, sed contractus innominatus. do vt des deseruiens vtilitati hominum rōnabiliter q̄ inde lucretur, ratione laboris & expensarum & periculorum de se licitum videtur sequestratis fraudibus. Nemo enim cogitur de suo facere beneficium. 10. q. 2. præcariæ. & 1. Cor. 9. quis nunquā suis stipēdiis militat? Est tertium genus cambii quod dicitur siccum seu sine litera, seu ad libras grossorum.

Negociator.

Cābiū.

Alia spēcies cābii.

Alia spē cambii.

Et

Et vna libra grossorum sunt. 10. ducati. Fit aũt sic tale cambium. accipit quis. 10. lib. grossorum Florentiæ. i. 100. ducatos a campsore seu mercatore quos sibi restituere dẽt hinc ad mẽsem Florentiæ, & eo valore quo valebunt Venetiis 100. ducati inde ad 10. dies a die celebrati contractus. i. accceptionis dictę pecunię. Et si plus vult tenere dictam quantitatẽ 100. ducatorum de mense in mensem renouatur contractus modo prædicto. Contingit autem ꝙ. 100. ducati in decimo die a receptione pecuniæ valent Venetiis quantum tunc valebant Florentiæ quando illos recepit, & sic campsos nil lucratur, aliquando minus valẽt, & sic campsor vel mercator perdit, quia illud minus sibi redditur de centum valore quo minus valent, aliquando plus valent, & tunc campsos lucratur illud plus. Et communiter vt in pluribus casibus plus valent quando reddit quàm cum accipit, quamuis aliquando vt dictum est valeant minus, vnde in capite anni semper reperitur in lucro & magno. Istud communiter censetur vsurarium, quia ibi est mutuum, & spes lucri in campsore, ex quibus duobus perficitur vsura. 24. q. 3. si fœneraueris. Et hoc sentire videtur Laur. de Ridolphis in tract. de vsuris. nec excusat periculum vel dubium amittendi. i. quia minus possunt valere illa centum tempore redditionis, tum quia in mutuo aliquid sperare non licet. argu. de vsuris, c. nauiganti. tum quia raro contingit ꝙ perdat. De his tamen tribus generibus cambij habes in. 2. parte. tit. 1. e. de cambiis Est & quartum genus cambii quod frequenter modernis temporibus celebratur quod dicitur p literam, dissimile tamen a secundo quod dicitur etiam per literam. Et videtur quoddam mix tum ex secundo & tertio & magis trahi ad materiam tertii. Vnde & vsuram sapere videtur, & fit hoc modo: Petrus indigens pecunia Florentiæ vel alibi exñs petit a Martino campsore vel mercatore 100. floren. tunc sibi dandos ad rationem cambii per Venetias per Barchinonam vel Neapolim & huiusmodi, quod intelligitur ꝙ Petrus faciet restituere ipsi Martino illa 100. Venetiis, Barchinonæ, vel Neapoli prout conuentum est inter eos, eo valore quę valebunt illa 100. de illa moneta quæ ibi currit quando litera cambii præsentabitur ibi in capite videlicet quindenæ vel mensis vel pluris temporis secundum distantiam loci a ciuitate vbi reperitur pecunia, ad ciuitatem vbi redditur, & sic mittitur litera cambii. Et ipsa recepta pecunia redditur per factorem illius qui pecuniam receperat, sed de illa moneta ibi currente, & hoc campsor seu mercator lucratur quia communiter plus ibi recipit quàm dederit, & hoc ratione variationis valoris monetæ datæ ibi, licèt etiam ali quando non lueretur, vel aliquid perdat ipsæ mercator. Quæritur vtrum hoc sit licitum, & videtur quòd sic. Nam simile videtur ac siquis procuraret magnam quantitatem habere Bononiorum Florentinę, vbi vnus valet, 24. denarios. & deferret eos Bononiam vel aliò vbi valerẽt. 26. denarios. Sed hoc nullus illicitum asseret tale lucrum industriæ, ꝙ hoc tantum dat de Bonoñ. quantum valent Florentiæ scilicet. 24. denarios Et Bononiæ vel alibi tãtum permutando cum alia moneta, quantum ibi valent. 26. denarios accipit. Quod autem acciat plus duos denarios de vno quàm sibi contiterit hoc facit varietas valoris monetæ magis in vno loco quàm in alio, sicut & de quibuscunq; mercibus constat quòd plus valent in vno loco quàm in alio, sic & in dicto cambio videtur. Sed responderi potest ꝙ non est simile. Nam ibi nullum est mutuum vt patet de se, sed realis permutatio, vnde licet sperare & quærere lucrum. In cambio autem prædicto quamuis sic nominetur, tamen realiter videtur esse mutuum. Nam Petrus indigens Florentiæ pecuniis vt sibi prouideat, accipit sub mutuo a Martino illa 100. sub nomine cãbii per Venetias vel Barchinoñ. & huiusmodi, ibi restituenda, cum ibi non habeat aliqñ mercimonium facere vel inde pecunias ad se retrahere. Exquo mutuo ibi restituendo Martinus sperat inde lucrari vnde vsuram sapere videtur. ar. 14. q. 3. pleriq;. ¶ Ad quod satis facit quod habetur in directorio iuris. Vbi quærit Petrus quid iuris, cum quis mutuat pecuniam recepturus ad certum terminum alterius generis monetam vel aurum vel argentum vel aliam speciem? Et respondet dicendum secundum Hostien. & Goffr. ꝙ si hoc faciat vt in expectatione lucretur, vsurarium est ex quo fraudulenter & mala intentione fit & aliquid forti accidit. 14. q. 3. plerique. & sic videtur esse in proposito. Vnde male possunt excusari ab vsura mentali. Et licèt in sum. Astensis dicatur licita esse cambia, quia ars campsoria a quibusdam theologis, in. 4. dicitur licita, tum etiam quia vtilis & necessaria reipublicæ, sicut & negotiatio, tum etiã quia curia Romana vbi etiam exercetur tolerat, ista non videntur sufficere ad excusandum vsuram. Nam conceditur ꝙ ars campsoria de se sit licita, vt in primo & secundo genere cambii dictum est sed non in omni eo ꝙ dicitur

Quartũ genus cambii.

In prin. cap.

ꝙ dicitur cambium, quia in dicto casu nō videtur cambium, sed mutuum sicut & negocia tio quamuis de se licitè fieri possit potest etiā fieri cum vsura, vt in d.c.in ciuitate. de vsuris & tunc non est licita Quod etiam dicatur vti lis & necessaria reipublicæ etiam nō excusat, quia etiam reipublicæ est vtile habere prostibula ad obuiandum maioribus malis, & publicos fœneratores ad subueniendum indigē tiis multorum, nec si eis non prouideretur, vel sic machinentur malum contra charitatem, & tamen nullus dicit proper hæc illa non esse mortalia & damnabilia facientibus ea. Sic & in casu proposito quāuis sit hoc vtile multis, non tamen excusat facientes talia, cū vsura videatur. Quod curia Romana tolerat etiā non valet, quia non propter hoc intelligitur approbare cum non declarauerunt hoc licere. Nam & tolerat concubinatum multorum curialium, quia forte male posset auferre, nec tamen dubium est ꝙ non approbat. Vnde Chrysost. Quod permittimus nolentes præcipimus. i. permittimus secundum gl. quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus. 32. q. 1. hac ratione. & extra de præben. c. cum iamdudum dicitur. Multa per pœnitentiam toleramus quæ si ad iudicium deduceremus cassarentur. Vnde saluo meliori iudicio videtur tale cambium sapere vsuram quod tamen multum frequentatur. Et multos doctissimos & Deum timentes audiui sic tenere. ¶ Videtur talis campsor vsurarius mentalis cænsendus, de quo vsurario .s. qui est mentalis dicunt Bernar. Innoc. Goffr. ꝙ Host. vt fertur in directorio iuris, ꝙ inducendus est in foro pœnitentiali vt restituat per c. consuluit de vsuris. Et inducendus est non compellendus. s. in iudicio contentioso vt restituat, nec tanquam vsurarius est puniendus Sed quo ad Deum vere est vsurarius & sic accepta tenetur restituere, quia sola intentio facit vsurarium, quod intelligitur cum effectu quantum ad obligationem restitutionis causa. s. quia accipit vltra sortem vt. 14. q. 3. per totum. Sic talis in tali mutuo, quod cambium dicitur intendit lucrum, alias non facturus.

Non vr̄ ꝓmissū qđ dolū tolerare.

Alii forte dicerent non esse mutuum, sed cābium realiter, sed vtrum verum sit ipsi viderint. Nam si ipsi appellant contractum innominatum, do vt des, etiam ibi potest esse implicitum mutuum, vt aliquando contingit in contractu emptionis & venditionis & ibi potest esse vsura. de vsuris. c. in ciuitate ¶ In curia Romana sit alius genus cambii per campsores, quod videtur magis esse illicitū & vsu

Aliud genus cābii in cu

ratium. Nam beneficia vel dignitates inibi accipientes cum habeant soluere annatam seu primos fructus beneficii vt dicitur pro medietate cameræ Apostolicæ infra breue tempus secundum taxam quæ ibi habetur accipiunt prælati seu beneficiati, ipsi sub nomine cambii a campsoribus soluenda apostolicæ cameræ, obligantes se ad restituendum ipsa in partibus illis vbi sunt beneficiati & de illa mone ta ibi currente, & vltra lucrum quod consequantur varietate monetarum ibi restituendarum volunt sibi dari tantum pro centenario, puta. 5. vel. 7. vel plus & minus secundum diuturnitatem temporis maiorem vel minorem quam habēt expectare pecuniæ suæ redditionem. Et instrumentum fieri faciunt obligationis debiti, non solum pecuniæ mutuatæ, sed etiam vsuræ additę tanquam totum sit de capitali vt si mutuant mille & campsores volūt habere in partibus. illis mille & quinquaginta ratione mutui, instrumentum continet mille quinquaginta mutuata tali tempore restituenda, vnde cum ratione dilationis temporis plus petant. s. quinquaginta, quo modo ab vsura possit defendi contractus talis non videtur, ar. 14. q. 3. si fœnerauerit cum c. seq. & exta de vsuris. c. consuluit, &c. in ciuitate. dist. 88. eiiciens. Solent autem tales campsores excusare tale lucrum ratione periculi dicentes, quia si prelatus moreretur in uia amitterent totam pecuniam mutuatam vel etiam sine causa mortis posset contingere quòd in partibus sibi non restitueretur. Sed non videtur verum. Nam nisi essent in curia prius bene securi de pecunia mutuata per satisdationem aliquorum ibi existentium non mutuarent. Et si obiiciatur per exemplum a simili. Nam concedunt doctores quòd cum volēs & intendens actu de pecunia quam hēt negociari, sperans inde lucrum verisimiliter prouenire, quidam hoc sentiens & sciens indigens pecunia illum rogat ꝙ illā pecuniam cum qua est paratus negociari & lucrari sibi mutuet, & propter hoc sibi dabit lucrum qđ in illo dubio potest rationabiliter ęstimari, licite posse mutuare & lucrum illud accipere, nec est vsura sed vt interesse petitur, ideſt sui damni vitatio, cum non moueatur ex intentione lucrandi ex mutuo quod est vsura: sed seruiendi proximo cum vitatione tamen sui damni. Nemo enim debet cum iactura alterius locupletari. de reg. iur. lib. 6 Dicunt tn̄ ꝙ si cum realiter fit & sine fraude non consulendum, ne per hoc aperiatur via fraudibus, ergo a simili licitum videtur in casu nostro.

ria Romana.

Nam

Nam campſor ex carentia pecuniæ quã mutuat pro illo tẽpore non põt cum ea negociari,& ſic patitur iactura m. Reſpondeo q̃ non eſt ſimile quia ille de quo poſitus eſt caſus, intendebat principaliter dare ſe negociationi & pecuniã exerceret in negociatione licita. A caſu autem eſt q̃ mutuet poſtea petenti ſibi, vt ſeruiat amico in quo tamẽ vult ſe indemnem ſeruare. Sed campſor principaliter intendit exercere tale mutuũ q̃ cambiũ vocat, nec illi prælato mutua vt ſeruiat, ſed vt magis lucretur, quia magis per viam illã lucratur quam per viam negociationis & intentio lucri ex mutuo implicito vel explicito facti vſurariũ vt in dicto. c. ſi fenueraueris 14. q. 3. Hi etiam ſunt mediatores in ſymoniis, quæ fiunt in curia offerentes munera intercedentibus pro beneficiis obtinendis pro prælatis ſuis amicis vnde & grauiter offendunt, & hi ſunt numulatii de templo eiecti. Ioan. 2. c. de quibus etiam dicitur 1. q. 1. ſiquis epiſcopus. Siquis mediator tam turpibus & nephandis datis & acceptis extiterit, ſi laicus eſt anathematizatur, ſed per extrauagantem tales ſunt excommunicati. De iſto vltimo cambio habes etiam ſupra in ſecunda parte tit. primo. c. de vſuris. §. 1

¶ Negociatores inſuper in ſecularibus aliquando ſe exercerent vt inde lucrentur, q̃d cum debite fit non videtur illicitum & fieri poteſt ſecuritas in mercimoniis, vel in pecuniis & in perſonis Et in mercimoniis quidẽ ſiue per mare ſiue per terram deferendis, puta Petrus habet mille florenorum valorem in mercimoniis in naui de Flandria, Anglia, vel Hiſpania. Piſas deferendis, dubitat vel timet de ſubuerſione nauis vel captura a piratis, dat vel offert Martino 5. vel 10. pro centenario plus vel minus ſecũdum q̃ plus vel minus timetur de periculo pro ſecuritate ſuper his fienda, cum aſſenſit ſumens in ſe periculum ratione dicti lucri. ¶ Ille igitur Martinus acceptis illis 5. vel 10. pro centenario ſi merces ſaluæ conducuntur ſibi remanet illud lucrum ratione dictæ ſecuritatis. Sed ſi nauis periret vel caperetur ab hoſtibus Martinus tenetur de mille florentis pro ſecuritate facta, licitum reputatur tale lucrum ratione periculi quod ſubiit. Nec enim poteſt dici ibi eſſe mutuum cum nil mutuetur, nec lucrum turpe, cum nec inueniatur prohibitum & vtilitati deſeruiens hominum, nec ob c. nauiganti de vſuris, quia illud habet locũ ſcilicet ſuſcipiens in ſe periculum mercimonii ſi aliquid percipit de mercib. dicitur vſura, quando videlicet illud petit non ratione periculi, ſed ratione mutui facti ei cuius ſũt merces vt notat Ioan. Cal. Et idem dicendũ de mercibus deferendis per terram per loca periculoſa. ¶ In pecuniis nota exemplum. Petrus petit a Martino c. ſub mutuo ſiue gratis ſi poteſt ſiue ſub vſura cum indigeret, & cum non confidat de Petro Martinus, exigit ſecuritatem ſeu ſatiſdationem pro eo. Albertus negociator vel campſor qui habet magnum creditum vel quicunque alius ſatiſdat pro eo de illis. c. ſed de hac ſatiſdatione vult duo pro centenario, vtrum licite accipiat illa duo pro ſcripta ſatiſdatione? Videtur dicendum quod ſinon eſt omnino ſecurus ſatisfactor, vt quia poteſt fallere, tunc videtur licitum ratione periculi, quia ſi ille non ſolueret ſcilicet principalis haberet ſatiſdator ſoluere, ſed ſi eſt omnino ſecurus, vt quia certũ eſt illum habere tot bona quod ſatiſdator nõ habebit ipſæ reddere vel laborare, non videtur tutum lucrum, quia videtur implicitum mutuum & ratione illa recipere duo. ¶ Et quandoquidem idem eſſet creditor ideſt mutuator pecuniæ & ſatiſdator, & alium fingit eſſe mutuantem, alium ſatiſdantem eſſet vſura manifeſta. De his habes per Lauren. de Ridol. in 2. parte tit. 1. c. de ſecuritatibus.

¶ De ſecuritate perſonarum quæ fit multipliciter. Vno modo per ſaluiconducta, vt cũ dubitatur de tranſitu per aliquem locum ſibi ſuſpectum vel acceſſum ad locum vbi ſibi imminet periculum vitæ vel capturæ, & datur ſibi ſaluuſconductus pro quo ſoluit certum quid, licite quidem accipitur illud. Si tamen faciens ſibi ſecuritatem ſeruet promiſſum, pacta enim ex conuentione legem accipiunt, de re. iur. c. contractus. Et fides etiã hoſti cum promittitur, ſeruãda eſt 23. q. 1. noli. Sed de his non hic agitur principaliter, nec hoc eſt exercitium mercatorum, ſed dominorum. ¶ Eſt & alia ſecuritas perſonarum qua videlicet quis cum alio contendens de vita vel morte alicuius principis, vnus eorum aſſecurat de vita per tantum tempus, puta per annum obligans ſe alteri, in 10. flore. vel in c. ſibi dandos, ſuiſque ad damnum ſi non ſuperuiuat. Alius e contra ſe ſibi obligat in tantundem vel aliam quantitatem maiorem vel minorem ſi moriatur. Et cum alterum eorum oporteat euenire, quæritur ſi illud eſt licitum lucrum, & ſatis videtur quod non, quia nulli deſeruit vtilitati, ſed ſolum cupiditati, vnde & turpe lucrũ dici põt, vnde & illicitũ. Datur etiam p hoc §. 2.

Notabilis caſus.

uia ad optandum mortem aliorum, quod est illicitum & pauperibus erogandum. 14.q.5. qui habetis. cum §. seq. de consilio tamen nō de necessitate. Et idem videtur dicendum de contentionibus quæ fiunt non solum inter mercatores, sed & alios quoscunq; de aliquo euentu rei præteritæ, præsentis vel futurę, puta quod talis est mortuus vel non mortuus, quod tale negocium fuit vel non fuit, quod in anno futuro erit pecunia vel pestis vel aduentus alicuius exercitus. Etiam inter scholares vel doctores super decisione alicuius quæstionis fiunt huiusmodi pacta, quę dicuntur a quibusdam innūdationes, & omnia vana & turpia videntur. De turpi lucro habes. in 2. part. tit. 1. c. de turpi lucro.

§. 3. ¶ De permutationibus quę fiunt a mercatoribus. Cum mercatores non possunt ita cito, & apte expedire mercimonia sua per contractum venditionis vt vellent, transeunt ad cōtractum permutationis, quem vocant baractum, qui contractus de se est licitus, possunt tamen ibi fieri fraudes, sicut & in quibuscunque aliis contractibus de se licitis. Sed vt dicit Aug. Hæc sunt vitia hominum non rerū. Fit ergo commutatio aliquando de pannis, ad lanam, vel de pannis laneis ad sericos vel de serico ad aromata & huiusmodi diuersi generis rerum quæ hodie multum frequentantur propter penuriam denariorum. In huiusmodi autem remouēdæ sunt fraudes quę hodie vbique abundant. Siquis autem in permutando præcium ponit excedens iustum valorem rei suæ permutandæ secundum cōscientiam suam, sed ex eo quia nouit aperte & indubie quōd ille cum quo permutat similiter apponit præcium excessiuum rei suæ, huiusmodi excessus pari recompensatione tolluntur, turpis tamen est vsus. In permutatione sicut & in aliis contractibus quibuscunque & actibus fraus & dolus nemini debent patrocinari. extra de rescrip. c. sedes. Hic etiam aduertere oportet quod in huiusmodi permutationibus tertia persona non lædatur. Nam vt dicit Amb. cum non potest alteri subueniri, nisi alterum grauando, commodius est neutrū iuuari quam alterum grauari. 14.q.5. denique. Verbi gratia, cum permutat lanifex vel retagliator pannos sericos, frequenter fit vt setaiolus dimittat pannos laneos in eum permutatos penes retagliatorem, ea de causa & pacto vt de ipso panno retagliator vendat textoribus sericorum, seu det pro parte mercedis quam debent habere ipsi textores a magistris suis setaiolis, & communiter pro maiori precio ipsis dant quàm aliis vendant. Vnde recipiūt textores diminutionem suæ mercedis, in quo & setaioli malefaciunt defraudando mercedem & retagliatores in hoc eis seruiendo, vt satellites eorum.

Permutationes an sint licitæ.

¶ De negociatione quæ fit emendo aliqua, vt ipsa immutata maiori precio ab eodem vendantur, quod contingit fieri de omni genere rerum. s. de animalibus diuersi generis, de victualibus variis frumento, vino, oleo, & huiusmodi de libris de pannis laneis, laneis, sericis, de metallis, lapidib. preciosis & aliis, quæ quidem omnia prædicta illicitum est clericis & religiosis, vt dist. 88. fornicari. & extra ne cler. vel mon. c. fi. laicis. licet remotis tñ fraudibus periuris, mendaciis, & aliis iniustitiis quibus communiter pleni sunt moderni negociatores. Superflui autem videntur qui dicuntur retagliatores. i. fondacharii & rigatterii & quod eodem tempore & eodem loco possunt vendere retagliatores pannos vel rigatterii supellectilia maiori præcio quà emerint licite, non clare apparet, quia si iusto præcio emerunt, plus vendendo quàm dederint excessiuo precio vendunt, & sic illicitum videtur. Si iusto precio vendunt, tunc minus iusto precio emerunt, & sic illicitum nisi excusetur ars eorum, quod ipsi emunt in nota bili quantitate pannos vel suppellectilia & ipsi postea vt plurimum vendunt, non statim sed de tempore in tempus, & per partes. Vñ aliquando diu expectant antequam aliqua vendant, quanto tempore non possent expectare vendentes eis, & in huiusmodi laborare habēt in discurrēdo, exigendo, reuidēdo, scribendo, & ministros tenere oportet, & pensionem soluere. Dignus est autem mercenarius mercede sua. 12.q.2. quicunque. & Luc. 10. c. & 1. ad Timo. 5. c. Vnde lucrum moderatum quęrendi in huiusmodi non videtur illicitum sed in mendaciis & periuriis nō euadent damnationem cum dicunt malum bonum. f. esse puta pannum vel aliud, hi faciunt monstras in locis obscuris vt decipiant, contra quos dicitur Esa. 5. Veh qui dicitis bonū malum, & malum bonum ponentes tenebras lucem. ¶ Hic etiam sigillanda fraudulentia rigatteriorum, quia cum datur eis aliquid ad vendendum, cum dominus vestis supellectilium vel cuiuscunq; rei exprimit vltimū precium, pro quo vult rem suam vendi. Rigatterius si potest plus habere laborat, & illud plus sibi retinet assignans domino rei illud quod sibi dixerat quasi sit satisfactū voluntati eius sed recte fur est & latro, quia si certe & domi

§. 4.

Contra mercatores.

nus

nus contentus remanebat de minori præcio hoc intendebat vbi plus haberi non poterat, sed cum maiori præcio vendiderit, totum illi debet consignare, aliàs si quid sibi retinet restituere tenetur, nisi forte in casu vbi dominus nollet ei soluere pro labore suo secũdum morem artis illius, quia tunc quantum mercedis meretur, retinere potest, sed non plus vel nisi dominus rei expressæ dicat q̃ quicquid plus habet de illa re sua in vendendo eam vltra tantum præcium illud suum fit, quod rarum est, vel nisi ipsi rigatterius emat pro se iusto tamen præcio & postea plus vendat alteri, moderatum tamen lucrum in quęrendo, aliàs oporteret q̃ deciperet venditorem eius in diminutione iusti præcij, vel emptorem ab eo in excessu præcij. Quod recardent vestes vt videantur quasi nouæ, & quasi pro nobis vendant fraus & dolus est quæ neminem a peccatis excusant in damnum proximi, quia nemo cum iactura alterius debet locupletari est reg. iur. lib. 6. ¶ Mercatores vi-

Mercatores victualiũ.

ctualium sub quibus continentur bladaioli, & tabernarij, seu caupones ex hoc solum quòd ementes blada tempore messium, & vina tempore vindemiarum, quando communiter minus valent, vt postea in processu temporis carius vendant quia tunc sunt in cariori foro, & hoc siue in magna quantitate simul, siue in parua mutuata vt tabernarij, etiam si expectant per annos quousq; magno præcio vendant, dummodo non intendunt caristiam inducere, ex maxima talium rerum congregatione, non est illicitum vendendo precio occurrenti, nec est contra hoc quod dicitur 14. q. 4. quinq;. vbi dicitur hoc esse turpe lucrum, nam hoc est verum cum hoc fit causa cupiditatis, vbi dicitur in tex. puta cum quis est diues & habes alia exercitia vnde multum lucratur, & nihilominus ex alia causa nisi vt diuitias augeat, etiam talia lucra quærit. Secus autem cũ hoc facit vt inde ex lucro subueniat sibi & familiæ suæ, vel pauperibus prouideat, vel communitati talibus indigenti, & hoc quidem clericis prohibetur vt aliæ negociationes. distin. 88. c. negociatorem. sed non prohibetur oĩs fructus possessionem suarum, vel ecclesię retinere vsq; ad tempus quo carius vendantur, & multo minus laicis. Sed prohibetur bladaiolis vendere quisquilias & mixturam immundiciarum pro bonis bladis & facere iniustas mensuras cõtra quos dicit dominus Amos 8. c. Audite qui conteritis pauperem, & deficere facitis ægenos terræ dicentes, quando transibit messis, & venundabimus merces & sabbatum & aperiemus frumentum, & imminuamus mensuram & augeamus siclum & supponamus stateras dolosas, & quisquilias frumenti vendamus, & infra. Si oblitus fuero vsq; ad finem omnia opera eorum, quasi dicat puniam pro talibus excessibus De inducẽtibus caristiam dicit Hieron y. Esurientibus plurimis reseruare oĩum prędonum vincit crudelitatem 12. q. 2. gloria. Repræhendũtur caupones de mixtura quam faciunt aquę cum vino vendentes aquam pro vino, contra quos dicitur Esa. 1. c. Caupones tui aquam vino miscent ſm aliam translationem. Sed non minus malum est cum immiscent vinis aliqua nociua corporibus hominũ, vt faciant clariora vel suauiora. Mensuras quoq; diminutas tribuunt, quia non plenas, nec a graui peccato excusari possunt quando vt vendant frequentantibus tabernas scienter administrant his qui se inebriant, defraudant communitates in gabellis frequẽter vendendo mutuatim in taberna. De mane diebus festis cum celebrantur missæ publicæ tenere tabernam incongruum est. ¶ Macellarij quoq;. ſ. beccarij fraudibus vtuntur, cum vendunt carnes pecudinas pro castratis & huiusmodi, & grauius offendunt, cum infectas vel propter dilationem temporis, vel propter infirmitatem animalis carnes vendunt pro sanis, vnde nocumẽtum corporibus hominum sequitur. Stateras in se vel in ponderando falsificant, pro vna libra dando 10. vel 11. vncias cum tamen dicitur. Prouer. 11. Statera dolosa abominabilis est apud dominum. Et cum non possunt per dies carnes conseruari, vt in æstate q̃ præparent diebus festis eas videntur excusari, & etiam in vẽdendo talibus diebus, sed non in dimittendo propter hoc diuina, vt auditionem missæ. Hi etiam aliquando vsurã committunt, dando. ſ. animalia agricolis ad socidam saluo capitali, & varijs alijs modis vsurarijs de quibus habes sup. in 2. part. tit. 1. c. de vsuris. Vadunt insuper diebus festis ad diuersos foros, ad emendum animalia sine auditione missæ, & absq; ieiuniorum præceptorum obseruatione, necnon & rusticos a quibus animalia emunt sępe decipiunt, quorum fraudes super ipsorum capita reuertuntur in fine. ¶ Pizichagnoli quoq;. i. casarolij, & tricones. i. frũtirolij vendentes caseum & & oua pisces salitos & recentes aut oleum minutis mensuris, aut fructus cũ excessiuo prẽcio vendunt, vel diminutis mensuris, quoad mensurabilia, vel res infectas seu corruptas puta oua fętida pro recentibus, vel diebus festis

Stateră dolosam re,pbari.

Caupones.

Macellarij quibus modis delinquant.

Pizicha gnoli.

festis nisi fructus & aliqua magis necessaria, vel etiam huiusmodi dimittētes missam sine peccato graui non sunt. Vadunt & ipsi diebus festis ad forum. de ieiunijs & auditione missæ parum curantes, periuria iuramenta & mendacia pro nihilo computantes.

¶ *De diuersis generibus artificum & de artificibus cum eorum ministris & pluribus alijs artificibus & demum de agricolis.* Cap. 4.

DE merciarijs aurificibus, & gioielleriis. ¶ Sciendum quòd in aliquibus se habent vt mercatores, in aliquibus vt artifices. Nam emendo diuersa mercimonia in magna quantitate & postea vendendo ea immutata in magna quātitate vel parua paulatim, ut communiter accidit & in prolixitate temporis ac exinde moderatum lucrum quęrendo, reprehendi non potest, cum militare quis non debeat suis stipendiis ar. 13. quęst. 2. §. 2. & hoc nisi emat vel reuendat ea quorum vsus communiter est ad peccatum, & graue vt taxillos, naibos, seu chartas, fucos & huiusmodi. Vt enim dicit Gregor. Sunt pleraq; negocia quæ vix vel nunquam sine peccato exerceri possunt. Ea ergo quæ sine peccato exerceri non possunt ad ea post conuersionem, id est, pœnitentiam necesse est vt animus non recurrat. de pœniten. distinct. quinta, negocium. Et multo magis qui talia faciunt, scilicet taxillos & chartas & huiusmodi, sunt in malo statu animæ suæ. Si autem merciarij ad dictas merces adiungunt aliqua alia ad ornandum, tunc se habent vt artifices & de labore ibi appositio & materia iustum est eos inde lucrari. Aurifices cum emunt vasa aurea vel argentea & huiusmodi vt ea immutata reuendant maiori tamen pręcio, sed moderato, non est illicitum si aliquid lucrentur moderate, dummodo tamen ex eo quòd non cognoscit vendens pręciositatem rei, vtputa lapidē pręciosum multo minori prącio emat notabiliter quàm valeat, & econuerso non vendat ipsæ artifex rem minus pręciosam, puta vitrum in aureo anulo inclusum pro lapide pręcioso, hoc enim generaliter tenendum est secundum Thom. in sum. 2. 2. q. 77. ar. 1. ad pri. quòd quāuis iura permittant in contractu emptionis & venditionis partes seinuicem decipere vsq; ad dimidiam iusti pręcij, tamen lex diuina nullam fraudem admittit, & in foro conscientiæ tenetur talis satisfacere lęso in modica deceptione dum certa est. Si autem artifex constat vas argenteum vel aureum vel aliam rem & inde facit aliquod artificium, iustum est vt inde reportet lucrum de suo labore. Quantum autem possit petere pro lucro non potest bene dari certa regula, sed arbitrio boni viri statur secundum laborem ibi habitum & ingenium etiam seu industriam facientis & morem patriæ. Nam in quacunq; arte attenditur nobilitas materiæ & industria facientis, & periculum etiam puta si lapidem prącioſum includendo vel laborando circa eum esset periculum fractionis & emendare haberet plus licite reciperet quàm si ibi non esset periculum & maius etiam decet lucrum operando in auro & argento quam in corio & ferro, & plus ei debetur qui melius opera artis exercet. Sicut etiam in pictoria arte in faciendo similem figuram, multo plus petet in duplo vel triplo, magnus magister quam rudis. Caueat autem ne furata emat, quia inde habet bonum forum, quia postea restituere oportebit, cum de furto postea perpenditur. Quamuis enim si ignorauerit, excusatus sit tunc a peccato, cum postea nouerit, nec rem ipsam retinere potest, nec prącium repetere quod soluit a domino rei. Calices & huiusmodi emere non debet ad conflandum nisi prius fracta fuerint, vnde cōsecrationem amiserint. Aurum, & argentum alchimatum non vendat pro vero, quia fraus est & illicitum secundum Thom. 2. 2. quæstio. 77. arti 2. ad primum: quia non est adeo purum sicut verum nec habet illas proprietates aurum alchimatum sicut verum, quia habet illam proprietatem lætificandi cor, vel quòd valeat contra certas infirmitates & huiusmodi. Et subdit Thom. quòd si per alchimiam fieret verum aurum non esset illicitum vendere pro vero, quia nihil prohibet artem vti aliquibus naturalibus causis ad producendos veros & naturales effectus, sicut Aug. dicit in li. de Trin. de his quæ fiunt arte dęmonium. Aduertendum tamen q; hi qui vacant huiusmodi exercitio alchimiæ, communiter verificantur illud Apostoli in 2. ad Timo. 3. semper addiscentes & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Experientias multas faciunt, & quasi nunquam ad perfectum effectum deueniunt, multa consumunt in huiusmodi & tempus & pecunias & laborem & famam & semper pauperes inueniuntur, vnde se diuites expectant. Vnde & si abstinendum sit omnibus ne decipiant, vendendo sophisticum aurum & argentum pro vero per maxime clericis

An liceat proximum vsq; ad

mediam iusti pcij decipere.

Rē furti uā emēs restituere tenet.

ricis & religiosis. Fraudem quoq; artifices cõmittunt quando operũ argentorum quæ vendunt ipsum argentum non reperitur in tot ligis, vt iuxta vulgare loquar, vel opera aurea in tot caratis quot rationabiliter esse debeat secundum statuta ciuitatis vel communem morem. Dicitur enim argentum omnino purum & sine aliqua mixtura, quando est 12. ligarum & aurum omnino purum est quando est 24. carathorum. & quando est huiusmodi puritatis quantumcunq; in igne permaneat, non diminuitur in pondere suo seu quantitate. Sed si est infra dictos gradus ligarum vel carathorum in igne proiectum, minoratur in quantitate, quia ibi materia alia admixta æris vel stanni vel alterius metalli, paulatim consumitur, & in fumum euanescit. Si ergo statutum est in ciuitate q̃ opera argentea deberent esse 10. ligarum cum dimidia. s. argenti in vna libra scilicet operis argentei si esset ibi argentum 10. ligarum, ita quod residuum est mixtura æris, fraudem vtique committeret, quia mediam illam ligam æris quæ in illo opere est, pro argento vendit.

Qñ argẽtum dr purum.

§. 1. ¶ De prosenetis seu sensalibus. Hi sunt mediatores in multis generibus contractuum & si sunt mediatores in cambijs illicitis & vsurarijs exercere non valent, nisi cum damnatione artem illam in ea parte, nisi forte cum facerent intendendo, vt prouideatur necessitati accipientis in cambio. Sed secus in suipsius vtilitatem vt inde lucretur, vt fit communiter. ¶ Si vero sit mediator in matrimoniis tractandis inter partes, q̃ pro labore suo accipiat a partibus secundum morem patriæ non improbatur, sed caueat a mendaciis, puta referendo vni partium aliud, puta mulieri nubere volenti, vel propinquis eius hoc tractantibus illum esse diuitem qui nil vel parum habet esse modestum & bonum quem nouit esse dischotum, dissolutum, & lusorem & huiusmodi. ¶ Sunt enim hæc mendacia mortalia cum sint in magnum detrimentum proximi. Et de huiusmodi mendacio intelligitur dictum Chrysost. scilicet vtrunque & periurium & mendacium diuini iudicij pœna damnantur. Dicente scriptura. Sap. 1. cap. Os quod mentitur occidit animam 22. q. 5. iuramentum. Si est mediator in contractibus emptionis, & venditionis, & permutationis, vel locationis, & conductionis, domorum agrorum, mercationum, & huiusmodi, licite recipit lucrum a partibus secundum patriæ morem, abstineat tamen a fraudibus, nam cum percipit vnam partem ex eis grauare alteram puta vendere velle, vel permutare mercimonia defectuosa pro nobis & huiusmodi illicite agit mediatorem se faciendo seu cooperatorem huius fraudis, & teneri videtur ad damnum. extra de iniur. & dam. c. fi. Si est mediator in emptione iurium montis, siue imprætitorum quæ quis ibi habet distinguendum est, quia si emptor hoc agit non ad faciendum negociationem de huiusmodi iuribus. idest intentione reuendendi & inde lucrandi ex augmento precij, sed ad prouidendum suæ necessitati & gubernationi suæ familiæ secundum decentiam sui status, tunc si contractus illius emptionis talium iurium, seu creditorum montis dicatur esse licitus vt quidam asseuerant, erit & lucrum licitum quod consequitur prosoneta ex tali mediatione. Si illicitus vt ab alijs iudicatur, erit & lucrum illud illicitum & cooperatio prosenetæ ad illud. De qua materia. s. emptionis talium iurium, habes diffuse supra in 2. par. tit. 1. & quia dubium ideo dimittendum exercitium in huiusmodi. Si autem emptor talium iurium hoc facit, negociando. i. intendendo ad reuendendum, & inde lucrandum etiam si de se foret licitus cõtractus talis emptionis cum sit turpe lucrum quia vtilitati hominum rationabili, sed cupiditati deseruiat illicita videtur talis emptio. ar. 14. q 4. quęcunq; & per consequens illicitum est cooperari tali contractui mediando. 11. q. 3. qui consentit. Dicitur qui consentit peccantibus, maledictus erit apud Deum & homines, vbi dicit glo. super verbo consentit, scilicet per cooperationem. Idem dicendum de omnibus qui sunt mediatores in quocunq; contractu etiam si non sint prosonetæ. Solent enim mercatores vnius ciuitatis frequẽter esse mediatores mercatoribus aliarum ciuitatum ad procurãdum venditionem suorum mercimoniorum, quæ ad eos transmittunt secundum commissiones, quæ ad eos faciunt per literas suas. Et tales mediatores communiter retinent sibi vnum florenum pro centenario quasi pro suo labore cooperationis sine alia conuentione facta adinuicem, & si e viceuersa fit eis, quando sua mercimonia venduntur ab aliis in ciuitatibus eorum. Cum igitur hoc sit de communi more mercatorum in ratione fundatum, quia omnis labor optat præmium, non apparet illicitum. ar. dist. 8. c. quę contra mores. Verum si ostendunt tales mediatores per literas vel verba velle gratis & ratione amicitiæ etiam huiusmodi deseruire mercatoribus aliorum locorum, cum & ipsi seruiant gratis

viceuersa in similibus, tunc non licet occulte aliquid vt precium laboris accipere, puta dicendo se mercimonia eorum vendidisse centum cum vendiderint centum & vnum florenum, illum vnum sibi retinendo pro suo labore. Fraus.n.est & dolus ex amicitia ostendere gratis velle pro aliquo labore & occulte exinde precium laboris extorquere.

§.2. ¶ De lanificibus & ipsorum contractibus. Huiusmodi ars satis est necessaria vitæ humanæ pro vestitu ad arcendum frigus, nuditatem tegendam, lasciuiam prouocantem, & decentem ornatum personæ. Habet aũt hoc artificiũ multa mẽbra sibi deseruientia. Et primo quidam cõiter consueuerunt emere lanas à mercatoribus termino sex mensium, vel anni dato ad soluendum precium lanę. Pariformiter ipsi lanificos pannos inde perfectos vendunt mercatoribus, vel retagliatores plures simul cum termino sex mensium, vel anni ad soluendum precium, & retagliator ipsæ pannos vendit de tempore in tempus, & per partes, puta tot cannas vni, tot alteri, sed cũ termino solutionis simili. Hoc aũt cõiter obseruatur, quia vendendo pannos, vel lanam plus vendit vendendo cum termino, q̃ vendendo cum pecunia tunc sibi numerata, seu iuxta vulgare a contanti ad rationem 10. pro centenario. Exempli gratia. Vendit lanifex pannum vilem seu preciosum flo. 45. si tunc sibi datur pecunia, vbi autem non detur, sed terminum vult consuetum. s. sex mensium, vel anni vendit pro 50. flore. In quo contractu merito dubitatur vtrum sit contractus vsurarius cum. s. vendit lanifex, vel retagliator illum pannum 50. flor. ratione termini sibi dati. s. sex mensiũ vel anni. Equidem certum est q̃ vendere pannos, vel alias res plus iusto precio ratione dilationis solutionis fiendę contractus decernitur vsurarius, extra de vsur. c. consuluit. & c. in ciuitate. Et hoc nisi illa mercimonia esset reseruaturus ad tps quo ipso tali precio quo tunc venduntur, vel maiori essent valitura, quia tunc licitum est vt ibi dicitur. Ista ergo exceptione ablata quæ licitat contractũ cũ. s. non esset seruaturus, oportet videre quid iudicetur iustum precium. Nam terminus ipsæ seu dilatio data ad soluendum de se non facit contractum vsurarium, immo si gratis facit charitas est. Sed vendere plus iusto precio ratione temporis dilati hoc facit vsuram, cum nullus facit aliquod artificium gratis, sed ea intentione vt ex moderato lucro exinde sibi prouideat quod vtiq; licet. Sed lanifex deductis omnibus expensis factis, puta lanæ manufacturæ, ministrorum, pensionum, & huiusmodi de dicto panno lucretur 5. vel 6. fm cõe artis iudicium quod dicũt inde lucrari, quia illa omnia constat sibi 43. vel 44. vel 45. & vendendo pannum ad terminum 50. floren. remanent in lucro 5. vel 6. vel circa. non videtur immoderatum lucrum nec iniustum precium etiam si venderet ad contantos cum cogatur vendere ad terminum ratione communis consuetudinis. Si enim solum vellet vendere ad contantos paucos inueniret emptores, non autem videtur facere talem contractum illicitum hoc solum, quia vendendo ad contantos dat pannum pro minori precio, scilicet 45. quia tale precium currit in venditione ad contantos, quia ex hoc de vno & eodem genere mercimonii vendat vni pro 10. iusto precio, alteri ratione amicitiæ, vel quia indiget pecuniis det pro 8. vel 5. non potest dici vsurarius propterea in primo contractu. Si enim lanifex vellet vendere pannos ad terminum eo precio quo vendit ad contantos in capite anni reperiret se in suo capitali & frustra suum laborem pro aliis exposuisset vt dicunt, vel minutissimum, & indecens lucrum consequeretur, & hoc non esset solum in vna vice vel anno, sed quasi semper. Vendendo autem pannum talem ad contantos 45. flore. quãuis parum vel nihil lucretur de illo, tamen sic oportet eos aliquos pannos vendere, vt habeant pecunias paratas ad dandum ministris de die in diem cum habeant expectare solutionem pannorum venditorum ad termi num per annum & mensem. Vnde etiam ex hoc sustinent laborem admittendum & exigendũ pluries & multotiens in termino conuento non soluunt, vnde incommodum patiuntur & aliquando fallendo non soluunt, quæ omnia cessarent si numerata sibi pecunia cum vendunt daretur. Et vt dicunt libentius venderẽt tales pannos tali precio. s. 45. vel 46. ad contantos, si oẽs vel maiorem partem sic possent vendere, q̃ pro 50 ad terminum, quia pecuniam tunc habitam cito reinuestirent, pluries in anno pannos faciendo, & quod minus de precio cuiuslibet panni acciperent ad contantos vendendo, q̃ ad terminum recompensaretur ex multiplicatione factionis pluriũ pannorum quia facerent 100. pannos vbi faciunt quinq;, pp carentiam pecuniæ q̃ expectare habent ex termino. Sed si lanifex in casu proposito vendendo ad contantos pannos pro 45. flor. quia tale precium currit inde lucratur competenter, puta ad rõnem 10. pro centenario vel circa, quia sibi expensę in eo factę sunt

Propter dilationẽ solutionis pcĩ augeri non deberet.

40.vnde.5. vel.6.lucratur,& nihilominus vt plus lucretur non vult vendere ad contantos eo precio quo posset,sed vult potius vendere ad terminum vbi super lucrabitur ad rationem.20.pro centenario,male potest excusari ab vsura,quia tunc ratione termini seu temporis,quod vendi non potest valet plus iusto precio illa quinque de panno vendendo ipsum ad terminum & hoc improbatur,vt vsura ibi in dicto.c.consuluit,&.c.in ciuitate,est tamen materia ista multum intricata, nec bene clara & ideo non amplianda, cum tales, etiam aliquando decipiant seipsos in tractando huiusmodi negocia,& intentionem suam obumbrent,de his multa habes supra in secunda parte tit. primo de emptione & vendi, tione,ibi vide.

§.3. ¶De deponentibus pecunias apud lanifices & illi quidem qui ponunt pecuniam apud lanifices in huiusmodi artificio per modum societatis iuste.s.licite exercendo cum debitis pactis participando in lucro & damno proportionaliter non peccant,& pacta iusta seruari debent extra de pac.c.1. Si autem accipiat lanifex pecunias aliorum non per modum societatis sed ad discretionem secundū vulgare.i. vt saluos capitali secundum discretionem suam, lanifex tribuat illi meritum grauiter peccat accipiendo talem pecuniam ad vsuram,quia dat illi occasionem talis pec cati, & digni sunt morte non solum qui faciunt,sed qui consentiunt facientibus.Rom. 1.c.2.q.1.notum,& hoc nisi lanifex indigeret pecuniis,tunc enim sicut liceret ei mutuo accipere ad vsuram,sic in tali casu ab eo tamen qui est paratus facere talia lucra vsuraria sciēter.Vnde a persona simplici quæ hoc putaret iustum lucrum, alios non facturus, non liceret sic pecuniam accipere. Item cum quis est minister in apotheca alicuius laborans,& certam partem pecuniæ ponit in exercitio artis,saluo capitali ipso, & propter dictam pecuniam puta.c.flo. percipit salarium a magistro pro suo labore.l. flo. vbi sine illa pecunia sic exposita non recepisset nisi.40.vtique vsura est,nam illa 10. intelliguntur dari sibi propter centum mutuatos ar.14.q.3.si fæneraueris.40.autem iniuste recipit,ex quo labor exercitij sui.40.æstimatur & illa 10.restituere tenetur.¶Sed & consules artis lanæ sialterius artis cum vniuersitas ipsius artis ex introitibus suis abundans pecunia mutuat ipsam ministris artis seu lanificibus, vt exercentes eam in arte de lucro inde secuto tantum dent pro centenario, puta.5. expendenda in pios nihilominus vsus vt pauperibus, nihilominus vsuram committunt, quamuis nihil ipsi perciperent de tali lucro 14.q.3.vsura.Et quia ipsi sunt auctores talis contractus, si disponere non valent vt de pecunia vniuersitatis, quæ illud lucrum vsurarium habuit restitutio fiat his qui vsuras soluerunt tenetur ipsi de suo restituere. ar. de iniur. & dam c.si culpa,& dist.46.sicut non suo.¶Item cōsules artis lanæ vel officiales mercantiæ, vel alii quicunque officiales cum ante eos defertur causa vsuraria, & vsuras quidem immoderatus restituere cogunt, cum non tamen in totum,sed quadam apparenti equitate,puta ad rationem 5.pro centenario,vel cogunt ad compromittendum in aliquos cum clare ppendunt de vsura vel sentētiant vt tanto tē pore qui vsuras recepit teneat tantundem pecuniæ eius qui vsuras soluit, quanto tempore ipsæ tenuit pecunias vsurarii. Omnia ista illicita sunt & tenentur ad satisfactionem legis, non obstante quod statutum sic decerneret,quod nullius roboris existat immo facientes talia statuta,quod vsuræ non possint repeti sunt excommunicati, & seruantes ea de vsuris c.ex graui,i cle.Et multomagis cū statuta disponūt quod in huiusmodi contractibus quæ vsuram sapiunt non possit haberi recursus ad.ecclesiasticum quod est expressum contra libertatem ecclesiæ cum hoc spectet ad iudicium ecclesiæ.Vnde excommunicati sunt & qui ea seruant extra de immu.eccle.nouit.De quo vide infra tit.de excommunicatione.

¶De ministris artis lanæ qui multi sunt. Et primo de scardasseriis, hi immodestissimi in verbis & factis sunt,quorum animarū, & sicurā magri eorū nō habeant aut inquirere de vita eorū,sed solū ad laborē cōducunt sub certa mercede,tū ab insolentiis eorū iniuriis & lasciuiis in apothecis suis & domibus debent cohercere quantum valent & per maximē a vitio turpissimo.Mercedē aūt quæsitam sm cōuentionē eis reddere tardare nō debēt, sm illud Tob.4.Quicumq;tibi aliquid operatus fuerit statim eius mercedē tribue nec merces mercenarii oīno apud te maneat,& multominus fraudare vel minuere dādo eis monetas diminutas vel pannū aut victualia cum debeat habere pecuniā vnde decipiuntur,contra quos inuehitur Iac.5.Ecce merces operariorum vestrorū quæ fraudata est a vobis clamat cōtra vos & clamor in aures domini introiuit. Ipsi aūt laborantes scardasserii fideliter operari debent & sollicite, non tempus

amittere in ocio & trufis, vel inepte quę pertinent ad artem peragere, alias tenentur magistris suis & peccant. ¶ Secundo de laninis qui scilicet dant lanam ad nendum seu filandum, vel extendunt lanam ad solis radium, & si hoc faciunt diebus festiuis in differenter cum apte possint sibi aliis diebus prouidere sine aliquo periculo male faciunt, cum multum de tempore ibi ponunt. Si autē hoc agunt ex causa rationabili, vt puta quia lana destruere ur & huiusmodi excusantur. Isti ēt laniui solent cum detur eis certa quantitas, pecuniæ quam debent filatricibus dare prolabore suo, puta sol. 8. pro libra, vnum pro se retinere. Vnde cum recipiunt salarium a magistris pro labore suo, non possunt pro se illud quod subtrahunt retinere, sed ipsis filatricibus tenētur restituere si minus iusto vel conuento prætio dederunt, alias magistris, suis quod superfluit eis, debent assignare, & si filatricibus tenentur cum perseuerant indando eisdem ad nendum, debent satisfacere plus dando in posterum quam mereatur quousq; satisfacere compleuerint, vel si ignoranter personæ vel difficulter inueniuntur, & quantitas modica est pauperibus erogari debet 14 q. 5. non sane. Multi per varia exercitia deseruiunt huic arti, vt filatrices & textores qui si in officio suo & exercitio committunt defectus, vnde pannus patiatur detrimentum in valore tenentur. Vnde si propter hoc minus soluitur eis quam conuentū prætium non fit eis iniustitia. Purgatores etiam qui si suis verendis honorem abundantiō rem tribuerent eas velando, decentius, agerent. Fullones tinctores qui & ipsi si minus diligenter in tinctura operantur vnde prætiositas minuatur, si in pæna pecuniaria luant, conquæri non valent. Tiratores qui cum vltra decentiam trahunt secundum morem artis, vt ex quantitate augmentata lucrentur, non sunt mundi a peccato. Ex hoc enim sequitur scissum panni ad quod remediandum inducta est ars emendatorum, qui scilicet tales consuant vt non videantur, propter quod posset dubitari de licitatione talis artis, cum operentur ad decep ionem. Sed posset responderi quod si non occultaretur talis defectus, nec etiam cum iusto prætio emptor vellet emere cum tali defectu, cum tamen ex hoc non reddatur vsus talis panni noxius vel omnino inutilis, & si forte nō ita duraturus & apparens, vnde si lanifex ratione talis defectus minuit de quantitate quam importat talis defectus non videtur condemnari posse, vt elici potest ex dictis beati Tho. 2.2.q.77. vbi loquitur de fraude quæ committitur in qualitate rerū. Et cum lanifex debeat sic agere deseruiens mendator illi operi non dat illi occasionem mali, sed conseruari se indemnem cum etiam inspiciatur postea per reuendtores, qui si non fideliter agunt detrahentes de prætio panni, vt decet, sed simulantes ac si non haberet talem defectum, tenentur de tali danno emptoribus ipsi cum lanificibus vel pauperibus erogentur 14.q.5. non sane. Demum veniunt communiter ad retagliatores ipsi panni, qui minutatim vendunt ad mensuram cannæ vel brachii, & si diminutam mensuram vendunt. i. aliis tribuunt, vt multi faciunt, fraudem, faciunt. Hi etiam aliquando solent facere, quosdam contractus illicitos ipsi vel lanificę qui dicuntur barochola, cum videlicet, vendunt alicui pannum ad certum terminū certo prætio. Et cum emptor non egeat panno, sed pecunia, pannum ipsum reuendat pecunia sibi numerata, sed minori precio quam emerit quinque vel sex florenorum, eidem lanifici vel retagliatori quæ vtique vsura est cum habeat implicitum lucrum cum mutuo 14.q.3. vsura. Sed de hoc contractu habes plenius in secunda parte tit. primo ca. de barocholis. ¶ De sartoribus & stampatoribus & cerdonibus qui in arte sua vitia perpetrant. Primo cū poltulant 20 solidos pro repo vel serico cū sciunt 10. solidos in huiusmodi nō posituros. Excusare tñ se solēt ex eo q̄ diminutam mercedē recipiāt sui laboris, q̄ si verū esset admitti posset hæc cōpensatio, alias secus. Secundo cū patrē & nō modicā retinent sibi panni superfluētis siue scitu domini ei⁹, & tunc sunt fures & latrones & tenentur ad satisfactionē. Tertio quia ꝓmittunt opa pfecta reddere certa die aliqñ hoc iuramēto etiā firmātes, cū tñ, sciāt se nō posse ita cito perficere, ꝓp alia ēt sic ꝓmissa, & sic infideliter agunt. Quarto si non diligenter, sed defectuose faciunt, vt citius se expediant. Quinto quia per totas quasi noctes festiuis operantur, & suis ministris operari faciunt, quia in festis personæ volunt ea habere quod est violare festa. Sexto quia de mane in festis ad domos accedunt ad induendū vestes mulierib. veluiris pluribus ꝓp hoc dimittunt auditionem missæ cōtra mandatū ecclesiæ. ¶ Sub his cōprehenduntur caligarū & calceorū factores, qui in hoc aliquādo fraudem cōmittunt q̄ cū nō made faciunt pannū vt minus de eo in ipsi ponāt, postea panus cōtrahit, ꝑcipue

Laninus qs dicat.

De foro ribus & defecti-bus eorū.

cum

cum balneatur & propter attitudinem eorum cito lacerantur. ¶Est autem ad superfluitatem & vanitatem ars stamparorum, & perforantium pannos & cincinantium vel linguantium. Verum quia de se non videtur mortale talis vanitas vel prodigalitas communiter, non de facili debet vt damnatum reprobari tale ministerium sed persuaderi ad dimittendum. ar. de pẽni. distinct. 5. negocium. Et multo magis exercitium facientium serta, coronas seu mitras cum multa pompa mulieribus, qui etiam in aliquibus prædictorum offendunt multis modis. Qui vero commodant vestimenta preciosa vel torques de perlis vel alia iocalia ad tempus certum viris vel mulieribus, & inde percipiunt precium secundum conuentionem eorum, de se non est illicitum, quia non est mutuum: sed commodatum & per modum locationis datum. Sic etiam licet locare animalia ad vecturam & vasa etiam aurea & argentea secundum Tho. in summ. 2.2. quæst. 76. ar. 1. in R. ad 8. Talia enim ex vsu paulatim deteriorantur, vnde licite & pro commodatione eorum precium recipitur. posset tamen esse excessus precij, vnde & quantitas in huiusmodi debita est attendenda, secundum preciositatem rei commodatæ & secundum diuturnitatem temporis, & secundum periculum deteriorationis, & secundum morem patriæ & arbitrio boni viri iudicanda, nec potest dari regula firma vel certa. ¶Cerdones & planelarij qui vestes faciunt pedibus fraudem cũmittunt cum aluctas seu sotulares vel ocreas de corio vitulino vendunt pro corio hircino & huiusmodi vel cum malæ & indebitæ sunt, vt cito se expediant, vel nimis caro precio vendunt. Nam planelarij vltra prædicta vitia in hoc videntur offendere, adiuuantes vanitates & fictiones mulierum dum nimis altas planellas faciunt, vt mulieres inde magnæ appareant, quæ paruæ staturæ sunt, & ad maiorem vanitatem aliquando etiam deaurant, vnde moneri debent & argui de huiusmodi vanitate & superfluitate. ¶Pelliparij quoq; satis sunt necessarij ad arcendum frigus. Vnde & dominus primis parentibus fecit tunicas pelliceas vt habetur Gen. 3. vnde licitum est eorum lucrum nisi cum pelles malas pro bonis vendant vel vltra iustum precium vel diebus festis in nocte laborantes in hyeme cum opus eorum multum requiritur. Variarij autem satis videntur superflui, cum variæ pelles murium ad ornatum sunt inuentæ, & si aliquando decent frequenter tamen vanum & pomposum quo etiam aliquãdo prælati vtuntur, contra quos inuehitur Amos 6. Veh qui opulenti estis in Syon ideſt in ecclesia optimates capita populorũ pompatice ingredientes domum Israel. Possunt tamen & ipsi tolerari in arte sua sicut & multi alii in superfluis operibus dummodo abstineant & ipsi a fraudibus.

¶De serificis seu setaiolis. Hæc ars honorabilis est in humana ciuilitate & quamuis de se non illicita, tamen deseruiens vanitati in multis, cum sericis vtantur hodie & velutis & charmusinis stipendiarii & mulieres, non solum vxores baronum, principum, & militum, sed etiam mercatorum & artificium quod est satis indecens & magis secundum abusionem & consuetudinem locorum. Et in signum detestationis talis vanitatis legitur. Luc. 16. q̃ dives ẽpulo qui induebatur purpura & bysso sepultus est in infernum. Et quod dicitur dist. 41. quisquis, quod in huiusmodi debet se quis conformare moribus patriæ, intelligitur salua semper honestate & decentia. Ad setaiolos tamen non spectat discernere si pannum veluti vel broccati emat quis ab eo ad congruentiam sui status vestem faciendã, vel ad excessum vel vanitatem, dummodo iusto precio vendat, & si aliquem defectum habeat non perceptibilem, & si notabilem tantum, minori precio vendatur quantum importat; ille defectus, verum si defectus ille processerit ex textore vel tinctore setæ ab eo potest petere emendam talis defectus, & sic minus sibi dare de mercede conuenta. Quibus textoribus si facto opere soluere pro eorum labore differant contra iustitiam agunt. Et multo magis si cum debeant pecuniam dare ex conuentione facta, dant eis victualia vel pannos lineos vel sericos cum ipsi textores vel tinctores talia vendenda eis data minus precium semper recipiũt quam illud pro quo fuit eis datum. Secus autem vbi esset sic conuentum inter eos vt pro eius labore soluatur eis de pane, vino, panno, & huiusmodi totum vel pars mercedis debitæ secundum precium commune concurrens, quia vt dicitur de reg. iur. libro sexto. Scienti & consentienti non fit iniuria nec dolus, quod intelligitur de his quæ de se non sunt illicita. Nam & si quis sciens & consentiens soluat vsuras fit vtique ei iniuria, quia contra ius est diuinum, vnde & iniuria est accipere vsuram, sic etiam est in proposito, si ex illo pacto grauatur textor, quia plus mercedis debetur ei de labore suo ſm commune iu- §.5.

dicium artis, tamen assentit ne sit ociosus, sed aliquid lucretur, & si parum non excusatur setaiolus ab iniustitia. Delinquunt autem aliqui fraudando gabellas vel pedagia portari facientes sericum occultatum inter lanam vel linum vel alias merces, vt non perpendatur, tenentur ad restituendum dictas gabellas vel pedagia fraudata, primo ipsi fieri facientes, & secundo per quos facta sunt, sed aliquando emunt sericum ab his quos sciunt fraudasse gabellam. Si autem super hoc extat prohibitio statuti ciuitatis, qua cauetur, vt nullus emat sericum nisi sit de ipso gabella soluta, tunc male faciunt emendo a talibus quos sciunt fraudasse gabellas, cum contra statutum agunt satis rationabile. distinct. 8. quæ contra mores. Et cum per hoc minus iusto cõmuni precio emant ex quadam æquitate, videntur teneri de illa parte quam minus iusto precio emunt gabellæ, vel illi qui emunt a communitate ipsam gabellam. Si autem fuissent cooperati ad fraudem puta iuuantes eos ad inducendum ciuitatem occulte, tenentur ad totam fraudem gabellæ, extra de iniur. c. fi. culpa. Si autem nulla extat prohibitio per statutum emendo a talibus nõ videntur in aliquo teneri sed solum ipsi fraudatores. Emendo autem sericum ab his quos verisimiliter credunt fuisse furatos, vt filatores vel textores aut textrices, eo modo tenentur quo & illi qui emunt rapta ab alijs, de quibus habes supra in 2. part. tit. 1. c. de furto. Nec excusaret eos si illi dicant se iuste habuisse illud sericum, quia magister seu setaiolus tenebatur ei intantum, quia hoc non est eis notum, & multotiens homines in hoc seipsos decipiunt. Excusarentur tamen ipsi textores & alij in hac arte operarij quando torti sunt de hoc, puta quia cum debeat dare 20. & manifesta conuentione & non dat sibi nisi 10. Nec potest aliter se iuuare accipiendo ab illo 10. sine de serico quod peruenit ad manus eius siue de alijs rebus amotis scandalis non tenetur illi nec peccat. ar. dist. 1. ius naturale, cum Glo. Caueat tamen ne se decipiat nec in dubio hoc agat. Vendunt etiam hi ad terminum frequenter vt lanifices. Vnde idem iuris quoad lacitationem vel illicitationem contractus seu vsurariam prauitatem quod dictum est supra de lanificibus §. 11. Faciunt etiam permutationes frequenter cum lanificibus, & retagliatoribus in quibus communiter grauant textores & alios operarios suos, facientes eis dare pannũ quo non egent, vnde & reuendendo multum de iusto etiam precio perdunt, vt dictum est supra.

¶ De aromatarijs hoc ministerium quoad medicinalia vitæ humanæ conseruationem deseruit ad esse quoad alia ad bene esse. Dicitur autem multas sophisticationes in ea fieri & fraudes & in conficiendis medicinis aliquando ponunt aromata multum vetusta, vnde & virtutem modicam habentia, vel si non habẽt illa quæ exiguntur, aliqua alia non ita conferentia loco illorum ponunt vnde & infirmo parum prosunt, vel forte nocent, quod cum fieret esset graue peccatum. In candelis formandis aliquando ponunt ibi oleum vel lupinos vel fabas fractas bene machinatas vt sit similis coloris existentis ceræ incorporantur. In speciebus componendis miscentes quç minus valent plus debito, & in confectionibus etiam non seruando debitum modum. In siropijs cum parum in eis expendat, quia aquæ sunt distillatæ, corpus earum nimiũ precium apponunt. In ponderibus diminutis offendũt dantes 11. vncias eorum duæ ad pondus venduntur pro libra. Et ipsi cum emunt ab aliis talia velint habere libram pro 12. vncijs agentes, contra illud Deut. 25. Non habebis in sacculo diuersa pondera maius & minus, vnum scilicet in emendo, aliud in vendendo. Peccant in diebus festis vendendo non necessaria. Nam necessaria vt puta medicinas pro infirmis & ipsas cõponendo & alia huiusmodi necessaria, vt ceram pro funeralibus excusantur, super quo inde ciuitates bene ordinatæ vt Florentia, solent prouidere vt aliqui ex eis teneant apothecas apertas puta vnam pro quarterio & huiusmodi. Aliqui etiam ex ministris talis artis dediti gulæ sibi assumunt, vel sociis dant de confectionibus & similibus ad comedendum, in quo tenentur magistro satisfacere, si sine consensu eius faciunt. Mendacia autẽ & periuria in tali arte sicut & aliis semper sunt, vt peccata, & aliquando mortalia vitanda & reprehendenda. §. 6.

¶ De barbitonsoribus & quia ad medicinalia pertinet minutio sanguinis seu flebotomia quod opus fieri solet per barbitonsores, ideo de eis breuiter agendum. In tali siquidem ministerio fraudes male fieri possunt, sed in hoc aliqui offendunt quòd diebus festis sine aliqua necessitate radunt aliquos hoc quærentes scilicet radi vel tonderi ob iuuenilem vanitatem, vt iuniores & pulchriores appareant, quod male potest vt videtur excusari a mortali cum violent festum vterq; ar. 2. q. 1. notum in fi. Ex hoc autem q; in sabbato vel vigilijs solẽnitatum operentur vsq; ad tes- §. 7.

tiam

tiam horam noctis & vltra vsq; quasi ad medi-
am, ex eo q̃ communiter personæ, plus eo
tpe in hoc volũt sibi seruiri, amitteret in ma
gna parte concursum personarum, vnde & lu
crum videtur hoc posse tolerari at tento mo
re generali patrię in huiusmodi. Quamuis
n. statutum ecclesiæ in obseruatione cessatio-
nis ab operibus diebus festis sit de vespera ad
vesperam ideſt sero. de consecrat. dist. 4. pro
nunciandum. tamen mos patriæ multum ha
bet modificare inchoationem & terminatio-
nem festorum, cum etiam habeat & tollore &
instituere ipsa festa. ar. de consecr. dist. 3. ro-
gationes. & distinct. 11. in his & precipue at-
tento quod post sero diei festi possent labora
re, secundum illud decretum pronunciandũ
cum tamen non operentur communiter vsq;
ad mediam noctem & sic videtur admittẽda
talis compensatio sero vigiliæ cum sero festi-
uitatis, si ab officialibus ad quos spectat tale
regulare ordinaretur q̃ post primam horam
noctis vel secũdam sub certa pæna nullus in
tali arte operaretur, melius esset & tutius, &
tunc omnes tenerent seruare & seruando nul
li eorum fieret prę̃iudicium. In minuendo
autem peccaret si non essent in eo periti. Su-
per omnia debent cauere ne in apothecis eo-
rum fiat congregatio iuuenum ad malefacien
dum vt hodie faciunt plurimi vbi impudica
toquuntur, & honesti scandalizantur.

§. 8. ¶ De Architectis seu q̃dificatoribus huiusmo
di. Hæc ars satis necessaria est vitæ humanæ
pro domibus & habitationibus fiendis, quæ
nos defendant a pluuiis & ventis frigoribus
& caumatibus, vt quiescere valeat & secretè
operari quæ expedit. Primus Cayn reprobus
legitur q̃dificasse ciuitatem, vnde & domos
Genes. 4. c. Post diluuium autem Nembroth
Gen. 10. c. primus tyrannus alios ad turrim
ædificandum Babel induxit. Genes. 11. c. vbi
confusis ob superbiam illorum linguis opor-
tuit ædificium illud imperfectum dimittere.
Lata enim palatia & excessiua ædificia vltra
conuenientiam status sui ad ostentationem
facta Deo non placeant Patriarchæ autem in
tentoriis habitabant, vt Abraham, Isaac, & Ia
cob, scientes se hic non habere manentem ci
uitatem, sed domum non manufactam in cæ
lis amplissimam expectare. Artem igitur
huius vt licitam exercentes cauere debent a
fraudibus & periculosis seu ruinosis operibus
magis, quod contingit multipliciter. Nam si
conducuntur ad operas dietim data eis mer-
cede secundum conuentionem fraudem fa-
ciunt & peccant, si non fideliter operantur di
ligentiam adhibentes prout opus requirit, &
si tempus debitum subtrahunt in truffis & o-
ciositatibus, & pigritiis. Si eis soluitur ex-
pacto ad mensuram cannarum ædificii facta
data eis omni materia necessaria a conducen
te, fraudem committunt si ad hoc vt plus o-
peris faciant vnde lucrentur, non congrue la
borant sed incurie propter quod q̃dificium,
debile & ineptum redditur. Tertio quando
accipiunt aliquod ædificium faciendũ ad ex-
pensas suas, materiam omnem ponentes pro
certo precio conuento inter eos, & tunc frau
dem aliq̃ committunt, ibi non ponẽdo cal
cem ad sufficientiam vel alia opportune, vt
minus expendant pro materia q̃ ibi haberet
de suo ponere, vnde ædificium non sufficiẽs
reddatur. Nec excusaret eos, quia si vellent,
ponere quod requiritur, & diligenter operari
valde modicum lucrarentur, ita paruum sala
rium inde recipiunt, quia debent ipsi in prin
cipio hoc aduertere, sed hoc ideo faciunt, vt
citius eis quam aliis opus locetur. Verum est
tamen q̃ q̃n conductor talium percipit q̃ mi
nus parum lucrentur ex tali pacto, eo nõ ob-
stante debet supplere ad competẽtem merce
dem, & præcipue q̃n in tali opere superuenit
casus qui bene non potuit prę̃ueniri, & vt il-
le diligentius agat opus. Debet etiam cauere
talis patronus ne differat mercedem soluere
q̃n tempus aduenit solutionis, vt diminutè
soluat, dando res pro pecunia, vel malas mo
netas & huiusmodi. ¶ His subseruiũt latoma
rii & cementarii qui peccant q̃n lateres vel
calcẽ non bene coctã & conditionatã tribuũt
vel cum mensuras vel numerum diminutũ
concedunt, vel cum in diebus festis laborant
q̃n cõmode & sine magno detrimento sui ab
his abstinere valent. i. aliis diebus faciendo.
Lapicidarii quoq; his adnectuntur, quorũ ali
qui lapides cedunt, & ad rudem formam tra-
hunt. Alii diuersa inde opera ex acta perfi-
ciunt, alii statuas & figuras sculpunt, vt etiã
marmorarii qui in operibus suis multas frau-
des facere non possunt, quia manifesta sunt
opera eorum, possunt tñ nimis precium exige
re sui laboris, sed si sic existimatur a peritis in
arte eis credendum, post pactum etiam factũ
de mercede, si negligenter operaretur vt ci-
tius expediret & malum esset. In hac arte pe
riti fuerunt sancti. 4. coronati.

§. 9. ¶ De fabris horum aliqui sunt fabri ferrarii,
alii carpentarii, quorum primus fuit Tubal-
chain. vt patet Gen. 4. Inter fabros autẽ fer-
rarios primi in opere sunt qui ferrum a sco-
ria separantes ad formam massæ vel virga-

Circa q̃ Architectos contingat errare.

Latomarii.

Quos adiuuenit artẽ fabrilẽ.

rumadducunt. Exinde facientes ferramenta iumentis qui dicuntur manifcalli, qui non offendunt tantum imponendo praua ferreamẽta pro bonis, fed etiam quia aliquando male ferrant, vnde iumenta efficitur clauatũ qđ aliquando equitanti inducit magnum damnum, quia oportet propter hoc fuperfedere in hofpitiis & expectare vel aliam equitaturã fumere vnde videntur teneri de tali damno, quando per incuriam eorum hoc contingit. Ifti manifcalli folent fe intromittere in medicatione ipforum iumentorum equorum & aliorũ, quod de fe licitũ eft dummodo fciant artem, & diligenter exerceant, fequeftratis tamẽ omnibus incantationibus, quia hoc comunino illicitum & iufte mercedem inde petũt, quia dignus eft operarius mercede fua. Luc. 10. Hi aliquando folent effe mediatores ad vendendum & emendum talia animalia, tales tamen vulgariter dñr cozoni, qui fi commendant & conſilio & perfuafione inducunt ad emendum animal defectuofum pro fano, & in precio notabiliter decipiunt plus iufto exiſtimantes fcienter, tenentur ꝛeſo de omni damno, recte autem procedendo licite recipiunt precium fuæ mediationis. Et ifti vel alii quicunq; qui locant equos ad vecturã offendunt, cum commodãt equos defectuofos pro bonis, vnde conducenti fequitur damnũ in perſona vel rebus vel cum nimium de hoc precium exigunt quia vltra communem ęſtimationem. Alii funt fabri ferrarii facientes, diuerfa artificia ex ferro vel aliis metallis, vt armarioli facientes galeas, thoraces, loricas, pectoralia, brachialia, & huiuſmodi, Lanceas faggittas, baliſtas, bombardas, & huiuſmodi. Et quia horum omnium poteſt eſſe licitus vſus, de fe talis ars non eſt illicita, quia in bello iufto fi licet occidere, multo magis & his, vti. 23. q. 2. dominus noſter, & 23. q. 1. qđ cuſpatur. Nec obſtat extra de fagit. c. 1. qa illud exponitur cõiter quando in bello iniufto his vtitur. Ex his ergo iuſtum precium petere de huiuſmodi artificiis de fe non eſt illicitũ. Sed cum manifeſtum eſt aliquod bellum eſſe illicitum & iniuſtum, tunc talibus iniuſte manifeſta bellantibus vendentes talia, videnꝫ cooperari peccato eorum, & præcipue quoad arma defenſiua, vt gladios, lanceas, baliſtas, bõbardas, & huiuſmodi. 11. q. 3. qui cõſentit, forte non ſic de defenſiuis tantum, vt galea, thorace, lorica, & huiuſmodi, vbi etiam dubium eſſet de iuſtitia belli, forte poſſent excuſari. Alii ſunt fabri ad alia opera dedit, vt inſtrumenta ad culturam, vomeres, ſappas, vangas, ſarculos, falces, ſecures, & hmõi. Alii pertinentia ad coquinam, vt cachabos, patellas, vrceolos, tripodes, caldaria, catinos, & hmõi. Alii pertinentia ad fabricam vel carpentariam, vt malleos, incudes, forcipe, terebra, ſerras, leuigas, aſcias, celtes, & huiuſmodi. Qui omnes fraudem facere poſſunt in faciendo opera debilia, propter malam materiam, vel nimio precio vel diminuto pondere.

¶ De carpentariis ſeu lignariolis Hi in faciẽ §. 10.
do ligna incidere ſecundum augmentum vel decremẽtum lunæ ſine alia obſeruatione dierum non peccant, quia cum luna vt propinquior planeta multum influat in corpora inferiora, ſecundum rationem naturalem eſt ꝙ potius incidantur cum luna eſt in decremento q̃ in augmento. In faciendo autem diuerſa opera ex lignis licitum eſt ex tali exercitio lucrum expetere ſecundum quantitatem laboris, & induſtriam operis & morem patriæ, ſed fraude vtuntur cum ligna parum durabilia tradunt pro ſolidis & diu permanſuris. Ex his aliqui tharſias ſeu tharſiata lignamina faciunt, quod magis pertinet videtur ad quendam ornatum ſeu oſtentationem quàm ad vtilitatem. Qui vero ligna ſecant cum multum laborant digni ſunt mercede bona fideliter operando. Huius artis fuit Ioſeph Mariæ ſponſus. Dicit enim Chryſ. in ſermone de Epiph. ꝙ fuit carpentarius. Ad hoc genus miniſterii ſpectat galeas facere, naues & nauicu las, & alia per quę nauigatur, quod opus multum eſt neceſſarium humanæ conuerſationi ad negociandum. Qui tamen iſta operentur pro eis quos vti ad piraticam ſciũt velle. i. ad prædandum quoſcunque per mare, vel ad deferendum ipſas Sarracenis grauiter peccarent, quia cooperarentur in malo. Marinari autem & alii qui ſunt ductores talium lignorum per mare ſcienter vtique peccant mortaliter, cum ſciunt ad prædam ſeu iniuſtum bellum ſe duci vel vtique ſunt excommunicati, cum deferunt victualia ad terras infidelium. vt habes infra titu. de excommunicatis, alias & opus licitum & merces licita. Et cum ſuſtineant ibi immenſos labores, & peſſimam vitam, tamen dimittere neſciunt tale exercitium, & ita periculoſum, nec tenentur dimittere. Et communiter ſunt homines peſſimi blaſphematores frequentes Dei & ſanctorum, & ſine aliquo Dei timore. In periculis tñ videntur ad Deum deuotiſſime recurrere, quos etiam Deus miſerabiliter iuuat, ſed timore ſeruili magis q̃ amore filiali apparet eos moueri, cum quaſi

ſemper

semper ad vomitum reuertantur, & non curantes de Deo & salute sua. De piratis & pœna illorum habes supra in secunda parte tit. de auaritia. c. de furto, & infra tit. de excommunicatione, ibi vide diffusus & clarius.

§. II. ¶ De artificibus circa scripturas & picturas, & chartas, quidam facientes bombicinas q̃ nominantur chartarij, non valent committere multas fraudes, quia cito appareret defectus chartæ, vel de ruditate eius & grossicie, vel de insufficientia colę, vnde aliquando attramentum non seruat, sed diffunditur fugando. Chartas autem facientes de pergameno, vel de pellibus animalium qui nominantur pella chani plures fraudes committere valent quæ non cito deprehendi possunt, sed in processu vt cum litera extinguitur, ꝙ ex parte etiam attramenti prouenire potest, sed magis ex defectu siccitatis talium chartarum vel rasuræ. Et quia ex hoc sequitur notabile damnum libris, ideo cum hoc perpendunt g rauiter peccant. Et similiter dicuntur chartularii qui huiusmodi chartas reuendũt cũ sciunt illos defectus extra de iniu. & dan. c. fi. In ligando libros etiam chartularii frequentius operantur qui diligenter agendo digni sunt mercede sua competenti. Quod si chartas emptas ab aliis de bombice vel pergameno reuendant maiori precio, dummodo moderato non est de se illicitum. Solent & esse mediatores ad emendum vel venden dum libros pro aliis, & quod pro tali opere, mediationis moderatum lucrum quærãt nõ est iniustum. Sed si defectuosum librũ sciunt vt multum falsum, & tamen procurant dari precium, ac si defectum non haberet, commendantes pro bono peccant, & tenenter ad satisfactionem si scienter decipiunt emptorem. Idem si faciunt emere vltra iustum precium contra conscientiam suam, vel vendere longe minori precio, & si maior precio vendunt quam quod petebat vel intendebat dominus libri & illud plus sibi retinet. Scriptores vero librorum in multis ostendere possunt. Et primo cum scribũt cum multis falsitatibus ex quo liber quasi nihil valet. Secundo cum præcio statuto certo pro charta qualibet vel sexterno vt quaterno faciunt, lata spacia linearum vel literarum vt cito, chartas impleant vel cum ex festinantia non ita competentem literam faciunt. Offendũt etiam cum diebus festis scribunt pro lucro, violant enim festum ꝙ ecclesia præcipit celebrandum in cessando ab operibus seruilibus vel manualibus quale est tale opus, de consecr. dist. 3. pronunciandũ. Vide etiã de hoc supra in 2. parte tit. 9. c. de negligẽtia. Pictores non solũ secundũ quantitatẽ laboris sed magis secundũ industriã & maiorẽ peritiam artis, de salario sui artificij magis vel minus rationabiliter postulant sibi solui. Qui in hoc offendunt qñ formant imagines prouocatiuas ad libidinẽ, non ex pulchritudine sed ex dispositione earũ vt mulieres nudas & hmõi. Reprehensibiles etiam sunt cum pingũt ea quæ sunt contra fidem, cum faciunt trinitatis imaginem, vnam personam cum tribus capitibus quod monstrum est in rerum natura, vel in annunciatione virginis paruulum puerum formatum scilicet Iesum mitti in vterum virginis, quasi non esset de substantia virginis eius corpus assumptum, vel paruulum Iesum cum tabula literarum cum non didicerit ab homine. Sed nec etiam laudandi sunt cum apocripha pingunt vt obstetrices in partu virginis. Thomę apostolo cingulum suum a Virgine Maria in assumptione sua ꝓpter dubitationem eius dimissum, & huiusmodi. In historiis etiam sanctorum seu in ecclesijs pingere curiosa, quæ non valent ad deuotionem excitandam, sed risum & vanitatem, vt symeas & canes insequentes lepores, & huiusmodi, vel vanos ornatus vestimentorum, & superfluum videtur & vanum, his habẽtur miniatores librorum siue cum calamo siue cum penello, quibus etiam competit, præmium de labore suo. Offendunt & ipsi si diebus festis hoc agunt, vel quando nimium precium exigunt & maxime cum nõ bona temperamenta in coloribus mittunt, propter quod cito delentur de libris, vel quã do vt cito expleant nõ diligenter faciunt qñ neque firmatum est pactum de tanto precio.

§. 12. ¶ De ministerio musicorum in cantando & pulsando. Et cantus quidem firmus in diuinis officiis & sanctis doctoribus institutus est vt Greg. Magnus, & Amb. & alii. Biscantus, autem in officiis ecclesiasticis quis adinuenerit ignoro, pruritui auriũ videt magis deseruire q̃ deuotioni, q̃uis pia mens ẽt in his fructũ referat audiẽdo. Qui tñ huic operi ĩsistũt videãt ne dum blãd a vox q̃riť, cõgrua vita negligat, & Deũ irritet cõtra se dũ populũ delectat, vt ait Greg. di. 92. in sancta. Cõmuniter tñ tales solẽt esse leues & dissoluti. Præcipue aũt redarguẽdũ est ĩ officiis diuinis, ibi miscri cãtiones seu balatas & verba vana, cõtra q̃ ẽt Hiero. inuehit di. 92. cãtantes. Sed & pulsa tio organorũ vel aliorũ instrorũ ad diurnam laudẽ initiũ virtutis habuisse a ꝓpheta Dauid

Cãtores

Organi-
ticæ.

uid, qui non ſolum inſtituit cantores in cultu templi, ſeu tabernaculi, ſed & ipſæ etiã ante archam domini pulſabat in pſalterio vel organis, vt habetur. 2. Reg. 6. & in Pſal. vlti. Laudate eum in tympano & cho. Pulſare ergo in organis vel aliis ad Dei laudem non eſt prohibitum & iuſte recipiunt ſalarium pulſantes; tamen pulſare balatas, vt frequenter fit valde deteſtabile eſt. De hoc c. etiam habes ſupra & ſecunda parte tit. 3. cap. de curioſitate. Laici vero extra diuina officia pulſantes diuerſa inſtrumẽta muſica, vel in nuptiis vel in curiis dominorum, vt tibias bifferos vel alia inſtrumenta, vel alia ob recreationem, cõdemnari non poſſunt de re illicita. Vnde & certo præcio conduci poſſunt. Et ſimiliter cãtantes ſiue laudes in eccleſia, ſiue hiſtorias, palatinorum, vel alia dummodo honeſta & locis & temporibus debitis obſeruatis cum aliis circunſtantiis, ita quod per hæc diuina officia non negligantur. Audire autem cantus mulierum periculoſum eſt. Et ad laſciuiam incitatiuum, & ideo cauendum. Hiſtrionatus ars quia deſeruit humanę recreationi quæ neceſſaria eſt vitę hominis, ſecũdũ Tho. 2. 2. quæſtio. 168. argu. 3. in re. ad 3. de ſe non eſt illicita. Vnde & de illa viuere arte, non eſt prohibitum ita tamen quod fiat obſeruatis debitis circunſtantiis locorum temporum & perſonarum. Non enim decet clericum talia exercere, de conſe. diſtincti. 5. nõ oportet. Nec in eccleſia, nec tempore pœnitentie, vt quadrageſimæ. Et quia repræſentationes quæ fiunt hodie de rebus ſpiritualib. miſcentur cum multis ioculationibus & trufis & laruis, ideo non congruit eas in eccleſijs fieri, nec per clericos extra de vi. & ho. cle. c. cum decorem. Sed cum hiſtriones vtuntur indifferenter tali exercitio ad repræſentandũ etiam turpia vel vituperandum & irridendũ perſonas ſpirituales, vel ſacramenta & diuinum cultum, vel miſcentur ibi ſuperſtitiones vel periculum vitæ vt tendere arcum ſuper funem & huiuſmodi, illicita eſt ars, & eam oportet dimittere. Et de tali intelligitur de conſe. diſtinctio. 2. cap. pro dilectione, & peccatum eſt talia aſpicere, & talibus pro illo opere aliquid dari vt dicit Augu. diſtin. 86. donare.

Fiſtulatores.

Hyſtriones.

§. 13. ¶ De agricolis ſeu laboratoribus terræ, ars q̃dem eſt & opus neceſſarium vitæ humanæ. Vnde & primo parenti dictum fuit. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Gene. 3. Et Noe vir agricola plantauit vineam poſt diluuium Gene. 9. Et cum terras proprias laborant fraudes in ſuis committere non valẽt niſi in vendendo fructus ſuos, vel nimio p̃cio, vel diminutis menſuris, vel vitiatas pro bonis. Sed tanta eſt hodie aſtutia & ſubtilitas hominum, vt potius ipſi decipiuntur ab emptoribus in eo, ſcilicet quod emunt ab eis neceſſitate ductis, fructus, & quia anticipãt tempus fructum in ſoluendo pro minori precio emunt, quod pertinet ad vſuram quantum ad ementem. De hoc tamen habes plenius in ſecunda parte titu. 1. capitu. de vſura. Si autem laborant terras aliorum vel ad medietatem vel ad affictum. Primo modo ſolent offendere in non reſpondendo patronis ſuis ingre de medietate. Secundo modo poſſunt offendere non habendo diligentiam circa poſſeſſionem ipſam, ſed magis ad vtilitatem ſuam in præiudicium patroni. Quod autem plus redderent fructuum cultores patronis ratione mutui eis facti vſuram ſaperet quod eſſet vitium patronorum. Si autem tenent animalia ad ſocidam poteſt ibi eſſe peccatum vſuræ vel iniuſtitiæ ſecundum variũ modum dandi, de quo ſupra habes in ſecunda parte. titu. 1. capitu. de vſura. In ſoccidis. Sed hoc vitium magis accidit in dantibus ad ſocidam quam in comitatiuis accipientis. Et ſimiliter de bobus cum quibus colunt terras, vel ſuas vel aliorum, aut etiam patronorum pro quo dant certam quantitatem frumenti locantibus ipſos & cum pacto partici pandi lucrum & damnum, locatoa & conductor pro medietate, de quo etiam ibi habes. Inſuper & cum animalibus offendunt quando ex negligentia & multo peius cum ex certa ſcientia vel malicia permittunt animalia, ipſa depaſcere in agris ſeu bladis alienis vñ & proximos damnificant in quo tenentur ad ſatisfactionem. Et cum animalia ipſa vitia vendunt pro ſanis nõ diminuendo de precio ſecundum quantitatem defectus nõ ſunt immunes a peccato & ſatisfactione perſonæ læſæ, præcipue cum notabile ſequitur damnum emptori. Offendunt etiam cum decimas non ſoluunt eccleſijs, ſaltem ſecundum morem patriæ, totum vel partem in quo tenentur ad reſtitutionem eccleſijs de ſubtractis. Sed de meteria decimarum quomodo homines teneantur vel excuſentur habes diffuſe in ſecunda parte, titu. 3. capitul. de retentione decimarum. Vacantibus autem eccleſijs quarum ſunt parrochiani de bonis eccleſiæ ſeu ſacerdotis ipſius aliquando accipiunt & diſtrahunt & diſſipant in comedendo & bibendo. Cogunt etiam ipſos ſacerdotes ſuas

De ſocidis.

Nõ ſoluentes decimas peccant.

Noe primus vineę cultor.

ſeruare

ſeruare quaſdam abuſiones, vt in diebus reſurrectionis vel natalis vel alterius feſtiuitatis dent eis notabilem quantitatem panis ac etiam vini ad bibendum vſq; ad ebrietatem. In eccleſiis ipſis aliquando tripudiant & choreas ducunt cum mulieribus. Quidam autem illorum vadunt ad piſcationem quę ars de ſe non eſt illicita. offendunt tamen cum hoc faciunt diebus feſtis. i. propter cupiditatem capientes piſces & vendentes: eo quòd ſeruile non facietis. Exo. 20. c. Secus ſi cauſa recreationis vel vt habeant aliquos piſciculos ad comedendũ: ſi tamen propter hoc non dimittunt auditionem miſſæ &c. quoniam furantur adinuicem piſces: tenentur ad reſtitutionem. Item deuaſtant aliquando aggeres prædiorum aliorum & quandoq; ipſa prædia: vnde tenentur ad damnum: vt habens ſupra. in 2. part. tit. 1. de reſtitutione. Diebus feſtis parum vacant diuinis & auditioni miſſæ integræ: ſed ludis: vel in tabernis & contentionibus ante eccleſias. In ipſis diebus feſtis deferunt in iumentis blada vina vel alia patronis per quod violant feſta niſi maxima neceſſitate ducantur non valentes aliter viuere de facili blaſphemant Deum & ſanctos. Maledicunt irati animalia ſua bruta. Mendaciis & periuriis pleni ſunt: de fornicationibus & ſodomiis non faciunt ſibi conſcientiam, plurimi eorum non confitentur annuatim, & multo pauciores communicant, falſo ęſtimantes ſe non debere communicare niſi cum ſeneſcunt vel ad mortem infirmantur. Familias ſuas parum inſtruunt in moribus fidelium. Pęnitentias ſibi iniunctas a confeſſoribus & vota facta frequenter dimittunt. Incantationibus vtuntur in ſe & in iumentis ſuis. De Deo vel ſua ſalute nihil cogitant. Et cum communiter ſint ignorantes, & parum curantes de anima ſua, & obſeruatione mandatorum Dei quæ neſciunt, hoc eſt quod adiuuat eos duci ad perditionem per viam latam. vitiorum ignorantia & in curia parrochialium ſuorum cum conſcientia mala, qui non curantes de ouibus ſibi commiſſis, ſed de lana & lacte, non eos inſtruunt in prędicationibus, confeſſionibus, & priuatis monitionibus, ſed cum communi errore eorum tranſeuntes, corruptelas, ſequuntur eorum, non corrigentes eos de vitiis eorum propter quod contingit q; beſtialiter viuentes, aliquando beſtialiter moriuntur.

TITVLVS NONVS
De ſtatu iudicum ſecularium & eccleſiaſticorum.

¶ *Quibus modis peruertatur iudicum & de muneribus ſermo.* *Cap.* 1.

BEati qui cuſtodiunt iudicium & faciunt iuſtitiam in omni tempore. ps 105. Actus iudicii & auctoritas iudicandi eſt quædam poteſtas delegata ſeu collata hominibus à Deo qui in hoc tenent locum & vices Dei. Vnde in iudicando inquantum poſſunt debent eũ imitari. Vnde dicitur Deuter. 1. Quod iuſtum eſt iudicate, Dei enim eſt iudicium. Nam & de ſuis iudiciis ipſi iudici Deo rationem ſunt reddituri, & ſecundum qualitatem eorũ gloriam vel pœnam recepturi, propterea dicitur Sap. 6. Diſcedite iudices finium terræ prębere aures. vos qui continetis multitudines & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data eſt à domino poteſtas vobis & virtus ab altiſſimo qui interrogabit opera veſtra & cogitationes ſcrutabitur quoniam cum eſſetis miniſtri regni eius non recte iudicaſtis neq; cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, nec ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis, horrende & cito apparebit vobis, qm̃ iudicium duriſſimum fiet his qui præſunt. i. damnatio & punitio grauiſſima iudicibus male iudicantium & iniuſte. Et paulopoſt ſubditur. Qui cuſtodierit iuſtitiam iuſte iudicabuntur. i. ſecundum opus bonum eorum remunerabuntur. Quia. n. opus excellens & laborioſum valde bene peregerunt, magno pręmio coronabuntur. Dicitur enim Matth. 25. Ibunt iuſti in vitam æternam. Et hic in ps. Beati qui cuſtodiunt iudicium &c. Vbi etiam animaduertendum quòd quãuis apud vulgares iudices dicãtur doctores iuris tamen proprie loquendo debent dici tales iuriſperiti, ſed iudices ſunt quicunq; habent in aliqua materia iudicare ciuili vel criminali, ſiue ſint ordinarii, ſiue ſubdelegati, ſiue arbitri, ſiue dicantur domini ſiue poteſtates & capitanei, ſiue priores ſiue officiales, ſiue conſules alicuius artis, ſiue rectores vniuerſitatis, & huiuſmodi. Vnde Iſid. ety. 20. lib. Iudex dicitur quia ius dictat populo, ſiue quòd iure diſceptet. Iure autem diſceptare eſt iuſte iudicare. vt habetur. 24. q. 2. Iuſtum. Vnde & dominus Deut. 16. dixit. Iudices & magiſtros conſtitues in oibus portis tuis, vt iudicent populum iuſto iudicio. Antiquitus iudices morabantur in portis ciuitatum ad iudicandum &

Auctoritas iudicandi à quo dependeat.

Cõtraiudices corruptos.

ideo

Conditionesiu dicis.

ideo dicit in portis tuis. Debent ergo iudices Deum imitari cuius sunt ministri. De quo ait idem psal.7. Deus iustus iudex fortis, & patiens, nūquid irascitur per singulos dies? Nisi conuersi fueritis gladiū suum vibrauit, arcum suum tetendit & parauit illum. Et parauit in eo vasa mortis. Vbi octo notantur. Et primo Deus iudex iustus oēm virtutem in se habendo & pro meritis vnicuiq; tribuendo. Deuter. 32. Deus fidelis & absq; vlla iniquitate iustus & rectus. Tob.3. Iustus es domine & omnia iudicia tua iusta sunt, quamuis enim occulta sit nobis iustitia Dei in suis iudicijs, tamen vt dicit August. Nos & si ratione facti profunditatem iudicij eius penetrare non possumus, manifeste tñ scimus & verum esse quod dixit & iustum esse quod fecit 23.q.4. de tyrijs. Si ergo iudex iustus in se vt nulli subiaceat vitio graui. Iustitia enim secundum philosophum in lib. Ethi. est omnis virtus. Et vt dicit Aug. Omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio. Hinc Amb. ait super beati immaculati. Iudicet de alterius errore qui non habet quod in seipso condemnet. Iudicet ille. qui non agat eadem, qui in altero putauerit punienda, ne cum de alio iudicat in se ferat sententiam 3.quęst.7.c.iudice. Et Greg. in lib. moral. tractans illud quod ait Christus de adultera Ioan. 8. Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat, dicit. Ad aliena peccata punienda ibant & sua relinquebant, reuocentur itaq; intus ad conscientiam suam, vt propria corrigant, & tunc aliena repræhendant. Et subdit figuram de filijs Israel bellantibus contra tribum Beniamin in vltionem sceleris Gabaonitarum, q̄a prius ipsi purgati per plurimum stragem de suis, postea digne illos prostrauerūt. Iosue 7.& 10. c. Non tamen potest subditus iudicium sui superioris recusare quantumcunq; sit prauus dum toleratur ab ecclesia 8.quæst.4. Nonne Vt iustus autem iudex reddat vnicuique ius suum sicut Deus facit dicens. Hiere.17. Ego dominus scrutans corda & probans renes qui do vnicuiq; iuxta viam suam, & secundum fructuum adinuentionum suarum. Secundo Deus iudex est fortis, idest potens & cōstans in exhibendo quod debet. Nec enim munere cuiusquam vel præcibus flectitur, vt a veritate deuiet qui nullius auxilij indiget. Sap.6. Non enim subtrahit personam cuiusquā nec verebitur magnitudinem cuiusquam. Hester. 9. Non est qui resistat maiestati tuæ, scilicet Dei. Ita & iudex debet esse fortis & constans ad faciendum iustitiam nec flecti timore vel amore cuiusquam. Vnde dicitur Eccles.7. Noli velle fieri iudex si non vales virtutes. i. fortitudine irrumpere iniquitates malorum. Non enim excusatur a peccato grauissimo iudex Pilatus, qui non voluntarius, scilicet qua si inuitus dedit iniustam sententiam mortis cōtra Christum, quem in iudicio nouerat innocentem ex eo quòd timuit incurrere indignationis Cęsaris. Io. 19. quando iudęi dixerunt. Si hunc dimittis non es amicus Cęsaris. Tertio iudex debet esse patiens in sufferendo, sicut & Deus iudex patiens est, non. n. subito punit, sed patienter expectat peccantes, vt aliquando resipiscant & boni efficiantur. Et quamuis de hoc scandalizantur de tanta patientia Dei & ipsum maledicant vel blasphement homines non propterea dimittit patientiam suam, quia inde vouit sequi multa bona. Vnde dicitur Eccles. 8. Etenim quia non profert cito contra malos sententia absq; vllo timore filij hominum. perpetrant mala, attamen ex eo quòd peccator centies facit malum, & per patientiam sustentatur, scilicet a Deo, ego cognoui quòd erit bonum timentibus Deum, quia scilicet videntes Dei patientiam & misericordiam magnam confidūt de sua misericordia erga eos, tum quia boni interim exercentur in gratia propter secutiones malorum, tum etiam quia tales conuertuntur aliquando ad Deum, & multa bona postea faciunt illis. Si Deus non patienter toleraſſet Saulum persequentem Christū non habuisset Paulum prædicantem eum, & plus omnibus laborantem pro fidelibus. Ita & debet iudex patiens esse. Augustinus in regula de prelato qui iudex est ait. Patiens sit ad omnes non enim semper omnia sibi nota crimina debet punire, nisi manifesta in iudicio. Nam vt dicitur dist.32. Erubescant. Occultorum cognitor & iudex est Deus. Quæ etiam nota sunt, sed puniri sine magno scandalo nō possunt, patienter debet ferre, vt habetur dist. 1. vt cōstitueretur, in fin. Patiēter singulorum causas audire, & si aliquando insurgunt homines ad murmurandum detrahendum & vilipendendum iudicem, quia positi sunt vt signum ad sagittam cum non possint omnibus placere patienter debent ferre. Vnde poeta Ouidius de tristibus. Si quoties peccant homines sua fulmina mittat Iupiter exiguo tempore solus erit. Quarto debet esse iudex tranquillus in discutiendo & diffiniendo causas, sicut & Deus sine ira iudicat, & cum summa tranquillitate. Vnde dicit Psal.7. Nunquid irascitur per singulos dies? q.d. non cū tamen

per

per singulos dies multi prouocēt eum ad ira. propter scelera sua propter quod dicit Sap. 12.capitu.Tu autem dominator virtutis cū tranquilitate iudicas & cum magna reuerentia disponis nos. Docuisti autem populū tuū per talia opera,quoniam iustum oportet esse & humanum Nec est contra id quod dicitur in alio psalm.scilicet psal.6. Domine ne in furore tuo arguas me,scilicet indicando.Nā ira Dei non est concitati animi furor, vt in hominibus,sed iusta suplicii constitutio.Rogat eum ergo propheta,vt non iudicet eum secundum rigorem iustitiæ quo meretur puniri,sed secundū mansuetudinem misericordiæ suæ.Ita & iudex debet sibi omnino cauere ab ira.Nam vt ait Iacobus in canonica epistola.a capitu. Ira viri iustitiam Dei non operatur.Quæ verba tractans Beda ait, quia qui iratus in aliquem sententiam profert & si ille quantum ad se iustam reportet sententiam,illæ tamen qui non amore iustitiæ sed liuore odij sententiam dedit in eum, iustitiā Dei in quam perturbatio non cadit non imitatur. Hinc & Grego. ait. Restringenda est sub ratione potestas,ne quid agendū prius quam concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore iustum putat omne quod fecerit.11. quæstio.3. illa prępositorum. Ambro.etiam sic ait. Ita etiā innocentes ad crimē adducit quia dum plus iusto irascimur & volumus aliena coercere, peccata grauiora committimus.q.e.capi. Ira Et loquitur ibi Ambro.de patrono Ioseph q cum ab vxore sua falso accusatus fuisset q voluisset eam cognoscere nimis credulus & ex hoc turbatus iniuste iudicauit eum ad carcerem.Vnde & iura statuerunt iudicem in proferendo sententiam debere sedere ad iudicandum mentis tranquillitatem. ¶ Quinto debet esse iudex rigidus in minas inferendo, sic Deus iudex minatur peccatoribus p prophetas per flagella. Vnde dicit. Nisi conuersi fueritis,scilicet vitiis ad Deū gladium suum vibrabit suæ vltionis comminando. Esai.1. capitul· Si nolueritis audire(ait dominus)& me ad iracundiam prouocaueritis, gladius meus deuorabit vos.Et Hiero.18. Repēte loquar aduersus gentem & aduersus regnum, vt euellam destruam & disperdam ait dominus,scilicet comminando,& si pœnitentiam egerit gens illa de peccato suo,agam & ego pœnitentiam de malo quod cogitauit facere illi.Exemplū patet in his Niniue quib. dictū fuit per Ionam ex parte Dei.Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur Ionæ.3.ca.

Ioseph in iuste cōdemnatur.

Et quia vibrationem huius gladii.i. comminationem huius punitionis conuersi sunt, Deus reuocauit sententiam. Si iudex cum iudicat in ciuilibus inter partes vt conuertatur ad pacem debet vibrare gladium ostendēdo dispendia legitimorum periculum ex vtraq; parte condemnationis contra vtrumque. Si in criminalibus debet vibrare gladium,idest comminationes facere,& reo & actori & testibus pro veritate habenda. Sicut Salomon cū facit iudicium inter duas meretrices litigantes de filiis, vbi ad inueniendum veritatem dixit. Afferte mihi gladium & diuidatur &c. 3.Reg.3.c.Et vere & iuste iudicauit inueniēs veritatem.Debet quoque iudex adducere cōminationes & graues pœnas in transgressores legum,& ad terrorem aliorum inferre, præcipue cum multis grassantibus opus est exēplo,vt dicit lex. Et seruauit iudex.Moyses ex Dei mandato, ad mortem condemnans ligna sabbato colligentem,vt patet Nume.15. cap.Debet sexto iudex esse æquus in decernēdo,idest seruare æquitatem quæ est seueritas iustitię misericordię tēperata,ad quam debet iudex semper attendere quod Christus, Deus obseruat. Esa.11. Iudicabit in iustitia in omni iudicio Dei coniuncta sunt & in harum coniunctione consistit æquitas. Et hoc est quod ait,psalm.Arcum suum tetendit, arcum, scilicet iudicii.Sic autem cēditur arcus seu balista.Cum enim in eo sit chorda mollis quæ significat misericordiam,& lignum durum & rigidum signans seueritatem iustitiæ in tensione chorda mollis flectit lignum durū aliquātulum erga se.Sic in iudicio debet dulcedo misericordię temperare rigorem seueritatis.Abachuc.4.Cum iratus fueris.iuste,scilicet puniendo misericordiæ memor eris,scilicet tu Deus castigando circa condignum. Ita & iudex debet æquitatem seruare miscendo oleum cum vino, in vulneribus saucia ti.Quod docet Grego. in libr. moralium, dicens.Omnis qui iuste iudicat staterā in manu gestat, & in vtroque penso iustitiam & misericordiam portat, sed per iustitiam reddit peccatis,sententiam per misericordiā peccati temperat pœnam,vt iusto libramine quędam per æquitatem corrigat,quædam p miserationem indulgeat;qui Dei iudicium oculis suis semper timens & tremens in omni negocio formidat,& ne de iustitiæ tramite deuians cadat. Hæc ille. Ad hoc facit quod dicitur distin.45.disciplina. ¶ Debet septimo iudex esse maturus in discutiendo. Vnde dicit.Parauit illum arcum,scilicet ad sagittandum.

Iudiciū Salomonis.

ff.de pe. l.aut facta §.fi.

dum i. diffiniendū. Et iſta præparatio eſt diligens inueſtigatio, & obſeruatio eorū quæ requiruntur ad iudicii rectitudinē. Dñs iudex iuſtus, quia ei oīa ſunt nota non eget aliqua informatione in ſuis iudiciis, nec pōt errare, ſed iudiciū hominū, quia ex informationib. aliorum procedit errare pōt. Vnde dicitur de ſen. excom. c. A nobis, q̄ Dei iudiciū nec fallit nec falliť, ſed iudiciū eccleſię & fallit & fallitur. Cū tñ facit iudex diligēter quæ debet, ſubtiliter inquirēdo & ſeruādo debitū ordinem, & ſi erret excuſat. Et ꝓpterea ne iudices ſint leues vel præcipites in iudicādo, Deus ip ſe q̄ oīa nouit noluit peſſima opera Sodomitarum iudicādo cōdemnare niſi prius per angelos in forma humana deſtinatos manifeſte deprehēderet eorum ſcelera. Ge. 19. & 2. q. 1. Deus omnipotēs. Vbi dr. Mala audita nullū moueant, nec paſſim dicta abſq; certa ꝓbatione credant. Sed ipſe Deus incarnatus quæ ſitus a ſcribis & phariſeis vt iudicaret adultera, prius inclinās ſe digito ſcribebat in terra, & ſollicitatus pro reſpōſione dixit. Qui ſine peccato eſt veſtrū primus in illā lapidē mittat. Et iterū ſe inclinas ſcribebat in terra. Demum ream abſoluit, q̄a nō erant idonei accuſatores. Io. 8. habetur. Qđ tractans Greg. in li. moral. ait. In hoc nos typice inſtruit dñs vt cū quælibet ꝓximorū errata cōſpiciamus, nō hæc antea reprehēdendo iudicemus q̄ ad cō ſcientiā nr̄am reuerſi humiliter digito diſcretionis ſolēniter exſculpemus, & quid ī ea cōditori placeat quidue diſpliceat examinatione dirimamus. Idē Greg. 11. q. 3. ſic ait. Summope præcauendū eſt, vt rectores eccleſię & qui publica iudicia exercēt in dictandis ſentētiis, nulla leuitate vel furore ducti ſint præcipites, ſed cauſis prius diligēter vētilatis, cū res q̄ ignorabat pleniter ad noticiā ꝓuenerit tūc diuina & humana lex reſoluat, & ſm qđ ibi conſtitutū eſt remota ꝓſonarū acceptione diffinitiua proferat ſentētia. Hinc eſt q̄ Moyſes quærelas populi ad dñm ſemper taberna culum ingreſſus referebat & q̄ dñs imperabat iudicia proponebat. Hæc ibi. Et vt dicit Aug. q. ea, quamuis vera ſint quædam, tñ iudici nō ſunt credēda, niſi certis iudiciis demōſtrentur. Octauo & vltimo debet iudex ferre ſententiā cōdemnationis quo ad eos. Et hoc eſt q̄ dicit, in eo parauit vaſa mortis ideſt inſtrumenta punitionis. Sic Deus iudex in ſuo iudicio peccatores cōdemnāt. Deutero. 32. c. ait. Si arripuerit iudicium manus mea reddam vltionem hoſtibus meis. Et qualem ibi declara. Ignis ſcilicet afflictionis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima ideſt hæc incipiet & in inferno durabit, deuorabitque terram ideſt reum peccatorem terrenum cū germine ſuo ideſt operibus ſuis. Sic iudex ſicut ſoluere debet innocentes ita condemnare reos nec mala dimittere impunita. Dum enim vni parcitur indigno, (ait Amb.) ad prolapſus contagium prouocat vniuerſos. Facilitas enim veniæ incentiuum præſtat delinquendi 13. q. 4. eſt in iuſta. Nec pænas debitas debet iudex relaxare, minuere, mutare, vel aggrauare, niſi ex rationabiliter cauſa, & ſi habeat poteſtatem. Nā vt ait. Amb. ſuper p ſalmū. Beati immaculati, bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & propoſito domeſticę voluntatis, ſed iuxta leges & iura pronunciat ſtatutis iuris obtemperat non iudulget propriæ voluntati nihil, paratum vel meditatū de domo ſua defert, ſed ſicut audit ita iudicat, & ſicut ſe habet natura decernit, obſequitur, legibus non aduerſatur, examinat cauſæ merita non mutat. Diſcite iudices ſæculi, quem in iudicando tenere debetis affectum, quam ſanctitatem, quam ſobrietatem quam ſinceritatem. Hęc illæ 3. q. 7. Indicet. Refert Petr. de Pal. in 4. de quodam iudice pagano, qui fuerat iuſtiſſimus in iudicando, cauens ſibi ab omni iniuſtitia qui quamuis mortuus fuerit in infidelitate, tamen præſeruatus. fuit per longiſſima tempora a condemnatione infernali. Demum quodam fodiente in agro ſuo ad puteum vel aliud faciendum, audita eſt vox, leuiter percute ne me lędas, quo interrogante quis eſſet reſpondit ſe fuiſſe gentilem & iudicem & propter iuſtitiam ſuam a Deo præſeruatum quouſque baptiſmum reciperet, rogans eum vt pro epiſcopo mitteret vel iret vt baptiſmū ei conferret, quo facto ſubito in cinerem diſſoluereť, caluaria eius integra erant, & lingua in ea viuēs & recēs & loquēs. Quibus omnibus peractis & coram ipſo clero & populo per ipſum declaratur baptiſmo recepto in cinerem eſt reſolutus, ad beatitudinem anima eius nulli dubium tendente. Beati ergo qui cuſtodiunt iudicium &c. In quibus verbis pſalmus. Beati qui cuſtodiunt &c. poſſunt tria notari circa iudices.

Iudex in iudicando quałr ſe habeat.

¶ Primo obſeruentur ad iudicium concurrentia. ibi. Beati qui cuſtodiunt.

¶ Secundo eliminentur iudicium corrumpētia, ibi, & faciunt iuſtitiam.

¶ Tertio continentur iudicium ſtabilientia, ibi, in omni tempore. Et his habitis ſequitur beatitudo in hominibus in futuro.

¶ Quan-

§.1. Iudex. ¶Quantum ad primum ſm Thom. 2.2.q.60. ar.1.& 2.q̄ iudicium importat actum iudicis inquantum eſt iudex. Iudex autem dr̄ quaſi ius dicens, ius autem eſt obiectum iuſtitiæ, & ideo iudicium importat ſm primam noīs impoſitionem diffinitionem ſeu determinationem quadam iuris ſeu iuſti. Quod autem aliquis bene diffiniat, ſeu determinat aliquid in virtuoſis operibus proprie procedit ex habitu virtutis, ſicut caſtus recte determinat ea quæ pertinent ad caſtitatem. Cum ergo iudicium importet quandam rectam determinationem eius quod eſt iuſtum, ideo proprie pertinet ad iuſtitiam. Et pp hoc dicit phūs 5. Ethi. quod hoīes cōſugiunt ad iudicem ſicut ad quandam iuſtitiam animatam. Verum nomen iſtud iudicij poſtea ampliatum eſt, vt ſignificet non ſolum rectam determinationem in quibuſcunq; rebus ſiue practicis ſiue ſpeculatiuis. Sicut ſapiens medicus dr̄ habere bonū iudicium de infirmitate. ſ. ad cognoſcendum cauſas & remedia eius. Et bonus artifex bonū iudicium de operibus ſuæ artis, & virtuoſus bene iudicat de actibus virtutum. Sicut aūt eſt duplex iuſtitia, vna quæ eſt virtus generalis importans quandam rectitudinem, & in ſe & quoad alios. Et alia quę eſt virtus ſpecialis quæ ordinat hominem ad alterum, ita eſt duplex iudicium. Vnum qd eſt actus generalis illius iuſtitiæ, videlicet habere bonam & rectam determinationem de oībus actibus virtutum ſm Deum & rectam rationem, de quo Apoſt. 1. Cor. 2. ait. Spiritualis. i. virtuoſus iudicat oīa. i. recta determinat de oībus ſpiritualibus cōcernentibus ſalutē. Aliud iudiciū eſt quidam actus ſpiritualis virtutis iuſtitiæ, quæ eſt ad alterum. Et ad iſtud exequendum requiritur aliqua ſuperioritatis auctoritas erga illos de quibus habet iudicare. De quo dr̄ Sap. 1. Diligite iuſtitiam qui iudicatis terrā. i. hoīes. Et quāuis verbum pſal. Beati qui cuſtodiunt iudicium &c. poſſit intelligi de vtroq; iudicio & iuſtitia, tñ ad prę̄ſens ſumimus pro iudicio fori contentioſi. Et iſtud ēt iudicium aliquādo dr̄ ipſa diſcuſſio & examinatio cauſæ, ſm illud 1. Tim. 5. c. Nihil ſine præiudicio facies. i. ſine præcedēti iudicio. ſ. examinatione. Aliquando dr̄ determinatio per ſententiā. Matth. 5. Qui occiderit reus erit iudicio, i. dignus ſnia condemnationis. Sed hoc vtrunq; comprehendit. Beati ergo qui cuſtodiunt. i. obſeruant ea quæ pertinent ad rectum iudicium in examinando & determinando. Et vt dicit b. Thom. 2.2.q.60. art. 2. ad hoc vt iudicium ſit rectum & iuſtum tria requiruntur.

¶Primo vt procedat ex iuſtitiæ inclinatione.
¶Scđo vt procedat ex p̄ſidentis iuriſdictione.
¶Tertio vt exeat ex prudentiæ recta ratione.
¶Incipiendo ab vltimo ad hoc vt iudicium ſit rectum oportet vt procedat ex prudentia. Iudicare. n. eſt actus rōnis qui habet diſcutere & examinare & determinare quid ſit agendum ſm rectitudinem. Prudentia autem eſt recta ratio agibilium ſm phūm, & per virtutem ſynteſim facit recte iudicare. Vnde Hiero. ſuper Eſa. ait, qn̄ ait dn̄s quærite iudicium. Eſa. ſ. primo non eſſe oīum recte iudicare, ſed eorū qui ſunt prudentes. Deniq; Salomon in viſione per ſomnium hoc a dn̄o poſtulauit vt accepta ſapientia iuſte populū iudicaret. Hæc ille. Sapientiā hoc appellat prudentiā. Eſt aūt contra prudētiam & per cōſequens iudicium illicitum & temerariū, qñ iudex ex ſuſpitionibus vellēt iudicare leuibus vel dubiis. Et de his loquitur Melchiades Papa dicens 2. q. 1. c. 1. Semper oīa diligenter inquirite, & cū iuſtitia & claritate diffiniatis, neminem condēnetis ante verū & iuſtum iudiciū, nullum iudicetis ſuſpitionis arbitrio, ſed primū probate & poſtea charitatiuam proferre ſniam. Et ſm glo. intelligitur de ſuſpicione temeraria vel ēt probabili. Secus de violentia quæ inducit condēnationem & cōuictionē 32. q. 1. Dixit dn̄s. Et Greg. in c. Graue. dicit 11. q. 3. Graue eſt & ſatis indecens vt in re dubia certa detur ſnia. Ad prudentiam pertinet iudicis bene & ſubtiliter examinare actorem, reum & teſtes vt inueniatur veritas. Sic Daniel in examinando & iudicando accuſatores & teſtes contra Suſannam conuicit eos de falſitate Daniel 13.

Iudiciū ꝓcedat ex prudentia.

Iudiciū Danielis

¶Secūdum q̄ eſt dandum rectum iudicium & cuſtodiendum, i. obſeruandum eſt iuriſdictio ſeu præſidentia indicantis ergo iudicandum. Huius ratio eſt ſm Tho. 2.2.q.60. ar. 6. quia cum iudicium ſit ferendum ſm leges ille qui iudicium fert, ſ. dando ſententiam dictū legis interprætatur quodammodo applicando ipſum ad particulare negocium. Cum autem ſit eiuſdem auctoritatis legem interprætari, & legem condere, ſicut lex condi non poteſt niſi publica auctoritate quæ ſe extendit ad eos qui ſe cōitati ſubdunt. Sicut. n. eſſet in iuſtum cogere aliquem ad ſeruādum legem, quæ publica auctoritate non eſt ſancita, ſeu ab eo qui non poteſt legem illam condere, ita iniuſtum eſt quōd cogat aliquem ſubire beneficium quod publica auctoritate non fertur, & dicitur iudicium vſurpatum. vnde & illicitum, contra quem vſurpantem ſibi tale iudicium dicit Apoſt. ad Rom. 14. c. & Iac. 4. capitu.

Duplex iuſtitia.

capitu. Tu autem quis es qui iudicas alienum seruum, idest quomodo præsumis vsurpare iudicium alterius. Hoc est mittere falcem in segetem alienam, quod dominus prohibuit Deuter. 23. capitu. Falcem, scilicet iudicij in non subditos sibi vt 6. quæst. 3. Scriptum est. Et quia clerici non sunt subditi laicis, ideo nec in ciuilibus nec in quantuncunque criminalibus possunt iudicari ab eis, sed mortaliter peccarent vsurpando sibi hoc iudicium. Vnde dicitur 11. quæst. 1. Clericum. Nullus præsumat apud secularem iudicem non permittente episcopo propulsare, si propulsatus fuerit non respondeat nec proponat, ꝙ per totam illam quæstionem in multis capitul. hoc dicitur. ¶Tertium quod est seruandum siue custodiendum in iudicio est quòd procedatur cum iustitiam. Leui. 19. Iuste iudica proximo tuo. Et nisi sufficienter probatum fuerit nullus debet condemnari nisi confessus vel conuictus. Vnde August. tractans illud. Vnus ex vobis me traditurus est Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. capitu. ait. Bene dixit ex vobis, non ex nobis. Ex vobis enim est a quibus per iudiciariam potestatem conuictus vel confessus exclusus non est, a me vero est qui nullis indigeo argumentis, & omnia certissime noui separatus est & diuisus est. Tale est acsi diceret. Etsi ego per occulti iudicij sententiam eum damnatum habeo, vos tamen illum adhuc per tolerantiam sustinere. Hæc ille 2. quæst. 1. Vnus. Et Innocen. ait. Graue non oportuit videri pijssimis mentibus vestris cuiuscunq, retractare iudicium, quia veritas sæpe exagitata magis splendescit in lucem & pernicies reuocata iudicium grauius, etiam sine pœnitentia condemnatur. Nam fructus diuinus est iustitiam sæpius recenseri 35. quæst. 9. Graue. ¶Potest autem sententia esse iniusta tripliciter vt ponit Grat. 11. q. 3. episcopus. § si ergo iniuste, vt patet ex animo, ex causa, & ex ordine, & ibi semper peccatum est in iudice & iniustitia. Et ex animo quidem cum videlicet iudex non ex zelo iustitiæ dat sententiam sed ex odio vindicta liuore, vel vt laudetur ab hominibus, nihilominus sententia tenet si aliàs iusta est licèt peccet, cum autem est iniusta ex ordine, quia scilicet non seruatur ordo iudiciarius, peccat etiam & tenet sententia, si tamen sunt seruata ea quæ sunt de substantia ordinis iudiciarii, aliàs nõ teneret. Et causa est iniusta quando quis condemnatur pro causa quæ non est vera, puta pro furto quod tamen non commisit vel in ciuili causa ad soluendum quod soluere non tenetur, & etiam taliter sententia tenet, licet peccet iudex. Potest tamen releuari per appellationem, & hoc, scilicet quod teneat talis sententia verum est, nisi contineat intolerabilem errorem, vel nisi sit lata post legitimam appellationem. De his tamen plenius dicetur infra.

Sentẽtia iniusta.

¶Quantum ad secundum in iudicio debent remoueri iudicium corrumpentia, per quæ fit contra iustitiam. Vnde dicitur. Qui custodiunt iudicium & faciunt iustitiam, i. ita se habent in iudicio vt inde faciant vnicuique iustitiã dando vnicuique suum ius. Dicit. n. Grego. Summum bonũ in rebus humanis est iustitiam colere & sua vnicuiq; iura seruare, 12. q. 2. Cũ deuotissimũ. Et dicit idẽ Grego, in c. Quatuor modis. 11. q. 3. Quatuormodis humanum iudicium peruertitur. Timore. dũ metu ptãtis alicuius veritatem loqui pertimescimus, Cupiditate dum præmio animũ alicuius corrumpimus, Odio dum cõtra quẽ licèt aduersarium molimur, Amore dum amico vel propinquo aliquid præstare contẽdimus. Addit gl. ibi alios quatuor modos perueruendi & corrumpẽdi iudicium, vt nõ fiat iustitia a iudice, videlicet nimia cõpassio ad pauperem. Vnde Amb. in li. de offi. est iniusta misericordia, denique in lege scriptum est Exod. 23. ca. de quodam. Non misereberis illius, & in lib. regnorũ legitur. 1. Regum. 15. c. quod Saul contraxit offensam, quia misertus est Agag hostium regem quem ꝓhibuerat diuina sententia seruari. 24. q 4 est iniusta. Duo alii modi sunt. nimia remissio & nimia seueritas in iudicando. Et de his habes diffuse. di. 45 Disciplina. Quartus mod⁹ quo peruertitur iudiciũ est imprudẽtia seu ignorantia iudicis, insti. de obli §. quæ ex delictis. Quando autem iudex teneatur ad restitutionem de damnis latis propter iniustitiam suã habes in se quenti c. §. 2. Et quia per munera frequenter iudicia corrumpuntur & fiũt magnæ iniustitiæ. Ideo notãdum quod munera etiam excæcant sapientes, & faciũt homines mutuos ad dicendum veritatem & corrigendum. Vnde dicitur Exo. 23. c. de iudice. Non accipiet munera quia excecant oculos sapiẽtum & peruertũt verba iustorum. Et Eccles. 20. Xenia & dona excæcant oculos iustorum, & quasi mutus in ore auertit correctionem eorũ. Apostolus Paulus noluit accipere sumptus seu eleemosynas ex quibus sustẽtaretur cum sociis a Corinthiis quibus prædicabat, quod tamen licite potuisset, cum & Christus dixisset apostolis, vt euntes ad prædicandum comede-

§. 2.

Iudiciũ corrumpentia.

Iudex excutiat munus.

comederent quę darentur eis quia dignus est operarius mercede sua Luc. 10.c. sed procurabat manibus laborando, 1. ad Corinth. 4. cap. Et hoc propterea vt liberius posset corrigere vitia auditorum, ne ex benivolentia concepta propter oblationem & receptionē munerum remissius reprænderet vitia eorum: Vnde dicebat 1. ad Corinth. 6. cap. Omnia mihi licent sed ego sub nullius redigar potestate, recipere enim munus quodammodo est vendere vel subiicere se voluntati eius qui dedit. De his iudicibus vel prælatis qui propter munera dimittunt dare iustas sententias vel corrigere vitia dicitur Esa. 56. Canes muti non valentes latrare. Interdum prælatus in visitando vel alios examinando, & inquirendo aliquem sacerdotem parochialem ita latrat contra eum propter suos excessus quod videtur quòd velit eum devorare. Sed si sacerdos proiicit in ore eius aliquod munus deficit latratus eius & efficitur mutus ad corrigendum & puniendum eum. Vnde & Ouidius poeta, in li. de arte amandi. Munera crede mihi placant homines q; Deos q;. Quod cognoscens Iacob misit munera ad Esau fratrem suum, qui fuerat iratus maxime contra eum dicens. Placabo eum muneribus, vt patet Gen. 32. c. Hi acceptores munerum inferunt multa & grauia damna partibus in causis contra infideliter & iniuste iudicātes propter quod vt fures tenentur ad satisfactionem omnis damni. Vnde dicitur Esa. 1. c. Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera sequitur retributionem, pupillo non iudicant, causa viduæ non ingreditur ad eos, quia scilicet non habent ad dandum eis munera. Vnde Isidorus in li. de summo bono. Pauper dum non habet quod offerat non solum audiri contemnitur: sed etiam contra iustitiam opprimitur. Cito violatur auro iustitia. 11. quæst. 3. Pauper. Et quāuis iudex sit ita constans, quòd muneribus non permittat se corrumpi, tamen est præsumptio contra eum de corruptione, quia secundum Chry. Sicut matrona non est casta quæ cum rogatur munera accipit, ita nec iudex munera accipiens immunis a corruptione indicatur, propter quod quidam iudex cum in iudicando muneribus duceretur, duobus habentibus causam coram eo vnus obtulit ei vnum vitulum vt daret sententiam pro eo alius vxori pro munere vnam vaccam, ita tamen vt commendaret causam suam marito iudici. Disceptantibus ergo partibus coram eo dixit primus, loquitur vitulus pro me, quia iustitiam habeo. Respondit iudex. Non potest loqui, quia vacca eum non finit, quia, scilicet maioris valoris erat munus datum ab altero, scilicet vacca, & ideo pro eo dedit sententiam. Sed vt dicit Esa. 5. c. Veh qui iustificatis impium pro muneribus & iustitiam iusti ausertis ab eo. Veh importat secundum Hieronymum damnationem æternam, quod dominus ostendit dicens Deu. 27. Maledictus scilicet a Deo erit qui accipit munera, vt percutiat animam innocentis. Et quāuis dicat Gregorius 1. q. 2. Sicut, quòd eius oblatio nulli maculam ingerit, quem non ex ambientis petitione processerit. Et lex dicat, quod munera nullum accipere inhumanum, aliquando discretum passim, & ab omnibus auarissimum, tutius tamen & magis ædificatorium illud obseruare quod dicitur. Esa. 33 Qui excutit manus suas ab omni munere, hic in excelsis habitabit. Et dicit ab omni munere, quia est munus a manu, scilicet pecunię. Munus a lingua, scilicet laude vel præce. Munus ab obsequio, de quibus Grego. 1. q. 1. Sunt nonnulli.

§. 3. Stabilitas iudicii.

¶ Quantum ad tertium principale de stabilitate iudicii. In omni tempore. Nota q; debet iudex semper recte iudicare, siue eo tempore & casu quo iudicat causam infimorum sine eo tempore quo iudicat causas potentum vt nunquam deuiet a iustitia, quia vt dicit regula iuris, extra de iudiciis. c. nouit. §. sed forsan dicetur, & de reg. iu. e. in, iudiciis, lib. 6. In iudiciis non est habenda acceptio personarū. Sicut de Deo dicit Apostolus. Non est acceptio personarum apud Deum. Sunt quidam iudices qui in principio officii recte & iuste iudicant & seuere puniunt, postea in processu temporis siue muneribus allecti siue precibus inclinati, seu amicitiis victi, vt eas non amittant multa iniusta committunt, & hi nō faciunt iustitiam in omni tempore: sed Deus omni tempore mundi iuste iudicauit orbem terrarum in iustitia. Psalmus 97. expectauit si quidem tps idoneum post iudicauit seuere puniendo malos. Vnde Abrahæ dixit de his idolatris qui habitabant in terram promissionis, nondum cōpletæ sunt iniquitates Amorreorū &c. Gen. 15. Si impletis, tunc Deus disperfit eos, & exterminauit eos per Israelitas dando eis terras eorum, & sic de aliis nationibus, de tpe in tps. Item vt ait Hiero. super Esaiam. Est hic ordo prouidentiæ Dei & omne horum genus ineffabili iudicio dispensantis. Contra Dei iram & Israel sperauit in Damasco, id est decem tribus Israel fuit sperans in adiu-

Nationes a q. bo grada tim ob eorū sce lera imperiū & & trāslatum.

torio surgentis regis Syriæ, cuius caput erat Damascus. Diruatur ciuitas. s. Damascena, quę aduersus Dei voluntatem impijs. s. Israelitis præstabat auxilium Iudas. i. tribus Iuda cum rege suo sperauit in Egyptijs, vt Egyptus destrueretur. s. ipsa tribus Iuda per Nabuchodonosor. Egyptij confusi sunt in Ethiopibus. Ethiopes quoq; vincantur ab Assirijs. Assirij superbierunt, non Dei sed suarum virium arbitrantes esse victoriam q̃. s. habuerunt contra decem tribus Israel quas duxerunt in Niniuen & contra Damascum. Et ipsi. s. Assirij vincantur a Babilonijs. Babylon leuabit contra dominum caput & ipsa. s. Babylon a Medis & Persis superetur, quando. s. Balthasar filius vel nepos Nabuchodonosor occisus est a Cyro rege Persarum & Medorum, Capta Babylone Persi & Medi ex parte persecuti sunt populum Dei, & aries seuissimus ad orientem & occidentem oēs populos ventilabat. s. rex Persarum & Medorum. Veniat hyrcus Alexander, & conterat eum pedibus. Et istæ, scilicet Alexander rex Grecorum vltra modum erectus, veneno pereat, regnumq; eius diuidatur per partes. Et cum multo tempore inter se collisum fuerit, Romano vincente copuletur. s. per Octauianum Imperatorem, quia deuicit Antonium & Cleopatram, capta Alexandria. Romanus ipsæ. s. imperator ferratis dentibus vnguibusq; sanctorum cruento ore lacerabat. Excidatur lapis de monte sine manibus, & potentissimum primum regnum, principale ac ferreum, deiiciat fragile & infirmum, in testarum modum i. fides Christi subiiciat sibi imperium Romanum, q̃ & demum Romanum imperium, & lapis Christus erit in montem magnum. quod declarabitur infra.

¶ *De pluribus quæ pertinent ad iudicium & salariis iudicum & assessorum. Cap. 2.*

PRo intellectu sequentium. Nota q̃ vt dī 2. q. 1. in glo. summaria prima. Causarum duplex est genus. s. ecclesiasticarum & secularium. Ecclesiasticarum uero alia spiritualis, alia criminalis alia ciuilis dī. Spiritualis dicit vbi agit de decimis & matrimonijs, & hmōi. Criminalis vbi agitur de crimine ecclesiastico. s. vsura, symonia, & hmōi, vel in futurum cuius examinatio spectat ad iudicem ecclesiasticū 6. q. 2. c. 6. Ciuilis siue pecuniaria vbi agitur de rebus talibus, ar. ad hanc dist. 16. q. 1. frater. Secularium autem causarum alia ciuilis, alia criminalis. Item nota sm Isidorū de verbo. sign. c. Forus, q̃ forus est locus exercendarum litium a fando dictus, vel Foroneo rege. Constat aut forus, causis lege & iudicio. Causa autem dicitur a casu quo venit. Est materia & origo negocij, necdum discussionis examine patefacta. Quæ dum proponitur causa est, dum discutitur iudicium, dum finitur iustitia, & vocabitur iudicium quasi iurisdictio. Et iustitia quasi iuris status. Et nota secundum glo. quòd Isidorus appellat hic iustitiam quod prius dixerat legem. Appellat autem legem sententiam. Lex autem dicitur iuris status, quia per sententiam ius non constituitur, sed status iuris declaratur. ff. si seruitus ven. l. hic §. fin. si quæritur. Sequitur dictum Isido. in omni negocio, scilicet non notorio. Dicit glo. Hę personæ quæruntur. Iudex, reus, actor, & tres testes. Iudex dicitur quasi ius dicens populo vel quia iure disceptet. Actor quasi accusator, quia ad causam vocat. Reus a re quæ petitur nuncupatur, etiam si non sit conscius sceleris. Testes superstites antiquitus dicebantur, eo quòd super statu causæ proferebantur. Et dicit glo. quòd tres testes, dicit triplicem modum probandi, de quo prædixerat, scilicet per testes, per instrumenta, & per argumenta, idest per naturales probationes vel tertius modus probandi est propria confessio. Hæc ibi. De peccatis quæ perpetrantur a iudice vel aduocato vel procuratore vel accusatore vel reo vel teste habes, supra eo. ti. de aduo. Et supra secunda parte. ti. 1. c. De iustitia. ¶ Nota prima secundum Ray. in sum ma, quòd cum iudex fert iniustam sententiam dolose seu scienter, tenetur ipso facto precise ad omne interesse, nisi posset inducere illum pro quo tulit sententiam ad plenariam restitutionem. C. de pe. iu. qui ma. l. fin. 11. q. 3. cap. Quattuor. Et secundum leges multas alias pœnas debet sustinere, etiam preter restitutionem debet ei imponi penitentia tanquam pro grauissimo crimine. 11. quæstio. 3. Quicunq;. Vnde Guil. dicit q̃ istud est grauius rapina, quia abutendo auctoritate diuina quam habet in iudicando, præter iniuriam proximi Deo iniuriatur. Et si est iudex ecclesiasticus, si contra iustitiam in grauamen alterius partis in iudicio quicquam facit per gratiam vel sordes puta per pecuniam incurrit suspensionem per annum ab executione officij, & debet condemnari ad æstimationem litis parti, extra de sen. & re iudi. Cum æterni. lib. 6. De qua suspensione habes infra. Si vero per ignorantiam iniuste iudicat tenetur secundum leges læso, inquan- *ti. 6. c. 2. §. 1.* *Pœnasiu dicis.*

in quantum bonum & æquum videbitur religioni inducatis. ff. de variis & extraor. cogni. l. fi. Sed in iudicio animæ tenetur, vt in primo casu. Si in culpa fuit, scilicet quia vel sciuit vel scire debuit se insufficientem, & tamē talem causam iudicare præsumpsit. Si tamen talis ignorans fuit delegatus, & necessitate obedientiæ male iudicauit sed tamen bona fide & de consilio peritorum, non tenetur secundum Guiliel. Et idē dicit Ray. si talis iudex tulit iniquam sententiam, deceptus per assessorem, talis qui communiter sufficiens putabatur. Si autem per negligentiam male iudicauit, vt scilicet cum esset scieus & valens sed neglexit studere & videre quod debuit, & ideo errauit, idem iuris est secūdum Ray. sicut de ignorante. Mitius tamen agendum cum isto quam cum illo qui scienter fecit. Et pro maiori declaratione dictorum. Nota secundum Ber. extra de rescrip. ca. Scisciatus.

iudex peritus. Quod debet iudex esse ita peritus quod non habeat quærere ab aliis quicquid eum loqui oporteat, extra de consanguini, & affi. ca. Exliteris. Et tamen si illiteratus sit, & habeat consuetudinem & peritiam iudicandi potest ei committi causa. C. de iurisdom. iudi. Vbi dicitur quod milites possunt esse iudices, & sic dicit glo. 20. di. c. 1. Sed iudex maxime ecclesiasticus esse nō potest, nisi peritus saltemme diocriter iuris scientia, extra de elec. ca. Cum nobis olim. Secundo nota circa acceptionem pecuniæ in iudicando, quod iudex si accepit pecuniam vt male iudicaret, secundum

de acceptione pecunie. Ray. non solum punitur (vt dictum est,) qa scienter male iudicauit, sed & pecuniā sic receptam tenetur restituere non ei qui dedit, cum turpiter dederit, sed ei in cuius iniuriā recepit. 1. q. 1. Iubemus, & ar. 17. q. 4. Si quis in atrio. Sed si accepit pecuniam vt iudicaret, non vt male, sed bene iudicaret, secūdū Ray. tenetur restituere ei qui dedit, quia cum ex officio suo tenetur gratis iudicare & bene turpiter accipit. 14. quæstione. 5. Non sane, & crimen concussionis commisit. Et idem dicit si ex aliqua causa oportebat eum iudicare, & nihilominus vt non iudicaret accepit aliquid. quæstione. 1. Iubemus, extra de symo. c. Nemo &. 11. quæstione. 3. dicit Augu. Non licet iudici vēdere iustum iudicium, & si liceat ad uocato vendere iustum patrocinium, & iurisconsulto iustum consilium. Guil. tamen dicit hoc scilicet de restitutione, talis pecuniæ esse quando hoc constat in foro causarum sed in foro conscientiæ forte est magis consilium quam necessitas. Guil. tamen dicit quòd de hoc debet fieri sicut de alio turpi lucro. Et not. secundum Guil. quod crimen concussionis est cum quis in officio constitutus extorquet aliquid per metum a subditis, aut cum non vult facere ad quod tenetur, nisi data pecunia aut cum aliquis officialis, aut iudex aut miles vltra sibi constituta stipendia extorquet. Vnde Ioannes Baptista dicit militibus. Estote contenti stipendiis vestris, neminem concutiatis. Lucæ. 3. capitu. vel cum accusat, vel cum ab accusatione desistit propter pecuniam. Tertio nota quod si iudex nullo modo voluerit ferre sententiam, & propter hoc aliquis amittit ius, suum secundum Ray. tenetur iudex & facit litem suam ideſt tenetur ad totam litis æstimationem ei qui propter eius negligentiam est læsus. 23. q. 2. Dominus. 2. q. 5. Administratores, in aut. vt differen. iudi. §. penulti. Idem Guil.

Concussio est.

¶ De assessoribus Nota secundum Rayn. quod si dolose seu scienter induxerunt iudicem aliquem ad male iudicandum tenentur ipsi assessores de omni damno parti læsæ contra iustitiam, si alias sine eorum consilio ille iudex sic non iudicasset. Secus si alias ille iudex male iudicasset, ita quod nihil plus addidit consilium assessoris, quia si aliquid addidisset ad iniustam sententiam ex consilio assessoris, quamuis alias ex se intendebat male iudicare, ad illud plus tenetur. Et in casu quo iudex fuisset deceptus ab assessore putans illum sibi secundum iura & iuste consulere excusatur ipsæ a peccato & restitutione, ex quo bona conscientia iudicauit. Et hoc intelligendum quando iudex non fuisset in culpa talem eligendo assessorem, qui communiter sufficiens & bonus reputabatur. Nam si eligit eum qui communiter reputabatur insufficiens, iniustus, in huiusmodi, scilicet iudicando & consulendo, vel nil considerauit de sufficientia & bonitate, vel insufficientia, & malitia, dummodo haberet vnde minus expenderet in salario, vel vt inde complaceret illi assessori, ve ex præceliorum, vel cum talem quæsiuit qui faceret eum multum lucrari tunc nec iudex excusaretur a peccato & restitutione. Sed quilibet eorum teneretur insolidum. Si autem assessor induceret iudicem ad male iudicandum per ignorantiam & negligentiam quia non reuoluit libros, tunc tenetur sicut (dictum est) de iudice in huiusmodi casu. Iudex autem erit excusatus si nō fuit in culpa eligendo talem eo modo quo dictū

Assessores quales eē oporteat.

est supra immediate. Assessor, enim legitur p̄ pue propter scientiam, sed non sic in iudice. Multi enim illiterati habent iurisdictionem, & iuste, quamuis illiterati sunt.

§.2. ¶ De iudice ecclesiastico. Nota quod persona ecclesiastica potest esse iudex & causas ventilare & iudicare inter subditos in quibus habet iurisdictionem presertim clericos. 11.q. 1. & capitu. 1. & capit. Experiētiæ, extra de fo. compe. per totum. Item quod omnis Christianus ratione peccati efficitur de foro ecclesiæ. Hiere. 1. cap. Ecce constitui te super gētes & regna. extra de iudi. c. Nouit. Ideo si iudex laicus negligit facere iustitiam de subditis, potest iudex ecclesiasticus compellere illum, adtenendum iustitia, & supplere defectū eius cognoscendo de causa. Et sic de subditis eius iudicare extra de fo. compe. Ex transmissa, & 23.q.5 Administratores. ¶ Item gl. summaria quæ habet. 11.q.1. in prin. vltra casum negligentiæ ponit alios. 1. Si conueniat ipsum super rebus spiritualibus, vel vbi rustici ecclesiæ, tunc enim potius ex consuetudine quam ex iure conuenitur sub clerico, vel si suspect⁹ haberetur iudex secularis, vel si haberetur q̄rela contra eum. ¶ Item iudex ecclesiasticus quamuis directe non possit de infidelibus iudicare secundum Rayn. quia fortis sunt. s. aliquas religionis regulas imponendo, indirecte tamen iudicat subtrahendo Christianos. abeorum communione vt patet de iudæis & p̄cipue si attenderent subuertere ifideles. ¶ tē prælatus ecclesiasticus si habet iurisdictionē temporalem secundum Ray. debet constituere iudicem secularem qui audiat causas sanguinis præcipue cui⁹ potest & debet dicere q̄d faciat vnicuique iustitiam. Et si concurrente causa sanguinis, interrogaretur quid agendū. Respōdere debet quod consulat iurisperitos. Potest etiam delegare alicui in speciali sup aliquo maleficio, vt homicidio in sua iurisdictione commisso, vt inquisita veritate exequatur iustitiam, nec in hoc peccat, nec efficitur irregularis si inde sequatur mors, extra nec cle. vel mo., cap. episcopus. li. 6.

§.3. ¶ De iudice laico quod non potest iudicare de clericis. Quamuis, enim laicus possit constituere suum iudicē omnem qui alias iurisdictioni p̄est non alium. Clericus nō potest in non suum iudicem consentire, nisi sit persona ecclesiastica & de consensu episcopi, extra de foro compet. capitul. Significasti. Nam secularis iudex nullam potest in eo habere iurisdictionem nec in criminalibus, nec in ciuilibus, extra de fo. comp. Seculares, libr. 6. Nec

Priuilegium clericorum

potest clericus renunciare huic priuilegio. Si autem renunciat clericus foro suo, scilicet q̄ respondeat coram iudice seculari. Si causa ciuilis est cadit a causa, alioquin locum suū amittit, extra de fo. competen. Si diligenti. In criminalibus vero locū amittit. Et sis nō habet locum siue dignitatem, potest alias extra ordinarie puniri. Et sic patet quod potest tacite renunciare quantum ad damnum suum, 11.q.3. placuit. Sed multomagis puniendus est sic expræsse consentiat & respondeat. Excipitur tamen ad hoc causa reconuentionis ciuilis. Nam si clericus conueniat laicum corā iudice laico, & ille laicus reconueniat clericū ciuiliter. si feratur sententia contra clericum, bene tenet, quia suus iudex est perreconuentionem, extra de mutu. pe. c. 1. & 3.q.8. Cuius in agendo. Glo. summaria quę ponitur. 11.q. 1. in principio, vltra casum recōuentionis ponit alios duos, scilicet in causa feudi & si sit in corrigibilis, distin. 17. Nec licuit. Crimina liter vero laicus sicut conuenire non potest clericum coram iudice seculari, ita nec reconuenire potest, quia in crimine reconuētio nō admittitur quoad clericum per laicum. 3.q. 11. Negando. Quod si iudex laicus iudicat de clerico, debet priuari iudicandi officio si vocat clericum ad iudicium suum 11.q.1. Inolita, nec sententia valebit, extra de iudi. c. Atsi clerici. Sed & is qui fecit eum vocare debet amittere causam per sententiam tamen, & debet excommunicari, vt d. c. Inolita Et secūdum Hostien. ex sola vocatione, ex quo clericus tractus est aduersarius patietur dictā pœnam. Sed iudex non nisi iudicauerit, vel forte citra litis contestationem locus est pœnitentiæ. Et peccat mortaliter iudex iudicando, aduersarios vocando, nisi ex ignorantia iuris excusaretur. Et clericus respondendo, nisi esset in minoribus & vellet clericum dimittere & deferere.

Iudicijs secularis oficium.

§.4. ¶ De clerico capto propter maleficium a iudice laico, quem petit iudex ecclesiasticus vel cum ipse clericum se dicens, petit se remitti ad curiam ecclesiasticam. Nota quod quia de re spirituali seu ecclesiastica agitur, ad iudicem ecclesiasticum pertinet cognoscere. Sed debet vocari index secularis vel alius cuius interest extra de sententi. excommunicat. capitulo. Si iudex libro sexto. Si autem debet procedi in dicta quæstione, cum scilicet dubitatur vtrum, sit clericus, quia si notorium est, quod ille sit clericus qui tali priuilegio gaudere, debeat statim absque aliqua cognitione debet

debet reddi. Quod si fama publica de hoc est, uel ipsæ pro clerico communiter habetur, uel si prius non se gerebat pro laico, & depræhensus fuit cum tonsura & habitu clericali debet etiam reddi incontinenti, non dico sine causę cognitione de clericatu, ita tamen q̃ probā di necessitate non ipsæ sed aduersarius constringatur. Si uerò ante depræhensionem pro laico publicè se gerebat, & pro tali communiter habebatur, etiam si tempore depræhensionis erat in habitu clericali, non est restituēdus quousque fidem fecerit de clericatu, sed tamen interim processus iudicialis quiescet extra de sentent. excom. c. si iudex. lib. 6. Mulieres in iudicium personaliter non possunt euocari uel trahi causa testimonii, uel alia quacunque quæ in iure non exprimitur. Sed cum necessarium fuerit testimonium earum iudex etiam expensis producentis mittat rabellionem, aut aliam personam idoneam uel si hoc iure prohibente non possit, personaliter ipsæ uadat, uel si non deceat ire, mittat alium, extra de iudicia. capitul. Mulieres libro sexto. Aliàs est irritum quicquid fit, ut ibi dicitur. Mulieres religiosæ præsertim quæ debent sub clausura morari, non uocentur ad iudicium personaliter ex quacunque causa etiam si uelint alias totum quod fit est irritum extra eo. Mulieres, libro sexto. Qui autem fingit casum aliquem fraudulenter per quem iudex uadat uel mittat ad aliquam mulierem pro testimonio, est excommunicatus, ut in dicto c. mulieres.

§. 5. ¶De uariatione uel mutatione pœnarum. Nota secundum Thomam. secunda, secundæ quæstione sexagesimaseptima articul. quarto in Cor. artic. quod iudex dupliciter impedire potest ne pœnam reo debitam ualeat relaxare. Primo ex parte accusatoris ad cuius ius quandoque pertinet quòd reus puniatur puta per aliquam iniuriam in eum commissam. Huius enim relaxatio non est in arbitrio iudicis cum debeat unicuique ius suum reddere. Alio modo ex parte reipublicæ ad cuius bonum pertinet quòd malefactores puniantur. Sed quantum ad hoc est differentia inter inferiores iudices & supræmum cui plenarie respublica est commissa. Iudex enim inferior non habet potestatem soluendi reum a pœna contra legem a superiori sibi impositam. Sed princeps qui habet plenariam potestatem super republica poterit absoluere quando uiderit reipublicæ expedire, & cum passus iniuriam uelit ius suum amittere. ¶ Quantum autem ad diminutionem pœnæ dicit Hostien. q̃ reo conuicto si in iure certa pœna inueniatur, illa debet imponi aliàs arbitrio suo committitur, extra de transact. capitu. fi. Debet tamen semper in humaniorem partem declinare, & sic mitigare, argu. distinction. l. ponderet, in fin. Maxime cum subest causa, ut quia a casu culpa est commissa, aut propter ætatem puerilem & huiusmodi de quibus casibus, scilicet alleuiantibus culpam, habes, infra titu. 29. c. 1. §. 2. Vbi etiam multa habes de pœnis inferendis quæ ibi uidebis. Et hoc uidetur habere locum in his qui non habent plenariam potestatem. Nam tales si possunt ex causa rationabili pœnam ex toto relaxare, a fortiori poterunt & diminuere, & mutare eam quæ a iure determinata est. ¶ Sed non debent sine causa rationabili, aliàs grauiter peccant. Et pœnam mortis secundum Hostiensi. possunt mutare in quamcunque grauem dummodo ex causa legitima faciunt & non ex auaritia, & huiusmodi. Quantum autem ad augmentum dicitur, quòd aliquando augenda est pœna taxata ad terrorem aliorum, qui scilicet sunt procliues ad talia, quia multis grassantibus opus est exemplo. ff. de pœnis. l. Aut facta. §. final. & hoc in ordinariis iudiciis. In extraordinariis dicitur pœna augeri uel minui, cum iudex non seruat id quod in talibus est consuetum. Vbi etiam quis accusatus sponte confiteretur, & non metu probationum. De mēte utriusque iuris est quòd iudex dimittat uel diminuat. Et hoc nisi immineret periculum animæ uel ecclesiæ, secundum Hostiensi. Et nota quòd dicit Petr. de Palu. in quarta distinctione 22. quòd a nullo iudice Christiano est neganda confessio qui eam petit & paratus est facere quicquid debet etiā si timeretur ne superueniret qui eriperet eum, quia utilius scandalum nasci permittitur quam ueritas deseratur extra de regu. iur. Qui scandalizauerit, & hoc nisi crederet quòd ille non ex deuotione sub patibulo peteret sacerdotem, sed ut eriperetur interim ab amicis superuenientibus, qui in carcere nunquam petiit confiteri unde reiiunt animarum præpositi & balliui, qui illis quos ad mortem ducunt petentibus confessionem illam negant, cum dicatur de hæreti. capitul. Super eodem libro sexto quòd etiam relapsis qui sine ulla audientia sunt tradendi iustitiæ secular. ecclesia non claudit gremium, quin scilicet pœnitentiam & uiaticum administret.

De confessione suspendendorum.

§.6. Iudex debet se cũdũ allegata iudicare

¶ De innocente qui in iudicio nocens seu malus conuincitur, an iudex debeat uel possit absque peccato condemnare; sunt uariæ opiniones. Tho. 2.2. q. 67. ar. 2 in cor. arti. dicit quòd iudex in iudicando magis debet sequi legitima documenta per instrumenta & testes & huiusmodi, quàm id quod nouit ut priuata persona. Ex hac tamen priuata cognitione iuuari potest ut districtius discutiat probationes inductas ut possit earum defectum inuestigare. Quod si non potest de iure repellere debet eas in iudicando sequi. Et 2.2. q. 64. artic. 6. in respon. ad 3. dicit idem Tho. quòd si aliquis quem scit iudex innocentem conuincitur falsis testibus occidatur, si iudex non potest inuenire occasionem liberãdi innoxium, debet eum ad superiorem remittere iudicandum. Si autem nec hoc potest inuenire non peccat secundum allegata ferens sententiam. Nec facit iudex cõtra illud Exo. 23. Innocentem non condemnabis quia non ipse eum, sed illi qui asserunt eum reum occidunt. Concordat Pet. in scriptis. & Rayn. in summa quòd fere omnes doctores iuris canonici dicunt quòd iudex potest iudicare secundum allegata, subdens quòd si quis talem iudicaret non auderet cõdemnare, quamuis ad cautelam aliquam pœnam iniungeret. Et pro ista opinione multum facit. Amb. 3. q. 7. Iudicet, Vbi dicitur inter cætera, quod bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit & proposito domesticæ uoluntatis sed iuxta leges & iura pronunciat. & infra sicut audit ita iudicat. Et etiam ita determinat ibi glo. Io. cum multis allegationibus ad idem. Sed Guil. dicit in libro suo quòd si iudex scit ueritatem negocij cum circunstantijs, reputat impossibile quin aliquam uiam iuris inueniat ad liberandum innoxium nisi sit ex imprudentia uel negligẽtia iudicis, concludens quòd si nullam inueniret, nec potest actorem & testes emollire q̃ desistant, debet eum absoluere a suo iudicio potestatem relinquens communitati ut desernant ad superiorem si uoluerint. Et idem addit quòd nec debet talem condemnare, nec ad superiorem mittere uidetur tutum, sed quòd debet eum dimittere, qui si secus faceret non excusaretur a mortali. Et addit quod non est contra hoc c. pastoralis. extra de offic. delegat. ubi dicitur quod ordinarius debet exequi sententiam latam a delegato ad mandatum eius, quamuis ordinarius sciat eam injustam nisi possit obtinere quod ab illo onere absoluatur, quia loquitur de ciuilibus & ecclesiasticis, ubi nullus condemnatur ad mortem. Nicolaus de Lyra super capitu. supra allegato Innocentem & iustum non condemnabis, recitata opinione Thomæ. dicit quòd contrarium uidetur uerum, concludens quod si iudex quantumcunque superior uiam non possit inuenire ad liberandum innocentem a morte debet prius dignitatem & officium dimittere quàm sententiam mortis contra innocentem ferre, aliter peccatum non euaderet ut uidetur. Et dicitur in illa auctoritate. Iustum propter illum qui iustus est in iudicio hominum, quamuis sciat eum secretè dignum morte, quia non est ei licitum ut persona singularis. Hæc ille. Prima opinio communis tenetur.

Vide infra eo. c. 5. §. 2.

Exo. 23.

Sed opinio Nicolai de Lyra tutior.

§. 7.

¶ De ministris autem iudicum qui exequuntur sententias eorum contra innocentem dicit Tho. 2. 2. q. 64. art. 6. ad 3. q̃ si sua iudicis continet intolerabilem errorem quando cõdẽnat innocẽtem, minister nõ debet obedire alias excusarentur carnifices qui martyres occiderunt. Sed si sententia non continet manifestam iniustitiam non peccat præceptũ exequendo, quia non debet discutere sententiam superioris, nec ipse occidit innocentem, sed iudex cui ipse ministerium adhibet Guil. dicit quod in tali casu debet Deo potius quã homini obedire, unde nullo modo debet exequi mandatum iudicis cum illum scit innocentem. Rayn. autem ponit distinctionem super hoc dicens, quòd cum minister scit pro certo illum innocentem, non debet exequi mandatum. Sed cum dubitat tunc debet. Excusatur enim propter bonum obedientiæ. 11. q. 3. Quid ergo. & 23. q. 1. Quid culpatur. Et idem de officialibus & alijs subditis.

§. 8. Delegatus iudex an expẽsas exigere debet.

¶ De salarijs iudicum Guil. in Spe. lib. 1. c. Prælibatum est, sic dicit. Iudicum alij sunt ordinarij, aut delegati. Si est delegatus subdistingue, quia aut est delegatus a principe aut ab ordinario. Si a principe uel alio quam ubi degit ad iudicandum proficiscitur exigere potest a partibus expensas quas fecit in uictu & uecturis equorum & similibus, non tamen salarium. extra de uita & honesta. clericorum. capitul. Cum ab omni. duodecima quæstione secunda, Charitatem, quia nemo cogitur suis stipendijs militare, & munera non sumptus prohibentur. prima quæstione prima iudices. Hoc credo licet dominus meus scilicet Hostiensis dixerit quod habentes beneficia sufficientia quibus causæ a sede Apostol. ca delegantur recipiendo expensas peccant. ut in capit. Cum ab omni. extra de uita & honestate clericorum Petãt autem moderatos

ratos sumptus & non delicatos. Non obstat quòd minores facere potuissent. ff. manda. l. Si quis impendia. Quòd si aliquis equus occasione causæ moritur vel iudex ipsæ cappa spoliatur vel eius familia infirmatur, sicque eum oportet facere moram longiorem. Circa hoc dicunt quidam quòd non potest à partibus petere. ff. mandati. l. Inter causas. §. non omnia. Alii vt Hostien. dicunt quòd potest, quatenus plusquàm in domo propria expendit. extra de procurat. capitul. Cum pro causa. Sed nunquid partes procurabunt communiter iudicem? Respondeo, si ad petitionem alterius partis iuit vltra duas dietas, ab ea sola recipiet expensas. extra de rescript. c. nonnulli. Si vero infra dietas duas. dicit Bern. quòd habebit ab actore expensas, qui eum duxit nisi de consensu partium fuerit impetratus. 4. quæst. 3. §. Venturus. extra de rescrip. c. Dispendia. lib. 6. Ego autem sentio quòd siue de consensu partium, siue per alteram tantum partium fuerit impetratus ex quo infra duas dietas citat, communiter procurabitur quia eius officium est commune. 14. quæst. 5. Non sane. Porro si in domo sua vel in ciuitate sua iudicat, nihil prorsus suo nomine pro expensis vel alia obtinebit, ne dum sumptus quæritur prædo grassetur. 12. quæstio. 1. Militare immo etiam vt quidam dicunt. expensæ quas facturus esset in domo deduci debent de expensis quas facit cum extra locum suum pergit, vt in authent. de iudi. §. Nemo autem. collat. 6. Sed hoc alii intelligunt in ordinario. in authent. vt nulli iudici. §. Nulli, collat. 9. Secundum leges tamen pedaneus debe. habere sportulas, scilicet duos aureos in principio causæ, & duos in fine. cum summa litis excedit centum aureos, quod Azo extendit tam ad iudices ordinarios quàm ad delegatos. 3. quest. 3. §. Offeratur, in princ. Sed quid si delegatus aliquid exegit aut extorsit? Respondeo, aut id fecit nomine alterius, puta pro assessore suo in causa, & hoc facere potuit, aut fecit vt sibi retineat quo casu tenetur crimine concussionis. Si autem aliquid si sponte offertur per enxenia, si sit moderatum & recipere potest. distinction. decimaoctaua. De eulogiis. Moderatum autem intellige exculentum quod infra dies proximos. consumitur. ff. de offic. præsi. l. Plebi scito. quodque trahi nequeat ad muneris quantitatem. Vel die quòd hoc attenditur secundum qualitatem personæ dantis & cui datur. extra de symon. capitu. Et si quæstiones. Multum autem seu magnum non debet recipere. Hodie autem iudex qui recipit salarium a publico sumptus non debet recipere, qua ratione videtur quod nec ordinarius qui habet administrationem. Prædicta probantur in auth. coll. 2. scriptum exemplar & extra de vita & honest. cler. cap. Cum ab omni. 1. q. 2. Sicut. Si vero datur pecunia iudici vt inique iudicet, dic vt extra de senten. & re iudicata. lib. sexto. cap. Cum æterni. Debet illam non restituere danti, nec sibi retinere, sed pauperibus erogare, vel ei in cuius iniuriam est data. Sed quid si scholari Bononiæ, vel Parisii commoranti causa aliqua a sede Apostolica delegatur, nunquid ille poterit a partibus expensas exigere, licèt non oporteat eum inde exire? Respondeo, non videtur cum nullas faciat occasione huius causæ expensas. Nam nec testis habet nisi cum oporteat eum extra domicilium proficisci. 4. quæst. 3. §. Venturis. Sed contra, quia studeret vel corrigeret cum oportet eum causam audire, & sic damnifica tur quod esse non debet, extra de fidei vso. c. Peruenit. Nec papa intendit per suum rescriptum alicui inferre præiudicium, extra de offi. ordi. cap. Licet. Super hoc dicunt quidam, quòd nihil debet habere de stricto iure licèt sit arg. contra. 12 q. 2. Charitatem, nisi cum oportet eum proficisci. Verumtamen delegati de consuetudine quotidie recipiunt, & male secundum quosdam si habent beneficia vn de possunt commode sustentari, sed si sunt sine beneficio possunt etiam salarium recipere, secundum Egidium extra de præscrip cap. Cum ex officij, quod non placet, sed expensas sic possunt recipere. Si delegatus est ab ordinario quid iuris dicetur infra. Si vero iudex est ordinarius expensas quas facit in victu, equitaturis, & similibus non habebit, cũ ad aliquem locum suæ iurisdictionis vadit. ¶ Iuxta illud Lucæ. 3. c. Estote contenti stipendiis vestris, habet enim redditus sui episcopatus seu alterius beneficii, vt stipendiũ suum. argum. ad hoc extra. de vita & honest. cleric. Cum ab omni & 10. quest. 3. Illud. Nec ei licet vendere iustitiam. vndecima quæstio tertia. non licet. Potest tamen habere quod datur a peritioribus & scriptoribus, qui scribunt acta causæ & huiusmodi, & cogere partes, vt prædictis personis satisfaciant in talibus, & hæc olim sportulæ vocabantur, & ĕt hodie vocari possunt. Et vt quidam alius dicit, dictæ sunt sportulę illa vasa in quibus deferebantur munera iudicibus. Et sumitur in hac locutione continens pro contento, vt

Ordinarius iudex non recipit sũptus.

to, ut dicamus ſportulæ ea quæ dãtur iudici, quæ olim in uaſis illis portabantur. Sed nec expenſas habebit prædictas, ſi litigantes ſint pauperes, ſalarium autem non recipiet, ut in prædicto cap. Cum ab omni. Si autem ordinarius det delegatum ſubdiſtingue, quia aut eſt delegatus ad uniuerſitatem cauſarum aut ad unam ſpecialiter. Si ad uniuerſitatem cauſarum datur, ut accidit communiter in uicarijs epiſcoporum tunc idem eſt quod in ordinario cum idem ſit conſiſtorium, ut extra de appel. c. Ro. li. 6. immo ordinarius dabit illi expenſas, extra de offi. ordi. c. Inter cætera, quamuis hoc in quibuſdam locis male ſeruetur ubi indifferenter expenſas recipiunt. In præmiſſis tamen poteſt fortaſſe conſuetudo ualere, ut quid certum recipiatur, ar. extra de offi. ordi. c. Dilectus. Si uero delegatus ſit ad ſpecialem cauſam, & ordinarius ei malitioſe committit cauſam, tunc idem quod prius, quia ſcilicet non recipiet aliquid pro expenſis, extra de offi. delega. c. Paſtoralis. Si uero ſine fraude committit uolens parcere laboribus forte partium & expenſis, tunc forte poſſet, dicit idẽ quòd in delegato a principe ne officium ſuum ſit illi damnoſum, & hoc tenet Vincen. ut 4. q. 3. §. Venturis, & 14. q. 5. Non ſane. Et ea quæ dicta ſunt procedunt de iure ut dicit. Sed de conſuetudine induci poteſt ut tam prælati, & ſic ordinarij quàm delegati proficiſcentes pro cauſis extra domicilium petant omnes expenſas ſecundum Goſ. immo plus dicat Guil. in Speculo in parte iſta de ſalarijs iudicum. Dicit enim quòd conſuetudo uniuerſique fori in huiuſmodi ſeruetur, quæ ſecundum locorum uarietatem uariatur. Nam in patrimonio Beati Petri, & in ciuitate Romandiolæ ſtatim poſt litis conteſtationem dantur denarij 12. pro libra, quia ſunt quarta pars Bononiæ, & alicubi. 20. in terris comitiſſæ Maltidis mediętas. Et reprobo quarundam curiarum abuſum, ubi ex quo pars aliquem terminum recipit, huiuſmodi ſalaria exiguntur etiam ante litem conteſtatam, cum litis conteſtatio ſit initium cauſæ. Tancre. etiam notat in libello ſuo, quòd licèt eccleſiarum prælati decimam partem uel aliam partem litis non poſſunt recipere, ut in dicto capitu. cum ab omni, tamen moderatas expenſas poſſunt habere & pro eis pignora recipere. Hæc Guil. Sed Io. An. An. de Bu. Petrus de Ancho. Fran. de Zamb. hoc uidentur tenere, quòd tam ordinarij quàm delegati de conſuetudine poterunt aliquid petere pro ſalario & ſeruanda erit conſuetudo loci ubi litigatur, dummodo non petatur quid immoderatum arg. extra de ſymo. ad apoſtolicam. Sed contra hoc uidetur tex. cap. Cum ab omni, extra de ui. & honeſt. cleri. Vbi dicitur eſſe inhoneſtum aliquid accipere pro ſalario ultra expenſas, etiam ſi ſit in hoc conſuetudo. Et licèt Guil. dicat in Specu. quòd conſuetudo ubi reprobatur, quando uidelicet ſit pactum a iudice cum litigantibus ſuper ſalario. Et Petrus de Ancho. dicat quòd reprobatur conſuetudo præterita, non futura, ut dicto cap. ut etiam dicit de elect. cap. Statutum in clemen. Sed quia hoc non eſt certum ſed dubium, ſcilicet quòd reprobata conſuetudine per iura, intelligatur reprobata præterita conſuetudo non futura quæ ſuperinduceretur poſtea. Ideo ex dictis Io. de Imo. poteſt ſic diſtingui. Aut conſuetudo uerſatur circa expenſas, puta quod etiam ordinarij percipere expenſas poſſint a litigantibus quando proficiſcuntur extra, & tunc poterit talis conſuetudo tolerari, ut in dicto capitu. Cum ab omni, ut dicit Guil. in ſpecu. Aut ipſa conſuetudo ſimpliciter habet quòd poſſit aliquid percipere pro ſalario. Et licèt ſuper hoc ſint opiniones, tamen uidetur quòd talis conſuetudo non ualeat, prout uoluit glo. in clemen. Statutum de electio. Et ad hoc facit tex. capitu. Cum ab omni. Et hoc quoad iudicem eccleſiaſticum. In ſeculari uero iudice dicendum eſt quòd tolerari poſſet conſuetudo talis, ut in autem, de iudi. §. Ne autem in Glo. Pro ſportulis dabantur duo aurei. i. florẽi in principio cauſę, & duo in fine, quando cauſa excedebat ſummam centum aureorum. Nam in minoribus minus dabatur.

¶ De ſalario aſſeſſoris. Nota ſecundum Guil. §. 9.
in ſpec. §. de aſſeſſore, quòd licèt quidam dixerint quòd aſſeſſor ſalarium non poſſit recipere a partibus ſicut nec iudex, extra de uita & honeſt. cler. cap. Cum ab omni, tu dic contra per cap. 11. quæſtio. 3. Non licet. Vnde licèt legatus moriatur antequã cauſa terminetur nihilominus aſſeſſores ſua ſalaria habebunt, quia nõ cogitur & quis ſuis ſtipendijs militare. 1. ad Corinth. 9. nec de ſuo facere beneficium. 10. quæſtio. ſecunda præcarie, & extra de reſcrip. capitu. Cum ex officij, nec illud, cap. Cum ab omni, eſt contra, quia loquitur cum fraudem quærit aſſeſſor. ¶ Sed ut plenius materia dilucidetur nota diſtinctionem ſecundum Guil. quia aut loquitur de aſſeſſore iudicis delegati, aut de aſſeſſore iudicis ordinarij.

dinarij. Et primo casu potest assessor accipere mercedem seu salarium. Et si in fraudem assumptus est, puta quòd non ipsum operatur, sed dedit nomen assumendi ut sic pro eo acciperet salarium, uel etiam si operatus est eum iudex, tamen non egebat, quia peritus erat & per se poterat, sed ut grauaret partes accepit, recipiet assessor salarium a iudice non a partibus, ut in dicto c. Cum ab omni, & extra de referi. c. Statutum lib. 6. Si uero fecit sine fraude, ut quia non erat peritus sufficienter, uel quia infirmus uel alias impeditus, recipiet assessor salarium a partibus litigantibus quod pro eo, scilicet assessore exiget iudex ipsæ a partibus & soluere coget moderate tamen ut expresse hꝫ in d. c. Statutum de rescrip. lib. 6. In secundo casu cũ. s. est assessor iudicis ordinarij, & tunc non põt accipere salarium a partibus nec ipsæ ordinarius exiget pro assessore a partibus, sed de suo soluet, quia debet esse peritus & nõ ignorare canones. 10. q. 3. Quia cognouimus, & dist. 20. §. 1. & de consangui. & affi. c. 1. & sciendo canones raro poterit euenire casus aliquis in quo non sciat iudicare, cum secundum canones in foro eius sint causæ terminandæ, ut de so. compe. c. Quod clericis. Et si aliquis casus talis occurreret debebit de suo soluere, cum habeat redditus ecclesiasticos ex quibus potest super hoc prouidere, argu. ex isto cap. Cum ab omni. Et hoc tenuit Io. de mõte Murio, in quadam quæstione disputata per eum prout refert Ioann. And. ita residens. Idem Guil. in spec. & hoc in ordinario ecclesiastico. Ordinarius uero secularis cum nõ tenetur scire, sed sufficit ꝙ habeat experientiam de causis prout habetur. Co. de iudic. l. Certi. Poterit salarium pro assessore petere, ad hoc quod probatur in authen. de iudic. circa principium, secundum Ioan. de Imol. qui tamen dicit quòd super hoc est consuetudo attendenda. Hæc ille. Dicit etiam Guil. in spe. quòd si post conclusionem partes ante sententiam componant, nihilomnibus assessor habebit suum salarium, & iudex ad hoc poterit cogere partes, quando scilicet est sibi a partibus dandum. Notat etiam quòd personæ quæ debent salaria recipere debeant ea ante calculum sententiæ exigere. Partes namque fallacibus aduocatorum promissionibus conclusio in causa uictoriæ se fore existimantes ad sententiam properant, & libenter salaria soluunt, quod non facerent condemnate. Et quod assessor lucratur ex huiusmodi officio seu exercitio, si est filiusfamilias, erit illud quasi castrense. C. de officio assessoris. l. uelut. ¶ Item nota quòd si assessor importunus est in exactione salarij & nimis peteret per iudicem moderari debet. Sed nec iudices sibi debent assessorum salaria retinere, sed nec partem defalcare, licet plerumque contrarium faciant. Et secundum hoc potest intelligi, capitu. Cum ab omni. Sed quid de duobus assessoribus uel consiliarijs assumptis, ut de eorum consilio pronũcietur ad inuicem discordantibus tertius assumatur unde habebit istæ salarium. Dic ꝙ illi debent salarium suum participare ne dolo suo commodum reportent. Quod fieret si eis fingentibus se concordare non posse ut tertius assumatur in eorum exonerationem, ut sæpe fit partes illi soluere teneantur. Et huic fraudi iudex obuiet. Sed quid si alter litigatorum dicit iudici. Domine consulatis peritos super tali articulo. Nunquid alius debet soluere partem eius quod datur peritis pro consilio? Respondeo, dici potest, quia aut peto aliquid quod mihi solum profuturum est, & sic non debet alter soluere partem, argu. ff. de edend. l. Prætor. Aut peto aliquid quod mihi & aduersario est profuturum, & tunc debet soluere etiam alter, argumen. ff. finium regum. l. Sed loci. Non autem debet iudex grauare in solutione huius salarij unam partem & aliam alleuiare prout sæpe fit, quia in iudicijs æqualitas est seruanda, & ibi debet actoris & rei æqua esse conditio extra de iudi. capitul. Nouit. Item iudex bene potest leuare, ideſt accipere expensas factas in consiliarijs, ut 14. quæstio. 5. Non sane & immittendo ad diuersa loca pro consilio inquirendo, hæc Guil.

Iudex scire canones tenetur ut assessore non indigeat.

¶ *De officio iudicis delegati. Capitulum 3.*

DE officio iudicis delegati, ubi primo sciendum ut notat Ioan. And. in nouella secundum Tancre. & Goffre. delegatus dicitur is cui a summo Pontifice ordinario uel delegato principis causa committitur. Hostiensis autem sic describit. Delegatus est is cui causa committitur terminanda uel exequenda uices delegantis, repræsentans a iurisdictione nil proprium habens. ff. de officio. eius cui manda. est iurisdiction. le. prima. Propterea autem in decretalibus præmittitur titu. de offic. delega. tit. de offic. leg. & tit. de offi. ordi. quia delegatus Papæ est maior legato uel ordinario quoad causam sibi commissam ut extra de officio delegat. capitul. Studuisti. Delegatus Papæ potestatem recipit non solum in partes quæ scilicet habent causam seu litigium inter se, sed etiam

Delegatus a Papa maiorem esse ordinario & legato.

etiam in alios qui ſuam iuriſdictionem impediunt. Hoc ſummatim habetur, extra capitul. primo de offici. deleg. ſecundum Io. An. Qui ergo detinent actores talium cauſarum vel minis deterrent ad inſtantiam pertinet, cum hoc eſt notorium vel ſi occulte faciunt, tamen actor hoc aſſerit, & ſunt probabiles ad hoc coniecturæ nec volunt licentiare actorem ad mandatum delegati, vt ſcilicet accedat ad ipſum, pro ſuo iure poſſunt coerceri, & ſi potens licentia in publico: ſed minatur in occulto, erit locus idoneæ cautioni. Et ſi tanta ſit illi credulitas quòd non poteſt per cautionem mederi, dicit Hoſt. quod ſuſpendatur cenſura donec mutentur tempora vel Deus vel eius vicarius apponat conſilium & conſulatur tunc actori quod ad tempus deſiſtat, extra de reſtitu. ſpolia. c. ex tranſmiſſa. Si tamen per temporalem compeſci poſſet & actor inſtaret, non eſſet iuſtitiæ veritas derelinquenda. Item eod. tit. Sane ſummatim dicitur. Cum diuerſæ literæ ſub eadem data & forma contraria impetrantur & præſentantur a diuerſis ad eoſdem, ſuperſedetur vtriſque donec Papa conſulatur. Io. An. Quod ſi literæ aliæ contrariæ dicentur emanaſſe ab altera partium, & non exhibeantur, non tenetur delegatus credere opponenti eodem titul. Cum in iure, quomodo ſunt literę contrariæ ibi vide.

§. 1. ¶ Delegatus Papæ impeditus poteſt ſubdelegare. Vnde Alexander tertius eod. tit. dicit. Si pro debilitate vel qualibet alia graui neceſſitate tractandis cauſis, quæ tibi ab apoſtolica ſede committuntur intereſſe non poteris, liberum tibi ſit perſonis idoneis & diſcretis vices tuas committere, ita quòd ſi res tanti eſt vt te conſulere debeant, niſi forte cauſę ita graues ſint, quod ſine præſentia tua non poſſint commode terminari. Super verbo non poteris. Io. An vel volueris. Iſta enim duo æquipollent in hoc caſu ſecundum Goff. vt infra eodem ſignificaſti, liberum ideſt ſine aliqua pœna vel redargutione. Super verbo idoneis. Debent enim tales eſſe in dignitate vel perſonatu, vel canonici eccleſiarum cathedralium, & intra dyoceſim, vt extra de reſcriptis. c. Statutum lib. 6. per quod. c. habetur quod non poſſunt ſubdelegare inuito actore extra dioceſim, ne auferatur ei dyoceſis quam Papa dedit. Sed inuito reo ſic dum modo non committatur vltra duas dietas.

Et quomodo mulier, ſeruus, ignarus, mente captus, infamis, minor. 20. vel. 18. annis non ſunt idonei & non ſubditus & priuilegiatus quoad compulſionem tractat hic Hoſtien. Super verbo vices ſuas. Ioan. An. & etiam ſenté tiam, non ſolum cognitionem ſeu examinationem. Super verbo tanti eſt, vt ſcilicet conſilio tuo egeat. Super verbo conſulere, putat Innoc. quòd poſſit delegatus conſilium ſibi retinere, quo caſu ſi non requiratur non tenet ſententia, infra eod. tit. Paſtoralis. Sed ſi conſilium fuerit requiſitum tenebit ſententia quamuis contra conſilium lata, licèt aliqui contradicant. Sed requiſito conſilio ſi placuerit delegato quod ſubdelegatus ferat ſententiam, illam ferat alias non ſi prohibeat. Hæc. vera ſunt quando conſulendus eſt iudex. Quod dicit etiam Innocentius illud idem, quando iudex committit donec reuocet, vel ſi non reuocauerit, vel vt ferat ſententiam ſi partibus placuerit, alias remittit. Nam omnibus his caſibus putat poſſe iuriſdictionem ſubdelegati per delegatum reuocari, & ad eum appellari. Dicit enim Abbas quod per hanc formam committo vices meas donec reuocauero non intelligitur commiſſa ſententia. Et ſecundum Innoc. ſi dicat. Committo tibi cauſam, & vt feras ſententiã niſi reuocauero quaſi hæc clauſula ſit contra ſubſtantiam commiſſionis quoad ſentẽtiam. Allegat de conditio. appo. c. fina. Hoſt. tamen dicit quòd non eſt verum quòd poteſtas reuocandi impediat translationem ferendę ſententiæ. De quibus dic, vt eod. tit. c. Si delegatus, lib. 6. Vbi reprobatur opinio Inno. in his & in eo quòd dixerat excutionem impediri non poſſe. Putat etiam Innoc. quòd ſicut delegatus ſubdelegando retinet ſibi conſilium ſic etiam poſſit reſeruare conſilium tertii. Poteſt enim certam legem ſeu conditionem ſuæ commiſſioni dare ſeu imponere, dummodo non faciat contra iura. Sic etiam delegatus primus poteſt, vt de reſcrip. c. 2. Quod ſi delegatus mandat ſubdelegato quòd ferat ſententiam ſecundum quod talis iuriſperitus dicauerit, quamuis Innoc. dicat quòd hoc fieri non poteſt, tamen Hoſt. tenet contrarium. Nam & committens format ſententiam pro vt ſibi placet, vt de conſti. c. Cum omnes, quã formam neceſſe habet ſequi delegatus omnino. Sicut autem ipſæ delegatus ipſam formare poteſt, ſic & ipſæ alii formandam relinquere eod. tit. c. Paſtoralis. Næc ob ff. de arbi. l. Itẽ ſi vnus, quia natura arbitri talis eſt, vt arbiter pronunciet quicquid placet cõtra iura & inique. ff. de arbi. l. diẽ. Sed iudex non niſi quod iuſtum eſt pronunciare debet. Et ideo ſi delegatus timet, ne ſubdelegatus erret in iure,

ſatis

satis uidetur quòd prædicto modo possit ei prouidere, quod potest locum habere, quando non potest haberi subdelegatus ita peritus, ut expediret, & is qui habet dictare sententiam est peritus, ar. eo. tit. c. Cum te consulente. Et ideo est necessarium officium assessorum, ut C. de assesso. l. 1. Sed in spiritualibus cauendum est, ne is qui debet dictare sententiam sit laicus, vt de iudic. c. Decernimus. Verum est, non debet pronunciare sententiam secundum conscientiam alterius dictantis ipsam conscientia propria repugnante, etiam si hoc mandaretur. Verumtamen debet imperitus conscientiam suam formare iuxta consilium periti. Nec est turpe quòd imperitus quærat & sequatur consilium peritorum & uoluntatem, ut infra eod. tit. c. Prudentiam. Si tamen non potest conscientiam suam informare secundum consilium sapientis, studeat quòd a commissione illa exonere tur infra eo. c. Si quando. Quod si hoc cõtinere non potest conscientiam suam sequatur, & non obediat scilicet in dando sententiam contra conscientiam, ut de tempo. ordi. c. Ad aures. In c. de causis. eod. titu. duo summatim continentur. Primo quod si causa aliqua cõmittitur determinanda & decidenda subdelegato infra certum tempus, eo transacto expirat iurisdictio cõmissa subdelegato, & reuertitur ad delegantem. Potest tamen prorogari terminus præfixus a delegante, si accedat consensus utriusque partis cuius est causa. Et ut dicit glo. Ioan. And. Hæc prorogatio fiat per principales, non per procuratores. Item etiam si non posset infra tempus præfixum perficere quod mandatur nihilominus expirat elapso tempore præfixo, ut infra eod. tit. c. Consultationibus, ac etiam si per malitiam alterius partis firmatur terminus secundum Innoc. ipsa etiam prorogatio termini de consensu partium, oportet quòd fiat ante lapsum diei præfixæ secundum Spe. & Abba. Secundo continetur in dicto c. q̃ ubi certa pœna per ius statuta non est, delegatus imponit arbitrariam. Vbi dicit Ioan. And. q̃ si certa pœna statuta est, non solum per canones, sed etiam per leges scriptas municipales, uel etiã leges consuetudinarias, dummodo canonibus uel rationi canonum non obstat, illam debet imponere scilicet partibus quarum sibi causa est commissa impedientibus uel offendentibus iurisdictionem suam. distin. 10. per totum. Nec molliorem nec duriorem dẽt imponere, alias sit infamis. C. ne sanctum Bap. l. 3. & hoc nisi ex causa temperetur uel exageretur, secundum Host. ¶ Quoad primũ Io. An. in nouella mouet quæstionem, uidelicet. An delegatus qui infra terminum sibi statutum tulit sententiam, lapso termino illam possit exequi, & præcipue delegatus quæ alias exequi posset, de quo de fo. compe. c. Si quis contra. Circa quod ponit opiniones sibi contrarias. Nam Damas. Tancre. Bar. Bix. tenent quod sic Hug. Ioan. & Archidiac. contra has opiniones contrarias. Io. And. sic concordat scilicet per distinctionẽ, quia scilicet aut terminus adijcitur diffinitioni uel decisioni causæ, & tunc sic est uera prima opinio, quasi Papa simpliciter delegante causam & statuente tempus diffinitionis fiẽdæ adhuc durat potestas in executione. Si uero terminus adijciẽ iurisdictioni tũc sic uera est opinio Hug. & sequacium. Et hoc siue affirmatiua uerba proferat, puta quòd non duret ultra annum. Cũ enim executio de iurisdictione infra eod. Si delegatus lib. 6. testat quod iurisdictio finita, & sic non poterit. Circa secundum mouet aliam quæstionẽ uidelicet an delegatus possit mulctare. Circa quod dicit Innocẽ. hæc q̃ delegatus & subdelegatus nedum partes, sed etiam extraneas iurisdictionem suam impedientes, & excommunicare & mulctare potest, si aliter iurisdictionem suam defendere uel expedire non posset, ut hic, & c. proximo. Hostien. autem quamuis in summa contrarium dixerit, tamen in lectura. c. 1. eod. tit. se corrigit & tenet cum Innocentio dicens q̃ ex uirtute clausulæ qua censura cõmittitur id non potest, sed ex uirtute cõmissionis hoc potest, ubi pœna non est statuta, ut hic. Et hoc siue pars uenire contemnat, siue non pareat, & demum ad ipsam mulctam exequendam potest exercere censuram, quod intelligitur de parua mulcta & temperata, non magna, quia non tantam ut ordinarius. in cap. Præterea. eo. tit. summatim habetur q̃ per simplicem commissionem causæ potest delegatus citare, contumacem punire, & reliqua facere quæ spectant ad causam, unde & cogere potest per censuram scilicet ecclesiasticam, secundum Hostien. & damnare in expensis scilicet condemnando. in c. si quando. eod. titu. summatim habetur, secundum Ioan. And. q̃ si ordinarius scit eum non canonice institutũ quem delegatus Papæ sibi mandat in possessionem induci non resistet uiolenter, sed precibus instabit ut differat, donec Romanus Põtifex consulatur ubi Io. And. quòd si delegatus hoc facere nollet scilicet differre necesse est obedire infra eo. c. Pastoralis, quod intelligit

ligit Host. quando illud est occultum scilicet quod non est canonice institutus, quia episcopo non est credendum. 6. q. 2. Si tantum. In c. sane. eo. tit. summatim habetur secundū Io. An. quod delegatus Papæ in causa sibi cōmissa iurisdictionem habet super ordinariū & quemcunque maiorem, & hoc quia uices gerit Papæ in causa illa sibi commissa, & ad ipsam spectantibus, & sibi rebelles potest punire, scilicet non obediendo in his quæ spectant ad causam, siue ad causæ cognitionem, siue impediat exequentes de mandato ipsius delegati iniuste & uiolenter, ut infra eo. cap. Ex litteris. Si uero diceret quis executionem non faciendam causam aliquam iustam prætendens, super hoc delegatus deberet eum audire & summatim examinare, & hoc infra annum, quia ultra ex quo diffinitiue pronūciandum est, non extenditur iurisdictio delegati, infra eo. c. quærenti. in cap. Ex parte secunda summatim habetur secūdum Io. An. quòd si primus impetrauit primam dignitatē in ecclesia uacaturam, secūdus impetrauit certam dignitatem ipsius ecclesiæ cum uacaret, & illa postmodum, uacat primo non secundo debetur. Vbi dicit Ioan. And. quod data literarum est inspicienda, non præsentatio secundum Hostiē. qui per hanc literam multum infringit opinionem contrariam. Idem Guil. Pe. & Abb. in c. Ex parte tua, summatim habetur secundum Io. An. quòd ubi uoluntas contraria papæ non apparet, delegatus iuris formam seruare debet & rationabiles exceptiones admittere. in c. Quoniam summatim habetur secundum Io. An. quod cum delegatio facta dignitati, puta episcopo abbati & huiusmodi, non expræsso nomine personæ, ipsa transit ad successorem, eo scilicet mortuo uel amoto. in c. super eo. tit. summatim habetur secundum Ioan. An. quòd si quæstionem de iure præsentandi papa delegat appellatione remota, delegatus pronunciare potest sed non instituere. Quod si facere uellet is, ad quem spectat institutio licite appellaret. Vbi dicit Hostien. quod si sunt uiri ecclesiastici inter quos uertitur quęstio, diffiniri debet infra sex menses, sed si sunt laici infra quatuor alias episcopus ordinabit ecclesiam, ut extra de iure patrona. cap. Eam te. Et interim fructus ecclesiæ facit custodiri, de offic. ordi. Cum uos, quod intelligendum ut ibi dicitur. Et si delegatus mandet ei ad quem spectat institutio, quòd præsentatum admittat & ipsæ uoluerit obedire, putat Host. quòd nisi ostendat rationabiliter causam delegatus id poterit exequi infra eo. c. prudētiā. Quod si prætendit causam quam delegatus non puta rationabilem si uoluerit & delegatus nihilominus exequetur, & terminus appellationis declarabit, quis ex is rationabilius mouea tur, ut de appel. c. Vt debitis secundum Host. Talis autem præsentatus non est examinandus uel approbandus per delegatum scilicet per ordinarium. Tamen si quid fuerit dubij decidet delegatus quasi non sit fruitus officio suo donec ecclesia fuerit ordinata, extra de cle. non resident. c. Relatum. Quod si delegatum procedat ad ordinationem ecclesiæ & ordinarius non appellat, si hoc sciuit sibi imputetur quod non contradixit, secundū Inno. & Host. in c. cām matrimonij, eo. tit. summatim habetur £m Io. An. q. si simplr est delegata duobus aliqua causa unius sententia non tenet. Et ibi dicitur secundum Specu. & Guil. quod de consuetudine curiæ solum episcopis cōmittuntur cause matrimoniales, papa tamen ad hoc non astringitur quin possit & alijs committere, quod & aliquando fecit. in capitu. causam, quæ summatim dicitur secūdum Ioann. And. quod delegatus qui est dominus impetrantis recusari potest. i. ut suspectus. Vbi glo. ponit sex casus recusandi iudicem. Ibi enim dicit glo. quod argumentum euidens est, quod rationabilis est causa suspitionis si iudex est dominus aduersarij. & 11. q. 3. Quatuor. Et idem esset si iudex esset impetrantis uasallus. 22. q. 5. de forma. Idem si esset cōsanguineus, uel aduocatus extiterit in eadem causa pro ipso, ut de app. c. postremo. Idem uidetur si haberet cōsimilem causam, ut extra de iudi. capitu. causam. De causa tamen suspitionis tractabitur ibi. Suspitionis. De recusatione huiusmodi dicitur lib. 6. eod. titu. capitu. iudex. Iudex ab apostolica sede datus quamuis legitime ualeat recusari ut suspectus, pōt licite uices suas cōmittere antequā contra ipsum recusatio proponatur, & si in totum cōmiserit recusari ulterius, aut facta per eum commissio impugnari nequibit. Quod posset si sibi de iurisdictione aliquid reseruasset, post recusationem quoque propositam committere, nisi de recusatoris procedat assensu non potest. Sed eo uolente hoc potest, etiam si recusatio ipsa sit iam probata, dummodo pronunciatum non fuit super ea. Ex tunc enim cum iudex esse desierit, nulla etiam cum illius assensu potest fieri commissio per eundem glos. ibi. Cum autem sibi aliquid reseruādo de iurisdictione remaneat ad huc iudex de suspitione subdelegati hēt

cognoscere,

cognoscere, & potest ad se reuocare iurisdictionem. Vnde adhuc potest recusari, & commissio impugnari. ¶ In c. Cum te. eo. tit. summatim habetur secundum Io. An. quod si delegatus papæ committit causam, non in totum de subdelegato appellatur ad eum non ad papam. Vbi dicit idem Io. An. quod idem est quando delegatus sibi reseruat executionem sententiæ tantum, quia tunc si post sententiam appelletur ad eum appellabitur eo. tit. c. Si delegatus lib. 6. Fallit etiam hæc decretalis in casibus. eo. tit. Si is cui, & c. Si ab subdelegato. lib. 6. Dicit etiam idem Io. An. quòd si vnicus est delegatus potest pluribus causam delegare. Item si sunt plures delegati, possunt etiam delegare pluribus quã sint ipsi. Si vero vnus solus ex pluribus sociis nõ subdelegantibus, subdelegat ipsç pluribus, videtur quod valeat, quia non videtur prohibitum secundum Innoc. & Hostien. Et quamuis deceat & expediat quod vni soli committat propter absurditates quæ inde sequerentur, si vellent contraria non tamen necessarium. In c Gratum. eo. tit. summatim habetur secundum Ioan. An. quod si delegatus citauit ante mortem delegantis, perpetuata est eius iurisdictio. In c. prudentiam eo. tit. summatim habetur secundum Io. An. quod si causa committitur tribus delegatis cum clausula, quòd si non omnes possunt vel nolunt priusquam appareat de impotentia vel de voluntate tertii, duo procedere non possunt, & nil agunt si procedãt. Idem in duobus datis cum clausula quod si ambo &c. Secundo ibi continetur quod si reus coram delegato citatus obiicit excommunicationem actoriquam non probat infra debitum tempus, delegatus absoluet actorem, si vero probat si excommunicatus est actor propter causam sibi commissam, idem erit. Sed si propter aliam nec est de casibus reseruatis Papæ ad eum ad quem spectat illum remittet. Qui si non vult absoluere delegatus absoluet. Et absolutus super eo de quo erat excõicatus, eorã excõicatore parebit. Qui si malitiã adhiberet delegatus de causa cognoscet. Dicit aũt ibi Host. q licèt glo. & alii cõiter dicant, q nuncius in huiusmodi debet esse certç & probatæ fidei, tñ nil obest, ét si nuncius sit infamis dũmodo sit canonice destinatus. Itẽ si scribat duob. cũ clausula vos, vel alter vestrum, an vnus altero irrequisito procedere possit, hoc est expeditũ eod. titu. Cum plures. lib. 6. ibi vide, & in gl. 2. Hic ponit Ioan. And. in nouella quã plures, quæstio. circa materiam excommunicationis partium litigantium coram delegato, ibi potes videre. Et multa alia ponit circa materiam huius. In c. cum causa eod. titul. summatim habetur secundum Ioann. And. quod si causa simpliciter delegatur tribus, duo sine subdelegatione tertii procedere non possunt, quod si facerent ab eis poterit appellari. ¶ In capi. Consuluit, eo. titu. habetur summatim secundum Ioann. An. quod si iurisdictio delegati expirat peremptorio, quod partibus assignauit post congruam horam peremptorii non expectabit contumacem. Si vero, non expirat potest expectare & iterum citare si vult. Vbi notat Ioann. And. quod vocatis partibus a iudice die statuto, pars præsens licèt aduersarius sit absens, actor vel reus sine licentia iudicis non debet recedere, vt de iudi. capitu. 1. & 11. quęstio. 3. Certum. Et hoc non ratione pœnæ, quia nullam incurrit ex quo pars altera non venit, sed ratione expensarum quas tunc petere poterit, si licentiam iudicis expectabit. Quod si citatus non venit ad diem assignatam, sed nec is qui eum citari fecit præsens fuit, fiet compensatio hinc inde, ita quod neutra partium est puniẽda. ff. de arbi. l. antepe. Item si dies feriata occurrat in die assignat, vel alia causa euidens subsit, per quam appareat quod si citatus præsens esset procedere non tenetur, vtique in tali casu debet præses subuenire, ex quo actoris nõ interest citatum venisse. Itẽ si iudex abest die assignata a loco in quo partes citatæ sunt, & præsentes, ex æquitate debent expectare vsque ad sequentem diem, arti. hoc & nisi aliud mandauerit iudex libere possunt recedere, sic si iudex mortuus esset nec tenetur eum alibi quærere. 2. q. 6. §. Biduum, secundum Inno. Item si iudex infirmetur in eodem loco, non debent partes sine licentia recedere, possunt tamen instare vt procedatur, vel quod alius terminus assignetur. Et si non posset in his intendere, possunt partes sine licentia recedere, & aliam citationem expectare. ff. de arbi. l. Arbiter secundum Innocen. Quod si iurisdictio expiret in peremptorio citationis, si pars non venerit hora congrua licèt postea venerit, condemnabitur in expensis secundum Hostien. f. quia textus dicit poteris, ex tunc exequi. Vbi Ioann. dicit poteris, & debebis. Iudex enim propter cuius negligentiam petiit instantia, tenetur parti læsæ Cod. de iudica. l. Sancimus. Vincent. Sed Hostien. dicit poteris, scilicet si volueris, dicitur etiam in tex. Nos eam horam procedendi congruam intelligimus, ex qua possit

de hora iudicij.

fit

sit ante noctis tenebras perfici quod incūbit. Vbi etiam declaratur q̄ more Romano dies a mediate noctis incipiat & in medio noctis desinat subsequentis, & ibi dicit quædā glo. extraordinaria, quod si iudex processit in iudicio in tenebris ad lumen candelæ, vel tulit sententiam quamuis fieri non debuit, tamen credit quod valet processus, dummodo aliud non impediat, & præcipue si iudex sit honestus, nec hoc in text. dicitur quod si processum fuerit de nocte nō valeat. Multa enim fieri non debet quæ tamen facta tenet. Alii forte contra. Dicit etiam ibi glo. ordinaria q̄d quantum ad contractus fieri possunt qualibet hora, & vsq, ad mediam noctem notarius ascribet contractum diei præcedenti, post mediam noctem ascribet diei sequenti, secundū Ioan. And. in noue lla. Sed in officiis videtur dies incipere in vesperis, dicit Hosti. hic q̄d quicquid dicatur de cōsuetudine, iudices sedent die noctuque, & in vtroque foro. Et subdit q̄ quia de nocte consueuerunt homines, exire loca publica, præsumeretur quod iudex solus esset, & per consequens occulte faceret quod publice fieri debet. Qui ēt subdit quod pro maiori parte in curiis principium iceſſat hæc causa, quia faciunt tenebras lucem, & sēper est ei multitudo, & sic cessante dicta causa cessare posset prohibitio, de ap. c. Cū cessante. In nocte tñ dicit q̄ non credit sententiam diffinitiuam vel interlocutoriam de nocte latam tenere nec litis contestationem, sed secūdum eum bñ potuerūt testes recipi & allegationes audiri. Et quod dicitur in auhen. de iudi. q̄ vespere iudicabunt intelligi ipsæ supræma hora ante tenebras, vt hoc. Subdit autem Ioan. An. quod sibi placet dictum Hosti. quod est præmissum.

c. Ad Apostolicā de regularibus.

§. 2.

¶ Delegati iurisdictio expirat decem modis, vt notat glos. super cap. Ex literis. Primo finitur mortuo illo delegato iudice cui proprio nomine scribitur eo. ti. cap. Quoniam Abbas, & a contrario sensu. Secundo per mortē ei⁹ contra quem litteræ impetrantur, re integra existente, vt de rescrip. c. Significauit. Tertio reuocato mandato. ff. de iudic. l. iudiciū. Quarto soluitur per secundas literas quæ de primis faciunt mentionem expressam, extra de reſcri. c. causam. Quinto si iudex remittat causam superiori, vt de offic. dele. ca. Licet. Sexto elapso termino cōmissionis, vt eo. ti. c. causis. Septimo si re integra moriatur delegans, vt eo. ti. ca. Gratum. Octauo per legitimam recusationem, vt de ap. capitul. Cum speciali. Nono per legitimam appellationem, vt de ac. ca. Vt debitus & per delationem appellationis. Decimo & ultimo quando per delegatum est data sententia & executioni mandata, vt in isto. c. In literis. Vbi dicitur q̄ ex quo iudex delegatus per se vel per alium sententiam executioni mandauit vel mandari præcepit eius auctoritas & iurisdictio cessat, quia semel est functus officio suo. Super verbo functus est officio. Dicit Ioan. An. in nouella, q̄d hoc habet locum siue iudex sit delegatus siue ordinarius, si sententia ideo sit iniqua, quia contra ius litigatoris est lata. Si enim non est appellatum transit in rem iudicatam, vt desenten. & re iudica. ca. Cum inter vos. Si vero appellatum est ad iudicem appellationis spectat sententiam affirmare, vel infirmare, de reſcrip. c. Dilectus. 2. Et hoc nisi tacite vel ex præsse renunciatum sit appellationi, in quo casu rata manet sententia ac si non esset appellatum saluo eo quod dicitur de sen. excō. capitu. Venerabilibus lib. 6. ¶ Si vero sententia sit nulla ipso iure distinguitur inter iudicem delegatum & iudicem ordinarium. Nā ordinarius iterum a capite ipsam causam incipiet audire. C. quomodo & quando iudex l. si præses. Delegatus vero quia functus est officio suo licet male nō se intromittet amplius. ff. de arbi. l. Qualem. Erit ergo ad eum qui ipsum delegatum dedit recurrendum. C. quomodo & quando iudex. l. Si vt proponis. Et hæc vera in sententiis, secus in præceptis vel aliis factis quæ præcedunt sententiam vel sine sententia emittuntur. Nam illa possunt iterari si non habent effectum. vt eo. ti. Significasti, & de præben. c. Relatum. In ca. insinuante eodem titu. summatim continetur, quod ex noua causa superueniente remouetur delegatus, & alius subrogatur, etiam post litem contestatam, puta si peteret pars a delegante allegando consanguinitatem vel nimiam familiaritatem. Vnde dicit hic glos. quod familiaritas repellit iudicem sicut & testem. Modica tamen familiaritas non nocet. ff. de verbo. signi. l. Lare. Hoc tamen aduertas q̄d minor causa repellit iudicem, quam testem, quia quælibet consanguinitas repellit iudicem, sed non testem. de appel. ca. Postræmo. Innoc. hic distinguit inter potestatiuam familiaritatem & extraneam eorum scilicet qui non sunt in potestate. Non ergo sufficit excipere iudicem familiarem, vel quod sit nimis propicius, nisi & causa proponatur vt lite. nō conte. capitu. Accidens, alias quilibet posset recusare cum quilibet sit naturaliter obligatus alteri.

Decem modi quibus delegare iurisdictio cessat.

¶ De-

¶Delegato a papa vsq; ad integrum annum sententiam suam potest exequi, vt summatim dr in c. Quærenti. eo. tit. fm Ioan. And. Vbi dicit idem Ioan. de subdelegato delegati qui aliquid sibi remittit dicit posse q; vsque ad annum ad delegatum recurretur, etiam si reseruauit excommunicationem, tantum puta, reseruata nobis excommunicationis sententia super excussione talis negocii, vobis committimus vices nostras. ar. hic. Si vero nil sibi retinuit forte vsq; ad quadrimestre tempus, tamen durabit hæc potestas in subdelegato quasi virtus clausulæ appellatione remota per subdelegatum fuerit exinanita. Et sic saluum remanet solum ius commune quadrimestris temporis a contrario litteræ huius dum dicit vobis. Et sic non transit priuilegium in tertium sicut nec excommunicatio, nec delegatus delegati principis est suus delegatus. Erit autem annus istæ integer & continuus 365. dierum. ff. de verb. sig. l. Anniculus 2. Ponit autem glo. ordinaria varium terminum seruandum temporis ad executionem sententiæ. Aliud in actionibus personalibus, aliud in realibus, aliud in criminalibus ibi, vide. Ordinarius autem non præfigitur tps ad exequendum sententias, quia illorum iurisdictio est perpetua, vnde semper absoluunt, & exequentur sententias, immo & sententias melius reformare possunt, de accu. c. qualiter & quando, & hoc nisi sint suspensi, vel excommunicati.

§.4. ¶Delegatus papæ si subdelegat non in totum, pars a subdelegato non poterit appellare, propter hoc solum quòd datus est sine suo consensu. Et si eo casu subdelegatus alias legitime recusatur. Delegatus causam diffiniet. Et si iustam recusationis causam delegatus noluerit admittere, ab eo poterit appellari. Sic summat Io. And. in nouel. c. super quæstionum eo. tit. Host. autem magis specificat casum c. huius in glo. sua dicens. Causa quædam fuit commissa cuidam cum clausula appellatione remota, subdelegata autem fuit ab eo quibusdam sine consensu alterius partis retinuit tamen sibi subdelegans diffinitiuam sententiam, pars illa quę non consenserat venit coram delegato, & allegans q; subdelegati erant suspecti aliam recusationis causam non proponens appellauit ad papam, quia subdelegati non erant dati de ipsius consensu. Super quo casu formantur iste tres quæstiones. Primo quæritur, vtrum per appellationem impediatur huiusmodi processus? Et spondetur quod non. Secundo si forte recusatur iuste, an delegatus possit nihilominus causam diffinire? Et respondetur quod sic. Tertio si iustam recusationis causam nolit delegatus admittere, vtrum ob hoc possit ab eo appellari? Et respondetur quòd sic. Super quo casu sic deciso videbantur duæ decretales contrariæ sibi quas soluit & determinat. Vt enim dicit Host. illa duo sunt necessaria scilicet q; fiat commissio a delegante subdelegato non in totum & per delegatum datum per istam Innocentianam cum clausula appel. re. Et in his duobus suppletur constitutio Alexandrina, quæ habetur supra. c. Cum te consulente per istam Inno. ¶Vbi sciendum vt dicit quędam glo. quod illa clausulæ quæ ponitur communiter in litteris apostolicis, alicuius commissionis scilicet appel. re. ante sententiam nihil operatur, sed post latam sententiam a delegato multum operatur. Nam si non poneretur ista clausula & appelletur a sententia, si non deferatur appellationi sed executioni mandetur per iudicem absq; causæ cognitione retractabitur, siue iusta fuerit siue iniusta sententia, quia appellatione pendente nihil est innouandum 2. q. 6. §. appellatione. Sed si posita sit illa clausula, poterunt iudices post appellationem sententiam suam executioni mandare quorum executio non reuocabitur absq; causæ cognitione, tunc enim appellatio est remota, quoad iudices non quoad partes, executio tamen suspendi debet quo vsq; cognitum sit de causa appellationis, vt si iniusta inueniatur irritetur, si iusta confirmetur. In glo. etiam dicitur, quod si subdelegatus eligitur a delegante de consensu partium postea non poterit recusari, poterit tamen ab eo appellari. Et hoc est argumentum quod assessor quia participatione habet causæ de consensu partium est eligendus 11. q. 1. c. 3. Sed si partes non conuenirent eligat iudex non suspectum, & illum suscipiant partes etiam inuitæ. Nota etiam quòd in textu huius c. dicit Innocen. vt iudicialis auctoritas liberius valeat exerceri delegatus a nobis licite potest & principium & medium & finem causæ sibi commissæ non solum coniunctim, sed & diuisim alij delegare. Et vt dicit glo. hoc secundum canones. Nam secundum leges iudex facit coram se litem contestari, q; est principium causæ, & per se fert sententiã, quod est finis causæ. Media vero committere potest consiliarijs suis, semel tamen etiam audit negocium in medio causæ, & dicuntur media causæ vt exceptiones examinande, testes recipiendi, allegationes audiendæ. Sed

secun-

secundum canones media potest committere cuicunq; , & principium & finem . Et sequitur in textu . Cum autem alicui media tantum committuntur ab ipso tanquam ab auditore prouocati non poterit , nisi mandati fines excedat, vel merito sit suspectus. Vnde ne valeat recusari prouide statuimus , vt de partium detur vel recipiatur assensu . Vbi dicit Innoc. Quartus q̃ non appellatur ab auditoribus datis ad media , nisi modum excedant. Secus in auditoribus datis ad litem cõtestandam, vel ad maiora , dicuntur autem dati ad media modum excedere , non solum si fines mandati non seruant , sed etiam si iniuriam faciunt, vel alias grauant. Nam quandocunq; grauat licet appellare, & non aliter . Et Host. dicit quòd grauare non potest simplex auditor nisi cum modum excedit cum sit quasi pica, si procedit non proprio sed committentis motu . Et si commissionis forma fuit iniusta,non ab ipso: sed a committente debuit appellare . Et decretalis . Vt debitus,non in auditore sed in iudice loquitur. Dicit etiam glo sa ista est differẽtia inter iudicem ordinarium & delegatum,quia ordinarius etiam si totam causam alteri committat potest eam ad se reuocare quamcunq; . Sed delegatus si totam causam alteri committit seu subdelegat, q̃ potest , sicut & partem eius cum nil sibi retineat , non potest eam ad se reuocare . Nec ad eam delegantem,sed ad Papam appellatur,vt dicitur in tex. Mouet hic Ioan. And. in nouella sex quæstiones circa subdelegatos, quando plures sunt simul dati iudices delegati , vide ibi . Sed si delegatus alteri non subdelegat causam ex toto sed in parte puta si omnia cõmittit ei vsq; ad diffinitionem sententiæ exclusiue , tunc non ad papam sed ad delegantẽ a partibus appellabitur cum fuerit appellandum . Dicit etiam glo. ibi quod si delegatus committit alicui partem causę potest reuocare cum vult.Sed si totam,si subdelegatus eam suscepit , non potest reuocare seu resumere. Sed si non suscipit tunc potest resumere . Potest etiam inuitis partibus delegatus causam subdelegare , quia nemini facit iniuriam qui vtitur iure suo , extra de electione & ele.pote. c.Cum ecclesia vulterana . Dicit etiam Host. quòd examinationem testium subdelegatus vel delegatus ordinarii alteri committere nõ potest,vt de appel.c.Causam que.Dicit etiam Petrus , quod si testes non sunt in loco iudicij , subdelegatus potest rogare iudicem sub quo degunt vt recipiat testes , vt de fide instrum.c. Iudices. Et ille eos recipiet,non auctoritate sed iure communi . Sicut ordinarius rogat ordinarium cum non possit imperare, & archiepiscopus delegati subdito suffraganei quem nõ cogit . Dicit etiam quod si papa notet quod delegatus possit quemcunq; compellere vt testes recipiat , & sic seruatur, putat tamen quod id de iure non possit sed tantum rogare. No. quòd lib.6. eod.tit. dicitur sic in tex. cap.si duo . Si duo ex tribus a sede apostolica delegatis,duobus aliis non in totum subdelegauerunt vices suas ipsiq; subdelegati eum subdelegato tertio in causa processerit delegata,si appelletur ab ipsis, non ad condelegatos:sed ad primum delegantem tantummodo appellari debebit. Vbi dicit Ioan. And. in glo. quòd hæc decretalis ædita est ad declarationem eorum quæ notauerunt Inno. & Host.super isto c. Super quæstionum . Hic etiam notat Archi. quòd si duo sunt delegati, & vnus committit seu subdelegat totum, alter principium , si fuerit appellandum appellabitur ad papam . Et dicit Ioan. And. in gl. quòd idem si ex duobus tantum delegatis vnus subdelegauerit , sed non ex toto idem dicendum. In c.Pastoralis.eod. tit.sic in textu dicit Innoc.3.Cum delegato a principe iurisdictio dandi iudicem sit a lege concessa dummodo ipsæ exonerare seipsum malicioſe non quærat potest compellere renitentem eo q̃ iurisdictio illa nullius videatur esse momenti si coertionem aliquam non habent, debet tamen delegatus sollicite prouidere, vt si superioribus personis existente necessitate negocium duxerit delectandum in coactionibus inferendis dignitati deferat & personæ. Et infra,in 4.§. dicti c. Quia sæpe contingit quòd executio sententiæ ordinario demandetur, cũ ordinarius teneatur obsequi delegato si non cognitio sed tantum executio sententiæ demandetur , & si sciat illam iniustam nihilominus tenetur eam exequi , nisi apud eum possit efficere , vt ab hoc onere ipsum absoluat . Super verbo malicioſe dicit Io. And. in nouella quod vbi constat de malitia licèt posset committere , non tamen posset compellere secundum Inno. secundum quem si eo casu vellet compellere posset ab eo appellare. Dicit tamen Vincen. quòd si propter hoc excommunicat delegatus , tenet excommunicatio, licèt malefaciat, grauatus enim poterat appellare . Sed quando dicetur malitia in delegato circa huiusmodi . Dicunt ad hoc Pet. & Abb. quando sine causa subdelegat ; sed hoc non placet . Innoc. & Hostien. Alii dicunt quod subdelegat minus petito & collegenon

Differentia q̃dã inter delegatũ & ordinarium.

ge non sunt periti, vel subdelegat his qui non audent facere processum. Hæc non placent Hostien. Nam & minus perito subdelegare potest, dum tamen perito. Exponit ergo Hostien. malitiose, id est, in fauorem vnius partis, & lęsionem alterius, vt de rescrip. cap. Ad hæc, quod hodie facere non posset sine pœna cap. Cum æterni, de sen. & re iudi. lib. 6. Et hæc vera vbi constat quòd aliàs dolus non præsumitur secundum glo. quia de quolibet præsumendum est bonum nisi contrarium appareat, vt de scrutinio. cap. 1. Et si quis dicat hoc factum in fraudem, hoc debet probare. ff. de proba. l. quotiens. Super verbo compellere dicit Host. non tamen collegam suum, quia par in parem non habet imperium, vt de elec. cap. Innotuit, glo. ibi. Et sic patet qui aliquis compellendus est inuitus suscipere iudicium, etiam homo alterius fori nisi aduocatus qui non potest cogi alicubi quàm in suo foro recipere iudicium, & hoc in delegato a principe. Nam ordinarius non potest cogere hominem alterius fori, vt de offi. ordi. c. Pastoralis. Sed nemo potest cogi vt arbitrium recipiat. ff. de arbi. l. 3. sed post quam reperit debet compelli, vt, le. ea super verbo necessitate. Ioan. And. de mente iuris forte non licet aliter subdelegare secundum Hostien. fatetur tamen quòd communis & celebris opinio habet contrarium, secundum quam subaudi maxime. Dicitur etiam in tex. quod delegatus talis potest cuilibet mandare citationem & punire super hoc contemptorem. Vbi dicit Abbas quod causa dubitationis potuit esse quia non videbatur ante citationem perpetua iurisdictio. Super verbo cuilibet dicit Host. tertio vt college, & expedit interdictum hoc fieri. Vbi etiam quærit vtrum delegatus legati possit citationem delegare, & dicitur quòd sic. Dicitur etiam summarie in tex. q̃ si Papa commisit scienter appellatione interposita a sententia iudicum datorum cum clausula ap. re. suspensa est interim quoad executionem proximorum iurisdictio. Vbi dicit Ioan. And. quod quantumcunq; appelletur a diffinitiua & certum sit appellationem tenere, vel saltem dubium est de iure vel de facto an teneat, semper debet supersedere executioni Et sic potest intelligi illud 2. quæst. 6. Decreto. Vbi dicitur q̃ iudices qui non deferunt appellationi puniuntur. Sed vbi certum est quod appellatio est nulla vel iniusta, semper potest executioni mandare, vt quia notorium est crimen de quo quis est condemnatus, vel ipsum in iure confessus vel talis est qui appellare non potest vt insignis latro vt seditiosus, vt quia appellatur sine causa vbi causa est exprimenda, puta ne hæres in possessionem mittatur & huiusmodi. Nec obstat si dicas q̃ iudex appellationis habet cognoscere ipsæ vtrum appellatio fit recipienda, vel non, & non is a quo appellatum est, quia hoc est verum in dubio secus autem est in præmissis casibus in quibus notorium iuris est appellationem non tenere, vnde non est ad iudicem vel ad aliam indaginem recurrendum. In omnibus his casibus potest intelligi quòd iudex a quo appellatum est potest sententiam suam sine pœna executioni mandare, quod non posset si appellatio remota non esset. Vel melius dicas, quòd sufficit de appellatione interposita mentionem facere fieri, & super ipsas litteras concedere. Nam postquam literæ fuerint prę sentatæ iudici, etiam si notorium sit appellationem non tenere, iudex tamen a quo appellatum est non procedit secundum Innocen. cuius est tota ista glosa. Veruntamen secundum Host. quoad effectum semper requiritur q̃ ex certa scientia committatur, alioquin op poni poterit de veritate suppręssa vel falsitate suggesta.

Par in parē nō hēt imperium.

Friuolæ appellationi nō esse defe rēdum.

¶ De executore super verbo executioni mandare in §. Quia vero, qui tex. habetur, supra in principio. §. distinguit gl. inter merum executorem & executorem mixtum. Et dicit q̃ executio mera est cum partibus prę sentibus cognitum est de causa ab aliquo hic addit Ioan. And. in nouella, de altera partium contumaciter absente, seruato tamen in omnibus iudiciario ordine secundum Host. & ille mandet alteri q̃ sententiam suam exequatur, talis executor non debet audire exceptiones, & de tali executione loquitur hic decretalis de sen. & re iudi. c. De cætero, & expone cum dicitur si sciat illam iniustam esse. i. contra ius litigatoris latam, quia super hoc nullam habet cognitionem. Secus si sciret illam esse nullam, vt quia latam auctoritate falsarum literarum. Vnde iudex non habuit iurisdictionē vel per falsa instrumenta, vel per dolum aduersarii si ista obiiciantur coram executore debet supersederi executio dummodo ista nō malitiose & calumniose proponantur, & tunc referatur negocium superiori, vt de sen. & re iudi. De cętero. Sed si executor esset ordinarius deputatus executionibus causarū debet admittere tales exceptiones. Ideo autem dixi calumniose, quia si hoc esset nō debet differri executio. Mixta vero dī executio q̃ habet co-

§. 5. Executio mera.

Mixta executio.

gnitionem admixtam, vt cum papa mandet alicui restitui rem suam vel mandat alicui dari beneficium coram tali executore admittuntur legitime exceptiones quantumcq; absolute scribat, vt eo. tit. c. Ex parte. Et nota quod a mero executore non appellatur, vt de re iudi. c. Quod ad consultationem, nisi excedat modum executionis. Ab executore aũt mixto bene appellatur, si non admittat legitimam exceptionem vel aliam partem grauauerit, vt de ap. c. Vt debitus, hoc in glo. Super hac materia de executore addit Ioan. And. ad dictam gl. quãdam distinctionem. Host. super c. quod ad consultationem, de iudicibus dicens, quod aliud est iudex, aliud executor. Et executorum alius mixtus, alius conseruatorius, alius potest dici referendarius ad aliquem scilicet articulum audiendum vel expediendum sine alicuius iurisdictionis commissione datus. Alius nunciator siue executor simplex & nudus. Alius executor sententiæ latę merus & purus. Et de his omnibs ante legitimas exceptiones coram se propositas teneantur admittere, & si non admittant vtrum ab eis possit appellari. Dicit autem quòd si sit iudex debet illas admittere & in illis interloqui, & si non admiserit poterit appellari, & hoc planum est, vt de appel. c. Cum causam. Idem per omnia si sit mixtus executor quãtuncunq; sibi absolute scribatur, vt de officio deleg. c. Ex parte. Si vero sit conseruatorius & sciat vel credat notorium excessum, nullam exceptionem admittit nisi forte excommunicationem. ar. 11. q. 3. Cum excommunicato, & de excep. c. Pia. lib. 6. Vel nisi dicat delinquens q; hoc licite fecit defendendo se & sua, in casu licito & sibi a iure concesso, vel a priuilegio. Nam ex quo coram tali aliquid proponitur quod expediri non potest sine contentiosa iuris indagine omnino debet abstinere & admittere omnem legitimam exceptionem, aliàs iuste appellatur ab ipso. Si vero sit referendarius procedat in articulo sibi commisso. Et si qua interponuntur audiat, non tamen interloquatur, sed dubia referat, aliàs si opponuntur talia quæ impediunt processum articuli sibi commissi posset appellari si procederet, & hoc ideo, quia modum excederet. Item talis recusari potest propter suspitionem nisi datus de voluntate & consensu partium. Si vero sit executor simplex & merus, puta ad aliquem citandum vel pignorandum vel suspendendum missus, talis nec exceptionem admittit, nec aliquid oppositum examinat, sed est sicut pica 23. q. 5. c. Miles. Et talibus omnino parendum est non contumaciter resistendum, quod intellige quando constat de eorum mandato, & quia ab illo qui dare potuit, aliàs potest ei resisti. Si vero sit merus & purus executor sententiæ latæ, talis non potest recusari, & a tali vt dicit glo. non potest appellari. Dicit etiam glo. quod cum executor agnoscit sententiam sibi commissam exequi esse iniustam, cum non habeat ipsæ de hoc cognoscere habet obedire. Si tamen habet in hoc conscientiam læsam, tunc secundum Hug. causam poterit alteri delegare, & hoc si ipsæ esset iudex, quod si non potest quia ipsę est subdelegatus a delegato, pronunciet sententiam secundum allegata & probata in nomine domini, vel remittat ad superiorem si potest, vel si est merus executor exequatur & deponat conscientiam in contrarium. Quod si deponere non potest conscientiam talem quauis erroneam nullo modo debet iudicare contra conscientiam vel executioni eam mandare si executor est sed appellet secundum Host.

Executorũ differẽtia.

¶ De executore vel iudice delegato in sexto eod. titu. hoc ponitur. Cum plures sub ilia forma vt omnes vel duo vel vnus mandatum apostolicum exequatur, seu alia consimilia. Iudices vel executores a sede apostolica deputati contigerit, quilibet iniunctum potest libere adimplere mandatum. Porro vno eorum negocium inchoante comissum alii nequibunt se vlterius intromittere de eodem, nisi vel infirmitate vel alia iusta causa illum contigerit impediri. Iurisdictione vero perpetuata etiam mandatore viuente per vnum eo casu quo potest ex iudicibus delegatis perpetuata, intelligitur quoad omnes. Vbi dicit glo. Forma ista bene est aduertenda. Aliud enim est cum scribitur cum clausula, quod si non omnes vel si ambo, quia tunc iurisdictio datur conditionaliter, tunc igitur vnus vel duo poterunt vti iurisdictione conditionaliter cum constiterit de conditione vel impedimento tertii vel collegæ nec aliter valet quod agitur vt in cap. Prudentiam. eod. titu. hic vero in hoc c. iurisdictio datur alienatiue. Vnde quilibet est iudex insolidum vigore alternationis, vt de eg. iu. in alternatiuis, cum suis concor. li. sexto. Si super gratia cui quam ab apostolica sede facta, executores fuerint deputati æquum esse censemus, vt sicut ipsa gratia licèt nondũ sit in eius executione processum morte non patiatur concedentis sic etiam nec re integra primatur executoribus data potestas, quam ueluti gratæ præ-

dictæ

dictæ accessorium naturam sequi congruit principalis.

§.7 ¶Subdelegatus a delegato papæ iurisdictionem habente coercere potest. Hoc summatim habetur extra eod.tit.c.Ex literis secundum Io.An.Et ista coercio intelligitur, quia potest excommunicare,interdicere,& huiusmodi,secundum Innoc.Vnde & Hostien. dicit,quod subdelegatus delegati & merus executor coercionem recipit contra opponentes se sibi,& iniuriantes illos quos mittit p exequendo,quem etiam quoad denunciationis actum potest alteri delegare. Dicit etiam ibi Innoc.quod quando agitur de reuocatione iudicum in literis illis solum experssa,sed ex præsumptione fieri debet mentio, & ratio est, quia cum reuocatio literarum domini papæ sit odiosa & contra ius ibi rationabiliter appellatur semper præsumendum est Papam circunuentum,& quod literas non concessisset si tenor ipsarum literarum & processus p eos habitus expræssus fuisset,vt eod.tit.c. Ex parte.Secundum Host. melior eorum ratio reddi potest,quia videlicet videtur fieri contumelia iudici cum reuocatur vt.ff. de iudi.l. obseruandum,non tamen ipsa reuocatio est contra ius cum fieri possit.Expræsissima ergo mentio requiritur in secundis literis de prioribus cum reuocantur. Vbi vero scilicet super principali quæstione primæ literæ impetrantur licet in eis aliqua falsitas exprimatur,vel veritas taceatur nihil ominus valent & iudex procedit, & si non secundum formã saltem secundum ius. Et sic non requiritur tanta expressio quanta in superiori. Et ratio est, quia iudicium redditur non inuitum ff. de verb.obli.l.inter stipulantem , & hæc habent locum in literis vbi iurisdictio committitur. Si enim essent executorię vel gratiosæ siue etiam ad aliis negociis, tunc oportet qđ de multis aliis faciat mentionem puta de omnibus omissis,quibus non essent sub tali forma literæ impetratæ vt de rescrip.c. constitutus. Si vero super appellatione literę impetrantur , & ante sententiam fuerit appellatũ sufficit quod de causa appellationis fiat mentio.Sed post sententiam de sola appellatione arg. de ap.c.Cordi.lib.6.

§.8. ¶Delegati iurisdictio re integra morte delegantis expirat,sic summat Io. And. in c. Licet eod.tit.Vbi dicit Host. quod dicitur res integra quãdo delegatus non cæpit vti iurisdictione.Intelligitur autem cæpisse vti si vices suas commisit alicui, vt hic patet etiam si principium solum committatur,supra eo. c.super quęstionum. Vel si mandet alicui q̃ citet partes,& multo fortius si ipsemet citet, vt eod. tit.Gratum . Vel si recipiat testes in periculo constitutos. Multo magis si excommunicet contradictores vel rebelles. eod.tit. c.1.Sed & iurisdictione vtitur si diẽ assignet partibus,de dila.c.fi. vel si forte offerri libellum vel aliquem alium actum iudicialem exerceat, & si partes non citauerit . Idem etiam dicit quod si delegatus mandato recepto, volens & intendens iurisdictionẽ suam perpetuare tanquam iudex vocet tabellionẽ & testes dicens. Ego vocaui vos tanquam delegatus a papa,a quo recæpi litteras hunc tenorem continentes. Pius episcopus &c. Et faciat totum legi. Et per consequens patet qđ iurisdictionem habeo. Volens igitur iurisdictionem mihi in hac parte commissam perpetuare,& casibus qui accidere possunt variis, occurrere,quantum mihi possibile est & debeo auctoritate mihi commissam pręcipio tibi tabellioni tali quod has litteras in publicam formam redigas. Et instrumento publico hos testes quos propter hoc vocaui apponas.Si sic fecerit forsitan iurisdictio sua pertalem actum dicetur perpetuata, ei sic vt incipit iurisdictione , quia talis actus iudicialis est. Et per mortem delegantis non expirabit iurisdictio, alias sic. Consuluit tamen qđ quantum citius potest sine mora citet partes.ar.extra eo.quod legitur, de sen . excom. cap. Ea noscimur. Et magis erit securum & clarum.

§.9. ¶Delegatus quis non creditur nisi delegationem probet, vnde non tenetur ei quis obedire seu exequi qnod mãdaret ante ipsam probationem,summarie dicitur in c. Cum in iure.eod.tit.vbi dicit Hostien. quod quamuis præsumatur quis bonus vt de scru.c.1.& sic non sit præsumendum quod non mentiatur,& sic credendum vim ei mandati,& si præsumitur bonus non præsumitur iudex nisi ostendatur.In hoc enim non sufficit præsumptio, sed probatio. vt dicit glo. Caneat quicunque impetrat a principe causam committi,vel delegari alicui vt si sententia fuerit data pro eo a delegato, bene custodiat, commissionem sicut ipsam sententiam . Lapsu enim temporis si conueniretur & ostenderet seutentiam sine commissione non ualeret ei nisi probaretur de commissione.Sententiæ vero ordinarii semper statur, & pro ea præsumitur, quia constat de iurisdictione, vt de sen.& re iudi.c.Sicut. Si tamen publicum fuisset in iudicio rescriptum, vide-

tur quod sufficiat, vt de testi. c. Significauit licèt si ar. contra de sen. & re iudi. c. Cum inter. Sed videtur quod hodie sufficiat solus tabellio ad imponendum finem sententiæ vt extra de proba. c. Quoniam. Sed vt nulla sit dubietas, ita debet fieri quod auctoritate iudicis rescriptum papę solenniter in publicã formam redactũ inseratur in ipsa iudicis auctoritate, in præsentia partium & alia instrumenta procuratoria, quia idem iuris est de illis, vt si offenderetur sententia lata in persona procuratoris vel sindici non constaret de mandato procuratoris, sententia non valeret nec staretur ei si negarent illum fuisse procuratorem. Sed postquam in ipsa sententia inseratur huiusmodi instrumenta & rescripta iudicis auctoritate stabitur postea sententiæ, etiam si originalia non appareat. C. de testa. l. Publicati. Idem caueatin sententia excommunicationis ille si absolutus est custodiat instrumentum siue literas absolutionis ¦per quas tutus exiſtat si ei obiiceretur excommunicatio, alias posset sibi periculum generari. Per procuratorem non habent em ad hoc mãdatum non prorogaretur de re ad rem iurisdictio delegati. ¶ Item excommunicatio post appellationem legitimam latè non tenet Hęc in summa habentur in c. Cum olim, eo. titu. secundum Io. And. vbi dicit glo. quod si procurator excedit fines mandati sciente domino, nisi statim contradicat ei præiudicat. arg. dist. 54. Si seruus. Si autem ignorante eo excedat non ei præiudicat. Similiter & iudex si excedat fines mandati partibus non cõtradicentibus eis præiudicat. C. communia vtriusque. Quia acta clausa seu sigillata relationis delegatorum aperuit ipsorum violando sigilla, contra illa acta non debet audiri hoc habetur in summa in c. Dum olim, 2. eod. tit. vbi ponitur casus de quodam qui deferens literas relatorias gestorum per delegatum in causa sua suspicans ne portaret literas Vriæ ideſt contra se, & iniustæ aperuit eas, vnde & non auditur cum fecerit iniuriã delegato & deleganti. Vbi glo. ponit historiam de Vria Ethęo, quę habetur 2. regum 11. c. Et subdit glo. quod istæ fuit stultus qđ recæpit tales literas deferendas, si haberet eas suspectas. Primo quia debebat videre diligenter, & si quid esset in eis iniquum debuit contradicere relationi iudicum si contra veritatem referebant iudices debent ostendere partibus relationem quam faciunt superiori 2. q. 6. §. Biduum, alias posset appellare vt ibi. Et quoties iudex relaturum se pollicetur, illi coacta litigatoribus ostendere tenetur, vt de appel. c. intimasti. Dicit etiam glo. quod talis tanquam falsarius puniendus est. Et ob hoc solum priuari debet beneficio, vt de rescrip. c. Olim Innoc. tamen dicit quod minus peccauit quam falsarius, vnde & minus debent puniri scilicet pœna arbitraria secundum Pe. Delegatus subdelegatum college impediti, vnde & excusantis se non posse interesse cum alio in causæ discussione, si in rescripto est clausula quod si ambo non possunt interesse vnus adimpleat commissionem. Vbi Io. And. in nouella, sic ait, exponens glo. si clausula ꝙ ambo &c. est in litteris apostolicis. Aut alter est perpetuo impeditus, & tunc condelegatus non tenetur subdelegatum impediti admittere. Aut temporaliter est impeditus, & tunc sic impedimentum est ineuitabile, idem est dicendum. Si euitabile, collega tenetur subdelegatum impediti admittere, si subdelegatus iurisdictionem habebat. Sed satis mihi placet tũc opi. Host. de ap. re. Et si dices, quia si est impedimentum temporale euitabile, aut clausula præelegit personam, & tunc præelectus, non tenetur subdelegatum collegæ, admittere. Sed non sic econuerso, aut clausula nullum præelegit, & tunc in rescripto aut est clausula ap. re & tunc non tenetur admittere, aut non est, & tunc tenet admittere. ¶ Delegatus canonicus in causa canonici §. 10. poterit recusari. Itẽ delegatus si vocet seu citet reum ad iudicium ad locum vbi secure non potest accedere, potest recusari. Summarie hoc habetur in c. Cum te. eod. tit. vbi dicit Host. quod etiam cum litteris de conductu non tenetur accedere ad locum vbi habet inimicitias. Et non solum propter proprias, inimicitias, sed etiam propter communes vt ciuitatis vel loci, secundum Pet. Hic etiam dicit glo. quod canonicus non potest esse iudex concanonici sui proter familiaritatem quæ etiam veritatem impediri solet. 3. q. 5. Accusatores. Testis tamen potest esse canonicus pro concanonico suo, cum etiam frater, pro fratre possit testificare, cum ædictum de testibus sit prohibitorium. ff. de testi. l. 1. Facilius enim habentur iudices quam testes, vnde & faciliter repellitur iudex quam testis. Iudex enim recusatur pro modica causa, vt si aduersarius est oriundus de terra illius scilicet iudicis, vt de appel. c. ex insinuatione. Item si iudex est suffraganeus. Item consanguinitas vt de appel. cap. postremo. Sed in teste secus. Item iudex recusatur vel alius ei adiungitur si habet consimilem causam.

Excommunicationem post legitimã appellationẽ non tenere.

Familiaritatem posse impedire veritatẽ.

causam sicut etiam testis repellitur si habet consimilem causam. Sed si daretur iudex canonicus contra alium canonicum non poterit recusari, quia par affectionis non omnem suspitionem tollit. ff. de ritu nupt. l. Non solum. Dicunt etiam Pet. & Abb. quod scholaris recusari potest si detur iudex causa scholaris in domo socij allegat eod. tit. cap. Insinuante. Societate autem dissoluta dicunt secus, nisi nimia affectio ex præcedenti societate remansisset. De magistro dicit etiam ℣ recusatur in causa scholaris sui, nisi alter esset eius scholaris secundum Guil. in capit. contingat eod. tit. continetur quod delegatus cui mandatur quòd absoluat illum qui se dicit excõmunicatum iniuste antequàm partium probationes recipiat, si vero demandatur ei ℣ denunciet sententiam esse nullam, prius super eo partium probationes recipiat. Vbi dicit glo. ℣ non debet admitti quis ad probandum id quo probato non prodest. C. de proba. l. Ad probationem. Et post multa dicit in fine, hoc verum nisi iudex cum sub illa protestatione ad probandum admittat vt si de iure debeant valere ℣ valeant aliàs non. Item dicit ibi glo. quòd duplici ex causa post absolutionem ab excommunicatione audiuntur probationes super hoc scilicet vtrum iste fuerit excommunicatus quia si probabit ℣ iniuste fuerit excommunicatus non iniungetur ei aliquid per iuramentum. Et ideo præceptum differtur quousq; constet in iniuste fuit excommunicatus. Et tunc præcipiet ei per iuramentum quòd satisfaciat pro eo pro quo fuit excommunicatus. Item si probaret quod admonitione non præmissa fuisset excommunicatus excommunicator esset per mensem suspensus ab ingressu ecclesiæ. Item si probatur ℣ iniuste excommunicatus, excommunicator tenebitur ei ad interesse, & tanto tempore abstinebit quanto visum fuerit superiori 11. quæstio. 1. Nemo. Sed sententia probabitur fuisse iusta excommunicatus tenebitur excommunicatori ad interesse, & hoc nisi vtrunq; probabilis error excuset. Addit hic Ioan. And. quinque quæstiones circa materiam talis excommunicationis, & soluit, vnde in nouella, in dicto cap. ¶ Nota ℣ lib. 6. eod. tit. dicitur de reuocando subdelegato. Quamuis vices tuas in causa tibi ab apostolica sede delegata in totum commisisse noscaris, si tamen antequàm ille iurisdictione vsus fuerit commissio huiusmodi per te reuocetur ab ipso vel eum eximi rebus contingat humanis, causam ipsam resumere poteris, cum iurisdictio ex quo ipsa vsus non fuerit, non censeatur in eum efficaciter transiuisse. Et c. sequenti quod incipit. Si delegatus. Dicitur quod si delegatus commiserit vices suas vel subdelegauerit quod idẽ est quotiens abesset, vel donec reuocet commissionem, per quam etiam intelligitur commissa sententiæ prolatio mortuo ipso delegante, si res non est integra, sed subdelegatus cœpit vti sua iurisdictione, si dicta commissio non fuerit reuocata per delegantem, per mortem ipsius non expiret. Dicitur etiam quod a subdelegato ad delegantem qui scilicet aliquid iuris reseruauit appellandum est, cum appellatur etiam post sententiam. Cum delegatus etiam episcopi recusatur recusationis causa coram episcopo est probanda. Item si officialis eiusdem recusetur, licèt ad ipsum ab eo dẽ officiali nequeat appellari. eod. tit. c. Si contra vnum lib. 6. Item in c. Venerabili. eo. tit. summarie dicitur quod si subdelegatus delegati papæ simpliciter datus cœpit vti iurisdictione delegatus illum reuocare non potest. Sed si subdelegatus ipsæ contra formam apostolici rescripti procedit nullus est processus. Vbi dicit Ioan. And. in nouella post glo. ℣ qui est suspectus de dilapidatione suæ ecclesiæ, non debet per hoc moueri ab administratione, sed dari debet ei coadiutor. Ex quo autem probata fuerit dilapidatio, locus erit dispositioni, vt de symo. ca. Licet Pet. & Abb. dicunt ℣ qñ prælatus est suspectus de dilapidatione præterita tm̃, tunc datur coadiutor tãtum & inquiritur de veritate, de quasi constabit deponetur. Quandoq; est suspectus de dilapidatione futura propter præteritam de qua constat & tunc remouetur secundum glo. & sine accusatore si euidentissimis argumentis liqueat eum suspectum. Et ad hoc quælibet persona ecclesiastica est admittẽda scilicet ad accusandum, vt de re. ecc. non alie. cap. Si quis presbyterorum. Dicit etiam Innoc. ℣ sicut omnis alienatio interdicitur tali coadiutori ita & visitatori, vel commendatori, nisi rerum scilicet quæ seruando seruari non possunt de elec. c. Is cui lib. 6.

Eorum quæ nó prosunt admitti non dẽt ꝓbatio.

¶ Delegatus qui pronunciauit se iurisdictionem non habere, etiam de consensu partium causam non reassumit, summarie hoc dicitur in cap. Significantibus eodem titulo vbi fit mentio de quadam vidua nobili quæ sub prætextu paupertatis impetrauit per rescriptum a papa, iudicem delegatum personam ecclesiasticam in causa sua vt vitaret iudicium seculare. Vnde Ioan. And. in nouella, §. 11.

Laici potẽtes recurrere

ad iudicē eccle siasticū.

ponit genera personarū etiam laicarum que possunt recurrere ad iudicium ecclesiasticū. Et primo quidem de pauperibus dicit q; indistincte possunt conquęri ecclesiæ, non solum de oppręssionibus, sed etiam de alijs iuribus 24.quæst.3. Si quis de porentibus, vt de ver. sig.cap.Super quibusdam. Idem intelligas de peregrinis omnibus qui sunt de foro ecclesiæ, quoad res quas portant, & contractos initos in ipsa peregrinatione 24.q.3. Si quis romipetas,& c.sequenti. Idem in mercatoribus si in theloneis grauentur, vt in prædictis c.24.q.3. Idem de manumissis ab ecclesia vel ei commendatis. Et de his qui ad ecclesiam confugiunt 87. distin. Eos,& c.sequenti,& C. de his qui ad eccl.com.l.fi. Idem de pœnitentibus scilicet solemniter 11.q.1. Illud. Idem de officialibus ecclesiæ, libertis, rusticis,vxoribus,filijs,& seruientibus ad muni.l. Assumptio. C.de episc. & cle.l.1.& dist.89. Iudicatum. Idem in senibus & omnibus libertis 87.dist.c.1. Idem in cæcis, membris mutilatis,leprosis, furiosis, captiuis, debilibus, diuturno morbo fatigatis 7.q.1. Cum percussio, & de censibus.c. Licet.C. de episco. audi. Supradictæ personę & similes funt de foro ecclesiæ, adeo q; si grauentur a suis iudicibus possunt ad iudicem ecclesiasticum appellare, & ipsum per simplicem querelam adire, vt 87.dist. Libertos,& cap.Irreligiosum. Sed q; dicunt de appellatione scilicet a seculari ad ecclesiasticum possunt appellare falsum est, immo potius ad iudicem suum secularem, & superiorem,gradatim appellatio facienda est, vt patet 2.q.6. Anteriorum. Hoc tamen speciale in istis personis miserabilibus,quia quāuis ecclesia etiam non miserabilibus personis reddat omnibus iustitiam propter negligentiam secularium iudicum ,tamen semper requiritur primo iudex secularis de fo.compe. cap.Licet. Miserabilium autem personarum querimoniam simplicem quandoq; audit irrequisitis etiam dominis eorundem,ne nimis fatigentur pro iustitia omittenda distinct.87. per totum. Alij dicunt q; nunquam ecclesia habet se intromittere de his nisi in defectum iudicis secularis secundum Innocen. & Host. remittit de hac materia, vt plene no de fo. compe.cap. Cum si generale. Cruce signati omnino defenduntur ab ecclesia secundum Innoc. Hoc notandum q; personæ miserabiles facilius sunt exaudiendæ quam aliæ personæ & rescriptum cōtra ipsas non valet, nisi faciat de ipsis expræssam mentionem. Hoc autem regulare est secundum leges quòd in defectum iudicis secularis, siue quia non habetur, siue quia recusatur, siue quia iustitiam facere negligit,siue quia notorium subditum lædit, nedum papæ, sed etiam episcopi est iudicare, & ne melius reformare, vt in authen. vt diffe.iudi.1.rubrica, & hinc est q; papa vacante Imperio vices Imperatoris gerit, vt de fo. compe. Licet Host.

¶Delegatus cum vt suspectus ab aliqua partium litigantium recusatur, eliguntur arbitri ad cognoscēdum de causa suspitionis vtrū sit rationabilis, quod sic declarat Grego 6. eod. titu. di. Suspitionis causa contra iudicem assignata non ipsæ qui forsitan prouocatus obesset, sed arbitri potius coram quibus est probatio facienda & ad quos omnia quæ ad huncarticulum faciunt pertinere noscuntur, possunt ad hoc terminum assignare, ab ipso quoq; iudice cui sicut iurisdictio, sic & cætera sine quibus explicari non potest intelliguntur esse commissa. Idem vt conueniant si discordes fuerint in vnam sententiam, vel tertium cōcorditer aduocetur, cum quo duo vel alter eorum id faciat sunt cogendi, ne huius occasione principale negociū plus debito prorogetur. Hæc in textu. Glo.super verbo causa, quæ debet esse rationabilis scilicet necessaria, vel probabilis ad recusandum,talis scilicet quæ esset probata deberet legitima reputari, vt de appel. Cum speciali. Super verbo iudicem glo. intelligit ordinarium vel delegatum. Super verbo forsan. glo. quia non debet iudex moueri quæ non facit ei iniuriam, cum vtatur iure suo, ut de elect. Cum ecclesia. Et hoc est ei concessum a iure vt hic. Sed refert se ad id quod contingere solet. Licèt enim non deberet moueri tamen indignantur tales pro maiori parte. Et ideo quia forsitan est prouocatus contra illum, non debet terminum ad hoc cognoscendum assignare, ne sibi obesset in arctando ipsum. Et licèt sit prouocatus, non tamen potuerunt ipsi declinare quasi offensum, cum habeant cessante probatione suspitionis redire ad eum quem recusauerant. Super verbo non ipsæ. Ioan. And. scilicet iudex recusans alias tamen bene cognoscit iudex an sua sit iurisdictio.ff.de iudi.l.Si quis, quia tunc non sic afficitur persona sicut cum recusatur. Super verbo arbitri. Hi secundum Egidium non debent esse laici. Glo. super verbo ad quos omnia.Sicut iudici omnia intelliguntur commissa quæ ad causam pertinent ipsam, sic & his arbitris vnde ipsi habent iurisdictionem & coertionem, & possunt compellere testes, §.12.

ſtes, & impedientes punire, vt pater hic expræſſe, & poteſt ab eis appellari. Sed ſi appellent, ad papam appellabitur. Quod ſi illi §.3. qui eliguntur arbitri a partibus nolunt ſuſcipere arbitrium, quamuis dicatur. ff. eo. l. 3. quod nemo cogitur ſuſcipere arbitrium, tamen ſecus eſt hæc. Nam tenentur hic accipere in virtute obedientiæ diſtricte & precepto domini papæ tenentur, & ſi huic præcepto nõ obediant, vt de ap. c. Cum ſpeciali. Si enim iudex ordinarius eſt qui recuſatur ipſæ compellit eos. Si delegatus illos compellat non obſtante quod recuſatus ſit, aliter iudicium non procederet. ¶ Item eſt hic aliud ſpeciale, quia conſenſus priuatorum facit eum iudicem qui nulli præeſt iuriſdictioni, nec iſti veri arbitri dominantur niſi pro tanto quia eliguntur vt arbitri, ſicut alii arbitri eligunt de conſenſu partium. Et hoc patet quod alii arbitri nullam coertionem habent, ſed tantum metu pœnæ ſententiç eorum ſtatur. C. de arbi. l. 1. vel per emologationem vel taciturnitatem decem dierum. C. de ar. l. Cum antea. Et iuriſdictio iſtorum quaſi ordinaria eſt per electionem. Gloſa ſuper verbo cogendi licèt iuriſdictio talis iudicis recuſati interim ſit ſuſpenſa, tamen ne culpa eorum contingat negocium prorogari permittitur tali iudici vt cogat illos ad concordandum & ſententiandum de cauſa ſuſpitionis. Quod ſi arbitri nõ conueniunt ſimul malitioſe vt negocium prorogetur. Idem credo quod iudex poſſit compellere eos vt procedant, aliter contineret iniquitatẽ iſta conſtitutio, quia daretur cauſa malitiis hominũ quibus eſt potius obuiandum, vt de reſcrip. c. Sedes. Super verbo omnia explicat per exempla Io. And. poſt Hoſt. Goff. vt locum teſtibus aſſignare eos compellere & punire, ſi in falſo deprehendat, diſcutere perſonas teſtium, admittere exceptiones in perſonas, & pronunciare veram vt falſam cauſam ſuſpitionis. deficientem in expenſis condemnare. Et diſt. Inno. & Guil. in Spec. q̃ ſi aliqua pars etiam excuſans ſit contumax in certo actu, vel articulo coram arbitris nõ comparens, non propter hoc delegatus reaſſumit iuriſdictionem, niſi totus labatur terminus per eum arbitris aſſignatus allegat. c. Cũ ſpeciali, de app. in lib. 6. eo tit. de arbitris hoc habetur. Ab arbitris qui ſecundum formam iuris vt de propoſita contra iudicem ſuſpitionis cauſa cognoſcant, vel qui cum de re uocatione ambigitur litterarũ iudicibus nequeuntibus in vnam ſententiam concordare ad concertationem huiuſmodi ſopiendã a partibus eligũt, & ſi ſe aggrauauerint, ad ſedem apoſtolicam eſt appellandum, vbi diſt. glo. ſuper verbo iudicem ſcilicet delegatum papæ. Et idem ſi recuſaretur ordinarius. Glo. ſuper verbo grauauerint ſine ſententia, puta quia inique pronunciant illum ſuſpectum qui ſuſpectus probatus non eſt, vel econuerſo vel ante ſententiam, puta minus breuem dilationem dando, de dila c. 1. quod eſt eorum officium. ¶ Nota etiam ibi glo. quod ab arbitris qui compromiſſarii vocantur, & voluntate adducuntur ab eis non appellatur, ſed ab arbitris qui de neceſſitate iuris habent aſſumi, de quibus loquitur iſtud. ca. ab his bene appellatur, vt patet hic. Et hac ratione, puto hanc decretalem locum habere in arbitris electis ad audiendum cauſam quam mouet epiſcopus contra ſubditum ſuum, cum etiam illo caſu de neceſſitate eligantur arbitri, vt vndecima quæſtione prima. Si clericus. Et de hoc de officio ordinarii. c. Irrefragabili.

Abarbitris appellat.

¶ Delegate iuriſdictio ad perſonas non comprehenſas in reſcripto, & de ipſorum conſenſu prorogari non poteſt, in ſumma dicitur in capitulo primo p Glo. eodem titulo. Quærit hic Hoſtien. An poſſit renunciari beneficio concilii generalis, de ſenten. excommu. Sacro ſcilicet quod nulla admonitione præmiſſa ad requiſitionem aduerſarii, ferantur tales ſententiæ & dicit quod non argumen de ſo. compe. Si diligenti. Concor. Innocentius plus etiam dicens ſcilicet excõmunicationem vel interdictum nunquam, poſſe venire in pactum vel conditionem vt ſine cauſæ cognitione & contumacia proferatur, bene poteſt ordinarius eccleſiaſticus, cuius iuriſdictio eſt debite prorogata has ſententias ferre. Et poſt multa circa hanc materiam ſcilicet an non ſoluens creditori intermino conuento cum eo, quod ſi non facit hoc, ſit excommunicatus, ſi non poteſt aliquo modo ſoluere an incidat, ſic concludit. Si quis ſibi vult caute prouidere debet ſibi cauere vt non ſolum fiat ſibi iuriſdictionis prorogatio, ſed ſtatim per iudicem conſentiente & inſtanter petente debitore feratur ſententia excommunicationis, niſi infra terminum ſatisfecerit vt promiſit, tunc enim nulla monitio eſt neceſſaria quia dies pro homine interpellat, vt de loca. capituli finali. Nec valebit appellatio ſi appellat interim, quia ex quo ſemel conſenſit in alterius præiudicium diſſentire non poteſt, vt de proba. c. Per tuas. Ponit etiã hic 31.§

Duplex prorogatio.

Quatuor sũt spẽs expressæ prorogationis.

Cui nõ licet subdelegare.

Io. And. in nouella allegando Hostien. multa genera prorogationũ, scilicet expræssam & tacitam. Expræssam diuidit in quatuor species scilicet de persona ad personam, de re ad rẽ, de loca ad locum, & de tempore ad tempus, ibi potes videre In capitul. cum vigessimum, hoc summarie habetur, eod. titu. Primo quod maior virgini annorum a quocunque potest dari delegatus. Secundo quod maior decem & octo annorum ei datur a quocunque delegatus, sed non nisi de consensu partium. Tertio quia princeps potest dare delegatum in quacunque ætate. Isi. capitu. sequenti sic habetur in textus. Vno delegato vel delegatorum vel arbitrorum sicut proponis rebus humanis exempto eorum officium expirat, nisi aliud fuerit in delegatione, vel compromisso, expræssum In capitu. Quoniam appellatio, eo. titu. summatim dicitur quod delegatus Papę subdelegare potest, licet datus sit ex officio, vel de partium consensu, vel cum clausula q̃ si non omnes tu cum altero, &c. Idem potest consentientibus partibus is cui committit negocium exequendum personaliter, præterq̃ in duobus casibus qui ponuntur in textu, vbi dicitur, præterquam si iquisitionem fieri vel ecclesijs de prælatis, aut aliis ministris prouideri mandemus, cum in his casibus industriã & fidem personæ cui talia committimus, eligere videamur. Vbi dicit Ioannes Andreas quòd hoc iniungitur expræsse vel tacite, scilicet cum non potest subdelegari. Expræsse vt de præscrip. capitu. Cum dilecta, de accusa. c. fi. Tacite cum de deprehendi potest ex mẽte rescripti, puta cum dicitur de industria tua & circumspectione confidentes plenius per apostolica rescripta &c. Alias si nec expræsse nec tacite hoc iniungitur, potestas subdelegãdi amittitur. Item vt ibi dicitur in text. Cui commissum fuerit prædicare crucem, excommunicare vel absoluere aliquos, dispensare, cum irregularibus, iniungere pœnitentias, nõ licet hoc alias de mandare ideſt subdelegare, quia non sibi iurisdictio sed certum ministerium potius committitur in hoc. Item in sexto eod. titul. sic habetur. Si contra vnum ex duobus iudicibus cum illa clausula, quod si ambo intereſſe non possunt, alter eorũ in causa procedat a sede apostolica delegatis suspitionis causa legitima proponantur, causa ipsa suspitionis coram non recusato cõiudice ad quẽ ex vi prædictæ clausulę debet ipsius causæ cognitio pertinere, probari & ab eo expediri debebit. Vbi vero non est dicta clausula in rescripto debet super hoc ad arbitros recursus haberi hoc ibi.

¶ De delegatione quæ fit per episcopos. Vbi sciendum quòd quæ dicta sunt, supra in isto, ca. de delegati officio communiter dicuntur de delegatio ne quæ fit Papam, quamuis aliqua etiam conueniant delegatis aliorum, episcoporum &. prælatorum. Vnde circa delegationem episcoporum secundum Rayn. & Guil. distinguendorum, quia quædam sunt, quæ pertinent ad. ordinem episcopalem, sicut confecratio, reconciliatio ecclesiarum, ordinatio & huiusmodi. Et ista potest episcopus delegare, non tamen nisi episcopis, vt de offic. ordi. c. Quod sede. Quędam alia sunt quæ pertinent ad iurisdictionem, sicut audientia causarum, & absolutio peccatorum. Et ista indubitanter delegare seu committere potest, vt de confe. eccle. vel alia, cap. Aqua. Ita tamẽ quod criminales causas clericorum cum agitur ad despositionem delegare non potest, nisi in causa, scilicet si inciperet abesse ecclesiæ suę necessitatem vel aliam magnam causam, & tunc committeret cognitione tantum. & nõ diffinitione Cod. de peda. iudi. l. 2 nisi si committeret diffinitionem totius causæ alii episcopo, quod facere potest, cum non ei sit inhibitum. Sunt quædam aliæ causæ quę licèt non sint criminales, tamen propter earum excellentiam non debet eas delegare nisi causa multum iusta & necessaria sit impeditus, vt causa matrimonialis, & similes extra de cõsang. & affin. c. Ex literis in fi. Non debet etiã delegare dispensandi potestatem cum irregularibus. Nec absoluendi eos qui manus violẽtas iniecerint in clericos, in casibus sibi a iure concesis, vt de pueris mulieribus, & huiusmodi. Et licèt ista de legare non debeat, potest tamen cum non sit prohibitum, immo de percutientibus clericos conceditur, de offic. ordi. Eis. Alias vero causas minore etiam spirituales, vt de decimis, iure patronatus, & similes potest delegare, non tamen laicis sed clericis tantum, extra de iudi. c. Decernimus. Pecuniarias vero causas potest, immo forte, indistincte debet delegare, nec in talibus occupari. arg. 11. q. 1. Te quidem. Potest autem episcopus delegare his qui sunt in alieno episcopatu, ea quæ pertinent ad iurisdictionem voluntariam, non tamen potest cogere eos ad suscipiendum, srd ea quæ pertinent ad iurisdictionem contentiosam, nõ potest illis delegare secundum Guil. Item sicut delegatus a Papa vel a Principe habet a lege quod põt alteri casum subdelegare, nisi in inquisitione vel prouisione ecclesiæ de prælatis seu aliis. §. 14.

lijs miniſtris quia his caſibus videtur electa induſtria, & fides perſonæ vt eod. ti. Quoniam ita delegatus ab epiſcopo vel alio, etſi non habet a lege poteſtatem ſubdelegandi, habere tamen poteſt ab homine, videlicet ſi delegatus, ipſæ dat ſibi illam auctoritatē ſub delegandi, ar. de procu. c. 1. & 2. Sic tenet Ioh. An. ſuper, c. Is cui eodem titu. libr. 6.

¶ *De conſeruatoribus.* *Cap.* 4.

DE conſeruatoribus quia tales reputantur iudices delegati a Papa, ideo de eis agitur, in ſexto de offi. deleg. in 1. 2. & vltimo ca. Nam ſecundum antiqua iura nil habebatur de illis. Et hic de eis breuiter tractabitur Inno. quartus. Statuimus vt conſeruatores, quos plerumque cōcedimus, a manifeſtis in iuriis & violētiis defendere poſsūt illos quos eis committimus defendendos, nec ad alia quæ iudicialem indaginem exigunt, ſuā poſſint extendere poteſtatem. Io. An. ibi in gloſ. ponit tria genera conſeruatorum. Nam aliquos dicit dari conſeruatores vt contra latrones vel prædones eos defendant. Alios dari vt defendant eos contra infringentes priuilegia ipſorum. Alii dantur vt defendant ab iniuriis & offenſis. Et in nullo dictorum caſuū habent iudicialem indaginem, vt hic. De manifeſtis ergo iniuriis ſolum habent cognoſcere. Et intellige manifeſta, ideſt notoria, & ita patientia quod nulla probabili tergiuerſatione celari poſſunt, vt de ver. ſigni. ca. Ex parte. Siquis autem, qui, ſcilicet iniuriatus eſt neget offenſam eſſe notoriam cum negatione videatur res fieri dubia, tunc bene recipiet probationes cōſeruator an factum illud ſit notorium vt ſic videat an ſua ſit iuriſdictio, vt de reſcrip. cap. Super litteris. Alias officium eorum eſſet inutile. Et ſi inuenit factum notorium procedat contra illos alias deſiſtet. Non enim habet poteſtatem defendendi iniuriam ſimpliciter, ſed qualificatam, ſcilicet notoriā, habet ergo conſeruator vocare reum, & ſi cōfiteatur factum bene quidem. Si negat ſuper notorio probationes recipiat. Si autem confiteatur factum, ſed dicit ſe ſuo iure feciſſe, dicunt quidam quod vltra ſe intromittere nō debet. Alii contradicunt aſſerentes quod probationes ſuper notoriam offenſa recipiet, ad hoc de elec. capit. Bone. Aliàs facile eſſet conſeruatorum officium deludere. Vnde ſi videatur conſeruatori probabilis negatio non procedat, aliàs puniat ſicut notorium. Et quia conſeruator non cognoſcit niſi de notoriis non poterit recuſari ſicut nec appellari poteſt in notoriis. Et dicit Bern. quod talis conſeruator poteſt inuocare auxilium brachii ſecularis, vt de offi. ordi. cap. 1. Glo. ſuper verbo offendere, hoc intelligi poteſt de commiſſa & committenda. Pone enim eos paratos ad exercitium & violentiam inferendam illis quorum eſt conſeruator prohibere poterit excommunicare & punire, vt de ſenten. excommu. capitu. Sacro. In commiſſa defendet per diſtrictionem eccleſiaſticam compelendo iniuriatores vt ſatisfaciant læſo & ſeculare brachium inuocando. Gloſſ. ſuper verbo indaginem, ideſt cauſæ cognitionem ſeu examinationem, quia dubia ſunt, & ſi de talibus ſe intromittat incurrit pęnam, de qua infra. §. 2. Dantur autem conſeruatores ſolum a Papa, & vt plurimum religioſis exemptis circa ſua priuilegia.

Triagña cōſeruatorum.

Conſeruatorū ptas.

¶ De conſeruatoribus quomodo debeant ſe modeſte habere erga epiſcopos in proceſſibus contra eos. Alexand. quarta ſic ait. Quia pontificali dignitate præditis, ob reuerentiam ſacri officii quod exercent plurimum deferri conuenit, & eos plus aliis honorari decet, vt cum a iudicibus vel conſeruatoribus a ſede apoſtolica deputatis, contra eos per coactiones aliquas ſiue pęnas fuerit procedendum, gradus & modeſtia in huiuſmodi conſeruetur proceſſu, ita quòd eis quadam condigna reuerentia ſupportatus ingreſſus primo ipſis eccleſiæ, vel ſacerdotale interdicatur miniſterium, ac deinde ab officio ſuſpendantur. Et ſubſequenter aggrauetur cenſura eccleſiaſtica, contra eos, niſi forte aliter fieri ſuaſerit nimia contumaciæ proteruitas ſiue culpa, de offi. delegat. capitu. ſecundo. Super vero aliter circa finem dicit gloſſ. vt, ſcilicet non ſupportentur tanta modeſtia, vt quia iniurias & contumelioſa verba profert in iudicem, vt de pœnis, capitulo. Dilectus. Sed quid ſi iud ex non ſeruata forma huius conſtitutionis ſtatim ſuſpendit epiſcopum, vel excommunicat, aut etiam ſuperiorem epiſcopo tenet ne ſententia? Dic quòd ſic, licèt reprehendendus eſt iudex qui hanc modeſtiam non ſeruauit. 11. q. 3. capitu. 1. Item ſecundum Innocem, ſi maleficium eſt notorium aliis, & non iudici, oportet quòd ſuper hoc quærat probationes & teſtes cogat 2. quæſtion. 2. in primis, & teſti. capitu. ſecundo. Et quia in notoriis aliquis ordo neceſſarius eſt, extra de iureiu. Ad noſtram. Similiter oportet quod procedat ad inquiſitionem, quando

§. 1. Conſeruatores ergaepiſcopos.

quando factum est notorium, & nescitur qs fecerit Item si reus qui fuerat condemnatus & excommunicatus infra annum appareat & dicat se velle satisfacere cognoscet conseruator de quantitate damni & huiusmodi.

§.11. ¶Quæ spectant ad officium conseruatorum, & qui possint esse conseruatores ponuntur, de of. dele. Hac constitutione, li. 6. Vbi dicit. Hac cõstitutione perpetuo valitura sancimus vt conseruatores qui aliquibus vt a manifestis iniuriis & violentiis tueantur eosdem plerunque a sede apostolica conceduntur de cætero deputari non possint, nisi episcopi vel eorum superiores aut abbates seu dignitates, vel personatus in cathedralibus vel collegiatis ecclesijs obtinentes. Nullusq; deputati sibi conseruatoris esse valeat conseruator. Nec aliquis regibus & reginis, qui sicut dignitatis altitudine præeminẽt, sic prærogatiua gratiæ cõuenit eos ante ferri, dũtaxat exceptis dein ceps conseruatorem habeat eum qui sub sua iurisdictione dominio vel districtu ecclesiastico vel temporali consistat. Conseruatores autem huiusmodi extra ciuitates seu dioceses in quibus fuerint deputati, vel alibi quam in ciuitatibus seu locis insignibus vbi possit copia haberi peritorum contra quoscunq; procedere, aut aliquos vltra unam dietam a fine diocesis eorundem trahere non præsumant. Vices quoq, suas citationibus & sententiarũ denunciationibus duntaxat exceptis, quas p alios valeant exercere nulli committere possint nisi hoc eis competierit ex beneficio litterarum, sed nec tunc nisi infra ciuitates seu dioceses in quibus deputati fuerunt, & personis tantum qui superius sunt expræsse, & infra. Officium autem quorumcunque conseruatorum ipso iure quo ad non cæpta negocia per obitum concedentis volumus expirare. Circa munera vero expensas assessores ac notarios & personas testimonii causa vocãdas, illa præcipimus obseruari in huiusmodi conseruatoribus per omnia quæ in delegatis iudicibus cõstitutio a nobis super hoc edita obseruanda decernit. Quicquid autem contra præmissa vel eorum aliquid attẽtari contigerit omnino decernimus irritum & inane. In ipso etiam. c. ponitur pæna conseruatoribus quidem vt si de aliis quam manifestis iniuriis & violentiis scienter se intromiserint, seu ad alia quę ad iudicialem indaginem exigũt suam extenderint potestatem, eo ipso per annum sint ab officio suspensi. Et vt dicit ibi gl. super verbo officio & beneficio, quod est eius sequela, vt. 32. di. Præter. Et idem est si hoc agerent ignorantia crassa vel affectata. Pars autem quæ hoc fieri procuraret sententiam excommunicationis incurrit. De qua infra in tit. de excom. Io. And. ibi in glo. ponit ex ipso tex. sex vel quinque differentias inter conseruatores & iudices alios delegatos. Quarum prima est, quod iudex delegatus potest esse canonicus ecclesiæ cathedralis, conseruator nõ. ¶Secũda est, quòd eius qui est mihi iudex delegatus saluo iure recusationis, possim ei esse delegatus iudex in alia causa. Sed in conseruatore secus etiam si non opponatur exceptio. ¶Tertia est, qa saluo iure recusationis, subditum mihi bene possum impetrare delegatum, sed non conseruatorem. ¶Quarta est quia delegatus a principe potest causam sibi commissam in totum vel in partem committere, vt de of. dele. c. Pastorale, sed non conseruator. Licet Guil. dixerit contrarium in spe. Sed non tenetur in hoc, cum textus istæ contradicac. ¶Quinta circa pœnam, quia dato qđ legatus se intromitteret de his quæ non sunt suæ iurisdictionis, non propterea habet locũ pœna in illum, quia nõ inuenitur expræssum. Sed conseruator incurrit pœnam, vt patet in textu. ¶Sexta potest poni, quia & si conseruator haberet ex priuilegio quod posset alteri delegare, non tamen hoc possit nisi personis, quæ haberent conditiones supradictas cõseruatorum. Sed delegatus potest subdelegare ei cui potuisset delegari. In omnibus aliis prædictis sex exceptis æquiparantur conseruatores aliis iudicibus delegatis, secundum Io. An. in gl. ¶Item nota quod cum plures conseruatores deputati pro vno prælato monasterio seu ecclesia quoad negocium cæptum post vnũ illorum conseruatorum perpetuatur iurisdictio in aliis cõseruatoribus, non obstãte morte concedẽtis. ¶Item licèt potestas executoris dati ad gratiam nõ pereat re integra mortuo papa, vt eo. ti. c. Si super gratia. tamen potestas conseruatoris priuilegiorum in quibus continentur gratiæ bene perit quo ad non cæpta morte cõcedẽtis, vt patet i textu Hæc Io. An. Quæ sunt intelligenda nisi in ipsa conceptione conseruatorum exprimeretur quod nõ obstante morte concedentis duraret ipsi conseruatores dati, q̃ credo cõmuniter hodie fieri.

Differẽtia conseruatoris & delegati. ti. 24.

¶*De ordinario & pertinentibus ab ipsorum officium. Cap. 5.*

Prælatus ecclesiæ.

DE officio ordinarii Alexãder tertius Florentino episcopo Cum ab ecclesiarum prælatis ecclesiastica sententia in malefactores aliquos promulgatur rata debet & firma

consistere

consistere, & vsq; ad satisfactionem dignissimam inuiolabiliter obseruari & c. de off. ordi. cap. Cum ab eccle. Dicit ibi glo. q̃ quilibet prælatus collegiatæ ecclesiæ licèt subsit episcopo, est tamen iudex ordinarius & habet iurisdictionem cognoscendi & excommunicandi, vt patet in hoc. c. & 25. q. 4. c. 1. & de iudi. cap. Decernimus. Et dico illum prælatum hoc posse facere & habere talem iurisdictionem qui electus est a collegio seu ab vniuersitate. Et idem intelligo si præficiatur vniuersitati vel collegio ab eo qui habet administrationem cum iurisdictione. Vnde & Abbas excommunicare potest, s. subditos, & habet iurisdictionem, vt de symo. Sicut. Et hoc nisi consuetudo contra tales esset in contrarium, non tamen possunt excommunicare cum illa solennitate qua episcopi. Et de hac intelligunt illud. c. Debent 11. q. 3. & 16. q. 2. Visis. Alij vero dicunt quòd prælati inferiores episcopis subditos eius excommunicare non possunt, nisi consuetudo quæ iurisdictionem dat sit in contrarium, scilicet quòd tales excommunicent. Exempti autem prelati precipue religiosorum, cum habeant iurisdictionem quasi episcopalem in subditos suos vtiq, ipsos excommunicare possunt. De hoc tamen, scilicet quis possit excommunicare habes diffuse in ti. 24. c. 75. Io. And. in nouel. sic summat. c. Si ordinarius subiectus episcopo in sibi subditum ferret iustam sententiam, episcopus illam seruari faciat, & eam sine satisfactione & illius conscientia non relaxet. Tamen vt dicit ibi glo. si secus faceret, scilicet absoluendo talem a iusta sententia, & contra voluntatem ordinarij ex quo superior eius est teneret absolutio, sed male faceret ille episcopus & conquæri posset, sicut fecit ille plebanus sancti Pancratij contra episcopum Florentinum in tali casu, vt habetur in dicto. c. & dicit glo. super verbo, in malefactores, quòd si sint malefactores ecclesiarum conuenire eos prelati possunt sub quo iudice maluerit, de fo. compe. capitu. Cum sit, & vtroq; gladio vti contra eos si spectat ad eos, vt de sen. excom. cap. Dilecto. li. 6. Super verbo obscurari dicit Ioan. And. quod placet Innocen. q̃ minores iudices ordinarij vel delegati a principe vel a quocunq, iudice alio, & etiam subdelegati possunt exequi sententias per iurisdictionem quam habent, scilicet excommunicandi, interdicendi, vel similia, arg. de offic. dele. c. Significasti. Quando vero sunt talia quòd non possunt facere iudices minores, vel subdelegati, sicut in corporalem possessionem mittere, tunc non ipsi sed alij exequuntur & sic loquitur. l. ff. de re iudi. l. a diuo. Et idem de maioribus iudicibus quãdo executio fienda est extra terminos suæ iurisdictionis. Super verbo, clericos vel laicos, Habet ergo plebanus nedum curam laicorum, sed etiam clericorum parrochiam suam inhabitantium. Hostien.

Abbas excõmunicat.

Alia opinio.

¶ De ordinario iudice quis sit, multa notat super dicto c. Cum ad ecclesiarum. Ioan. And. secundum Innoc. & Host. Dicit Innoc. quòd illi dicuntur ordinarii prælati vel rectores, & habere ordinariam iurisdictionem qui ab vniuersitate eliguntur in prælatos & superiorem confirmationem recipiunt, vt in autem, de defen. 101. §. interim, vnde & rector cuiuslibet vniuersitatis est ordinarius. Et qui eligitur ab his qui sunt alicuius professionis, negociationis, vel artis, sicut sunt pistores, cerdones, phisici, canonistæ, & similes, adeò quòd tam de publicis causis quàm de priuatis quas habent occasione societatis socii coguntur inter se respondere sub tali rectore nulla exceptione obstante. Actores tamen non coguntur eos conuenire sub eo, immo ipsos conuenire possunt corã iudice sub quo domicilium habent vt hæc omnia probantur. C. de iuri. om. iudi. l. fi. Inde est secundum Host. quòd scholares diuersos iudices habent, est tamen in optione eorum sub quę respondeant, vt de fo. compe. quòd clericis. Dicit etiam Innoc. q̃ corpora vel collegia alicuius artis societatis vel negociationis licita sunt & approbata à lege, vnde possunt habere in his quæ ad negociationem vel ad societatem pertinent arcam cõmunem & syndicum & iudicem sine tamen præiudicio domini fui si quem habẽt ar. C. de iur. om. iudi. l. fi. Et post multa subdit' dici posse forte non male non attendit in collegiis istorum pistorum, cerdonum & huiusmodi, quòd sint de vna prouincia vel de diuersis, vel quod omnes de vna ciuitate sint de vno collegio vel pluribus, sed tantum attenditur quod sint tres vel plures qui conueniant, vel vniuersitatem faciant pro iustitia cuiuslibet seruanda, & si in aliquo discordant standum est maiori parti, nisi minor pars rationabile quid prætendat. Hæc autem in ciuitatibus potissime quæ carent iudicibus secundum Innoc. locum habent in quibus quando reperitur alius, est ad episcopũ dyocesanum tanquàm ad ordinarium recurrẽdum, etiam in tpalibus, vt in autẽ. vt diffe. iudi. §. in ciuitatibus coll. 9. Vnde hæc iura collegiorum seu corporum vigent in ciuitatibus præcipue Lombardiæ, quæ & si dominũ habeant, ipsam tamen

§. 1. Qui sint ordinarii ad hoc infra. c. 6. in fi.

tamen dominum vt expediret reipublicę non recognoſcũt. Sic nec rex Franciæ, vel Boemię, vt in c. per venerabilem, qui ſi. ſint legi. Quicquid autem ſcribatur hoc putat Hoſtien. iuſtum eſſe quod ciuitates & alia loca quæ habent dominum ſpecialem, non debent dominium aliquod vel iuriſdictionem aliquam in ſui domini præiudicium vſurpare. Et ideo quamuis prædicta corpora ſiue collegia ſint approbata a iure, & iuſtum ſit quòd dominus eis ſua priuilegia ſeruet, ſi tamen incipiant ſuos terminos excedere, & iura ſuæ iuriſdictionis domini vſurpare, de iure ſunt per ipſum dominum coercendi & refrenãdi, ar. 11. q. 3. Priuilegium hoc enim expedit reipublicę vt ſit vnus dominus & nõ plures. Sed verum eſt quòd de facto aliquando ſimul congregati dicunt illud Sap. 2. Sit fortitudo noſtra lex iuſtitię, vnde & dominos cõculcant & hoc quãtum ad laicos, quantũ autem ad clericos pertinet, nullus etiam ex electione iuriſdictionẽ conſequitur niſi primo a ſuperiore confirmetur vel approbetur, vt patet in eo quod legitur de elec. c. Noſti. Exceptis quibuſdam caſibus, vt notatur, de appell. Quia nos. Ex quo autem approbatus vel confirmatus eſt canonice quis a ſuperiori ad beneficium cum cura de iure communi iuriſdictionem habet vt hic ſcilicet in cap. Cum ab eccleſiarum. Is autem qui curam non habet per conſequens nec iuriſdictionem ordinariam, cum priuatus ſit, niſi a principe ordinarius conſtituatur, vt de reſti. in inte. c. Cauſa. Vel niſi ſit officialis vel vicarius ordinarij, vt de of. vica. c. 1. vel niſi habeat ex conſuetudine, vt de offic. archi. c. fi. Quæ conſuetudo & priuato canonico in familia ſua iuriſdictionem dat ordinariam, quod dic vt notatur de fo. compe. cap. Cum contingat. Hoc tamen ſcias quòd mulier vel etiam laicus quantumcunq; religioſus non poteſt eccleſiaſticam cenſuram exercere vt extra de ma. & be. c. Delicta, ſecundum Hoſtien. Sed Innoc. aliter poſuit. Dicit eum quòd ad hoc quòd prẹlatus habeat iuriſdictionem ordinariam in clericos oportet quod vniuerſitas quę illum eligit ſit clericorum vel religioſorum, aliàs idem prælatus iuriſdictionem ab eccleſiaſtico prælato, & quòd electus ſit clericus vel religioſus cum alius nec dare nec recipere poſſunt ſpiritualem iuriſdictionem, ſcilicet excommunicandi, interdicendi & ſimilium. Item quòd eligatur in prælatum, nam ſi eligeretur ad aliquam dignitatem in eccleſia, ad primiceriatum, archipresbyteratum, cuſtodiam & huiuſmodi, nõ habet ordinariam, niſi conſuetudo tribuat eis quod poteſt de exceſ. præla. c. 2. Princeps autem eo ipſo quòd conſentit tacite vel expreſſe non errans in iure vel in facto quòd aliqui faciant collegium vt quia ſcribit ex certa ſcientia alicui vniuerſitati, vel ſyndicum eorum admittit, videtur concedere eis ius vniuerſitatis, quia vt ordinarium facit. Tacite etiam eo ipſo quòd dat ſiue committit alicui aliquam ciuitatem vel caſtrum vel uillam, vt ff. de offic. præſe. videtur, l. 1. Idem cum Papa dat delegationem in prouincia, de of. leg. c. 2. li. 6. vel dat archidiaconatum vel aliquid ſimile. Et idem intelligas ſi ab alio conferatur vel commitatur, quæ tamen habeat poteſtatem, ag. ff. de iudi. l. cum prætor. Et ſecundum Innoc. ex dicitur dare iuriſdictionem ordinariam, eo ipſo quòd aliquem ordinarium vocat. Sed a lege habet dominus iuriſdictionẽ ordinariam in vaſallos, & arbitri electi a ſubdito & epiſcopo ſuo in eoſdem 11. quæſt. 1. cap. Si clericus. Et conſilijs præſidentes, de iudi. cap. 1. Et prẹſidentes capitulis prouincialibus religioſorum, de ſta. mo. c. in ſingulis, & de maio. & obedien. 1. Cum olim.

Lex dr dare iuriſdictio nem.

¶ Ordinarij per maxime dicuntur epiſcopi, & hi debent punire crimina & inuocare cum expedit brachium ſeculare. Vnde ex ſynodo Ioan. Papæ dicitur. Habeant epiſcopi ſingularium vrbium in ſuis dyoceſibus liberam poteſtatem adulteria & ſcelera inquirere, vlciſci & iudicare ſecundum quòd canones cenſent abſq; impedimento alicuius, & cum opus fuerit publicum, conuocent auxilium, non ad præiudicandum ſed potius ad ea quæ ſunt Deo placita proſequendum, de of. ordi. c. 1. vbi dicit glo. ſuper verbo inquirere, tunc ſcilicet quãdo frequens & clamoſa fama eſt contra ſubditum quæ obtinet vices accuſatoris, vt de accu. c. Qualiter & quando. Super verbo iudicare glo. vndecunq; ſi ille. Præſes enim prouinciæ debet purgare prouinciam malis hominibus, nec diſtinguit vndecumq; ſit. ff. de offi. ereſi. prouin. præſes. 6. queſt. 3. placuit. Super verbo canones dicit glo. quod canones dicuntur vt epiſcopi cauſas ſynodales ad epiſcopum deferant 35. quæſt. 6. In ſynodo. In ſynodo enim quam annuatim debet facere epiſcopus cum clero dyoceſis ſuæ debet conſtituere aliquos in diuerſis parrochijs in ciuitate, & extra, viros timoratos clericos, & etiam ſeculares poteſt conſtituere qui dicuntur teſtes ſynodales. Et hi debent referre epiſcopo in ſynodo vel dietim quæ ſciunt emergere in dyoceſi indigentia correctione uel

prouiſio-

prouisione. Dicit autem ibi glo. q̃ ad episcopos pertinet inquirere de huiusmodi criminibus ecclesiasticis, de adulterijs, de consang. & affi. 6 & vxo. vt 35. quæst. 6. episcopus in Synodo. Item de hæresi, de hære. cap. excommunicamus. De crimine vsurarum, simonia, sacrilegio & similibus quæ proprie spectant ad iudicem ecclesiasticum. Et per episcopos debent puniri & de quocunq; mortali peccato, vt de iud. cap. Nouit. Item ex eo quòd dicit punire secundum quòd canones censent est argu. quòd iudex debet iudicare secundum allegata & secundum canones & leges, & non secundum conscientiam. Inducit ad hoc. c. Summopere 11. q. 3. & 3. q. 7. iudicet, & alia iura. Ponit circa hoc duplicem opinionem. Aliqui dicunt cum iudex habet ante se causam quam secundum conscientiam suam nouit iniustam, sed secũdum allegationes & probationes sufficienter appareat iusta, non debet iudicare seu dare sententiam sed alteri delegare. Alii dicunt & melius quòd iudicare habet non secundum conscientiam, quia hoc esset vt priuata persona, sed secundum allegata & probata iudicare habet vt publica persona. Si autem conscientiam deponere non potest quamuis deberet deponere, nullo modo contra scientiam debet iudicare. De hac tamen materia diffusius, supra, ti. eo. c. 2. cum glosa super verbo ad præiudicandum id est quia per hoc non acquirit iudex secularis inuocatus ius aliqd in præiudicium ecclesiæ, vt scilicet in posterum possit talia sua auctoritate attentare, nisi de mandato ecclesiæ. Innocen. autem aliter exponit illud ad præiudicandum idest quia si non esset iudex secularis inique agi auxilium denegabit 11. quæst. 3. Qui resistit, nec est contra quod supra dictum est, de offi. dele. cap. Pastoralis, quia ibi loquitur de subditis qui debent exequi sententias maiorũ suorum etiam iniustas, hic autem loquitur de potestatibus secularibus quæ non sunt subditæ sed pares, dist. 96. Cum ad verum. Idem est in aliis episcopis, vt si vnus episcopus ferat sententiam iniustam, alius episcopus nõ exequetur si nouit iustam, quia in bonis tantum debet auxilium impendere, distin. 10. cap. penu. Et intelligit hoc Innocen. quando sine iudicio petit iudex ecclesiasticus regem vel alium rectorem aliquem lædi & iniuste. Nam si in iudicio condemnatum petat castigari per regem debet hoc facere, & esset excommunicandus si hoc non faceret. 33. quæst. 5. Administratores. Nec eius est inquirere an sententia eius sit iusta necne. Dicit etiam Innoc. quòd si quis clericus vel laicus non paret sententiæ sui iudicis quem fatetur vel notorium est esse suum iudicem, nec coram superiori appellationem vel supplicationem prosequitur secundum eum, nec aliquid rationabile prætendit secundũ Host. ecclesiasticus iudex poterit censuram suam exercere contra talem. Si vero sit exemptus non valet quod fit à prælatis contra eum, qđ dic vt de priuile. cap. lib. 6. Illud autem certum est quod etiam si sit rex vel etiam imperator, semper post monitionem canonicam excommunicabitur ab ordinatiis pro notoriis excessibus, nisi pareat, de iudi. cap. nouit, nisi sit nimis seuerus vel iniuriosus. Tunc enim Papa Vicarius summi regis cognoscet etiam de non notoriis per modum accusationis vel denunciationis secũdum Innocen. Hostiensis allegat de iudicibus. cap. nouit, glo. super illud publicum conuocet auxilium alter alteri, ideſt, iudex ecclesiasticus seculari iudici, & econuerso. Hæc est differentia, quia iudex secularis potest cogi per ecclesiasticum ad præstandum sibi auxilium, sed non econtra, eod. tit. Ad reprimendum & melius, de iudi. cap. Qualiter. Nec mirum secundum eum cum secularis sit inferior eo. Est etiam secunda differentia, quia secularis non habet examinare processum ecclesiastici. Ecclesiasticus vero nunquam ad petitionem secularis excommunicabitur, nisi ex causa rationabili & seruata forma canonica, cui nec per pactum potest renunciari. Vnde si excommunicandus aliquid voluerit obiicere audietur 11. quæstione prima. Nemo. Et faciunt hæc ad quæstionem Iohannis de monte Murio, de episcopo. Qui cum excommunicasset prælatum diocesis suæ, quia non recipiebat eum visitantem, qui tamen quia prius appellauerat, dicens se exemptum, & in possessione libertatis, & nunquam fuisse visitatum excommunicationem contemnebat, propter quod episcopus inuocabat contra eum brachium seculare, prælatus ille dicit brachium non esse præbendum. Quæritur quid iuris. Multa inducit pro episcopo & contra episcopum. Demum soluendo dicit q̃ episcopus in tali casu non potest inuocare brachium seculare, nec compellere potest ad hoc iudicem, secularem, nec compulsus tenetur obedire, dicens contraria iura loqui quando iudex ecclesiasticus procedit seruato iuris ordine contra illos qui de facto non de iure sunt rebelles.

Differt secularis iudex ab Ecclesiastico.

belles vel cum non est appellatum ex iusta causa, vel ille contra quem procedit.

§.3. ¶Ordinarius qui scit non vt iudex vel vt homo sed vt Deus subditum esse criminis reū indeterminate potest sed non nominatim eū arguere nel punire iudiciarie vel extra iudiciarie, hoc summatim in capitu. Si sacerdos. de offic. ordi. secundum Ioann. And. Quod dicitur indeterminate intelligitur in genere, puta quis fecit hoc vel illud &c. Et dicunt Inno. & Hostien. quod de iure potest fieri excōmunicatio generalis. 5. quæstio. 1. Quidam. Generali tamen admonitione præmissa, de sen. excom. Romana, libr. 6. non tamen debet fieri etiam generalis excommunicatio ni si ex causa rationabili. Sed incertituto est rationabilis causa. ff. de rei vend. l. Que de tota. In capitul. Cum vos, eod. titul. summatim dicitur quod si ordinatio differtur ex causa vacante ecclesia, episcopus seu alius prælatus ponet ibi oeconomum. vbi Innocē. dicit. Secure teneas quod facta p̄sentatione de vno vel pluribus, licèt longo tempore duret lis inter præsentatos, episcopus non ordinabit ecclesiam lite pendente nisi de oeconomo. In c. Ex parte tua, eod. tit. summatim dicitur q̄ si ordinario constat, quod absolutus a Papa, suppræssit veram excommunicationis causā remittit illum ad Papam. Si vero suspitio tātum de hoc est, coget eum se exinde purgare. Abbas ponit exemplum, puta quia factum fuit graue, vt quia occidit sacerdotem suum parrochialem, nec in litteris mandatur fieri satisfactio vt pēnitētia fieri pro facto tam nequam, vel quia portauit tales literas episcopi, de quibus in absolutoriis quas p̄sentat episcopo nulla fit mentio & huiusmodi.

¶In capitu. Significauit, eod. titul. ordinarius propter periculum animæ supplet desidiam vel malitiam delegati. Et dicit Inno. Hostiē. Pe. & Abba. quod non solum in causa matrimonii seu diuortii, de qua in dicto capitu. agitur, sed etiam pro quocunque alio crimine pro quo aliqui fuerint excōmunicati p quod vertitur periculum animæ, & de exempli pernicie timetur & ex quo posset scandalum suscitari, & periculum est in mora. Locum habēt suppletio fienda per ordinarium in defectum negligentiæ delegati, quia vbi est eadē ratio ibi & idem ius de transla. præla. capi. 2. Nec per hoc perturbatur, sed iuuatur iurisdictio delegati, casum ibi plenius vide. Ordinarius supplet negligentiā abbatis nō reuocantis monachum vagabundum. Vbi Hosti. dicit, quod licèt monachus scurrilitatis & vagationis causa in curiis esse nō debeat, tamē de licentia abbatis potest esse quotidie in obsequio alicuius principis vel episcopi, tamen propter proprium quod acquirit & alias causas periculosum est ei. Inno. autem dicit hūc ordinem esse seruandum, quod intelligitur in monasteriis in non exemptis. Si negligentes sunt Dyocesanus & Abbas ad reuocandū monachum vagabundum, archiepiscopus primo monebit Abbatem quod reuocet monachum talem cum proprio quod tenet. Q̄ si Abbas negligens fuerit monebit Dyocesanum Archiepiscopus vt suppleat negligentiam Abbatis & reuocet, ipsæ qui si negligēs sit monebit Archiepiscopus monachum ad redeundum & resignādum proximum in manibus Abbatis sui. Quod si noluerit obedire tunc illum suspendet, vt hic in histo. capi. Dicit tamen Hostien. cui concordat Pet. & Abba. quod si est notorium quod vix aliter esse potest sublato huius monitionis circuitu, statim potest episcopus hoc corrigere, vt de censibus, capitu. Romana, libr. 6. Sed decēs est vt fiat monitio in notoriis, necessarium autem in occultis vt appareat de negligentia prelatorum, quod apparebit per lapsum termini assignati. Dicit etiam Inno. quod in his quę sunt regulæ magis spectat ad abbatem quā ad episcopum correctio. Vnde in eis debeat magis obedire Abbati quam episcopo. dist. 13. Quæ contra. Corriget ergo monachum delinquentem & puniet, & tandem eum expellet etiam de monasterio secundum regulā a superiori approbatam, quia ex quo superior istā regulam approbauit, videtur ei concessisse q̄ exequitur ea quæ in regula cōtinentur. Et si Abbas ad hoc non sit sufficiens implorat auxilium episcopi. 18. q. 2. Abbates. In capitu. Ad reprimendam, eod. tit. summatim dicitur, ab vno episcopo excommunicatus, ab alio est vitandus. Et archiepiscopus p̄ querelam audiens non absoluet nisi primo remittat, vbi dicit Ioann. And. in nouel. Cognoscit ergo archiepiscopus de iniusta excōmunicatiōe qua subditus cōquæritē de episcopo excommunicante, cuius episcopi Archiepiscopus ex iudex. Cognoscens autem si videri quod iuste remittet eum ad excommunicatorē ad mandata eius seruanda. Si iniuste sic non remittet. Idem in delegato cui cō missum est quod absoluat, iuncta clausula q̄ audiat & diffiniat, & si quid residuum fuerat quæstionis. Sed quid si episcopus petat ad archiepiscopum subditum suū distringi ad mā data sua seruanda vel puniri, quia cōtemnit

excommu-

excommunicationem per se latam in ipsum? Respondeo. Non habet se episcopus de hoc intromittere quia non est ordinarius subditi sed debet adiri ad clericos arbitros. 11 q. 1. Si clericus contra cle. In capitu. duo simul e. titu. summatim habetur quod patriarcha nō cognoscit de causis subditorum archiepiscoporum suorum, nisi de priuilegio vel consuetudine prescripta vel appellationis remedio In capitu. q. sedem habetur in summa q. archiepiscopus impeditus consecrationē suffraganeo committere potest. Vbi glo. non impeditus non committet, quod verum est dicit Hostiensis de honestate non de necessitate. Nam cum a iure hoc habeat, hoc etiam non impeditus committere potest. ¶ In c. Pastoralis, eo. titu. summatim habetur, archiepiscopus causam ad se per appellationem delatam subdito suffraganei sui committere potest, sed ad suscipiendum non potest eum cōpellere. Item mortuo delegato Papæ qui excommunicauit reum vel actorem in possessionem induxit si eius successor in delegatione succedit absoluere, & possessionem retinere potest. Alias solus Papa restituet & absoluet præterquam in mortis articulo, quod dicitur, quia in mortis articulo omnis etiam simp ex sacerdos potest absoluere ab omni excommunicatione. Ne tamen currat annalis præscriptio reus coram ordinario vel publicis personis, scilicet in dignitate constitutis vel rabellionibus, de stando iuri præbeat cautionem. Vbi glo. ponit q. quamuis archiepiscopus habeat iurisdictionem archiepiscopalem in tota prouincia, non tamen episcopalem. Nec sequitur q. si archiepiscopus sit iudex prouinciæ, ergo & cuilibet de prouincia, hoc patet in episcopo qui est ordinarius dyocesis, non tamen exemptorum suæ dyocesis. Et licèt etiam episcopus in subditos habeat iurisdictionē, non tamen habet in aliquem iurisdictionis exercitium vt est videre in eo qui est bonus & bene viuit, qui nec conuenitur, nec correctione eget. dist. 22. De constantinopolitana. Sic archiepiscopus per totam prouinciam iurisdictionem habet sed non exercitium, nisi casibus quos ibi notat glo. de quibus habes infra in titu. de episcopis & archiepiscopis. Et quamuis aliqui dicant quo si archiepiscopus excommunicat subditum suffraganei, sententia teneat. Licèt ille, sit punitus. Imo. tamen tenet contrarium 6. q. 3. Sed tote. Non potest ergo soluere vel ligare subditos suffraganeorum suorum nisi in illis casibus notatis in glo. Dicit etiam Ioann. And hic quod saluo speciali, de iure communi in iurisdictione episcopi & prælati sibi subuenti locus est præuentioni, nec mirum quia iurisdictio papæ præuenitur per inferiorem ordinarium, de appel. c. Vt debitus, ergo & iurisdictio episcopi per suum inferiorem ordinarium. De iure speciali ideo dixi, quia fateor, inferiori prælato de priuilegio vel consuetudine posse competere, quod prius debeat esse causa coram ipso. Et in his tunc non posset per episcopum præueniri, hoc probatur de fore compe. capitu. Cum contingat, alias qui primo citauit, episcopus vel inferior ordinarius ille procedet, quod si ambo simul citarent, ita quod non appareret quis primo, puto quod coram episcopo debeat esse iudiciū, argum. in capitu. Si a sede. de præben. libr. 6. ¶ Quærit etiam gloss. quid si quis est excommunicatus & habet transfretare, vel est in loco obsesso, vt non possit per absolutionē accedere ad eum ad quem de iure spectat ordinarium vel Papam, vtrum possit absolui a laico, cum scilicet ibi non sit sacerdos. sit de transfretante tenet quod non, immo ne a sacerdote nisi esset in periculo naufragii, & tūc sacerdos ab omni vinculo absoluit, etiam Papæ reseruato. Sed si euadit oportet quod recurrat ad eum ad quem spectabat de iure absolutio. A laico absolui non potest, quia non habet claues nec ordines nec iurisdictionem. De obsesso vbi est periculum mortis idem dicendum, & idem de intrante bellum vel in bello existente, si tamen iustum est bellum ex parte illa. Nam alias siue obsidens, siue obsessus siue bellans iniuste, absolui non potest, nec ab excommunicatione nec a peccatis, nisi forte vulneratus offenderet contritionem de eo proponens abstineri a tali bello si euadat ¶ In nouella etiam quærit, quid de muliere prægnate an possit ab ordinario cum appropinquat ad partum excommunicata, scilicet ea specie quę spectat ad papam, scilicet absolutio eius, nec permittitur ordinario propter sexum, nec obstet capitu. Mulieres, de sen. excommu. Respon. distinguēdum de cōditione mulieris, quia si habuit alios filios & facile peperit non est absoluēda, nisi aliud periculum immineat. Si autem alios non peperit est multū timet partum, & forte debilis est potest absolui Concludit tamen quod ēt in primo casu, quia & tales moriuntur, de opium est absoluere, quia si euadunt reincidunt, nisi satisfaciant ad mandatum Papæ, vt de sen. excommu. capitu. Nos qui, lib. 6. ¶ In capitu. licet summatim dicitur quod Papa

pa-

pa per reſcriptū quo mouet ordinariū ſuum officium exequi non facit eum delegatum, & ideo tunc ab eo ad proximum ſuperiorem poterit appellari, vbi dicit Ioan. And. in nouel. quod per hoc cognoſcitur quòd Papa per reſcriptum ſuum nō ſolum monet ordinarium ſuum exequi officium ſuum, ſed etiam delegatum facit, puta ſi in literis dicat auctoritate noſtra. Et hoc planum eſt, de reſcrip. cap. Cum aliquibus lib. 6. Vel ſi dicatur. Committimus. Delegamus vel ſimile. Item ſi dicatur vel apponatur aliquid vltra formam iuris vt in literis de ſimplici iuſtitia ſcribatur, appella. re. Vbi aliàs de iure remoto non eſt. Inno. & Abba. Notat etiam Inno. quod ſi Papa ſcribit ordinario quod audiat generaliter cauſas aliquorum ſubditorum ſuorum non ponendo aliquid de ſupradictis, procedit vt ordinarius non vt delegatus. In capitu. irrefragabili, ſummatim dicitur, prælati ſubditos corrigunt & reformant appellatione vel conſuetudine non obſtante, ſi tamen capitulum canonicorum exceſſus corrigere conſueuit, niſi hoc faciat infra terminum ab epiſcopo præfixum, epiſcopus corrigat. Item ſi canonici ſine manifeſta & rationabili cauſa maxime in contemptum epiſcopi ceſſant a diuinis epiſcopus ceſſationem non ſeruabit & metropolitanus de hoc vice Papæ cognoſcet. Et dicit Hoſtien. quod prælatus viſitans & inquirens ſi videt pœnam pecuniariam magis timeri quam ſpiritualem bene poteſt illam imponere, debet tamen in pias cauſas illam conuertere, non imburſare ne videatur ad quæſtum id facere, niſi forſan ægeret. Nam & mulcte quas infligit index ſecularis ei qui contra præceptum ſuum acquirunt fiſco, tū illæ quæ imponūtur pro facinoribus iam cōmiſſis ſunt publicis operibus deputandę ſicut in refectione viarum & pontium & his ſimilia. Dicit tamen quod de facto ſibi applicant has & illas. In capitu. Quoniam eod. titu. ſummatim dicitur quod ciuitas habens populum diuerſæ linguæ non per hoc habebit plures epiſcopos, ſed epiſcopus ſecundum diuerſitatem linguarum prouidebit viros idoneos qui officient, celebrent & ſacramenta miniſtrent. Poterit etiam ſibi ſtatuere epiſcopus illius loci vicarium, pro exemplo ponitur, vt ſi ibi eſſent Grœci & Latini, vel citramontani vel vltramontani, & huiuſmodi, vt dicitur de ciuitate Tridentina, & ciuitate Litij. Nec intendit dicere quod epiſcopus faciat epiſcopum in ipſa dioceſi, ſed quod vicarium faciat qui ſit epiſcopus, aliàs ſi non eſſet epiſcopus non poſſet ordinare, chryſmare & alia huiuſmodi facere. Et putat Hoſtien. q epiſcopus Græcus etiam extra quatuor tempora poſſit ordines maiores conferre, quia ritus iſtæ adhuc non eſt quoad Græcos reprobatus expreſſe de quo remittit ad capitulum, quod tranſlationem de temporibus ordinandorum.

¶ De prędicatoribus & confeſſoribus ordinandis in eccleſiis per epiſcopos & prælatos eccleſiarum. ¶ In capitu. Inter cętera, ſummatim dicitur quod in cathedralibus & collegiatis eccleſiis inſtituendi ſunt viri idonei quibus cum expedierit epiſcopi potuerint committere viſitationes, prædicationes, & confeſſionum audientiam. In tex. ſic dicitur in prin. capitu. Inter cætera quæ ad ſalutem ſpectant populi Chriſtiani pabulum verbi Dei per maxime ſibi noſcitur neceſſarium ſecundum illud. Non in ſolo pane viuit homo & cæter. Matth. 4. Et in fin. capitu. præcipimus tam in cathedralibus quam in aliis conuentualibus eccleſiis viros idoneos ordinari, quos epiſcopi poſſint coadiutores & cooperatores habere, non ſolum in prædicationi officio, immo etiam in audiendis confeſſionibus & pœnitentiis iniungendis, ac cæteris quæ ad ſalutem ſpectant animarum. Si quis autem hoc neglexerit diſtricte ſubiaceat vltioni, vbi dicit Ioan. And. per hoc verbum præcipimus cum ſi. iunctum elicitur qđ negligentes conſtituti ſunt in mortali, & optat Hoſtien quod miſericor Deus miſericorditer agat in his & aliis multis laqueis impoſitus per humana ſtatuta, cum tamen eccleſia non debeat iniicere laqueos 27. quæſtion. 1. de viduis 2. Et ſuper verbo ordinari dicit Hoſtien. quod ſi hi ad quos pertinet hoc non faciunt infra terminum congruum eis ab epiſcopo datum, epiſcopus id faciet iure ſuo, cum ad ipſum ſpectet peccatorum correctio, Et horum negligentiam eam ſuppleret archiepiſcopus. Et loquitur de conuentualibus ſecularibus. i. collegiatis. Nam monachis non competunt dicta officia quæ dicuntur hic, ſcilicet ex monachatu ipſo ſecundum Pet. & Abb. Et addit Hoſt. quod hodie prouidit paracletus per ordines prædicatorum & minorum. Licèt non omnes capiant verbum iſtud, vt de priuilegiis. c. In his. Adde credo per prædictos & alios, vt hæremitanos, carmelitas, ſeruitas, & huiuſmodi, multis ſubleuari in epiſcopis onus iſtius præcepti, de prædicatoribus & confeſſoribus præcipue in ciuitatibus vbi abundāt prędicatores & confeſſores, quia etiam magnum §. 4.

animarum

animarum fructum reportarent, si opere sicut & verbo prædicarent. Villæ tamen remotæ a ciuitatibus horum magnam penuriam habent. Super verbo neglexerit dicit Hostien. quòd negligentia est quod sane intelligendum est. Non enim omnis negligentia mortalis, sed notabilis in huiusmodi nec de facili potest determinari quando mortalis sit. Circa glo. fi. quę videtur dicere quòd delegati & nuncii Apostolici deberent prouideri a curia mittente. Dicit Host. quòd Romanam Ecclesiam excusat necessitas, scilicet si non prouidet talibus missis ab ea, sed communiter ab aliis prouidentur, scilicet ab eis ad quos mittuntur, quia nec de suo Romana Ecclesia posset omnibus prouidere. Excusatur etiam priuilegiũ de antiqua consuetudine iam obtentum, & dicit ꝙ episcopi conantur in hoc imitari quod esse non debet, vt in capitu. 1. de temp. ordi. Pluries clamaui subdit Ioan. And. in tantum quòd de hoc fuit sermo in concilio Vienen. quod optarem. quòd ecclesia reciperet vigesimam reddituum totius cleri per orbem ad sustentationem Papæ & Cardinaliũ, & nil exigi & recipi posset pro seruitio prælatorum quos promouet. exceptis salariis taxatis laborantium, puta scriptorum & similiũ, & tunc prouideret prælatis & nunciis de prædicta quota, & abstineret ab exactione fructuum primi anni, exactionibus decimarum & huiusmodi, quæ tunc pullulant. Sed deliberauerunt prælati in concilio, & forte bene ꝙ tanta viget insatiabilis cupiditas ꝙ si hoc fieret hæc & illa perciperet.

§. 5. Quę sũt iura epi.

¶ De iuribus episcopalibus quæ episcopi possunt exigere a clericis & religiosis sibi subiectis. Et quæ sunt iura episcopalia hic declaratur in c. Conquærente eo. tit. vbi dicitur. Decernimus vt in ecclesiis seu capellis suæ diocesis ad monasterium spectantibus habeas canonicam obedientiam, subiectionem, & reuerentiam, institutionem, destitutionem, correctionem, & reformationem, ac censuram ecclesiasticam. Iurisdictionem quoq; ordinariam causarum omnium ad forum ecclesiasticum de iure spectantium, pœnitentias & sacramentorum omnium quæ ab episcopo recipienda sunt collationem. Synodum & synodatici seu cathedratici noie duos solidos quartam quoq; decimationum ac mortuariorum, visitationem quoq; annuam, ita tamen quòd cum ad eas visitandas accesseris, non amplius procurationis nomine requiras ab eis nisi quantum pensatis facultatibus earundem moderate poterunt exhibere, ne plus cęteris capellis eiusdem diocesis onerentur. Nec ab eis plus exigas præter moderatum auxilium, quod iuxta formam Lateranen. concilii si manifesta & rationabilis causa extiterit, cum charitate postulandum pro necessitate temporis sustinemus. Hæc ibi. Vbi dicit glo. per talem specificationem præcluditur via in posterum litigandi & lites diminuuntur, quod debet facere iudex, vt de dolo, & contu. c. Finem. & iudex debet discordiæ materiam amputare. in auct. de man. prin. §. de in de. immo iudex primo loco partes si potest ad concordiam reuocabit 90. dist. Studendũ. Ioan. And. super verbo obedientiam, per hoc recognoscit eum concor. dist. 33. quamquam. Et ad hanc tenentur nedum clerici, sed etiam laici quamuis sint magis principes, sed potissime clerici secundum Host. Et sonat hoc verbum ꝙ mandatis episcopi pareant secundum Pet. & Abb. in his. s. quę spectant ad statum clericatus. Non enim si mandaret ei vt det sibi res suas vel renunciet beneficio, tenetur obedire. Super verbo subiectionem. Recognoscit eum dominum & hoc de iure competit episcopo super omnes existentes in ciuitate vel dioceſi. Ideo dicitur episcopus talium ordinarius 11. q. 1. De persona. Nec prodest in talibus præscriptio. vt de præscript. c. Ad audientiam. nec consuetudo. De consue. c. fi. & breuiter nil potest obstare, nisi priuilegium exemptionis eo. titu. c. Duo. alias non exemptus obiiciendus est. vt acephalus. distinct. 93. Nulla. Super verbo reuerentiam. Recognoscit enim eum patrem & hęc semper exhibenda est superiori, etiam si mulier sit, de mai. & obe. c. Dilecta. Super verbo institutionem & destitutionem, s. auctorizabilem, secundum Host. qui remittit ad c. Non satis. de off. Arch. Super correctionem, s. criminum. Reformationem, s. morum, contra hęc non valet cõsuetudo vel appel. eo. tit. irrefragabili Censuram ecclesiasticam nomine compræhenditur excommunicatio, suspensio & interdictum de verb. sig. c. Querenti. Iurisdictionem &c. de iure vel consuetudine de excep. c. 2. li. 6. Super verbo pœnitentias. Istud & sequens respicit etiam laicos, per quod nota. secundum Inno. ꝙ petendo iura episcopalia ab abbate. videor non solum quę mihi debentur a monasterio, sed etiam ad quę mihi tenentur & clerici & laici suarum capellarum, vt de offi. Archi. c. fi. Super verbo sacramentorum omnium, &c. Sicut ordo confirmatio in fronte. Et large sumendo sacrm. idem est de cõsecratione ecclesiarum, altarium & virginũ. Et idem ſm Host.

De diffinitione matrimonij, ſi queſtio vertatur de eo, vt de conſang. c. 1. Et ſm hoc ad prędicta reſtringitur verbum omnium. Vel ſm Hoſt. illud omnium reſpicit oia ſeptem ſacramenta, quæ ab epiſcopo vel curato vel vicario epiſcopi recipienda ſunt. Et dicit q̄ illi qui ab alio illa recipiunt ſine ipſius vel illius licentia non ſunt abſoluendi, quia ſententia a non ſuo iudice lata &c. Nec prodeſt conſuetudo contraria. Talia. n. non ſunt committenda niſi diligenter examinato & idoneo reperto, vt de elect. nihil, & 1. q. 1. ſi quis hæretice. §. ecce. Si autem dicatur quod aliquis certus, puta abbas, decanus, archidiaconus, vel his ſimilis non priuatus in dignitate conſtitutus poteſt de conſuetudine ipſorum confeſſiones audire, talis conſuetudo excuſat, quæ & curam tribuit. Allegat notata de pœni. & re. c. omnis. Mortuos autem qui hoc nō ſeruauerunt dicit ſe nolle damnare, ſed Dei iudicio reſeruatos. Super verbo ſynodum dicit Hoſt. q̄ licèt antiqui notauerunt ſynodum videatur ſpectare ad legem iuriſdictionis, quia ad ſynodum venire etiam tenentur abbates nedum alij ſacerdotes & curati. Super verbo mortuariorum ideſt pro animabus a mortuis relictorum illis capellis monaſteriorum ſubiectis epiſcopo, alijs non, vt dicam de teſta. cap. officij. Super verbo viſitationem, hæc eſt de lege iuriſdictionis, q̄ patet quia monaſteria viſitantur niſi ſint exempta & oia pia loca, vt de cenſi. c. Romana lib. 6. Super verbo penſatis ita q̄ a pauperibus nil petat 1. q. 2. placuit. Alii dicunt q̄ a pauperibus eſt petenda procurato, ſed ne nimis grauerentur plures congregabuntur in vnum, vt de cenſi. c. Cum inſtantia ſm Goff. Sed illud verum in procurationibus, ſecus ſuper cathedratico Inno. Super verbo rationabilis Hoſt. ponit exempla, puta ſi epiſcopus fecit magnam emptionem vel ſubiit grandes expenſas eundo ad Papam vel Imperatorem vel litigando pro iuribus eccleſię, vel quicūq; caſus ſuperueniens incidit pp quem ſupportare habet tale ſubſidium poſtulare propter q̄ facienda eſt contributio. argu. de ſta. mo. cap. in ſingulis, quod intelligit niſi caſum inciderit culpa ſua. Si enim propter ſui prodigalitatem indiget ſibi imputet cum charitate ideſt non violenter, nec a pauperibus & oppreſſis, ſed clero ſuo conuocato exprimat cauſam indigentiæ ſuæ, hortando ad ſubiectionem, & quòd non expectent compulſionem. Super verbo poſtpoſito ſcilicet pœnitentias dicit gl. publicas criminum quorum abſolutio epiſcopis reſeruatur vt de pœni. & remiſs. cap. Si epiſcopus lib. 6. Sunt enim plures caſus peccatorum, quorum abſolutio epiſcopis reſeruatur, de quibus habes in titu. de confeſſi. De cathedratico quid ſit & quantum habes infra titu. de epiſcopis, ibi etiam de quarta & huiuſmodi. Notandum etiam ſecundum Ioan. And. in iſto c. quòd hæc iura epiſcopalia quoad plura eorum alius etiam quam epiſcopus poteſt ea habere, vt archiepiſcopus & archipræsbyter, vt de offi. archi. c. 1. quoad obedientiam. De viſitatione patet de offi. archi. mandamus. De inſtitutione habes, de offi. delegatorum. cap. Super eo De cenſura eccleſiaſtica, de elect. cap. Dudum 2. de iuriſdictione ſupra eod. titu. cum ab eccleſiarum. Idem pro magna parte de aliis. Aliter tamen pertinent iſta ad inferiores prælatos, quia quaſi ſub aliis aliter ad maiores, quia ſunt ſuperiores. Inferiores enim prælati ea quæ ipſis & epiſcopis communia ſunt exercere videntur tanquam epiſcopi, & non ſub epiſcopis, vbi ſic eſt de conſuetudine, ita q̄ ab eis non appellatur ad epiſcopum, ſed ad archiepiſcopum extra de no. ope. nunci. cap. Significantibus. Et ibi epiſcopi non cognoſcunt de cauſis pertinentibus ad ſubditos prælatos. Et ibi ſi minor iudex vnum præcepit in his quæ ſunt de iuriſdictione ſua & epiſcopus aliud potius paretur minori iudici quam epiſcopo. Exinde Ioan. And. poſt Innoc. diffuſe ponit quomodo ſubditus epiſcopi poſſit prędicere aliquid de iuribus epiſcopalibus & vnus plebanus de iure alterius plebani vnus archiepiſcopus de iuribus alterius archiepiſcopi ibi: potes videre.

tit. 17. c. 11. titu. 20. c. 2. §. 10.

§. 6. ¶ De duplici lege epiſcoporum ideſt lege iuriſdictionis, cui ſubiiciuntur monaſteria & lege dioceſana cui non ſubiiciuntur monaſteria in quibus conſiſtit totum ius & poteſtas epiſcoporum. Et de hac fit mentio de offic. ordi. c. Dilectus. Vbi dicit glo. 2. & plene q̄ iſta eſt differentia inter vtranque. Ad legem iuriſdictionis pertinet datio curæ animarum delictorum coertio, ordinatio eccleſiarum, conſecratio earum altarium & virginum & chryſmatis, & generaliter omnium ſacramentorum q̄ ordinum collatio quæ cōſiſtunt in dando, & alia plura quæ enumerantur in §. prędecedenti. cap. Conquærente, vſq; ad verbum ſynodaticum, in quo verbo incipit enumerare quædam quę pertinent ad legem dioceſanam. Ad legem vero dioceſis ſpectet conuocare ad ſynodū ad ſepulturas mortuorum, cathedraticū tertia vel quarta mortuariorum decimationum, hoſpitium & ſimilia, quę conſiſtunt

ſiſtunt in recipiendo, quando tamen lex dioceſana comprehendit legem iuriſdictionis, vt de reſcrip. c. Auditis. Dicas ergo quod omnia monaſteria ipſo iure ſunt exempta à lege dioceſana in fauorem religionis. 10. q. 1. ca. 1. & q. 3. inter cætera, &. 18. q. ſecunda. quam ſit a lege vero iuriſdictionis non ſunt exempta niſi ſũt munita ſpeciali priuilegio. Sed omnia monaſteria quæ ſunt in dioceſi ſubdita ſunt epiſcopo quoad legem iuriſdictionis. 18. q. ſecunda. Hoc tantum. Seculares vero eccleſiæ ſubſunt epiſcopo quoad vtrunq; . 10. q. 1. De his præſtant tamen monaſteria aliquãdo epiſcopo ſeruitium ex prima cõſtructione eius. 18. q. 2. Eleutherius. Et etiam ratione viſitationis quod deberet ex cõſuetudine. 18. q. 2. Seruitium Capellæ vero monachorum ſiue regularium ſubſunt epiſcopo, ſcilicet quãtum ad vtramque legem, ſupra eod. Conquerẽte, niſi pleno iure ſubſunt monaſterii, vt de priuile. c. Quoniam. Capellæ vero monaſteriorũ exemptorum ſubſunt epiſcopo ſicut & aliorũ niſi exempta ſint ipſa monaſteria cum capellis ſuis, vt de priui. c. Ex ore, vnde ratione capellarum ad ſynodum venire tenentur, vt de ma. & obe. c. Quod ſuper. Et hoc intellige de his qui populum habent, & ſic non cõtradicit palea iſta, di. 18. epiſcopus, & 18. q. 2. §. fin. q̃ intelligitur de his quæ non habent. Addit ad glo. Io. An. q̃ omnis inſtitutio & deſtitutio confirmatio & inueſtitura pertinent ad legẽ iuriſdictionis. Item cauſas audire, & omnia quę circa iudicium aguntur expedire, viſitare, corrigere, excommunicare, ſuſpendere, interdicere, ſtatuta facere, inquirere, tam de vita clericorum quam de ſtatu eccleſiæ & officiis. Quod autem dicit ad ſepulturas mortuorum, refertur hoc ad id quod ſit in cathedralibus eccleſijs in quibus canonico mortuo vel presbytero vocantur presbyteri ciuitatis ad ſonum campanæ. Ad legem dioceſanam addit. Inno. vltra cõnumerata i glo. dicta miſſas publicas vbi voluerit cantare & cathedram ponere cauſa prædicandi vel cauſas audiendi a ſubditis moderatum auxilium petere, de cenſi. cap. cum apoſtolus, pro negocio, eccleſiæ clericos mittere & eis imperare. 12. q. prima, Quia tua fraternitas, & dicit Inno. quod non alia ratione dicuntur leges dioceſanæ & iuriſdictionis, niſi quia a iure aſſumptę ſunt & nominatæ, & potius a iure moderno decretalium quam antiquorum canonum. Quia ergo propria regula & inuariabilis doctrina de his dari non poteſt ideo dicit has leges per ſingula declarandas, vt factum eſt dicit etiam quod vocare ad ſynodum magis videtur legis iuriſdictionis quam dioceſanæ.

¶ In cap. vt iuxta, ſummatim dicitur quod viſitans epiſcopus monaſterium non introducat ſeculares, ſed duos vel tres canonicos cum aliquot religioſis. Vbi Hoſti. dicit quod conſiderata mente huius legis non verbis huius legis plures poterit vel pauciores debebit ducere conſideratis idoneitate & numero eorundem. Addit Ioann. quod hodie concilium Vienen de ſta. mo. cap. Recolentes. Dicit viſitatores monaſteriorum monialium contentos eſſe duobus notariis & duabus perſonis eccleſiæ ſuæ, & quatuor aliis vris maturis & honeſtis, & debent tales eſſe in habitu honeſto, vt in cappa vel eo quo chorum intrant ſecundum Hoſti. ¶ In cap. Graues ſummatim dicitur, quod per reſcriptum, quod Papa mandat ordinario quod corrigat clericos ſuæ dioceſis, non datur ei iuriſdictio ſuper exemptos. Vbi dicit glo. ar. quod per generale mandatum poſterius conceſſum nõ derogatur priori ſpeciali, de quo in generali mentio non habetur. Item arg. quòd ius commune non tollit priuilegium illi eccleſię quę eſt exempta a iuriſdictione epiſcopi. Item ar. quod Papa per litteras ſuas non intendit præiudicare alteri, vt de offi. deleg. ca. Super eod. Item ex eo quod prælatus eccleſiæ exemptæ eſt negligens ad corrigendum ſubditos, non propterea transfertur poteſtas corrigendi ad epiſcopum, nec aliqua iuriſdictio in eos. Ité cum ſit triplex iuriſdictio, ſcilicet ordinaria, delegata & arbitraria, ſcilicet ex compromiſſo de tertia glo. non tangit, quia non poteſt quis ex ea interdicere vel excommunicare, & ſi aliàs punire. Et quod in textu dicitur ſententiam latam relaxes, exponit glo. relaxa tam eſſe oſtendas, quia nulla erat. Vel ſecundum Hoſtien. ideo dicit relaxes, vt epiſcopus prudenter & caute poſſit errorem ſuum corrigere, ne confundatur. Vnde poterit dicere talis ſententias quas tuli de volũtate Papę relaxo, cui oportet obedire.

Viſitans epiſcopus.

Triplex iuriſdictio.

¶ Ordinarii quid facere debeant ergo habentes plura beneficia curata vel dignitates §. 7.

¶ In cap. ordinarii de offi. ordi. li. 6. ſummatim hoc dicitur ſecundum Io. An. Hic ſtatuit Papa quod habentes plures dignitates vel alia beneficia curam animarum habentia per ordinarios compellãtur oſtendere infra tempus competens ſuperioris arbitrio ſtatuendum diſpenſationem quam habeat ſuper hoc quod ſi non oſtenderint proinde habeantur

ac si nullus haberent. Si autem ostenderint & sufficientes, non amplius molestentur prouiso in dictis beneficiis, ne cura animarum negligatur. Si autem dubitetur de dispensatione ad sedem apostolicam recurratur. Talibus plura beneficia talia obtinētibus, aliud non conferatur beneficium, nisi ostensa dispensatione sufficiente. Et tunc ita demū conferatur siper dispensationem possit illud cum aliis retinere, vel si priori renunciauerit. Aliter collatio facta non valeat. Et quamuis videatur loqui de episcopis, tamē secūdum gl post Guil. & Bar. quod etiam compulsionem. istam facere possunt quicunq; inferiores qui habent institutionem, vt plebani aliqui dist. 63. Si in plebibus. & de offi. deleg. c. Super eo. Ipsi enim ordinarii sunt. vt de offi. ordini. ca. Cum ab ecclesiarum. Item ex eo ꝙ dicitur in text. ordinarii. impleri dicit glo. post Guil. ꝙ cum quis habet plura talia beneficia in diuersis episcopatibus quilibet ordinarius eorum in quibus hēt beneficium poterit illū compellere ad exhibitionem seu ostensionem suę dispensationis circa huiusmodi. Dicit etiam glos. non solum Papam dispensare in pluribus curatis, extra de præben. c. De multa. In 6. eod. titu. dicitur in c. Cum episcopus. in tota sua diocesi iurisdictionem ordinariam nō scatur habere, dubium non existit quin in quolibet loco ipsius diocesis non exempto per se vel per alium possit pro tribunali sedere, causas ad ecclesiasticum forum spectantes audire personas ecclesiasticas cum earum excessus exegerit capere ac carceri mancipare, necnon & cętera quæ spectant ad eius officium libere exercere. Hæc ibi. vbi glos. dicit quod idem est in legato circa suam legationem. Idem in Archiepiscopo circa suam propriam diocesim, sed non quoad prouinciam. eod. titu. cap. 1. Et cum intentio episcopi in hoc sit fundata de iure communi qui dicit se exemptum, hoc habet ostēdere dis. 100. cap. contra morem. In locis autem exemptis non potest iudicia exercere. vt 18. quęst. 2. Luminoso.

§. 8. ¶ De bonis dignitatum vel ecclesiarum vacantium non occupandis per eos ad quos spectat collatio, præsentatio, vel custodia, & pęna contra tales habetur de offi. ordi. c. Præsenti. lib. 6. vbi sic dicitur, Præsenti prohibemus edicto, ne episcopi vel eorum superiores, vt archiepiscopi & patriarchæ, secūdum glo. aut abbates seu quiuis alii regulares vel seculares, prælati aut ecclesiasticæ personæ quæcunque vacantibus dignitatibus, personatibus, prioratibus, vel ecclesijs quibuscunqne sibi subiectis seu ad collationem, ordinationem, præsentationem, aut custodiam pertinentibus eorundem bona morientibus eorum rectoribus vel ministris in ipsis inuenta, siue vacationis ipsorum tempore obuenientia, quæ in vtilitatem eorundem expendi, vel futuris debent successoribus fideliter, reseruari occupare, ac in vsus suos conuertere quoquo modo præsumant, nisi de speciali priuilegio vel consuetudine iam scripta legitime seu alia causa rationabili hoc eis competere dinoscatur, alioquin episcopi & eorum superiores ab ingressu ecclesiæ, cæteri vero ab officio & beneficio tandiu eoipso noueriut se suspensos, quousque restitutionem fecerint de prædictis. Porrò vbi ex priuilegio vel consuetudine vel alia de causa rationabili, sibi aliquis prædictorum afferit bona competere supradicta. hoc solummodo debet de illis bonis intelligi quæ solutis debitis si qua sunt & de his quæ fuerint necessaria pro seruitoribus & ministris ac incumbentibus oneribus vsque ad nouos redditus supportandis congruere seruatis ex ipsis reperta fuerint superesse. Hæc omnia ibi in textu. Vbi notandum quod hic non ponitur pæna laicis contra istam constitutionem facientibus, sed tantum personis ecclesiastici. Nam pæna suspensionis non cadit in laicos. Verū & ipsi laici & alii quicunque qui vsurpant bona vacantium ecclesiarum etiam si sint patroni sunt ipso facto excommunicati. vt patet de elect. cap. Generali. libr. sexto. Ponit etiam, hic glos. notabilis de fructibus ecclesiarum, iam perceptis, quomodo rector possit disponere in morte. Item in cap. Si sacerdos. de offi. ordin. summatim dicitur secundum, Ioan. And. quod archiepiscopus non potest sibi constituere officialem in diocesi suffraganeorum suorum, etiam pro futuris causis, per appellationem deuoluendis ad eum, nisi de consuetudine hoc habetur, & tunc tales officiales inhibere non possunt priusquam fuerit appellatum. Secundario dicitur quod donec Archiepiscopus potest haberi de facili, vt quia est in prouincia sua vel circa illam, officiales eius non possunt proferre sententias excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, in suffraganeos suos propter pontificalis ordinis reuerentiā. Dicitur enim ibi in prin. c. ꝙ cum Metropolitani suorum suffraganeorum non ingrediātur diocesim ut in eis auctoritate propria iudicent disponāt aliquid vel aliud agant quæ

canonica

canonica prohibeant instituta, nequaq̃ hæc possunt in illis per alios exercere, vbi glo. dicit, q̃ hoc intelligitur scilicet q̃ non intrent in dioceſim ſuffraganeorum in caſibus non permiſſis. Nam & cauſa viſitationis habent ingredi & procurari, & tunc & alijs cauſis prout habetur in iure iudicent, Glo. pro tribunali ſedendo diſponant extra iudicium faciendo coram ſe celebrari & ante ſe recognoſci contractus, de fo.compe.c.Romana.lib.6. Agant, puta conferendo ordines & ſacramenta ſimilia faciendo.

¶ *De arbitris.* *Cap.* 6.

DE arbitris habetur extra eo. per totum, & 2.q.6. A iudicibus dicitur. Iudicum alij ſunt arbitrarij, alij ordinarij. Ordinarij ſunt qui ab apoſtolico vt eccleſiaſtici, vel ab Imperatore, vtpote ſeculares legitimam poteſtatem receperunt. Arbitrarii ſunt qui nullam poteſtatem habentes cum conſenſu litigantium in iudices eliguntur in quos compromittitur, vt eorum ſententiæ ſtetur, horum alij ſunt ordinarij & arbitri, alij arbitrarij tantum Vbi dicit glo. quòd ordinarius non ſolũ poteſt inter partes amicabiliter componere 5.quæſt.2. Si primates, ſed etiam ſecundum canones poteſt arbitrium ſuſcipere ſi a partibus eligatur, extra de arbitris. cap. Cum tempore. Et idem poteſt etiam delegatus lex autem quæ videtur huic ſententię contradicere 3.q.7.§. Tria, intelligitur q̃ ordinarius non poteſt iubere quòd partes compromittant in eum, & ſic non eſt contra. Arbitrorum autem duo ſunt genera. Quidam dicuntur arbitri, & quidam arbitratores. Sed arbitri etiam ſunt dupliciter, quia quidam dicuntur arbitri iuris, qui videlicet eliguntur a partibus ex recuſatione iudicis ordinarij vel delegati. Et tales debent ſeruare formam iuris in executione iuſtitiæ, & ab eis appellatur. Arbitri autem ſimpliciter ſunt qui eliguntur a partibus, quæ ſi non conſentiunt ſententiæ eius reducunt ſe ad arbitrium boni viri, qui ſunt vt amicabiles compoſitores, & hi etiam tenentur ſeruare formam iuris in executione iuſtitiæ. Sed arbitrator non tenetur ſeruare formam iuris in executione iuſtitiæ, & promittunt partes non recedere ab arbitrio eius ſub certa pœna quam oportet ſoluere, ſi non pareret ſententiæ. De hoc diffuſe Ant. de But. ſuper c. Quintauallis, extra de iureiur. ¶ Arbiter autem ſi per dolum tulit ſententiam, etſi non retractatur per appellationem, tamen per exceptionem retractatur. ff. eo. non diſting. ¶ Item extra de arbitris c. 1. dicitur, q̃ debent eligi arbitri vnus vel tres, & vbi tres eliguntur duorum ſententia retinet vigorem, vbi dicit glo. q̃ hoc dicitur ex honeſtate non ex neceſſitate. Nam ſi duo etiam eligerentur in quos compromitteretur tenet compromiſſum. Et ſi non concordauerint cogendi ſunt vt concordent vel tertiam perſonam aſſumant. Item ſufficit ſententia duorum cum tres eliguntur præſente tamen tertio etiam ſi illi diſſentiant. Eo tamen abſente non valet ſententia. ff. eo. l. Si in tres, niſi in compromiſſo ſit expreſſum, q̃ duo ſine tertio procedant. Idem in iudicibus delegatis. ¶ Itẽ, not. ſm Ber. eo. tit. Expoſita in glo. q̃ ſiue quis ſit arbitrator ſiue amicabilis compoſitor, ſiue etiam arbiter, non eſt ſtandum iniquo arbitrio, ſed reducendum eſt ad arbitrium boni viri, i. iudicis loci. ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem, immo & ſi iuraſſet debet reuocari, extra de iureiur. c. Quintauallis. Bern. non tamen propria auctoritate veniet contra iuramentum. ¶ Nota ſm Inno c. Quintauallis, de iureiur. q̃ iſta eſt differentia inter arbitrum, de quo hic eſt ſermo, & arbitratorem, quia arbiter dicitur qui eligitur vt iudex, vt. ſ. procedat ſeruato in ſubſtantialibus ordine iudiciario, & litem dirimat coram ſe cẽptam vel corã alio, ſed ordine iudiciario ſeruato, licẽt poſſet eam dirimere ſi vult etiam inique. ff. de arbi. l. 1. nec eſt vis ſi ſit compromiſſum cum pœna vel ſine pœna, vel etiam ſine vlla ſtipulatione electus ſimpliciter. Cuius arbitrium emologatur, vel taciturnitate decem dierũ vel expreſſe. C. de arbi. l. penult. Omnes. n. iſti ordinem ſeruare debent, & agetur ad obſeruantiam arbitrij ſiue ſtipulatione ſiue excõicatione, ex l. vt no. de arbi. C. dilecti. Arbitrator autem eſt qui eligitur vt aliquid æſtimet vt precium vel operas vel partes ſocietatis, vel quid ſibi videatur de aliqua re ſine ordine iudiciario dicat, vel vt ſuper ea arbitretur. ff. pro ſocio. l. Si ſocietatem, & de verb. obli. l. Siquis arbitratu. Nec facio vim an partes iurauerint ſtare dicto hmõi arbitratoris, vel quia non ſemper redigendum eſt ad arbitrium boni viri. ff. de verb. oblig. l. Siquis. Quidam dicunt idem etſi ſub pœna ſtipulate ſunt ſtare huius arbitratoris arbitrio. ſ. q̃ nunq̃ poteſt petere pœnam niſi ceſſauerit ſoluere id ad quod per arbitrium boni viri redactum eſt dictum arbitratoris. ar. pro his, quia non obſtante iuramento & ſtipulatione ſine pœna pñt petere q̃ dictũ eius redigatur ab arbitriũ boni viri, eadẽ rõne etſi

Iudices ordinarii.

Arbitri duplices

Arbitrator.

eum pœna promisit. Alij tamen contradicunt. Item non facio vim vtrum istæ arbitrator fecerit litem contestari in partes vel etiam si sententiam in scriptis pronunciauerit, vel simpliciter nudo verbo, quod sibi visum fuerit dixerit. Nam coram eo non est iudicium vel quasi iudicium, sed totum positum est in sua voluntate. Prædictarum autem solemnitatum obseruatio non est nisi coram iudice vel arbitro, & ita non potest dici litis contestatio vel sententia. Sed quid dices si cõpromissum sit factum vt possit procedere seruato ordine iudiciario & non seruato? Respondeo, hæc verba sic sunt interpretanda vt compromittatur in eum tanquam in arbitrum. Et hoc innuunt illa verba seruato ordine, & etiam tanquam arbitratorem, quod verba illa non innuunt vel non seruato. Si processerit vt arbiter, scilicet seruato ordine non redigetur dictum eius ad arbitrium boni viri. ¶ Item nota quòd si dicunt partes. Eligimus eum in arbitrum simplicitter, non intelligitur vt arbitrator electus, nisi ex alijs verbis appareat de contraria intentione, puta quia dixerunt quòd possit procedere non seruato ordine iudiciario. Item si dicunt. Eligimus talem in arbitratorem vel in bonum virum qui determinet quæstiones nostras non intelligitur electus arbiter, nisi appareat ex alijs verbis. ¶ Item nota quòd dictum arbitratoris nunquam emologatur taciturnitate decem dierum, sed si expræsse illud confirment partes perit exceptio quasi transactionis vel pacti. Dictum arbitri procedentis ordine iudiciario electi sine pœna emologatur. C. de arbi. l. penult. nec vnquam, & si iniquum sit, redigitur ad arbitrium boni viri. Item non mutatur dictum arbitratoris nisi in modico lædat. ff. de oper. liber. l. Si libertus. Item dictum arbitri non mutatur etiam si grauiter lædat, immo si pœna fuit promissa agitur ad ipsam. C. de arbitris. l. 1. Et si non fuit promissa & stipulatio inter partes si agitur ad interesse. ff. de arbi. l. Diem proferre. Et si simpliciter compromissum sit, & sententia expræsse per partes emologata fuerit, vel infra decem dies nulla pars contradixerit oritur ex sententia actio & exceptio, vt C. de arbi. l. Ne in arbitris, in fi. Hæc omnia Innoc. Item nota quòd qui iurat stare dicto arbitri sub pœna euadit periurium soluendo pœnam, dum tamen ante decennium contradixerit si arbitrium pœnalem potest emologari, aliàs iuramentum mutaret obligationem. Vnde & qui transegit sub iuramento & pœna tenetur præcise transactionem seruare, quia hæc est natura transactionis. Qui autem iurauit dare Stichum aut Pamphilum sub pœna, non propter hoc tenetur dare Stichum. Non enim videtur facere de alternatiua absolutam, sed fortificat solum. Hæc Pet. de Pa. in 4. dist. 28. q. 1. ar. 1. conclusione quarta. Arbitramentum latum absente parte & irrequisita, secundum Pet. de verb. oblig. l. Si quis arbitratu, non valet. Idem Cy. & Bar. Item scien dum quòd arbiter non potest punire testem qui dicit falsum testimonium coram eo, vel partes producentes falsa instrumenta si solum est arbiter vel arbitrator, & non alius iudex habens merum Imperium, quia & aliquando in tales compromittuntur. Et ratio est, quia punitio seu puniendi potestas non est nisi per iurisdictionem attributa, sed arbiter vt arbiter caret omni iurisdictione, quod patet, quia ab eius sententia non appellatur, nec ex ea oritur actio vel executio, vt l. 1. C. de arbi. Item potestas arbitri est ita limitata quòd de rebus extra compromissum & partes compromittentes nullo modo cognoscit sed testis in eum non compromisit, ergo non potest eum punire. Nec obstat quòd arbitria sunt redacta instar iudiciorum, vt l. 1. ff. de arbi. Quia hoc est verum quantum ad ea tantum quæ compromittuntur. Sed falsitas testes est omnino extra causam & personas compromittentes. De sumptibus tamen potest condemnare, licèt hoc non sit compromissum expræsse, quia causa sumptuum non est extra causam & personas compromittentes, sed si esset arbiter habens iurisdictionem a statuto ciuitatis, vel iudex alias & haberet merum Imperium posset punire non vt arbiter, sed vt iudex testem deponentem falsum coram arbitro ponit. C. de testi. l. Cum apud. Hæc Ang. de Peru. Item extra eo. cap. Cum dilectus, dicitur quòd arbitri iudicare non valent nisi de his tantum super quibus in eos extiterat compromissum. Vbi dicit glosa. Nota quòd arbitria stricta via incendunt. Nam id solum venit in arbitrium, de quo scilicet dictum est vt veniat. ff. eo. l. Si cum dies. Item arbiter non potest punire contumaciam litigatoris scilicet mulctando, sed in expensis condemnando potest, quia cognoscit de interesse nec potest cogere, nisi in casu qui habetur de offi. delega. cap. Suspitionis. Et hoc est verum quòd non potest punire contumacem nisi contumeliis ad hoc actum sit. ff. de iudi. l. 2. Item arbiter non, potest pronunciare, nisi vtraque parte præsente, nisi hoc in-

ter

ter litigatores conuenerit.ff. eod.l. Diem §. Si quis. Item non potest citare partes nisi ad locum in quo cõpromissum factum est. ff.eod.l. Si cum dies. Sufficit tamen quod in eadem ciuitate in qua factum est compromissum citet partes. Item arbiter non potest delegare arbitrium.ff. eod.l. Si compromissum. Item satisdatio non præstatur coram arbitrio, quia sufficit pœnæ promissio. Cum enim partes conuenerunt stare sententiæ arbitri sub certa pœna, potest peti pœna posita ab ea parte quæ recedit a sentẽtia, qua pœna soluta cogi non potest vt tali ster sententiæ, nisi in compromisso dictum sit vt etiã pœna soluta vel non stetur arbitrio nihilominus 26.quæst.5. Quicunque.Bern.in glo. super c.Dilecti.eod.tit.Item in arbitrio mora non potest purgari vbi præfixus est dies ab homine.ff.eod.l.Celsus, secus in iudiciis. Ité sententia arbitri non infamat,& hoc ideo qa non potest cognoscere de crimine quod infamet.ff.eo.l.non distinguemus. In his omnibus discrepant arbitraria a iudiciis. Item & in alio, nam si partes renunciant appellationi & pactum faciunt de non recedendo ab arbitrio, nihilominus recedere possunt soluta pœna apposita, (vt dictum est) secus circa iudicia, sed in quibusdam conueniunt, quia per vtrunque interrumpitur præscriptio, & quantum ad iuramentum de calumnia Ber.

¶Item extra eo. Contingit, dicitur generaliter prohibemus, ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicum. Vbi dicit glo. quod in laicum de rebus mere ciuilibus quibus nullum spirituale est annexum bene potest compromitti in ecclesiasticis temporalibus rebus. argum. hic quia prohibet tantum de spiritualibus rebus, quia quod de vno prohibetur de altero conceditur. dist.25.ca. Qualis. Si vero compromittatur in laicum, de rebus spiritualibus non tenet arbitrium, vt hic. Sed si compromittatur in clericum & laicum sine auctoritate quidem superioris etiam non valet. Sed intercuenente auctoritate episcopi, non potest in laicum tantum compromitti, sed solum auctoritate papę dist.32. Præter hoc §. Verum & 2.q.5. Men nam. Vnde dico quod laicus nullo modo de rebus spiritualibus iudicare potest, nec principaliter nec incidenter. Bern. Item soluitur compromissum per mortem alterius compromittentis, extra, eo. Ex parte, & etiã per mortem alterius arbitrorum, extra de offic. deleg cap. Vno delegatorum. Et hoc verum nisi fiat mentio in compromisso, qd' transeat ad hæredes vtriusque partis compromittentis. Secus in iudiciis quia illa trãseunt ad hæredes, & si de ipsis non fiat mentio Bern. Item cum ab vno de pluribus arbitris vel iudicibus aliis præsentibus etiam mandantibus, scripta sententia recitatur, pro eodem ac si ab omnibus esset recitata. Oportet autem vt recitatus non vtatur verbis singularis numeri sed pluralis dicendo. Nos tales arbitri vel iudices pronunciamus &c. nisi in arbitris super electione quæ debet fieri ab vno vice omnium extra de sententia & re iudi.c. Cum ab vno libro sexto. Item nota secundum Bern. extra de offic. ordi. in glo. in capi. Cum ecclesiarum, quod quilibet prælatus collegiatæ ecclesiæ licèt subsit episcopo est iudex ordinarius & habet iurisdictionem cognoscendi & excommunicãdi, vt in isto cap. Et ille prælatus hoc facere potest, & habet talem iurisdictionem qui est electus a collegio seu vniuersitate, extra de elect. capit. 1. Et idem intelligo si præficiatur collegio vel vniuersitati ab eo qui habet administrationem cum iurisdictione, puta episcopo. Bernard.

De hoc supr. ca. 5.§.1.

¶*De triplici modo procedendi in iudicio, & primo de procedendi per inquisitionem. Cap. 7.*

DE crimine autem contra aliquem proceditur tribus modis principaliter in iudiciis, videlicet per accusationem, denunciationem & inquisitionem. Et ad accusationem requiritur inscriptio. Denunciationem debet præcedere charitatiua monitio. Inquisitionem debet præcedere clamosa insinuatio, extra de accusa. capitulo. Super his & cap. Qualiter & quando. Potest & addi quintus modus cum crimen scilicet. obiicitur in modum exceptionis. eodem titulo ca. Inquisitionis.

¶De inquisitione vitiorum facienda sic ait §.1. Innocentius tertius in concilio generali, extra de accusat. capitulo. Qualiter & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum & puniendum subditorum excessus ex auctoritatibus noui & veteris testamenti colligitur euidenter ex quibus postea processerunt canonicæ sanctiones. Legitur enim in Euangelio Luca decimosexto. Quod villicus ille qui diffamatus apud dominum suum, quasi dissipasset bona ipsius, audiuit ab eo, quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ, iam.n. non poteris amplius

villicare. Et in Geneſi. 18. dominus ait Deſcē dam & videbo vtrum clamorem qui uenit, ad me opere compleuerit. Ex qu bus auctori tatibus manifeſte probatur quod non ſolum ſubditus, verum etiam cum prælatus excedit, ſi p clamorem & famam ad aures ſuperioris peruenerit, nō quidem a maliuolis & maledicis, ſed à prouidis, nec ſemel tantum ſed ſæpe, quod clamor innuit & diffamatio manifeſtat, debet coram eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentius perſcrutari, vt ſi rei popoſcerit qualitas canonica diſtrictio culpam ſeriat delinquentis, non tamen idem ſit actor & iudex, ſed quaſi denunciāte fama vel deſerente clamore officii ſui debitum exequatur, licēt autem hoc ſit obſeruandum in ſubditis, diligentius tamen obſeruandum eſt in prælatis, qui quaſi ſignum poſiti ſunt ad ſagittam, quia non poſſunt omnibus complacere, cum ex officio ſuo teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare, quandoque etiam interdum ſuſpendere, nonnunquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrūt & inſidias patiūtur. Et ideo ſancti patres prouide ſtatuerunt vt accuſatio prælatorum non facile admittatur, ne concuſſis colūnis corruat ædificium, niſi diligens adhibeatur cautela p quam non ſolum falſę, ſed etiam malignæ criminationi ianua præcludatur. Verum ita uoluerunt prouidere prælatis ne criminarentur iniuſte, vt tamen cauerent ne delinquerēt inſolenter contra morbum vtrunque congruam medicinam inuenientes. ¶ Nota ſecundum Ange. de Peruſio, quod inquiſitionum alia eſt generalis, alia ſpecialis. Et generalis diuiditur in quattuor ſpecies. Prima eſt generalis quoad delicta & quoad perſonas, vt cum præſes inquirit, ſi ſint homines facinoroſi pœna digni, & de hac loquitur lex congruit. ff. de offic. præſi. ad l. iuli. repe. Quædam vero eſt inquiſitio generalis quo ad perſonas, ſed ſpecialis quoad delicta, & cum præſes inquirit contra illos qui Titium occiderunt Et de hac loquitur lex mandati. ff. de concedi. ob turpem cauſam. Quædam eſt generalis quoad delicta, ſed ſpecialis quoad perſonas, vt cum inquiritur per viſitatorem eccleſiæ contra perſonas exiſtentes in eccleſia ad inueſtigandum & puniendum crimen per aliquem eorum commiſſum per quod debet monaſterium reformari in aliquo. De hac loquitur. capi. Per inquiſitionem, extra de accu. Quandoque tamen eſt inquiſitio generalis quoad perſonas de neceſſitate, vt cum inquiritur de aliquo maleficio contra ciuitatem & homines illius, nec ſunt homines ſpecificandi. De hac loqui poteſt. C. de mono. leg. prima Specialis autem inquiſitio quoad perſonas. & delicta eſt, vt cum de certo & limitato delicto præſes ſeu prælatus inquirit contra certam & limitatam perſonam. De hac loquitur lex ea quidem. C. de accuſa. ¶ De formis dictandis in huiuſmodi inquiſitionibus Forma inquiſitionis generalis quoad perſonas, ſpecialis quoad delicta huiuſmodi eſt. Hæc inquiſitio quæ fit & fieri intenditur per. A. poteſtatem &. N. eius iudicem maleficiorum ex eorū & cuiuſcunque eorum officio arbitrio & balia contra omnes & ſingulos illos qui tali loco & tempore Titiū occiderūt & occidētibus præſtiterunt auxilium cōſilium vel fauorem. Hęc forma ſumitur ex dictis Inno. Forma inquiſitionis generalis quo ad delicta ſpecialis quoad perſonas eſt talis. Hęc eſt inquiſitio quæ fit & fieri intēditur p N. ſyndicū & ſyndicatorem electum & aſſumptum per commune Peruſii ad ſyndicādum. A. olim poteſtatem dictæ ciuitatis pro ſex mēſibus iā elapſis inchoatis &c. contra omnes & ſingulos ſuos iudices, notarios, milites, domicellos, berruarios, & familiam vniuerſam dicti olim poteſtatis. In eo. de eo. & ſuper eo. q̄ ad aures dicti ſyndicatoris pluries peruenit q̄ dictus. A. olim poteſtas & dicti eius iudices, milites, notarii, domicelli, berruarii, in dictis & in dicto palatio reſidente eorum poſito infra tales cōfines &c. multas diuerſas & varias extorſiones, beraterias, furta & falſitates commiſerunt. Et dictus dominus poteſtas nō tenuit totam familiam qua tenere debuit ſecū dum formam electionis de eo factæ. Et q̄ dictus dominus poteſtas & dicti domini iudices multos abſoluerūt condemnādos, & multos innocentes condemnauerunt, qui debuerunt abſolui, nec venerunt ad banchū ſolitū pro iure reddendo horis debitis & conſuetis ſecundum formam electionis prædictę. Et p̄ dicta omnia omiſſa & perpetrata fuerunt per dictos ſuos nominatos in locis prædictis, & p̄dicto tēpore contra formam iuris ſtatutorū & ordinationum dicti communis. Super quibus omnibus & ſingulis connexis & depēdētibus ab eiſdē & penitus extraneis, dict⁹ ſyndicator inquirit & intendit procedere & condemnare & punire repertos culpabiles ſecundum formam iuris & ſtatutorum dicti communis. Hanc formam approbat conſuetudo totius italiæ. Hæc forma vbique ſeruatur. Inuentis autem malefactoribus ſpecialibus

Inquiſitionum genera.

Duplex inquiſitio.

Forma inquiſitionis.

bus fit inquisitio contra eos specialis. Et ex ista secunda inquisitione ad condemnationem deuenitur, non ex prima, vt notatur in dicto cap. Bonæ memoriæ. Et omnes testes qui in prima inquisitione examinati fuerunt, xaminari debent postmodum in secunda quia aliter ex primis attestationibus inquisitus damnari non potest cum testes deposuerunt, eo non citato, & sic testimonium eorum erat nullum in eius prejudicium. C. de testi. l. Si quando. Huiusmodi forma inquisitionis specialis quoad personas & quoad loca est hæc. Inquisitio autem quam faciunt seu facere intendunt potestas. N. talis ciuitatis & iudex maleficiorum eius contra talem. In eo. de eo. & super eo. quod fama publica precedente, & clamosa insinuatione referente, non quidem a maliuolis & suspectis, sed ab honestis & fide dignis ad aures prædictorum peruenit quod dictus Titius de hoc anno de mense maii dicti anni armatus cum quodam cultello de ferro, quem euaginatum & nudum tenebat in manu dolose scienter & appensate animo & intentione infrascriptum homicidium committendi spiritu diabolico, & Deũ præ oculis non habendo, sed humani generis inimicum fecit impetum insultum & aggressum, mouendo se de loco ad locum in & contra personam. N. & ipsum vulnerauit in capite dicti. N. cum dicto cultello vna percussione & vulnere, ex qua percussione dictus. N. in continenti mortuus est. Et prædicta omnia commissa & perpetrata fuerunt per ipsum. N. in personam dicti. N. tempore supra dicto animo & intentione prædicta in ciuitate Perusii, tali loco prope. tales confines. cõtra formam iuris statutorum & ordinationis dictæ ciuitatis. Hanc autem formam probat. l. libellorum. ff. de accu. quam obseruatur practica. Ideo autẽ ponitur locus & tempus, quia hęc sunt de substantia inquisitionis, sicut & de substantia accusationis. Ideo ponitur fama publica præcedente, quia fama loco accusationis succedit. Vnde nisi præcedat non debet inquiri, extra de accu. cap. Cum oportet, & cap. Qualiter & quando Ideo dicitur a fide dignis, quia si non sunt fide digni faciente famam, sed suspecti, malitiosi, vel maliuoli, ex eorum forma non debet ad inquisitionem procedi, vt in dicto, cap. Qualiter & quando. Hodie tamen Perusii de consuetudine non seruatur, quia pars nunquam petit copiam famæ sibi dari eo. quod ex forma statutorum potest de omni crimine inquiri. Vnde in dicta ciuitate inquisitioni est auxilium regulare sicut accusatio. Cessante statuto & consuetudine bene posset peti copia dicta. Si fieret inquisitio de aliis criminibus quibuscunque, a simili debet fieri secundum ea quę concurrunt ad actus illos exprimentia maleficium siue delictum.

Forma inquisitionis quo ad loca.

¶ In quibus causis possit fieri inquisitio. Angelus de Perusio circa hæc ponit varias opiniones. Et primo opin. glossi. iuris ciuilis dicit in §. Si publico quod non potest fieri inquisitio nisi in his casibus. Primo ratione iniuriæ illatæ præsbyteris aut eorum ministris etiam in loco occulto existentibus, vt in le. Si quis in hoc genus. C. de epi. & cle. Secundus casus in crimine suspecti tutoris. leg. quarta §. Præterea ff. de suspe. tu. Tertius in charta falsa producta coram iudice. leg. Iubemus. C. de probatio. Quartus in falso teste. C. de fal. l. Vbi. Quintus in crimine notorio. l. Ea quidem. C. de probat. Sextus in casibus, notatis in dicto §. Si publico. Alia opinio dicit, quod licet hoc verum sit de iure, de consuetudine tamen de quolibet crimine potest inquiri fama publica præcedente, & clamosa insinuatione referente. Et ita refert Al. de Gandino. Sed opinio gloss. primo positam Ange. reprobat in hoc quod dicit tantum in dictis casibus posse inquiri & non in aliis. Ponit enim & ipsæ alios casus in quibus potest inquiri, scilicet contra omnem sacrilegum, latronem, & Plagiarium, leg. quarta. §. mandatis. ff. ad leg. Iulia. pecul. Item contra facientem seditionem in ciuitate, in autenti. de manda. prin. §. fin. Item videtur posse inquiri regulariter contra omnem malum hominem. leg. Congruit, ff. de offi. præsi. Nicolaus de Nacta in quadam sua disputatione recedens ab illa opinione gloss. ponit sex casus in quibus potest inquisitio fieri, quos Bar. sibi assumit pro regulis in dicto. §. Si in publico. Quorum primus est ad denunciationem officialis, scilicet publici ad hoc deputati, vt cum per statutum deputantur in comitatu officiales, ne maleficia committantur, vt. leg. Diuus. ff. de custo. reorum. Secundus potest inquiri propter præcedentem incidentem cognitionem, vt in falso teste. C. de testib. l. Nullum. Tertius propter præcedẽtẽ generalem inquisitionẽ, alius frustra fieret. l. Congruit. ff. de offic. prę fid. Oportet tamen inuentomalefactore fieri ci-

§. 2.

Inquisitionis, varias opinio.

Casus in quisitionis.

Casus in quisitionis f. cũ dũ Nicolaum de Nacta.

ca

ea eum ſpecialem inquiſitionem ad hoc vt cõdẽnari poſſit. Quartus vbi maleficium coram iudice committitur, vt falſa charta. Co. de proba. l. Iubemus. Quintus propter atrocitatem criminis & iniuriam factam clericis, vt in l. Siquis in hoc genus. C. de epiſc. & cler. Sextus propter criminis notorietatem, vt dicta. l. ea Addit Barto. ſeptimum vbicunq; ſine metu calumniæ & ſine ſolemnitate inſcriptionis procedit accuſatio, ibi etiam poteſt inquiri quod probat per rationes. Sed iſtud ſeptimum reprobat Ange. & addit alium casũ, ſcilicet in crimine ſuſpecti tutoris. Aliorum opi. eſt quod duplex eſt inquiſitio. Vna quæ principaliter fit propter ſe ex officio iudicis nobili. Alia mercenaria ſeu incidens quæ fit ex officio iudicis mercenario ſeu incidenter. Et prima inquiſitio fit tribus modis. Primo quando per famam imploratur, vt in l. Inſinuas. Cod. de offi. rec. prouin. Nam fama tenet locum accuſatoris, vt in capi. Qualiter & quando, de accusa. Secundo quando per promotorem prouocatur, extra de accuſ. capitul. Cum oporteat. Tertio quando per publiam denunciationem excitatur. l. Ea quidem. Co. de accu. Et ſubdit Ang. horum opi. iure canonico credo veram, quo iure inquiſitio eſt remedium ordinarium, extra deſen. excommu. c. Cum deſideres. Sed iure ciuili ex ſola fama non inquiritur. Demum ipſæ Angelus ponit ſuam determinationem per diſtinctionem. Dicit enim quod inquiſitio fit duab. de cauſis, quia aut ad priuatam vtilitatem principaliter, aut ad publicam. Ad priuatam autem vtilitatem regulariter fit inquiſitio, quia quæ in iudicio aguntur ad partis poſtulationem agenda ſunt, non officio. ff. de iudi. l. Qui ſemel. Fallit hoc in caſibus, ſcilicet ſuſpecti tutoris, quoad vtilitatem pupilli requiritur nemine poſtulãte. Et in datione tutoris, quę dari poteſt ex officio nemine petente. Item & cenſitor ad vtilitatem priuatam ĩquirere. Itẽ & prætor inquirit contra executores publicos ad priuatam vtilitatem ne interim tributis & aliis vexentur vexationibus, vt in authenri. de man. prin. §. Coges. Item epiſcopus in cauſa vſurarum inquirit contra vſurarium, vt vſuras priuato reſtituat, vt de iureiuran. cap. Ad noſtram. Si ad publicam vtilitatem fit inquiſitio, tunc aut in cauſis ciuilibus, aut in criminalibus. Si in ciuilibus regula eſt, quod in omnibus cauſis mere ciuilibus & numerariis principaliter vtilitatem reipublicę concernentibus poteſt procedi per inquiſitionẽ, vt Cod. de bonor. poſſeſ. l. Si quis. In cauſis vero criminalibus de quattuor regulas, quarum primæ tres ſunt affirmatiuæ, quarta negatiua. Prima regula eſt, quod vbicunque crimẽ eſt tale, quod accuſando iuris ſolemnitas relaxatur, de illo poteſt inquirit. Probatur hæc regula. Cod. de accu. l. Ea. Vnde quia cum ꝓceditur ꝓ accuſationem in multis ſolemnitas iuris relaxatur, ideo de eo poteſt inquiri. Qđ etiam notat Inno. in capitu. Veſtra de coha. cle. & mulie. Et inde eſt quod ad denunciationem publici officialis poteſt inquiri, quia ꝓ talem denunciationem fit crimen notorium. Secunda regula eſt, quod vbicunque committitur crimen coram iudice, ita quod offendatur pars vel iudicis maieſtas poteſt inquiri de eo. Probatur hoc. Capitu. de teſtib. l. Nullum. Vnde ſi quis coram iudice producit falſum teſtem, vel vtitur falſo inſtrumento, quia offendit aures iudicis, merito propter, offenſam iudicis maieſtatis & partis poteſt cõtra eum inquirere. Tertia regula eſt, quod vbicunque crimen eſt de atrocioribus fama publica præcedente a fide dignis poteſt inquiri. Probatur hoc. l. 4. mandatis. ff. ad l. iuli. pecu. Video enim in iſtis actionibus iuris ſolemnitatem relaxari, ergo poterit inquiri. Interęſt enim reipublicæ atrociora delicta puniri, vt prouincia malis hominibus purgata remaneat. Ei reputatur inter atrociora iniuria quæ fit clericis, vt Cod. de epiſcopo. & cle. l. ſi quis in hoc genus. Quarta regula eſt negatiua ſcilicet quod in his caſibus exceptis nõ poteſt in criminalibus cauſis inquiri. Probatur hoc per l. reſcripto. §. ſi quis accuſatus. ff. de mu. & hono. Hoc videtur intelligendum quando iudex inquirit ad denunciationem & inſtantiam alterius, non autem ex mero officio ſuo hoc agit, vel intelligendum hoc de iure ciuili, ſecus de iure canonico, quia poteſt & in aliis caſibus inquiri & ita practicatur, quod etiã declaratur in §. ſequenti. Poteſt autem inquiſitio impugnari ſemper cum in aliquo eorũ quæ ſunt de ſubſtantia inquiſitionis deficit, ſicut accuſatio, cum defectus ſit in ſubſtãtialibus. Et tunc ex huiuſmodi defectu ſubſtantialium non poſſet procedi ad condemnationem, quod verum eſt niſi inquiſitus ſit confeſſus crimen vel non opponat talem defectum ſubſtantialium. Nam ex inquiſitione deficiente in ſubſtantialibus contra confeſſum crimen, non opponentem defectum. ſubſtantialium poteſt ſequi condemnatio, vt expræſſe dicitur, capi. 1. de confeſſio. lib. 6. ¶ De ſubſtantialibus inquiſitionis dicit Ange. quod quinquẽ ſunt neceſſaria. ¶ Primum eſt

Inqſitio ni quinque neceſſaria

est ex parte iudicis inquirentis, & hoc est q̃ fit competens iudex, alias non tenet inquisitio, vt de re. iudi. Ea quæ fiunt, lib. 6. Vbi scien dum secundum ipsum q̃ in causis meri imperij, vt sunt criminales causæ, solus iudex habens merum Imperium potest principaliter inquirere, quia eius negocij solus ipsę habet iurisdictionem. ff. de iurisdi. omn. iudi. l. Iubere. Incidenter autem iudex ciuilium causarum potest inquirere de causis meri Imperij. Co. de testi. l. Nullum. Vt cum testis deponit falsum coram iudice ciuilium causarum, & non habente merum Imperium. Nam tunc ratione incidentis cognitionis causa meri Imperij deuoluta est ad suam, iurisdictionem. Et punit talis inquirens inquisitum, secundum aliquos pęna extraordinaria, secundum alios ordinaria. Sed hic notandum quòd si clericus deponit falsum coram laico quãuis in hoc casu glo. in dicta l. Nullum, & secundum Cy. clericus possit puniri per iudicem laicum, Ray. contrarium dicit per capitu. Si diligenti, extra de fo. compe. Et iure quidem antiquo ciuili gl. & eam sequentes verum dicunt sed iure canonico. Ray. verum dicit, & sic tenendum est. Cod. de episc. & cle. & in authen. Statuimus. In causis vero ciuilibus & pecuniariis ad publicam vtilitatem spectantibus inquirere potest omnis iudex ad cuius iurisdictionem officium & cognitionem talis causa spectat, ad priuatam autem vtilitatem, vt ad remouendum tutorem vel curatorem, tan quam suspectum Romæ prætor inquirit vel subdelegatus, in prouincia proconsul. Et cum hodie potestates terrarum in terra quam regunt teneant locum præsidis, coram eis agenda est quæstio suspecti tutoris ad inquirendum vero contra vsurarium vt vsuram restituat possunt inquirere ordinarii locorum, & eorum vicarii extra de vsuris. c. Ad nostram. ¶ Secundum quod requiritur quod est ex parte inquisiti est vt sit de iurisdictione iudicis inquirentis quoad iustum articulum, aliàs nõ posset contra ipsum inquirere, extra de fo. compe. Si diligenti, & authen. Statuimus, de episco. & cle. ¶ Tertium quod requiritur est ex parte causæ seu materiæ de qua inquiritur quod pro tanto dicitur, quia non semper in omni negocio potest procedi per inquisitionem, sed tantum in quibusdam, de quibus dictum est in §. precedenti. ¶ Quartum quod requiritur ex parte causæ incitantis inquisitionem, quod dicitur pro tanto, quia fama publica & clamosa insinuatio a fide dignis procedens, incitat iudices ad inquirendum adeo q̃ inquisitio fieri non potest, nisi procedat diffamatio a viris honestis, non maliuolis & maleficis, & non semel sed pluries, & quòd sit tanta quod scandalum generet, nec tolerari posse sine periculo, vt in cap. Qualiter & quando, in fin. de accu. Hoc tamen fallit in certis casibus. Primo vbi inquiritur ad remotionem prælatorum regularium, quia tunc non est necesse quod diffamatio sit tanta q̃ sine periculo vitari non possit, vel quod scandalum generet. Et est ratio, quia tales facilius remouentur ab officijs suis, vt in capitu. Qualiter de accu. Item fallit vbi inquisitio fit præsente parte & non opponente se diffamatum non esse, vel diffamationem præcessisse non legitime, vt de accu. capitu. 2. lib. 6. Item fallit vbi inquisitio formatur contra confessum crimen. capit. 1. de confes. lib. 6. Item fallit in inquisitione generali quæ fit contra caput & membra ecclesiæ alicuius ciuitatis, castri, vel loci, de delicto in genere de quo loquitur capiru. 1. extra de offic. ordi. & ita tenet Hostien. in summa. Et per hoc patet quòd syndicatores rectorum qui syndicant caput & eius membra potestatem, capitaneum vel eius officiales possunt contra eos inquirere in genere de delictis cõmissis per eos in eorum officio, & non præcedente fama publica vel clamosa insinuatione, & ita de consuetudine seruatur. Fallit etiam quando per inquisitorem proceditur ad denunciationem publici officialis, vt de offic. custo. cap. fin. & ita tenet. Hostien. Item fallit cum iudex inquirit ex mero & puro officio, & non ad instigationem alterius, vt in capitul. 1. de offic. ordi. Et per hoc sint cauti rectores terrarum, quod ad hoc vt ab eis non possit peti copia diffamationis, semper cum formant inquisitiones dicant. Hæc est inquisitio quam facit talis. N. contra talem. M. ex suo mero officio. Item fallit vbi iudex est necessitate sui officii inquirit vel vbi vertitur periculum animarum ibi non est necessaria diffamatio secundum formam prædictam. In criminali vero in quo iudex procedit ex necessitate officii non est necessaria diffamatio, quod notandum pro inquisitionibus quæ fiunt hodiæ per rectores terrarum, an sit necesse diffamationem præcedere. Nam si de necessitate officii inquirere tenetur, non est necessaria diffamatio. Sed si inquirit ex voluntate, non necessitate, tunc si inquirit ad petitionem alterius est necessaria diffamatio si vero ex mero officio vel ad denunciationem publici officialis, non est necesse diffamationem præcedere, (vt dictum

ctum est.) ¶Quintum quod requiritur de substantia inquisitionis est ex parte formæ, vt.s. inquisitio sit apta concepta & habeat debitam formam, alias non potest sequi condēnatio, vt in cap. Qualiter, & inquisitionis, & c. Cum oporteat, de accu. De quibus formis dictum est supra §. 1. Debet ergo in inquisitione apponi locus & tempus delicti tanquam substantialia, alia vero oportuna substantialia in libello accusationis fm formam libellorum instituta, de pub. iudi. & secundum glo. ibi, & secundum Inno. non debent obseruari in inquisitione. Sed Iaco. But. quem sequitur Angel. dicit quod excepta inscriptione omnis alia solemnitas quæ seruatur in accusatione seruanda est in inquisitione. Item in inquisitione debet procedi contra prēsentem, nam si absens est & se per contumaciam non absentauerit, citandus est. Sed hoc de consuetudine non seruatur, quia semper inquiritur de delicto, siue inquisitus sit prēsens siue absens per contumaciam vel non. Item quāuis litis contestatio fieri non debet in casu inquisitionis quia contestatio litis per interrogationem, vel responsionem rei animo litem contestandi, vt l. 1. C. de lite. contesta. Sed hic non est actor, ergo non est dare litis contestationem, fieri tamen debet per iudicem interrogatio & per eum responsio. Item quāuis inquirendus debeat interrogari de his de quibus iudex debet inquirere, ad hoc vt ipsæ habeat facultatem se defendendi, & postea si inquisitio debeat formari, si ordo istæ peruertitur, scilicet quod prius fiat inquisitio quam inquisitus interrogetur, inquisitio est nulla vt in dicto c. Qualiter. Sed hoc de consuetudine non seruatur, sed cōtrarium. Item si iudex inquirat ex officio non tenet se inscribere, sed charitatiuam denunciationem facere. Item in inquisitione inquirens facit conclusionem per hæc verba. Super quibus omnibus & singulis dependentibus & cōnexis ab eisdem, & prorsus extraneis dictus iudex inquirit, vt supra dictum est. Et est valde vtile hanc conclusionem facere, quia per hanc cōclusionem iudex intentat certam legem in puniendo, & hoc notat Barto. Item cum iudex inquirit de homicidio contra Titium fuisse culpabilem de furto vel adulterio, de illis, scilicet furto & adulterio condemnari non potest, quia respectu furti vel adulterij nullus est confirmatus locus, nullum unquam tempus deductum, ergo, &c. Quod verum est nisi de crimine constaret per propriam confessionem quia tunc licet illud crimen non in inquisitione deductum ratione confessionis, potest sequi condemnatio, extra de confess. c. 2 lib. 6. Et ratio est, quia tunc nullę sunt partes iudicis in confessum nisi in condemnando. ¶Quæ autem probationes requirantur, vt ex inquisitione possit sequi condemnatio, dic quòd quando inquiritur contra laicum de crimine requiruntur probationes aptę & necessario concludentes, vt in l. Sciant. C. de proba. Si vero contra religiosos inquiritur de crimine requirun tur probationes magis exactæ, vt extra de symo. c. Licet. Et contra religiosum ipsum probationes diuersimodæ requiruntur. Nam aut aliquid inquiritur contra religiosum ad correctorem secundum regulam, & tunc secundum eandem de plano fienda est non seruata forma prædicti. c. Qualiter, vt notatur, de appel. c. Reprehensibilis, & infra, præsenti decreto statuimus, vt nec prælati nisi &c. Aut inquiritur vt ab administratione remoueatur, & tunc quādo agitur de priore vel abbate curam habente auctoritate diocesani instituto, est quoad quædam seruanda forma dicti. c. Qualiter. Licèt non quoad omnia, quia non vocabitur modo prædicto vt se possit defendere, vt de accu. c. Ad petitionē. Et remoueri potest a prædicta administratione leuius & ex leuioribus causis quam clerici seculares. Et in hoc spectanda est consuetudo specialis locorum religiosorum, vt in cap. Quia nos, de ap. Quando vero agitur de priore simplici, vel alio officiali, tunc talis instituitur & destituitur ad abbatis arbitrium, vt notat Innocentius in dicto, cap. Qualiter & quando, de accusatione.

¶Quando autem & quomodo sit procedendum. §.4.

¶Nota quod cum subditus aliquis vel etiam prælatus offendit, si per clamorem & famā ad aures superioris peruenerit non quidem ortam a maliuolis, sed prouidis & honestis, & non solum semel sed semper debet veritatem diligentius perscrutari, vt puniat si oporteat, nec ex hoc sequitur, quòd idem sint accusator & iudex, sed fama est loco accusatoris, extra de symo. c. Licet hely. Et pro maiori huius declaratione dicit Richar. in 4. distinctio. 19. quod fama quandoq; est a certo motore quandoq; ab incerto, de consc. dist. 4. Sanctum. Quando habet ortum ab incerto motore, si ad aures prælati deuenerit per clamosam insinuationem vt ex ea scandalum in populo generetur, debet procedere ad inquisitionem quamuis nullus sit qui se offerat ad accusandum, factum vel famam. Sciendum tamen quòd malam famam non faciunt dicta

cta paucorum, taliter vt propter illam prælatus debeat procedere ad inquisitionem extra de accu. c. Inquisitionis, in glo. vbi dicitur dicta paucorum non infamant, fama enim debet esse p villam siue per parrochiam ad hoc vt fiat inquisitio. 2. q. 1. Deus omnipotens. Et cum procedit ad inquirendum inquiri nō debet de quibus infamia non processit. Si autē habet ortum a certo motore, vel certis motoribus tunc si illi non sunt inimici sed prouidi & honesti debet prælatus procedere ad inquisitionē. Si aūt sūt inimici & maliuoli tūc aut constat ita esse non certitudine, sed p̄ præsumptiones non violentas, & tunc etiam prælatus ad inquisitionem procedere debet. Si autem constat esse tales per legitimas probationes vel eorum confessionem vel violentas p̄sumptiones & infamatus alias fuerit boni nominis & persona notabilis, non credo q̄ prælatus procedere debeat ad inquisitionem, extra de purga. cano. c. Cum in iuuentute. Quidam tamen dicunt q̄ undecumq; orta fuerit mala fama procedendum est ad inquisitionē & infamato canonica purgatio indicenda est saltem propter scandalum, extra de accu. ca. Qualiter & quando. Sed hoc credo intelligēdum quando illi a quibus infamia ortum habuit non probantur esse inimici vel maliuoli. Hæc Richar. in 4. dis. 19. q. 3. art. 3. in corpore arti. ¶ Differt autem inquisitio quam facit iudex alio procurante siue promouēte & ea quā ipsæ facit ex officio suo ad clamorem famę in hoc q̄ vbi fiat alio procurante non est cogendus aduersarius iurare, ne propter hoc promotor inquisitionis possit instrui, sed ipsæ tenetur probare suam intentionem, aliàs puniretur suspensione vel aliter donec se purgauerit q̄ non animo calumniandi crimina imposuit, extra de calum. c. Cum dilectus. Item publicatis attestationibus non recipientur alii testes, quia timeretur de subordinatione. Sed vbi iudex inquirit ex officio, tunc is contra quem inquiritur est cogendus iurare q̄ respōdeat veritatem ad interrogata. Et hoc dico si ue inquiratur contra priuatam personā siue contra conuentum. Item publicatis attestationibus potest denuo ab aliis testibus inquirere veritatem. 2. q. 5. Habet, & c. Mennam. Forma autem iuramenti testium in causa inquisitionis est hęc Si est contra personam & crimē determinatū, iurat testis q̄ sup crimen dicet, plenā veritatē, extra de symo. c. Licet hely. Si vero est inquisitio sup statu ecclesiæ iurat dicere, quę scit vel credit de ecclesia reformanda, vel quod respondeat veritatem ad interrogata, extra de accu. c. Cum dilectus Et in talibus iuramentis non debet iurare de occultis. Nam secretorum solus Deus est iudex & cognitor. dist. 32. Erubescant impii & aperte intelligant iudicia sanctispiritus eos &c. secunda. q. 5. Consuluisti.

Inq̄sitio iudicis ex officio.

¶ Ad inquisitionem iudicis. Vtrum teneatur inquisitus de omnibus aperire veritatem & manifestare de q̄bus fuerit interrogatus. Nota circa huiusmodi distinctionem. Pet. de Palu. in 4. dist. 19. Aut certum est quod iudex inquirit de crimine in casu in quo potest de iure, & tunc tenetur sibi homo dicere veritatem, tam de se quam de alio quia mentiri in iudicio est mortale. Aut certum est quod ipsæ iniuste inquirit, vt puta quia non præcessit accusatio nec denunciatio nec clamosa insinuatio, nec infamia illius, nec factum est diuulgatum, nec denunciatum. Nec speciali puta talis facit tale crimen, vbi iacet, occisus, sed nescitur a quo. Nec in generali puta tale monasterium est diffamatum de dissipatione religionis tunc enim non tenetur nec de se nec alio; quia ille in hoc non est, suus iudex. Si sit dubium vel iuris vel facti, præsumendum est pro iustitia iudicis, & debet sibi homo dicere se veritatem vel magis ponere in ipsius iudicio, cum sciat tale crimen quod nullus alius scit, nisi forte vnus, quod habeat consilium, vtrum teneatur nominare personam & sicut ille iudicauerit ita faciat, quia iussus iudicis in dubiis excusatur. Similiter de latrone qui torquetur. Si enim tale crimen est in se vel in alio quod iuste possit subiici inquisitioni, tenetur dicere tam de se quam de alio, alias nec de se nec de alio. Eo autem ipso quod homo vnicum crimen habet propter quod iudex iuste procedit contra eum in illo crimine inquirendo ex hoc ipso & de aliis potest inquirere, quia non propter occultationem peccati, sed peccatoris, de occultis non prohibetur iudicare. Vbi ergo iam per vnicum crimen est diffamatus, & de aliis debet dicere veritatem, & similiter si socii sui sunt ī tali statu quod iuste cō tra illos agi potest pro vnico crimine, etiā de aliis omnib. & pót & debet eos procedere, q̄ eorū correctionē nō sperat, maxime cū peccatū illorū sit in periculum cōitatis, vt quia scit eos fures, & latrones impœnitentes. Nam illū qui iam pœnituit accusare nō debet, nisi iuste nominatim de eo interrogetur Hęc Pe. de Palu. Qualiter sit procedendum q̄ fit contra singularem personam. Nota primo quod debet fieri inquisitio ī loco in quo cōuersata est persona

§. 5.

Inq̄sitio contra singulare pso-nam.

persona contra quam inquirendum est. 13. q. 1. Paratus & extra de præsumptio. c. Quosdam. Citabitur autem eis contra quem inquirendum est, & sic debet esse præsens, nisi se p contumaciam absentauerit. Et debet fieri coram ecclesiæ senioribus. Item exponenda sūt ei illa capitula de quibus fuerit inquirendus, vt facultatem habeat defendendi se. Et nō solum dicta testium sunt ei, danda sed etiā nomina, vt quid & a quo sit dictum appareat, & ne per suppressionem nominum detur audacia diffamandi. Dicit Angelus de Perusio qđ nomina testium sunt danda inquisitio post depositionem eorum, ideſt attestationem, & ante dari non debent, vt esset omnis materia corrumpendi testes. ¶ Ita notat Hostien. sup ca. Qualiter & quando, de accusa. ¶ Item nota secundum Guidonem & Angelum ꝙ testes non possūt examinari parte nō citata p. l. Si quando. C. de testi. Nam testes examinati parte non citata, non inferunt præiudiciū non citato. Item & amittendæ sunt eius exceptiones & replicationes legitimæ. Hæc omnia extra de accusatio. c. Qualiter & quando, & 5 q. 2. Si prælates. Et talis potest opponere contra inquisitorem de suspecto vel quod talis sit criminosus, & contra denunciationē vel litteras ad inquirendum impetratas, & contra testes & dicta eorum extra, de accusatio. Cum oporteat. Nam non debent admitti testes nisi legitimi. ¶ Item inquisitor debet facere iurare & testificare etiam illos qui denūciauerunt, extra de symo. ca. Licet hely. Secus est in via accusationis, quia accusator nō potest esse testis, de accusatio. Cum P. ¶ Item

Notādū. sciendum quod in nullo crimine potest procedi ad inquirendum ex denunciatione, nisi præcesserit fraterna correctio, vt habetur in

§ 6. dicto ca. Licet Hely.

¶ Qualiter procedendum sit in inquisitione generali, cum committitur alicui inquisitio ecclesiæ tam in capite quam in membris Dic quod debet procedi de plano & sine strepitu iudicii, cum non deceat seruos Dei talibus, implicari, extra de accusatio. ca. Olim, non tamen quod ordo iudiciarius omnino prætermittatur, sed per modum qui dicetur infra. c. Proximo. §. 1. Item in tali iudicio reperientur testes, quales in ecclesia inueniuntur quia quæ domi fiunt per domesticos probari oportet, extra de testi. ca. Veniens. Quando autem fit inquisitio de aliquo matrimonio ꝙ videbitur de expensis inquisitiori, vel monachis qui persequuntur contra abbatem monasterium de rebus suis, & non tantum denunciātibus & accusantibus, sed etiam quos iudices ad prosecutionē negocii idoneos duxerint assumendos, extra de accusa. capitul. Ex parte. Durante vero inquisitione debent monachi obedire abbati in licitis & honestis dummodo non impediatur prosecutio negocii, extra de accusa. capi. Olim. Item nota qđ non potest prælatus suis subditis interdicere ne reuelent statum suum vel ecclesiæ, aut personarum his qui missi sunt ad inquirendum corrigendum & reformandum. Nec tenent sententię excommunicationis, suspēsionis & interdicti contra hos latæ. ¶ Nec etiam iuramenta, promissiones, & obligationes aliquæ factæ ad celādum. Insuper ab inquisitoribus talis temeritas animaduersione digna præcipitur castigari, extra de offic. ordi. c. quia plerique, libr. sexto. ¶ Effectus autem inquisitionis est hic, quia si inquiritur contra prælatū vel habentem administrationem & conuincitur, pęna eius est remotio, exemplo villici diffamati cui dictum est. Iam non poteris amplius villicare. Luc. 16. extra de accu. ca. qualiter & quando. Si vero non habet administrationem, pæna est arbitraria secundum merita personæ, & qualitatem excessus, extra de accusa. capitu. inquisitionis. in. fi. Sed hoc fallit in criminibus enormibus quę ordinis exe cutionem & beneficii retentionem post peractam pœnitentiam impediunt, vt est in symoniaco in ordine & beneficio, extra de accu. capitu. Inquisitionis. Quæ dicantur enormia, habes, infra parte ea tit. de suspensione. De inquisitione hæreticorum habes supra in secunda parte, titul. duodecimo, de infidelitate capit. quarta.

Effectꝰ inqſitionis.

Titulo 27. cap. 2. & 3.

¶ Circa inquisitionem religiosorum vel etiā clericorum, sic dicit magister Symon. Aut inquisitio fit in generali super statu ecclesiæ vel capituli, aut contra determinatam personam. Et si in generali ab omnibus tunc est inquirendum. Et sunt omnes tam beniuoli q̄ maliuoli audiendi, & extranei possunt omni no repelli, & similiter infames. Et quando sic procedatur, scilicet contra personam determinatam, deponentes contra eam, in primis iurent antequam eorum testimonium vel depositio admittatur. 2. q. 9. Hortamur, & extra de accu. Qualiter & quando. Si vero in huiusmodi inquisitione omnes vel multi dicant se nihil scire de persona per certam scientiam, sed solum per famam, & forte credulitatem, nō per hoc fit conuictio, nec per hoc poterit in aliquo puniri, quia nihil per hmōi depositionē probatur nisi sola fama, quæ ad pu

§. 7.

niendum

niendum non sufficit. Et nisi adsint testes alij, solum modo est tali personæ infamatę purgatio indicenda secundum arbitrium iudicis & personæ qualitatem & modum infamiæ susci tatę. Istud habetur extra de accu. c. Inquisitionis, & 2 q. 5. Presbyter & per totum. Cum autem fit inquisitio contra determinatam personam ad petitionem partis agentis contra eam Primo iudex descendens ad inquisitionem habita persona præsente, inquirere debet de fama personæ delatæ, & si inuenerit eam infamatam procedat testes admittendo, aliter non est in inquisitionis negocio procedendum contra ipsum, extra eo. Cum oporteat. Et quamuis actor probauerit eam infamatam adhuc persona rea probare poterit se bonæ famę, extra de accu. c. Cum oporteat. Et tunc præstantius erit priuilegium bonę famæ quàm probatę infamię. Et hoc tenendum est, nisi probetur factum, ꝙ si probari non poterit procurans inquisitionem grauius puniatur, extra de calum. c. Cum dilectus. Fama vero inuenta de persona apud paucos, vel leues personas non cogit nec dat occasionem prælato ad inquirendum, præcipue de persona quæ prius fuit claræ & bonæ famæ. Secus si apud plures bonos & graues, quia fama apud tales suspitionibus violentis secundum conditionem personæ de qua agitur facit quodammodo probationem. Nam & si singula non possint, simul tamen collecta valent, extra de testi. c. Præterea. Nihil enim est aliud in hac materia probatio quàm rei dubiæ per testes vel instrumenta, vel præsumptionis ostensio. 32. q. 1. Dixit. Sic ergo procedens contra personam inquirendo ex fama, primo citabit eam vel vocabit secundum modum religiosorum, qui arctius obligantur ad obedientiam prælatis suis quàm seculares, & faciet iurare eum super veritate dicenda de his de quibus infamatus est, extra eo. Cum dilecti. Aliqui tamen religiosi ex consuetudine omittunt iuramentum, & ponunt tales ad examen super veritate dicenda per præceptum & reddunt quandoq; excommunicationem propter pertinacem inobedientiam aliquorum. Et super dicto, capitu. Cum dilecti, dicit quòd cum fit inquisitio solum ad correctionem siue ad pœnitentiam valde liberius est procedendum quàm quando proceditur ad depositionem & ad pœnam, & maxime circa seculares, quia tunc scilicet in primo casu proceditur in fauorem eius contra quem agitur. Non sic autem semper in secundo casu. Benedictus 12. in statutis super statum fratrum minorum c. 16. sic ait. Si excessus enormes occultos tamen per vnum solum contra aliquem dicti ordinis fratrem, aliàs bonæ famæ alicui superiori ipsius secrete denunciari contigerit, non recipiatur huiusmodi denunciatio ad fratrem, vt propterea ad inquisitionem seu iudicialem discussionē procedatur, nisi denuncians requisitus per superiorem eundem, se dicat fore paratum ea quæ sic dicit, & prout ea denunciat deponere vt testis & in præsentia denunciati iurare, nec registretur huiusmodi denunciatio in libris ordinis, nisi prefatus superior verisimiliter credat vel æstimet posse super denunciati excessus testes alios idoneos reperiri, posset tamen super eis huiusmodi denunciatio per ipsum superiorem recipi, & denunciatio quanto breuius poterit in secreto maneat, & prout discretioni suæ videbitur faciendum. Vbi autem denunciator alius vel testis, idoneus super huiusmodi occultis excessibus postea appareret, ad secretam si ei visum fuerit etiam si denunciatus absens & remotus extiterit informationem procedere, & tam primum quàm secundum & quoscunq; alios testes idoneos recipere, recepto prius ab eo corporali iuramento informati. Infra tamen biennium tenetur prelatus denunciatum vocare, & ei processum habitum exponere ad iustitiam circa eum facere, aliàs elapso biennio ipsi denunciato nocere non possit. Si vero plurium singularium personarum testimonia cōtra fratrem aliquem super excessibus eiusdem generis habeantur, ex quibus probabiliter redditur suspectus tunc ad veritatis inquisitionem pleniorum etiam si expediens videbitur per arctationem personæ contra quam habebuntur huiusmodi testimonia procedatur secundum modum suspitionis & qualitates excessus, ac statum conditionis personæ. Et si crimen per huiusmodi inquisitionem nō probetur, ipsę denunciatus remaneat infamatus, indicatur ei purgatio, vel alio modo prouideatur ordinis honestati & famę denunciati. Vbi aduertendum quòd in toto isto processu ordinato ad istos religiosos quasi nihil nouum est, sed antiqua iura ad eos sunt rationabiliter applicata.

§. 8. ¶ Notandum etiam secundum prædictum Symonem, quòd cum quæritur vtrum prelatus teneatur procedere ad inquisitionē, quando non sperat inde profectum? Respondetur quòd duplex est inquisitio prelati. Vna est quam tenetur facere certis temporibus generaliter super statu ecclesiarum curię suæ vt

Duplex prelati inquisitio.

in

in visitatione fit. Et cum ad hanc obligetur ex officio nō debet dimittere siue credat proficere siue non, vt distinct. 18. cap. Quoniam quidē alia inquisitio est specialis quę fit contra determinatam personam. Et ad hanc non tenetur nisi fama acclamante vel aliqua persona deferente. Et tunc tenetur ad eam faciendam secundum formam iuris (vt dictum est supra) siue credat ex ea inquisitum proficere siue non. Nam si non proficiet circa illam proficiet circa alias personas, quæ sunt scandalizatæ ex fama audita, donec viderint circa eam fieri q̄ iura disponunt. Si autem inter illos alios qui sunt in congregatione sunt aliqui quibus cedit ad vtilitatem, alii quibus est ad scandalum vel damnum animæ differri potest, & quando opportunitas faciendi eam fuerit coram illis quibus cedere poterit ad bonum, ita tamen quod finaliter non super sedeatur ab actu iustitiæ propter malum aliquorum, & maxime cum bonū inde sequens maius reputetur quam damnū in genere suo, vel nisi forte multitudo sit in culpa & timeatur quod velit insurgere ad defendendum eam tunc est superfedendum ad tempus distinct 83. Plurimos. Item notandum secundum ipsum Symonem, q̄ clericum vel religiosum vehementer præsumptum de crimine & nolentem recognoscere veritatem licet vtiq; ponere ad quæstiones ideſt tormenta, quamuis enim secundum iura ciuilia liber homo non debeat poni ad torturam sed solum serui, vt ff. de quæstionibus per totum. Verum quia dicitur Io. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati, ideo talis clericus vel religiosus cum innotescit de aliquo enormi crimine & vehemēter suspectus est, vt seruus potest poni ad quæstiones, vt 6. quæst. 1. c. 1. Et possunt arrestari vel detineri, quod etiam confirmatur per statutum domini. Benedicti 12. ad minores dicentis q̄ potest talis arctari, vt patet in §. præcedenti, tamen nullo modo est à quæstionibus inchoandum. de reg. iuris. Cum in contemplatione. Cuius causa est, quia siue prælatus siue alius de eius mandato, qui clerico parato corrigi & obedire volenti vim infert, excommunicatus est extra de sen. ex. vniuersitatis. Hoc tenent Hostien. & Archi. Si enim statim fieret nulla præsumptione præcedente esset locus appellandi 2. q. 6. Non solent. Quæstiones tamen huiusmodi circa clericos debent esse moderatæ, & propter periculum excommunicationis, & propter hoc quod iudicium pessimum est quod procedit ex suspitione vel ex torta confessione, sicut 15. q. 6. Si sacerdotibus. ff. de quęstionibus. l. Seuerus ait. Quęstioni fidem non semper nec nonnunquam habendam constitutionibus declaratur. Quæ enim res est fragilis & periculosa, quæ rationem fallit. Nam pleriq; patientia siue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt vt exprimi ab eis veritas non possit. Alii tanta impatientia sibi suscipiunt tormenta, vt mentiri potius q̄ tormenta pati velint, ita fit vt etiam vario modo fateantur, vt non tam se ipsos quàm etiam alios criminentur. ¶ Item dicit q̄ in vitiis corrigendis vbi ius deficit ideſt q̄ non loquitur de correctione vel modo punitionis talis criminis, sequenda est consuetudo loci in modo puniendi crimina. Nec debet prælatus introducere nouam cōsuetudinem simpliciter vel alicuius alterius loci ad puniendum propter hoc vt efficacius corrigantur vitia si ex hoc scandalum oriatur, quia non sunt facienda mala vt eueniant bona. Rom. 13. Malum est autem suscitare scandala. ¶ Circa religiosos pręcipue moderandæ sunt correctiones ne resiliant totaliter a statu bono. Tria autem sunt particularia bona quę integrant virum perfectum bonum in religione. Et si circa particulare bonum sic fiat reformatio q̄ fiat de formatio vel destructio alterius boni, iam deficit ratio boni integri & perfecti. Nam secundum Dionysium. Malum omnipharium est bonum vero ex perfecta & integra causa. Si ergo tollendum est malum inobedientiæ vel incontinentiæ, vel proprietatis in religiosis, vt aliqua pars boni integri remaneat & pręcipue obedientia nullatenus destruatur. Nam quandiu illud remanet, spes semper remanet de correctione aliorum defectuum ar. 23. q. 5. Quid ergo & vndecima quæst. tertia. Nolite recedere. ¶ Item notandum, quod cum in priuilegiis religiosorum dicitur, q̄ postpositis rimulis & apicibus iuris possint libere procedere prælati ad correctionem vitiorum, non per hæc verba tollitur, nec per huiusmodi eximuntur a iure communi, ad quod omnes catholici tenentur, extra de consti. cap. 1. Sed non tenentur ad ea quæ non sunt de substantia iuris seu ordinis iudiciarii siue quibus non potest procedi in iudicio contentioso. Sicut & dicitur in constitutionibus fratrum prædicatorum, q̄ electiones fiant secundum formam canonicam aliis solemnitatibus iuris relegatis, si aliquid dimitteretur cum procedi tur per scrutinium, quod fit de substantia formæ cassaretur electio sed ea quæ non sunt de substantia formæ, vt collatio zeli ad ze-

lum

lum & huiusmodi, per illa verba tolluntur. Item in c.quãuis de pœnis lib.6.dr, ꝙ quãuis carcer sit deputatus ad custodiam reorum, si tamen prælatus clericos confessos vel conuictos de criminibus eorum excessibus & personis ceteris; circunstantijs prouida deliberatione pensatis, in perpetuum vel ad tempus carceri mancipet non est improbandum. Non tamen de facili est clericus carceri mancipandus, quia excommunicatus est qui iniurioſe detinet clericum, extra de sen.excomm. Nuper. nec est a quocunq; existimandum, ꝙ per hoc quis infamis efficiatur ꝙ est carceri mancipatus cum qñq; vt dicitur Eccl.4. De carcere & catenis quis egreditur ad regnum, vt patet in Ioseph incarcerato iniuste. Gene. 39.sed & princeps apostolorum incarceratus pluries, vt patet Actuum 5.& Actuum 12.c. Et similiter vas electionis, ut patet 2.ad Cor. 11.& Ioann. Bap.vt patet Matth.14. Marci.6. Luc.3. & Ioan.3.c.

¶ *De modo procedendi per accusationem.* *Cap.* 8.

IVdicis non est sine accusatore damnare, quia dominus Iudam cum fuisset fur, quia non est accusatus minime abiecit,vt habetur 2.q.1. In manifesta, vbi dicit glo.ꝙ nemo est cõdemnandus sine accusatore. Sed fallit hoc in octo casibus. Primo in charta suspecta, cui fides non sit.C.de proba.l.Iubemus. Secundo cum testes fraudulenter & procaciter respondet.C.de testi.l.Nullus.Tertio in tutore suspecto.ff.de suspec.tuto.l.3.& 3.quæst.2.Quia ea. Quarto quando maritus excipiendo condemnatur de lenocinio. ff.de adulte.l.2. Quinto quãdo calumniator punitur. C.de calum.l.1. Sexto quando probatur crimen per inquisitionem, extra de accu.c. Qualiter & quando. Septimo cum deficit reus in purgatione,extra de symo cap.de hoc.Octauo in notorijs,vt in isto.c.In manifesta.De notorio sic dicit Amb. Manifesta accusatione non indigent,vt habetur 2.q.1. In manifesta, vbi glo. quod aliud est fama seu famosum aliud manifestũ, aliud notorium.Fama quandoq; ex scientia,quandoq; ex suspitione procedit, quandoq, ex certo auctore, quandoq, ex incerto auctore procedit,vt de consec.dist.4. Sanctum. Manifestum est quod semper ex scientia & certo auctore procedit & quod potest probari,vt C.de testa.l. Hæredes. Idem etiam dicitur quandoq, occultum quod potest probari.C.de appella.eas. Et occultum dicitur quod quinq; sciunt,de pœn.distinct.1.§. Hæc autem. Item dicitur manifestum quod per confessionem vel probationem vel per euidentiam rei, extra de verb.signi.capitu. Cum olim, & sic sumitur hic,s.pro notorio. ¶Sed nota ꝙ triplex est notoriũ, notorium facit, notorium iuris, & notorium præsumptionis. Notorium facti est quod exhibet se & offert oculis hominũ.i. ꝙ ita habet euidentiam facti, ꝙ non potest negari,s.probabiliter, extra de coha.cle.& mulie.c. Vestra & in tali non auditur appellans, extra de appel.c.Præterea, & creditur simplici assertione officialis,vt 4.q.4.§.aliquando,nec requiritur hic scientia omnium sed plurium. Est autem quoddam factum continuum, siue permanens, quoddam interpolatum, quoddam transiens statim. In notorio facti continuì nullus ordo iuris requiritur, vt extra de coha.cle.& mulier.Tua.& in isto.c.Manifesta. In notorio facti interpolati semiplena probatio requiritur, extra de vsuris.c.Cum in dyocesi.Notorium actu non permanens probabiliter potest negari,extra de sorti. Ex tuarum. Notoriũ iuris est, de quo est aliquis condemnatus vel confessus,tñ isto notorio qñq; contra negantem se esse conuictũ requiritur probatio vt econtra de sen.& re iudi.capit. Sicut. ¶Item quandoq; non sufficit ꝙ quis sit confessus nisi sit confessus & conuictus, vt 2.q.6. §.Sunt quorum. Notorium præsumptum est, vt si quis habitus est pro filio alicuius publice vbi non requiritur alius ordo iuris, extra de fi. presbyte.ca. Michael. Hoc enim ꝙ aliquis sit filius alterius non potest vere probari. ff.de conditio. & demon.l.Lucius. Sed potius per præsumptiones. Hæc omnia in gloss. dicti.c. Manifesta,quæ etiam ponitur in summa confessorum. Sed Anton. de Butrio. super capitulo. Vestra, fecit diffusum tractatum de notorio.

¶ Quomodo iudex procedere debeat super crimine notorio in iudicio. Super hoc Ange. de Perusio ponit sententiam aliquorum dicentium,quia aut loquimur in notorio iuris,i.in notorio iudicati & tunc cum istud notorium sit incidens nõ mutat formam iudicij, & ideo ſm formam negocii est procedendum de probationibus & de testibus. Aut est notorium facti,& tunc si istud notorium sit omnibus, ita ꝙ nec celari nec infici possit non requiritur aliquis ordo iuris,nec etiam citatio, quia citatio solum fit ad hunc effectum, vt citatus se possit defendere, sed ibi nulla cadit defensio propter notorietatem. Si autem sit notorium, negabile in iudicio, tunc necessaria est partis citatio, & si pars habeat legitimam excusatio-

Sine accusatore nõ dãnandus.

Tho. in 4.dist.13. q.1.

Notoriũ triplex. arti.3.q. 3. & in 3. par.q. 82. arti. 3.ad 4.

§.1.

nem ſentẽtia eſt in ipſo iure nulla & hanc excuſationem pars poteſt allegare in cauſa nullitatis ſecus ſi fuiſſet citata & contumax ſm Innoc.in c.Veſtra. de coha.cle.& mulie. Item ſi quid allegatur eſſe notorium & negatur & non probatur proceſſus eſt nullus,quia factus præter ſolemnitatem ordinis iudiciorum ſm Innoc . Et hanc nullitatem poſſet citatus vel non citatus in cauſa nullitatis allegare & probare. Aut ergo allegatur nullitas ex eo q̃ non eſt notorium & hoc poteſt allegari & probari in cauſa nullitatis indiſtincte aut allegatur nullitas , quia licèt ſit notorium tamen competebat defenſio,puta notorium eſt q̃ ego occidi Titium , cum reuera eum occiderim ad meam defeſionẽ. Et iſto caſu ſi nõ fui citatus potero allegare cauſam nullitatis,aut fui citatus & non potero.Et aduerte,quia iſta poſſunt tolerari in criminibus in quibus imponuntur pœnæ relegationis vel infra,ſed in alijs in quibus appenuntur pœnæ relegationis & ſupra . tunc quia abſens damnari non poteſt, licèt ſit hoc notorium quę dicta ſunt nõ poſſunt procedere, niſi ille qui damnat hoc ſuppleat de plenitudine poteſtatis . ¶ Quæritur autem cum iudex inquirit de crimine velut notorio quod conſtat iudici,tamen non conſtat q̃ crimen ſit notorium,cum quæritur an poſſit ſequi ex ea inſtantia condemnatio .Reſpondetur per diſtinctionem, quia aut iudex proceſſit taliter q̃ tenet proceſſus etiam ſi non eſſet notorium de crimine, & crimen eſt tale de quo poteſt inquiri etiam ſi non eſſet notoriũ. Et quia qualitates notorietatis non mutant delictum nec pœnam , & ſic ſequi poteſt condemnatio . Aut proceſſus factus eſt nullus vbi crimen non eſt notorium, vel eſt crimen tale, vbi non poteſt inquiri, niſi ratione notorietatis, & tunc nõ poteſt ex eadem inſtantia ſequi condemnatio. Et hoc videtur fuiſſe de mente Inn.in c.Statuimus.de offi.deleg.lib.6. Quod intellige niſi crimen conſtaret per confeſſionem partis , vel pars renunciaſſet executioni huic,vt notat Innoc.in c.Cum ſemper. de furtis. Et ratio eſt , quia confeſſio inducit notorium,& in conceſſum nullæ ſunt partes iudicis , niſi in condemnando . Et cum quæritur quando iudex qui inquirit de crimine tanq̃ notorio,an ſit neceſſe probari notoriũ . Quidam dicunt q̃ non , immo ſi iudex tanquam priuatus ſcit iſtud eſſe notorium,ſufficit,licèt tanquam iudex ignoret , vt notat Innocen. in cap. Interpoſita.de appell. Immo plus dicit ipſe Innocen.quòd ſi iudex procedit ſuper notorio,licèt ignoret illud eſſe notorium,ſufficit vt ipſæ notant in c. Veſtra.de coha.cleri.& mulie. Et cum quęritur an poſſit eſſe notoriũ niſi probetur factum quod dr eſſe notorium, licèt quidam dicunt q̃ non,alij dicunt contra q̃ eoipſo quòd probatur notorium , probatur quod dicitur eſſe notorium , eo q̃ omnes ita dicunt, aſſerunt & affirmant nemine contradicente . Et hanc opinionem dicit eſſe veram. ¶ Qui prohibeantur accuſare habetur 2.q.1. Prohibentur. Vbi ſic dicitur lib.8.ff.ti.de accu.& increpa. Prohibentur accuſare alij propter ſexum vel ætatem,vt mulier & pupillus, alij propter ſacramentum, vt qui ſtipendium merentur. Alij propter magiſtratum & poteſtatem in qua agentes ſine fraude in ius euocari non poſſunt . Alij propter delictum proprium,vt infames . Alij propter turpem quæſtum , vt qui duo iudicia aduerſus duos reos ſubſcripta habeant,nummos ad accuſandum vel non accuſandum acceperint . Alij propter conditionem ſuam, vt liberti contra patronos ſuos : alij propter ſuſpitionem calumniæ, vt illi qui falſum teſtimonium ſubornati dixerunt. Nonnulli propter paupertatem,vt ſunt qui minus quàm quinquaginta aureos habent, hi tamen omnes ſi ſuam iniuriam proſequantur, mortemq; propinquorum defendant,ab hac accuſatione non excluduntur,liberi libertiq; non ſunt prohibendi ſuarum rerum defendendarum gratia de facto parentum patronorumvè conqueri, veluti ſi dicant ſe vi à poſſeſſione eorum expulſos, non vt crimen in eos intendant, ſed tantum vt poſſeſſionem recipiant. Nam & filius de facto matris non eſt prohibitus conqueri, ſi dicat ſuppoſitum ab ea partum,quo magis cohęredem habeat ſed eam ream.l.Cornelia facere prohibentur.Ab alio delatum alius deferre non poteſt , ſed eum qui abolitione publica vel priuata in rem veniente , aut accuſatore deſiſtente vel de reis exemptus eſt,deferre non prohibetur . Glo. ibi propter ſacramentum ſcilicet quod præſtant. ſ. ſe non vitaturos mortem propter ſalutem reipublicę,propter magiſtratum loquitur de eo qui ante adminiſtrationem deliquit,talis non poteſt conueniri dum eſt in adminiſtratione.Vel intelligitur hoc de maioribus iudicibus,qui etſi non poſſint tunc in iudicio conueniri , præſtabunt tamen cautionem deſtando iuri poſt depoſitam adminiſtrationem. ff.de adulter.l. Si adulterium. Sine fraude ideſt pœna,quæſtum, id eſt,quęſtus ſuſpitione. Qui cępit duos accuſare & vult tertium accuſare , præſumitur quod faciat cauſa quæſtus , niſi ſuam vel ſuorum iniuriam

§.2. Prohibẽtur accuſare.

iuriam prosequatur. Sed & duos non potest accusare nisi diuersis libellis, nisi crimen esset commune vt adulterium, tunc enim in vno libello potest accusare. Numos. qui dat pecuniam non in causa sanguinis habetur ꝓ conuicto. 2. q. 3. §. Notandum. Sed in causa sanguinis licet dare accusanti, sed si iuste accusauit non licet in foro conscientiæ, sed in foro iudiciali, quia. s. quia talis non punitur, accusanti autem nunquam licet recipere ab accusato. 1. q. 1. c. Concussionis. Qui falsum, isti repelluntur licet non sint infames. extra de ordi. cog. c. Cum dilectus, propter paupertatem propter idem repellitur testis, dum tamē ratione paupertatis sit suspectus, non vt crimen nisi atrocem iniuriā feciſſet, vel nisi nomine alieno conuenirentur. Abolitione publica tripliciter fit abolitio, aut publicæ obedientiæ in signem vel rem prospere gestā, aut priuatam accusatore petente, aut ex lege qñ accusator desistit vel mortuus est. In publica abolitione potest actor repetere reum finitis feriis, infra 30. dies. sed in aliis duabus non admittitur qui desistis, sed alius infra 30. dies admittitur. Hæc omnia in glo.

§. 3. ¶ De laicis vtrum admittantur ad accusationem clericorum. ¶ Nota super hoc glo. summariam. 2. q. 7. in prin. vbi sic dicitur secundum Bar. Brixien. laici si sunt bonæ famæ admittuntur ad accusationem clericorum. 2. q. 7. clericos. Et Gratianus idem sentit, vt patet per totā qōnem. Alii dicunt quod laicus proprium prælatum accusare potest propter delictum, quia sua interest habere bonum prælatū, vt 23. dis. c. Illud Certior est opi. quod nō possit nisi suā iniuriam prosequatur, vt 4. q. 6. Omnibus extra de testi. c. de cætero. Et hoc nisi in crimine hæresis, & in crimine symonię & læse maiestatis. 15. q. 3. Sane. extra de symo. tanta. & in crimine sacrilegii secundum quosdam 17. q. 4. siquis suadente. §. qui autē. In his autem omnibus ita demum admittūtur, si bono zelo denuncient crimen. extra de symo. licet hely. Et si accusatus fuerit vitæ suspectæ. 2. q 1. In primis, quia si accusatus fuerit vitæ suspectæ admittuntur laici malæ vitę. Si autē fuerit bonæ vitæ, tunc admittūtur solum laici bonæ vitæ. extra de symo ca. pertuas. Bar. Clerici vero admittuntur cōtra clericos nisi fuerint criminosi vel irregulares. 2. q. 7. præsumunt, & c. ipsi apostoli. Tales tamē qui sunt irregulares bene admittuntur ad accusationem eorum qui sunt eiusdem ordinis cum eis, vel inferioris, vt in dicto c. ipsi apostoli. Similiter ipsi monachi audiuntur. extra de accu. cap. Ex parte. Et hæc vera sunt de solemni accusatione. 2. q. 7. clericos. ¶ Sciēdum est quod accusatio debet fieri in scriptis. 2. q. 8. ca. qui crimen, sed hoc est semper necessarium, puta in leui crimine. ff. de accu. l. leuia. Similiter in notorio non requiritur, quia in huiusmodi nec accusator requiritur, extra de accus. c. Eui dentia, Secus in non notoriis, etiam si manifesta sint. 11. qō. 3. Eorum. Iteē accusatio debet exprimi viua voce & præsente accusato. 2. q. 8. Per scripta. Item debet fieri accusatio cum inscriptione, ideſt, accusator debet se obligare ad pœnam talionis, vt 2. q. 8. cap. Quisque Excipiuntur tamen quidam. casus, vt in leui crimine & in crimine apostasię, & cum maritus accusat vxorem de adulterio, scilicet quo ad separationem thori, & similibus. Sciēdum tamen quod ersi accusator non inscribat ex natura tamen accusationis huiusmodi pœna calumniæ venit. C. de accu. l. fi. Quomodo ac cusatio reddatur vitiosa ꝓ calumniam prœuaricationem & tergiuersationem habes supra. Et ibi etiam habes quando quis tenetur ad accusandum, & quod nō debet ob hoc recipere pecuniam, & ibi ēt de accusato multa habes. Not. tamen quōd qñ crimen non directe opponitur per modum accusationis, vel denunciationis, sed per modum exceptionis, vt eum & obiicitur accusatori vel testi ad hoc vt ab accusatione vel testificatione repellatur vel electo, vt a promotione excludatur, non est necessaria inscriptio. Sed si obiiciatur iam confirmato, puta in consecratione, obiiciens se debet obligare ad pœnam extraordinariam ad arbitrium iudicis citra vinculum inscriptionis. Nam electus sic probato crimine perdit quod per electionem & confirmationem ei fuerat acquisitum, sed prius habita non amittit. extra de accus. cap. Qualiter, & quando.

2. 2. qō. 68. ar. 1. ad. 3.

2. 2. qō. 67. ar. 2. qūo dēt fieri accusatio.

2. 2. qō. 68. ar. 3.

¶ De accusatione matrimonii, quando accusatur per aliquod impedimentum quod in in eo est vel fuit. Et primo videndum est qui matrimonium accusare possunt, & qui prohibeantur. ¶ Vbi sciendum ꝙ prohibentur vniuersaliter oēs extranei quandiu sunt aliqui consanguinei. Et istud est spāle ꝙ consanguinei admittuntur ad accusationem, sicut mater, pater, frater, soror, patruus, auūculus, matterteras, amita, & tota progenies. 35. q. 6. c. 1. & 2. Cuius ratio est, quia vnusquisq; genealogiam suam scire laborat. extra qui matri. accu. posſ. c Videtur. Consanguineis autem desicientibus admittuntur antiquiores & vicinio res vicini, quibus ea ꝓpinquitas notā vt in

§. 4.

dict.c.1.35.q.6.Item tam maritus quã vxor possunt matrimonium accusare,nec ulla defendantur longinquitate annorum,extra de consan.& affini.c. Non debet.¶ Sed quid cũ aliquis tempore contracti matrimonii tacuit modo vult accusare nunquid potest? Respondeo si quando banna vel denunciationes fuerunt factæ,ipsæ erat extra diocesim,vel aliàs denunciatio non potuit ad eum peruenire, puta si nimia infirmitate laborans non erat, sanæ mentis,vel ita puer vt talia compræhẽdere non posset,vel alia legitima causa impeditus erat eius accusatio debet audiri,alias cũ rationabiliter presumatur quod denunciationem publice factam ipsæ existens in dioce si non ignorauerit,tanquam suspectus est repellendus nisi iurauerit quòd postea didicerit quod obiecit,& ad hoc ex malitia non procedit,quia tunc etiam si didicisset ab illis q̃ tempore denunciationis tacuerunt admitti debet,quoniam licet illi non essent admittendi,quia fuerunt in culpa,istæ non debet repelli cum non sit culpabilis,arg. extra qui matri,accus.pos.Cũ in tua.Accusatio autẽ matrimonii in prædicto casu secundum Ray.im proprie dicitur accusatio,quia non fit inscriptio vbi accusator se non obligat ad pœnam talionis,sed dicitur denunciatio quę fit propter peccatum in quo iuncti male permanẽt. Et potest etiam fieri sine scriptis,sed melius, est q̃ fiat in scriptis,extra de testi.spo.in literis,& qui matri,accus.pos.ca.A nobis. Huius denunciationis forma est hæc.¶Ego talis de nũciatio vobis domine episcope qđ stare nõ potest matrimonium Petri & Agnetis, quia sunt consanguinei in tali gradu designando personas,vel si est alia causa vt affinitatis & huiusmodi,& datur libellus etiam parti aduersæ,vt sciat qui impetitur,quo facto proceditur in lite more solito.Et nota quod in hoc casu contra contumacem lite non contestata potest procedi ad testium receptionem & definitiuam sententiam,extra vt li. nõ cõtesta. ca.Quoniam frequenter,secus autem esset si fieret accusatio,vt de adulterio thori separatione,extra vt li.non conte.c.1. Omnes autẽ qui admittuntur ad accusationem in causa matrimoniali de quibus supradictum est ad mittuntur ad testimonium secũdum Rayn. Et licèt pater & mater sint idonei testes i hoc casu vbi agitur de fœdere matrimonii,s. vtrũ sit ibi cõsanguinitas vel simile impedimentũ vt extra qui matri accu.pos.c.Videtur, tamẽ si de ipso cõtractu agatur.s.vtrũ matrimoniũ sit inter eos cõtractũ tanquã suspecti sint repellendi,nisi ille vel cuius filius vel filia coniuncta dicitur esse superior in diuitiis,nobilitate,potentia,& honore quia parentes vidẽtur filiorum & filiarum honorẽ diligere, extrade testi.c. Super eo.Item in casu prædicto põt esse idem accusator & testis, arg.35.q.6. Episcopus in synodo.Idem Thomas in 4.

Forma denunciationis.

¶Contracto aut matrimonio,quãdo alter coniugum accusat de adulterio,No.sm Ray. q̃ licèt tam sm leges quam secundũ canones quælibet bonæ famæ admittatur ad accusatiõẽ adulterii cum agitur ad pœnã legalem vel canonicam,tũ cum agitur ad separationem thori nullus admittitur,nisi maritus & vxor. Accusatio autem hmõi sic fieri debet. Maritus volens vxorem accusare ad pœnam legalem de adulterio debet inscribere, & ad pœnam talionis se obligare & non potest agere per procuratorem, sed per seipsum debet agere præsentem.Sed si coram iudice ecclesiastico vult agere ad thori separationem, tenetur inscribere & dare libellum accusationis, sed nõ debet se ad pœnam talionis obligare.quoniam siue probaret quod obiiceret siue non haberet quod vellet,quia separaretur ab vxore,& potest maritus agere & illa respõdere per procuratorem, quia etsi de crimine fiat accusatio non est criminalis, sed quasi mixta,probantur hæc expresse extra de pro. c.tue. Cum autem aliquis petitur in virum vel aliqua in vxorem, si quæritur quo in hac causa sit procedẽdum.Rudit Raymũ.q̃si mulier petit aliquẽ tanquã virum vel ecõtra, videndum est vtrũ velit agere petitorio iudicio vel possessorio.i.an mulier dicat aliquẽ esse suũ maritũ,qa cõtraxit cũ ea,& petit sibi adiudicari i maritũ,q̃ ẽ agere petitorio quasi agat de ꝓprietate.An petit sibi restitui tãquã fuerit iniuste ab eo dimissa,& hoc ẽ ager possessorio,qm̃ petit possessionẽ viri sui.Igit si agat petitorio dicẽs aliquẽ eẽ virũ suũ & ille negat excipiẽdo q̃ nõ pt eẽ vxor pp tale & tale ꝑpedimẽtũ prius tractabit exceptio mariti, qa ea ꝓbata qõ principalis perimit,erit.n.absoluẽdus vir, extra de ordi.cog.c.1. Sed si agat possessorio qm̃.s. petit sibi maritũ restitui, licet maritus obiiciat impedimẽtũ de cõsanguinitate,vel alio impedimẽto,prius restõ debet fieri mulieri q̃ cognoscat de acceptiõe mariti,extra de diuor.Porro.Hoc tm̃ fallit in quibusdam casibus in quibus restitutio non debet fieri.¶Primus est si obiiciatur mulieri fornicatio publica,de qua probato q̃ sit notoria ita quòd nulla possit tergiuersatione celari, non restituetur, nisi ipsa probauerit maritum

dist.91. ar.5.q. 30.§.5.

Vxor qñq; nõ dẽt restituí viro

situm adulterium commisisse, quia tunc restitui debet etiam si fuerit publice fornicata, extra de diuor. c. Significasti. ¶ Secūdus casus est si obiiciatur consanguinitas maxime quæ lege diuina prohibita est, & probationes offerantur incontinenti paratę, in quo casu debet recipi iuramentum ad cautelam ne scilicet hmōi obiectio malitiose fiat, & tunc fiat restitutio quantum ad cohabitationem, non tn̄ quantū ad carnis copulam, vt in d.c. Literas. ¶ Tertius casus est si obijciatur exceptio rei iudicatæ, non.n. tunc est restitutio facienda, nisi prius de illa exceptione cognoscatur, arg. extra de offi. dele. c. Causam. ¶ Quartus qn̄ vir petit sibi restitui vxorem, & illa timet de seuitia viri, debet quidem ei restitui sufficienti cautione recepta, q̄ ei malum non inferet, extra de resti. spo. Ex transmissa. Quod si non possit de sufficienti cautione prouideri, non oportet ei restitui, immo potius remoueri. Idem Tho. & Petrus. In oibus autem alijs casibus credo q̄ mulieri virum petenti & econuerso sit restitutio facienda, dummodo probat se in possessione fuisse, & a viro spoliatam sine iuris ordine, hæc duo habet probare, extra de offi. dele. c. Consultationibus. Quod si is qui petitur tanquam coniunx negat matrimonium ſm Ray. ille qui proponit habet probare, alioquin succumbit, extra de iureiu. c. fi. ¶ Item si mulier recessit a viro propria auctoritate, sine culpa viri, & tunc petit ipsa restitutionem, ſm Vincen. Bar. & Hug. debet restitui & hoc nisi fuerit publice fornicata, tunc enim non tenetur eam recipere. Restitui aūt debet coniunx spoliatus ad oīa illa de quibus probauerit se spoliatum ſm Ray. vt gaudeat pacifica possessione & plena securitate 3. q. 1. Reintegranda. De aliis pertinentibus ad matrimonium habes supra in primo tit. huius tertiæ partis per totum.

¶ *De processu per denunciationem.* *Cap.* 9.

POstquam sufficienter de accusatione visum est. Videndū nunc est de denunciatione. Vbi notandum quod duplex est denunciatio. Vna quę sit prælato, non tanq̄ iudici, sed tanq̄ priuatæ personæ ſm exigentiam fraternæ correctionis, de qua supra dictum est, in 2. par. tit. de accidia, c. de negligentia, vbi multa habes de correctione fraterna. Alia est denunciatio quæ sit prælato tanq̄ iudici, vt inquirat & puniat de qua vī dictū illud esse. Dic ecclesiæ. Matth. 18. Scias ergo q̄ si aliquis scit solus crimen alterius, non tenetur illud reuelare prę lato vt iudici, etiam si iurauit denunciare nisi posset probare. Nam esset proditor criminis 2. q. 1. c. Si peccauerit, & q. 7. Plerunq; & 6. q. 1. Si tantum, si vellet ei reuelare secreto, cum prælatus etiam secreto habeat corrigere criminosos, debet quoq; indicare, qui magis possint prodesse q̄ obesse siue eum corrigendo siue pro eo orādo, quia quilibet tenetur ad talem denunciationem, arg. 22. q. 5. Hoc vī. De denunciatione autem primi generis scribitur. Gen. 37. Ioseph accusauit fratres suos apud patrem de crimine pessimo, accusatio sumitur pro denunciatione. Postquam.n. non valuit fraterna correctio patri denunciauit, qui efficacius corrigere poterat. Et nota q̄ aliqui dicunt, q̄ crimen pessimum dicitur coitus cum brutis, sed hoc est turpe dicere de patriarchis dicit Nicolaus de Lira ibi, sed dī hic crimen pessimum odium & contentio inter illos, quia filiæ Lyæ despiciebant filios ancillarum, & putabant quasi seruos. Vnde & hebraica lingua habet, retulit eorum rixam pessimam, sicut etiam charitas est optimum, ita odium pessimum, hæc ille. ¶ Quæritur an infames & criminosi admittuntur ad denunciationem? Respondit glo. 1. super, c. Si peccauerit 2. q. 1. sic dicitur. Videtur q̄ sic, quia omnes ad hoc ex præcepto tenentur. Nam & hæreticus admittitur 24. q. 1. §. Quisquis, & aliæ viles personæ, extra de spon. præterea, & vbi agitur ad correctionem non exigitur tantus rigor, argu. 22. q. 5. Hoc videtur. Econtra videtur q̄ tantum honestiores personæ admittantur 35. q. 6. Episcopus & non infames, extra de testi. cogen. Præterea. Nam & ad populares actiones non admittuntur nisi personæ integri status. ff. de populari act. l. in populari. Ego credo quemlibet admitti dummodo zelo denunciet, extra de sen & re iudica. c. Cum I & A. Sed licēt infames admittantur & irregulares, non tamen criminosi, cum enim tales non correxerint sua crimina credendum est q̄ non bono zelo denuncient crimina aliorum. De multis alijs pertinentibus ad istam materiam habes, supra de inquisitione, & in c. de accu.

Duplex est denū ciatio.

Crimen pessimū

¶ *De purgatione canonica.* *Cap.* 10.

DE purgatione canonica. Nota quòd triplex est purgatio, vna est mosayca secunda est vulgaris & diabolica, tertia canonica. De prima habetur. Numeri quinto capitulo, vbi vir habens suspectam vxorem de adulterio, indicebat ei purgationem per cer-

certum modum ibi declaratum, & habetur etiam 2.q.4.Conſuluiſti.§.hoc autem. Et dicit ibi Nicol. de Lira q̃ talis purgatio tempore veteris teſtamenti erat illicita, quia ibi fiebat diuinum miraculum, quia ſi mulier fuiſſet innocens ſi prius erat ſterilis efficiebatur fecunda, ſi rea languebat vel moriebatur, diuinum autem miraculum non fit ad confirmationem illicitorum. Hodie autem ſicut & alia cerimonialia ſeruare ſecundum literam eſſet iudaizare, & ſic mortale. Myſtice autem deſignat animam ſuſpectam de hæreſi, vt pulchre exponit Archi. in roſario ſuper dicto §. Purgatio vulgaris fit per tactum ferri candentis, vel potum aquæ bullientis, vel per ſuſceptionem duelli ad probandum innocentiam ſuam, & hæc quia fabricante diabolo inuenta eſt, prohibita eſt 2.q.4.Conſuluiſti, &c. Monomachiam. Eſt enim hoc contra illud præceptum. Non tentabit dominum Deum tuũ. Matth.4. De vitio tentandi Deum habes in 2.par.tit.3.c.10. ¶Tertia purgatio eſt canonica & licita, & de hac nunc agitur. Hęc indicitur cum deficiente accuſatore reus laborat infamia aliàs non, vt 6.q.5. Quod autem. Fama autem orta a detractoribus vel malis non inducit purgationem 11.q.3. In cunctis, nec etiam orta ab inimicis, extra de purga.cano. c.penul. ſed ſola illa quæ ex probabili preſumptione orta eſt. Item cum fit inquiſitio crimine, ſi teſtes per quos fit inquiſitio ſemiplene probant, tunc indicitur purgatio, extra de purga. cano. inter ſollicitudinem. Sed ſi per dicta teſtium nulla eſt ſuſpitio cõtra eum non eſt tunc onerandus purgatus 2.quæſt. 4. Ptesbyter. Ioan. in glo. Fienda eſt autem iſta purgatio, ſi eſt infamatus apud populum, purgabit ſe in publico, ſi apud clerum etiam coram clero, etiam in vtroq; caſu coram iudice 2.q.4. Omnibus. Quod ſi non fuerit factum coram iudice, vel ſi fuerit vulgaris, etiam ſi reus fuerit abſolutus, tenebitur nihilominus iterum canonice ſe purgare, extra de purga. cano. c. Ex tuarum. ¶Cum quot aũt debeat ſe quis purgare. dicit Ray. q̃ numerus compurgatorum taxabitur ad arbitrium iudicis boni, qñq; enim maior numerus, & qñq; minor taxandus eſt, ſm q̃ magis vel minus infamia vel crimen ſunt grauia 2.q.4. Presbyter & c. Omnibus. Vnde Inno. indixit purgationem cuidam decano, cum 14. ſui ordinis, extra de pur. cano. inter ſollicitudinem, & cuidam epiſcopo indixit purgationẽ cum duobus abbatibus tantum, extra de purgatione canonica. cap. Cum in iuuentute. Dicunt autem eſſe compurgatores eiuſdem ordinis ſine dignitatis, ſi pñt haberi vt in dicto. c. Inter ſollicitudinem, aliàs puta, quia illi ſunt inimici cum aliis inferioris ordinis, vel etiam cum laicis poteſt ſe quis purgare 2.q.5. Si legitimi. Debent tñ eſſe viri catholici & qui conuerſationem eius & vitam etiam tranſacto tpe nouerint, vt in dicto c. Inter ſollicitudinem, etiam cum mulieribus religioſis & honeſtis poteſt ſe quis purgare 28.q.2. In decima. For ma autem præſtandi iuramenti in purgatione talis eſt. Ego N. iuro q̃ non feci tale quid per me, nec mandaui, nec conſilium, nec fauorem, nec auctoritatem dedi. di. l. Siquis viduam 2.q.4. Auditum. Poteſt etiam addi, nec ratum habui, q̃ nomine meo factum fuerit, de reſti, ſpo. cum ad ſedem. Compurgatores vero iurabunt ſic. Iuramus q̃ credimus verum eſſe illud quod ipſe iurauit, extra eo. c. Quotiens. Vel breuius. Infamatus iurabit ſe immunem a crimine, de quo infamat. Et compurgatores iurabunt ſe credere verum illum iuraſſe. Si autem infamatus deficiat in purgatione punietur tanq̃ conuictus, extra de accu. c. Cum p. & extra de ſym. c. de hoc. Si vero purgationem rite perfecerit iudex ſine mora & difficultate debet ſuſpenſionem ſi forte facta fuerit relaxare, & eum ab infamia criminis abſoluere, extra de purga. cano. c. Ex tuarum. Sunt autem duo caſus in quibus nõ debet recipi purgatio ab infamato cum eam offert. Primus eſt cum crimen eſt notorium. Alius eſt qñ eſt accuſator & offert probationem, extra de purga. cano. c. 2. Item purgatio illa qua datur corpus Chriſti ad probationẽ non eſt fienda. Vnde illud c. 2. q. 4. ſæpe eſt abrogatum, vt dicit Tho. in 4. diſt. 9. arti. vlti. q. 2. Et 3. par. q. 80. art. 6. in reſpon. ad vlti.

Forma iuramẽti purgatione.

Duo caſus.

¶ *De teſtibus & examinatione eorum.* *Cap.* 11.

QVia in inquiſitione accuſatione & denũciatione & purgatione admittuntur teſtes, ideo nunc de teſtibus agendum eſt. Et primo de ipſis quantum ad numerum. Vbi ſciendum q̃ regulariter requiruntur duo teſtes & ſufficiunt. Matt. 18. In ore duorum vel trium 4.q.3.§ Item in criminali. Licèt autem cõiter nõ ſufficiat vnus teſtis, in quibuſdam caſibus ſtatur teſtimonio vnius, & in primo in his in quibus non fit alteri præiudicium, puta cũ dubitatur de aliquo an ſit baptizatus an eccleſia ſit conſecrata, an aliquis petierit confeſſorẽ & hmõi, de conſe. diſ. 4 paruuli. Secundo cũ hoc eſt de conſenſu partiũ, vt vnius

ſtetur

ſtetur teſtimonio cum & teſtimonio aduerſarii ſtari poſſit. ¶Item cum quæritur an aliqs ſit emẽdatus de crimine ſtatur teſtimonio ſacerdotis extra.e. teſtimonium. Item in correctione fraterna, ſuper pſona charitatiua correctione, extra.e. In omni. Item licèt vnus teſtis non faciat probationem, facit tamen præſumptionem, extra, de ſuc.ab inteſt.ca. Cũ dilectus. Item nullius quantumcunque exercitatæ perſonæ confeſſioni fides eſt adhibenda, ſcilicet in iudicio, niſi competentes probationes habeat, vt.6.q.2.per totum. Nec etiam epiſcopo ſoli creditur, vt in c.placuit. In aliquibus tamen requiruntur plures quam duo. Nam in teſtamentis, requiruntur ſeptem, in legatis tamen ad pias cauſas duo ſufficiunt. Item in donatione cauſa mortis requiruntur quinque teſtes. C.de do.cau.mor.l.ſi. Item in codicillis quinque. C.de codillis.l.ſi. Item requiruntur quinque quando debitor vult probare ſolutum debitum quod in ſcriptis fuit factũ. C.e.l.reſtitui. Item requirũtur quatuor cum dantur ad reprobandum inſtrumenta, arg.extra de fi.inſtru.c.cum Ioan. Item tres in depoſita pecunia, in authen. de fi. inſtru. §. ſiquis igitur. Item contra quaſdam perſonas requiritur maior numerus teſtiũ, dicitur enim, 2.q.5.præſul non damnetur niſi.73. teſtibus præsbyter cardinalis niſi, 74. diaconus cardinalis, niſi 27. ſubdiaconus, acholytus, exorciſta, lector & oſtiarius niſi.7. Sed hoc habet locum in epiſcopis & aliis clericis Romanę eccleſię propter eius dignitatem, & hoc triplici ratione quam ponit Tho.2.2.q.70.arg.2. vbi vide. Sed quærit glo. ſuper dicto cap. Præſul. nunquid contra Papam teſtes ſint duplicandis & reſpondit quod non, ſed duo ſufficiũt, & in hoc eſt deterioris conditionis ipſæ. Alii quicumque etiam epiſcopi duorum teſtimonio poſſunt condemnari, ſecunda quæſtio. 5. per totum.

§.1. ¶Quis poſſit eſſe teſtis & principaliter quidem requiruntur in teſtibus conditiones quę in his verſibus continentur. Conditio, ſexus, ætas, diſcretio, fama. Et fortuna, fides, in teſtibus iſta requires. ¶Primo ergo requiritur conditio, ſcilicet vt non ſit ſeruus, quia non recipitur ad teſtimonium. C.e.l.quoniam liberi. Nam ſeruus metu dominantis teſtimonium ſupprimit veritatis, extra de verbor. ſigni.c.Forus. § teſtes. 4.q.3. § in criminali. 3.q.5. accuſatores. Fallit tamẽ hoc cũ de facto ſerui quæritur, non cũ pro domino vel contra dominũ, vt iã d. §. itẽ in criminali. verſ. itẽ ſerui. Secundo requiritur ſexus, quia fœmina non admittitur ad teſtimonium in cauſa criminali. 33.q.5.c.mulierem, niſi cum de crimini ei uiliter agitur, & tunc enim admittuntur etiã contra clericos, extra.e.c.quoniam, & ca.tam literis. In ciuilibus autem admittuntur. 15. q.3. §. econtra. Non admittuntur etiam in teſtamentis, vt inſti. de teſta. §. teſtis. ¶ Tertio requritur ætas, nam in ciuilibus non admittitur minor. 14. annis. 4.q.3.c.1. In criminalib. vero non minor. 20. annis. vt ibidem dicitur. §. item in criminali, verſ. item in teſtimoniũ ¶Quarto requiritur diſcretio, quia non admittitur ad teſtimonium furioſus ſiue mẽte captus, ſicut nec ad iudicandum. 3.q.7. §. tria quia non eſt compos mentis. ff. qui teſta. face. poſſ. l. qui teſtimonio. §. nec furioſus. ¶ Quinto requiriĩ fortuna, ſcilicet an locuples vel egenus, vt lucri cauſa faciat hoc, ſcilicet hoc iudici conſiderandum eſt. 4.q.3. §. teſtis, verſ. teſtimonium. ¶Sexto requiritur fides quia infidelis contra fidelem non admittitur. 2.q.7. ſi hę reticus. 23.q.4. Ipſa pietas. ¶Septimo requiritur, fama, nam infames a teſtimonio repellũtur, extra de teſti. ca præterea, nec prodeſt pœnitentia, quia licet per pœnitentiam animas ſaluare poſſimus, infamia tamen non poſſumus abolere. 2.q.3. euphemium. §. hinc colligitur, nam & actus legitimi ſunt infamibus interdicti, extra.e.licet, ex quadam glo. ibidẽ, & hoc intellige niſi prius fuerit integre reſtitutus. 4.q.3. §. item in criminali, verſ. item. l. Iulia. 2.q.3. §. pręuaricatorem in fi. Itẽ adeo debet teſtis eſſe ſine omni infamia, quod ſi grauata fuerit eius opinio ad teſtimoniũ admitti non debet, extra de excep.c.denique, & 2.q.7. Teſtes, & pręcipue in criminali cauſa extra.e.teſtimonium. Item debet eſſe ſine crimine. Nam criminoſus repellitur ab omni teſtimonio quamdiu in crimine perſeuerat. Si vero ſit emendatus non repellitur in cauſa ciuili, ſed criminali talis repellitur, ſi de crimine prius fuerat conuictus vel confeſſus, vel nunc per exceptionem conuincat, vel grauata eſt eius opinio pro eo quod aliquando ſic fuit repulſus, alias vero qui emendatus eſt recipitur, etiam in criminali. Hæc oĩa in d.c. teſtimoniũ. Hæc ergo ſunt principalia in teſtibus conſideranda quæ hic ſtatim ſequuntur. ¶Primo videlicet vtrũ ſit inimicus eius contra quẽ dat teſtimoniũ, vel amicus pro quo teſtificat. 4.q.3. teſtes, ver. ĩõq; in pſona. Item obſcuri & ignoti nõ admittũtur, vel ſolũ admittũtur cum tormẽtis vel verberibus vt in auc.eo.l.ſancimus. Itẽ executores negociorũ vt procuratores qui in ipſa cauſa fuerũ acto-

Conditiones teſtium.

In teſtibus conſideranda.

res vel rñsales.extra eo. c.insuper. Inno.etiã qui fuit procurator vel aduocatus in priori iudicio non recipitur in testem in cã appellationis.extra eo.Romana.lib.6. Vtrum quis possit admitti ad testimonium in cã sua? Rñdeo ꝙ non, nec principaliter nec secundario.C.e. l.omnibus. Vñ venditor in cã rei venditæ nõ admittitur pro emptore,quia cã propria venditionis esse videtur,nec debitor in cã pignoris pro creditore.ff. de appe.l. ab executore.§. alio condemnato. Fallit hoc in legatariis,qui ferunt testimonium in causa testamenti cum agitur de hæreditate delegatis,& fideicõmissis,bene tamen possunt scribi & esse testes in eodem testõ in quo eis aliquid legatum est. C.de testa.l.dictantibus. Item fallit in collegiis & corporibus in quibus singulares eorũ personæ pro cã vniuersitatis ferre pñt testimonium.14.q.2.super prudentia.extra.e.insuper & c.cum nuncius. Et hoc ideo,quia causæ vniuersitatis non sunt singulorum etsi cõmodum contingat singulos, vt 12.q.2. qui manumittitur. Et ītellige nisi fuerint actores vel responsales in ipsa cã,vt supra dictum est. ¶ Vtrum in causa communi duorũ alter admitti debeat ad testimonium? Respondeo ꝙ non,quia causa communis duorum vtriusq; est.ar.ff.de ritu nup.l. & idem in socio criminis & percipe.4.q.3.§.item in criminali.vers. item liberi extra eo.quoniam. Nam illud est speciale in causa denunciationis. Vel ibi admittuntur socii criminis ad prẽsumptionem. extra de adult.c.significasti. Creditur etiam sociis criminis in exceptis vt in crimine læsæ maiestatis & huiusmodi.lxxix.dist. siquis Papa viuente 6.q.1.quæro ergo.§.siquis militibus.15.q.3.nemini.extra de confessis. cap.1. Vtrum parentes vel liberi possint pro vel cõtra se testimonium ferre? Rñdeo generaliter per rectam lineam ascendentes & descendentes pro & contra se idonei testes non sunt 3. q.3.§.item in criminali ver.item testes ff.eo. l.testis. idem est matre. Sed tamen ambo parentes in cã admittuntur pro filio.s. cum quæritur de ætate vel natiuitate.extra qui fi. sint leg.transmisse & cap.per tuas. Item vbi agitur de impedimento matrimonii ratione cõsanguinitatis vel affinitatis.extra eo. quoniam. Si agitur an matrimonium sit contractum vel non,tunc mater suspecta est si vir sit & sup.e. superior.extra.eo.series.quem casum habes. ti.c.8.§. supra in primo titulo huius de matrimonio. 4. in fin. Sunt & quædã personæ quæ aduersus cõiunctos suos testimoniũ dicere non coguntur,vt tit. 1. c. 19. aduersus socerum,generum,vitricum,priugnum,sobrinum,sobrinam sobrino notãq; eosq; qui in priori gradu sunt. Item aduersus patronam & liberos eius.§. item in criminali & aliæ etiam personæ quæ ibidem computantur quæ generaliter a ferendo testimonium, sunt exemptæ. Vtrum testes produci possunt de domo actoris? Rñdeo,nec in domo actoris nec accusatoris nec in causa ciuili nec criminali testes produci debent,quia eorum testimoniũ suspectum est 3.q.5.per totum 4.q.3. §.item in criminali,ver.item & in iure ciuili. Omnes autem prædicti qui repellendi, sũt debent admitti,si is contra quem producuntur eorum testimonio ī alio iudicio vsus fuerit, nisi inimicitias postmodum exortas docuerit,vel aliquid aliud legitimũ post emergens seu correctionem,vt in prædicto.§.item in criminali,ver.item siquis testibus.& C.eo. l.siquis testibus. Nota ꝙ sacerdos non debet esse testis in instrumentis confectis totaliter inter seculares.14.q.2.quanquam.Hoc intellige de honestate non de necessitate. Et nota ꝙ testis qui scienter se subscribit alicui negocio præiudicat ibi,ita ꝙ contra id non potest postea reclamare,quia approbasse præsumit. Secus si subscribat se noie alieno, quia per hoc non intelligitur consentire.extra de his quæ fi.a præla.c.Quanto.item nota tres tantum productiones testium fieri in causis ecclesiasticis vel ciuilibus,sed non quarta nisi iuret ꝙ non didicerit testificata. Quinta nullo modo conceditur.extra.e. in causis.Et hoc intelligas nisi aliquis testium in primis productionibus impeditus fuisset.Nam probato impedimento sine aliquo sacramento dabitur alia dilatio etiam centesima secundum Inno.Et sic intellige extra.eo. c. ultra tertiã. Item nota secundũ Gof. quòd quatuor sunt quæ tollunt copiam probandi per testes.s. publicatio attestationũ.extra eo.de testib. Item renunciatio siue conclusio.extra.eo. Fraternitatis.Item quarta productio(vt iã dictũ est.) Item numerus testium effrenatus.extra eo.cũ cãm.Et non quod nulli quantæcunq; religionis fuerit.creditur.s.i causis nisi iurauerit. extra eo.nuper põtũ remitti iurm de cõsensu partium.extra eo.Tuis,nisi in causa matrimoniali quia nec confessioni coniugum statur. extra de eo.qui co.consan.vxo.c.Super eo.& iurabunt tactis sacro sanctis euãgeliis, nisi sit episcopus qui iurabit solum propositis euangeliis.extra de iura.calum.c.fi. Hoc autem iurabit testis.s.quod dicet totam veritatẽ quã nouit de illa re.3.q.9.pura.Item additur de consuetudine quorundam quod nulli pãdet testimo-

testimonium,& hoc bene. 4.q.3.§. Item in criminali.Item q̃ dicet puram veritatẽ nulla falsitate adiecta.4.q.3.nullus. Cum testis de facto non est certus quo debeat iurare.Item qñ quis teneatur ad testimonium ferendum. Item quando liceat ferre testimonium de his quæ in secreto sibi sunt commissa. Item qd̃ pro hoc non licet recipere pecuniam. habes de his omnibus in 2.par.ti.x.c.de iuramento Cum proceditur per inquisitionem, vel per accusationem habes supra in suis capitulis.

§.2. ¶De discordia testium quãdo infirmat testimonium & quado non.Nota.secundũ Guil. testes debent concordare in circunstãtiis quę in hoc versu continentur.Res persona, locus gradus,hęc sunt consona tempus.Res quia si vnus dicit de vna re vel de vno facto, alius de alio,testimonia sunt singularia. extra de proba.c.Licet.Persona.nam si de diuersis psonis loquantur,singularia sunt testimonia extra de rescri.Rodulphus.Et dicit Host. quod si ponerentur certæ locutiones non obesset error nominis.Locus etiam reddit testimoniũ inefficax,vt patet in exemplo Danielis in cã Susannæ.Dan.13.Gradus,quia si in quæstione matrimonii testes deponant diuersos gradus consanguinitatis vel affinitatis,non valet testimonium.35.q.6.de parentela. Tẽpus nisi vnum dictum includatur in altero, vt si vnus dicat diem,alius horam eiusdem diei, vel nisi factum sit dubitabile.Sicut.n. euangelistæ concordant,quorum vnus dicit.s.Marcus Christum crucifixum hora tertia. Lucas vero hora sexta. Thomas vero 2.2.q.70. dicit,q̃ discordia testium in aliquibus principalibus circunstantiis quæ variant substantiam facti,puta in loco, in tempore vel in persona, de quibus agitur,aufert efficaciam testimonii,sed discordia in aliquibus non pertinentibus ad substantiam facti,puta q̃ tempus tũc fuerit serenum vel nebulosum,vel domus picta vel non picta & hmõi,talia non præiudicant testimonio,quia circa talia non consueuerunt homines sollicitari, vnde facile a memoria elabuntur.Quinimmo discordia in talibus facit testimonium credibilius,vt Chrysost.dicit super Matheum, quia si concordarẽt in omnib⁹etiam minimis videretur ex cõdicto eundem sermonem proferre, quod tamen prudentiæ iudicis reliquitur discernendum.Et vt plene pateat,materia huius quia non solum in forensi iudicio,sed etiam in capellis religiosorum est necessaria.Sciendũ qd̃ vbi testes diuersa dicant,si vnus testis expręs se contradicit sibiipsi non valet testimonium.

Cõditiones concordantiæ testium.

de proba.cap.Licet. Si autem in parte falsus testis iuueniatur,in nullo creditur sibi sicut in sacramentis nisi hoc faciat incõtinenti corrigendo se.extra de testi. cogen.c. Præterea. Idem Hostiensis.sed addit.videtur tamen qd̃ si in vno dicat verum in alio falsum, valet saltem quantum ad illam partem in qua verum dicit,arg.dist.37.Turbat.& c.Si quid. Si vero vnus testis contradicit pluribus,nõ obstat eius contrarietas, quia vnus testis,nec iustificat nec condemnat,nisi contradicat pluribus cum quibus ipsæ scriptus est in aliquo instrumento.Si autem plures testes contradicunt pluribus testibus,siue omnes sint producti ex eadem parte siue ex oppositis partibus, iudex si poterit concordabit testimoniorum contrarietatem. Sicut Aug. concordat dicta euangeliorum. extra eo.cum tu.Si non potest testimonium concordare,testimonium plurium præualebit,nisi ex altera parte sit tanta dignitas personarũ quod merito debeat præiudicare numero.vel nisi pauciores dicant verisimiliora & aptiora negocio,vel quod pauciores plura probentur quam per plures, vt si plures testes probant me possedisse per quadraginta annos & vltra hoc titulum possidendi,tunc præualet testimonium paucorũ. extra eo.In nostra.Sed si ad probandum dicta priorum testium inducantur secundi testes,oportet istos secundos plures esse & longe melioris famę quod sint primi, quia post publicationem attestationum magis præsumitur de subornatu testium quam ante, extra de probatio.capitu. Licet. Si vero testes sunt pares ex omni parte in numero & dignitate,tunc sententia fertur pro reo extra. de probatio. capit.ex literis nisi in matrimonio & in causa libertatis & in testamentis & prodote. extra de senten.& re iudicat. cap.fin. Si autem neuter possidet rem sed vterque eam exigit ab aliquo extraneos & testes vt dictum est sunt pares, diuidatur res si potest. sicut fecit. Salomon inter meretrices.extra de præsumpti.cap.affert.3.Regum.3. Si non potest diuidi, potest iudex gratificare & dare cui vult.arg.extra de paroch.cap.Si autem testes contradicunt instrumento semper testes præualent nisi in his quæ melius probantur per instrumentum quam per testes vt sententia lata & arbitrium & commissio facta iudicibus.Et nisi in inuentario publice confecto cõtra illum enim non admittuntur testes, & nisi in instrumento in quo mulier confitetur se recepisse pecuniam pro intercessione fideiussoris,tunc enim omnino credendũ est instrumento

mento. Oportet autem quod ad minus per quattuor testes instrumentum reprobetur, quia instrumentum obtinet vicem duorum testium & tabellio æquipollet, vt est maior vno teste. Hæc sumpta sunt de summa confessorum lib. 2. tit. 5. q. 186. Et originaliter habentur in glo. 4. q. 3. testes, & per totam illam causam de testibus. Item notandum quod cũ testis primo extra iudicium dicit vnum & in iudicio dicit oppositum, secundum Bar. debet puniri de falso, quia statur primo dicto eius per l. eos. C. de fal. cau. Sed Bald. hoc asserit esse falsum per gl. in c. cum causam, extra de testi. quod etiam tenet. Io. An. in mercu. in regula, non est, de re iudi. lib. 6. vbi dicit ꝙ ea quæ in iudicio vel extra minus valide asserũtur, statur vltimo dicto primo l. eos supra allegata per Bar. quia ibi veniebat contra proprium sigillum, & sic contra rem autenticam & approbatam. Nec etiam obstat, extra de præsump. c. literas. Vbi glo. dicit, quod statur primo dicto testis, quia hoc est verum quando illud quod dixit testis in iudicio, dixit ita quod est validum testimonium. Nam tunc siue in iudicio siue extra iudicium dicat postea contrarium statur primo dicto. Sed secus est cum testis primo extra iudicium dicit aliquid & postea in iudicio dicit contra. Nam primo dictum extra iudicium non est validum, quia non est solemniter dictum, & coram iudice quod requiritur, vt faciat fidem in iudicio, extra de testib. c. veniens. Ad essentiam enim dicti testis, vt sit validum requiritur iuramentum, & coram iudice competens examinatio eius quod non reperitur in eo quod dixit testis extra iudicium. Vnde non reputatur primo dictum nisi quod primo dixit iudicio, nec talis potest puniri de crimine falsi, quia non est probatum hoc quod dicit nunc in iudicio esse falsum, quia potuit esse falsum, illud quod primo dixit extra iudicium, de quo non puniretur de falso, quia simplex locutio esset, tamen talis suspectus, de falso si duo testes deponerent contra illũ in dicto casu, posset poni ad torturam, secundum Ioan. And.

§. 3. ¶ De testimonio in iudicio. Nota secundum Bald. de Perusio, quod falsus testis punitur pœnis talionis. l. 1. ff. ad l. Cor. de sic. c. & notatur 2. q. 4. in glo. fum. Et est testis falsus qui iuratus & eximinatus falsum loquitur 20. 2. q. 2. ne quis arbitretur. Qui autem non examinatus, licèt latitet vt non inueniatur veritas, non est falsus sed dolosus, & sic non tenetur pœna illa. Testis enim non punitur de falso antequam testimonium dicat, vt notatur 35. q. 6. notificamus in glo. Et præsumitur dolus in faciendo, si testis ad interragata non vult respondere. In scripturis tamen ille qui verum celat falsum committit. ff. de fal. l. 1. Testis non debet de impertinentibus interrogati, testis tamen qui loquitur obscure non habetur pro falso, sed pro suspecto, vt notatur 4. q. 3. testis, in glo. 1. Et ideo potest peti quod declaret nisi iudex ex causis nolit hoc tacere, vt notatur 4. q. 3. §. in criminali. Et istud qd̃ possit iudex sub obscuritate transire non est notabile, tamen causam potest esse vel in ipso qui suspectus est vel in producente, quia producit testem super incerto. ¶ Item nota quod quando testis dicit vnum ex quo aliud sequitur semper vtrũque deposuisse dicitur. Vnde si testis dicit aliquem tenuisse domum ex corporali detentione præsumitur vera possessio, vt notatur 7. q. 1. Pontifices. Et per Inno. Item nota quod si testis negatiue dicit, non videtur mihi, non sequitur ergo non est, vt notatur 33. q. 4. c. 2. in glo. Item testis quando super diuersis factis testificatur, nulla est contratietas inter eos. Vnde singulares dici possunt sic, sed non est contrarium de pe. dist. 1. periculosa. ¶ Nota tamen quod in ciuili & criminali dari possunt interrogatoria, sed iudex ea non debet abscondere parti, vt notatur 2. quæst. 1. in primis, in glo. testes. Item nota quod in interrogatoriis debet ꝙs cogi ad petitionem partis, ad respondendum in ciuilis post litis contestationem. Item nota qd̃ testis qui non dicit totum factum non probat vnde iterum interrogatur vt notatur 20. q. 3. præsens. Item nota quod publicatio testium non ligat iudicem, ex eo quod ex officio facit, vt notatur 3. q. 11. §. causa. Item testem falsum metus non excusat 15. q. 6. auctoritate. Item nota quod interdum vni testi creditur, quia alii desunt vel quando de conscię tia in articulo mortis agitur, vt 26. q. 6. His qui. Item qui vocantur ad testimonium eo ipso videntur approbari per eum qui aduocari fecit, & debent examinari, vt notatur, 18. q. 2. in decima. Quid si probatur quod testis fuerit instructus, vt confirmet vel neget, & tunc est subordinatio, aut velit affirmare vel negare quod vtatur vera & congrua ratione, & tunc non est subordinatio. Sed q̃d si testis promisit testificari? Respondeo, aut promisit certum & repellitur aut non dicendo quid, & tunc non repellitur nisi accepisset pręcium, quia tunc pręsumitur corruptus.

Falsus testis.

¶ No-

§. 4. Testẽ in decẽ pdi camẽtis deponẽte.

¶Notãdum etiam quòd testis potest falsum deponere & verum & nec verum nec falsum in omnibus decem prædicamentis notatis ab Aristo. in lib. de prædicamentis. Et in substantia quidem, vt cum testis dicit quòd homo dedit damnum, cum non fuerit homo sed aliud animal. Item si dicit quòd si Titius percussit seruum cum ferro & fuerit cum lapide istæ deponit falsum in substantia, res enim & personæ substantia appellantur. Et si interrogatur de causa illius substantiæ ideſt quomodo scit quòd esset substantia lapidis, vel quòd esset homo sufficit quòd dicat, quia vidit. In quantitate discreta attestatur quis, vt cum dicit quòd Apollo promisit Titio decem cum non promisit nisi quinque vel de quantitate continua, vt si dixi, promisit vel vendendi tibi terram vsq; ad talem arborem & non promisit tantum sed minus. Et si interrogetur testis quid est quantitas non tenetur respondere quia in teste non requiritur tanta peritia quod sciat diffinire, præsertim ea quæ sunt ad materiam phisicæ disputationis & dispositionum iuris pertinent, vt notatur. ff. de verb. oblig. l. stipulatio. In qualitate deponit testis falsum, si dicat quod frumentum mutuatum erat optimum cum esset minus bonum. Ista est qualitas intrinseca. Vel si dicat q furtum factum fuerit noctis tempore, cum nox aggrauat maleficium cum fuerit de die. Et si interrogetur testis quomodo scit quòd fuerit de nocte. Et respondet, quia vidit, quia fuit post lucis occasum, vel quia erant tenebræ bona est ratio, quia sufficit q reddat rationem grosso modo, licèt non loquatur cum peritia artis 24. q. 3. si habes, in glo. Et ita non sufficit dicere nisi ratio assignetur 25. quæst. 2. c. fi. Sed non requiritur q tanquàm legista vel philosophus sciat respõdere ad difficiles quæstiones, immo si interrogetur de talibus potest dicere nescio. Nec per hoc ratio reddita per eum de visu vitiatur. Si quis autem non est verus testis principaliter si tamen est testis cum iudicis beneficio admixto seu artificio vt medicus super cicatrice & obstetrix &c. Interrogandus est subtiliter & talem qualem se asserit. Nec excusatur a testimonio falso, quia testificatur per verbum credo, quod verbum est indifferẽs ad verum & ad falsum, nam interdum verbum credo facit probationem ex addita ratione, quia præsumimus quòd non sine ratione vt quando a perito profertur in arte sua, & tunc pro assertione habetur & punitur, quia credere non debuit id quod dixit esse quod non sic est, nam ratione peritiæ artis præsumitur dolus in eo q abutitur peritia sua, non enim præsumitur quis credere quod non debet, eo quòd homines communiter illius possessionis & artis facere debent, non credunt nec ratione aliqua vel bona coniectura faciliter. ar. ff. de acquiren. her. l. cum quidam. §. quod dicitur. ¶Quartum prædicamentum est relatio. Est autem relatio duorum extremorum ad inuicem facta collatio. Sub hoc prædicamento clauditur probatio fraternitatis filiorum. Item matrimonium. Item sororitatis. Item rerum omnium quæ habent respectum ad aliud in comparatione literarum. Et est notandum in istis correlationis vel respectiuis vel ad inuicem subordinatis vel comparatis adinuicem. Et nota quòd vbi testes torquentur sufficit torqueri duos vel tres factum scientes, quia refrenanda est tortura. Vbi, est quintum prædicamentum deponit testis falsum, si interrogatus vbi dixit, in domo & fuit in agro. nam domus fuit locus intemptatus. Insultus dicitur factũ in domo quando est factus intra porticus, in octio vero non est intus nec extra proprie, de pẽ. dist. 1. §. hoc quoq;. Et grauius est maleficium si quis in domo offendatur quam in agro. Et si interrogatus quomodo scit. quòd illa esset domus. Respondet quòd vidit, bona est ratio tribus rationibus. Primo quia directe potest videri. Secundo quia visus multas differẽtias demonstrat, primo Metaphisi. Tertio quòd visus est sensus generalis vnde redditio causæ per visum est magis generalis quam aliqua, vt notatur 3. q. 9. Testes, & quando ratio includitur in dicto testis non debet interrogari de ratione. Quandoq; enim dictum testis incipit a ratione, quandoque a dicto, quandoque simul sunt iuncta vt dictum & ratio in eadem constructione verborum. Quando, est sextum prædicamentum, & in hoc potest facile testis incurrere periurium si arctet ad diem, nisi esset insignis dies, vt extra de accu. c. qualiter, per Innoc. Et quando est quæstio de tempore debet tempus probari, de rescrip. c. bone, in clem. Secus si nõ est iuris ratio constituta in tempore quia non oportet certum tempus probari. ¶Septimum prædicamentum est situs, super situ cadit testimonium, vt si dicatur maleficium commissum in loco sito dioceſi Florentina vel ecõtra dicatur cõmissum in dioceſi Lucana, vel si constat maleficium commissum in agro Titiano, & sic constet de loco. Interrogatus an ille locus sit in territorio Perusino vel Eugubino.

Super

Super quo teſtes producti debent aſſignare cauſam etiam non interrogati, quia producuntur ſuper iuriſdictione, ſicut ſi iudicarentur ad probandum dominium; quia teſtes debent reddere rationes per cauſas conſiſtentes in facto non in iure. Reddet ergo rationem de iuriſdictione, vt quia vidit commune Peruſij furcas ibi erigere, male factorem capere, mãdatis obedire tam in faciendo quam non faciendo, licèt in faciendo maior & plenior ſit ſubiectio. Item bona ratio ſi dicit q̃ vidit homines illius loci ſoluere collectas, & vbi agitur de iuriſdictione probanda in genere, ſufficit teſtimonium diuerſorum in ſpecie, vt quia vnus dicit quod uidit ibi alium exoculari, alius dicit quòd vidit ibi alium ſuſpendi ſcilicet per iudicem talis territorij de quo quæritur. Secus ſi agitur de probatione certi actus, vt de accuſ. c. qualiter & quando. Item quia commune Peruſij conſueuit ſe gerere pro domino talis loci longo tempore & huiuſmodi. Iuriſdictio ergo eſt quoddam ius mixtum & rerum & perſonarum & quandoq; in rebus, quandoq, in perſonis, quandoq; in vtriſq; ſimul exercetur. ¶Octauum prædicamentum, quod dicitur habere ſeu habitus etiam per teſtes habet prædicationẽ, ſed quia habere in multis conſiſtit, diuerſo etiam modo debet ratio reddi ſecundum ſubiectam materiam de qua loquimur. Nam ſi teſtis vult probare quòd aliquis habeat virtutem vel vitium, vel quod ſit ebrius prodigus vel furioſus quæ ſunt paſſiones animi radicatæ & infixæ intrinſecus, debet aſſignare rationem quæ inferat de neceſſitate. Vnde non iuret de credulitate vbi exigitur ratio inferens neceſſario, quia iuramentum eſt induſtriale, de hoc per Innocen. in c. Cum cauſam extra de teſti. Secundo dicitur quis habere magnitudinẽ vnde ſi teſtis vult probare q̃ quis habeat magnitudinem decem cubitorum debet rationem reddere quia vidit eum menſurari. Tertio modo dicitur quis habere veſtimenta, & hoc probatur per viſum quoad habere facti, ſed quoad habere iuris in iure non ſufficit viſus. Quarto dicitur quis habere membra & huiuſmodi, & hoc probatur per viſum, ſed virtus intrinſeca membri, puta ad actum generationis vt frigiditas vel non frigiditas non poteſt eſſe ſubiecta viſui, ſed debet experimentari, extra de frigi. cap. fraternitatis, quod ſane intellige ſcilicet per actum coniugale vt dicunt iura. non per actum fornicarium, vel molliciei. Vnde teſtis bene poteſt per viſum probare q̃ quis non habeat oculum vt quia vidit effoſſum, ſed non ſic de facili probat quòd habens oculum non videat inde. ¶Quinto modo dicitur habere continens contentum, vt veges vinum, & hoc etiam oculus videt, manus tãgit, guſtus guſtat, odoratus odorat, ſed menſura probanda eſt per menſurationem. ¶Sexto dicitur quis habere confeſſionem vel proprietatem vel obligationem. Et nota quòd verbum habere proprietatem & affectum habendi ſignificat. Et ſi quæratur cum actor facit duos articulos ſuper quibus teſtes interrogentur, vnus de contractu vel debito alius de obligatione. Et teſtis in primo interrogatus dicit quòd verum eſt ſcilicet debitum vel contractum, quia vidit vel audiuit. In ſecundo dicitur ſe nil ſcire, quæritur an probet talis. Et videtur quòd non. Nam poſito contractu vel debito neceſſario ſequitur obligatio. Sed contrarium eſt verum. Nam licèt dicat ſe nil ſcire, de ſecundo verum dicit, quia licèt dicat ſe nil ſcire vere dixit, quia tanquam teſtis nihil ſcit de iure ſed de facto, nam ſcire ius potius eſt iudicium quam teſtium. Et intelligitur nihil ſcire ſcilicet aliud quam dixerit, nam debemus interprætari vt ſibi non contradicat. ¶Septimo dicitur quis habere vxorem, filios fratres & huiuſmodi, & de iſtis poteſt interdum reddi ratio neceſſario, vt ſcio q̃ eſt vxor, quia interfui quando contraxit per verba de præſenti & anuli datione, nam cum aliquo prę ſuppoſito & conceſſo aliquid probabiliter ſequitur, tunc ratio eſt probabilis & ſufficiens, nam dico quòd eſt filius quia vidi eum naſci in domo vt filius, vicinis ſcientibus. Poteſt poni aliud exemplum. Dico q̃ Berta eſt meretrix, quia vidi ſæpe de nocte intrantibus ianuam aperire, nam locus a communiter accidentibus eſt multum probabilis in materia textus, vt probatur. C. de proba. l. neque. ¶Octauo dicitur quis habere infamiam vel inhabilitatem ſed illa eſt potius priuatio quàm habitus. Simili modo dicimus. Iſtæ habet bannum de tali ciuitate. Hoc non eſt proprie habere ſed carere, ſicut & dicitur habere febrem vel mortẽ. Ciuitas autem habere ciues poteſt per inſtrumenta probari & teſtes. ¶Agere etiam & pati ſeu actio & paſſio ſunt vltimo duo prædicamenta, & hæc etiam poſſunt probari per teſtes facilius tamen probatur agere quam pati. Facilius enim comprehendimus ictum quem quis infert quòd mortem quam quis inde patitur ſiue incurrit, nam multi videntur mortui & non ſunt, Vnde teſtis deponens

Iuriſdictio q̃d ſit.

ſuper

ſuper homicidio interrogatus quomodo ſcit habet reſpondere quod corpus eius carebat pulſis motu & erat frigidum putridũ vel ſimile quæ ſolent mortuis accidere, nam receſſus animę a corpore videri non poteſt, quia anima incorruptibilis & inuiſibilis eſt ſicut angelus inuiſibilis. Hæc omnia Baldus de Peruſio.

¶ *De ſententijs ferendis.* *Cap.* 12.

DE ſententia tãdem videndum eſt. Dicit Auguſt. 2. q. 1. c. 1. Nos in quem quam ſententiam ferre non poſſumus, niſi aut cõuictũ aut ſponte confeſſum. Et de ſententia quidem dicit gloſa ſummaria ī principio quæſtionis quod triplex eſt ſententia, ſcilicet interlocutoria, diffinitiua, & præcepti. Ray. & exemplificat dicens, quod interlocutoria ſententia dicitur quæ non ſuper principali, ſed ſuper aliis quęſtionibus profertur inter principium cauſæ & finem emergentibus, vt eſt de teſte repellendo, vel de dilatione danda vel non & huiuſmodi. Vel forte dicitur interlocutoria, quia inter partes loquendo profertur ſine ſcripturæ ſolemnitate. Diffinitiua autem ſententia dicitur quando principalis quæſtio diffinitur ff. de re. iudi. l. 1. Sententia præcepti. eſt quando maior pręcipit, minori. Sequitur in glo. Si ſententia diffinitiua fuerit lata omiſſo ordine iuris, ipſo iure nulla eſt, vt 2. q. 6. ſi quando §. diffinitiua. Hoc tamen ſcias quod duplex eſt ordo iuris. Vnus q eſt de neceſſaria ſubſtantia iudicio rum, vt ſcilicet quod poſt citationem habeat inducias vt fiat litis conteſtatio & teſtes recipiãtur. Si contra hunc ordinem feratur ſententia, non tenet. Eſt alius ordo qui non eſt de ſubſtantia iudiciorum, vt ſcilicet ſententia nõ feratur ſub cõditione & vt prius non pronuncietur de poſſeſſorio, aliàs poſſeſſione quam de proprietate, ſi tamen hoc non ſeruetur, tenet ſententia, vt 2. q. 6. ante riorum. §. Biduum. ¶ Item ſententia interlocutoria ſiue ſit excommunicationis ſiue ſuſpenſionis ſiue miſſionis in poſſeſſionem requiritur ordo iuris. De ordine excommunicationis habes, extra de ſenten. excom. c. ſacro. De ordine ſuſpenſionis habes ſecunda quæſtione prima notum. Si tamen ille ordo non fuerit ſeruatus tenet ſententia, vt 11. quæſt. 3. epiſcopus. ¶ Item in ſententia immiſſionis in poſſeſſionem requiritur ſemiplena cauſæ cognitio extra vt li. non conteſt. c. Quoniam, & ſiue talis ordo fuerit ſeruatus ſiue non, ſi abſens poteſt probare ſe non fuiſſe contumacem talis ſententia tractatur, extra de ſenten. & re iudi. c. cum Bertholdus.

Triplex ſentẽtia

Duplex iuris ordo.

¶ Sententia præcepti eſt, vt cum iudex pręcipit alicui ſine cauſæ cognitione vt ſoluat alicui decem quæ petit, ſi ille ſoluat, & pecunia illa indebita eſt quia iudex iniuſte precepit, tamen non poteſt repeti pecunia illa. ff. quod metus cauſa l. fi. hæc in glo. ¶ Circa ſententiam præcepti nota ſecundum Ray. videnda ſunt tria ſcilicet in quibus conſiſtit, maioritas, in quibus conſiſtit obedientia & de neceſſitate pręcepti. Maioritas ſecundum Raymundum attenditur in prærogatiua ordinis conſecrationis, diſpenſationis, ideſt adminiſtrationis & antiquitatis, extra de elect. c. dudum. Prærogatiua ordinis præsbyter eſt maior dyacono, diſt. 93. c. legimus. Prærogatiua conſecrationis, epiſcopus eſt maior pręsbytero diſt. 95. Olim &c. Epiſcopus in eccleſia, vbi dicitur quod in conſeſſu pręsbyterorum ſublimior ſedeat epiſcopus, intra domum vero collegam eorum ſe eſſe cognoſcat. Prærogatiua diſpenſationis, archidiaconus eſt maior pręsbytero diſt. 25. perlectis, vbi dicitur, quod archidiacono ſubeſt archi pręsbyter & eius mandatis obedire debet. Prerogatiua antiquitatis maior eſt qui prius fuit ordinatus, vel alias præcedit tempore, vel ætate extra de maio. & obe. c. 1. ¶ Obedientia autem conſiſtit in tribus, in reuerentia, in iudicio & præcepto. Et reuerentia debetur ei qui præcedit ordine vel antiquitate, inferior enim debet ſuperiori in talibus reuerentiam, vt ſcilicet aſſurgat ei dando primum locum in choro, in menſa, in ſedendo, in eundo, & huiuſmodi, niſi maior diſpenſatio ſit commiſſa in minori ordine vt antiquitate, vt archidiaconus diacono, tunc enim non ſolum præsbyteri, ſed archi pręsbyteri debent reuerentiã archidiacono diſtin. uigeſimaquinta. cap. perlectis. Obedientia pręcepti & iudicii debetur tantum ei qui præeſt conſecratione vel diſpenſatione. Sententia enim a non ſuo iudice lata nulla eſt, extra de iudi. cap. at ſi clerici, & idem in præcepto ſeptima quęſtione prima, quia frater. Quæ autem ſint illa per quæ plena ſubiectio declaratur, habes extra de ſen. & re iud. capit. cum inter. & de offi. or. c. conquærente tam in glo. quam in tex. Duplici autem ex cauſa ſecundum Tho. 2. 2. q. 104. art. 5. ſubditus non tenetur obedire ſuperiori etiam in licitis. Vna eſt cum maior poteſtas ſuperior vtriuſq; mandant cõtrariũ diſt. 8. q̃

Sententia pręcepti.

Maiorias.

Obediẽtia.

Dupl'ci ex cauſa ſubdit⁹ nõ tenetur obedire ſuperiori etiam in licitis.

contra

contra mores. Secunda est cum præcepit id in quo non est ei subiectus vt quę pertinent ad motum animi interiorem & quibusdam aliis de his tamen habes supra in 2. parte. ti. de inani gloria. In dubiis debet obedire. Item dicit glo. super dicto. c. nos in quenquam, quod quattuor sunt modi conuincendi reum aut scilicet iure vt instrumentis & testibus, aut facti euidentia, extra de coha. cle. c. Tua. Aut iuris interpretatione, vt sæpius citatum esse, reum 3. q. 9. decreuimus. Aut violenta suspitione. 32. q. 1. dixit. ¶ Nota quod triplex est suspitio. Prima est temeraria, & de hac dicit canon. Nullum iudicetis suspitionis arbitrio 2. q. 1. primo. Secunda est probabilis, & hæc purgationem inducit, non autem prima vt, 2. q. 4. præsbyter. Tertia est violentia quæ cõdemnationem inducit, & de hac intelligitur dictum Hiero. scilicet quod vxor dimitti potest propter fornicationem, aut fornicationis suspitionem 32. q. 1. dixit, quod intelligitur de violenta, vt si suspectus cum suspecta, nudus cum nuda in eodem lecto. Item dicit glo. super d. c. Nos, quod sententia ferenda est in confessum & hoc verum etiam si aduocatus alicuius confiteatur nec reuocet confessionem suam, extra de cen. c. olim. Et est ferenda sententia in confessum in causa ciuili & in causa criminali, nisi aliquis metu tormentorum confiteatur dum est in carcere, tali enim confessioni non statur nisi post tormenta in confessione perseueret. Quę autẽ confessio repugnet his versibus continetur. Maior sponte sciens contra se vbi iussit & hostis. Nec natura negat, fauor & lis iusue repugnet.

Suspitio ẽ triplex.

§. 1. ¶ De sententia autem diffinitiua. Nota quod debet proferri a iudice & non ab alio, aliàs non valet nisi sit episcopus iudex ille potest per alium recitare ad instar illustrium extra eo. & si lib. 6. Debet etiam ferri sedendo. Itẽ in loco publico & honesto 3. q. 3. inducie. §. spacium. Item debet ferri de die & non in tenebris. Item nec in diebus feriatis, & maxime festiuis & solemnibus. Item non debet ferri per venalitatem 2. q. 6. si quando §. diffinitiua. Hæc & multa alia requiruntur quorũ si aliquod omissum fuerit sententia non valet. Item debet fieri in scriptis, aliquando tamen etiam sine scriptis valet, vt immediate infra patebit. Casus in quibus valet sententia diffinitiua sine scripto, secundum Ioan. And. sunt isti. ¶ Primo quando causæ breues sunt & maxime vilium personarum. Et potest dici breuis duorum aureorum. ff. de do-

Sententia diffiniti ua.

Sententiã valere si ne scripto.

lo. l. adest. Inspiciatur autem qualitas personarum, & relinquatur arbitrio iudicis extra de offi. deleg. c. de causis, vel inspiciatur consuetudo loci vel fori. dist. 11. consuetudinis. Secundo valet cum episcopus de causa ciuili iudicat inter clericos suos 11. q. 1. siquis cum clerico. Tertio cum prẽses deposito officio conuenitur vt reddat administrationem, in auct. vt iudi. sine quo. suffra. §. necessitatem. Quarto cum papa per se pronunciat, valet enim licet ipsam non tulerit in scriptis ipsæ enim solutus est legibus. Quinto valet secundum quosdam si sit lata in causa matrimoniali, extra de testi. Alberi. Cum autem sunt duo iudices & proferunt diuersas sententias. Dicunt Ray. & Host. quod si exiurisdictione ordinaria processerunt, tenet sententia pro reo, non pro actore, nisi in causa fauorabili, vt in matrimonio & pro dote & libertate, & pro testamento, si pro ipso fuerit promulgata. Si vero ex potestate delegata est lata sententia, vtraque pendet ex arbitrio delegatis. Si autem ex compromisso, neutra debet habere vigorẽ extra de sen. & re iudi. c. duobus. Effectus autem sentẽtię secundum Ray. est multiplex. Primus est quod pro veritate accipiatur quantum ad illos inter quos lata est. Et intelligitur postquam sententia trãsit in rem iudicatam scilicet quod ab ea appellari non possit quod est post decem dies. ff. de re iudi. l. res iudicata. Secundus effectus est quod in actionibus personalibus mandetur executioni infra quattuor menses, extra de offi. de le. c. quærenti, & extra. eo. quod ad consultationem. In actionibus vero realibus cum res certa petita est, puta liber ager, equus, domus & huiusmodi, debet executioni mandari statim post 10. dies qui sunt concessi ad appellandum, & hoc si res est in præsentia, insti. de offi. iudi. in prin. Et idem debet fieri in actionibus criminalibus, neque enim in talibus est executio differenda 2. q. 6. anteriorum. Fallit tamẽ hoc in quattuor casibus. Primus cum princeps ex vindicta fert seuerius sententiam quia differtur executio ad minus per 30. dies, vt locus possit misericordiæ esse & si res exigit pænitere. 11. q. 3. cũ apud Thessalonicam. Item cum sententia lata est in muliere prægnante, differtur enim vsque ad tempus partus. ff. de re iudi. l. prægnantis. Item si capitalis sententia est lata in seruum, differtur executio quousque reddiderit ratiocinia administrationis quam gessit. C. de bo. pro. l. 1. Item cum quis est confessus de crimine & inde negat retrudatur in

Effectus sentẽtiæ

carce-

carcerem, vt postea reductus apud acta audiatur, & iteret confessionem. Sunt & alij plures effectus sententiæ qui dimittuntur obbreuitatem. Et nota Ray. quòd regulariter nec sententia nec res inter alios acta vel iudicata præiudicat alijs extra de fi. instrum. c. inter dilectos. Fallit tamen in multis casibus scilicet cum causæ connexæ sunt dist. 81. tantis 3. q. 6. hæc quippe & extra de accu. c. ad petitionem. Item in causa libertatis. ff. de ста. ho. l. ingenuum. Item in causa filiationis. ff. de liberis. ag. l. 1. Item quando quis præsens fuit & sciebat causam agi. ff. de re iudi. l. sæpe. Item in querela inofficiosi testamenti. ff. eod. tit. quòd Papinianus. Item secundum Ray. regulariter nec sententia nec alia res inter alios acta alteri prodest. Fallit tamen hoc in certis casibus. Primo in quærela inofficiosi testamenti. ff. eo. tit. l. Papinianus. Item in re diuisibili. ff. si serui. ven. l. loci. §. competit. item in communi cum pupillo 2. q. 6. §. diffinitiua, item prodest vbi res est communis cum fisco, hæc habentur, extra eo. cap. fi. Subleuatur autem sententia secundum Ray. quattuor modis. Primo per appellationem 2. q. 6. cap. 1. Et de hac dicetur in se. c. Secundo per supplicationem, vt cum lata est a principe vel ab alio a quo non licet appellare 25. q. 9. veniam. Tertio per quærelam falsi, vt si dicatur lata per falsos testes & alias falsas probationes extra de testibus c. sicut nobis. Quarto per in. integrum restitutionem extra de in integr. resti. per totum. Et dicit Guil. quòd quærela falsi habet locum vsq; ad viginti annos. C. de fal. l. Quærela.

Subleuatur sñia quatuor modis.

¶ *De litis contestatione.* *Cap.* 13.

DE litis contestatione dicit Greg. 9. quod non per positiones & responsiones ad eas sed per petitionem in iure propositam id est in iudicio & responsionem secutam litis contestatio fit extra eo. capit. 1. Vbi dicit glo. quòd litis contestatio exordium videlicet litis siue causæ principium appellatur, & vbi principium deest, nil potest superedificari 1. q. 1. cum Paulus, & cuiuslibet rei principium maxima pars est. Et licet litis contestatio sit principium, tamen necesse est libellum procedere super quo fiat litis contestatio, vt extra de libel. ob. c. 1. Est autem litis contestatio negocij principalis hinc inde apud iudicem facta narratio & subsecuta responsio, siue negando, siue concedendo, quod est intelligendum vt fiat animo procedendi in causa, & ea intentione directe & ex proposito. Vnde si aliquis proponat factum coram iudice non ea mente vt respondeatur saluo iure suo & sine præiudicio non erit propterea litis contestatio facta, cum hæc fiant non ad iudicis interrogationem seu motu proprio. Contestatio autem fieri debet interrogante iudice actori proponente suam actionem, & reo respondente ad interrogationem iudicis vt mos est. Vt ergo litis contestatio non præcedit, nil valet quod agitur, vt extra eo. capitul. 2. Et potest ratio assignari, per positiones & responsiones ad eas non fit litis contestatio. Qui. n. ponit aliquod dictum vel factum, nihil petit ab aduersario, nec ostendit per hoc se velle agere. Et ita per hoc non posset fieri sententia absolutionis, vel condemnationis cum nil petitum sit per positionem, sed ostenditur aliquid esse factum vel dictum vel promissum & sententia semper formanda est secundum modum agendi extra de accu. capitu. qualiter & quando ad fi. & condemnatio non est facienda nisi ad hoc actum, sit extra de or. cog. cap. Cum dilectus, in fi. Ber. Libelli oblatio, vtrum sit de substantia ordinis iudiciarij ponit Bern. in glo. extra de libel. obla. cap. 1. opiniones recitat pro & contra, & concludit tandem quòd melius videtur de iure canonico quòd sit de substantia. Est autem libellus scriptura in qua continetur res quæ petitur & causa petendi & nomen actoris & rei, ut extra eo. per totum. Et semper offerendus est iste libellus iudici & per eum reo, vt ipse reus deliberare possit 3. q. 3. §. offeratur, & in scriptis debet dari & in principio litis, in modicis tamen causis scriptura non requiritur vt 11. q. 1. Si quis cum clerico. Est autem duplex libellus scilicet postulationis qui datur in ciuilibus quæstionibus, extra eo. c. 1. Et accusationis qui datur in criminalibus actionibus, vt 2. q. 8. c. per scripta. 8. libellorum. Bern.

Diffinitio.

Cõtestatio quo fit.

Libellus duplex.

¶ *De appellatione.* *Cap.* 14.

DE appellatione aliquid breuiter videndum est de quo confuse agitur 2. q. 6. per totum. Et ibi dicit glo. summaria in prin. quæstionis hæc quæ sequuntur. Appellatio est prouocatio iniquæ sententiæ quærelam continens tamen etiam in his quæ extra iudicium aguntur appellatur vt in electione extra de ap. c. constitutis. Circa appellationem ergo primo quæritur vtrum valeat statutum seu ordinamentum alicuius municipij quod non possit appellari nisi ad iudicem illius loci, &

Appellatio.

ci, & videtur quòd sic, quia statutum est quidam consensus & pactum ciuium illius loci vbi sit. Sed constat quòd quis potest remittere per pactum ius appellandi. C. de temp. ap. l. fi. ergo & per statutum tollitur ius commune in illo municipio. ff. communia prædio. l. venditor. Sed contrarium est rei veritas. Et ratio, quia iurisdictio collata in iudicis appellatione per legem vel principem, non potest tolli vel minui per subditos. distinct. 22. c. inferior. immo præponitur necessitate obsequendi. extra de consti. c. ecclesia. Iam enim ex hoc videretur eneruari iurisdictio Imperij & Romanę Eccleſię & vires principalis negocii exhauriri. C. de præci. Imp. offer. l. 3. Circa quod nulla consuetudo valere potest, extra de consue. c. 1. Item pactum litigatorum facere potest q̃ appellationi generaliter renuncietur vel remittatur. extra de ap c. 2. ergo nec per statutum. Item tale statutum esset diminutio iurisdictionis & libertatis ecclesiæ & imperii, & ideo ipso iure nullum, & hæc est veritas, quia in omnibus semper intelligitur ius superioris exceptum, extra de iureiur. c. venientes. Sed municipes nõ condendo legem bene possunt renunciare appellationi, vt notat Inno. in d. c. venientes. Sed quid si aliquis appellat simpliciter dicens. Ego appello a tali vestro præcepto, nec dicat ad quem. Respondit Spec. quòd valet. Et intelligitur appellare ad proximum superiorem. ff. de app. l. 1. Nam in dubiis non est a iure recedendum. Hoc autem disponit ius vt gradatim appelletur vt extra. eo. dilecti. Et idem si non dicat appello, sed subiicio me sub protectione sedis Apostolicæ vel alterius iudicis appellationis, habetur enim pro appellante.

§. 1. Casus q̃bus appellatio reiicit̃.

¶ Licèt autem appellatio sit commune remedium, tamen in multis casibus reiicitur. Primo si non sit interposita infra decem dies. C. de app. l. vlti. Sed hodie currunt a die sententiæ vt ibi notatur, quia tempus hoc quantum ad sui initium est vtile, vnde non currit nisi a tempore sententiæ & a tempore currit quo agere potest. Sed quantum ad progressum est continuum 2. q. 6. anteriorum. Vnde spontanea appellationis omissio purgat sententiæ turpitudinem, vt notatur extra de offi. deleg. c. pastoralis. ita quòd post lapsum decem dierum, etiam si iniusta sit sententia executioni mandatur. lapsus enim termini renunciationem inducit, ff. de acq hær. l. quandiu, in fi. & hoc nisi iusta causa ętatis vel aliam restitutionem ad appellandum indulgeat. ff. de minor. per to. Nec potest iudex hoc tempus decem dierum ad appellandum statutum & tempus anni vel biennii ad prosequendum ipsam, & tempus restitutionis in integrum concessum minuere, vt notatur extra de appel. cum sit, & idem secundum Di. in omni dilatione quæ datur sine ministerio iudicantis, vt notatur extra de re. iu. lib. 6. quia indultum à iure beneficium, nemini est auferendum, hinc est q̃ iudex mandat alicui vt soluat aliquid vel faciat infra decem dies licebit ei appellare. Vnde licèt sententia sit sub conditione data, vel etiam ad terminum maiorem quam decem dies dierum debet tamen appellare infra decem dies, licèt conditio in sententia adiecta nondum exiſtat & terminus nondum aduenerit. ff. quando appellan. sit l. 1. Non enim post decem dies licebit appellare vt notatur extra. de app. c. præterea. & ibidem notat Inn. Sed cum datur ita breuis terminus in quo non potest deliberare ad plenum & sic incidere potest in promptum periculum vtputa trium dierum, vel alius minor decem dierũ, qui terminus modicus appellatur, tunc licebit a breuitate termini appellare. extra de dila. c. 1. & hoc nisi ex causa minor daretur, quæ tamen causa est in dilatione exprimenda, vt notatur in d. c. 1. ¶ Secundo non appellatur a iudicio momentaneæ possessionis licèt secundum canones appellari possit extra de testi. c. significauit. Item non appellatur secundum leges ab interlocutoria vel ab aliquo grauamine ante sententiam. C. quorum ap. non rei. l. 3. nisi in casibus ibi notatis, sed in iure canonico secus. ¶ Tertio non appellatur a mero executore. extra de app. c. nouit nisi modum excedat vel citiuſ exequatur vt ibi notatur. ¶ Quarto non appellatur a creatione muneris vel nominatione, quod est vtilitate tantum priuatum, vt tutela & cura. ff. quando app. sit. l. 1. §. si quis. sed a probatione executionis potest appellari, vt ibi in aliis autem muneribus publicis auctoritate & vtilitate, est secus. ¶ Quinto non appellatur a criminibus enormibus, quæ leguntur. ff. de app. l. constitutus. quod intellige vt ibi notatur. Item in hæretico non appellatur extra de hęret. c. vt inquisitionis. li. 6. ¶ Item in raptore fœminarum. C. de rap. vir. l. 1. Item in falsatore monetæ & in eo qui fecit aliquem de custodia exire. C. de fal. mone. l. Item in aliquibus aliis criminibus in quibus leges prohibent specialiter appellare. vt extra de elect. cap. cum in cunctis. ¶ Sexto non potest appellari propter naturam causæ, scilicet cum res dilationem non recipit, vtputa ne testamentum aperiatur, ne in

scriptus

ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur, & ne pignus vendere liceat, & quædam alia quę habentur. ff. de app. reci. l. fi. Et idem uidetur dicendum in caſibus in quibus ſummatim cognoſcitur, puta in alimentorũ exhibitione & in alijs caſibus qui celeritatem requirunt (aliàs deſiderant) licèt quidam aliter dicant. ¶Septimo regulariter nullus criminoſus appellat quando tria interueniunt ſecundum Azonem, ſcilicet ꝙ ſit conuictus confeſſus & argumentis ſuperatus. ff. quorum ap. nõ reci. l. 2. ſed aliquo iſtorũ deficiente poteſt appellare ipſe vel alius pro eo. ff. l. nõ totum. Nota tñ ꝙ ſi noie alicuius quis appellat, ſiue in ciuili, ſiue in criminali, ſi is pro quo appellatur ratum habeat, debet ratificare infra tps appellationis interponendæ. Et quod dictum eſt de confeſſione intelligitur de ſpontanea non in tormentis nec terrore tormentorum facta, vt in d. l. 3. Sed videtur ꝙ confeſſus in iure canonico non appellet, quia confeſſio in iure facit notoriũ, & a notorio non appellatur, extra. e. cum ſit Romana, & hæc opi. vr innui. extra de ap. c. Romana li. 6. Sed contrarium potius poteſt ex illo. c haberi, vnde iure canonico & ciuili confitens appellat ſi iuſtam appellationem faciat. i. iuſtam cauſam inferendo, puta quia errore vel propter territionem tormentorum vel quia confeſſionem expoſitam declarare intendit vel aliquid aliud rationabile, vt. ff. de appell. l. creditor, aliàs ſi a ſententia ſuper confeſſione lata appellat abſolute ſine expreſſione cauſę non auditus vt dicit archi. eo. tit. Romana. lib. 6. ¶Octauo non appellat debitor fiſci ſeu reipublicæ. C. quorum ap. nõ reci. l. fi. Item officialis criminaliter condemnatus a ſuo iudice, eo ꝙ in officio ſuo male ſe habuiſſet non appellat. C eo. tit. l. nulli. Item non appellat debitor ex calculo fiſcali vel ex tributaria functione, & ex alio caſu qui omnes leguntur. C. quorum ap. non reci l. abſtinendum. Item delinquens a pęna delicti non appellat, quia pęnę certę ſingulorum delictorum ſunt. ff. de verb. ſig l. ſi qua, ſed a mulcta bene appellatur, vt ibi. Item non appellat vere contumax niſi veniat iudice ſedente pro tribunali, vel niſi ex iuſta cauſa venire impediatur, vt. ff. de re. iud. l. contumacia. Fictè aũt contumax appellat. Vere autem contumax dicitur, cui iudex præcepit ut adſit, vt notatur. C quomodo & quãdo in l. ceſſante. Item quando perſonaliter eſt citatus, ſed & cum citatus reſpondit ſe non venturum, non eſt dubium ꝙ eſt vere contumax, vt notatur. ff. de app. l. eum qui. Sed fictè contumax dicitur quando non fuit inuentus, puta citatus ad domum, ut ibi quo caſu tempus appellandi a die a tpe ſcientiæ computatur, & hoc intellige in contumace abſente. Contumax autem præſens, puta in non exhibendo auditur appellans. ff. eo. l. creditor. §. iuſſus. Dic tamen quòd in hoc auditur appellans contumax ſi licet vt cauſam ad ſuperiorem tranſierat, non vt a ſententia excommunicationis releuetur, vt extra de ſenten. excommu. per tuas, in glo. 2. Item non appellat qui in iudicio ſe profitetur non appellaturum. ff. quibus app. non licet. l. 2. ſed extra iudicium non ſufficit renunciatio, niſi cum pacto conueniatur cum aduerſario ſe non appellaturum. C. de tempo. app. l. fin. Item non appellatur a delegato, quando delegans prohibet appellationem, vt ſi dicat appellatione remota, quod tamen ſolus princeps facit. Et idem ſi Papa, extra de offic. deleg. c. ſuper. quæſtionum, quo tamen caſu ſolum friuola appellatio interdicta prohibetur, vt extra de ap. c. ſuper eo. in gl. 1. Vnde nihilominus a grauamine appellabit, quia tunc non contra reſcripta ſed contra iudicis malitiam appellat, vt notatur 2. q. 6. §. biduũ. Item non appellatur pp auctoritatę iudicantium vt a principe, vt in d. l. 2. Itę a ſenatu. i. a toto ſenatorum cetu, ſm Az. Item a præfecto prætorio, vt ff. de of. præfec. præto. l. 2. Item non appellatur ab arbitrio, quia nulla eſt eius ſnia. C. de arbi. l. 2. Sed ſm canones poteſt a ſnia arbitri ſupplicari, vt 2. q. 6. a iudicibus. Item non valet ſi appelletur a correctione, extra de appell. c. repræhenſibilis, in fi & hoc niſi modum excedat. Item non appellatur a citatione, extra, eo. cum parati niſi a breuitate termini appelletur, vel niſi fiat citatio contra formam canonis, extra de reſcrip. li. 6. Itẽ nec licet tertio prouocare. i. appellare, extra de ap. c. directe. In caſu tamen ſemel tantum appellatur, vt in authen. de ſacroſanct. eccl. §. ſi quis. Item non valet appellatio verbotenus facta ſeu viua voce: ſed debet fieri inſcriptis. ff. eo. l. 1. niſi fiat eadem die & iudice in eadẽ figura iudicij exiſtente, & tunc non oportet in ſcriptis appellare quod eſt verum iure legum, ſed iure canonum ante ſententiam appellando non valet appellatio in eodem die etiam facta, niſi fiat in ſcriptus qm̃ non valet niſi cauſa inferatur. Quando ergo dicitur qđ viua voce poteſt appellari, intelligitur a ſententia diffinitiua in qua non oportet inſeri cauſam. Sed ſi in appellatione facta ab interlocutoria iudicis viua voce appellans verbotenus exprimat cauſam legitimam, nõ video

cauſam quare non valet. Item non valet appellatio ante ſententiam niſi cauſam probabilem contineat, vt ff. eo. & c. vt debitus eo. tit. Item non procedit appellatio ſi iudex reuocat grauamen a quo appellatur, vt extra eo. cũ ceſſante. Dicit tamen Innocen. q̃ iudex non poteſt reuocare ſententiam interlocutoriam poſt decem dies ſine licentia illius pro quo data eſt, ſed ante decem dies poteſt niſi appellans aliquas feciſſe expenſas, quia tunc non poteſt niſi prius ei reficiantur expenſe, eis. n. non reſtitutis non videtur reuocatum grauamen plene. Appellatio etiam non procedit ſi peniteat appellantem. Item dicunt aliqui qđ non valeat appellatio niſi ſint petiti apoſtoli, extra eod. cordi. libr. 6. ſed hic quòd non eſt de ſubſtantia appellationis petitio apoſtolorum, quia poſſunt peti infra triginta dies extra eod. ab eo. lib. 6. Sed ſi infra triginta dies a die late ſententiæ computandos, non a diæ petitioni apoſtolorum non petantur, videtur deſerta appellatio. C. de appella. l. quoniam nonnulli. Item non valet appellatio ſi deficit in forma, vt quia non continet a quo aduerſus quem & a quo ſententia, vt in dicta. l. 1. Item non valet ſi non interponitur coram eo a quo appellatur quod fieri debet, vt ff. de appel. l. cum quidam, niſi quando eius copia haberi non poteſt, quia interim etiam tempora appellationis non currunt, & niſi eius violentia timeatur iuſte, vt in dicta l. cũ quidam. Tunc enim pro appellante reputantur dũmodo publice proteſtetur, vt dicta l. quidam. Sed & tunc videtur quod non teneat appellatio, licet metuat eius violentiam ſi coram eo non appellatur cum copia de eo haberi non poteſt extra eo. ſi ſecus, tamen de conſuetudine obſeruatur poteſt tamen iudex ad quam appellatur adiri, & coram eo appellari. Et dic vt plene notatur extra de appel. c. appellatio. lib. 6. Item non valet appellatio ſi interpellatur ad iudicem inferiorem vel iuriſdictionem ęqualem habentem. Debet enim ad maius tribunal appellari. diſtin. 21. inferior. Item licèt ſi maioris ad quem appellatur, tamen non eſt iudex competens inter ipſos litigantes, vt appellatur ad Metropolitanum prouincie, cui non ſubſunt litigantes, nec iudex a quo prouocatur 11. q. 2. c. 1. de offi. iudi. deleg. c. paſtoralis. Item non valet appellatio ſi non fiat ex ordine, & gradatim extra eo. c. dilecti, omiſſis tamen medijs appellatur ad principem. Item dicũt non valere quãdo ſententia a qua appellatur eſt nulla. Nam ex hoc non videtur iudicium deuolutum ad iudicem appellationis, immo primus iudex pronũciat & cognoſcit. C. quomodo & quando iudex. l. ſi præſes, ſed verus eſt quòd valeat appellatio & q̃ iudex appellationis de nullitate poteſt cognoſcere quia etſi non principaliter, tamen incidenter de nullitate quæritur. Hoc tamen eſt verum ſi in appellatione de nullitate fit mentio, vt extra de appel. c. cordi. li. 6. De qua quidem nullitate & poſt decem dies & quandocunq; poteſt obijci & cognoſci, habes extra de oſt. iud. dele. c. paſtoralis. §. quia vero. Et ſm Othonem tanto tempore poteſt obiici de nullitate, quanto tempore actio cuius nomine iudicatum fuit. Poteſt quoq; obijci contra perſonam iudicis ad quẽ appellatur quod excommunicatus interdictus vel ſuſpenſus vel infamis vel q̃ eius iuriſdictio eſt finita, & alia quę poſſunt obijci contra iudicem cauſę principalis de quibus dicit ſpecu. in titu. de iudi. Item non valet appellatio ſi appellatur ab electione vt non fiat extra de elec. c. conſideraui-mus, ſed vt non fiat niſi canonicæ, bene valet vt ibi. Item prohibendum eſt appellare a dilatione iuramenti neceſſarij vel iudicialis. Sunt & alij caſus quos notat ſpeculator in tit. de appel. §. Item. Et dicit quod iudex appellationis tenetur ſequi leges temporis prioris ſiue loci, vt notantur 12. diſt. c. illud.

¶ Quę ſunt partes iudicis a quod appellatur, ſi ſibi videtur quod appellatio ſit fruſtratoria. §. 2.

Et ſuper hoc diſtingue, quia aut euidenter apparet quod ſit appellatio legitima, aut q̃ ſit fruſtratoria & illegitima, aut dubium eſt de hoc. ¶ Primo caſu eſt deferendum, aliàs qui non defert, punitur ſecundum leges pecunialiter, in 30. pondo auri, vt C. eo. l. quoniam. Sed ſecundum canones deponitur ab officio 2. q. 6. decreto, extra de app. c. de priore. Et nihilominus omnia attentata in priſtinum ſtatum, reuocat iudex appellationis ex ſuo officio, extra de iureiuran. cap. venientes, quia nil eſt innouandum appellatione pendente. Secundo caſu non debet iudex ei deferre, extra eod. c. cum appellationibus lib. 6. vnde ea non obſtante exequatur quamuis iudex appellationis poſſit retractare quod actũ eſt, vt notant 2. quæſtione 6. ad Romanam, ibi videas. Si enim iniuſte appellationi deferatur non eſſet reuerentia, ſed malicia & imprudentia, & ſic teneretur. ff. de euic. l. ſi per imprudentiam, & faceret litem ſuam, vt inſtitut. de oblig. quæ ex quaſi delict. §. impij. ¶ In tertio caſu debet deferre, extra eodem cum ſpeciali, poteſt vti cautela verborum

quæ

quæ legitur & notatur eodem titulo cum ceſſante. Dicendo videlicet admitto, ſi & in quã tum de iure debeo. Et nota quod cum petuntur Apoſtoli, ſi non defertur appellationi, dicit iudex, appellationi non defero & Apoſtolos refutatorios concedo. Poteſt etiam iudex cum petuntur Apoſtoli ſumere ſibi dilationem ad cogitandum ſeu deliberandum quos Apoſtolos dare voluerit. Si autem defert appellationi debet dicere, appellationi defero, & cũ petuntur Apoſtoli dicere Apoſtolos reuerentiales concedo. Quando vero appellatur a ſententia, ſed in abſcentia iudicis, vt quia timetur ne eum lædat, tunc appellatur coram aliqua honeſta perſona & dantur ab ea perſona quæ nullam iuriſdictionem habet in ea Apoſtoli teſtimoniales. ¶Item nota quod ab vna & eadem ſententia vtraque pars poteſt appellare, quãdo ſcilicet illa ſententia continet diuerſa capitula, vt in c. Raynutius, extra de taſtam. Conſueuit enim tunc quelibet pars appellare a ſententia quantum ad illam partem quæ facit contra eam, & in aliis approbare eam, vt verbi gratia. Si iudex det ſententiam diffinitiuam pro vna partium, cum hoc quod alia pars contra quam ſententiatũ eſt non teneatur ei reficere expenſas litigii facti, vt quia habuit iuſtam cauſam litigandi propter materiam valde dubiam, poteſt iſta pars proqua eſt data ſententia appellare, quoad hanc partẽ ſcilicet a grauamine expenſarum ſibi non reficiendarum, & alia pars quoad ſententiam datam contra eam.

§.3. ¶Que ſint partes iudicis appellationis in inhibitionibus fiendis. Et circa hoc dicit ſpeculator valde plene in titulo de appel. §. de officio. Sed tu dic breuiter quod conſtituto appellatore coram iudice appellationis ante omnia facienda eſt fides de ſua appellatione alias audiri non debet, nec ad citationem vel inhibitionem eſt aliquatenus procedendum, quia non poteſt dici. cauſæ negocium ad eum deuolutum, niſi conſtet appellationem interpoſitam, extra de appel. cap. Romana. libro ſexto. Vnde tanquam ſit iudex incompetẽtes nihil valet quod agitur, appellatione autem coram eo exhibita ſi quidem apparet interpoſita ante ſententiam, nec eſt ſibi cauſa inſerta, tunc nedum quid inhibeat ſed nec ſuper hoc citet partes immo omnino reiiciat vt in d.c. Romana. Et idem ſi ſit interpoſita a diffinitiua & apparet quod ſit facta in caſibus a iure prohibitis ex preſſe qui ponuntur. ff de appel. re. l. ſi. Vel ſi facta eſt ab eo vel ab eis a quibus appellare non licet, nam in his caſibus non eſt ad aliud procedendum, ſed reiicienda appellatio ff. de appel. reci. per totum. Si autem de prædictis non apparet, ſed dubium ſit, tunc debe partes citare, quia de vnoquoque negocio præſentibus partibus &c. ff. de re iudi. l. in vnoquoque. Et appellato non comparente poteſt iudex inhibere, nam & pronunciare poteſt in cauſa ſecundum Azo, altera parte abſente, vt ipſe notat in ſumma eod. tit. glo. penult. Sed partibus præſentialiter conſtitutis ſiquidẽ obiiciatur quod appellatio a grauamine nõ continet cauſam legitimam. vel quod appellatio a grauamine vel a diffinitiua non fuerit interpoſita infra 10. dies, & alia oppoſitio huiuſmodi ſic opponatur, quod cauſæ negocium non eſt ad appellationis iudicem deuolutum, tunc non eſt inhibitio facienda niſi priusconſtiterit cauſam ad ſe delatam vt in dicto §. ſi vero. Nam iudex appellationis non debet aliquid precipere, nec iudex inferior debet executionem retardare, quouſque conſtet quod ad eum ſit deuoluta iuriſdictio. vt extra de reſcrip. c. dilectus. Et idẽ ſi dicat appellatum, vel a diffinitiua in caſib. prohibitis ſcilicet ſuper notorio, vel de quo confeſſus eſt & ſimilibus. Tunc enim qa ex inſpectatione appellationis non patet de iuſta appellatione vel iniuſta, non debet inhibere niſi poſtquã cognoſcere cœpit de prædictis, vt de appel. c Romana lib. 6. Quando autẽ appellatũ eſt ante ſentẽtia, obiiciatur, qꝫ non eſt emiſſa ex cauſa probabili, tunc ſi appareat patenter probabilis puta in iure expreſſa poteſt inhibere anteq̃ cognoſcat an ſit vera, vt extra de ap. c. non ſolum. lib. 6. Et inhibitione facta nil eſt innouandum, extra vt tit. pen. nil. inno. c. 1. & ideo reuocandũ ſi innuetur. Sed ſi dubitat an cauſa ſit probabilis nõ debet inhibere donec incipiat cognoſcere vt in dicto c. Romana. Hæc autẽ cognitio videtur conſiſtere vt ſufficiat ſuper hoc litem conteſtari, & ex tunc inhibeat, quia tunc iudicium cognitionis ſumit initium, que quidẽ litis conteſtatio ſit in cauſa appellationis etiã vna parte abſente. ¶Circa reuocationem itaque eius quod innouatũ eſt a die diffinitiuæ ſentẽtiæ, ſiue ante appellationẽ ſiue poſt ſemper eſt per appellationis iudicem reuocandũ vt in dicto c. non ſolum. Illa vero quæ innouantur poſt appellationem ante ſententiã interpoſitã nõ reuocantur donec cõſtet cãm in appellatione inſertam eſſe verã, niſi talis innouatio fieret poſt inhibitionem legitimam,

quia siue causa in apellatione inserta sit vera siue non est reuocanda, vt vbi dicitur. Appellatione autem interposita ab aliquo actu vel grauamine extra iudicialia non debet reuocari innouata quamuis de veritate causæ iudex appellationis cognoscere cęperit. Nec propter hoc officium primi iudicis impeditur quin illud exequi possit. Vnde non prodest causæ insertio nisi de eius veritate probetur, vt notat archidia. in dicto c. Romana, poterit tamen ad finem. Hinc est quod dixit. Innocen. quod a tali grauamine extra iudiciali vel actu, vt est electio, confirmatio præsentatio & huiusmodi, non est necesse infra decem dies appellare, quia salua est sibi omnis exceptio & omne ius quamuis non appellaret, vt ipsæ notat extra de his quæ fi. a maio. par. ca. c. 2. Et idem speculator in tit. de appel. Sed hodie iure nouo infra decem dies a talibus oportet appellare, postea vero non per viam appellationis sed per contradictionem & alia remedia possunt reuocari extra eo. concertationi, lib. 6. ad instar sententiæ arbitri a quo non licet appellari, potest tamen ei contradici & opponi, ac etiam supplicari, vt notatur, 2. q. 6. a iudicibus. §. 1. De prosecutione vel non prosecutione causæ appellationis, circa hoc die quod terminus prosequendæ appellationis est triplex Primus qui statuitur ad inter capiendum, extra de sen. & re iudi. cũ causa. Secundus est ad pręsentandũ iudici, vt in c. cum sit Romana de appe. & bi duo sunt ab homine. Tertius statuitur a lege scilicet annus vel biennium. Primus ergo terminus & secundus potest prefigi & limitari, tamẽ a iudice quam a parte extra eo. c. oblate. & c. Romana. lib. 6. & tunc tenetur appellans prosequi causam suam infra terminum sibi præfixum, vt ibi dicitur, quod si non faciat procedit̃r, & fit vt notatur in clemen. sæpe de verbo. sig. in glo. Si vero nec a iudice nec a parte assignatus est terminus tunc licet appellatori etiam ante finem anni vel biennij impetrare iudicem & causam appellationis coram quo appellans tenebatur comparere & causam prosequi, vt in d. c. abbate, nisi appellans impetratum iudicem vt suspectum recusset & nisi præmature fuerit appellatio iudex impetratus.

Appellationis triplex termin⁹.

¶ *De modo agendi sine figura & strepitu iudicij.* *Cap.* 15.

DE iudicio agendo sine figura & strepitu iudicij. Sciẽdum quod aliquando cõmittuntur causæ cum adiunctione quorundam terminorum, aliquando dicitur quod cognoscantur sine figura & strepitu iudicii aliquãdo summarie, aliquando simpliciter, de plano, aliquando de facto, aliquando sine omni solemnitate seu nulla iuris solemnitate seruata, quæ verba singula sunt declarãda Quomodo intelligatur verbum simpliciter. Nota q̃ istud verbum simpliciter remouet intricationẽ ordinis iudiciarii, & secundũ hoc iudex remouebit dolosas & malicioſas protelationes & exceptiones, sed bona simplicitate canonica protelata procedit in iudicio, ſm Pau. in clem. dispendiosam de iudi. simplici ter.

§. 1.

¶ Item istud verbum de plano exponitur secundum. Pau. in dicta cle. dispendiosam ideſt sine strepitu iudiciorũ, & vt iudex non compellatur pro tribunali sedere & in foro & loco consueto, sed in domo vel alibi cognoscere possit & diebus feriatis ob vtilitatẽ hominum, vt ff. quis or. in bo. pos. seruetur. l. 2. libellus tñ offertur. ff. de adul. l. miles. §. sexaginta. Et probationes plures requiruntur, de iudic. c. nouit, ſm Pau. ibi Bar. vero hoc verbũ in extrauagãti ad reprimẽdã multipliciter capit, tractans quę causæ agitari possent de plano, & quid importet hoc verbũ cõcludẽs, q̃ si causa est vilis, quia de vili vel leui materia vel vilium personarũ, & tunc accipitur de plano, q̃ iudicer nõ sedendo pro tribunali, & sic nõ in alto loco cognoscit. Itẽ importat q̃ nõ seruetur strilus alius iudiciorum, sed sine libello & aliis solẽnitatib. cognoscet veritas, vt notat Bar. in extrauagãti i verbo de plano. Sufficit enim q̃ talis qualis narratio seu petitio ſm Bal. in l. nec quicquã. §. de plano. ff. de offi. proconsul. Si vero causa est grauioris põderis & tunc debet agitari causa plene & solemniter cognita veritate. l. iudicis. C. de iud. quod tamen fallit in quibusdam casibus q̃ notantur in c. nouit, de iudi. Dicit tamẽ Bar. in dicta extrauaganti quod non est necesse q̃ iudex sedeat pro tribunali alto, sed in camera potest fieri, & sic nõ seruabit ea quæ sunt de leui solemnitate. Vnde proceditur tunc in feriis inductis in vtilitatem hominũ. Et hoc quando tota causa debet agitari de plano. Si vero quæratur de aliquo articulo, & tunc si quęritur an possit procedi & quomodo. Dicas q̃ talis articulus agitari potest de plano, hoc est iudice non sedente pro tribunali, & die feriata ob vtilitatem hominum, vt per Bar. in dicta extrauaganti in verbo plano.

de plano.

§ 2.

¶ Quomodo intelligatur verbum sine strepitu iudicii. Nota quicquid dicat Bart. in dicta

sine strepitu.

dicta extrauaganti. Dicas ſecundum Paul. in dicta cle. diſpendioſam, quòd quando dicitur ſine ſtrepitu iudicij, tunc iudex reprimet aduocatorum procuratorum & partium clamoſam garrulitatem & ſophiſticas cauillationes, & pernitioſam iuris ſolemnitatem, facit ad hoc c. nihil de præſcrip. Et facti veritatem pure ſimpliciter & de plano conſiderabit. arg. c. dilecti de iudi. & ita notat Hoſt. in c. ea quę in §. ꝙ ſi Abbas, de ſta mo. Repellit etiam exceptiones & appellationes dilatorias & fruſtratorias ſuperfluam multitudinem teſtium refrenabit, & ſecundum hoc dabitur libellus, fiat litis conteſtatio & alia ſubſtantialia obſeruabuntur, ſed in non ſubſtantialibus iudicis officium exuberabit, nec per eorum omiſſionem vitiabitur proceſſus.

§. 3. Sine figura. ¶Item quomodo intelligatur verbum ſine figura iudicij. Quid autem ſit figura & quomodo capiatur per doct. in clem en. ſæpe, de verbo. ſign. & licet habeat iniuſtas ſignificationes, tamen hic accipitur pro actu examinationis & deciſionis cauſæ. Figura ergo iudicii eſt quòd partes ſine pacto ſui ordinem debitum & debitam propoſitionem, & ex hac figura iudicium capit ſuum eſſe, & ſuam ſubſtantiam. Dicas quicquid dicat glo. & Paul. in dicta cle. diſpendioſam quòd per hæc verba ſine figura iudicij iudex releuatur ab omni figura & forma iudicii inducta a iure ciuili, & tenetur obſeruare omnem formam & figuram iudicii inductam de iure gẽtium ſeu naturali, de quibus loquitur dicta clemen. Sæpe. Et eſt per hoc neceſſe. Primo quòd pars citetur, vt patet in c. Paſtoralis de iudi. quia & hoc de iure naturali. Secundo neceſſe eſt quòd perſonæ legitimentur, vt patet in extrauaganti, aliàs eſſet abſurdum quòd facto alterius non habentis mandatum alter lę deretur. Tertio requiritur petitio, ſed non forma libelli. Vnde ſufficit ſimpliciter petitio in ſcriptis vel voce quæ ſufficit quòd contineat ſolam narrationem non concluſionem. Quanto dicas quòd ad impediendum proceſſum in tali cauſa poterit opponi exceptio rei iudicatæ vel finitæ, quia de iure naturali non eſt vt bis iudicetur. Poterit tamen iudex tunc repellere exceptiones quæ magis differunt & fruſtrantur cauſam quam veritatem ipſam reſpiciant, ſecundum Bart. ibi non tamen cognoſcet ſimul de exceptionibus determinatorijs & peremptoriis vel ordine præpoſtero, vt eſt caſus in cap. exhibita, de iudi. Quinto dicas ꝙ in talibus caſibus procedetur diebus feriatis in vtilitatem hominum &c. Sexto conclude quòd in tali cauſa lis non eſt conteſtanda, quia conteſtatio eſt ſolemnitas ciuilis, eo tamen caſu quo merita cauſæ tractari incipiunt, vt quia proponuntur exceptiones peremptoriæ, vel fiunt poſitiones & articuli habetur lis pro conteſtata, vt habetur in c. r. de elect. in lib. 6. & ibi glo. Septimo conclude ꝙ iurandum eſt de calumnia, ne veritas occultetur. C. de iur. cal. l. 3. Et eſt neceſſarium ꝙ præſtetur iuramentum in tota cauſa etiam de iure naturalis & diuino, vt notatur extra de iureiu. c. & ſi Chriſtus, & Exod. 22. Octauo conclude ꝙ licèt iudex in tali cauſa debeat abbreuiare dilationes, non tamen ſic quin probationes neceſſariæ admittantur ſecundũ Bart. Nono conclude quòd in tali cauſa teſtes debent iurare & iurabunt parte præſente. Decimo dicas quòd in tali cauſa non poterit actor petere a notario quòd edat inſtrumenta, quia hoc non eſt ſolum prohibitum iure ciuili: ſed etiam naturali æquitate. C. de eden. l. qui accu. Vndecimo dicas quòd in tali cauſa non requiritur concluſio, nam ſtatim cum liqueat iudici accuſatio, poteſt ſententiare abſq; alia concluſione, vt patet in illa ſententia 3. Reg. 3. nec eſt neceſſe dare terminum ad allegandum. Duodecimo conclude quòd in tali cauſa debent partes citari ad audiendum ſententiam intelligitur ſpecialiter & limitate ad hoc, & ſufficit citatio nõ peremptoria & vnica & non tres. Tertiodecimo conclude quòd hoc caſu non requiruntur ſolemnitates circa ſententiam quæ a iure poſitæ ſunt, vnde non eſt neceſſe quòd feratur iudice ſedente pro tribunali, & valebit etiam ſi ſit lata p arte præſente & abſente.

§. 4. Summaria. ¶Qualiter intelligatur iſtud verbum ſummarie. Circa ordinem procedendi conclude ꝙ ſummarie debet intelligi ideſt breuiter, ita tamen quòd totam ſubſtantiam comprehendat. l. 1. de re iudi. vnde in proceſſu nil de ſubſtantialibus debet omitti, & ideo libellus debet eſſe ita bene formatus, ſicut cum ordinarie proceditur. ff. ad exhiben. l. 3. in prin. Item conteſtatur lis. Item ſententia diffinitiua datur. Operatur tamen iſtud verbum effectum, quia licet aliàs non poſſent dilationes abbreuiari niſi cauſa cognita, tamen in his abbreuiandis illa ſola cauſa eſt ſufficiens ſcilicet ꝙ debeat agitari ſummarie, non tamen ita poſſent abbreuiari dilationes vt probationes legitimæ pereant, tamen hoc eſſet impedire cauſæ cognitionem quod non poteſt, cum cauſæ cognitio ſit de ſubſtantia iudicii. C. de ſentent. l. prolatam. Si tamen exceptio-

nes quæ opponuntur in hoc iudicio requirunt altiorem indaginem & tunc si possunt per aliud iudicium examinari, non admittuntur per iudicem, sed in alio iudicio reseruabuntur, vt in l. de testa. ff. ad Trebel. Si vero in alio iudicio examinari non possunt & tunc in illo examinabuntur, vt l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendum.

§. 5. De facto. ¶Qualiter intelligatur verbum de facto. Circa quòd dic, si dicatur procedas de facto scilicet eo modo videlicet manu regia. l. 2. in principio. ff. de re iudi. & sic omissa omni iuris solemnitate, non autem quòd iura alterius vllo modo lædantur contra naturalem æquitatem, vt tenet Bar. in extrauagan. in verbo videbitur tamen ipsæ Barto. in consi. 112. dicit quòd sensus est quòd sine causæ cognitione & sine probationibus deueniatur ad sententiam, facit etiam quod ipsæ notat in l. si societatē. §. arbitrorum. ff. pro socio. Bal. vero in l. solam. in fi. C. de test. dicit quòd quando iudex habet arbitrium de iure & de facto, tunc non potest credi testi reddenti malam causam seu nullam, si tamen esset ratio persuasiua & non plene posset ei inherere, argumentum, capitulo, statutum. §. assessorem de rescrip. lib. 6.

§. 6. Siue omni solēnitate. ¶Quomodo intelligatur verbum sine omni solemnitate seu quod nullam solemnitatem iuris seruet. Circa hoc conclude per hæc verba tollitur omnis solemnitas iuris ciuilis. Ea vero quæ sunt de iure gentium naturali vel diuino sublata non sunt, puta quòd in ore duorum vel trium &c. Ex quo infertur quod tunc sufficit constare per duos testes. l. 1. ff. de testa. mi. secundum Bart. ibi, non poterit tamen tollere defensionem cum sit de iure naturali vt in cle. pastorale. §. certum de senten. & re iudi. Vnde non poterit examinare testes parte absente, bene poterit recipere absq; iuramento & diebus feriatis in honorem Dei cum hæc solemnitas inducta sit de iure ciuili, sm Bar. in l. filiusfa ff. de dona. sed hoc non procedit de iure &c. duo dicta proxime supra. Item poterit vigore talium verborum admittere testes & personas a iure probatas puta relegatas & infames. ff. de testi. l. cum coniuncta, fallit in duobus casibus.

§. 7. Bona æquitate &c. ¶Quomodo intelligatur verbum bona æquitate omissis solemnitatibus iuris. Circa quod dicas quod non debet intelligi de bona æquitate hoc est non habito respectu ad ciuilia iura, quia hoc est contra. l. bona fides. ff. depositi, sed debet intelligi hoc est non spectis illis iuribus quæ ponunt quasdam solemnitates seu subtilitates, quæ veritatem negocii non tangunt, & ista vocantur apices iuris, secundum Bart. in l. si fideiussor. §. quosdam. ff. mandati. Negocium vero principale decidi debet per iura, vnde seruandum est ius commune, & hoc si detrahit iurigentium ex causa, aliàs si non intromittit se ei detrahendo, sed non adhibet ei robur, tunc seruandum est ei iusgentium, vbi mera & sola æquitas debet attendi. ¶Item si causa committatur de veritate & iustitia, debet intelligi de veritate cuius patrocinatur, non autem quod ex nudo pacto agatur, vt dixit Bald. in l. intimo. C. de senten. facit etiam quod ipsæ notat, in lege si cuncta. C. de dotis amissione.

¶*De decem seruandis successiue in iudicijs.* *Cap.* 16.

HAEC sunt quæ in iudiciis frequenter fiunt. Nam primo aditur iudex competens, citatur reus, offertur libellus, datur terminus reo ad respondendum libello, recusatur aliquando iudex, opponuntur exceptiones per reum, datur terminus ad respondendum, fiunt attestationes ante litis contestationem, de calumnia iuratur, statuitur terminus ad probandum de iure, vel secundum consuetudinem, fiunt positiones & responsiones, fiunt interrogationes siue capitula super quibus testes debent respondere parti aduersæ, fiunt per aduersarium quæstiones quæ debent præsentari parti aduersę, producuntur testes & probationes & debent præsente altera parte examinari & aperiri, vel per contumaciam absente, exceptiones dantur contra testes, debet dari copia actorum, deinde datur terminus ad allegandum, causa committitur, etiam habetur consilium sapientis, fertur diffinitiua sñia, vel interlocutoria, appellatur infra tps, mandatur sententia executioni, per l. a diuo pio. ff. re iud. ¶Ad summa ergo noticiam iudicii consueti vsus quodammodo attingendam venio & distinguo decem tempora. Primum est tps ante citationem. Secundum est tps citationis. Tertium est tps repræsentationis. Quartum est tps dilationis. Quintum est tps litis contestationis. Sextum est tps producendorum probationum. Septimum est tempus renunciationis producendorum testium. Octauum est tps disputationum & allegationum proponendarum. Nonum est tps renūciationis earundem. Decimum est tps prolationis sñæ.

¶Circa

§.1. ¶Circa primum ſcilicet ante tempus citationis duo ſunt notanda. Vnum generale ex honeſtate quidem, vt antequam aduerſariū ad iudicium trahas eum moneas vt ibi ſatisfaciat. C. de pig. l. debitores. Aliud eſt ſpeciale & neceſſarium, videlicet vt ſi ſit libertus non citet patronum niſi venia petita. C. de in ius vo. l. 1. Item ſimiliter filius emancipatus patrem vel matrem. C. quod cum eo. l. ſi. Si autem eſt in poteſtate patris, nullo modo niſi in peculio caſtrenſi. ff. de iudi. l. lex nulla, ſed ipſe demum eſt corrigendus.

Ante tēpus citationis duo.

§.2. ¶Circa tēpus citationis nota quatuor. ¶Primum pertinet ad ipſum iudicem, vt ſcilicet quamlibet partem citet ad inſtantiam actoris vt in auten. de man. prin. niſi perſonæ ſint exceptuatæ a iure. ff. de in ius vo. l. 1. & 3. ¶Secundum pertinet ad eum qui facit citare, vt ſcilicet congruo tempore non die feriato citatio porrigatur, alias reus non venire tenetur. C. de feriis. l. dies Item quod non aſſignet terminum in die ſolemni, nam tunc reus impune non parebit. ff. ſi quis in ius vo. l. 2. Et hoc caſu ſi reus venerit, conſueuerunt expenſę peti ab actore ſi ignorauerit factum dicit ſibi aſſignatum eſſe diem ſolemnem, & actor conſueuerit ei condemnari tanquam temere in ius vocauerit. ff. de iudi. l. eum quem temere. Item vide ſi iudex ignorauerit, talis. ignorantia vitando non noceat. l. error. ff. de iuris & fac. igno. ¶Tertium reſpicit partem citati, tenetur enim venire etiam ſi de alterius iuriſdictione ſit. ff. de iudi. l. ſi quis aliena. Et hoc caute intellige, ſcilicet cum dubium ſit an ſit de iuriſdictione ſua vl nō, vt. ff. de iudi. l. 1. Reſpicit ipſam citationem peremptoriā. ff. de iudi. l. ad peremptorium cum ſequenti, licèt dicte leges ante diffinitiuam ſententiam loquantur, nā ſi reus non veniret in ipſo peremptorio, ſit miſſio in omni bono hodie pro menſura debiti declarati, ſic eſt actio perſonalis, in auten. de exhib. & intro. reis. §. ſiquidē Ante promiſſionem tamen in poſſeſſionem quædam debent interuenire, ſcilicèt ſummaria cognitio. ff. de rebus du. l. ſi is a quo. Si vero ſit actio realis & conuocatus latitet, & occultet, vel dolo deſiit poſidere, fit miſſio in poſſeſſionem omnium bonorum, & ſequitur venditio vel ſit miſſio in poſſeſſionem rerū petitarū, vt. ff. ex qui. cauſ. in poſſ. l. fulcinius, requiritur hoc caſu ſummaria cognitio. Quidam tamen dicunt debere fieri miſſionem in poſſeſſione tantum rei petitæ inſtar actionis perſonalis. Sed vltima opinio obtinet de conſuetudine, & ſic fit miſſio in poſſeſſionem rei petitæ, q reus veniens infra annum auditur etiā ſuper poſſeſſorio oblata cautione per. l. ſiquis. C. de præſcrip. 30. annorum, & hoc ſi lis non eſt conteſtata, vere facta miſſio in poſſeſſionem per cōtumaciam non venientis auditur de proprietate non poſſeſſionem. Idem ſi eſſet quaſi contumax, quia veniens tātum de proprietate auditur, l. 2. C. vbi in rē actio.

Circa tēpus citationis quatuor

§.3. ¶Circa tempus vero repræſentationis conſidero tria, quia aut venit reus & nō actor, aut venit actor & non reus, aut venit vterq; ¶Primo caſu poteſt reus liberari ab inſtantia iudicii & cancellare edictum C. de iudi. l. properā dum, vel poteſt petere vt actor citetur, & eo non comparente eo gnoſcet de cauſa principali, licet lis non ſit conteſtata. Et de forma citationis actoris habes in autē. de reli. §. omnem colla. 8. Sed vix tamen contingit, quod reus petat actorem citari ſed ſe abſolui. ¶Secundo caſu competit actori petere expenſas, ſi plures ſunt factæ citationes, & ad primā nō uenit & facit ius pro eo. C. de iudi. l. ſancim' & ſic conſuetum eſt fieri in quibuſdam partibus Iudex tamen conſueuit iſtam quæſtionē reſeruare diſcernendam in proceſſu cauſe vel negocii. Quidam tamen dicunt non debere condemnari, cum ante peremptorium nō dicatur contumax, quod eſt verum quantum ad miſſionem in poſſeſſionem, nō quantum ad condemnationem per prædictas leges. Vel iſtud intelligitur poſtquam peruentum eſt ad ſentētiam. Tertio vero caſu quando. ſ. vterq; actor & reus aſſunt in iudicio, ſufficit actori ſuam actionem vel petitionem vel reſcriptū dare ad euitandum ipſius cauſæ prorogationem quæ fit libellorum porrectione. Et ſi eo ſimpliciter proponente & ſine libelli oblatione pars aduerſa confeſſa fuerit, condemnatio non ſequitur, ſed iam confeſſo conſignatur terminus qui iure cōdemnato tribui ſolet. ff. de confeſſis. l. licet in ciuilibus, hoc caſu poſt confeſſionem ſic fienda condemnatio tribui ſolet. C. de pe. l. ſententiam. Si autem vult ſibi offerri libellum de iure communi, hoc eſt vt offeratur ſibi. vt in auth. de exhiben. reis, §. ſancimus. colum. 8. Conſuetum eſt autem iudici libellum offerri & porrigi per iudicem reo. vt in auth. de litigiis ad exclu. circa principium colla. 8. Cautiones vero quę in d. §. dicuntur non ſeruantur. Qualiter autem formari debeat libellus, vt. ff. de eden. l. 1. & ſic recedit reus datis induciis. ¶Nota quod ſi petitio actoris fuerit inſerta citationi, ita quod cōuentus poſſit certiorari, & ſic plane deliberare, denegabuntur ei induciæ deliberatoriæ &

Circa tēpus repſentationis tria.

sic consueuerunt facere cauti petitores per de cre. extra de dila.c.Præterea.

§.4. ¶ Circa tempus exceptionis. Nota quod cautus debet esse reus ne inordinate eas proponat, nam si exceptiones contra rescriptum cõpetant, expeditionis uia oportet eas primo proponi, nam per eas cominuntur seu enerUantur vires rescripti quo sublato tota iurisdictio euanescit, nam sublato principali tolli tur accessorium. C. de codicil. l. 1. Si autẽ habe texceptiones contra personam, puta quia dicit actorem excommunicatum & ita repellendum, vel contra iudicem, quia dicit eum suspectum cum sit eius inimicus vel aduersarius sit de eorum familia vel ex aliqua alia causa, tunc tutius poterit iudicem recusare nisi sit forte exceptio opposita contra personam & in ea non obtineret fero ad recusationem iudicis recurrere. ff. de iudi. l. 1. nam cum recipiendo interlocutionem iudicis approbauerit, non poterit postea reprobare. ff. de neg. gest. l. Pomponius. Secus est autem si succumberet, cum vterque viam eorum intentabat declinare. ff. de inoffi. te. l. contra minorem. Si uero nullam habeat exceptionem, vel si habeat procurator non poterit in ea obtinere. Consueuit multa opponi contra libellum, vt de obscuritate, & multę alię quæ notantur in tex. ff. de rei vend. l. si rem, & in glo. & in aliis iuribus. Et nota quod qui exceptionem proponit & non probat condemnatur ad expensas, extra de do. & cont. c. causam. Debet etiã terminus assignati a iudice ad oẽs exceptiones dilatorias, vt extra de exce. c. Pastoralis. Post terminum veniens procurator, nõ auditur nisi in tribus casibus notatis in d.c. Pastoralis. ¶ His igitur uisis sequitur de tpe litis cõ-

§.5. testandæ. Litis autem contestatio fit per narrationem & responsionem. C. de litis contesta. l. 1. siue respondeat negando siue affirmãdo, nam licet confiteatur libello oblato, adhuc tamen condemnandus non est, vt ff. de iudi. l. Iulianus, nec ob. quod dicitur quod nullæ sunt partes iudicis in confitentes, quia huiusmodi intelligitur quoad cognoscẽdum cum de facto iam cõstet non debet sequi condemnatio, quia ibi nulla fuit causæ cognitio, hic autem sic cũ libellus oblatus & inducię datæ ad respondendum, & ideo potest sequi condemnatio. Post contestationem litis duo nota. Primo q̃ statim sit porrigendum iuramẽtum de calumnia, sed primo actori quam reo. vt C. de iuę. calũ. l. 2. nec põt remitti a partibus vt d. l. §. sed quia, potest tñ remitti tacite vt a pluribus creditur, vt ff. de ꝓcu. l. filius.

Tps exceptionis.

Litis cõtestatio.

Scdo nota q̃ circa positiones litis vna pars non tenetur alteri rñdere nisi ab ipsa interrogẽt, primum ponitur in auten. de his qui ingredi. ad appellandũ. §. fi. col. 5. cum sacro proposito, omnia sub eisdẽ attestationibus dicta intelligũtur, vt quod quisq; iurẽ. &c. ff. q̃ q̃q; iuris in rubro & nigro. Cõpellitur reus si obscure rñdeat declarare, alioquin punitur ac si taceret, vt ff. de interro. ac. l. de ætate, si sit persona suspecta ad malignandũ, vt e. ti. l. qui interrogatur. Quibusdam tñ iudicibus cõsueuerunt partes rñdere quod credit vel nõ credit arg. C. de iur. calũ. l. 2. Sed errãt cum q̃nq; sit necessariũ q̃ dubitẽt, vt ff. de iureiur. l. 2. Cautus tñ debet esse actor in positionibus ne copulatiua coniunctione vtatur, nam poterit & altera parte vera existẽte tota falsa negari. ff. de reb. dub. l. cum his. §. eum ita. In disiũctiua sufficit q̃ altera pars sit vera, nec proponat in plurali dicendo hos fundos esse meos cum idem iuris sit in his quod i copulatiuis. Non autem refert an altera pars respondeat ad interrogata parti vel iudici. ¶ Et nota q̃ ad oẽs interrogationes non cogitur respõde re quis nisi tantum ad quæstiones pertinentes, vt. ff. de proba. l. ad probationes, nec ad eas de quibus dubitat, nec ad eas quæ essent contrariæ præcedentibus responsionibus ne incideret in periurium dicẽdo contrarium & sibi esset præiudicium, vt C. si aduersus ven. l. 1. nec negatiue tenetur. respõdere quæ probare non põt. Nam loco probationis sunt istæ positiones inductæ, vt in auten. de his qui ingread appel. §. fin. col. 5. Iudex tamen de negatoriis suo officio potest expedire, vt in c. statuimus, extra de confes. lib. 6. per Innoc. Et nota q̃ de eodem potest quis sępius, interrogari, potest enim esse q̃ prius non credebat, nunc autem apertis antefactionibus credit. ar. ff. de interro. l. 2. Et nota q̃ magna subtilitas est in ipsis positionibus faciendis. Nam quandoq, quod negatur directe sit per obliquum sicut in diuersis generibus pores cognoscere. Item caue ne responsio siue assertio tui aduersarii sit obscura, nam tunc accipiendum est quod ei vtilius est, sed facias eum cogi vt confiteatur certum. Certum autem teneas quod positiones nunquam fiunt nisi lite contestata, C. de liberti. & eo. fi. l. libertus.

¶ Circa tempus probationum nota, quod § 6.
probationes producuntur suppositę & negatæ, & nota circa hoc. 12. ¶ Primo & præsente Tempus
aduersarii parte examinari dicunt nisi adesset cotumacia, vt C. de testi. l. si quãdo. ¶ Se- probationum.
cundo testes debẽt esse iurati. ¶ Tertio debẽt

testes

testes pasci seu expensæ eis dari a parte producente eos. vt eod. tit. l qui liberti. ¶ Quarto nota super circunstantiis factis a parte cõtra quam producũtur vel eius aduocato possunt fieri interrogationes. vt. ff. de adulte. l. Postulet. §. quoniam. Et hę interrogationes dantur partibus in scriptis. & dantur iudici vt per ipsum fiant: ne si ipsæ per se interrogaret quodãmodo videret didicisse testificata. ¶ Quinto quod si alia pars didicerit testificata, non poterit postea producere testes in auct. de testi. § illud. ¶ Sexto nota quod ex quo quis tertio produxerit testes quarto producere nõ poterit nisi cum solemnitate quæ habetur in dicto. §. quia vero. & in l. fin. de feriis. De consuetudine vero quæ est optima legum interpræs, dantur plures dilationes. ¶ Septimo nota quod si testis aliquod verbum obscurum produxerit illud poterit declarare, potest etiam testis si testificando errauit se incontinenti corrigere. extra de testi. cap. præterea. ¶ Octauo nota quod post publicationem iudex æstimat si fuerint confusè testificati· extra de testi. c. cũ clamor. ff. de quæstionibus. l. repeti. In casu tamen legis si confuse deposuerũt, iterato examinabuntur si aduersario, placuerit. Insuper & eorũ & ad idem etiã admittuntur. vt extra de testi. c. veniens. ¶ Non nota ꝙ iudex veniẽtes testes ex officio suo cogit testificari & ad testimoniũ venire ex officio, quemadmodum ad cognoscẽdnm signa. In criminalibus autem secundum canones testes non coguntur. vt extra de testi. cogen. c. di lectorum. ¶ Decimo nota quod iudex nõ debet pati ineffrenatam testium multitudinem produci vt. ff. de test. l. 1. Quæ autem sit ineffrenata multitudo glo. interprætatur numerũ extra de testi. c. cum olim. ¶ Vndecimo ꝙ lite non contestata testes nunquã admittũtur ex parte actoris nisi in casibus vt in auct. de test. §. hæc vero. col. 7. & extra vt lite non contest. c. quoniam. Quo autem casu non vocato & non comparente siue absente siue malitia vt cõueniri non possit. admittuntur & valebũt eorum attestationes dummodo actor conueniat reum infra annũ. & statim denunciet eorum testium receptionem aliter nõ valebunt vt in d. c. quoniam frequenter. Reus autẽ in distincto suos testes producere põt ſm doc. nostros. ff. de do. ex. l. pure. ¶ Duodecimo nota ꝙ testis causam sui dicti dẽt reddere si fuerit interrogatus de ea. C. de test. l. 1. Et decretalis dicit ꝙ de singulis prudẽter inquirendũ est, scilicet de causis loco, tempore, fama, uisu, auditu: sciẽtia, credulitate, certitudine. vt extra de testi. c. In omni. Productis namq. testibus sub ipsius productione renunciatione facta, iudex attestationes publicet, ad eas publicandas partibus diem assignet. quibus publicatis & acceptis certum originale remaneat penes ipsum iudicem de consuetudiue siue de iure siue penes scriptorem. vt extra de testi. c. Quoniam contra falsam. ¶ Post hoc sequitur tempus disputationum & allegationum, proponendarum de quo in auc. de test. si vero dicunt. & §. fi. col. 7. Nam partes diem accipiendum ad obiiciẽdum in personam & dicta testium & discutiendum. vtrum plene vel semiplene probatum sit vel nullo modo. Fiunt autem obiectiones multiplices contra numerum & cũ dicto ꝙ plures exiguntur contra qualitatem prẽsentes. i. an fuerunt rogati an non. quod in quibusdam exigitur casibus. Item an testes sibiipsis contradicãt. vel aliter an sint serui vel liberi, an amici vel inimici, vel sint honesti vel inhonesti: cogniti vel incogniti. an plura vel necessaria dixerit. & alia multa sunt in auct. de test. col. 7. C. & ff. de testi. Item an sit causa criminalis, vel ciuilis, an crimen periurii, an aliud crimen, an testis sit de crimine emendatus, an perseueret & istud crimen infamiam imitetur an non extra de testi. Post publicationem non licet opponere in personas nisi in tribus casibus. s. fi ante publicationem fuerit protestatus, vel si sic poterit de nouo didicisse quod obiicit. vel iuramẽto firmauerit ꝙ ad hoc malicioſe nõ probat. Et probatur hoc extra de testi. c. præsentium. Et nota circa hoc tempus secundum ius canonicum peremptoria exceptio potest opponi & probari licet vtraque pars didicerit testificata. vt extra de test. c. ex tenore. quod tamen sic intelligo si repulsio præcessit ante publicationem testium semper peremptorie præponenda. Secundum vero ius ciuile dicunt secus esse dum didicerint testificata. vt in auct. de testi. §. quia vero. secundum tamen vtrũq; ius in causa appellationis potest opponi & reprobari. C. de appel. l. eos & extra de fi. instru. c. cum Ioãnes. Et omnia hæc opposita in principio & non probata vel semiplene probata. possunt in causa appellationis probari, vt dictum est. supra. Nonum tempus est renuncia tionis allegationem: tam de iure q̃ de facto. de quo. C. de iudi. authen. iubemus. q̃ dicit in causa conclusum. vt extra de proba. c. quoniã contra falsum. Iudex tamen sępe sępius interrogat vtranq; partem vt. C. de iudi. l. iudices. & iudex requirat de veritate. & postea iudicet secundum quod mouerit eum æquitas.

¶ Sequitur §. 7.

¶Sequitur decimum & vltimum tempus, scilicet prolationis sententiæ. Iudex non debet proferre subito sed deliberatione præhabita, debet etiam formatam & emendatam habere apud se & in scriptis etiam proferre. Exquo enim eam protulit, non habet postea facultatem mutandi, vel corrigendi eam nisi quantum ad grammaticam & ornatum verborum ff de re iudi. l. actorum. Et quod sententia debet continere condemnationem vel absolutionem, alias non valere. C. de sen. l. p̄ ses, vel æquipollens de re iudicata. c. sententia Debet autem ferri in publico non in secreto, C. de sen. l. cum sententiam. Et date consueuerunt maiores nostri. ff. de iusti. & iure. l. q̄ situm. Item oportet seruare ordinem iudiciorum. l. probatum. C. de sen. quæ sine cer. quā ti. l. 3. Item iudex lata sententia definit esse iudex cum sit functus officio suo. ff. de re iudi. l. iudex, & ideo nihil de facto potest addere vel minuere nisi (vt dictum est) quo ad grāmaticam vel ornatum verborum, vel etiam mulctam quæ remittatur propter inopiam. C. de mō mulc. l. fin. Vel nisi suppleat ea quę pertinent ad sequentia principaliter statutorū, vel ea quæ pertinent de expensis vel similib. hoc eodem die. l. penul. ff. de re iudi. Debet. n. iudex victum victori condemnare in expēsis alioquin ipsæ de suo vel eius successor tenetur refundere. vt. C. de iudi. l. properandum, nec potest minus condemnare quam sit iuratum post taxationem factam a iudice, nec enim debet ipse clementior lege esse, vt in authen. de iudi. §. omnem. colla. 8. Si autem pro spiceret ex iusta causa, neutrum esse condemnandum in sumptibus, id sua sententia declaret, vt d. §. oēm. Scias tn̄ q; si nulla est snia interlocutoria iudex pōt cognoscere. l. si prę ses. C. quomodo & quando iudex. Si autem esset delegatus, quidam dicunt eum non posse cognoscere, & sic intelligunt. C. quomodo & q̄n iudex, l. si proponis. Alii dicunt idem in delegato, quod & in ordinario. Item nota quod non super incidenti sed super principali cognoscere potest, vt de or. iudi. l. 1. & 3. Et intelligas cum distinctione. Nam quandoq; ciuilis incidit in criminali, & hoc per modū exceptionis vel defensionis & habent locum dictæ. l. Si autem sit emergens causa super p̄ nunciatur non expecto exitu principalis causę. l. a procedente. C. de dilatione. Si autē ciuilis incidit in criminali vel criminalis in ciuili, tunc super vtraque pronunciandū est, l. 3. C. de or. iudi. Et idem si criminalis criminali actioni propositæ supersederet ciuili do, nec super criminali pronuncietur, vt l. fin. C. de ordi. iudi. Et ea quæ dicta sunt habent locum vbi alteri sit præiudicialis. Si vero vtraque sit ciuilis, & vtraque principaliter propo natur habet locum. l. qui prior. ff. de re iudic. ita vt qui reconuenerit priori lite pendente poterit super petitione probationes in ducere, licet alius primo probet postea super quæ stione reconuentionis & incontinenti, vt in authen. de excu. §. sācimus. col. 7. vt extra de mu. pe. c. 1. Teneas tamen quod qui reconuenit debet ante litis contestationem conuenire & libellum reconuentionis ante litis contestationem porrigere, vt supradicto. §. sancimus. Quidam tamen dicunt vsque ad sententiam posse fieri reconuentionem, sed primū placet. Si vero vtraque quęstio est criminalis & principaliter intentatur, secundum q̄d habes notata. ff. de iud. l. si prætor. Item nota quod si actor plene probat vincit, alias reus absoluitur. l. qui accusare. C. de edendo. Et probantur hęc omnia in tractatu Bart.

¶TITVLVS. X. DE STATU morientium.

¶*De triplici domo, valet conscientiæ, familiæ & sepulturæ quibus prouidendum est in morte.* *Cap.* 1.

LETATVS sum in his quæ dicta sunt mihi, in domū dñi ibimus, psal. 121. Principalis domus q̄ domini est, quia ab ipso ędificata & pparata, & nostra, q̄a proprer nos ordinata, vt in ea semp̄ cū eo habitemus, est domus supernę glorię. de qua ipsæ psalmista ī alio psalmo, scilicet. 25. ait Dñe dilexi decorē domus tuę, & p̄ ideſt locū habitatiōis gloriæ tuę. De hac dominus Iesus ait Ioān. 14 In domo patris mei māsiones multę sunt. Quia etsi vnū primū beatitudinis, multę tn̄ differentię præmiorū, sicut & hic meritorū, quia vt dicitur. 1. Cor. 15. Stella differt a stella in claritate. Cuius nobilitatem & magnificentiā Baruch admirans ait. 3. c. O Israel quam magna est domus Dei & ingens locus possessionis eius magnus, & non habens finem excelsus & immensus. Magna est domus gloriæ supernæ, & locus possessionis eius. Magnus latitudine charitatis, quia complectitur omnia bona psal 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, scilicet habitantes in ea. Magnus longitudine perpetuitatis, quia non habens consummationem, ideſt finem, Psal. 83. Beati

qui

qui habitant in domo tua domine, in se, se, laudabunt te. Luc. 1. Regnabit, s. Christus in domo Iacob in æternum, scilicet in ecclesia triumphante. Magnus secundum altitudinem dignitatis, quia excelsus. Apost. 2. Corin. 5. Si terrestris domus nostra dissoluitur, habemus domum non manufactam æternam in cœlis, in qua sunt omnes in maxima dignitate & potestate, vnde Deo canunt Apochal. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum & reges & sacerdotes & regnabimus. Quibus autem dicitur ꝙ ibunt ad domum istam supernæ gloriæ, vtiq; lętantur nec maius gaudium & lætitiam habere possunt quàm cum eis, vt dicitur Luc. 10. Nolite gaudere ꝙ spiritus vobis subiiciũtur, ideſt, ꝙ miracula faciatis expellendo dęmones. Gaudete autem quia nomina vestra scripta sunt in cęlis, ideſt, ꝙ debetis peruenire ad domũ gloriæ. Dicitur autẽ hic electis Dei inspiratione occulta. Ad Ro. 8. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei, ꝙ si filij & hæredes Ioan. 8. filius manet in domo. s. gloriæ in æternum. Aliquibus dicitur Dei reuelatione, sicut de S. Martha quæ Christum frequenter exceperat in domum suam materialem, in morte Christus apparens ei reuelauit ꝙ tempus erat ꝙ reciperet eam in domum in cœlis. Omnibus autem recte viuentibus hoc dicitur scripturę infallibili attestatione. psal. 111. Generatio rectorum benedicetur. Et quis sit rectus ostendit eo quod pręmittit, s. vt Deum timeat vt in mandatis eius. s. seruandis valde cupiat, vt desideria ad inclinationes ad bonũ valde impleat. Et hoc est quod dicit. Potens in terra semen eius erit. Semen interius est inclinatio ad bonum, quod tunc est potens quando sequitur fructus boni operis, & qũo ex his benedicatur, subdit. Gloria & diuitiæ in domo eius. s. quoad visionem Dei & fruitionem, diuitiæ quoad omnium bonorũ exin de consecutionem. Hinc Greg. in homel. ait, Si consideramus fratres chariſſimi quæ & quanta sint quæ nobis promittuntur in cœlis, vilescunt animo omnia quæ habentur in terris. Terrena namq; substantia supernæ felicitati comparata ponduseſt non subsidium, temporalis vita æternæ vitę comparata mors potius dicenda est quam vita. Ipse. n. quotidianus defectus corruptionis quid est aliud quàm quędã prolixitas mortis? Quę autem lingua dicere vel quis intellectus capere sufficit illa supernę felicitatis quãta sint gaudia, angelorum choris adesse, cum beatiſſimis spiritibus glorię conditoris assistere, prędentem Dei vultum cernere in circumscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuę munere lętari? Hęc Greg. Ecce gloria domus. De diuitiis ait Aug. in fi. de ciuitate Dei loquens de persona Dei. Ego ero his, s. qui in domo glorię erunt quicquid ab hominibus iuste desiderari potest. Ego ero his honor & gloria salus & vita, victus & copia, pax & omne bonum. Hæc ille. Et ait Grego. Ad hæc audita inardescit animus, iamq; cupit assistere vbi sperat sine fine gaudere, sed ad magna prædia non potest peruenire nisi per magnos labores, & labor quidem cum fine sed merces sine fine erit, & ideo ait Aug. Si labor te terret cogita de præmio, & permaxime in morte per quam intratur ad domum gloriæ, oportet laborare eundo per diligentem considerationem in triplicem domum ad bene disponendum secũdum Deum de ipsis omnibus. Vade ergo in domum tuæ conscientiæ vt prouideas per sacramentum. In domum tuæ familiæ vt prouideas per testamentum. In domum tuæ sepulturæ, vt prouideas per suffragamentum. Triplex domus.

¶ De prima domo scilicet cõscientiæ dicitur Eccl. 27. Nisi tenueris te instanter in timore dñi cito subuertetur domus tua. i. conscięntia. In istam oportet ire sæpe, secundum illud Sap. 8. Intrans in domum meam conquiescã & prędipue in infirmitate per diligentem discussionẽ & sacramentũ confessionis. Mulier enim quæ amiserat dragmam vnam ex decem vt habetur parabolice Luc. 15. accendit lucernam, euertit domum & quędiuit diligenter donec inuenit, qua inuenta gauisa est. Sic anima debet euertere. i. discutere domũ conscientię, oportet enim si vult in domum vitę æternæ ingredi, vt secum ferat decẽ dragmas, id est, obseruationem decem præceptorum. Matth. 19. ait Christus. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, tunc vnum amittit cum vnum ex eis transgreditur, reinuenit cum per pœnitentiam satisfacit confitendo, & vt melius inueniat accipiat lucernam accensam & bene luminosam, i. confessorem intelligentem & scientem bene examinare & consulere sibi. Non accipiat lucernam extinctam, id est, sacerdotem ignorantem, secundum illud Aug. Qui vult confiteri vt inueniat gratiam sacerdotem quærat scientem soluere & ligare ne cum circa se negligẽs fuerit negligatur ab illo qui salubriter monet vt vitet cęcũ ne ambo in foueam cadant, de pœni. dist. 6. c. 1. Diligenter ergo examinet conscientię domum vt inueniat transgressiones suas, etiam si vna tantum §. 1. De domo conscientię.

tantum esset, quia qui in vno offendit factus est omnium reus, vt scribitur Iac.2.id est illud est sufficiens ad damnandum si non pœniteret. Et extra. de pœ.& re.ca.cum infirmitas, præcipitur medicis corporum vt inducant infirmos ad confessionem faciendã. Sed quomodo se debet habere circa hoc dicetur in capitulo sequenti.

§.2. De domo familiæ.

¶De domo familiæ dicitur 1.Timo.3. quòd oportet præficiendũ ecclesiæ inter cætera domui esse bene propositum, idest, familiæ suæ. Et Aug. dicit. Arrogare mihi non audeo vt domus mea.i.familia mea melior sit quàm domus Abrahæ.in qua,s.vnus ex filijs fuit bonus,scilicet Isaac,alius malus scilicet Ismael, dist.47.quantumlibet in istam etiam oportet ire disponendo de bonis suis per testũ, vnde & Ezechiæ regi dictum fuit a domino per Esaiam. Dispone domui tuæ.i.familiæ per testamentum, quia morieris tu & non viues. Esa.38. Debet autem primo disponere familiam admonendo bonos mores. Sic egit ille Dei seruus Matathias. nam vt scribitur, 1.Mach.2.Appropinquauerũt dies Matathiæ moriendi & dixit filiis suis, O filij emulatores estote legis & date animas vestras pro testamento patrum & mementote operum patrum quæ fecerunt in generationibus suis & accipietis gloriam magnam & nomen æternum.s.eos imitando & proposuit eis exempla virtutum & constantiæ, inter aduersa Abrahę. Ioseph, Phinees. Iosue,& alia ordinauit de eis. Sic & Tobias senior existimans se moriturum admonuit filium suum quomodo se haberet in vita sua, vt patet Tob. 4. per totum.Sed & Saluator noster ad passionẽ iturus admonuit discipulos præcipue de dilectione ad inuicem habenda, vt patet Io.13.& sequenti.c. Beatus etiam Dominicus dixit in morte filijs suis.Hæc sunt chariſſimi quę vobis possidenda relinquo,charitatem habete, humilitatem seruate, paupertatem voluntariam possidete, admonens, præcipue vt vitarent consortium seu familiaritatem iuuenculorum. Deinde leget pro anima sua plus & minus secundum q̃ potest & familiæ quam dimittit sed bene aduertat quòd ea quę ecclesijs vel pauperibus reliquit, ita caute dimittat quòd impleantur. Instituendo videlicet tales executores qui sint diligẽtes ad implendum, vt hæredes cogendo in testamento ad illa faciendum pœnam adijciendo puta quòd deuoluatur ad alios hæreditas si non impleuerint. Nam quotidiana experientia ostendit q̃ tarde & aliquando nunquã fiunt tales executiones quod est in magnum grauamen hæredum & executorum. Vnde dicitur 13.q.2. qui oblationes, Quod tales debent excommunicari vt necatores animarum quia subtrahunt eis illud suffragiũ ex qua subtractione remanent in tormentis. Caueat autẽ talis testator ne de male ablatis quæ sunt obnoxia restitutioni relinquat hæredibus suis, vel fiat inde capella,paramenta,vel calices & huiusmodi. Sed si vult salubriter prouidere saluti animæ suę dimittat restituenda certa certis personis & incerta pauperibus non ædificijs. Non est hoc pauperibus dare qui sunt vt hæredes in incertis, inde.s. ædificare ecclesias,& religiosi vel alii male consulunt qui pauperibus eroganda in alia conuertere faciunt sine alia dispensatione. Honora(inquit Salomon Prouer.3.)dominum de tua substantia,scilicet non de aliena. Si uis ad honorem Dei facere capellam vel calicem & huiusmodi. Sit etiam bene discretus in legando familiæ ut ita diuidat & clarè testetur vt non habeant oriri litigia inter hæredes. Quod autem vni ex filiis vel aliis consanguineis æqualiter attinentibus magis relinquat,liber est, nec peccat si iusta ratione mouetur, nam & Patriarcha Iacob legauit Ioseph filio omnium optimo partem vnam præcæteris. s.agrum cum spelunca duplici. Gen.48. Vt enim dicit lex, vnusquisq; in re sua est moderator, & iudex. Et alius tex. iuris dicit,nemini facit iniuriam qui vtitur iure suo, extra de elect.cum ecclesia vulneratus. Iniustum autem esset quòd testator ita legaret ecclesiis q̃ priuaret filios sine causa rationabili tota hæreditate, nec ẽt posset,quia legitimam non potest auferre nisi in certis casibus. Vnde Aug. in serm. de vita cleri. ait. Plane moriens sic faciat quòd sæpę hortatus sum,vnum filium habet,putet Christum alterum duos habet putet Christum tertium,decem habet Christum 11.faciat & suscipio.Hæc Aug.13.q.2.si quis.exhortatio est non præceptum, ad hunc effectum vt leget aliqua pro anima etiam de substantia iuste acquisita, nam aliena oportet necessario restituere. Si tamen alii eggerent tota hæreditate quia modica, conuenientius est vt eis relinquatur q̃ aliis pauperibus vel ecclesiis, cum & ecclesia debeat cum põt pauperibus subuenire, quia quicquid habent clerici pauperum est,ait Hiero.16.q.1.quoniam. s.vltra eorum indigentiam. Item Aug.in sermone de vita clericorum sic ait.Quicunq; vult exhæredato filio hæredem facere ecclesiam, quærat alterum qui suscipiat non Augustinum, immo

Deo

Deo propitio neminem inueniet. Quam laudabilem factum ſancti Aurelii Chartaginē. epiſcopi. Quidam cum filios nō haberet nec ſperaret, res ſuas omnes retento ſibi vſufructu donauit eccleſiæ. Nati ſunt illi filii nec opinanti reddidit epiſcopus ea quæ ille donauerat, in poteſtate habebat epiſcopus nō reddere ſed iure fori nō iure puli. Hæc Aug. 17. q. 4. Quicunq; Sed & b. Tho. in quadam quæſtione de quodlibet dicit, q̄ ſi propinqui indigent hæreditate morientis indigentia manifeſta ipſę moriens tenetur eis dimittere hęre ditatem, niſi eſſent mali & huiuſmodi bonis indigni. Et dico tenetur ex debito honoris parentelæ, quia tamen præcipitur honorare patrem & matrem præcipitur etiam honorare parentelam in his quæ ad parentelam pertinent, vt ſunt ſubſidia temporalia. Si autē non indigent manifeſte, poteſt libere in alios & præcipue pauperes diſtribuere & legare. ſecū dum illud Matth. 19. Da pauperibus & ſequere me ait Chriſtus. Cautum etiam eſt ut prouideat ſibi de teſtamento in ſanitate vel in principio infirmitatis, quia conſanguinei ęt in infirmitate, impediunt multis modis teſtamenta fieri ne leget aliis qui in hoc ſunt prædones & ſcientes omnimodam voluntatē volentis alii legare & impediētes ne veniat notarius vel teſtis, tenentur ad reſtitutionem illorum bonorum quæ volebat aliis relinquere in foro conſcientiæ, immo deberent priuari hęreditate. Quod autem cogent teſtatorē vt leget eis, non prohibetur dummodo non nimis importunent ut quaſi extorqueant. Similiter quod aliquis conſulat teſtatori vt magis leget vni quam alteri, quia ſibi videt magis rationabile, non peccat. Secus ſi ex malitia faceret, ſed de hoc agitur diffuſe de teſtamentis, infra c. 4.

§. 3. ¶ De tertia domo dicitur in Pſalmo. 48. Sepulchra eorum domus illorum in æternum vſque ad finem mundi. Quod ſpacium dicitur æternum, quia nobis incertum. Et eccleſiaſtici vltimo. Ibit homo indomum æternitatis ſuæ, quo ſcilicet ad corpus in ſepulchrum. ¶ Vtilitas autem ſepulturæ in loco ſacro videtur triplex. Prima interceſſio illorum ſanctorum, ad quorum honorem fabricata eſt eccleſia, propter honorem & deuotionem eligentis ibi ſepulturam ad eos. Vnde. Auguſtinus. quod quiſque apud memoriam martyrum ſepelitur, hoc tantum mihi videtur prodeſſe defuncto, vt commendans enim martyrum patrocinio affectus pro illo ſupplicationis augeatur tertia decima q. ſecunda, capitul. non ęſtimemus. Secunda vtilitas eſt quia vt dicit Gregor. defunctorū proximi quotiens ad ſacra loca veniunt ſuorumque ſepulturam aſpiciunt, recordantur. & pro eis domino præces fundunt, decimatertia quæſtione ſecunda, cum grauia. Vnde monumentum dicitur quaſi monens mētem. vt dicit Auguſt. videlicet vel ad recordandum ſuorum, ut oret pro eis, vel ad conſiderandum, quia & ipſæ ſimiliter in puluerē reuertetur. ¶ Tertia eſt quia vt dicit Ambro. In ſepulchris chriſtianorū requiēs eſt defunctorum. 12. q. 2. Aurum quia. ſ. ibi minus vexantur a ſpiritibus immundis cadauera eorum, vt dicit glo. ideſt inquietantur ne dęmones ſumant illa corpora. Puto autem vnicuique melius & vtilius eſſe ſepeliri vbi fiunt, plura ſuffragia miſſarum & orationum & a deuotioribus miniſtris. Et expenſæ quæ fiunt per modum eleemoſynæ proſunt defunctis. Alię vero cerimonię vt delectis paratis fletus, veſtitu & banderis, & huiuſmodi nihil proſunt animæ defuncti Vnde Auguſt. Corpori humano quicquid impenditur, non præſidiū eſt ſalutis, ſed humanitatis officium ſecundū affectum, quo nemo vnquam ſuam carnem odio habuerit. 13. q. 2. non æſtimemus. nimia tamen pompa repręhenſibilis eſt & nociua animæ procurantis. Item dicit Ioan. And. in nouella, quod mortui ſiue teſtati ſiue inteſtati ſe peliendi ſunt, etiam ſi prohibuerit. Vnde Eccl. 7 dicit. Mortuo non prohibeas gratia. ſ. ſepulturæ. vt exponitur. 13. q. 2. Eccleſiaſtico. Et canon dicit quod ſepulturam in vniuerſo orbe chriſtianis concedenda eſt, tertia decima quæſtione ſecunda, qui diuina. Et dicitur ſic in propoſito ſepultura, ſ. chriſtiana locus concauus quo in eccleſiaſtico cimiterio corpus catholici conquieſcit, hæc vendi non poteſt quia locus eſt ſacer vnde & ſymoniacum vendere vel emere ipſam. Vnde & Ephron qui vendidit agrum Abrahæ, in quo erat ſepultura duplex vbi fuerant ſepulti Adam & Eua ſymoniam commiſit, quia plus petiit de agro ratione illius ſepulchri. Abraham autem non commiſit ſymoniam, quia agrum int ędebat emere ſub quo veniebat & ſepulchrum de hoc habes ſupra in parte ſecunda, titu. decimo cap. primo.

Vtilitas ſepulturæ.

¶ Valerius Maximus c. 1. de ſomnis di. quod Simonidos poeta ad litus applicans corpus, quod ibi vidit inuſtum ſepeliri mandauit, propter quod periculum maris euaſit, vt ibi, & terrę. vt in titulo de Miraculis ibidem.

ibidem. Et subdit. Quid hac fælicitate locupletius quam nec mare nec terra seruiens extinguere valuit? Iste Symonides. s. cum esset nauigaturus cū quibusdam a casu accidit qđ socii sine eo a littore recesserunt, & in processu, submersi sunt & sic maris periculum euasit, Alia vice cum esset in conuiuio cum quibusdam vocatus a quodam ad exeundum ad loquendū, immediate domo illa ruente mortui sunt socii, & sic ipse euasit periculum terræ & maris. Idem Valerius in c. de humanitate, lib. 5. commendat Cæsarem, qui caput fuit hostis Pompei sibi per Regem AEgypti destinatum honorifice sepiliri & cremari fecit, qđ licet paulo ante pene Romanum fuisset adeptum culmen Imperii, iacuisset inhumatum, si humanitas Cæsaris non fuisset. Commendat ibi Valerius Hannibalem, qui successiue tres Romanos Paulum, Gracchum, & Marcellum hostes ipsius honorifice sepeliuit, humanitas enim hostilem sanguinem hostilibus lachrymis miscet Et sicut concedere & operam dare sepulturæ hominum est humanū & piū ita denegare est crudele & impium, nisi ecclesia ordinauerit vt de quibusdam decedentibus in notorio peccato, vt infra dicetur. Sicut etiam a Deo quidam in detestationem scelerum eorum puniti sunt priuatione etiam sepulturæ. de quo dicitur Hiere. 22. c. sepultura asini sepelietur. Quod alias sine causa rationabili negare sepulturam sit inhumanū, oñdit Psal. 77. vbi inter cætera horribilia persequentium fideles dicit. Non erat qui sepeliret. Et Valerius lib. 5. de ingratis reprehēdit Athenienses qui Melchiadem in carcere mortuum sepelire nō permiserūt nisi Cimo eius filius pro eo carcerē intraret, de quo Cimo idem Valerius ait. Nec te Cimo silentio inuoluam qui patri tuo sepulturam voluntariis, vinculis emere non dubitasti, Nam & si maximum tibi postea & ciui & duci euadere cōtigit, plus tamen laudis in carcere quam in curia assecutus es. Quamuis autem laudabile sit & humannm de sua sepultura & suorum curam habere. Vnde & sancti Patriarchæ de sua sepultura ordinauerunt, & qui dñi nostri officiosissimæ & deuotissimæ sepulturæ operā dederunt satis commendantur, tamen caren tia eius animæ non nocet. Vnde poeta Luca. in 7. Cęlo tegitur qui non habet vrnam. Et Chrysost. Vbicunq; sepeliamur, domini est, terra & plenitudo eius. Lugere autem mortuos ex pusillanimitate procedit. 13. q. 2. qui diuina. quod intelligitur cum excedit tristitiam. Vnde de Tobia minore legitur. Tob. vlti. quod sepelierunt eum cum gaudio. Sed & Valerius Maximus lib. 2. c. 1. commēdat Marsilienses qui diem funeris sine luctu finebāt domestico sacrificio & necessariorum conuiuio. consanguineorum. Et subdit. Quid attinet, aut humano dolori indulgeri, aut diuino numini inuidiam ferre, quod immortalitatem suam nobiscum impartiri noluerit? Ibi etiam prosequitur Thracis qui lugebant nata le hominum & exequias ridebant. De huiusmodi tamen habes diffuse parte. i. de separatione animæ a corpore. Reprehendendi autē sunt valde qui ex crudelitate, & partialitate non permittunt corpora suorum aduersario rum sepeliri, sed dilacerant corpus seu cadauer in partes, & aliqui etiam comedunt seuiores omnibus feris siluestribus & canibus rabidis. De Leone crudelissimo legitur. 3. Reg. 13. qđ cadauer prophetæ quem strangulauerat nō tetigit, vt sepulturæ mandaretur quinimmo Leones iuuerunt facere fouean, sancto Antonio, Paulo primo Heremitæ, & Zosimæ pro Maria AEgyptiaca, & Pannutio pro Sanct. Onofrio vt legitur in vita spatrum.

¶ *De impenitentibus in extremis.* Cap. 2.

QVamuis semper quilibet debeat esse paratus, & in prima & in secūda & tertia vigilia i. pueritiæ, iuuentutis, & senectutis, quia ille beatus dicitur Luc. 12. Precipue tñ infirmus magis se disponere debet, quia infirmitas est nuncius mortis. Et ante omnia face re deligentem confessionem, & exinde sume re alia sacramenta tempore congruo. Vnde Theodorus sic dicit. Ab infirmis in periculo mortis pura inquirenda est confessio peccatorum, non tamen illis est quantitas pœnitentiæ imponēda sed innotescenda & amicorum orationibus & eleemosynarum studiis pōdus subleuandum, si forte migrauerint & cætera 26. q. 7. c. 1. Hæc autem Petrus in 4. exponens dicit, quod cum in tali statu infirmus non possit facere pœnitentiam exteriorem, sed interiorem, ideo exterior pœnitentia tunc nō est ei imponenda, quia non potest facere sed innotescenda, vt per hoc prouocetur ad interiorem pœnitentiam, & innotescenda est ei magis per modum consolationis ostendendo ei benignitatem Dei remittentis quam per modum horroris ostendendo seueritatem iustitiæ punientis. Hæc Pet. & bene Magis enī consueuit homo tentari tunc de desperatione quam de præsumptione secundum Gregorium. Host. autem dicit qđ sic ei est innotescenda

Infirmi tas nuntius mortis.

ſcenda pœnitentia. Poteſt enim dicere confeſſor ſi eſſes ſanus deberes facere talem pœnitentiam vſq; ad tale tempus, ſed quia infirmus es, non tibi iniungo, ſi tamen deceſſeris facies talem eleemoſynam vel iniungas tuis hæredibus pro te faciendo pro hac pœnitentia. Si autem conualueris facies pœnitentiam quæ tibi iniuncta fuerit, vel talem determinando ſibi, vt dicit Guil. dura. & tunc abſoluatur ab omnibus peccatis, ſi aliàs eſt contritus. Et dicit præfatus Guil. ꝙ cum talis ſanatus venit ad prædictum ſuum confeſſorem pro pœnitentia recipienda non credit ꝙ ſit neceſſe iterum confiteri niſi velit. Si autem confeſſor memor ſit ſaltem in genere peccatorũ quæ ille confeſſus eſt aliàs ab eo iterato quærat quantum ſufficit ad moderandum pœnitentiam. Similiter ſi pœnitentię iniunctę fuiſſet oblitus, oportet quod reuertatur pro ea habẽda vel alia. Item dicit Petrus de Palude in quarto ꝙ expedit morienti, & hoc debet ei conſulere ſacerdos quòd quærat ſi eſt aliquis voluntarius ad faciendum pro eo pœnitentiam vt euadat purgatorium & ſi inuenit imponat, & ſi promittens non adimpleat, non valebit illi ad ſatisfactionem in purgatorio. Dicit etiam ꝙ qui abſoluit morientem, debet ei imponere oĩa bona quæ per ipſum fuerunt procurata, & oĩa ſuffragia, quæ ſibi fuerunt impenſa & hortari, vt hæredibus & executoribus imponat quęrere quanto plura poterit. Hæc Petr. Quod etiam ſi fuerit abſolutus in tali articulo a peccatis retentis ſeu caſibus reſeruatis non oportet quòd iterum cõfiteatur.

Qdli. 1. q. 6. art. 1. & in 4. diſt. 17. q. 1. 2. ar. 3. q. 5. ad 4. Cui concor. Tho. in quoli. dicit quod non poteſt quis cogi auctoritate alicuius hominis ad confitendum iterum peccatum quod ſemel confeſſus eſt ei qui potuit abſoluere. In articulo autem neceſſitatis quilibet ſacerdos nõ excommunicatus vel ſuſpenſus poteſt abſoluere a quolibet peccato & quolibet vinculo excommunicationis. Sed quod ad vinculum oportet quod ſi conualeſcit præſentet ſe ei a quo regulariter debeat abſolui aliàs reincideret in ſententiam, vt habes ſup. in 1. par. tit. 1. Et dicitur articulus mortis ſecundum Pet. de Pal. quando eſt in tali articulo, ꝙ æquè indifferenter ſolent vt cummuniter homines mori inde ſicut euadere, vt decollandus vel bellum intraturus, vel naufragium patiens vel acutam febrem. Non autem ex hoc quòd quis intrat mare dicitur periculum mortis in eo eſſe. Si aũt laico confiteretur teneretur iterum totum confiteri propter abſolutionem, conſequendam & pœnitentiam ſuſcipiendã, quorum neutrum laicus facere potuit. Et nota ꝙ ſi infirmo petenti ſacerdotem, interim eum veniret obmutuit, vel effectus freneticus vel amens, ſacerdos aduenies ſiue ad nutum infirmi ſiue ad teſtimonium illorum qui audierunt eum pœnitentiam petentem, vel ſacerdotem, debet ei impẽdere quicquid poteſt humanitatis abſoluendo, reconciliando, & ſi ſine periculo fieri poteſt ei euchariſtiam præbendo, & ſi ſuperuixerit admoneatur a prædictis teſtibus ſuæ petitioni ſatisfactũ, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus. Probatur hęc omnia 26. q. 6. c. Is qui in infirmitate, & c. ſi quis de corpore, & alijs c. Signa autem pœnitentiæ quæ ſufficiunt in hoc caſu dicit Hoſt. eſſe quia forte tendebat manus ad cœlum, percutiebat pectus ſuũ, dicebat. Deus propitius eſto mihi, vel miſerere mei. Beata Maria adiuua me. Et huiuſmodi. Et multo ſortius ſi nutum faciebat cum presbyter aduenisſet, talibus enim & extrema vnctio & euchariſtia ſi poteſt retinere ſunt miniſtranda, & ſi tales decedant contriti, vel cum certis ſignis contritionis, vt dictum eſt & poſt mortẽ abſoluuntur ab eccleſia. i. abſolutos fuiſſe in contritione oſtenduntur, & oblatio fiat pro talibus 26. q. 6. ſi aliquis fuerit mortuus. Item nota quod dicit Iulius Papa, quod ſi presbyter pœnitentiã abnegauerit morientibus reus erit animarum. Vera enim confeſſio in vltimo tempore eſſe poteſt 26. quæſt. 6. ſi presbyter. Et intelligitur quòd talis presbyter, reus eſt animarum, quantum eſt in ſe, aliàs ſi non potuit moriens habere cui confiteretur, & nõ ſtetit per eum per contritionem ſaluabitur. Si autem quæratur vtrum poſſet aliquis in fine vitæ pœnitere? Reſpondent b. Thom. in 4. & Pet. diſt. 20. quod ſic. Nam Deus qui dat omnibus abundanter nulli gratiam denegat qui quantum in ſe eſt facit vt ſe ad gratiam præparet. Hæc autem præparatio ſit per motum liberi arbitrij in hac vita, in qua dũ non eſt adhuc confirmatus malum, poteſt ſe præparare ad gratiam dolendo pro peccatis, & gratiam remiſſionis cõſequetur. Vnde & Leo Papa. Nemo eſt deſperandus dum eſt in hoc corpore cõſtitutus, quia non nunquam quod diffidentia ætatis differtur, conſilio maturiori perficitur, de pœni. diſt. 7. nemo. Exemplum de latrone cuius tarda fuit pœnitentia, ſed nõ fuit ſera indulgentia. Quãuis autem hoc ſit poſſibile eſt tamen valde difficile. Et ſecundũ Pet. de Palude. Si talis qui adhuc non doluit de peccatis ſubito non aduertat mori, vel quia ſubito ſpirat vel ſi amens aut freneticus dam-

Nota.

Sacerdos morientiũ cõfeſſiones audiat, ne fiat reus animarũ morientium.

damnatus est. Cyprianus. Qualem te inuenit dominus cum vocat, talem te iudicat, de pē. dist. 1. Nunquid. Si autem aduertat se mori, sed per vnam horam ante & modicam morulam in repentinis homo operatur secundum habitum, vnde non videtur q̄ habituatus in peccato tam repente fiat bonus. Qui vero moriuntur languore præcedente, quia plus cum habitu sui amatiuo plus quàm Dei concurrit languor, & dolor amati, vix tunc homo pēnitet. Si autem vere pēniteret, saluaretur. Vnde etiam qui seipsos interficiunt quia tamen possunt in vltimo momento pēnitere, licet non sint in ecclesia sepeliendi, nec sit pro eis publice orandum tñ occulte potest orari pro eis ab illis qui credunt quòd forte dum occiderent eos quærebant Deum & reuertebantur. Hæc Petrus. Aug. etiam magis explicat eam vnde dubitari merito potest de veritate talis pœnitentiæ. Dicitur. n. de pēni. dist. 7. nullus. Nullus expectet qñ iam peccare non potest, arbitrij enim quærit libertatem vt delere possit commissa non necessitatem, & infra. Quem sero pēnitet, oportet non solum timere Deum iudicem, sed etiam diligere iustum & non solum timeat pœnam sed anxietur pro gloria, & infra. Timendum est de sero pœnitente. Quem. n. morbus vrget, & pœna terret, ad veram vix veniet satisfactionem maxime cū filij quos illicite dilexit sint præsentes vxor & mundus ad se vocet. Multos solet decipere serotina pœnitentia. Hæc August. Quāuis autem talis si vere pœniteat non damnetur, tamen pœnitentiam quam hic non perficit, quia non potuit in purgatorio sustinebit, nisi in eo esset tanta contritio q̄ esset sufficiens ad delendum omnem culpam & pœnam, quod raro est. Ray. conclusio totius illius 7. dist. de pœnitentia est, q̄ vsq; ad vltimū articulum vitæ est tps pēnitentiæ, sed difficultas & raritas ostenditur ex dictis.

¶ *De testamentis & executoribus testamentorum. Cap.* 3.

Moriens q̄d agat.

DEbet etiam moriens seu infirmus disponere de domo familiæ & substantiæ per testamentum suum si non disposuit prius, & vt dicit Gratianus, dicitur testamentum, q̄a eo quisq; libere testatur, quid de proprijs rebus post decessum suum fieri debet 13. q. 2. §. 2. quia ergo secundum Grego. Non autem refert quibus verbis fiat siue dicat Petrū hęredem instituo, vel voluntatem meam eius dispositioni committo, quia sic non videtur talis decedere intestatus, extra eo. cum tibi, nec curandam de verbis testatoris, dummodo talia sint per quæ constet de voluntate testatoris. C. eo. l. fi. per sequens aūt testamentū semper derogatur priori, etiam si in sequenti de priori non fiat mentio, & hoc nisi in duobus casibus, vt dicitur dist. 18. cap. Quoniam quidem, in glo. Primo si sit factum testamentum inter liberos. Secundo si testator ipsæ legem posuit, puta si in priori testamento dixit si aliud fecero, non valeat nisi fecero hoc vel aliud. In his casibus faciendo secundum oportet facere memoriam de priori. Quod si quis velit cassare testamentum primum & non facere secundum, non potest nisi iam post conditum primum sit lapsum decennium & coram tribus testibus dixerit, nolo valere primum. C. de pact. l. Pactum.

§. 1. Instituere hęredem.

¶ Quantum ad institutionem hęredis. ¶ Nota q̄ in testamento quilibet tenetur aliquem hęredem instituere, vel aliquod collegium & hmōi sine institutione. n. hæredis non esset testamentum. C. e. l. Iubemus. Et si quidem testatur habeat ascendentes vel descendentes, illos tenetur hæredes instituere saltem in eorum legitima. C. de inoffi. testa. Nouissima, q̄ si non habet ascendentes vel descendentes, tunc sm leges communes potest alios instituere hæredes quoscunq;. Per leges autē municipales seu statuta in quibusdā locis etiam collaterales consanguineos non potest certa portione priuare.

§. 2. Legitima triplex.

¶ Quantum ad legitimam. Nota q̄ triplex est legitima portio. Vna quæ est debita iure naturæ, & dr̄ debitum bonorum subsidium, & hæc debitur filius tm̄, qui sine causa exhæredari non possunt, & huic portioni nullum grauamen potest imponi. ff. de in offic. test. l. cum modo & duabus sequētibus. Et hęc portio est. Si sunt quatuor filij, & ita debent habere simul tertiam partem bonorum. Si sunt quinque vel vltra debent habere medietatem eius, q̄ ab eis deferebatur ab intestato. C. de inoffic. s. testamen. autem Nouissima. Et intelligi debet detractis debitis si qua essent. ¶ Item est alia portio, s. quarta falcidia quæ debetur iure institutionis, vt cum aliquis est institutis hæres, & illa hæreditas est exhausta per legata, tunc institutus potest detrahere sibi vsq; ad quartam partem hæreditatis detrahendo de singulis legatis nisi ad pias causas, extra de test. Raynaldus ad fin C. ad l. falcid. per totum. ¶ Item est tertia quæ dicitur trebellianica, vt cum aliquis, institutus hæres rogatur, vt alij restituat hæreditatem,

nam

nam talis institutus potest retinere quartam partem de tota hæreditate. C. de Senatusconsulto Treb. per totum, hæc detrahitur de vniuersitate hæreditatis, & in hac computantur legata & donatione. ff. ad le. Falc. l. in quarta. aliàs in quantitate eod. tit. Notantur hęc extra de testa. Raynutius, & si plures hęredes instituti fuerint diuident inter dictas portiones. Hæc quæ dicta sunt de iure communi, s. sunt, cęterum hoc diuersarum terrarũ varia est consuetudo quæ si sit rationabilis & præscripta seruari debet, extra de consue. c. fi.

§. 3. In trib filiũ hęredari.

¶ Ab hæreditate excluduntur hęredes, etiam si sint in tribus casibus. ¶ Primus cum pater vel alius est hęreticus, quia bona hęreticorũ sunt ipso iure confiscanda. extra de hęre. cap. cum secundum leges. lib. 6. ¶ Secundum est si commisit crimẽ lęsę maiestatis 6. q. 1. quęro. §. fiquis. ¶ Tertius si erat patronus, vel habebat aliquod ius seu feudum in ecclesia, qđ debet transire ad filios, & ipsę interfecit seu mutilauit rectorem vel clericum illius ecclesię, perdit omnem ius & omnem dignitatem quam in ea habebat, & nihil peruenit ad filios extra de pe. cap. in quibusdam. ¶ Possunt quoq; filij per patrem exhæredari certis & causis quę habentur in auth. & notantur extra de iureiur. c. quintauallis. Sed tamen non licèt parentibus liberos, nec liberis parentes ab hęreditate sua repellere monachos factos, quamuis dum laici fuerant in causam ingratitudinis inciderunt 19. quęst. vltim. cap. fina. aliàs vero bona defunctorum deuoluuntur ad hęredes, etiam illorum qui damnati sunt, scilicet a iudice. C. de bono aucten. iud. possi. l. bona.

§. 4. Intestatus decedere quatuor dr modis.

¶ Quantum ad successionem ab intestato, Nota quòd dicitur quis intestatus decedere quatuor modis, videlicet si nullum fecit testamentum. Vel si fecit non iure fecit, vel si iure fecit, sed postea ruptum est, vtputa nato ei filio. Vel non est ruptum, sed hęres noluit adire hęreditatem, vt insti. de hęred. quę ab intesta. in princ. ¶ Nota etiam quod successio in hęreditate non durat solum vsq, ad quartum gradum consanguinitatis, sicut quoad impedimentum matrimonij, sed durat vsq; ad decimum 35. quęstion. 5. Ad sedem. ita tamen quòd remunerentur isti decem gradus secundum leges quę ponunt duos gradus vbi canones ponunt vnum. Fit autem successio ab intestato isto ordine iure cõi laico morienti. Primo succedunt descendentes & ascendentes, deinde collaterales proximiores, ut in auth. de hęredi. ab intestat. in princ. His omnibus deficientibus succedit vir vxori, & econuerso, vt. C. quando vir & vxor. l. 1. Vltimo succedit fiscus. vt C. de bon. va. l. 5. Clerico quoque intestato. morienti succedunt cognati secundum ordinem prænotatum in his bonis quæ sibi personæ intuitu obuenerunt 12. q. 2. c. fi. quibus omnibus deficientibus succedit ecclesia quasi fiscus. extra eo. capitulo primo. Item in rebus acquisitis per ecclesiam, vt legatis ecclesiæ & huiusmodi, succedit ecclesia, & hoc intellige vbi res clerici decedentis sunt manifestę distinctæ a rebus ecclesiæ, 12. quæstio. 1. manifesta. Nam vbi fuerint res confusæ, si dubitetur an clericus habuerit aliquid proprium, præsumitur pro ecclesia & totum sibi vendicat. arg. 12. quæstio. 3. quicunque, si vero certum sit quod clericus habuerit, sed nescitur quid vel quantum. Dicunt quidam quod tunc locum habet distinctio, quę ponitur extra eo. capitu. secundo. Sed non est verum, quia potius ibi loquitur de clericis qui fuerant serui ecclesiæ, vt ibi notatur. Sed de aliis clericis debet fieri inter ecclesiam & consanguineos æqua distributio in dicto casu quartadecima quęstione quarta, cap. primo, pręsumitur tamen in tali dubio pro eo qui est in possessione rei de qua est quæstio, siue sit ecclesia siue consanguineus ille possidet & alteri incumbit probatio in contrarium arg. 12. quęst. 3. capit. 1. & 2. Clerici quoque indubitanter succedunt suis consanguineis. Religiosi similiter & fratres prædicatores hoc habent ex priuilegiis quãuis sint mendicantes. Inter descendentes quoad successionem ab intestato est talis ordo. Nam in successione mortui patrisfamilias vel filijsfamilias liberi eius si sunt omnibus aliàs pręferuntur. Et primi quidem gradus æqualiter. Nepotes & vltiores in stirpes non distinguendo sexum vel ius paternæ potestatis. Succedunt ergo primum filij si sunt siue masculus siue fœmina æqualiter nepotes autem succedunt in stirpẽ. i. in eam partem quam parentes eorum si viuerent erant habituri. C. de suc. & le. he. l. 2. Ascendẽtes vero ab intestato sic succedunt defuncto filio siue liberis, parentes si soli sunt succedunt, salua prærogatiua gradus. Et si pari gradu sunt pariter succedunt, paterni in dimidia, & materni in alia dimidia, licèt dispar sit numerus. Sed si cum parentibus sint fratres uel sorores, vocantur cum in ascendentibus in gradu proximis in virilem portionem. C. ad Senatusconsult. Tertullian authen. defuncta. Collaterales vero sic succedunt cessantibus

Succes sio qbus

aſcendentibus & deſcendentibus. Primo vocantur fratres, ſimiliter & filijs alicuius fratris prius mortui. Dico de fratre illo & eius filijs, qui quidem frater ex vtroq; parente cõtingit cum de cuius hęreditate agitur & veniunt in hæreditatem dicti fratres & eorum filij cum parentibus defuncti & cum proximis gradu aſcendentibus, & dicti filij fratris præferuntur illis fratribus defuncti qui ſunt ex vno tantum parente coniuncti defuncto: C. de le. he. authentic. ceſſante. Poſt fratres ex vtraq; parẽte & eorum filijs admittuntur fratres & ſorores & eorum filij qui ſunt ex vno latere tantum. Et iſti etiam fratrum filij, præferuntur patruis defuncti & alijs ſimilibus. Poſt fratres & fratrum filios admittuntur quicunq; ſunt gradu proximiores. Et ſi pares ſint, pariter admittuntur. C. de le. he. authen. poſt fratres. & extenditur computatio vſque ad decimum gradum, vt dictum eſt ſupra. Naturales autem filij ſuccedunt ab inteſtato patri deficientibus legitimis filijs & legitima vxore, non in totum ſed in ſexta parte totius hęreditatis, ita tñ q; ſi mater ſupereſt virilis ei portio detur. Qui vero ſunt ex damnato coitu ſcilicet vt ex adulterio vel incęſtu, ab omni prorſus beneficio excluduntur. vt C. de natu. li. auth. licet. Item nota q; ſi pater habet filios legitimos vel naturales: quãuis naturales tunc non poſſit inſtituere, poteſt tñ eis aliquid dare vel relinquere, quia eis & matri vnciam vnam & non vltra, vel ſoli concubinæ ſemiuncian. C. de naturali lib. li. matre. Si autem non habet legitime deſcendentes ſed aſcendentes, tunc legitima parte relicta aſcendẽtibus, reliqua inter naturales diſponere poteſt. Quod ſi nec aſcendẽtes nec deſcendentes habeat tunc poteſt inſolidum naturales hęredes inſtituere. C. de matur. lib. auth. licet. Debent ergo naturales filij paſci arbitrio boni viri, etiam ſi legitimi extent & ſuccedant, aut ſi coniuge viua alij ſunt hęredes, & ipſi præſtent idem patri ſi opus ſit, vt in dicta l. & hæc vera ſunt de iure communi. In diuerſis tamen locis ſunt alia ſtatuta vel conſuetudines præſcriptæ, quæ ſi non ſint contra rationem pręiudicant iuri communi, & illis eſt ſtandum & de eis inueſtigandum. Suprij autem, ideſt, nati ex his inter quos nõ potuiſſet tunc eſſe matrimonium, quãuis omni beneficio excludantur, ſecũdum leges, tamen epiſcopi intereſt facere quod vtrique parentes eis neceſſaria ſubminiſtrent, ſecundum quod ſuppetunt facultates. extra de eo qui dux. in ma. quam pol. per adul. & in hoc mitius agit canon quàm lex ciuilis. Si autem de conſuetudine eſt alicuius patriæ vel ciuitatis quòd mortuo aliquo ſine filijs, dominus terræ totum accipiat. Dicit Hoſt. talem conſuetudinem obſeruandam ſi præſcripta ſit, poteſt enim dominus allegare quòd ab initio hoc pactũ fuerit, quia terra ſua erat. Leui. 25. Terra non vendatur in perpetuum, quia mea eſt & vos aduenæ & coloni mei eſtis. Hæres autem ſecundum canones & ſecundum conſcientiam tenetur ad omnia debita defuncti ſiue fuerint ex contractu, vel quaſi, ſiue fuerint extra maleficio vel quaſi ſiue res peruenerit ad hæredem ſiue non ſiue lis fuerit contẽtata vel non 26. q. 6. Si epiſcopum. extra de pig. ex præſentium, de ſolu. c. 1. & de vſu. cap. tua nos. Et hoc intellige ſi hæreditas ſufficit vltra enim ſufficientiam hæreditatis non tenetur etiam ſi non fecit inuentarium, quãuis ſecus ſit ſecundum leges. Diſtinguendum tamen inter legata & debita, quia debita tenetur ſine diminutione perſoluere. De legatis vero ſi ſint tot q; non remaneat legitima portio, poteſt eam detrahere & iterum quartam ſecundum quoſdam. Idem dicit Hoſt. ſi fuit inſtitutus hæres.

¶ De executione teſtamentorum fienda. Vbi notandum circa hoc concluſionem ſummariam quæ trahitur ex illo. c. ſi hæredes extra de teſt. ſecundum dom. Anton. & dom. Flor. hærede non implente voluntatem teſtatoris epiſcopus coget ad exequendum, & per hunc epiſcopus vt res hæredi relictæ a teſtatore ab epiſcopo ei interdicantur. Quod verum eſt etiam ſi ipſæ teſtator prohibuiſſet, ſ. quod ad epiſcopum non deueluerentur talis poteſtas exequendi, ſecundum Innoc. Et ex hoc nota practicam ſecundum do. Ant. compelli hęredem ad exequendum teſtamẽtum defuncti, quia. ſ. poſſint ei interdici redditus & emolumẽta & auferri vt ſatisfaciat voluntati defuncti. Sciendum tamen q; ea quæ auferuntur ab hærede non implente voluntatem defuncti, non applicantur epiſcopo vt ſibi imburſet ſed vt diſpẽſet & diſtribuat vt voluntas defuncti impleatur. Vnde non debet illa in occulto ap præhẽdere ſed publice, ad hoc quod notat in l. nulla. C. de epiſcop. & cler. ¶ Notandum etiam quod hæredes debent infra annum a die admonitionis adimplere voluntatem defuncti, vt in auth. de hære. §. ſi quis vbi dicit gloſſ. quòd ſufficit vna monitio, quod communiter tenetur, & hoc non ſolum in relictis ad pias cauſas, ſed etiam in relictis ad non pias cauſas. Poſt lapſum autem anni a die §. 5.

moni-

monitionis sibi factæ super huiusmodi si nõ impleuerint hæredes voluntatem testatoris, poterint priuari hæreditate & omnibus bonis relictis, vt notat. Bart. Bal. Ange. & Imola, & Innocen. Sed quantum ad hoc vt possit hæredi auferri id quod est relictum ad pias causas, cum omni emolumento ipsius non requiritur lapsius anni, immo sufficit ei lapseus sex mensium ab insinuatione seu publicatione testamenti, vt in authen. de eccl. tit. l. si autem legatum, secundum Imolam. Et plus dici poterit, quod si hęres si negligens, in adimplendo defuncti voluntatem, poterit episcopus etiam non expectato anni elapsu ei interdicere quicquid ei fuerit relictum cũ fructu & emolumento vt ex hoc impleatur voluntas defuncti. Et hoc videtur innuere textus huius decret. & gloss. secundum vnam lect. Et hoc volunt dom. An. & do. Flo. Item cum in relictis ad pias causas non videatur requiri aditio hæreditatis, vt notat. Bart. poterit episcopus statim mortuo testatore monere hæredem, vel illum qui implere debet, sed in aliis relictis, scilicet ad non pias causas non poterit monere hæredem antequam adeatur hęreditas, vt notat Imol. post Petr. de Anchar. Et nota quod non solum in relictis ad pias causas spectat defensio & executio ad episcopum, sed etiam in relictis ad non pias causas. Ab hæc facit textus huius decreta si hęredes. indistincte loquens, & eo. tit. indicãte. Et hoc voluerunt Inno. & Hostien. Goss. & glo. huius, cap. hoc videtur innuere. licèt glo. aliud tenuerit. eo. tit. c. tua. & c. relatũ. & forte non bene cum negare non posset saltem ratione delicti contracti veniendo contra voluntatem defunctĩ pertineat hoc ad episcopum, supra de iudi. c. nouit. secundum Goss. cum quo residet. Io. And. qui ex hoc non videtur tenere cum hac gl. Et hanc opi. sequuntur canonistę in c. Ioãnes. eo. ti. & 2. q. 1. Syluester. & ibi per Archid. secundum do. Flo. s. Zaba. qui hanc opi. sequitur. licèt Pet. de Anchon. aliud tenuerit. Hoc autem practicatur communiter in relictis ad pias causas, in relictis autem ad non pias causas non practicatur. Et licet hoc sit magis impeditum, tamen opinio huius gloss. communiter de iure tenetur, pro qua facit text. quod procedit quando episcopus vellet ex officio facere per viam executionis per prædicta alias si per viam actionis vel libelli adeatur, tunc non poterit, se intromittere contra laicos in relictis non pijs, vt notat. Ioan. Andr. in dicto cap. Ioannes. cuius opinio. sequuntur communiter canonistæ & Archid. & dom. Flo. quæ opinio procedere potest secundum canones secundũ quos episcopus indistincte potestse intromittere circa executionem testamenti. Vndehęc opinio, in terris ecclesiæ seruanda est, sed non procedit secundum leges, cum per leges satis prouisum sit contra negligentiam nõ implentis voluntatem defunctis, vt authen. de hæredi. & fal. §. si quis autem. Vnde secundum. l. procedit opinio. Pet. de Ancho. qui tenuit q̃ in relictis ad non pias causas episcopus non possit se intromittere, nisi sint relicta personis debilibus & miserabilibus, & sic hæc opi. in terris Imperii seruanda erit, secundum. Imo. qui tamen non se firmat hic cum ex hoc induceretur correctio iurium quæ uitanda est. de elect. c. cum expediat. lib. 6. Vnde reducendo talia iura ad concordiam dicit per distinctionem, quia aut ipsæ episcopus data negligentia hæredis etiam in relictis ad non pias causas vult se intromittere in subtrahendo fructus & alia emolumenta, vt voluntas defuncti impleatur non autem ad priuationem hæreditatis, & hoc poterit episcopus facere, & ita procedit tex. huius. c. si episcopus. aut vult episcopus se intromittere priuando hæreditatæ hæredem, & in hoc non poterit se intromittere, scilicet ad finem vt capiat hæreditatem & distribuat, sed monendo vt deferatur personis de quibus in authentica, hoc amplius, & facere poterit. Sed quamuis possit episcopus in hoc casu monere, non tamen poterit se intromittere vt sibi applicet cum non reperiatur hoc iure cautum in relictis ad non pias causas, & ita communiter practicatur, vt in relictis ad non pias causas episcopi non se intromittant, & si episcopus sit negligens in exequendo, recurrendum est ad Metropolitanum qui succedit executioni testamenti, vt in authentica, de eccle. titu. §. si quis autem, secundum Hostiens. & Ioann. Andr. qui etiam dicunt quod licitum est cuilibet hanc quæstionẽ mouere & sollicitare vt causæ piæ modis omnibus impleãtur. Hoc etiã volunt Imo post. Pe. de Anch. dicens etiam q̃ si tertius possideat bona testatoris qui reliquit certam quantitatem pauperibus & sic ad piam causam poterit episcopus illum cogere ad soluendum & dimittendum bona, vt notat Bald.

§.6. Cogitur hęres exequi.

¶ Vtrum filius vel alius extraneus institutus hæres si non implet relicta ad pias causas, priuetur tota hæreditate etiam legitima? Gloss. super dicto capitulo Si hæ-

redes, ponit diuersas opiniones. Sed Hostien sis dicit quod non solum extraneus, sed etiã filius vel alius attinens si non implet relicta ad pias causas priuatur tota hæreditate si sit contumax. & hoc in fauorem relictorum ad pias causas, vt nota def unctiadimpleantur, introductum sit, vt crescente eius contumacia possit priuari tota hæreditate, & etiam, naturali debito. Nam & si in talibus relictis cessat falcidia. C. ad l. falcidiam, authen si tamen eum pæniteat, non denegatur ei eleemosina secundum Hostiensem, cum quo residet Ioan. And. hic quam opinio, sequi videtur etiam Archidia. c. Sylvester vndecima quæstione prima Et, Cal. in quadam disputatione, & Pet. de Ancho. & do. Anto. qui concludit quod si relictum sit factum ad piam causam practicam erit contra ipsum hęredẽ negligentem implere quod primo interdicãtur ei redditus & eis fiat solutio & ex illis satisfieri possit. Si autem ex illis satisfieri non possit, & adhuc perseueret in contumacia tunc exigente contumacia, poterit tota hæredi tare priuari, siue sit filius siue alius descendens siue sit extraneus. In relictis vero ad nõ pias causas similiter religenda erit hæc uia, vt primo satisfactio de redditibus, & postea procedat ad priuationem etiam ex toto si sit extraneus hæres & in contumacia perseueret. Si vero filius & huiusmodi tunc relicta sibi legitima priuabitur toto residuo. Sed Domi Flo. tenet quod filius tã relictis, ad non pias causas quam etiam in relictis ad pias causas, non priuetur legitima propter huiusmodi negligentiam vel contumaciam cum illa non proueniat sibi ex voluntate defuncti, sed ex dispositione iuris. Sed Imola, post Pet. de Ancho. dicit quod si hæres est negligens in implendo relicta ad pias causas, tunc deuoluitur hæreditas & executio relictorum piorum ad episcopum, vt hic in c. si heredes. In aliis relictis quam ad pias causas, tunc deuoluitur executio & emolumentum ad personas de quibus in dicta authen. secunda §. si quis non implens, nisi testator deputauerit specialẽ executorem, per quod appareat quod ipsæ testator priuauit hęredem ipsum potestate exequendi. Nam tunc non implens non priuatur hæreditate, vt notat. Bart. in dicta authen. hoc amplius, & hoc quando hæres priuatur hæreditate ex dispositione iuris propter negligentiam nõ implendi. Si vero priuetur ex dispositione defuncti, vt quia testator apposuit pœnam priuationis in casu negligentiæ vel delicti, & tunc si prouidit ad quem deuoluatur, hæreditas ad illum deuoluitur, sed si non prouidit cui applicetur, recurrendum est ad notata per Bartol. in l. vxorem §. leges. ff. de leg. 3.

¶ De testamento quod fit coram sacerdote suo parrochiali & duobus vel tribus idoneis testibus tantum vtrum sit validum. c. cum esses de testa. Do. Flo. summat quod est validũ nec in terris ecclesiæ valet consuetudo in cõtrarium. ¶ Vbi sciendum quod glo. ibi tangit quattuor opiniones circa hoc seu lecturas huius capituli. Prima est quod loquatur solum in relictis ad pias causas & non aliis, & hæc reprobatur. Secunda est quod loquatur generaliter & indistincte scilicet quod sit validum tale testamentum vbique, & sic deroget omnibus legibus dicentibus contrarium. Et hæc fuit opinio Ala. Goff. Lau. Host. Bar. Brix. quam etiam dicit do. Anto. esse magis de iure, licèt contrarium fiat in practica Tertia lectura est quòd in foro ecclesiastico seruetur hoc vbique scilicet quòd sit validum testamentum, sed in foro seculari vbi secundum leges iudicatur non habeat locum. Quarta opinio est vt summatum est scilicet quod tale testamentum si validũ in terris ecclesiæ tantum. Vnde Ioan. And. declarando materiam dicit hoc communiter obseruari, quia aut loquimur in relictis ad pias causas & tunc sufficiunt duo testis idonei, siue in foro ecclesiastico siue seculari, per id quod habetur in c. relatum 2. vt aut loquimur in relictis ad non pias causas & tunc aut loquimur in terris subditis ecclesiæ, & seruanda erit decretalis, cum esses, vt scilicet valeat testamentum cum præsbytero parrochiali cum duobus testibus, aut loquimur in terris Imperii, & tunc dicit seruari quod testamentum non valet nisi interueniat solemnitas requisita per legem ciuilem, hæc opin. consuetudine roborata seruanda videtur per illud quod habetur .ff. de legi. l. minime. Hanc opin. sequi videtur Feder. de sennis in consilio Pet. de Perusio, & Pet. de Anch. & do. Ant. & do. Flo. concludens qđ in terris ecclesiæ testamentum etiam quo ad dispositiva, non ad pias causas, dum tamen fiat coram presbytero parrochiali & duobus testibus idoneis sit validum. Et secundum hoc receditur a iure ciuili solum & in his terminis ad hoc vt euitetur legum correctio. In dispositis vero ad pias causas valet vltima voluntas etiam in terris Imperii cũ duobus testibus, etiam sine presbytero parrochiali.

§. 7

Quod testamẽtũ coram sacerdote parrochiali validum.

¶ Te-

§.8. Vltima volũtas valet.

¶Testamentum vel vltima voluntas ad pias causas valet factum coram duobus testibus. Hoc summatim habetur in cap. relatum ideſt ſecundum Ioan. And. & Flor. vbi nota quòd oportet quòd ſint hi duo teſtes legitimi vnde non ſufficeret ſi eſſent minoris ætatis vel infames & huiuſmodi, tamen ſi eſſent mulieres hi duo ſufficerent, quia in relictis ad pias cauſas mulieres ſunt idonei & legitimi teſtes ſecundum Bart. & Bald. in l. 1. C. de ſacroſan. eccl. dicta quòd in relictis ad pias cauſas ceſſat omnis ſolemnitas iuris poſitiui, & ſufficit ſolemnitas iuriſgentium diuini. Et hoc videtur eſſe de mente Ioan. And. dum dicit ꝙ ſufficiant duo teſtes idonei in relictis ad pias cauſas in omni foro, etiam in terris imperij. ¶Item nota quòd cauſa pia ſeu eccleſiaſtica ſi tractetur coram iudice ſeculari, terminari debet ſecundum canones & non ſecundum leges, & hoc communiter tenent doct. & non ſolum in terris eccleſiæ ſed in terris imperij. Imola, poſt do. Ant. dicit etiam quòd ſi ſtatuto cauetur quòd non valeat teſtamentum vel vltima voluntas, niſi fuerit poſitũ in memorialibus vel regiſtratum tale ſtatutum nõ habet locum in relictis ad pias cauſas, quia laicus in huiuſmodi non potuit ſtatuere. Similiter ſi ſtatutum dicat ꝙ mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu conſanguineorum, tamen poterit teſtari quoad pias cauſas & valebit. ¶Item vltima voluntas tendens ad piam cauſam pertinet ad iudicem eccleſiaſticum, & coram eo poteſt tractari, quod facit vt relictum eccleſiæ vel pauperi etiam laico poſſet peti, etiam coram iudice eccleſiaſtico, etiam ſi pro tali relicto ſit prius laicus conueniendus, vt voluit do. Ant. in cap. ſignificaſti, de offic. deleg. Et plus tenuit Bal. in l. ſi quis. C. de epi. & cle. quòd epiſcopus, vt procurator pauperum vel eius procurator ſeu ſyndicus coram ſuo vicario poſſit petere ſe mitti in poſſeſſionem ex edicto ſi pauperes ſunt inſtituti hæredes. & ita quotidie practicatur, & voluit Imola poſt Petr. de Ancha. ¶Item ſicut in relictis ad pias cauſas ſufficiunt duo teſtes, ſecundum do. Flor. per regulam de reg. iu. quod aliqui intelligunt quando prius relictum fuit, etiam facto coram duobus teſtibus. Nam ſi fuiſſet factum per teſtamentum ſolemne in relictis ad non pias cauſas non reuocaretur ope exceptionis niſi ſit facta reuocatio coram quinque teſtibus relictum ſeu teſtamentum factum ad non pias cauſas. Sed ſi fuerunt facta relicta ad non pias cauſas per ſolemne teſtamentum, & poſtea fit reuocatio eorum faciendo teſtamentum ad pias cauſas per relictum ſecundo factum ad pias cauſas, ſecundum Pet. de Ancha. & Io. And. in additione ſpeculi. ¶Item ſimiliter ſi voluntas fuit perfecta ratione voluntatis ſed non publica prout teſtator voluit, vt quia teſtator teſtamentum manu ſua conſcripſit volens poſtea illud redigi in publicam formam per tabellionem, ſed morte vel furore præuentus eſt antequam tabellio & teſtes venirent, valebit teſtamentum tale inter liberos & quoad pias cauſas dummodo conſtat fuiſſe ſcriptum manu illius teſtatoris ſecundum Imola. ¶Item regulariter non poſſit decedere quis partim teſtatus & partim inteſtatus, vt ff. de regu. iur. l. ius noſtrum, tamen in relictis ad pias cauſas poteſt quis decedere partim teſtatus & partim inteſtatus cum de iure naturali nõ ſit, quod quis decedat vel in totum inteſtatus vel in totum teſtatus. Vnde ſi quis diſponat expreſſe, quòd velit certam partem ſuorum bonorum deuenire ad certam piam cauſam, puta dimidiam partem & non totum, talis decedit pro parte teſtatus ſcilicet pro illa dimidia legata ad piam cauſam & valebit, & pro parte inteſtatus, ſcilicet pro reſiduo, ſm Petr. de Ancha. ¶Item licèt inſtitutio facta per mutum non valeat, vt C. eod. titu. l. iubemus, tamen in relicto ad pias cauſas valet ſecundum Imola. ¶Item licèt regulariter relicta in teſtamento non valeant niſi adeatur hæreditas, vt l. ſi nemo. ff. de teſtamen. tamen legata facta in teſtamento ad pias cauſas valent, nec requirunt aditionem hæreditatis ad eorum confirmationem cum in ipſis relictis ad pias cauſas eſſent ſolẽnitates iuris ciuili, ſecundum Bart. & Bald. vt refert Petr. de Ancha. quòd non tranſit ſine dubitatione, ſecundum Imola. Committens extremam voluntatem ſuam diſpoſitioni alterius non dicitur decedere in teſtatus, ſed teſtatus ad pias tamen cauſas, ſic ſummat Innoc. c. cum tibi de teſtamentis. Vbi nota quòd multæ & variæ lecturæ ponuntur a diuerſis & varijs doctoribus huius decretalis quarum aliquæ notantur in gloſ. alias tangunt alij. Sed omiſſis omnibus aliis Innocen. dicit quòd per hæc verba, ſcilicet cum quis dicit voluntatem meam committo diſpoſitioni talis intelligitur voluiſſe, ꝙ omnia bona ſua per talem in pauperes & pias cauſas expendantur, & ideo uidetur decedere teſtatus. Si autem voluiſſet expẽdi alio modo quam in pias cauſas & tunc decederet inteſtatus ſecundum Innoc. prout refert Io.

cum hac lectura transiens quæ communiter tenetur. Host. tamen dicit aliter scilicet quòd intendens testari cum dicit omnia bona mea committo dispositioni Petri, vel per verba similia intelligitur testatus. Sufficit enim quòd exprimat ad quem vel ad quos vult bona sua conuenire. C. eo. tit. l. fi. Nam sufficit testatori dicere hæreditatis meę dominus esto, licèt non dicat hęres esto, de verbis enim non est disputandum, vt procuretur petitio. Nam testatores aliquando abusiue loquuntur & nesciunt dicere instito. ff. de lega. l. 3. & remittit ipsę Hostiensis ad notata in Summa sua, eo. tit. §. qualiter. & hæc lectura. Host. satis videtur esse de mente glo. & placet do. Flor. & magis videtur adaptari literæ huius. c. quàm præcedens, vnde & de iure videtur verior ſm Imol. Sed hæc licèt lectura sit verior de iure, tamen communiter approbatur opi. Inno. dicentis q̃ per talia verba in textu huius capituli expresse ille cuius dispositioni committit intelligitur hæres institutus cum hoc ad pias causas distribuat, secundum Anto. & do. Flo. vnde practica erit obseruanda, esto quòd non bene probetur iure. Est enim fauorabilis animæ, & ideo amplectenda secundum Imol. Et hanc opinionem communem videtur tenere Bart. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. Idem etiam Bart. dicit q̃ si testator dicat bona mea & animam committo in manibus Titij, valet talis dispositio & interpretabitur vt testator intelligatur dixisse, facio Titium hæredē pro pauperibus Christi, quòd etiam tenet Pet. de Ancha. Item quando testator instituit hæredes suos simpliciter non dato aliquo executore, veniunt nomine hęredum pauperes domicilij testatoris, vt notatur per glo. in c. r. eo. titu. lib. 6. & loco ipsorum pauperum veniet episcopus loci, qui loco hęredis habebitur ad distribuēdum inde pauperibus, q̃ si sit datus executor ad eligendum & distribuendum inter ipsos pauperes, tunc talis executor seu commissarius habebitur loco hęredis directi. pe. no. in isto cap. & in Specu. in tit. de instru. secundum Petr. de Ancha. qui etiam dicit q̃ talis potest eligere in pauperem consanguineum suum si sit pauper. distin. 86. non satis, & etiam spurium vsq; ad quantitatem sufficientem pro alimentis & non vltra. Si autem testator non instituat pauperes Christi, sed Christum hęredem, tunc veniet vt hæres ecclesia cathedralis domicilij testatoris, secundum Imol. Item si testator dixit quod volebat executioni mādari quæ dispōsuerat quadam in schedula comendata guardiano minorum si constet illam schedulam manu testatoris scriptam cōparatione literarum vel alio modo executioni mandabuntur in illa contenta vel scripta cum valeat talis dispositio, vt notat Imol. post Bar.

¶ De executoribus testamentum multa notanda ponit Ioann. Andr. super cap. Ioannes de testamentis commentando illam decret. sic autem summat. Executor fidei commissarius qui susceipit officium illud exequi compellitur. ¶ Vbi primo nota quòd executores testamentorum pluribus nominibus nuncupantur. Aliquando enim dicuntur commissarij, aliquando fidei commissarij, interdum diuisores, interdum distributores, interdum gradiatores, vt notat Specu. Et vt dicit Gosfred. hi non dicuntur simpliciter executores sed executores vltimarum voluntatum. Nam proprie executores sunt hi qui sententias exequuntur. C. de execut. rei iudic. l. finali. ¶ Secundo nota q̃ dicit textus post susceptum, non antequàm suscipiat executionem potest cogi ad exequendum, si non vult subscribere tale officium exequendi, & præcipue si nil fuit sibi relictum, vel si aliquid relictum non agnouit & loquitur de executore dimisso per testatorem, secus de datiuo & legitimo de quo Speculator eodem titulo. Sed postquam susceipit executionem expræsse vel tacite, vt si iam alicui creditori satisfecit vel legatum soluit vel aliquid vt executor gessit, tunc cogi potest ad exequendum secundum Innocen. non tamen sufficit quæ prius fuerit in constitutione sui puta cum testator instituit eum executorem & tacuerit. ff. de abri. l. Pomponius. Si autem non tacuit sed expræsse acceptauit, tenetur ex promissione. ¶ Item not. tertio q̃ non solum diocesanus de quo in hoc capit. dicitur, sed etiam habens iurisdictionem episcopalem vel quasi potest executorem compellere ad exequēdum. Succedit etiam in hac iurisdictione compellendi capitulū mortuo episcopo. vt de mai. & obed. his quæ pro ecclesia, si negaretur in offic. executionis legitimæ, quæ competit episcopo capitulum succedere debet, de quo nota opi. in Speculo. Infirmo autem episcopo vel absente capitulum hoc non potest cum in his casibus iurisdictio non transeat in capitulū. ¶ Quarta nota quòd modus cogendi executorē, est vel per subtractionem emolumenti relicti sibi a testatore, aliàs non relicto, vel quia per censuram ecclesiasticam, vel per pœnam arbitrariam, de hoc satis in Speculo & hoc nisi ex causa emergenti petat ipse executor ab episcopo.

§. 9. De executorib⁹ notāda.

epiſcopo exonerari.ff.de procur.l.ſi poſt datum. Et ponit lex caſum de ſuperuenientibus inimicitiis. Officium ergo executoris teſtamenti & procuratoris & arbitri ſecundum Bonagrum in hoc conueniunt a principio voluntarium ex poſtfacto neceſſarium adebat & caſum de executione voti paterni.vt de vo.c.licet. Et per hoc argue quod non ſolum arbiter, ſed etiam arbitrator poteſt cogi ſententiam dicere, de hoc in Specu. de arbitris.§.ſi.¶ Nota quod executores dari poſſunt in numero pari, ſicut & procuratores & compromiſſarii ad eligendum. Non enim refert an ſint plures vel vnus ſolus. Eſt tamen conſilium quod talia committantur in numero impari vt de arbit.capitu. primo. ¶ Sexto nota quod quęrunt Innoc.& Hoſt.& Abb.an executor poſſit agere contra hæredes,ſcilicet ad implendum legatum? Reſpondeo,quod in relictis ad pias cauſas planum eſt quod poteſt,& in hoc omnes concordant, & contra hęredes agere poteſt & exigere relicta. C.de epiſcop.& cler.l.ſi quis, & ſi nullus ſi hęres,executor poteſt totam hęreditatem vendicare vt nulla deducta falcidia voluntatem defuncti exequatur, vt ibi.Si vero nō ad pias cauſas, ſed ad alios vſus voluit teſtator expendi relictum, tunc aut executor eſt miniſter tantum aut miniſter & particeps relicti. In primo caſu non agit contra hęredes ſecundum Inno.& Abb. Sed ſi hęres gratis ſoluit, executor diſtribuit inter illos quos teſtator diſtribui voluit niſi teſtator expreſſe illud conceſſerit.ff.de leg.l.cum quibuſdam.In ſecundo caſu etiam cum particeps eſt relicti, puta quod teſtator falcidiam vel aliam quo-
1.§ tam ad eum pertinere voluit, & ſecundum, omnes agit,ff.de leg.2.l.ſi quis Titio. Sed Hoſtien.ſ.dicit quod hoc eſt diuinare,& tenet q ſecundum canones executor & contra hæredes ſi ſint, & contra alios agere poſſit in his quę ad vltimę voluntatis ſpectant executionem & eis negligentibus,hoc faciat diocęſanus,vt extra de teſta.cap.Tua.& cap. Si hęredes. Primam diſtinctionem tenet Speculator. ¶ Nota ſeptimo quod quamuis clerici curas ſecularium actuum vel negociorum ſuſcipere non debeant.vt diſtinct.lxxxviij. Epiſcopus.& 11.quæſt.1.te quidem.nec debent eſſe miniſtri laicorum.Iſtud tamē eſt ſpeciale in executore ad pias cauſas, vt illa clericus nel monachus exequatur,vt de teſtamen.capitul.2.libro ſexto.Religioſus tamen de conſenſu prelati ſui & non aliter cum iſtud ſit ſuffragium animæ ad quod clerici tenentur, & eſt officium miſericordiæ quod omnibus eſt commune,vt 86.diſtin.cap.non ſatis. Alii quibus videtur quod clericus & monachus omnem executionem vltimæ voluntatis etiā vltra relicta ad pias cauſas agere poſſit, probus facit de teſtam.ca.2. Et approbat conſuetudo & poteſt tolerari,dum tamen per id non abſtrahatur a ſeruitio diuinorum . Et quamuis religioſus inſtitutus executor acceptaſſet executionem cū conſenſu prælati ſui, tamen ſi poſtea prælatus prohibeat proſecutionem executionis, non poteſt exequi, licèt prelatus non bene faceret ſine vrgente cauſa eum prohibendo ſecundum Io. An. Frater minor tamen non poteſt executor exiſtere. de verb.ſig.c.exiui.in clem.licèt poſſit conſulere quomodo executio fiat.¶ Item nota octauo q in executione huiuſmodi poſſunt ſimul eſſe clerici & laici nec obſtat q in eodē officio non debet eſſe diſpar profeſſio. 16.q.7.nouā,ſed clerici & laici ſunt diuerſę profeſſionis, vt 12.q.1.duo ſunt. Nam vbicunque ad aliquid agēdum admittimus diuerſa capita nō vt collegium vel corpus vnicum, non refert an illi ſint eiuſdem vel diuerſæ profeſſionis,dummodo vtraque confeſſio per ſe ſit habilis ad id agendum , vt de ſeruientibus Cardinalium incluſorum, nil enim impedit in eodem facto duos procuratores inſtitui, alterum clericum alium laicum. Idem in teſtibus. Idem in arbitris . Idem in conſiliariis & ſimilibus. Iudices etiam & executores gratiarum poſſunt eſſe diuerſarum profeſſionum, vt probatur per diuerſa iura, vbi vero inter ipſos gerentes eſt vnio reſpectu eiuſdem collegii vel corporis, illud tale corpus non debet eſſe diuerſę profeſſionis, vt dictum eſt in obiectione.¶ Nota nono cum dicitur in hac decretali Ioann.quod per diocęſanum fiat executio ſeu compulſio. Quęritur quis diocęſanus habeat hoc explere ? Reſpondeo. Circa executionem legitimam teſtamenti quam habet epiſcopus, planum eſt quòd intelligitur de Epiſcopo originis ipſius teſtatoris. Sed ſi alubi habet domicilium, dicunt quidam quod vterque exequi poteſt,alii quod epiſcopus domicilii ſi in totum illud tranſtulit niſi in loco originis eſſent facultates ipſius,ſed quoad compulſionem executoris,de qua decretalis loquitur, puto q epiſcopus ipſius exactoris habet illū compellere.Ex quo ergo ſuſcepit officiū exequēdi ſibi imputet,ſi tū ipſe executor ſuſcepit officium exequendi in domicilio teſtato

ris,eps ipsius domicilii ratione illius quasi contractus eum compellet,si inuenit eum ibi dem,alias seruabitur quod dicitur de foro compe.c.Romana libro sexto. Vel dic.quod ex quo ipse absens est collega exequetur, & si collegã non habet nec alter testator ,pui dit,non instabimus compulsioni absentis, sed exequatur episcopus testatoris, vt de testa.c.2.Et per prædicta expeditur quod quæritur coram quo legatarius conueniat executorem,de quo in spe. ¶ Quæritur decimo quid si testator vetat executorem reddere rationem suæ executionis, nunquid istud sit seruandum, ita quod episcopus non valeat exigere rationem suæ executionis ab eo? Respondit Hostie.in c.Tua,de testam.putat talem executorem qui non necessario, sed voluntarie suscepit officium vt hic teneri ad rationem reddandam ex bono & æquo iudicis arbitrio faciendam.argum.de ma.re. ca. Qui filium.Sic enim pontificali auctoritate decet impleri voluntantem defuncti etiam si actio deficiat.ff.de peti. hære.l. hæreditas. Iudex ergo pensata fama & conditione executoris quantitate & qualitate articuli de quo quæritur in aliquibus credet ipsius iuramento, in aliquibus plenam probationem requiret. C.de epis.& cle.l.nulli. Et arbitrabitur taliter quod non sit locus fraudi, nec minus plæne executionis, & talis videtur fuisse mens testatoris clausulam illam apponentis. Nec enim est verisimile quod illam exclusionem voluntatis suæ vel officii pontificalis opposuerit,sed magis vti voluisse fide vtriusque. Et si aliquid dolose fecerit de dolo poterit cõueniri & quæri, cum in tali remissione non veniat remissio doli,& etiam derelictis quæ apud ipsum essent secundum do. Ant. non obstante quod testator vetuerit nisi illud sibi reliquisset. ¶ Vndecimo nota quod licet executor debeat exequi infra annum prout notatur de testa.c.si hæredes, tamen poterit episcopus eum compellere post annũ ad exequendum,cum annus sit datus non eius fauore,sed vltimæ voluntatis,secundũ Domi. Floren.scilicet zabarellum.

¶ De substitutione heredis not. secundum glo.super c.Raynutius,extra de testa. quod multiplex est modus substitutionis quędam enim dicitur vulgaris, quædam pupillaris, quædam exemplaris, quædam compendiosa. Et iste substitutiones dicuntur directæ. Idem est & fidei commissaria. Substitutio vulgaris est quæ fit ab omnibus vulgaribus, & fit sub hac forma, instituo te hæredem, & si tu non eris ille sit. Hæc appellatur expræssa vulgaris,institu.de vulga. substit. inprincip.Pupillaris est quæ fit sub talibus verbis. Filius meus mihi hæres esto,& si tu non eris vel si eris & infra tempus pubertatis decesseris,ille sit hæres.instit.de pupil.substit.in princip.Exemplaris est quæ fit ad exemplũ. Pupillaris quę fit furioso sub his verbis. Si filius meus decesserit antequam reuertatur ad sanam mentem ille taliter sit hæres instl. de pupil.substi.§.1.Compendiosa fit talibus verbis,quandocunque filius meus decesserit ille sit hæres. Fidecommissaria dicitur quæ fit sic. Instituo te hæredem & rogo vt restituas hæreditatem Titio tali die, vel sub tali conditione,scilicet si decesseris sine filiis, & hæc substitutio potest fieri a quocunque & cuicunque & ante pubertatem & post instit. de pupil.substi.§.fi.Et talis fuit institutio & substitutio,quæ habetur in dicto cap.Raynutius· Vulgaris substitutio expirat quam cito est adita hæreditas.C.de impub.& ali.substi. post aditam pupillaris statim expirat post tẽpus pubertatis.insti.de pupil substi. in prin. Hęc fuit fideicommissaria substi.seu pręcaria de qua in isto.c.Raynutius.Et hoc incertũ cõditionis potuit soror sorori remittere,licet fit cõtra voluntatẽ testatoris. C. de pac.l. 1.Et hoc propter votum ideſt desiderium captandæ mortis.C.de transac.l.fideicommisso,nec potest alienare taliter grauatus. C. communia deleg.l.fi.nisi in certis casibus in authen. ibi positis.¶ Quæritur vtrum indistincte per religionis ingressum expirat substitutio facta in defectum,liberorum,glo. finalis dicit qđ aut substituitur persona priuata & euanescit quia hoc casu ingressus monasterium fingitur habere hæredem,vt hic & in auth.de sanctis.epis.§.sed hæc præsent. Si autem substituitur ecclesia seu locus religiosus vel iubetur expendere in pias causas,tunc non expirat substitutio seu fideicommissum per religionis ingressum, vt in dicto §.Sed hæc. Vbi hæc distinctio seu differentia probatur. Et est diuersitatis ratio,quia quod non expiret substitutio per religionis, ingressum inductũ est contra propriam significationem verborum in fauorem pi. causæ.Vbi ergo substitutio seu fideicommissum debet expendi in piã causam,cessat dicta ratio, cum non debeamus impropriare verba in fauorem piæ causę seu religionis in præiudicium alterius religionis seu piæ causæ, ad hoc cap. Cum causa, de præben.priuilegiatus enim non vtitur priuilegio suo contra pariter priuilegiatum,

tum, nisi pariter concurrit priuilegium vtriusque in dicto §. sed hoc presenti. Et plene per Bartol. in authen. C. de sacrosan. eccle. Faciunt etiam prædicta ad aliam quæstionē satis notabilem. Quid si testator dedit substitutum sub conditione, si institutus decederet sine liberis ex se legitime descendentibus vel ex corpore suo nascentibus, nunquid euanescat substitutio per ingressum religionis? Hæc quæstio satis pulchra & quotidiana est. Et idem potest dici quando testator per alia verba continentia naturalitatem fecit substitutionem. Doctores summi varii fuerunt in hac opinione. Nam Iacobus de Bel. disputat hanc quæstionem & posuit in dicto §. sed hæc. Et conclusit substitutionem dicto modo conceptam non expirare per ingressum religionis, quia testator per illa verba elegit naturalitatem nec reliquit voluntatem sua interpretationi iuris. Secus quando fuit locutus generaliter, vt si sine liberis decesserit &c. tunc succedit iuris interpretatio quæ cessat in casu certo, quia in incertis non certis opus est coniecturis, de reiudi. c. æstote. In hanc opi. accedere videntur Ma. Sil. Host. & Io. And. vt notatur per eum in c. Raynaldus de test. Contrarium tenuit quidā Bangotis dum esset Bononiæ hęc quæstio de facto, & Di. sequitur in l. si ita quis ff. de le. 2. & Ric. & Bar. in auct. nisi rogati, & in l. si ita quis præalleg. & sic postmodū elegāter consuluit in quæstione facti. Primo per rationem quam faciebat Dy. Expræssio enim eorum quę tacite insunt nil operatur. ff. de leg. 3. & c. significasti, de elec. Sed hæc verba ex suo corpore vel ex se legitima natis insunt in illis verbis si sine liberis decesserit &c. non veniunt filii legitimi tantum vt in dicta l. si ita quis. §. fi. ergo solum intelliguntur de naturalibus & tamē fauore monasterii expirat talis substitutio per religionis ingressum. Secūdo mouetur per rationem Ric. Malū istud fideicommissum vel substitutio si decesserit sine liberis &c. reprobatur & pro non scripto habetur, non ideo quia monasterium nō habetur loco filii sed quia prębet impedimentum vitæ contemplatiuæ seu retrahit a vita contemplatiua eligenda, nam substitutus timens ne bona sua cogatur restituere si decederet sine liberis inducitur ad matrimonium contrahendum & remouetur a proposito religionis & castitatis. Et ideo Imperator voluit tale grauamen habere pro non adiecto, & hoc voluit tex. in dicto §. sed hoc prę senti, dum dicit tales ordinationes inualidas & per non scriptas. Sed hæc conditio de qua in quęstione nostra est plus multo contraria vitæ contemplatiuę & castitati & religioni quā illa de qua In dicto §. sed hoc præsenti. Et hic ergo fortius debet ista haberi pro non adiecta, & ita etiam tenet & refert Cy. in dicta auct. nisi rogati tertio probata a simili. Illud quod relinquitur causa dotis de necessitate intelligitur pro matrimonio carnali sine quo nō potest dici dos, vt in l. 3. ff. de iure do. & c. & si necesse de do. inter vi. & vxo. Nā pro introitu monasterii non datur dos, de simo. c. non satis & c. veniens, & tamen illa conditio seu causa remittitur instituto seu legatario, intrante monasterium, licèt non posset dici quod ciuiliter impleatur, vt in dicto §. sed hoc, ergo in casu quæstionis nostræ non posset dici impleta cōditio ciuiliter quod monasterium dicatur ex se natum, nihilominus ratione prędicta debent bona apud monasterium remanere. Idem debet & potest dici de eo quod relinquitur causa donationis propter nuptias. vt habetur in dicto §. Quarto probatur sic. Inter monasterium & monachum non dicitur matrimonium spirituale, cum solus abbas dicitur spōsus, de elec. quia propter. Sed fideicommissum relinquitur sub conditione si nuptias contraxerint, & ille graduatus monasterium ingrediatur, non tenetur ad fideicommissum, vt in dicto §. sed hęc, ergo apparet quod non est ideo quod videatur defeciśe conditio fideicommissi, sed ideo tale grauamen habetur pro non adiecto & pro non scripto cum vitę contęplatiuę contraria tur, ergo idem dicendū in quæstione nostra. Quinto & vltimo probatur isto modo. Ego video quod si aliquid relinquitur mulieri cum onere restituendi si non nupserit quod non tenetur restituere si nupsit. l. quotiēs. ff. de cōdi. & demon. l. cum ita legatū, cū l. seq. ꝙ tñ limita prout notatur in auct. cui. C de indi. vidui, ergo multo magis non valet istud grauamen, de quo in quæstione nostra cū sit impedimentū religionis & vitæ contemplatiuę quę loge melior est q̄ actiua. Et hęc opi. placet do. An. licet nō alleget cōsiliū & motiua. Bar. quæ mihi multū placēt, & ipsam veritatem cōtinere videntur. Pro hac cōclusione vide bonū tex. in l. Titiæ si nupserit, de condi. & demon. vbi dicitur ꝙ si testator relinquit Titiæ ducētos si nō nupserit, & si nupserit relinquit centū, si Titia elegerit nuptias debet hīe ducētos, & tñ nō adimpleuit cōditionē. Sed illa hī ꝙ nō adiecta, qa retrahit a mīmonio carnali cōtrahēdo. Idem & fortius si a spūali,

Quæstio pulchræ.

& per

& per hæc clariſſime patet intellectus huius, §. Sed hoc, & huius. ca. Obtinet ergo hic monaſterium, non quia habetur loco filii vel hæredis, quia fuit illa allegatio partis, vt ſupra dixi, ſed quia habet pro non adiecta ſi vult intrare monaſterium, & infertur ad deciſionem quæſtionum ſupra tractatarum & multarum aliarum ſimilium. Expeditis & ſuppletis glo. ex quibus patuit clariſſime intellectus huius ca. & multorum iurium ciuilium & canonicorum deſcendendo ad aliam non minus vtilem materiam extrinſecam huius ca. quæ verſatur circa bona ingredientium religionem condito vel non condito per eos prius teſtamẽto. Hæc omnia Abb. de Sicilia in lectura. Ad idem vidi ſolemne conſilium vniuerſitatis Bonoñ. vt habetur in conuentu ſanctę Mariæ nouellæ Florentię. Multi etiam ſolemnes Doct. alii idem conſueuerunt, ſcilicet quod in huiuſmodi caſu euaneſcat ſubſtitutio. Fallit in fratribus minoribus, nõ in prædicatoribus. Rõ diuerſitatis eſt, qa p̃dicatores ex priuilegio ſunt hæreditatis capaces nõ minores.

§. 11. ¶ Quis ordo tenendus in ſoluendo creditoribus aut legatariis? Reſpon. ſecundum Ray. ſi creditores & legatarii ſimul veniãt primo ſatisfaciẽdum creditoribus, ſed ſi veniãt ſeparatim liberatur hæres ſoluendo per illũ ordinẽ quo venerunt, dum tamen non faciat in dolo, & creditores poſtmodum venientes nõ debent inquietare hæredem niſi remanſerit ei de hæreditate, ſed habẽt ius ſuum ſaluum contra legatarios. Si tamen hęres ſcit vel credit ſiue dubitat quod hæreditas non extenditur vltra debita, ſiue fuerint ex contractu, ſiue ex maleficio, vel quaſi nil debet dare legatarii donec ſatisfaciat creditoribus. Et idem modus tenẽdus eſt in ſatisfaciendo prius creditoribus prioribus & in iure potioribus. Et nota quod hęres ante omnia poteſt deducere expenſas funeris, & etiam alias neceſſarias quas fecit cauſa hęreditatis, vt in teſtamento. inuentario & huiuſmodi. Et breuiter ſicut quando debita totam hęreditatem exhauriũt hęres debet eſſe immunis a lucro, ſic & a grauamine. C. de iure de libr. l. Sãcimus. §. fi. prę fatam, cum ſequen. Item nota quod licẽt obligatio teſtatoris tranſeat ad hęredem, non tamen periculum periurii & huiuſmodi quę non poſſunt excedere ſingularem perſonam Idem Hoſt. & Giul. Quid ſi plures ſint hæredes, quomodo tenentur ad debita vel legata? Reſpon. regulariter tenetur quilibet hęres pro hęreditaria parte. C. de hęre. ac. l. 3. Excipiuntur quinque caſus. Primus ſi aliquid ſit in obligatione faciendi vel non faciendi, tunc enim quilibet tenetur inſolidum. ff. de verb. obl. l. in executoribus. §. 2. vt ſi teſtator promiſit ſe aliquod opus facturum, vel promiſit per ſe vel per hęredem non fieri quominus per fundum ſuum tranſire liceat hęc quilibet hęredem obligatur inſolidum. Secundus caſus eſt ſi res quę debet reſtitui inſolidum poſſideatur ab vno. C. de hęre. ac. l. 2. & ff. commodati. l. ſi tamen. §. hęres. Tertius eſt in alimentis legatis, quia per voluntatem defuncti vel iudicis, vel ab vno inſolidũ vel a partibus deſignatis petuntur. ff. de ali. le. l. 3. Quartus ſi teſtator ab vno hęredum legauerit creditori hæreditario compenſandi animo, tunc enim ille hęres onus ſuſtinebit vſque ad quantitatem legati. ff. de le. 2. cũ ab vno. Quintus in expenſa funeris vxoris, quæ non tantum aſtringit hęredes pro hęreditariis portionibus, ſed etiam virum pro portione quæ peruenit ad eum de dote vxo. ff. de reli. & ſump. fu. l. quotiens. & l. veluti. Quid ſi hęres eſt pupillus, nunquid poteſt differri ſolutio debitorum prętextu pupillaris ætatis? Reſpon. non, vt C. de acquir. hæred. l. 1. Sub prætextu.

§. 12. ¶ De dilatione executionis in legatis ad pias cauſas. Et primo quęritur vtrum defunctus inde patiatur detrimentum, quia tardantur eleemoſyne quas legauit. Reſpondet beatus Tho. in quodli. quantum ad meritum eleemoſynę nullum detrimentum patiatur ex prędicta tarditate, maxime ſi quantum in eo fuit curam adhibuit, vt eius eleemoſynæ cito darentur, quia meritum principaliter ex voluntate dependet ex intentione. Sed quantum ad effectum eleemoſynæ patitur detrimentũ, non quidẽ vt p̃ huiuſmodi tarditatẽ puniatur, ſed quia remedium expiationis pœnę ei non adhibetur, cum non ſit ſuffragium vnde ſubleuaretur. Similiter non patitur detrimẽtum ſi differatur reſtitutio quam ipſæ mãdauit fieri, licẽt tarde mandauerit etiam in morte, tamen fecit quod potuit. Hęc ille Ex quibus ſequitur q̃ ſi tepide & incaute mandauit fieri ſuffragium vnde non fit vel multum differtur, nocet & quoad meritum ex remiſſione voluntatis, & quoad ſuffragium vt non ſubleuetur ſi non fit vel non ita cito ſed tarde fit. Et multo magis de reſtitutione fienda. Nam poſſet cum voluntate ita remiſſa mandari fieri reſtitutionem, puta ne filii ęgerent, vel ipſę ne euaderet quaſi nõ curans de reſtitutione quod parum vel nihil ſibi prodeſſet talis reſtitutio mãdata, ſi etiam fieret.

Quodli. 6. ar. 13.

Secundo

Secũdo quęritur vtrum executor debeat tardare distributionem eleemosynarũ ad hoc vt res defuncti melius vendantur, puta moritur testator tempore messium vel vindemiarum, legat summam pecuniæ pauperibus erogandam, trahendam ex fructibus recollectis ipsius testatoris, quæ tunc temporis parum valent, inde ad sex menses vel annum valebunt multo plus? Respondet. Beatus Tho. in Vbi sup. quodlib. quòd in mora modici temporis non videtur magnum periculum vel detrimentum vnde si executor per modicum tempus eleemosynas dare differat vt rebus defuncti venditis ampliores eleemosynas faciat, non videtur absq; culpa, quia forte tunc defunctus a purgatorio erit liberatus, in quo dum erat cruciatus remedium suffragiorum maxime ei necessarium erat, hoc autẽ relinquit vt prudẽtis executoris examini, vt consideratis dilatione tẽporis & conditione personæ, quæ citius vel tardius liberanda est, & etiam quantitate augmenti eleemosynarum faciat quod viderit magis expedire defuncto. ¶Tertio quæritur vtrum ex tali dilatione & præcipue magna peccetur mortaliter & ab hærede? Respondeo quod sic, si non facit quantum potest nec excusatur quia sine magna commoditate hæres hoc facere non potest. Nec executor ne displiceat vel damnum inferat hęredi, & quod ipsæ non potest, debet ipsę significare dyocesano qui pôt cogere, extra de test. Ioan. Vnde in decre. 13. quæst. 3. qui colationes 2. dicitur. Qui oblationes defunctorum detinent & ecclesiis tradere demorantur, ut infideles sunt ab ecclesia abiiciendi & quasi ęgentium necatores, nec credentes iudicium Dei habẽdi sunt, & in aliis duobus capitulis idem dicitur ibidem. Ex quibus arguit Ioan. Neapol. in quodli. quòd peccant mortaliter tales executores & hæredes multum differentes, tum quia nullus debet excommunicari nisi pro mortali. Hi autem mandantur excommunicari quãuis non sint ipso facto excommunicati nisi hoc esset alicubi per constitutiones synodales, tum etiam quia notabile nocumentum inferunt animabus proximorum. Vnde ibi dicuntur necatores animarum scilicet subtrahẽdo suffragium illud eis. ¶Quarto quæritur vtrum pœna apposita a testatore posset exigi, & præcipue in relictis ad pias causas? Respondeo quod pœna potest apponi tripliciter. Vno modo cum conditione turpi adiecta, puta legat conuentui mẽdicantium prędium cum conditione quod non possit alienare, vel alienando perdit legatum. Conditio illa turpis est, quia alienare immobilia non solum possunt sed & debent mendicantes, & sic conditio illa turpis abiicitur, & legatum illi remanet sine incursione pœnæ. Secundo modo cum deuolutione illius relicti ad alterum, puta legat cẽtum Petro testator, cum hoc quod det. l. pauperibus ex eis; vel faciat celebrare tot officia, alias deuoluantur illa centum ad talẽ locum vel personam, talis non seruans conditionem incidit in pęnam illam & perdit legatum. Tertio committit hæredi vt det cẽtum pauperibus infra annum alias si infra annum non dederit teneatur ad alia centum dare pauperibus. In quo casu dicit Ber. & Abb. eliciens hoc extra cap. Raynaldus, extra de testa. cum glo. quod locus est pœnæ & exigi potest, si pœna afficiat patrimonium testantis. Nam etsi testator eũ non habeat iurisdictionem in hæredem vel legatarium non possit ei pœnam imponere, tamen bene potest adimere sub nomine pœnæ bona legata vel relicta eis quę pęna etiam locum habebit in foro conscientiæ cum naturaliter obligetur, extra de test. c. Cum in officijs, quãuis aliud si in alijs pœnis prout vult glo. singularis 12. q. 2. Fraternitas, vbi dicit Greg. q̃ ecclesia res sibi ablatas non debet recipere cum augmento. i. cum pœna quæ ponitur pro furto, puta quod fur debeat restituere rem furatam in duplo, sufficit etiam vt habeat suum. potest tamen vt dicit glo. iudex ex officio applicare illi ecclesiæ etiam pœnam. Vel intelligitur de pęna canonis quoad iudicium pœnitentiale in quo sufficit iniungere vt restituat male ablatum solum non pęnam. Sed in pęnis quas ponit testator si non fecerit hæres vel legatarius hoc vel illud potest pęna exigi secundum Doc.

¶Quis autem possit vel non possit facere testamentum. Nota secũdum Gosi. quòd quilibet potest facere qui non prohibetur. Primo autem prohibetur quidem filiusfami. nisi de peculio castrensi vel quali, extra de sepul. cap. Licèt lib. 6. nec potest relinquere aliquid pro anima sua sine patris assensu, prohibetur etiam impubes. Item seruus 13. q. 2. §. quod de libero. Item furiosus non habens lucidum interuallum. Itẽ prodigus cui est administratio bonorum interdicta. Item mutus qui nil loquitur, surdus qui omnino nil audit, vt insti. quibus non est permi. fa. testa. per totum. Cæcus autem potest cum solẽnitatibus quæ habentur. C. quibus non est permis. fa. testa. l. hac consultissima. Item illis qui proprijs renunciauerunt & nihil habẽt, vt ingressi monasterium, §. 13

nasterium, vt in authen. de monachis l. Illud & 19.q.3.c. Quia ingredientibus. Sed si quis filios habens monasterium ingrediatur, nulli condito testamento permittitur ei diuidere cum filiis, & inter eos, vt 19.q.3. Si qua mulier. Potest ẽt facere testamentum quicunq; ante professionem cum ẽt ad seculũ reuerti possit extra de regu.c. Statuimus. Hęremitæ aũt si non renunciauerunt propriis nec se alicui ecclesiæ tradiderunt vitam mutando testari possunt, aliàs non 19.q.3.§. Econtra Paulus. Religiosus in episcopum promotus nullo modo potest facere testm̃ ſm Tho. 2.2.q.85. quia sola dispẽsatio rerum ecclesiasticarum ei committitur quæ morte finitur, ex qua testamẽtum incipit valere. Si tñ ex concessione Papæ testamẽtum faciat, non intelligitur de proprio facere testamẽtum, sed apostolica auctoritate intelligitur ampliata potestas suę dispensationis, vt possit valere post mortem. Qui autẽ prohibet testare eum qui potest ab eius est hæreditate repellendus. C. si quis aliquem. l. 1. testamenta quoq; publicorum seu manifestorum vsurariorum sic decedentium sunt irrita de quo habes supra, in 2.par.tit.1. c.6.§.1. circa finem.

§.14. Cleric secula-- res testã tes.

¶ Clerici seculares testamentum facere possunt & donare, sed hoc modo. Si habẽt de patrimonialibus, vel de his quę sibi aduenerunt aliunde, puta ex successione vel donatione personæ non intuitu ecclesiæ vel de illis quæ sibi per scripturam vel huiusmodi artificium quæsierunt indubitanter de his possunt facere testamẽtum & etiam donare 12. quæst. 3. c.1. & extra de testa. cap. Quia nos. Et hoc habet locum ẽt si clericus sit in potestate patris vel aui constitutus. C. de episcop. & cler. Authẽtica, licèt in aliis personis secus sit quę scilicet sunt in potestate parẽtum. De rebus autem ecclesiæ mobilibus vel immobilibus clericus testare non potest. Sed potest de mobilibus & fructibus perceptis in ęgritudine constitutus, dum tamẽ sit compos mẽtis conferre pauperibus & locis religiosis & his qui sibi honeste seruierunt vt extra eo. cap. Relatum. De consuetudine tamen alubi clerici testantur de fructibus rebus mobilibus ecclesiæ acquisitis, tñ de iure contra est, vt in dicto cap. ¶ Testes autem vt in testamento regulariter requiruntur septem, vt instit. eod §. fin. Hoc autem fallit, quia quandoq; valet sine teste, vt si miles in bello scribat & moriatur. C. de mili. te. l. Milites, quandoq; sufficit vnus, vt si fiat coram Imperatore C. eo. l. Omnium, quandoq; duo vt inter filios. C. eo. l. Hac consultissima, vel si in territorio testetur miles. ff. de mili. te. l. Lucius. Similiter in his quæ ad pias causas legantur, extra eo. cum esses, & c. Relatum, quandoq; tres vel quatuor vt in speciali priuilegio. C. e. l. sine speciali, quandoq; quinque, vt in testamẽto rustici. C. c. l. fi. quãdoq; etiam octo requiruntur, vt quando testator vult facere & nescit litteras, vt in d. l. hac consultissima. ¶ Et nota q̃ si testator non vult q̃ testes sciant tenorẽ sui testamẽti, potest facere testamẽtum quod dicitur in scriptis. i. q̃ ipsæ primo testamentum conscribat vel etiam conscribi faciat, & postea cartham clausam repræsentet testibus dicens. Hoc est testamentum meum rego vt sigilletis & subscribatis vos. C. eo. l. hac consultissima. Sed tñ. per hunc modum facere testm̃ non est tutum, quia multas obseruantias requirit, quę frequenter cum non seruentur oportet quod non valeat testamẽtum; & ideo melius est q̃ fiat sine scriptis, scilicet quando scribitur per notarium tantum. ¶ Item nota quòd cum quis sanus vel infirmus qui est sanæ mentis, vltimo disponit de bonis suis, de quibus potest disponere per simpliẽ scripturam vel per verba solum non violentatus vel circunuentus, sed libere sine notario & testibus debitis, standum est eius tali dispositioni in foro conscientiæ, & hæredes quibus hoc constat certitudinaliter tenentur ad obseruandum illud, etiam si prius per solemne testamentum aliter disposuerat. Executores etiam tenentur ad hoc si certi sunt de vltima uoluntate inquantum possunt. Vnde Grego. 13.quæst. 2. Vltima voluntas defuncti modis omnibus cõseruetur, vbi dicit Glo. q̃ intelligitur cum voluntas est rationabilis. Nam si moriẽs vellet exhæredare filium sine causa hæc voluntas non est seruanda, in foro tamẽ causarum vbi proceditur secundum allegata & probata nisi sint sufficientes probationes per testes & huiusmodi, stabitur testamento solemniter facto, & si nullum fecit iudicabitur vt intestatus.

¶ *De donationibus.* *Cap.* 4.

QVia donatio causa mortis habet similitudinem ad testamẽtum vel legatum, ideo nunc de hmõi donatione causa mortis & postea de donatione inter viuos quæ conuenit in nomine etiam habet in aliquo similitudinem ad donationem causa mortis. Donatio causa mortis est, cum quis magis vult se habere quàm eum cui donat, magis eũ cui donat

donat quam hæredem suum, vt ff. de dona. cau. mor. l. 1. & insti. de dona. §. 2. Differunt tamē in quibusdam donatio causa mortis & legatum. Primo quia legatum semper trahitur ab hærede, sed donatio causa mortis quā doque ab hærede, quandoque a testatore. Item si quis accusat testamentum ut falsum amittit legatum, sed non donationem causa mortis, alias si ex aliqua causa rescindatur testamentum & donatio causa mortis, vt ff. eo. l. Si quis mo. & l. si debitor. Reuocatur donatio causa mortis si donantem pœniteat, vel si liberatus est de periculo in quo erat, vel si desinat conditio sub qua donatio facta fuit. ff. si cer. pe. l. non omnis. Itē si donatarius prius decedat quā donator. ff. eo. l. Si filio, & l. 1. & si. Donatio scilicet inter viuos quid sit? Respondetur secundum Hostien. est rei licitæ nullo iure cogente, mera liberalitate facta collatio.

§. 1. ¶ Quis potest donare? Respondeo donare potest pater fami. & dominus rei non ergo seruus. non filius familias ff. eo. l. filius. Item non minor 25. annis. C. si maior fac. ali. ra. fi. l. & multominus pupillus qui alienare nil potest sine tutoris auctoritate. ff. de acqui. re. do. l. pupillus. Item non monachus vel conuersus 54. dist. Abbati. Item non potest donare qui non est compos mentis vt furiosus nec prodigus. ff. de cura. furi. l. Iulianus. Sed nec is cui alienatio per legem interdicta est, vt qui commisit crimē læsæ maiestatis. C. ad l. Iuli. ma. l. fi. vel hæreticus vt C. de hære. l. Manicheus. Ita nec condemnatus de publico crimine, licet ante sententiam donare posset. ff. eo. l. post contractum, & l. donationes. §. fi.

§. 2. ¶ Cui possit donare? Respondeo secundum Hostien. cuilibet, nisi per legem prohibeatur, & quidem siue sit præsens siue absens, notus vel ignotus. Item patri familias & filiofami. dicto extraneo, nā filiofamilias suo non valet facta donatio, nisi post emancipationem C. eo. l. siue. Item nec inter virum & vxorem valeat nisi post mortem, vt dicitur infra §. 4. Item nec miles potest donare meretrici. C. de do. inter vi. & vxo. l. si ancillam, immo etiam quilibet prohibetur donare meretrici. 86. dist. c. Qui venatoribus. Si tamen donaui repetere non possum, vt infra notatur, de dam. siue dona. adulteratoribus.

§. 3. ¶ Donatio multis de causis reuocari potest præcipue modis illis quibus libertus fit seruus, vide supra in tit. de dñis. Vtrum donatio facta sub conditione sit idem quod facta sub modo? Respon. non nam illaquæ fit sub conditione, puta si tale quid sit vel fiat statim tenet, sed non extante illo potest reuocari. C. de dona. sub modo. l. 1. & 2. Et idem dicendum de venditionibus & huiusmodi cōtractibus. An coniuges sibiinuicem donare possint? Respon. non nec valet donatio, quin potius prohibita est tam de iure canonico q̄ ciuili, extra eodem. Donatio, & ff. eod. l. 1. nisi in certis casibus. ¶ Huiusmodi autem prohibitionis sunt quatuor causæ. Prima est ne propter amorem alteri coniugum nontē perādo donationibus faciliter expoliaretur. ff. eo. l. 1. Secunda ne melior in paupertatem incideret, & deterior ditior fieret. ff. eod. l. 3. Tertio ne coniuges forte intenti ad acquirendum sibi donationes, non essent studiosi liberos habendi vel educandi. ff. eod. l. 2. Quarta ne amor honestus & debiti exhibitio quæ debet esse inter coniuges præcio conciliari videretur ff. eo. l. 3. Et sic inter eos donatio non valet, etiam si fiat per interpositam personam, vt ff. eo. l. si sponsus. §. generaliter, alias in princip. eiusdem. l. nec valet inter eos remissio alicuius debiti, aut assignatio alicuius debitoris, quia hæc omnia donationes sunt. Sunt tamen casus in quibus donatio inter cōiuges valet. Et primo quidem si is qui donauit permansit in eadem voluntate usque ad mortem. Nam huiusmodi donatio morte donatoris conualescit extra eod. Donatio. Item valet donatio si alter inde non fit pauperior, licet alter fiat ditior si maritus hæres ab aliquo institutus non adeat, vt vxori substitutæ locum faciat. Item econtra valet si alter non sit ditior, licet alius fiat inde pauperior, vt si uir donauit vxori ad emendum vnguenta, & huiusmodi, vtin dicto c. Donatio. &. ff. eo. l. Cum hic status.

¶ Quibus modis donatio facta inter virum & vxorem reuocetur? Respo. reuocatur exp̄s se per pœnitentiam. ff. eo. l. cū hic status. §. 1. Item reuocat̄ si res donata p donatorē aliene tur, vt C. eo. l. si maritus. Itē si præmoriat̄ ille q donationē accepit, extra eo. donatio. Itē si diuortiū fiat vt dict. l. cū hæc status. §. si diuortiū. Item cū socer nunciū diuortii mittit cui nurui donauerat, vt in l. cū hic status. §. Si socer, & filius qui est in eius prāte sibi donare nō possunt, eo q̄ pater & filius quasi vna sunt persona. C. de impu. & ali. substi. l. fi. Fallit tamen in dote & in donatione propter nuptias quam pater filio & filiæ potest donare, Item fallit cum filiofam. eunti in castra pater donat mobilia. Item valet si pater remittat filio vsufructum quem habet in rebus §. 4.

Tit. 3. ca. 6. §. 4. &. 7.

illius

illius aduenticiis. Item valet si fiat ob alimenta. Hęc Host. Vtrum sacerdos parochialis & alii clerici siue prælati possunt donare? Respō deo quantum est de patrimonialibus vel de suis propriis quę per aliquam hæreditatem vel alio modo intuitu personę acquisierint donare possunt, extra de succes. ab intest. c. 1. Sed & de fructibus beneficiorum suorum donare possunt, quædam modica secundum eorum statum, sed non tenentur & debent donare personis pauperibus & honestis, quia quodammodo bona clericorum sunt pauperum vt personis inhonestis non licèt, vt supra dictum est. Vtrum prelati ecclesiarū donare possint? Respondeo, dicendum quod possunt quædam modica. 12. q. 2. Terrulas. cō siderata tamen rei donatæ quantitate & loci consuetudine, extra de donat. cap. Certum.

¶ *De sepulturis.* *Cap.* 5.

DE sepulturis. Nota quod quilibet est liberis ad eligēdū sibi sepulturam apud quēcunq; locū habeat ius eligēdi, & hoc post 14. annum completum siue masculus siue fęmina, etiam cōtra voluntatem parentum. Vnde Gratia, vbi quisque tumulandus sit, in uoluntate eius consistit. 13. q. 2. §. 1. Excipiuntur religiosi qui sibi nō possunt eligere sepulturam, sed in suis ecclesiis & monasteriis sępe liuntur nisi quaudo moriuntur essent adeo remoti a monasteriis sui ordinis quod non possent commode deportari ad illa, quia tūc possent eligere extra. eo. religiosi. li. 6. Impuberes vero non possunt sibi eligere sepulturam, sed parentes eorum possunt eos sepelire vbi voluerint si consuetudo terræ hoc habeat, alias non. Item siquis elegisset sepulturam in aliqua ecclesia ex hoc quod inductus fuit ad hoc iurandum vel vouendum, vel aliàs promittendum vel per quecunque clericum vel religiosum de eligendo ibi sepulturam vel electam non mutando, talis non potest ibi sepeliri, sed ibi sepelietur vbi aliàs fuisset sepeliendus si non elegisset sepultura, & inducentes illo modo sunt ipso facto excommunicati. Sed de excommunicatione habes infra, scilicet in tit. de excōmuni. & quomodo teneantur prędicti corpus restituere si fuerint requisiti ibi habes. Si quis tamen ex proprio motu vouet & iurat alicubi eligere sepulturam, secundum Host. tenetur seruare nisi postea factus esset religiosus, vel nisi locus ille quasi esset dissipatus, arg. extra de reli. do. eo. inter. Item potest quis eligere sepul-

tit. 23. c. 51.

turam dimissa antiqua, etiam in loco minus religioso, extra, eo. cum quis, li. 6. Item siquis mandaret corpus suum non sepeliri, quod & fecit Marcellinus Papa in detestationem idolatriæ commissæ non est implendum, vt notatur dist. 21. cap. nunc autem, in glo. Si proprius sacerdos corpus eius qui alibi eligit sepulturam violenter rapuerit secundum. Hostien. amittitius, quod in eo mortuario habet & ossa eorum restituet, ext. eo. ca. cum liberum. Item si aliquis conuentus totus vel maior pars eius hoc fecerit, secus crederem si minor pars, vel prælatus hoc feciſſet. Itē siquis aliàs receperit ad sepulturam alienum in casu non concesso tenetur ad restitutionem corporis si petatur. Tenetur etiam restituere quicquid occasione eius perceperit, vel percipi potuit, extra eo. Fraternitatem, in fin. & cap. ex parte.

¶ De eo aurē qui decedit nulla electa sepultura vbi debeat, sepeliri? Nota secundum. Ioan. And. super, ca. animarum, de sepul lib. 6. talis debet sepeliri in sepulchro parentum suorum exemplū patriarcharum. 13. q. 2. Hebron. extra eo. Nos instituta, & cap. Fraterni tatem, vel in parochiali ecclesia si consuetudo sit quod si talis sit alienigena vel viator, debet sepeliri apud ecclesiam in cuius parrochia mortuus est. 13. q. 1. Ecclesias, vel in ecclesia, cathedrali si sit cōsuetudo. 16. q. 1. c. 1. Clerici quoque si non eligunt sepulturam sepeliēdi sunt in ecclesia vbi sunt clerici. Item qui habet domicilium in ciuitate vel castro sed quoniam ad villam ruralem se transfert causa recreationis, vel vt ruralia exerceat & non electa sepultura moritur, non debet sepeliri in ecclesia dictæ villę, sed in sua parrochiali, vel potius in ea in qua maiorum suorum ab antiquo extitit sepultura, dummodo absque periculo ad ipsam valeat deportari. Mulier quæ plures viros habuit si non eligit sepulturam est cum viro vltimo cuius domicilium & honorem retinet tumulanda, extra eod. ca. is qui lib. 6. §. 1.

¶ Ius sepulturæ est quod competit ecclesiæ ad sepeliendum aliquos in cimiterio suo, & prouenit ex assignatione pontificatus vel pō tificis, ar. 13. q. 1. ecclesias. Competit autem generaliter ecclesiis parrochialibus & etiam aliis quibus a iure vel priuilegiis concessum est, non autem aliis. Et dicit Inno. quod cimiterium vel quæcunque sepulturæ debēt esse circa ecclesiam. 17. q. 4. sicut. Potest tamen cimiterium aliquantulum esse remotum ab ecclesia, non tamen credimus quod alicui loco §. 2. Ius sepulturæ.

etiam

etiam religioso, hospitali & huiusmodi possit accedere sepultura nisi habeat ecclesiã. Item in vno cimiterio multæ ecclesiæ possunt habere ius sepeliendi ibi parrochianos suos. Itẽ no. quòd pactum quòd fit cum rectore parrochialis ecclesiæ de non recipiẽdo aliquos vel certos parrochianos eius ad sepulturam seruari debet etiam ab his quibus a sede apostolica sepultura libera est concessa, & illi apud eos elegerint sepeliri, extra de pact. cap. pactum, lib. 6. Expensas autem funeris, tenetur hæres facere. Item si mulier habeat dotem, de ipsa dote debent fieri si non habet ad maritum pertinet. ff. de relig. & sum. fu. l. 1. Pro sepultura autem non licèt exigere pecuniam vel exactam persoluere, quia simoniacum, de quo habes, supra in 2. part. titu. 5. capit. 21. Et ibi etiam habes quomodo multipliciter dicitur sepultura.

§. 3. Eligere quis põt libere se pulturã.

¶ De sepultura quoad canonicam portionẽ. Nota quod quando quis eligit sepulturam alubi quam in sua parrochia de omnibus quę loco illi vbi eligit sepulturam dimittit, debet sua parrochialis ecclesia habere canonicam portionem de iure communi. Hæc autem canonica portio varia est secundum consuetudines. Alicubi enim est medietas alicubi tertia, alicubi quarta, & idem consuetudini est standum, extra eod. cap certificari. Et si consuetudo non appareat, standum est consuetudini ecclesiarum vicinarum, & si illa est varia secundum Goff. debetur quarta. In hac enim magis iura concordare videntur, extra eod. c. in nostra. Si autem esset consuetudo quòd nil detur. Credit Ray. quòd non valeat, quia est contra rationem & naturalem æquitatem, extra eo. cap. nos instituta, & cap. relatum, tamen secundum Host. hæc consuetudo posset prę scribi, si titulus probaretur. Et quãdo quis dimissa ecclesia illa vbi sui maiores & prędecessores soliti erant ab antiquo sepeliri eligit alubi sepulturam non debetur canonica portio ecclesiæ dimissæ, sed illi in qua consueuit audire diuina & recipere ibi sacramenta, extra eo. cap. cum quis, lib. 6. Quod si quis in vna ecclesia consueuit audire diuina, & in alia ecclesia recipere sacramenta, debetur canonica portio vbi consueuit recipere sacramenta, extra eod. capit. 1. lib. 6. Si autem rex dux, vel alter per anni circulum audit diuina & præcipit sacramenta in diuersis ecclesijs quasi habẽs duo vel plura domicilia in quibus se pariter collocat eligi sepulturam in alia ecclesia, tunc canonicam portionem diuidendi inter se ecclesiæ ille domiciliorum illius extra eo. c. cum quis, lib. 6. Quomodo autem debeatur canonica portio mendicantibus de obuentionibus ex sepulturis electis apud eos infra dicetur. cod. §.

¶ Canonica portio ſm Francisc. de Zab. post Matth. duplex est. Vna episcopalis quam recipit episcopus pro iure episcopali propter communionẽ quam habet cum ecclesijs suis, extra de testa. capitu. requisisti, & hanc debet habere de omnibus relictis factis ecclesijs constitutis in sua dioceſi, sed si sunt extra dioceſim nihil habet, aliàs ecclesia solueret duas portiones. Alia est canonica parrochialis quę debetur ecclesiæ parrochiali, de relictis factis illi ecclesiæ vbi sepelietur parrochianus eius. Et debetur hæc de relictis factis ecclesiæ sepulturæ, non autem de relictis factis aliis ecclesiis, eo. tit. cap. 1. Et de hac quarta quæ de iure datur ecclesiæ parrochiali detrahitur ab episcopo pro se quarta illius quartæ, & non solum de legatis factis simpliciter, sed etiam de legatis factis pro fabrica, vel ad cultum diuinum. A fratribus autem episcopus nullam quartam detrahit secundum Feder. quod allegat Zab. In aliquibus tamen locis episcopus est parrochialis omnium, vt Neapol. & tunc vt parrochialis recipiet quartam a fratribus. §. 4.

¶ De canonica portione de quibus scilicet rebus debeat dari, dicit Ray. quòd non tantum de oblationibus cereis, & huiusmodi, quæ ecclesia in qua corpus sepellitur recipiet in die funeris, sed etiam de aliis quæ defunctus illi ecclesiæ vbi sepelitur pro anima sua relinquit extra eod. in nostra. Cui concordat Host. Et addit q intelligẽdum est de his quæ relinquuntur occasione ecclesię vel loci, secus si intuitu personæ quãuis ecclesiasticæ, dum tamen in fraudem non fiat. Item dicit hoc intelligendum esse tam de immobilibus quam de mobilibus. Excipiuntur tamen ornamenta ecclesiæ & pecunia pro eis data vel pro fabrica anniuersario. 37. & alia ad perpetuum diuinum cultum delegata, de quibus omnibus canonica portio non debet deduci nisi fuerit factum in fraudem vt episcopus, si est consuetudo quòd episcopus recipiat istam canonicam portionẽ, vel ecclesia parrochialis frauderetur, extra de testa. cap. fin. Insuper de his quæ testator siue moriens reliquit quibuscunque aliis personis vel ecclesiis uel in communi vt pauperibus nullam portionem habebit parrochialis ecclesia vt dicit Innoc. extra eo. Si relatum, quia canonica portio nõ est præstanda, nisi ecclesiis vbi quis sepelitur §. 5.

vel

vel ad quam transit se conuertendo vel alio modo, concordat Hostien. Et nota secundum Inno. ab ista canonica portione danda ecclesijs parrochialibus non sunt de iure exempta monasteria & alia loca quæ aliàs sunt exempta, extra eo. c. in nostra, & de testa. c. requisisti, sed ex priuilegio aliqui sunt in hoc exempti, vt patet infra. ¶ Item nota ꝑm Hostien. licèt petitio canonicæ portionis pertineat ad parrochialem sacerdotem, tamen si ipsæ est negligens in petendo, episcopus poterit petere pro illo, extra de succ. c. fi. ¶ De quibusdam de quibus posset esse dubium, vtrum dari debeat portio canonica. Et primo de ingresso religionem qui moritur tpe nouitiatus, de quo dicit Goffr. ꝙ canonica portio non debetur priori ecclesię de obuentionibus ex morte eius, quamuis enim exire potuerit, non tamen exiuit, sed in religione decessit, & hoc sufficit ad retentionem quartę, extra eo. de his. Si aũt aliquis eligit sepulturam apud aliquam religionem postea intrat in ipsam & decedit. Si transit ad religionem in infirmitate qua moritur, tenetur locus ille religionis ad canonicam portionem ecclesiæ priori illius. Sed si transit sanitate vel etiam in infirmitate de qua non moritur, nõ tenetur, extra eo. de his Ray. Host. Ex hoc autem ꝙ quis recipiatur in confratrem alicuius loci religiosi, retentis tamen sibi bonis suis eligendo apud illam sepulturam nõ liberatur a canonica portione, sicut nec liberatur etiam ab episcopali iurisdictione, etiam si ipsi religiosi sint exẽpti, extra de priuil. c. cum & plantare. Gost. & Hostien. ¶ De leprosis autem intrantibus domos leprosorum & morientibus, vtrum debeat dari canonica portio priori eorum ecclesiæ. Dicit Guil. in hoc standum esse consuetudini, de iure tamen eos non teneri. Si autem infirmus de sua parrochia faciat ad aliam se deferri, & ibi moriatur, dabitur canonica portio priori ecclesiæ, extra eo. de his.

§.6. ¶ Cum defunctus ecclesiæ suæ relinquit decem, ecclesiæ autem alteri vbi eligit sepulturam relinquit mille. Dicit Ray. quod si defunctus legauit illa decem. Hoc modo quòd ecclesia esset illis contenta pro canonica sua, & sacerdos sciuit conditionem & recepit legatum, videtur renunciasse iuri suo, & ideo non poterit plus petere aliquam portionem. Sed si defunctus absolute reliquit & sacerdos absolute recepit poterit nihilominus de cęteris portionem sibi vendicare, extra de testa. c. officij. Vel saltem poterit agere ad supplementum computatis illis decem sicut filius cõstitutus in minori parte quàm legitima potest agere ad supplementum. C. de inofficio. testamen. l. si quando. & extra de empti. & vendi. c. cum dilecti. ¶ Siquis eligit sepulturam in propria ecclesia ei nihil legans, cum tamen alijs ecclesijs multa leget. Dicit Ray. quòd si est consuetudo quod eligentes sepulturam ei aliquid legent, semper poterit illud illa ecclesia petere ab hęredibus non iure actionis, nec deferendo sepulturam, sed implorando auxilium superioris, extra de simo c. Ad apostolicam, sed si non est consuetudo nihil potest petere, sed solis funeralibus debet esse contentus. Nam tenetur ex officio ipsum sepelire. Posset quoq; in hoc casu implorare auxilium iudicis aduersus hæredes, si deprẽhendatur dolus testatoris vel hæredum. Similiter aduersus rectores aliarum si ipsi in dolo deprehendantur. Item in illis regionibus vbi de omnibus mobilibus quę potest defunctus in testamento relinquere seu legare ecclesia exigit tertiam partem & morienti iniungit sacerdos quòd reuelet omnia mobilia sua, sicut dicitur in Britania minori. Credit Guiliel. quòd consuetudo hæc non debet præiudicare iuri communi, nisi sit legitime prẽscripta, & contradictorio iudicio obtenta, vel auctoritate sedis apostolicæ confirmata. Nec sufficit constitutio episcoporum illius loci nisi adsit consensus subditorum, quos tangit, nec tenetur illi præcepto morientes obedire.

§.7. ¶ De canonica portione ratione sepulturæ quomodo teneantur ad eam prædicatores & minores. ¶ Non in cle. dudum, de sepul. vbi inter cætera sic dicitur. Constituimus & ordinamus, vt prædictorum ordinum fratres de obuentionibus omnibus tam de funeralibus quàm de quibuscunque & quomodocunq; relictis distinctè vel indistinctè ad quoscunq; certos, ideò determinatos vsus, de quibus etiam quarta seu canonica portio dari siue exigi non consueuit vel nõ debet de iure, nec nõ de datis, & qualitercunq; donatis in morte seu in articulo mortis, aut infirmitate donantis seu dantis, de qua decessit quomodocunque directè vel indirectè fratribus ipsis vel alijs pro eisdem quartam partem quam auctoritate apostolica taxamus & limitamus parrochialibus sacerdotibus & eorum rectoribus seu curatis, largiri integre teneantur facturi & curaturi, ne quid in morte ab infirmis huiusmodi dandum fratribus ipsis existiment in eorundẽ dantium seu donantium sanitate sibi dari vel donari procurent, in

quibus

quibus per ipsos vitandis eorum intendimus conscientias onerare. Et paulopost, vltra portionem autem huiusmodi nil valeant parrochiales & rectores curati, aut prælati exigere supradicti. Et paulopost. Consuetudines conuentiones statuta, & pacta inquantum sunt præmissis vel alicui præmissorum contraria penitus reuocamus. Nota secundum Franc. de Zab. super ista cle. ¶Primo q̃ ius sepulturæ non competit ecclesijs non parrochialibus nisi specialiter eis concedatur, sicut hic conceditur fratribus prędicatoribus & minoribus, vt in ista Cle. paulo supra. ¶Secundo nota, quòd cum quæritur vtrum dicti fratres possint processionaliter cum cruce ingredi parrochiam inuito rectore ad suscipiendum funus eius qui elegit apud eos sepeliri. Pet. de Anch. tenet quod sic, quia hic permittitur fratribus liberam sepulturã habere, & vno permisso permittuntur præparatoria necessaria, de offi. dele. c. præterea. Sed Fran. de Zab. dicit q̃ contrarium obseruatur, quia non leuatur funus nisi iubẽte sacerdote parrochiali, & hoc tutius ne detur materiæ rixæ. Sed quod dicit Fran. alicubi non seruatur. ¶Nota tertio q̃ quoad fratres, de quibus hic canonica portio limitata est ad quartam. Et ab taxatione secundum Laur. de Zen. non licet recedi cum sit papalis distin. 19. in memoriam. In alijs autem casibus quanta sit hæc canonica statur consuetudini, vt in c. certificari, de sepul. ¶Nota quarto, q̃ si non relinquatur aliquid fratribus prędictis ab eo qui apud eos eligit sepulturam, sed frater aliquis ex eis datur executor, ad certam summam distribuendam arbitrio suo, & ipse distribuit in fratres glo. Io. And. super verbo omnibus obuentionibus refert quandã declaratoriam emanasse a Bonifacio VIII. de qua ipsa gl. mentionem facit q̃ canonica debetur, & idem dicit glo. quando decedens nihil relinquit fratribus, sed mandat executoribus, vt ipsis fratribus dent aliquid vel promittant q̃ quarta debetur q̃ etiam tenet Francis. de Zab. & Paul. qui etiam dicit locum habere hoc, non tantum de relictis ad determinatos usus siue indeterminatos, & hoc siue sit vsus sacer, vt p̃ cõstruendo capellam siue non sacer vt pro uictu. ¶Quinto no. super uerbo funeralibus q̃ dicãtur funeralia & dicit glo. ibi. quod declarauerat Benedictus in sua decretali, inter cũctas. Illa esse quæ cum funere deferuntur ita tuens ibi de candelis quæ dantur ad manus quartam non deberi. Sed quia reuocata est illa constitutio, puta etiam ex illis candelis deberi, & licèt hoc sit rigorosum, hoc tamẽ non vult litera ista, & verbum oibus puto ẽt teneri eos de his quæ leguntur pro missis dicendis. Fran. vero de Zab. post Paul. & Lau. dicit funeralia esse bona quæ obueniunt ecclesiæ ratione funeris siue ante corpus conditum in terra siue post, & de his detur canonica. ¶Sexto quærit Fran. quantum durent funeralia an. s. dum corpus traditur sepulturę, vel per totam illam diẽ vel septimam, vel 20. vel 30. diem vel anniuersarium. Recitat super hoc diuersas opiniones & non clarè soluit. ¶In septima tamen quæstione vbi quærit quid de anniuersario 20. vel 30. recitat Paulum dicentem de his omnibus deberi quod asserit sibi placere. Et subdit. Consuetudo tamen non habet q̃ detur canonica nisi de his quæ cum funere deferuntur, vel quæ offeruntur dum sumus est in ecclesia. Dicit etiã Fran. post Lau. q̃ si cum funere ducuntur equi cum armis de his deberi quarta. ¶No. septimo fm gl. q̃ cũ hæc cõstitutio sit iuris veteris correctoria, & sit restringenda, extra de reg. iur. Quæ a iure ad alios quam ad minores, & prædicatores non est extendenda. Refert tñ Fran. de Zab. Io. And. in postil. dicere q̃ Clemens quintus prorogauit eam ad hæremitas. Io. 22. ad carmelitas. Vnde si quis eligeret sepulturã apud sorores ordinis minorum vel prædicatorum, cum hæc constitutio sit restringenda, non habet locum in eis, fm Fran. de Zab. ¶Octauo no. q̃ si testator legatum soluit in vita, nihilo minus debetur quarta, quia videtur soluere, vt legatum, fm gl. Pau. & Fran. ¶No. nono, q̃ si defunctus perierit cum habitu dictorũ fratrum sepeliri, nihilominus quarta debebitur fm glo. Pau. & Fran. Nam etsi ad eorum religionem transierit in ęgritudine de qua decederet debetur quarta. ¶No. decimo, q̃ si defunctus mandauit aliqua dari singulis fratribus ad eorum commoditatem, puta emptionem librorum vel vestiũ, de hmõi etiam debetur quarta fm gl. Pau. & Io. de Lig. & Fran. quia negari nõ potest, quin illud sit relictum monasterio cum non possit religiosus capere 12. q. 1. non dicatis. ¶Item si defunctus reliquit alicui q̃ in ecclesia fratrũ faciat, construi capellã vt emar illi ornamenta nihilominus etiam debetur quarta fm Io. de Lig. quod placet Fran. ¶Vndecimo no. q̃ si testator donauit in mortis articulo, vel legata in vita soluit postea ecclesiæ sepultura interdicitur, ita q̃ ibi sepeliri non potest. Dicit Pau. q̃ nihilominus debebitur canonica. Et idem dicit videri si casu alubi sepelitur, qa forte apud primos

non potuit deportari, sed contrarium tenet Fede. in consilijs. Et idem Franciscus de Zab. dicēs, ꝙ si perpetuo debet remanere sepultus in alia ecclesia solum de relictis illi ecclesiæ, vel de funeralibus dabitur canonica, quod probat per litteram huius Clemen. vbi determinatur quartam dandam solum ab ecclesia in qua quis sepelitur. ¶Duodecimo nota prædictos fratres non teneri ad hāc quartam de his quæ relinquuntur eisdem per eos qui apud illos non sepeliuntur ſm Innocentium, Ab Archid. & glo. Et hoc est verum nisi fieret in fraudem, vt. s. moriens propterea alubi eligeret sepeliri ad suggestionem fratrum quibus legat ne teneatur ad quartam, quia tunc debetur quarta. ¶Nota tertiodecimo ꝙ si episcopus sepeliatur in monasterio mendicantium nihilominus canonica debetur, & hoc cathedrali ecclesiæ quæ est parrochia episcopi, & ibi debet iacere nisi aliud disponat ſm Fran. ¶Nota quartodecimo ꝙ si scholaris in studio elegit sepulturam apud fratres & eis ligauit de bonis quę habet in partibus suis, ꝙ quarta dabitur prout probabiliter dici potest illi ecclesię, in cuius parrochia pro maiori parte anni moram traxit, obseruatur tn̄ ꝙ detur quarta parrochiali ecclesię in qua morabatur tpe mortis. Et hoc quando ecclesiæ sunt diuersarum dioceſium, quia si essent in eadem dioceſi tunc fieret diuisio inter ecclesias. ¶Nota quintodecimo ꝙ dicta quarta potest peti, & a fratribus & ab hæredibus ſm glo. & Paulum etiam dicit ꝙ si hæredes soluunt curatis liberati videntur a fratribus saltem ope exceptionis doli. Fran. dicit ꝙ glo. est vera anteq̄ soluantur legata possent curati quartam vendicare, sed hodie antequam vendicent, soluta sint legata fratribus nihil amplius potest ab hæredibus peti, quia soluerunt vt mādauit testator per hoc littera ista quæ nihil mandat hęredibus, sed tantum ipsis fratribus ꝙ tantum quartam soluant quod tenet Zen. Si tamen hæredes soluerunt quartam curatis, tūc procedit dictum Pauli, ꝙ si fratres petant integrum legatum poterunt excludi exceptione doli. ¶Nota sextodecimo ꝙ fratres procurantes fraudes circa istam materiā, vt quia procurant relinqui sororibus sanctæ Clare vel amicis de quibus confidant qui non tenentur ad canonicam, quæ exempla ponit Paulus & huiusmodi, ꝙ in hoc casu tenentur ad duo, scilicet ad restitutionem eorum in quibus damnificati sunt curati & quoad rationem coram Deo, ꝙ si fratres qui procurauerunt hanc fraudē non absoluendi. Dicit Lau. ꝙ per ordinem fiat restitutio iuxta ordinem positum de priuil. clemen. religioſi. Nota decimoseptimo & vltimo ꝙ ad quartam istam soluendam non possunt compelli per ordinarium, nec ratione huius habet iurisdictionē aliquam contra eos, quia obstant eorū exemptiones. Per clemen. enim istam reuocantur priuilegia quorumcunq; etiam exemptorum inquantum impedirent solutionem quartæ, sed per hoc non tolluntur priuilegia exemptionis cum obligatio ad quartam possit esse durante exceptione. Sed coertio fit per suum iudicem, scilicet Papam vel legatum, nisi aliud concederetur ordinarijs, secundum Glo. & Paul. licet aliqui contrarium dicant. Sed nota ꝙ Ioan. 22. qui promulguit clem. concessit ordini prædicatorum priuilegium ꝙ de legatis ad perpetuum cultum factum ecclesijs ipsius ordinis ab eligentibus ibi sepulturam, aut etiam pro fabrica, pitantijs, victu & vestitu, vel anniuersarijs septimo 20. vel 30. aut etiam de his quæ absolute fratribus legantur in vltimis voluntatibus nec fratres nec executores testamētorum teneantur aliquibus ecclesijs ad canonicam portionem. Quod priuilegium fuit postea per Greg. 11. & per multos alios innouatum, sed quia ipse Ioan. post concessionem priuilegij promulgationem fecit Clemen. & in promulgatione constitutiones instituuntur & habet vigorē, ideò aliqui doctores dicebant clemen. frangere & tollere ipsum priuilegium. Alij contra ꝙ priuilegium frangebat, tandē Martinus quintus inuocans dictum priuilegium declarauit, ꝙ non obstante clemen. dudum, non tenemur ad canonicam portionem. Similiter ibi declaratur ꝙ illud verbum priuilegii saluaiustitia illarum ecclesiarū de quibus mortuorum corpora assumuntur nō intelligitur de his de quibus fit mentio in priuilegio, de quibus non debemus soluere quartam, sed de alijs puta funeralibus. Sic ergo de funeralibus debemus quartam dare non autem de legatis. Et quæ sunt funeralia iam dictum est. Vnde de ipso tenore ipsius priuilegij plenius supra in prima parte vbi plenius habetur.

¶De sepulturæ prohibitione. In ecclesia vel cimiterio siue loco sacro non debent sepeliri infrascripti. §.8. ¶Primo nullus infidelis nec. Iudæus nec paganus nec hęreticus etiam si post mortem appareat de hęresi. de consec. dist. 1. ecclesiam, & 24. q. 2. sane. ¶Secundo prohibetur morienti in torneamento. Et exponit Host. etiam si quis ibi vulnus letale acceperit, licèt postea superuixerit qui quamuis pœniteat,

teat & ei eucharistia non negetur carebit ecclesiastica sepultura, extra de tornea. c. 1. hoc tamen de illo intelligitur q. venit causa exercendi se in torneamento. Et secundum Guil. de armigeris eorum qui eis in armis seruiũt: secus de astantibus causa curiositatis & huiusmodi. extra de tornea. c. 2. ¶Tertio prohibetur sepultura illis qui se occidunt. vt 13. q. 2. quibus. & 23. q. 5. placuit. quod intelligẽdum est secundum Guil. si interfecerunt se ex desperatione vel iracudia: secus si ex fatuitate & huiusmodi. Vnde sic dicit. Bern. extra e. ex parte. Si quis propter fugam præcipitaret se in aquam quia sic credebat inde euadere nó imputatur ei, etsi contrarium eueniat, & hoc cum pro bono & licito hoc facit. ar. di. 13. neui. 23. q. 5. de occidendis. ¶Quarto prohibetur ei de quo est certum & manifestum non fuisse confessum: vel nó communicasse semel in anno. extra de pœ. & re. c. omnis. Et hoc intellige nisi se super hoc emendasset in articulo mortis confitendo & communicando, vel saltem signa contritionis & huiusmodi emẽdationis ostendisset in fine; quia tunc non negabitur sepultura, quod etiã dicit Io. de Imo. ¶Quinto prohibetur monacho qui reperitur proprietarius in fine, extra de sta. mo. c. super quodam, talis debet sepeliri in sterquilinio. ¶Sexto blasphemus Dei, extra de maledi. in fi. ¶Septimo generaliter quilibet notorius peccator decedẽs in ipso notorio mortali est priuãdus sepultura ecclesiastica 13. q. 2. quibus, & c. non æstimemus. Et hoc locum habet si non sint ecclesiæ reconciliati per pœnitentiam, vel si non apparent saltem signa contritionis eis, ad quod probandum sufficit vnus testis. 26. q. 6. qui recedunt quia tunc sepeliendi essent. Sed hęredes tenentur satisfacere pro eis, extra eo. parrochiano, excepto tamen eo qui moritur in torneamento, vt dictum est. Item prohibetur sepultura manifestis vsurariis. Item tempore interdicti illis de illo loco vbi est positum interdictum dum durat. Item excommunicato excommunicatione maiori etiam iniuste. 23. q. 2. sane. Item excõicato etiam minori quando. s. hoc est notoriũ secũdũ Guil. De his plura habes pertinẽtia ad declarationẽ, infra. ¶De sepultura aũtalium. Nota q; si aliqui sprædictorum qbus de iure prohibetur sepultura ecclesiastica sepultus fuerit in sacro loco, si corpus eius discerni possit ab ossibus aliis, exhumãdus est & proiiciendus est extra locum sacrum, alias non extra e. sacris. & ecclesia siue cimiterium reconciliandum, extra de conse. eccle. consuluisti, occulti tamen peccatores sunt sepelien di, quia manifestari non debet peccatum alterius occultum per viam istam, latentia. n. peccata vindictam non habent. Dicit. Aug. puta confitetur aliquis parrochiali de aliquo crimine occulto qđ non proponit dimittere pp quod nec absoluitur, si talis petat alia sacramenta, parrochialis non potest denegare, nec tandem ecclesiasticam sepulturam. ¶Sepeliẽtes autem tales scienter peccant mortaliter: quia contra decreta, & ordinationes ecclesiæ faciunt. ar. 25. q. 1. violatores. Sepelientes autem scienter publice excõicatos vel nominatim iterdictos vel manifestos vsurarios vltra peccatum ẽt incurrunt maiorem excõicationem, cuius materiæ declarationem habes diffuse. in tit. de excommunicatione. Ipsis ẽt sepultis nocet si hoc procurarunt, quia de sua præsumptione grauius in inferno puniũtur. Vnde Gre. Quos peccata grauiora deprimũt, si se in sacris locis sepeliri faciunt, restat vt de sua præsumptione iudicentur. 13. qųestio. 2. cap. Cum grauia. Tit. 24. cap. 5.

¶De quibusdam de quibus possit esse dubiũ verum debeant sepeliri in loco sacro vel sepulti dimitti. ¶Nota ergo primo q; si aliquis parrochianus sit mortuus qui non sit confessus infra annum suo sacerdoti, nec accepit eucharistiam, quamuis videatur q; sacerdos possit ei interdicere sepulturam per. c. ois vtriusque. de pœ. & re. Io. tamen de Imo. credit cõtrarium. Ratio quia in dubio debet pręsumi q; non deliquerit, & q; non fuit immemor salutis æternæ. 1. q. 7. Sacimus, Potuit enim aliis legitime confiteri, quia mẽdicantibus fratribus, vt patet ex cle. Dudum, & de eius consilio abstinere ab eucharistia, & non debet prę sumi quod non fecerit. Idem si delictum tale esset occultum, & per hoc non debet publicari, ergo &c. Raptori rerum per violentiam si habet vnde possi reddere ablata nisi restituat, vel securitatem plenam de reddendo faciat, denegabuntur ei sacramenta & sepultura. Si vero cum haberet vnde redderet, distulit vsque ad mortem pęnitere, & tunc est impotens ad restituendum si alias est contritus & dispositus ad restituendum si posset, dabũtur ei sacramenta, sed priuabitur sepultura ecclesiastica ad terrorem aliorum, nisi parentes vel amici eius vellent restituere pro eo, quia tunc non priuabitur sepultura. Et multo magis priuabitur sepultura, immo & sacramẽtis si est impęnitens. extra de rapt. c. ex literis, & c. super eo. Et intelligitur iste rigor de raptoribus manifestis non occultis, secundum In §. 9.

noc.ar.in dicto c.super eo.Suspensus vel alio modo institutus propter scelera sua si moriatur impœnitens denegantur ei sacramenta & sepultura.Sed si sunt contriti, sicut nec pœnitentia nec viaticum, ita nec sepultura negandaest 13.q.2.c.fi.Verum ad deponendū eos de patibulis requiritur licētia iudicis seculāris qui debet faciliter eam concedere.Mulier prægnās si ipsa mortua certum est & prolem quam habet in vtero mortuam sepeliendam esse cū ea.Sed si dubitatur de vita prolis scindenda est, & separandus fœtus & si mortuus inueniretur, tunc extra locum sacrum fœtus recondetur, secundum Host.De cadauere autem iam sepulto vel etiam sepeliendo, quia si dubitatur vtrū sint Christiani vel infideles, vel excommunicati in meliorem partem interprætandum est nisi aliqua probabilitas esset de oppositō.23.q.2.Non æstimemus.

TITVLVS VNDECIMVS, DE statu hospitalariorum, & de iurisdictionibus & cæteris ad ea pertinentibus.

¶*De conditione hospitalariorum. Cap.* 1.

EGO autem medicus sum & pauper dominus sollicitus est meis Ps.39 Clarum est quod secundū corticem literæ illud non potest intelligi de ipso Dauid loquente, cum non fuit pauper, sed diues & rex Israel. Spiritualiter autem.i.de paupertate internali ipse, & quilibet iustus dicere potest, quia mendicus sum in gratuitis bonis nil ex me habens, & pauper in naturalibus parum.s.habens vigoris in cognoscendo verum & appetēdo bonum. Sed dominus sollicitus est ad prouidendum homini de vtroque per legem, & etiam sacramenta. ¶Quantum autem ad literam loquendo in persona Christi, certum est qđ Christus fuit pauper & mēdicus quoad vsū temporaliū. Vt enim ait Apostolus ad Eph. 2. Deus qui est diues in misericordia pp nos egenus factus est vt nos sua paupertate ditaret. Et cum etiam sm humanitatem omnium rerum dominium haberet, propter quod Io. in Apoc. vidit ipsum Dei filium habere in femore suo.1.in humanitate.Rex regum & dominus dominantium.Vnd & Pilato dixit, tu dicis, quia rex sum ego.Io. 18.tamen vt pauper & mendicus viuere voluit vt nobis exēplum præberet.s.contemptus mundanorum secundum illud.Augustī. Omnia terrena contempsit homo Christus, vt contemnenda esse demōstraret.Pauper ergo fuit, quia (vt ipse ait.) Filius hois non habet vbi caput suum reclinet.Mendicus, quia ex eleemosinis q̄ sibi & discipulis dabantur sustentabantur illa habēs in cōi cum apostolis.Vnde Aug.Habebat dñs loculos oblata a fidelibus conseruans, vt suis & aliorum necessitatibus prouideret.23.q.4.duo ista.Pauper natus est quē mater pannis vilibus inuoluit & reclinauit in præsepio. Sed dñs sollicitus fuit de eo mittendo reges Magos qui eum honorarent, & auro cōtra inopiā subleuarēt.Sed mater sanctissima sciens filium amplecti paupertatem.Cito sm Bern. Dispersit dedit paupertatibus.Ita vt in die purificationis non agnum, sed par turturum vel pullos columbarum, quod erat sacrificiū pauperum offert.Luc.2.Conuersaturus in mundo pauperem scholam discipulorū elegit ipse pauper, sed mulieres sanctę quę eum sequebantur in doctrina audienda ministrabant ei de facultatibus suis, vt dicitur Lucę.8. Et nudus in cruce mortuus præ paupertate & mendicitate, sepultus est in alieno sepulchro, & expensis alienis, sicut ergo dominus sollicitus fuit eis in conuersando inspirando mulieres, & alios ad subueniendum suæ necessitati, ita & in morte ad prouidendum de sepultura. Pauperes (ait ipse) semper habetis vobiscum. Matt.26.Et alii quidem paupertatem ferunt inuite, alii impatienter sustinuerunt, alii sponte assumunt, vt veri religiosi dicentes cum Hier. habens victum & vestitum his contentus ero nudam crucem, nudus sequar.12.q.1.Clericus quamuis enim in ea non consistat perfectio animæ, sed in charitate secundum Apostolum ad Coll.3.super omnia charitatē habete, quod est vinculum perfectionis quod diffuse declarat B.Tho.2.2.q.184.ar.1.& Io. Cassianus in colla.1.Moysi.est tamen instrumentum tendendi ad perfectionem. Omnibus tamen pauperibus inuitis vel voluntariis dominus sollicitus est prouidendo eis. Et pauper quidem dicitur quasi parum habens in pera. Sed mendicus quasi manu dicens, quod plus est, scilicet petens eleemosinam, & propterea inspirauit mentes hominum ad fouendum hospitalia in quibus prouideatur pauperibus, & mendicis siue sanis, siue infirmis, siue paruulis derelictis, vndei & quilibet eorum dicere potest cum suo capite Christo. Ego mendicus sum & pauper, dominus sollicitus est mei. Potest etiam dici, quòd ideo post mendicitatem, addit & pauperratem tanquam

Matth. 28.

Luc. 2.

Mat. 2. Pſ. 111.

1.Tit. 6.

Apoc. 19.

tanquam quid plus, quia mendicus petens aliquando multa recipit, & sic non erit pauper, sed quando etiam petendo parum inuenit, tunc est mendicus & pauper, vt Lazarus vlcerosus mendicus petens a diuite epulone, sedet pauper & nemo illi dabat de micis quę cadebant de mensa diuitis. Luc. 16. Sollicitus est autem dominus horum pauperum tripliciter nec eos deserit.

Pauperes a domino nō derelinqui.

¶ Plures homines ad hospitalia pro eis facienda, dotanda & per legata & eleemosynas augenda inspirando.

¶ Ad hospitalia ipsa regenda, pauperibus seruiendo & prouidendo alios instigando.

¶ Ad ipsa conseruanda & diligenter exercendam hospitalitatem prælatos ad hæc inquirenda mandando.

§. 1. ¶ Quantū ad hospitalarios & seruitores pauperum. Sciendum q̄ oportet eos esse munitos magna patientia & benignitate, nec attēdant ad qualitatem eorum qui aliquando ingrati & discholi sunt. Sed ad personam quam repræsentant in sua necessitate, scilicet dominū Iesum Christum, qui ait. Matth. 25. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Et ad prēmium quod inde habent expectare, scilicet regnum cœlorum. Dicitur enim eis a Christo (vt ipse testatur.) Venite benedicti patris mei percipite regnum vobis paratum, & quasi causam concessionis regni assignans subdit. Esuriui. n. & dediſtis mihi manducare &c. hospes eram & collegiſtis me. s. in peregrino vos hospitalarij infirmus fui, s. in paupere infirmo & visitaſtis me vos seruitores seruitorum. Et certum est q̄ quilibet bonus filius patri suo, seruus domino, amicus amico cum magno affectu & diligentia debet seruire in necessitatibus, sed multo magis fieri debet Christo patri domino amico nostro in pauperibus, caueat tamen sibi a peregrinis ne asportent bona hospitalis. Vt enim dicit Gratianus de Pe. dist. 1. Mus in pera, ignis in sinu, serpens in gremio, male remunerant hospites suos. Cum charitate autē & benignitate recipiat, non cum murmuratione, secundum illud Apostoli. Hospitales sine murmuratione. Circa infirmos autem debet hospitalarius tria obseruare. Primo vt prouideat eis de sacramentis & valde laudabilis mos est, vt in principio quando hospitale intrat infirmus si potest confiteatur vel postea, vel quando aggrauatur infirmitas, & de confessione communione & extrema vnctione prouideat tpe suo per se vel per alium sufficientem, & si non habet mittat pro aliquo idoneo, & debonis suis permittat infirmum disponere ad placitum, potest tamen ei recommendare hospitale, quod etiam ex se ille libere debet facere. Secundo debet de necessarijs eis prouidere, non solum ad victum, sed etiam medicum & medicinas si est hospitale pro infirmis deputatum, hoc tamen secundum facultatem hospitalis. Et medici etiam si non reciperent salarium vt quia hospitale esset tenue, gratis debent prouidere. Mortem. n. languentibus probatur inferre qui hanc cum potest nō excludit, inquit Symachus Papa dist. 83. Si autem est opulentum congruum est ei prouidere de congruo salario, quia nemo cogitur de suo facere beneficium. Tertio debet eum per se vel per alios hortari ad patientiam bonis verbis & sanctorum exemplis qui patienter sustinuerunt graues & diuturnas infirmitates & necessitates, vt Iob. Thobias. Gregorius Papa, Bernardus, Aegidius, & alii, & stimulū datum Paulo Apostolo. Augustinus & quidā alij intelligunt fuisse aliquam infirmitatem corporalem siue iliacam passionem, siue dolorem capitis, qui tamen dicebat. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus Christi 2. Cor. 12. Et Ambro. de pœni. dist. 1. quod nocet corpori, iuuat spiritum, & ægritudo carnis peccatum repellit. Et si infirmus conqueritur, debet tamē seruiens ei compati & consolari non increpare dure. Diabolus enim aliquādo stimulat infirmum ira & seruientem tedio & impatientia, vt ab vtrisq; auferat meritum suum. ¶ Vnde legitur de quodam invitaſpatrum dicto Eulogio, qui susceperit quændam pauperem leprosum in domum suam ad seruiendū in obsequium Dei, & post plures annos, quibus Eulogius cū omni diligentia deseruierat. Demum cæpit leprosus instigante diabolo turbari & de omnibus quæ sibi Eulogius faciebat inseruiendo conquæri, etiam eum contumeliando & petendo quòd reponeret enim in locum pristinum, vnde sumpserat. Propter eius perseuerantes quærelas quasi incitabatur eum dimittere, sed saniori ductus consilio persuasit infirmo, vt ambo accederent pro consilio in hac re ad sanctum Antonium, quibus aduenientibus auditis beatus Antonius leprosum reprehendit de sua ingratitudine erga seruientem, & Eulogium de sua impatientia & tedio erga infirmum irascentem declarans hoc procedere ex inuidia diaboli qui procurabat per hoc eos perdere meritum acquisitum suorum laborum, exhortans eos ad constantiam quia in breui esset remuneratio eorum qui

2. Cor. 12.

De Sctō Eulogio

13. q. 1. c. 2. in fi.

1. Pet. 4.

consolati reuertentes ad sua in bona patientia, inde ad modicum migrarunt ad dominum lęto fine.

§. 2. Epos circa spũalia solicitos esse.

¶ Quantum autem ad episcopos spectat prę latos & patronos, circa hospitalia debent habere diligentiam quòd hospitalitas ibi seruetur, secundum illud ad quod sunt ordinata & temporalia bene dispensentur, vnde dicitur extra de relig. domi. de xenodochijs & alijs similibus per sollicitudinẽ episcoporum in quorum dioceſi existunt, ad eisdem vtilitates quibus constituta sunt ordinentur, & super hac decretali eximius doctor Lapus de Castella, fecit contractum cum quæstionibus centum, vel circa quæ infra ponuntur breuiter ad declarationem huius materiæ hospitalium, & in c. ad hæc. dicit Vrbanus, q̃ si locus ad hospitalitatis vsum & pauperum prouisionem fuerit sicut moris est auctoritate pontificis constitutus cum sit religiosus non debet humanis vsibus deputari, sicut de vestibus, & ligneis vasis, & aliis vtensilibus ad cultum religionis per Pontificem deputatis, & 10. q. 1. dicitur. quæcunq; res ecclesiasticę sunt, conuenit cum omni diligentia & bona fide quæ Deo debetur quia oia prouidet & cuncta iudicat gubernari & dispẽsari cum iudicio epi & potestate, cui totius plebis animæ sunt commisse, ex consilio Anthiocheno, quod intelligitur quando hospitale non habet patronum vel non exemptum. Nam si habet patronum, ad eum patronum pertinet prouidere de rectore, vt infra declarabitur, & ad episcopum visitare, vt infra patebit. ¶ In clem. quia contingit de relig. do. quia hospitalium rectores locorum ipsorum cura postpõsita, bona res & iura ipsorum interdum ab occupatorum & vsurpatorum manibus excutere negligunt, quinimmo ea collabi & deperdi domos ædificia ruinis deformari permittunt & nõ attento q̃ loca ipsa ad hoc fundata & fidelium erogationibus dotata fuerint vt pauperes recipe rent inibi, & ex prouentibus sustentarentur eorum id renuunt inhumaniter facere, prouentus ipsos in vsus suos damnabiles conuertendo &c. Sancimus vt hi ad quos pertinet loca ipsa studeant in prædictis omnibus salubriter reformare, ac occupata & perdita & alienata in statum debitum reduci faciant ad ipsarum miserabilium personarum receptionem & sustentationem debitam iuxta facultates eorum rectores ipsos compellere nõ omittant, in quo si commiserint negligentiam vel defectum, ordinarijs locorum iniungimus, vt etiam si pia loca prędicta exceptionis priuilegio munita consistant per seipsos vel alios impleant omnia prædicta, & singula & rectores eosdem vtiq; non exemptos propria. Exemptos vero & alias priuilegiatos Apostolica ad id auctoritate compellant contradictores cuiuscunq; status aut conditionis existant, ac præbentes eisdem contra præmissa consilium, auxilium, vel fauorem per censuram ecclesiasticam, & aliis iuris remedijs compescendo &c. Ex ista clemen. declarantur multæ ex quæstionibus infra positis, vnde frequenter allegatur.

¶ *De his quæ pertinent ad hospitalarios, & hospitalia.* *Cap.* 2.

NOtandum primo q̃ hospitalia diuersis nominibus nuncupantur, vt enim dicit glo. 23. quæst. 8. sancimus. Dicuntur enim aliquando sinodochia, & est sinodochium locus venerabilis vbi pauperes & peregrini recipiuntur. Dicitur autem patrochium locus scilicet vbi pauperes & propter senectutem soli infirmi curantur. Orphanorrophium est locus vbi pueri parentibus orbati pascuntur. Orphorrophium est locus in quo infantes aluntur. Dicuntur & aliis nominibus magis vsitatis, vt domus Dei, domus misericordiæ, domus fraternitatis, domus pietatis, domus sancti Lazari, & huiusmodi. Et dicit Lapus de Castellion. quòd primus hospitalarius fuit Ioticus nomine, vt C. de episc. & cle. l. 1. Sed quoad recipiẽdum peregrinos in domo propria legitur de Abraham. Gen. 18. quem imitatus est Loth nepos eius. Gen. 19. In nouo autem testamento fuit Martha, quæ recepit frequenter Christũ in domo sua in Bethania. Luc. 10. vnde dicitur hospita domini. Quæritur autem secundo vtrum possit institui ali qua religio ad hospitalitatem. Et respondet Lapus allegando Thom. 2. 2. q. 188. ar. 3. quòd sic. Et ratio est, quia cum status religionis sit quasi quoddam exercitium perducendi ad perfectionem charitatis. Charitatis autem diuersa sunt opera, quia quædam pertinentia ad vitam contemplatiuam qua vacatur Deo, quædam ad actiuã quia intenditur charitati proximo. Inter omnia vitæ actiuæ quibus exercetur charitas ad proximum est hospitalitas sumendo large. Sciendum est tamẽ quòd aliud est religionem esse fundatam ad hospitalitatem, vt religio cruciferorum & sancti Antonij de Vienna, & sancti Galli de Florentia, & huiusmodi. Aliud est religiosos habere hospitalia, & Sancti Ioannis Hierosoli-

rosolymitani & sanctę Mariæ Theutonicorũ, & Kalatrensium & huiusmodi. Et primo modo illud est exercitium cui principaliter insistere dicunt, & principale instrumentum per quod venire debent ad perfectionem charitatis. Secundo modo habent pro principali aliud exercitium & instrumentum quo tendunt ad perfectionem, tamen & hospitalitatem seruant ad quam generaliter tenentur, omnes clerici, vt putet dist. 42. per totum. & multo magis religiosi. extra de præbend. c. de monachis. Vnde Hiero. ait in quadam epistola. Omnes ad nos venientes lęta fronte susci pimus & eis pedes abluimus pręter hæreticos. Et Benedictus hoc etiam mandat in regula, immo etiam & quadam pia coactione inuitandi sunt, exemplo illorum euntium in Emaus, qui Christum ęstimantes peregrinũ coegerunt ad manendum. Lucæ vlti. capit. Et multo magis facere tenẽtur habentes ad hoc hospitalia ordinata de quibus dictũ est. Quæritur vtrum religiosus possit præfici hospitali. Respondet Lapus. q; glo. de reli. do. in cle. tenet quod non. Et ratio est, quia quod monachus extra monasterium intituletur, hoc est propter curam animarum. de regula. c. super eo. Vbi ergo hospitalis regimen cura careat cessat ratio ista, ergo non potest ibi præfici, idem tenet Fede. de Senis in consilio 28. Et Paulus de Lea. in clem. cum contingit de religio. dom. addens nisi esset hospitale alicuius religionis. Lapus autem dicit distinguendum q; si religiosus ille qui pręficitur sit religionis quæ principaliter est fundata, & dedicata hospitalitati, vt sancti Antonij, & sancti Galli de Florentia, & huiusmodi, non video quare non possit præfici hospitali. Sed si religiosus non est talis religionis, s. principaliter institutæ ad hospitalitatem. Tunc subdistinguitur quia aut hospitale est annexum ecclesię curatæ, & tunc præfici potest propter curam aut etiam ipsum hospit ale habet collegium religiosorum a quibus eligitur hospitalarius, vt in sancto Gallo de Florentia, & tũc etiam poterit præfici religiosus ibi, quia curam habet & iurisdictionem in collegium. de ele. c. dudum. 2. aut etiam hospitale est de mẽsa, & proprietate talis religionis, ita quod spectat ad dictam religionem regimen dicti hospitalis non tamen instituitur ibi certus & intitulatus rector. Et tunc idẽ sicut pñt mitti ad alia opera & loca promouenda, & custodiẽda. & sic mittuntur ad litigandũ & allegandũ & aduocandum, multo fortius ad curandum pauperes. Si aũt hospitale est siue cura animarum quod requirit certum rectorẽ per se tũc dico q; licèt sit certe religionis ad quam spectat illud conferre, non credo religioso posse conferri, quia non cessat prohibitio, nec credo valere consuetudinem in hoc, sicut nec valeret in hoc quòd religiosus præficeretur beneficio simplici. Sed quid de cõuersis religionum quę non sunt principaliter institutæ ad hospitalitatem nunquid possunt præfici hospitali, eo casu quo non potest prefici monachus? Respondet Lapus, quòd si est laicus & illiteratus potest ei committi, nam committitur ei cultura agrorum ædificare, & alia mechanica, fortius officium curandi pauperes. Cessat enim in eo causa prohibitionis. Nam hæc cura non facit in eo cessare contemplationem vel prædicationem, quia hæc non exercet in monasterio. Sed si conuersus esset clericus & literatus, quia tenetur ad officium vt monachi non posset talis præfici hospitali. Sed nunquid potest committi regimen hospitalis mulieri? Respondet Lapus, quod potest si est hospitale sine cura animarum. Et ratio, quia non est dare in iure regulas hoc prohibentes, & quod non est prohibitum intelligitur esse concessum 13. q. 1. cap. 1. sed & mulieribus committitur cura & regimen monasterii quæ habent annexa hospitalia, & sic regunt vtrunque, ergo fortius hospitale tantum, & hoc puto verum si esset hospitale deputatum ad receptionem mulierum, quo casu esset honestissimum. Credo tamen quòd consuetum regi per masculos non posset committi mulieribus, quia mutatur per hoc status beneficii. Et si obiiceretur clement. quia contingit de religios. domin. quæ dicit quòd committantur prouidis viris, &cæt. ergo non mulieribus. Potest responderi, quòd ibi masculinum concipit fœminum, sicut & de elect. c. generali. libro 6. & 17. q. 4. si quis suadente.

§. 1. Hospitalis regimẽ pót duobus cõmitti.

¶ Nunquid potest regimen hospitalis committi duobus? Respondet Lapus quòd sic. Nam tales æquiparantur tutoribus, & instar tutorum debent facere inuentarium & assignare rationem singulis annis, vt in cle. quia contingit de reli. do. Sed constat q; plures tutores possunt dari vni pupillo & quilibet eorum administrare insolidum nisi certus modus & forma alia a testatore quomodo se habeant in administrando imponatur. Vnde & tales rectores hospitalium dicuntur potius habere beneficium quam officium, quod puto verum in hospitalibus, quæ non conferuntur in beneficium ecclesiasticum, sed ad curã

& gubernationem ſecundum clement. quia contingit. Et poteſt committi cura inſolidum vel etiam quòd vnus ſine alio non adminiſtret quod congruentius eſſet. Sed quę conferuntur in beneficium vendicant ſibi locum ſecundum regulam beneficiorum eccleſiaſticorum, id eſt, vt tantum vni conferantur, puta etiam quod ſi conſueuit gubernari per vnum non poteſt committi duobus. Sed cum committitur duobus nunquid poteſt committi, ita quod vnus ſit maſculus alius fęmina? Reſpondet Lapus, quòd ſi eſt verum quod ſupra firmatum eſt, ſcilicet qđ fęminæ poſſit committi & hoc maxime quãdo hoſpitalia ſunt diſtincta, vt illud quod eſt pro mulieribus gubernetur per hoſpitaliſſam, & quod eſt pro viris per hoſpitalarium. Nec eſſet hoc abſonum quòd hoc exprimeretur in commiſſione. Et ſic maritus & vxor poſſent prębendi vni hoſpitali, ita quòd maritus eſſet hoſpitalarius pro viris, & vxor hoſpitaliſſa pro mulieribus, & maxime in his hoſpitalibus quæ habent habitationes diuiſas virorum & mulierum qui ſibi recipiuntur ad hoſpitium. ¶Sed quęritur viceuerſa, vtrum vnus poſſit præfici in duobus hoſpitalibus, & quamuis prima facie videatur quòd non, quia videntur incompaſſibilia cum vtrunque requirat perſonalem reſidentiam, & ſic in vtroque deſeruire non poſſunt vt dicitur a ſimili de beneficiis in c. de multa, de prębend. Contrarium tamen dicit Lapus, quod videtur verum. Et ratio eſt, quia dici non poteſt quòd de iure communi hoſpitale requirat perſonalem reſidentiam de neceſſitate, & maxime continuam. Nam poſſet deſeruire per alium, & ſic æqualiter in vtroque ſe collocare, prouidere & aſſiſtere & conſulere in occurrentibus, & ad hoc facit quod notat Ioann. Cal. in cap. ſuper inordinata. de prębend. vbi dicit quòd poteſt quis habere eccleſiam non curatam. in 14. anno ætatis quia etſi in tali ætate non poſſet ipſe dicere miſſam per ſe ad quod ordinatur eccleſia, poteſt tamen dicere per alium nec ius arctat rectorem eccleſiæ, vt per ſe hoc faciat, & ſic poſſet quis habere plura beneficia ſimplicia, quod communiter ſeruatur, & deſeruire per alium in vno eorum cum non poteſt per ſe, & multo fortius hoc in hoſpitalibus ad ſimilitudinem tutorum, qui poſſunt ſimul plures tutelas gerere & pro vtroque cauere & vtrique per ſe diligenter & alias vacare, & maxime cum hoſpitalia ſunt in vna dioceſi, & fortius in vna parrochia, & multo magis in vno fundo, vel vna via vicina. Et quod dicit Ioan. An. de conceſſ. præb. in Rubrica. qđ habens beneficium curatum, recipiens ſecundum, quod de ſtatuto, vel aliàs requirit reſidentiam, non ex hoc vacat primum, ſed eſt, prius ſi hoc caſu neceſſaria admonitio. Et idẽ tenet Inno. & hoc idem intelligendum eſt de hoſpitalibus quę conferuntur in beneficium, & ea ratione ſi non ſunt curata, vel hñti collegiũ, quia tunc idem eſt iudicium habendum vt de pręb. c. de multa. Et qꝑ vnus poſſit habere plura hoſpitalia ſimul tenet Guil. de Monte Laud. in cle. per literas. de præb. Fateor tamen concludit Lapus hoc nõ eſſe vtile & honeſtum. Et poſſit epiſcopus cogere rectorem ad dimittendum alterum, maxime ſi minus diligenter prouideret vtrique, quod in beneficiis ſimplicibus dici ſolet. ¶Sed nunquid poteſt quis habere beneficium curatum & hoſpitale? Reſpondet Lapus, quod ſic eadem ratione. Et multo fortius hoſpitale & ſimplex beneficium, omnia enim iſta habent rationem, quia non eſt cautum in iure hoſpitalarios ad perſonalem reſidentiam arctari. Sed quæritur nunquid poteſt quilibet exigere hoſpitale pro libito voluntatis? Reſpondit. Lapus quilibet poteſt domum ſuam factam vel fiendam deputari ad hoſpitalitatem & ad tꝑs hoſpitari pauperes, ſicut alia opera eleemoſynarum facere. Sed talis locus non erit religioſus, nec gaudebit immunitate eccleſiaſtica, nec inter loca eccleſiaſtica computabitur, nec erit ſub iuriſdictione epiſcopi, & poterit adhumanos vſus redire, & etiam vendi, donari, & emi. Ita notat Hoſtien. in ſumma de eccleſijs ædifican. Pet. & Innoc. & ea. iura quę dicunt talia fieri, non poſſunt ſine auctoritate epiſcopi, intellige vt ſint eccleſiaſtica, aliàs vt ſint prophana bene fieri poſſunt, & hoc dicit gloſſ. in clement. quia contingit. de religio. domin. Et Ioann. Andr. poſt Vincent. & Tancre. dicit quod poteſt quis habere oratorium & hoſpitale in propria domo, non tamen poteſt ibi celebrari facere ſine auctoritate epiſcopi. de conſecrat. diſtinct. 1. vnicuique. Dicit tamen Hoſtien. quòd poteſt interuenire conſenſus epiſcopi, & poſt factum poſtquam autem auctoritate epiſcopi eſt factum, non poteſt ad alios vſus deputari. vt eodem titul. ad huiuſmodi. Sed nunquid tale hoſpitale, vel oratorium factum auctoritate epiſcopi, gaudebit immunitate eccleſiaſtica, & eius rector? Hoſtien. notat quòd oratorium tale non gaudeat immunitate eccleſiaſtica, quia non intelligitur dedicatus

dicatus Deo, nec locus sacer. Idem tenet Guiliel. & Zen. quia enim quod hodie est oratorium cras poterat fieri camera. Goffr. sentit contrarium, non enim aliter determinat. Lapus nisi quòd hospitali competit beneficium restitutionis in integrum. De rectoribus autem talium hospitalium, vtrum gaudeãt immunitate ecclesiastica. Dicit Guil. in spec. q̃ sic si fecit hoc auctoritate episcopi, etiam si sint vxorati, aliàs non, hoc idem tenet. Host. in summa de hospitali & rectore eius, & gaudeant immunitate ecclesiastica vterque. Dicit Guil. in spec. quinimo priuilegium canonis siquis suadente. 17. q. 4. aliàs non, vt dictum est, quia sequeretur absurdum, posset enim per hoc quilibet rusticus assumere sibi habitum religiosum & constituere sibi regulam quam vellet & fraudare dominos suos talliis & aliis debitis seruitiis. Sed nũquid habet hospitale beneficium in integrum restitutionis si lædi contingat, vt habetur etiam de restit. in integ. cap. 1? Respondet Lapus, hæc quæstio tangitur per Ioan. And. in nouel. ca. de in integ. restit. vbi dicit quod nomine ecclesiæ includuntur non solum monasterium sed & omnis pius locus, omnia ista æquiparantur, de testa. cap. requisisti. ¶ Et cum hospitalia fuerint inuenta, vt pauperes infectique lepra in eis recipiantur, & ex eorum prouentu sustententur. ¶ Quæritur, vtrum omnia hospitalia teneantur pascere pauperes vestire & hospitare eos Respondet Lapus, quòd hęc hospitalia. differunt re & nomine, nam sicut diuersis nominib. nuncupantur vt dictum est, supra ita & ad diuersa officia deputantur. Et secundum hoc tenentur aliqua ad vestes dandas, aliqua ad suscipiendum exposi tos, aliqua ad educandum vel suscipiendum infirmos, & sic quæ dicuntur in clemen. quia contingit, referãtur singula singulis. Si enim est hospitale ad recipiendum peregrinos non tenetur ad infirmos nisi in casu necessitatis, quando per alia subueniri non posset & illud posset.

In prin. cap.

§. 2. ¶ Ad quem spectat dictorum locorum receptorum in eis cura seu correctio seu reformatio & emendatio? Respondet Lapus potest hoc spectare ad diuersos & diuersis modis, potest spectare ex statuto appositio in fundatione potest spectare ex consuetudine vel priuilegio sedis apostolicę, vt in dicta clemẽ. quia contingit, his cessantibus ad loci ordinarium spectat de iure, vt extra eo. de Xenodochiis, & 16. quæstio. 7. omnes basilicę. Et addit Zen. etiam ad patronos potest spectare &

Ad diuersos cũ horũ spectare

eorum liberos vt 16. quæst. 7. filiis. Sed quid spectat ad officium talium? Respõdet Lapus in hoc debent curare, nec rectores illorum locorum inhumaniter recipiant dictos pauperes, nec prouentus in suos vsus conuertãt & ipsa loca in prædictis salubriter reformare atque occupata deperdita & alienata indebite in statum reduci debitum facere, & ad ipsarum miserabilium personarum receptionem & sustentationem debitam iuxta facultatem locorum compellere rectores, vt in dicta clemen. quia contingit & vbi prædicti negligant prędicta facere, puta patroni hospitalium vel alii ad quos hoc spectat tunc secũdum Lap. iniungitur ordinariis locorum, quòd etiam si pia loca prædicta sint priuilegio exemptionis munita per seipsos vel alios impleant omnia & singula præmissa, & rectores eosdem vtique non exemptos propria, exemptos autem & priuilegiatos apostolica ad id compellere debent auctoritate. Contra dictores cuiuscunque status vel conditionis existant, atque prębentes contra præmissa consilium auxilium vel fauorem per censuram ecclesiasticam, & alia iuris remedia compescendo, attamen nullum ex hoc priuilegii seu exemptionibus eorum præiudicium generando. Et dicit Ioan. Andr. in gloss. super clementin. quia contingit, in eo casu esse hoc pręceptum ordinariis vt faciant quod dicitur. Et si tales ad quos spectat. prouidere defectibus hospitalium negligunt, & non sint sub iurisdictione ordinarii, compellet tamen eos auctoritate dictæ clementinæ, quia contingit ipsæ ordinarius sed vbi non fit negligentia, in huiusmodi exemptis, non habet se intromittere ordinarius. ¶ Sed vbi is qui habet prouidere hospitali si laicus & rector hospitalis sit clericus, quomodo poterit laicus compellere clericum, contra illud, nonagintasexta dist. bene quidem. Respondet Lapus, potest dici secundum zenon. quòd prædictam compulsionem non faciat per se laicus sed per alium, puta episcopum ad instantiam eius. Vnde in illa clemen. quia contingit, exponitur verbum compelli, idest compelli facere. ¶ Et si quęritur quomodo patebit de negligentia prędictorum in quo casu tenetur ordinarius prædicta facere. Respondet gl. in clẽ. quia contingit, ex præfecto prætorio, vt de censi. c. Romana. lib. 6. vel per assignationem termini ad hoc præfixi & elapsi & idem zen. & multi alii. ¶ An dicta loca possint conferri in beneficium, idest in titulum beneficij clericis

eis secularibus? Respondet Lapus, non quia hoc prohibet dicta clemen. quia contingit, nec valet contraria consuetudo obseruatainsi in duobus casibus, videlicet quando in fundatione dictorum hospitalium, secus constitutum fuerit seu per electionem sit de huiusmodi rectore prouidendum. Cuius autem cõditionis debeant esse per quos regantur & gubernantur hospitalia ponitur in dicta clemẽ. quia contingit, de religio. do. Dicitur enim quod ibi debet committi eorum gubernatio uiris prouidis & idoneis & boni testimonij, qui sciant & velint & valeant loca ipsa & bona eorum ac iura vtiliter requirere & eorum redditus & prouentus in vsum miserabilium personarum fideliter dispensare & quod in vsus alios conuertere prædicta ptæsumptio verisimilis non existat super quo onerantur conscientię eorum ad quos ipsorum locorũ commissio pertinet, hęc ibi. Et dicit ibi glo. ordinaria quòd signanter dicit committere non conferre, quia collatio fit in perpetuum, sed commissio ad tempus, & ideo beneficia dicuntur conferri, quia dantur in perpetuũ, ideſt durante vita illius cui confertur, & tutoribus quia sunt temporales, dicuntur committi administrationes. Et secundum hoc rectores hospitalium essent temporales. Sed vt dicit glo. consuetudo non admitti hanc lec. immo instituuntur perpetui rectores in talibus locis. Recuperus autem in quodam suo consilio dicit quod de mente clemen. est qđ non sint perpetuè. Et licèt glo. dicat quòd consuetudo hoc non patiatur, tamen vbi nulla est consuetudo optime posset ad tẽpus cõmitti talis administratio. Paulus autem dicit in dicta clemen. quod conferre & committere aliquando summuntur vt diuersa, aliquãdo vt idem & sic sumuntur in littera scilicet pro eodem & quod tantum prohibetur sic fiat ideſt si detur in beneficium. Assignat autem Paulus vt refert Lapus rationem quare prohibetur hospitale dare in beneficium videlicet, quia ad beneficium habendum oportet esse clericum, extra de transact. c. ex litteris. Et talis scilicet clericus beneficiatus facit fructus suos & tenetur ad horas & ad alia ad quę alii clerici, sed si gubernatio simpliciter committitur hospitalis cessant ista. Item beneficium debet conferri infra certum tempus, & in eo est necessaria institutio, non sic autem in commissione hospitalis, & a beneficio repelleretur quis propter bigamiam vel alios defectus, non autem a gubernatiõe hospitalis. Item beneficium quandoque datur in sustentationem eius cui confertur, vt in c. 2. de cle. pu. in duello. Sed non hospitale, qa in hoc attenditur pauperum prouisio non ho spitalarii sustentatio. Posito autẽ casu, quod laicus ędificet hospitale de licentia episcopi, cum oratorio vel sine eo propter quod locus Ille dicitur religiosus & ędificator efficitur patronus, vt de iurepa. c. nobis, ad quem spectabit prouisio rectoris illius hospitalis ad patronum vel ad episcopum. Respondet Lapus quòd solus patronus ponit ibi rectorem. Et ratio est. quia in talibus (vt dictũ est supra) nõ est necessaria canonica institutio nec habet tps limitatum ad commitendum talem gubernationem, vnde non est necesse quod propter hoc recurrant ad episcopum. Nec obstat quod de iurepatronatus solum patronis acquiritur ius præsentandi, quia illud habet locum in ecclesijs & aliis locis vbi requiritur institutio canonica vel confirmatio. Sed in huiusmodi hospitalibus non requiritur hoc. Hoc ẽt sentire videtur Zen. in dicta clemen. quia contingit, dicit enim quod patrono acquiritur ius secundum naturam rei cuius est patronus. Nam in ecclesia collegiata non acquiritur ius præsentandi, sed consentiendi, electioni factę in capella acquiritur ius præsentandi, vt de iurepa. c. nobis. Sed in hospitali acquiritur patrono ius committendi gubernationem hospitalis. Et secundum hoc non indiget talis rector confirmatione episcopali si in ipso hospitali non requiritur institutio canonica, hoc autem dicitur, quia si hospitale haberet curam animarum. tunc indigeret confirmatione episcopali, nisi esset exemptum vel aliter priuilegiatum, dicit tamen idem Lapus, quod vbi in aliquo loco emanauit aliqua consuetudo generalis vel specialis circa hoc illa est seruanda. Sed in casu quo ad patronum hospitalis spectaret prędentatio, & ad episcopum confirmatio, de consuetudine vel aliquo iure speciali. Nun quid ante confirmationem est prętermittendum edictum generale vel speciale secundũ formam c. fi. de elec? Respondet Lapus quod in illis hospitalibus quæ non conseruntur in beneficium non oportet seruare illud scilicet de prætermittendo edictum. Et hoc quia hic nõ fit electio vel collatio, sed commissio tum etiam quia non committitur cura animarũ. Vnde & iam consului quod ad capellam seu altare erectum in ecclesia de licentia episcopi potest deputari sacerdos ad missas celebrãdas sine confirmatione vel edicto, nisi alia cõsuetudo obstaret. Idem sentire videtur zen.

ac Guil.

ac Guil. qui Guil. dicit, q̃ si hospitale non sit principaliter ædificatum ad missam celebrandam vel aliquod ecclesiasticũ sacramentum exhibendum, nec si sit ibi constitutus perpetuus vicarius seu dos assignata pro eo, licèt ibi sit altare & de licentia episcopi celebretur ibi ædificatum pro oratorio nihil ibi potest episcopus vendicare, nisi inquantum posset de aliis pijs locis legatis pro anima fundatoris relictis, probantur hæc de conse. dist. 1. vnicuiq; & de testa. c. hæredes. Et concludit Lapus. Non intelligas ista de hospitalibus quæ conferuntur in beneficium seu quæ geruntur per religiosos, seu quæ habent ecclesiam, sed de illis solum quæ laicis gubernanda committuntur. Sed nunquid talia hospitalia possunt committi clericis gubernanda. Respondet Lapus, vtiq; dummodo non in beneficium. Dicit enim cle. quia contingit, quia committantur prouidis viris nec dicit laicis. Ex quo ergo cle. non distinguit, nec nos debemus distinguere 31. q. 1. siquis. Idem sentit Zab. & Pau.

§. 3. ¶ De hospitalibus exẽptis, vel religiosorum exemptorum. Et primo quæritur cum hospitale sit exemptum & immediate subiectum Romano Pontifici nullum habens superiorem vel alium ad quem correctio vel reformatio ptineat illius & cuius rector negligit illa facere ad quæ tenetur. Nunquid ordinarius poterit supplere & corrigere? Respondet Lapus quòd non. Nam clemen. quia contingit, quæ concedit ordinarijs, auctoritate apostolica in exẽptis in defectum eorum ad quos spectat talis correctio. Et in casu nostro proponitur nullum esse ad quem spectat correctio, ergo nullus defectus vel negligentia suppleri potest. Nec obstat q̃ habet superiorem papam, immo facit pro, quia nunquam papa dicitur negligentiam committere, etsi illam committat nullus illam supplere potest vel debet. Ipse enim supplet negligentiam aliorum nemo suam de elect. c. licet, & 9. q. 3. aliorum. In non exemptis autem puto quantumcunq; non habeant aliquos ad quos spectet correctio vel reformatio, ad episcopum spectat, vt de reli. do. c. de Xenodochijs. Quid si hospitale aliquorum religiosorum immediate subiectorum sedi apostolicę, non habẽs aliquem superiorem alium seu ad quem de iure spectaret correctio &c. vt supra. Cuius rector deficit in exercendis hiis ad quæ tenetur secundum formam clemen. quia contingit. Nunquid poterit cogi per ordinarium loci? Respondet Lapus q̃ in talibus hospitalibus episcopus nullam suam vel apostolicam habeat auctoritatẽ, moueor quia dicta exemptio fuit libera. Vnde si prouisio postea facta de illis corrigendis per superiores suos, non vendicat sibi locum in illis non tamen cessat dispositio dictæ exemptionis, quia potuit alia esse ratio. Et licèt superiores fuerint causa impulsiua tamen illa cessante non cessat dispositio. ar. eorum quæ notantur in c. inter corporalia, extra de transla. præla. & pluribus etiam alijs capitulis; non poterunt tales religiosi per episcopum reformari. Vnde quia ex quo sunt exempti & eorum superior non est in culpa vel defectu non est locus concessionis factæ ordinario, quia fit sub certo modo. Illo ergo deficiente deficit commissio. Item quia papa est superior, qui de se non intellexit. Item quia eius negligentiam nemo supplet. Et hoc puto verum, & sic seruari feci in curia archiepiscopali Florentina, quæ per dictam clemen. procedat contra hospitalarium S. Galli immediate subiectum sedi apostolicæ, & est religiosorum qui profitentur regulam beati Augustini.

¶ De rectoribus hospitalium quoad satisfactionem & iuramentum cum committitur eis gubernatio & diuina & sacramenta. Dicit Lapus, q̃ tales ad instar tutorum & curatorũ debent iuramentum præstare, ac de locorum ipsorum bonis inuentaria facere & ordinarijs seu aliis quibus dicta loca subsunt; vel de putandis ab eis annis singulis de administratione sua reddere rationem, vt in dicta clem. quia contingit. Sed nunquid satisdabunt ad quod tenentur tutores & curatores? Respondet Lapus glo. ordinaria dictæ clemen. tenet quòd non nisi essent suspecti propter vxorem & filios. Sed vt dicit ibi glo. talibus suspectis non debet committi gubernatio talium hospitalium, ergo a talibus nõ exigitur satisdatio. Sed nunquid iurabunt ad instar tutorum scilicet vtilia facere ipsis hospitalibus ad quæ deputãtur, & inutilia prętermittere personas & res ad commodum & vtilitatem eorum bona fide custodire & in vsum miserabilium personarum cõuertere, & inuentarium de bonis ipsius facere, & alia facere ad quę tenentur maxime secundum formam clemen. Dicit Lapus, quòd si committantur talia hospitalia aliis factis quam in dicta clemen. dicantur seu conferantur in beneficium clericis secularibus, videtur esse irrita ipso iure talis commissio & ita videtur sentire glo. in dicta clemen. Quod si tales non fecerint inuentarium nec iurauerint, vel rationem reddere §. 4.

nolue-

noluerint tempore congruo, quãuis ſecundum glo. dictum videatur probabilis intellectus dictæ clemen. quòd ex hoc ſit irrita talis commiſſio, tamen communiter non ſic intelligitur, ſed tamen illis ceſſantibus prædicta facere poterunt cogi & cõpelli remedijs oportunis, etiam per remotionem illarum perſonarum a dictis locis tanquam ſuſpecti & ſicut ad inſtar tutorum præficiuntur ſic ad inſtar tutorum remoueantur. Sed nunquid tales rectores tenentur ſingulis annis reddere rationem per ſe etiam non requiſiti? Reſpondet Lapus quòd ſufficit quòd requiſiti hoc faciant & ita tenet glo. & ſic ſeruatur. ¶Sed quis celebrabit diuina officia & miniſtrabit eccleſiaſtica ſacramenta rectori familiæ pauperibus infirmis talium hoſpitalium? Reſpondet Lapus, ſi talia hoſpitalia habeant altaria ſeu cimiteria ab antiquo, & plures celebrantes & eccleſiaſtica ſacramenta rectori & familiæ & pauperibus hoſpitalium adminiſtrantes, ſeu parrochiales rectores conſueuerunt illis exercere præmiſſa, eſt ſeruanda antiqua conſuetudo quo ad exercenda & adminiſtranda ſpiritualia, vt in dicta clemen. quia contingit, in fin. De iure ergo communi fundat matrix eccleſia in hoſpitalibus ſitis in parrochia ſua intentionem ſuam quoad iſta ſpiritualia tamen poſſunt præſcribere, vt hæc per ſuum proprium ſacerdotem faciant, vt not. ibi glo.

§.5. Hoſpitale an poſſit erigi in parochia matricis eccleſiæ illa irrequiſita.

¶Nunquid poſſit erigi hoſpitale in parrochia matricis eccleſiæ, illa irrequiſita, vel in vita? Reſpondet Lapus de hoſpitalibus non religioſis ideſt non factis auctoritate epiſcopi, non eſt dubium, nam quilibet poteſt deputare domum ſuam ad hoſpitalitatem inuito rectore matricis eccleſiæ. Quod intellige quando vt priuatas domos ſic deputant. Sed ſi ſub effigie vel ſigno vel denominatione loci eccleſiaſtici, non eſſet licitum, immo poſſet epiſcopus loca illa deſtruere, quia contra iuris prohibitionem factum eſt, facit quod notat Innocen. de relig. do. c. ad hæc, tenet Cardinal. Floren. hoc. Sed ſi loquimur de facto cum capella vel de hoſpitali perpetuo ſcilicet cum auctoritate epiſcopi, ita quod ſit locus eccleſiaſticus, de hoc conſueuit dubitari. Nam licèt ſit regulare quòd vna eccleſia in præiudicium alterius conſtituenda non ſit 16.q.1.c.eccleſiæ, & c. quicunq, quod ſi fiat deſtruenda eſt, maxime ſi operis noui nunciatio ritè facta non præceſſerit, tamen illa iura loquuntur de eccleſia non de hoſpitali ſiue eccleſia vel capella. Et illa eſt ratio, ne aliquid iuris antiquioris eccleſiæ nouę acquiratur, vt in dicto c. eccleſiæ, & c. quicunq, quæ ratio ceſſat in hoſpitalibus prædictis. Contrarium tamen eſt verum ſcilicet quòd nullus locus eccleſiaſticus poteſt exigi in aliqua parrochia ea inuita ſcilicet antiquiori ecclesia. Et iſto caſu nomine eccleſiæ veniunt hoſpitalia ex quo fauor eccleſiarum reſpicitur, quod etiam tenet Lapus. Nec ceſſat ratio præiudicij quia hoſpitale debet habere dotẽ de qua decima non ſoluitur. Item ſi habet capellam vel oratorium accedunt oblationes, & ſic videtur minui dignitas & vtilitas rectoris antiquæ eccleſię. Vnde & de facto vidi quę ſtionem quòd quædam imago beatæ Mariæ picta in pariete domus cuiuſdam laici fecit miraculum propter quòd maximus concurſus oblationum fuit, ſuper quibus mota eſt quæſtio & ſententiatum fuit pro parrochia. Et eſt ſimilis quæſtio quæ notatur de cele. miſſa. ſuper rubrica. Sed quid ſi erigatur hoſpitale in limite eccleſiæ veteris? Reſpondet Lapus quòd acquiritur iuſpatronatus ex hoc ipſi eccleſiæ, vt 12.q.2.apoſtolicos, & 17.q.4. quæſt. & not. Hoſtien. in ſumma. ¶Sed quęritur vtrum hoſpitali debeat certa dos aſſignari? Reſpondet Lapus q̃ non. Ioan. And. poſt Hoſtien. quòd hoſpitali ſicut & eccleſiæ in conſtitutione eius debet certa dos aſſignari, vnde ſecundum eum procedit libellus talis, peto hoſpitale cum pertinẽtiis ſuis, & intelligitur tunc de dote tantum, quæ de iure ad hoſpitale pertinet, & ſi quæratur de quantitate dotis. ſ. quanta debeat eſſe? Reſpondet Lapus, recurretur ad ar. a ſimili, de conſec. eccle. cum ſicut, & quod ibi nota, in glo. ordinaria quia alia dos requiritur in eccleſia, alia in monaſterio vt ibi, ſicut & alia in hoſpitali. Tanta enim debet eſſe dos in eccleſia q̃ ſufficiat ad luminaria & ad vitam miniſtrorum 16.q.7.piæ mentis, exiſtimatio eſt epiſcopi. In hac. ſ. hoſpitalis dote habebitur reſpectus aliorum hoſpitalium. arg. in auth. de eccleſiaſticis tit. §. ſi quis debent autem prouideri, vt habeant affirmas ideſt promiſſiones rerum neceſſariarum. Et in hoc conſideratur ſpes hoſpitalis. Nam ſi ſit deputatum ad hoſpitandum pauperes, tũc principalis cura erit in lectis. Alia ſunt deputata ad curandum infirmos, & tunc principalis cura erit in bonis & deuotis miniſtris & expertis in opere medicinæ & ſic de ſingulis, & ſecundum hoc erit prouidendum de dote eius.

Exẽpla fortia qđ nemo cũ iactura alterius ꝓficiat.

Nota diligenter.

Dos eccleſię q̃ta debeatesſe.

§.6. ¶De conceſſione per litteras apoſtolicas vel legatorum ſedis apoſtolicæ ſuper prouiſione

quo-

quorumcunq; clericorum concessa directas. Nunquid per has poterit eis prouideri de hospitalia? Respondet Lapus non per cle. per literas de præben. etiam si hospitalia illa habeant ecclesias vel capellas vel alia iura spiritualia annexa nisi de eis specialiter caueatur, in dicta clemen. per literas, & hoc verum est si literę sint gratiosæ siue in forma pauperum, vt dicit Pau. Sed quid de literis apostolicis super reseruatione fructuumbene ficiorum? Respondet Lapus hanc quæstionē tangit glo. super dicta. clem. per literas & dicit quod talia nō includuntur nisi expriman tur. Et est ratio secundum glo. quia ex quo sunt deputati ad certum vsum sine expræssa licentia papæ, ad alium vsum conuerti non debent, vt in dicta clemen. quia contingit. Sed nunquid talia beneficia vacantia p̄ mortem officialis papæ, seu per obitum decedentium in curia habent locum in eis decretalis prima & secunda, de præbent. lib. 6. Respondet Lapus quod non de iure communi, quia illa c. allegata loquuntur solum de beneficiis & dignitatibus, ergo non habent locum in hospitalibus ratione iam dicta. Si autem super beneficiis emanarent extrauagantes, prout emanauerūt reseruationes circa dicta beneficia eorum tenor esset inspiciendus extra de priuileg. c. porro, & nisi fieret expræssa mētio in illis non includerentur. Nec mirum, quia prædicta iura loquentia de beneficiis vacantibus in curia includit beneficia spectātia ad patronos laicos vt videtur innuere glo. super dicta decretali, & de præben. lib. 6. Et secundum hoc de hospitalibus habentibus patronos laicos nō esset dubium. Sed nunquid in illis duobus casibus possint conferri clericis in beneficiū, de quibus in dicta clemen. quia contingit, includuntur in litteris super prouisione facienda impetrantibus clericis? Respondet Lapus glo. in dicta clemen. per literas tenet quod non. Sed nunquid est generaliter verum quod in literis ad beneficia impetratis non includantur hospitalia? Respondeo distinguendum est secundum Lapum vt dist inguit glo. in clemen. per literas, quia aut hospitale est principale cui accidit ecclesia vel capella, & tunc per dictas literas non debetur. Si vero ecclesia sit principalis habens annexum hospitale tunc debetur per tales literas & venit ratione accessorii quod principaliter non veniret, facit eod. tit. super eo. libro sexto in dubio vero quia extat ecclesia & hospitale, nec constar quod sit principale, & quod accessorium dicit prædicta glo. quod si apparet possessio & denominatio, &c. de præben. c. cum de beneficio, libro sexto. Si non apparet repelletur impetrans. Constat enim principale hospitale, nec constat illud accessorium ecclesię, & certum est quod si hospitale & ecclesia essent annexa, ita quod neutrum est principale haberet locum dicta clemen. per literas secundum glo. prædicta. Sed nunquid legati de latere possunt conferre dicta hospitalia? Respondet Lapus, si sunt hospitalia in quibus laici obtinent iuspatronatus non est dubium, quod sicut non cōferunt ecclesias collegiatas, eadem ratione nec hospitalia collegiata. Sed in hospitalibus spectantibus ad ecclesias collegiatorum vel ad clericorum dispositionem, videtur dubium, quia sicut possunt conferre talia beneficia ita & hospitalia. Glo. tamen ordinaria super dicta clemen. per literas, videtur sentire contrarium. Et hoc idem notat Paulus ibi. Vidi tamen contrarium de facto sæpe, & legati de latere talia hospitalia conferunt. Sed licèt talia hospitalia non includantur in literis apostolicis vel legatorum eis ad beneficia impetratis nunquid in literis episcoporum includentur? Respondet Lapus secundum Zab. in dicta clemen. non nisi prout hodie cauetur in dicta clemen. de religio. Domi. Sed Guil. de monte Laud. dicit quod ordinarii ea possunt conferre clericis & eis assignare pro titulis perpetuis, dum tamen consuetum sit per plures de antiquo regi tanq̄ habentia curam animarum vel altaria, vel hoc constitutum fuit a fundatione vel quis per electionem creetur in ipsis locis.

§. 7. ¶ De quibusdam ad quæ non tenētur hospitalarii seu hospitalia, de quibus posset dubitari. Et primo sciendum secundum Lapum, quod hospitalarii quibus committuntur hospitalia gubernandi, inquantum hospitalarii non tenentur ad diuinum officium seu horas. Nam & laici etiam vxorati possunt esse hospitalarii qui ad officium non tenentur. Et ratio est, quia non est iure cautum quod teneantur. Sed clerici quibus collata sunt hospitalia in beneficium tenentur, quia beneficium datur propter officium. Et similiter si hospitalarius esset in sacris constitutus quamuis illud non haberet in beneficium. Non etiam tenentur talia hospitalia ad cathedraticum, secundum Paulum in clemen. quia contingit. Et ratio quia bona talium locorum tenentur ad sustentationem tantum ergo non ad aliud, vnde non ad cathedraticum quia

non

non est hoc iure expressum nec dos per hoc a principio fuit instituta. Item non tenentur ad procurationem cum episcopus visitat secundum Paulum in dicta clemen. quia contingit. Ex hoc probatur quod episcopus non possit uisitare talia hospitalia, quando scilicet procuratio debetur propter visitationem sed ad procurationem non tenentur hospitalia. Si ergo vult corrigere vel emendare aliquid episcopus ad quod tenetur secundum formam dictæ clemen. inquirat & non visitet. Sed de visitando alii doctores tenent cõtrarium. Nam Fede. de Senis in consi 105. tenet, quod episcopus visitando vel nõ visitando curam debet habere in hospitalibus qã fiant ibi ea ad quæ sunt instituta & dicit hoc probari in c. Romana, de censi. lib. 6. §. pia. Item Ioan. And. & Archidia. Et istud est verius, nec obstat ratio Pauli. Nam episcopus debet visitare ecclesiam pauperem non obstante paupertate, & non debet exigere in dicto casu, vt dicto c. Romana, ita & hospitalia visitet & nil exiget cum pauper intelligatur, cum omnia pauperibus erogari debent. ¶ Itẽ non tenentur ad decimas papales hospitalia. Dicit enim glo. super clemen. si beneficiorũ, de decimis quòd hoc hodie est expeditũ per declarationem clemen. Honorii & Bonifacij 8. vbi dicitur de redditibus prouentibus leprosorum domorum Dei & hospitalium quę in vsus pauperum & infirmorum conuertuntur decimæ non soluuntur. ¶ Sed quid si constat hospitale ædificatum sed non constat de auctoritate episcopi, nunquid censebitur locus ecclesiasticus cum alias (vt dictũ est) non dicatur locus ecclesiasticus hospitale nisi sit factum auctoritate episcopi? Respondet Lapus, quòd Fede. de Senis in consilio 116. dicit quòd ex quo non apparet contrarium in dubio præsumitur, ex quo vocatur hospitale & habet faciem loci ecclesiastici, vt colligitur de priuilegijs patentibus, vnde & notat Archidia. de consc. distin. 1. ne Moysi, dubium est an in constitutione ecclesiæ interuenerit auctoritas episcopi, nec ne, debemus præsumere quòd interuenerit ex quo habet signa loci ecclesiastici, & maxime si talis locus denominatur a nomine alicuius sancti, puta dicitur hospitale sancti Petri & Cancta-ni, immo & plus dicit Fede. quòd si non sit constructum hospitale auctoritate episcopi, ad episcopum tamen spectat curare ut seruentur in eo ea ad quæ deputatum est cum personæ degentes ibi sint miserabiles, & sub protectione ecclesię esse dicantur. ¶ Sed quæritur an in talibus hospitalibus habeat locum clemen. dispendiosam, de iudi. vt scilicet in eis procedatur simpliciter & de planos & sũmarie sine strepitu & figura iudicij? Respondet Lapus hanc quæstionem tangit glo. ordinaria & tenet quòd sic, per verbum officiis q̃ est in dicta clem. quare non est dubiũ quòd rectores talium locorum dicuntur habere. ¶ Sed nunquid in istis fiet missio in possessionem causa custodiæ, cum in beneficiis non fiat, extra de eo qui mit. in pos. c. 1. libro 6. Respondet Lapus hanc quæstionem determinauit dominus meus Lapus abbas, & concludit quòd nõ fiat missio in possessionẽ, qa ex quo potest procedi in tali causa lite non conte. vt supra dictum est, cum sit dare viam ordinariam, non recurritur ad extraordinariam. Quid ergo de cle. ad compescendas, de sequestrati, nunquid habebit locũ in istis hospitalibus? Respondet Lapus. Credo qã sic per indentitatem rationis, & per ea quæ notat dominus meus Lapus abbas, in dicta quæstione vbi dicit quòd nomine officii & beneficii ecclesiastici venit locus religiosus & ecclesiasticus, & iure ecclesiasticorum beneficiorum censeri debet, nec obstat clem. p litteras de præben. cum similibus, quia loquitur in ambitiosis & odiosis in quibus fit stricta interprætatio. ¶ Sed nunquid clem. cupientes de ele. habeat in hospitalibus? Respondet Lapus, quòd Io. And. & Bar. & Guil. dicuntur quòd non, & idem sentit Archidia & Io. Mo. qa aliud est hospitale aliud ecclesia. ¶ Eodẽ modo potest quæri, vtrum. c. 1. de ele. lib. 6. habeat locum in hospitali? Respondet Lapus abbas videtur sentire quòd sic, quod etiã mihi placet non obstante, quòd c. cupientes locum non habeat, nam illa loquitur de catedralibus & regularibus ecclesijs, sub quorum vocabulo hospitalia non compræhenduntur. Sed decretalis statuimus, loquitur de electione, postulationibus, prouisionibus, sed non potest negari quia hospitali prouideatur de rectore de hospitalibus ergo intelligatur. Idem sentire videtur Paulus de legatis factis pro hospitali tenendo, vel post ipsum factum eidem sub diuersis conditionibus. ¶ Et primo quæritur quid si testator relinquit quandam domum suam priuatam vel cum mandauit ibi teneri lectos ad hospitalitatem seruandam & vnum famulũ ad recipiendum pauperes & seruiendũ, nunquid poterit hæres compelli per episcopum ad seruandum hoc? Respondet Lapus non est dubium quòd potest, sicut & in aliis legatis

Nota libertatẽ hospitalium.

tis

tis, de testa. c. si heredes, cum si immo secundum quosdam omne legatum est pium, & de omnibus potest se intromittere episcopus, vt de testa. cap. Ioannes, & no. Archidia. 11. q. 1. Syluester, immo non posset hæres vel alius dictam domum ad alium vsum deputare, non ex hoc, quia locus sit religiosus, ex quo non est auctoritate episcopi factus, sed quia legata ad pias causas facta non possunt ad alium vsum conuerti quam dispositum fuit a testatore vt in dicta clemen. quia contingit, de reli. domi. & ita astringet hæredem ad hoc faciendum, & succedet ipse si non faciet ista cogere debet ut conseruet vt ad eum statum ad quē deputatum est per testatorem vt pauperes recipiantur & benè tractentur ibidē, & hoc non solū quia personæ miserabiles sunt sub protectione episcopi, sed quia etiam executio piorum legatorum ad eum spectat, & ipse est iudex. Idem sentit Federicus de Senis. ¶Sed quid si tali domui relictæ pro manutenenda hospitalitate ibidē reliquerit certas possessiones, nunquid ille possessiones tenebuntur ad tallias & onera laicorum? Respondet Lapus sic, ex quo locus non est religiosus, tamen illa soluit hæres qui est obligatus ad hanc domū & possessionem ad hunc vsum seruare. Ille. n. possessiones sunt partes hæreditatis & ad ipsum hæredem spectant & pro ipsis obliganur. Sed nunquid potest erigi hospitale & in sui fundatione ordinari quòd omnia bona sibi relicta vel quæcunq; obuenientia debeat alienare & eorum præcium erogare pauperibus? Respondet Lapus quòd non, quia hospitale est locus ecclesiasticus & religiosus, ergo debet subiici regulis quæ habent quòd bona immobilia sine causa & cum solemnitate non alienentur, vt 10. quæstio. 2. §. hoc ius, immo non videtur valere consuetūdo contraria, de rebus eccl. non alie. c. si quis presbyterorum. ¶Sed contrarium puto verum. Non enim hospitalia hoc casu inceduntpari passu cum ecclesiis propter diuersarum rationē. Nam bona ecclesiarum a principio constituuntur pro seruientibus & oneribus episcopalibus & papalibus & legatorum clericorum sine quo ordo ecclesiasticus confunderetur. Sed bona hospitalium deputantur pro pauperibus sustentandis, vnde fructus non faciunt suos, vt prælati rectores hospitalium. Præterea videmus hoc in religiosis mendicantibus, quòd bona immobilia capiunt vt vendant & sibi de præcio prouideant, cum ista retinere nō possunt, secundum ea quæ notantur de proba. cap. in præsentia, & de religio. domi. cap. 1. lib. 6. in glo. hinc est quòd potest præscribere hospitale q̄ capiat omnia legata relicta pauperibus in vna ciuitate, vt refert Ioann. And. & speculator. Et huius occasione quærit Ioan. And. an valeat statutum factum in ciuitate, q̄ legata talia soluantur alteri hospitali, vel religioso collegio in præiudicium dicti hospitalis, allegat pro & contra, soluendo tenet q̄ non, per plura iura, & cap. vestra. de loc. Itaq; per dictum statutum nullum præiudicium potest generari prædicto hospitali. ¶Sed quæritur (q̄ potest frequenter contingere.) Testator iussit ędificari hospitale vel ecclesiam vel monasterium in certo loco, nunquid poterit fieri in alio, vel nunquid poterit tale legatum conuerti in aliud pium opus, vel ex præcio exponendo in ipsa ędificatione reparare seu augmentare aliud hospitale? Ad hanc quæstionem quæ est trimembris. Respondet Lapus ad primam partem, quòd sine causa non licet, quia vltima voluntas testatoris pro lege seruanda est 12. quæstio. 2. capitu. vltimo, & glo. 1. & ea quæ ad certum vsum largitione sunt deputata fidelium ad illum debent, & non ad alium salua sedis apostolicę auctoritate conuerti, de relig. domi. quia contingit, in clem. Et sicut hoc non licet in facto, ita nec in modo, nec in loco, de restit. spol. c pisanis. Ex causa vero licet, puta quia non potest in illo loco fieri hoc, extra de testa. cap. nos quidem. Et per episcopum vel alium inferiorem a Papa. Ad secundam partem idem dicit, q̄ non potest per alium quàm per Papam sine causa. Ex causa tamen etiam per alium inferiorem vt dictum est de primo casu. Et super hoc vide qđ scribit Lapus Abbas in clementina, quia contingit. & Bar. de Saxoferrato in libello minoricarum. Ad partem tertiam dicas idem per omnia. Et facit hoc ad quæstionem quam notauit speculator, de instrumē. edi. §. nunc vero, ver. quid sit testator. Et Ioan. And. de illo qui relicto hærede & tribus commissarijs iussit ædificari & dotari ecclesiam, quo mortuo duo commissarij illud legatum conuertere voluerunt in transferendo vnum monasterium male situatum ad locum alīū, tertius commissarius & hæres dissentiuit, & hoc tenet quòd nedum duo ex tribus, sed nec omnes tres cōtra voluntatem hæredis quia in ecclesia nouiter constructa, ius debet acquiri patronatus & per id memoria defuncti conseruatur & remittit Io. And. ad ea quæ no. in cap. Nos quidem, de testa. verum in prędictis excluditur auctoritas apostolicæ sedis, quia vt dicit Guiliel. de monte laud.

Nota de mēdicātibus.

Nota vim vltimæ voluntatis.

laud. ipse pōt in legatis ad pias causas quicquid vult facere. Sed vtrum legati apostolicæ sedis possunt ista legata sine causa conuertere ad alios vsus. Et tenet glo. ordinaria super clemen. quia contingit, quòd non. Et idem Lapus Abbas. ¶Sed quid si testator legauit vnum hospitale fieri in fundo suo per executores ipsumq; dotari ad vsum pauperum. Executores autem auctoritate prælati volunt facere vnam ecclesiam religiosorum, nunquid possunt hoc facere? Respondet Lapus Abbas tenet quòd non. Refert Ioann. And. cum quibusdam iuristis consuluisse contrarium, assignant pro ratione, quia qui magis & melius facit non aliud sed idem facit, sed plus est ecclesiam religiosorum facere vel ędificare quàm hospitale.

Nota.

§. 8. ¶De rectore hospitalis, quoad modum hospitalitatis. Et primo quæritur vtrum hospitando vel eleemosynas largiendo possit præferre coniunctos extraneis? Respondit Lapus hæc quæstio tangitur de cohabi. cleri. cap. 1. Et deciditur quòd vtiq; prędferendi sunt propinqui extraneis, quod est intelligendum, si egeat non autem si sunt diuites vel vt diuites faciat. Ad quod etiam facit dist. 86. non satis, circa fin. contrà tamen facere videtur dist. 42. si quis vbi dicitur, q̄ in hospitali non debet esse delectus personarū, idest discretio. quod potest tamē intelligi, vt scilicet non attendatur ad qualitatem personæ, puta quia amicus vel consanguineus, sed ad indigētiam magis. Sed nunquid hospitalarios posset eligere ad hospitandum & reficiendum & alios actus ad quos deputatus est exercendum certos pauperes perpetuos, ita quòd illis viuentibus alius non admittatur? Respondit Lapus si hospitale est deputatum ad hospitandum & pauperes reficiendum, vel ad alium actum charitatis exercendum, non puto licite prædictam electionē facere, quia non videtur talis fuisse mens constituentis, nec tantum debet dari vni vnde alij scrupulosō corde moueantur. In distributione enim debent plura concurrere & considerari diuersa in indigētibus, vt patet distinct. 86. cap. non satis. Et de hac materia multa habes, in 2. part. tit. 1. c. 24. de inhumanitate, & in 4. part. tit. c. 5. de misericordia non ergo illa quæ debent obseruari in huiusmodi, qui totum hospitalitatis officiū, ad certas personas conuerteret cęteris exclusis non alijs iniuria fieri videretur. Et posset hoc per episcopum corrigi tanquàm indiscrete factum, vt quia vsum debitæ hospitalitatis & mentem disponentis peruertit seu restringit, vt in clem. quia contingit. Nam tamen nego quin possit fundari hospitale a principio cum isto ordine, videlicet q̄ rector tenetur eligere decem vel plures certos pauperes perpetuos pro facultatibus hospitalis, & illos solos reficere, vel hospitari & vno eorum deficiente alter substituatur, hoc. n. appositum in principio est licitum. In re sua quilibet est moderator & arbiter. Et cuilibet est licitum in re sua ponere conditionem honestam & maxime auctoritate episcopi etiam quæ alias de iure communi non procederet, vt de relig. do. constitutus. Vnde & patronus in ecclesia potest sibi reseruare vocem consentiente episcopo, iuxta ea quæ not. in capit. nobis de iure patro. Item sæpe fit in domibus deputatis pro studētibus prout disposuit do. Car. Sabinen. Bono. & magnus Senescalus regni Siciliæ prope Florentiam in monasterio quod fecit Carthusiensium, hoc etiam fieri consueuit in leprosariis vt certi leprosi, vsq; ad certum numerum certi eliguntur, vt in hospitali sancti Eusebij iuxta Florentiam. ¶Quæritur exinde an reseruatio generalis facta de beneficijs Ioannis 22. compræhendit hospitalia collegiata in quibus sunt conuersi laici eligentes sibi rectorem quandoq; clericum, quandoq; laicum? Respondet Lapus hanc quęstionem mouet Federi. de Senis in opere suo, & tenet quòd non, mouet eum, quia nomine ecclesiarum, monasteriorum, vel prioratuū, non compræhenduntur hospitalia siue in materia fauorabili siue in materia odiosa. Et semper illa tria, videlicet monasteria, ecclesię, & pia loca ponuntur vt diuersa, & sub diuersis vocabulis nuncupantur, & sic non sunt idem, quia etsi reformatio talium locorum pertineret ad Papam propter diutinam vacationem fraudaretur hospitalitas contra mentem iuris de religio. do. in clemen. 2. fm eum. Sed nunquid possunt rectores hospitalium administrare vel agere ante præstitum iuramentum, & ante confectum inuentarium ad quem tenetur in clemen. quia contingit. Respondet Lapus, quòd hanc quæstionem mouet Paulus in dicta clem. & dicit quòd non, sicut nec tutor nec curator. Et omnia opponi possunt contra istos sicut quæ contra tutores & curatores opponi possunt respectu iuramenti non præstiti vel inuentarij non confecti cum instar eorum ad hæc duo teneātur. Sed nunquid valet consuetudo quæ habet q̄ omnia bona hospitali relicta etiam immobilia alienet & in vsum pauperum deputet. Respondet Lapus, valet vtiq;. Sed nunquid in

Nota de rōnabili obseq.o.

Boni ca sus.

alienatione talium bonorum immobilium hoſpitalis, requiritur illa ſolemnitas quæ requiritur in alienatione rerum eccleſiæ. Reſpondit Lapus quòd Pe. de Bella. prout refert Paul. in clementi. quia contingit, tenet quòd decretum eſt neceſſarium in immobilibus. In his autem ante ſeruando ſeruari nõ poſſunt, non requiritur, allegat. C. de adimi. tu. lex quæ tutores. Et iſta faciunt ad id quod obſeruat hoſpitale Sanctæ Mariæ nouæ de Florentia, cuius rector conſueuit de triennio in triennium impetrare licentiam a domino Archiepiſcopo Florentino vendendi & alienandi quæ obuenire contingit vel contingent ipſi hoſpitali & vigore dictæ licentiæ prima vendit. Quæritur nunquid iſtud de iure fieri poſſit? Reſpondet Lapus, nõ eſt dubium & in bonis eccleſiarum non ſufficeret dicta licentia vbi requiritur materia, ſcilicet iuſta cauſa & forma, ſcilicet tractatus inferioris & auctoritas ſuperioris, ſed talis licentia diffuſa, vaga & incerta, non poteſt prædicta includere. Sed in hoſpitalibus puto idem ſi loqueremur de dote primaria quæ conſtituta fuit & ſine qua epiſcopus non debet pati hoſpitale de nouo erigi (vt ſupra dictum eſt.) Sed de bonis obuenientibus ex relictis vel ex eleemoſynis fideliũ, iſta facilius poſſunt vendi, quia cauſa ſemper eſt vniuerſalis perpetua & iuſta, ſcilicet vt diſtribuãtur in vſus pauperum & ideo dicta licentia generalis poteſt ſe legitime ad dictam perpetuam referre. Et ſi valeat hæc conſuetudo per ſe, multofortius cum licentia epiſcopi, & ſic dicta obſeruantia dicti hoſpitalis videtur poſſe ſuſtineri. Sed nunquid hoſpitale poſſit præſcribere decimas? Reſpondet Lapus, quòd ſic: ex quo eſt locus religioſus, vtputa quia erectus auctoritate epiſcopi, vnde talia iura poſſunt ſibi accidere, vt de presbyteris, capitul. per literas, libro ſexto. Et probatur per clementi. quia contingit vbi poſſit præſcribere ſepulturam pauperum & habere ibi presbyterum celebrantem diuina & adminiſtrantem eccleſiaſtica ſacramenta. Sed nunquid rectores hoſpitalium faciunt fructus ſuos? Reſpondet Lapus, quòd gloſſ. ſuper clementina, quia contingit, tenet quòd non, ſeparatos a ſolo, idem tenet. ibidem. Sed quæritur quot pauperes & infirmos teneatur hoſpitale recipere? Reſpondet Lapus, quòd poteſt ex fructibus & facultatibus commode ſuſtentare, ita dicimus de monialibus recipiendis vt de teſt. re. cap. primo, libro ſexto, ita & in clericis inſtituendis, extra de inſtitu. cap. Ita, & in procuratione habenda eſt ratio facultatis de cenſi. cap. ſopite. Ita etiam notat Zab. Et per hoc patet quòd plus abundans ad plures recipiendos tenetur, hoc tamen ſecundum Paulum non habet locum in leproſarijs, quia ibi ſunt continui & anno ſterili non poſſunt nutriri, ab initio vero debuerunt tot recipi quot potuerunt commode ſuſtentari, vt in alijs eccleſijs, vt de vita & honeſtate clericorum, c. quoniam. Sed nunc quid poterit perſonam aliam habilem vel haberi vel præſcribi hoſpitale in proprietatem? Reſpondet Lapus quòd ſic, quia etiam eccleſia ſic poteſt præſcribi, vt lite non conteſta. capitu. ſecundo, & eodem titulo, capit. eum qui, libro ſexto. Vnde fortius hoc in hoſpitali, & tunc regitur per cuſtodem vel famulos eccleſiæ vel loci qui tale hoſpitale præſcripſerit. Idem puto de menſa, & ea ratione quia ſi eccleſia poteſt eſſe de menſa alterius, & per illum regi ſine proprio rectore, vt de exceſ. præla. c. frequens, in clem. Et idem puto ſi poſſet competere ponere hoſpitalarium & remouere ad nutum alicuius prælati eadem ratione.

Nota le gẽ hoſpitalium.

§. 9. ¶ De hoſpitalibus quo ad ſepulturas. Quid ſi eligit ſepulturam apud eccleſiam hoſpitalis, nunquid eccleſia parrochialis debet habere canonicam de relictis eis? Reſpondet Lapus ſecundum Hoſtien. & Ioannem And. eccleſia parrochialis de omnibus relictis pro anima debet habere canonicam, de ſepul. c. in noſtra. Et hoc ſiue relinquatur eccleſiæ, vel eccleſiæ & fratribus ibi morantibus ſiue in genere ſiue in ſpecie ſiue dicatur, relinquo hoc hoſpitali, immo ſecundum quoſdam ex quo elegit apud hoſpitalarios ſepeliri etiam de relicto hoſpitali etiam ſi expreſſe dicat non pro anima & ſepultura, vt de ſepulturis, capit. de his. Sed quid ſi ibi non elegit ſepulturam, ſed tantum de iure ibi ſepeliendus eſt, vel quia ei dederit ſe & ſua, vel quia factus eſt frater, vt extra de priuil. capit. vt priuilegia, vel quia ibi erant ſepulchra parentum, eodem titu. cap. 1. Reſpondet Lapus ſecundum Hoſtienſem & Ioannem Andr. in cap. in noſtra, debet parrochialis in omnibus habere canonicam ex quo in eorũ eccleſia ſepelitur de iure ſine electione. Quid ſi ibi ſepeliri non potuit per caſum fortuitum, puta quia tempore mortis teſtatoris locus ille erat occupatus ab hoſtibus vel alia iuſta cauſa, vt quia in bello mortuus, nec potuit diſcerni corpus. Reſpondet Lapus, quòd Hoſtienſis & Ioan. And. in dicto cap. in noſtra, habebit eccleſia

parrochialis de omnibus canonicam, secus si dixisset, relinquo hoc ecclesiæ in qua sepeliar, & illud hospitali, tunc enim de relicto ecclesiæ vbi eligit sepulturam deducetur canonica portio & non de relicto hospitali, quia hospitalarij sunt exempti & de his quæ legantur locis exemptis nisi ibi eligatur sepultura, ecclesia parrochialis nil habebit, allegat de testamentis c. officij & de sepulturis. Ea enim quæ sic diuisim sunt hospitali relicta, non videntur relicta hospitali pro sepultura, sed alias pro anima. Sed quid si nec de iure debuit sepeliri apud hospitalarios nec ibi elegit sepeliri sed de facto ibi alias sepultus est. Respondet Lapus quòd secũdum Innocentium & Ioan. And. in dicto cap. in nostra quòd de relictis nec in totum nec in partem reddet parrochiali ecclesiæ, sed corpus tantum & oblationes & alia quæ ad ipsos ratione sepulturæ deuenerunt vt de sepulturis, capitulo ex parte. Quid si hospitale habet parrochiam, id est habet ecclesiam quæ est hospitale. Respondeo secundum Innocen. quòd in isto casu nisi ecclesia sit exempta, diuidetur legatum factum ecclesiæ de quo percipietur canonica a legato facto hospitali de quo nil percipiet cum sit exemptum, vt de testamen. capit. officij, sed illa capitula secundum aliquos probant contrarium. Quid si testator dicat, relinquo hoc vel illud hospitali, non pro sepultura sed alia iusta causa? Respondit Lapus, de tali casu nil percipiet ecclesia parrochialis, nisi relinquens se transtulisset ad hospitalarios, de sepultur. de his vel nisi ecclesia hospitali sit vnita, ita quòd quicquid dicitur de vno necesse sit vt intelligatur de alio puta quia hospitale cũ ecclesia sua exemptum est, nec in spiritualibus nec in temporalibus est aliquid in eis diuisum specialiter & seorsum. Item cum huiusmodi loca ad pios vsus deputata diuersis nominibus nuncupentur & aliqua habeant altaria in quibus diuina celebrantur, aliqua habent simpliciter domos in quibus obseruatur hospitalitas. Item eorũ sunt aliqua deputata ad pios vsus per laicos sine auctoritate episcopi, & multa talibus locis relinquuntur in vltimis voluntatibus pro remedio animarum sub diuersis modis & verbis. Quæritur an episcopus de his possit petere quartam? Respondet Lapus secundum dominum Franciscum Clusinum in quodam suo opusculo, quòd cum omnia prædicta loca sint pia, & omnia pia loca ad quartam teneantur, vt de testa. c. officij. Concludit omnia prædicta loca ad quartam teneri, & dicit Hostiensis hanc opinionem probare in summa de sepulturis. Et concludit quòd de omnibus relictis pro anima debetur quarta. Et declarat quæ dicantur pro anima relicta illa videlicet quę relinquuntur ecclesiæ vel pio loco & si de anima nulla fit mentio in legato. ¶ Item quicquid ab extraneo relinquitur prælato, etiam si nomen prælati sit expressum in legato. Item dicit deberi quarta de relicto hospitali iure institutionis. Item de relictis pauperibus alicuius hospitalis, quia legare pauperibus alicuius hospitalis vel loci est legare hospitali vel loco, quod expresse notat Ioan. And. de conuer. coniu. capitu. dudum, quantumcunq, de relicto simpliciter pauperibus gabella nulla solui debeat. Item non solum de mobilibus sed etiam de immobilibus quę relinquit in vltima voluntate testator, vt molendinis & huiusmodi alijs. Quæritur si detur pecunia pro hospitali habendo, vtrum committatur simonia? Respondet Lapus glo. prima quæstione septima, videtur sentire q; sic, immo etiam si detur pro administratione pauperum, & videtur probari hoc prima quæstione tertia, saluator, vbi dare pecuniam pro officio castaldi, aduocati vel iudicis ecclesiæ committitur simonia. Et glo. ibi tangit istam quæstionem, & ponit opiniones contrarias. Hugo dixit quòd in omni administratione ecclesiasticæ rei committitur simonia, si detur pro huiusmodi pecunia, & est simonia secundum eum, quia prohibita. Alij dicunt quòd simonia est si est administratio talis quę habeat aliquid spiritualitatis annexum, facit quod notatur extra de simo. c. consulere, & hoc videtur verum. Sed nunquid beneficium potest permutari cum hospitali? Respondeo secundum Feder. de Senis quòd sic, si hospitale conferatur in beneficium clericis. Secus si hospitale sit concessum laicis. Sed si clerico sit commissum vt bono iure non in beneficium, putat q; possit fieri permutatio, quia non est titulus totaliter prophanus sed ecclesiasticus, nec potest vendi sine vitio simoniæ. Si quæratur quid posset opponi contra rectores bonorum hospitalium? Respondit Lapus quòd potest opponi quòd non fecit inuentarium solemniter & quòd sit minor vigintiquinque annis. C. de episco. & cleri. Orphanotrophos. Item quòd turpis persona & suspectæ vitæ, vel quòd est ei interdicta administratio tertia quæstione secunda cap. Quia. Sed infra quantum tempus debet compleri hospitale.

Impedimẽta hospitalarii.

Vtrũ eps possit accipere quartã.

Respon-

Reſpondet Lapus. Hoſtien. dicit in ſumma, quod infra annum ſi fiat oratoriū infra quinquennium. in authen. de eccleſiaſti. titu. §. Si quis authen. Item quęritur vltimo, vtrum dyoceſanus poſſet viſitare hoſpitalia infecto rum ſuæ dioceſis habentia altaria oratoria & campanilia? Reſpondit Lapus, quod Fede. Senis in opere ſuo tenet, quod ſiue ex teſtamento ſiue a principio inter viuos ordinatū fuit quod locus talis eſſet deputatus ad vſum hoſpitalitatis, ſiue interuenerit auctoritas epiſcopi ſiue non, poteſt per epiſcopum viſitari, vt viſitando inquirat, an ibi illud fiat propter quod conſtitutum eſt, & propter quod ibi fiunt eleemoſynę a fidelibus, & maxime cum habeat ſigna, formam & ſtatum loci pii & eccleſiaſtici, vel etiam ſic denominetur, ad hoc de ſenten. excommuni. c. ſi iudex lib. 6. & quod not. Arch. de prę ben. cum de beneficio lib. 6.

TITVLVS XII. DE ECCLESIIS ET PATRONIS earum.

¶ *Eccleſia tribus modis ſumitur.* Cap. I.

IN eccleſijs benedicite Deo domino de fontibus Iſrael Pſalm. ſexageſimoſeptimo. Vos ſcilicet fideles qui eſtis de fontibus baptiſmalibus Iſrael, ideſt Chriſtianitatis, quæ Deum videt per fidem. Sic enim interprætatur Iſrael, ſcilicet videns Deum. De fontibus dicoleuati ſiue renati benedicite Deo. Benedicit autem quis Deum corde colendo & recte de eo ſentiendo Pſalmus 102. & 103. Benedic anima mea domino. Et Iob. Benedicant Deo in cordibus ſuis, ore ipſum laudando & prædicando. Iaco 3. Ex ipſo ore benedicimus Deum & patrem opera virtuoſa propter Deum operando. Tob 4. omni tempore benedic Deum ſcilicet bene operando. Benedicite inquit Deo in eccleſiis. Vbi nota quòd eccleſia tripliciter accipitur.

¶ Pro collectione fidelium generali.

¶ Pro congregatione iuſtorum ſpeciali, aliàs ſpirituali.

¶ Pro ædificatione lapidum materali.

¶ De prima dicitur primæ. Thimo. 3. Scias quomodo in domo Dei oporteat te conuerſari quæ eſt eccleſia Dei viui, ideſt congregatio fidelium. Hæc deſignantur parabolice Matthei, tertiodecimo capitulo, cum dicitur. Simile eſt regnum cælorum ideſt præſens eccleſia ſagenæ miſſæ in mari & ex omni genere piſcium congreganti. Mare præſens ſæculum, piſces homines, ſagena immiſſa doctrina euangelica, quę ex auctoritatibus connexis conſtat, hęc capit. piſces bonos & malos, quia ſub hac doctrina fidei concluduntur multi boni & mali, ſed in fine diſcernuntur. Vnde Gregorius vigeſimatertia quæſtione quarta, ait. Hæc vita quæ inter cęlum & infernum ſita eſt ſicut in medio ſubſiſtit, ita vtrarumque partium, ciues communiter recipit. Quos tamen ſancta eccleſia indiſcrete ideſt indiſtincte ſuſcipit, & poſtea in egreſſione diſcernet. Si ergo boni eſtis, quandiu in hac vita ſubſiſtitis ęquanimiter tolerate malos. Nam quiſquis, malos non tolerat ipſe per impatientiam ſibi teſtis eſt, quia bonus non eſt, hæc ille Iſta mixtura multipliciter figurate eſt & oppreſſio & perſecutio bonorum a malis per opera & mala exempla vt per Cayn & Abel, quorum ex vno patre & matre & vna domo. Cayn. interfecit Abel. Sic in arca. Noe ex filiis vnus reprobus inuentus eſt Cham. In domo vna Abrahę Iſmael qui perſequebatur Iſaac fratrem eius. In domo Iſaac vterini. Iacob dilectus & Eſau odio habitus per ſequens fratrem ſuum Iacob. In domo Iacob filii perſequentes & vendentes fratrem, ſuum Ioſeph. Hinc & Hieronimus, qui ſecundum carnem natus eſt perſequebatur ſpiritualem, nunquam autem ſpiritualis carnalem perſequitur, ſed ignoſcit ei quaſi ruſticano fratri. Scit enim poſſe proficere per tempus vigeſimatertia quęſtione quarta, cap. Qui ſecundum. Iſta autem tolerantia malorum referenda eſt, vel quo ad ſocios, in quibus quis non habet auctoritatem coercendi, vel quoad ea quæ iudicialiter puniri non poſſunt quia nec probari ſi ad prę latos extendatur. Nam mali Chriſtiani qui aliis nocent, diuerſis modis coerceri a ſuis in ſolentiis debent cum poſſunt per rectores, quod docet Auguſtinus dicens vigeſima tertia quęſtione quarta. Quid faciet eccleſiæ medicina, ſalutem omnium materna charitate conquirens tanquam inter freneticos & lethargicos ęſtuans, nunqd contemnere nun quid deſiſtere, vel debet vel pōt ſcilicet a cor- §. 1.

rectione vtriusque necesse est vt sit molesta, quæ neutris est inimica. Nam & frenetici nolunt ligari & lethargici nolunt excitari. Sed perseuerat diligentia charitatis, freneticum ligare lethargicum excitare, ambo offenduntur & ambo diliguntur ambo molestari quandiu ægri sunt indignantur, sed ambo sanati gratulantur, hæc ille. Et potest freneticus dici qui aliis nocet, lerhargicus q cessat a bono ad quod tenetur. Ille debet frenari. Et istæ ad bonum debitum stimulari. Et dicitur hic ecclesia prelatus ecclesiæ. Nam vsitatum est vt a toto denominet pars principalior.

§.2. ¶Secundo modo sumitur ecclesia pro congregatione bonorũ fidelium qui sunt per charitatem. Christo incorporati, de quo potest intelligi illud Psalm. 34. Confitebor tibi in ecclesia magna, scilicet virtute, & pro ideest in populo graui, scilicet moribus virtuosis laudabo te. De hac Hieronymus, de pœnitentia distinctione prima, ecclesia Christi est non habens maculam mortalis, culpæ, nec rugam scilicet erroris. Vnde qui est aliqua sorde peccati pollutus, de ecclesia dici non potest nec Christus subiectus, hęc ille. Ad idem facit quod ait Ambrosius. 24. quęsti. prima. Quæ dignior domus apostolicæ predicationis ingressu quam sancta ecclesia aut quia preferendus magis omnibus videtur quam Christus, qui pedes suis consueuit lauare hospitibus, & quoscunque sua susceperit domo scilicet ecclesiæ pollutis nõ patiatur habitare vestigiis, sed maculosos si in ea receperit (licet vitæ prioris) i reliquũ tamen dignetur reformare processus, hic est solus quem nemo debet deserere nemo mutare ad quem dicitur, domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes, hæc illę. Hæc est ecclesia quæ regitur a spiritu sancto, corpus Christi mysticum quod vegetatur spiritu eius, pro qua Christus orauit ne fides deficeret, vnde semper firma manebit quousque transferatur tota in triumphantem, de qua & Hieronymus ait, vigesimaquarta quæstione prima omnibus consideratis. Omnibus consideratis puto me non temere dicere aliquos ita esse in domo Dei, vt & ipsi sint eadem domus Dei scilicet ecclesia, vt dicit glo. quæ dicitur ædificari supra firmam petram, scilicet Christum, quæ vnica columba appellatur quæ sponsa pulchra sine macula & ruga. Et hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuę, paradisus cum pomorum fructu. De hac domo dicitur, qui habitare facit vnanimes in domo, scilicet ecclesiæ, hoc ille. Et quamuis deceat ministros ecclesiæ, scilicet clericos in virtute laicos excedere, quia vt dicit Hieronym. Valde ecclesiam Dei destruit laicos meliores esse quam clericos. octaua quæstio prima, qualis, tamen si sint mali & quantumcunque mali dummodo tolerati conferunt veritatem & virtutem sacramentorum & acceptantur a Deo orationes & officia publica eorũ, quia respicit Deus ad ecclesiã cuius illi sunt ministri, nõ ad eos qui sunt in hoc vt instrumenta mota a Deo ad iustificandum creaturam. Vnde Aug. Spiritus sanctus in sancta ecclesia ita operatur vt reprobos fugiat, & tamen per eorum ministerium reprobos colligat. 1. q. 1. ita fit. Sed nec per iniustam exclusionem ab ecclesia q fit a prælatis efficitur quis extra hãc communionem nec per indebitam admissionem seu collationem sacramentorum efficitur quis intra eam. Vnde Aug. Sicut is quem sacerdos, in ecclesia tolerat, est tamen extra ecclesiam & extra corpus cuius caput est Christus, si ei ostiarius, scilicet Christus non aperit, ita non ideo extra ecclesiam est, & non est de corpore si quis pastoris præiudicio compellitur foris esse. 1. q. 1. vt euidenter. Vt euidenter ostẽdere dominus a spiritu sancto quem donauit suis fidelibus dimitti peccata non meritis hominum quodam loco sic ait. Accipite spiritũ sanctum, & continuo subiecit. Si cui dimiseritis peccata remittuntur ei, hoc est spiritus sanctus dimittit non vos. Proinde sicut is quem sacerdos in ecclesia tolerat est tamen extra ecclesiã & extra corpus cuius caput est Christus si ei ostiarius non aperit ita non ideo extra ecclesiam est, & non est de corpore si quis pastoris præiudicio compellitur foris esse.

¶Tertio modo sumitur ecclesia pro ædificio materiali, de qua. 1. Timo. 3 Volo in ecclesia orationes fieri. De hac dicitur de conse. distinctione prima. nemo. i. Nemo ecclesiã ædificet antequã ciuitatis episcopus veniat & ibi dem crucem figat publice atriũ designet. Et 1. quæstio. 1. placuit. Placuit vt de ordinatione clericorum nulla episcopi munera suscipiant. Sed sicut scriptum est quod gratis donantæ Deo accipiunt gratis dent non aliquo precio Dei gratia & impositio manuũ venundetur, quia antiqua diffinitio patrũ ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit dicens anathema sit dãti & accipiẽti. Propterea quia ali quãti multi sceleribus obruti sancto altario indigne ministrãtes, non hoc testimonio bonorũ operũ, sed pro effusione munerũ obtinent

Aureus canõ. Ambrosij.

Ioan. 6. Luc. 20.

Mat. 16. Canti. j. Cãti. 4.

Diuersimodè dr̃ quis esse contra vel infra Eccl̃am.

Attẽdite epi & p̃s byteri sacramẽtorũ administratores.

net oportet non per gratiam munerum ſed per diligẽtem prius diſcuſſionem deinde per multorum teſtimonium clericos ordinare. ¶Ex hac auctoritate beati Ambroſij & Gregorii patet quòd ſymoniaci ſicut & alii hęretici a fide exorbitant, & ideo communiter de illis intelligitur quod etiam de aliis decernitur. ¶Item opponitur quòd prophetia donum ſpirituſſancti eſt, hoc autem in veteri teſtamento a ſanctis prophetis vendi conſueuerat, vnde Saul ad Samuelem pro vaticinio expetendo non niſi cum munere ire preſumpſit, vxor etiam Hieroboam ad hominem Dei non niſi cum munere acceſſit. Item Chriſtus a Iuda venditus auriculam ſerui ſanauit. Exemplo itaq; Saulis & vxoris Hieroboam patet quòd donum ſpirituſſancti emere vel vendere non eſt peccatum. Exemplo Chriſti liquet quòd ſpiritus ſanctus etſi iniuſte a ſymoniacis venialis putetur, virtutis tamen ſuæ non obliuiſcitur nec deſinit effectum ſuę gratiæ etiam venditus præſtare, ſed de prophetia beatus Hieronymus in Michea competenter ſoluit malos tãtum accepiſſe & non bonos denuncians. Et in eadem quęſtio. dicitur. Vnuſquiſq; epiſcoporum meminerit, vt non prius dedicet eccleſiam niſi ante dotem Baſilicæ & obſequium ipſius per donationem confirmatum accipiat. Nam non leuius eſt iſta temeritas vt ſine luminaribus, vel ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum qui ibi ſeruituri ſunt tanquàm domus priuata conſecretur eccleſia. Et hic de partibus ædificationis quid ſignificent ſcilicet ſtatus eccleſiæ militantis quę ponit Rich. vt habes in lib. &c. In iſtis ergo eccleſiis ab omnibus benedicitur Deus. Sed pro nunc de materialibus loquendo a pluribus benedicitur.

¶Benedicite ergo vos patroni Deo in eccleſiis ædificandis dotandis & defenſandis.

¶Benedicite & vos omnes Chriſtiani Deo in eccleſiis venerandis & mentibus ad Deum applicandis.

¶Benedicite & vos epiſcopi & clerici Deo in eccleſijs cõſecrandis officiandis & ordinãdis.

§.4. ¶Primo ergo benedicunt Deum patroni in eccleſiis dum eas conſtruunt & dotant, & iura & bona conſeruant vt in eis benedicatur Deus. Sed hodie videtur de facto mutatum in lege vt verius poſſint dici latrones quàm patroni, vt merito eis conueniat illud Eſa. 1. Principes tui qui fuerunt primi ad ædificandum ſocii furum diripientes bona eccleſiarum, omnes diligunt munera quæ dantur eis a rectoribus eccleſiarum, vt defendant eos in malis, ſequuntur retributiones, cum ſcilicet præſentant non tamen attendunt ad merita perſonarum: ſed vnde plus valeant habere emolumentum temporale. Sed ſacrilegium magnum eſt, vnde dicitur 16. quæſt. 7. Si quis principum vel aliorum laicorum diſpoſitionem vel donationem rerum vel poſſeſſionem eccleſiarum ſibi vendicauerit, vt ſacrilegus iudicetur. Item Grego. 7. dicit in concilio generali ſi quis. Si quis Imperatorũ, regum, ducum, vel quilibet ſecularium poteſtatum vel perſonarum inueſtituram epiſcopatus vel eccleſiaſticæ dignitatis alicuius dare præſumpſerit, ſciat ſibi introitum eccleſiæ interdictum 16. q. 7. Si quis deinceps, & in c. ſe. dicitur decernimus vt nullus clericorum inueſtituras epiſcopatus vel abbatiæ vel eccleſiæ de manu Imperatoris vel regis vel alicuius laicæ perſonæ viri vel fœminæ ſuſcipiat quòd ſi preſumpſerit, recognoſcat inueſtituram illam apoſtolica auctoritate irritam eſſe & excommunicationi ſubiacere. Item ea, q. dicitur. Nullus laicorum eccleſias vel eccleſiarum bona occupet vel diſponat qui ſecus ęgerit ab eccleſiæ limitibus arceatur. Item q. c. dicitur. Omnes Baſilicæ. i. eccleſiæ quæ per diuerſa loca conſtructę ſunt, vel quotidie conſtruuntur in epiſcopi poteſtate conſiſtant, in cuius territorio poſitæ ſunt. Et dicit ibi glo. niſi aliquo priuilegio a iuriſdictione eius exẽptæ ſint. Ad epiſcopum ergo ſpectat ordinarie inſtituere rectorem in eccleſia curata, vel ſimplici ſi non habet patronos. Sed & habet confirmare præſentatum a patronis infra tps eis datum vel ad capitulum vacante ſede, vel ad plebanos quoad eccleſias ſubditas ſuæ plebi, vbi ſit conſuetudo præſcripta vt ſeruatur Florentiæ licèt indecens videatur.

¶Varietas autem eorum qui ſunt in eccleſia §.5. deſignatur per ea ex quibus conſtituitur eccleſia materialis & ex eius conſignatione. Vnde Richar. de ſancto Victore. Singuli lapides ſcilicet eccleſiæ materialis ſunt ſignificatiui ſingulos fideles qui ſunt quadri ſtabilitate fidei & firmi virtute patiendi. Cęmentum eſt charitas quæ ſingulos coaptat atq; viuificat atq; ne per aliquam diſcordiam inuicem diſcrepent vniformiter æquat. ¶Fundamẽtum ſunt apoſtoli & prophetæ, parietes ſunt contemplatiui fundamento vicini terrena deſerentes, & cœleſtibus adhærẽtes. Tectum hoc reſpectu quia deorſum pendet ſunt actiui terrenis actibus proximi propter imperfectionem ſuam minus cœleſtibus intendentes, ac neceſſitati proximorũ terrena adminiſtran-

Taxãtur in uaſores eccleſię.

tes in alto sunt quia in officijs supra alios. Longitudo ecclesiæ consideratur secundum diuturnitatem temporum scilicet tempore legis naturalis, Mosaycæ & gratiæ. Latitudo dum multorum populorum numerositas per diuersas mundi partes dilatatur. Altitudo secundum differentiam meritorum & officiorum. In altitudine enim erigitur dum super laicos est ordo sacerdotalis, super sacerdotalem episcopalis, & super omnes tandem papa collocatur. Sacrarium ecclesiæ significat virginum ordinem. Chorus ordinem continentium. Nauis ordinem coniugatorum stri ctius & sacrarius est sacrarium quàm chorus, & chorus quàm nauis sic pauciores sed digniores virgines quàm continentes, & continentes quàm coniugati. Atrium ecclesiæ sunt falsi Christiani, qui & si sanctificati sunt baptismo, vt cemiterium benedictione, tamen pleni cadaueribus idest corruptione vitiorum. Turris idest campanile est nomen domini iuxta Salomonem. Campanæ sunt prædicatores verbi Dei. Fenestræ vitreæ sunt viri spirituales per quos cognitio Dei nobis lucescit. Interior dealbatura significat mundiciam cordium. Exterior mundiciam corporum. Altare Christus. De ecclesia igitur materiali pro nunc tractando.

¶Primum videndum est de eius ædificatione.

¶Secundo de eius immunitate.

¶Tertio de eius consecratione, violatione & reconciliatione.

¶Quarto de eius ornatu.

¶Quinto de officiatione.

¶*De pertinentibus ad ædifitium materiale ecclesiarum. Cap. 2.*

SCiendum igitur primo secundum Thom. 2.2.q.85.ar.3.q de terminatus locus exigitur ad orandum scilicet ecclesia non propter Deum qui adoratur quasi loco cõcludatur, sed propter ipsos adorantes, & hoc triplici ratione. Primo propter loci consecrationem qua spiritualem deuotionem concipiunt orantes vt magis exaudiantur. Secundo propter sacra mysteria & alia signa sanctitatis ibi contenta. Tertio propter concursum multorum adorantium ex quo oratio fit magis exaudibilis, & secundum quandam decentiam quãuis non sit necessarium, sic disponuntur, vt adoratio fiat versus orientem.

Adoratio fiẽda versus orientẽ.

¶Primo propter diuinæ maiestatis iudicium quod nobis manifestatur in motu cœli qui est ab oriente. Secundo propter paradisum ad orientem constitutum quasi quæramus ad paradisum redire. Tertio propter Christum qui est lux & oriens nominatur & ab oriente ascendit, & ab oriente expectatur ad iudicium venturus.

¶Si ecclesia fundata est in alieno solo secundum Ray. & Host. si dominus soli laicus erat & sciuit & non contradixit sibi imputabitur, & ecclesia libera manebit. ar. dist. 54. si seruus; si vero ignorauerit ecclesia quidem remanebit consecrata & libera. Nec efficietur laico censualis, sed tamen ille qui construxit tenetur dominum seruare indemnem. Vel etiam episcopus si imponẽdo lapidem primarium, & postea in consecratione ecclesiæ fuit negligens de consec. dist. 1. nemo, & 14.q.fi. comperimus. Si vero solum erat alterius ecclesiæ vel collegii, ecclesia debet ei restitui hoc modo, q ecclesia consecrata sit eis subdita quo ad iuspa. 17.q.4.quæst. §.1.

¶Aedificare ecclesiam nemo potest nisi auctoritate diocesani qui debet ponere primarium lapidem, crucem figere, & cimiterium designare, & etiam petere dotem sufficientem, sine qua consecrari non debet de consec. dist. 1. nemo, &c. Placuit, & hodie quidem sufficit quòd assignetur pro dote vnus mansus, idest vnum prædium sufficiens pro vno pari boum totaliter liberum, extra de eccle. ædifi. c. 1. Talis enim donec in hac paupertate fuerit non tenebitur ad hospitalitatem seruandam nec episcopo aliquid persoluendum nisi quantum potest donec perueniat ad pinguiorem fortunam, ar. de consue. capit. cum dilectus. §.2.

¶Exempti non possunt construere oratoria vel capellas in locis non exemptis sine diocesanorum licentia, nec in sic constructis facere celebrari, vel celebrare tempore interdicti in casibus non expræssis, alias per ordinarios compesci debent. Et si propter hoc conseruatores eorum ferrent sententias contra ordinarios non valent, extra de priuileg. cap. auctoritare libro sexto. ¶Item nota secundum Ray. quòd non licet habere oratorium in forma ecclesiæ in domo propria absq; auctoritate episcopi, nec debet ibi missa celebrari, nisi de consensu eius propter necessitatem, & non fiat præiudicium enorme parrochiali ecclesiæ. Clericus autem qui sine episcopi auctoritate in tali oratorio celebrauerit, debet deponi, de consec. dist. 1. vnicuiq; & c. clericos. §.3.

¶Quis autem teneatur ecclesiam cum indiget reparare? Respondet Hostien. quòd si fabrica §.4.

brica habeat ſuper hoc portionem deputatam, de illa reparari debet decima quęſtione tertia vnio. Et ſi non, tunc rector & alii in ea beneficiati conferre debent beneficia, extra eod. cap. primo, & decima ſexta quæſtio. prima ſi monachus. In quo caſu ſtandum eſt diſpoſitioni epiſcopi vel maioris partis capituli, extra de his quæ fi. a ma. par. cap. c. fi. In quibuſdam etiam religionibus laici hoc faciunt expeſis ſuis. Et vbi conſuetudo eſt tenetur, cum in ea participant ſacramenta eccleſiaſtica & audiunt diuina decima ſexta, q̃ ſtione ſeptima quincunque & c. filiis, & compellendi ſunt talem conſuetudinem ſeruare, extra de ſimo. c. ad Apoſtolicam. Si talis conſuetudo non reperitur tunc quarta prouentuum quę quondam a ſanctis patribus fabricæ deputata eſt tenetur, ita quod qui eam percipiunt, ſoluant non obſtante vlla præſcriptione vel conſuetudine. Sed poſt reparationem redit quarta ad illos qui percipere conſueuerunt, & ſic intelligitur illud duode cima quæſtione ſecunda de redditibus, cum tribus ſequentibus.

§ 5. ¶Eccleſia præcipue conſecrata vel oratoria monaſteria & huiuſmodi, non debent reuerti ad ſecularem habitationem & prophanos vſus decimanona quęſtione tertia quæ ſemel & c. quoniam, neque enim hoſpitale poteſt conuerti ad alium vſum, extra de re lig. do. c. ad hæc, & dicit ibi gloſa ſuper dicto. c. quæ ſemel, quòd ſi monaſterium deſtruitur poteſt bene de lignis & lapidibus cõſtrui dormitorium, vel alius honeſtus locus, vel etiam in coquina ſua ligna comburere poſſunt monachi, de conſecr. diſtinctione prima ligna. Sed ad priuatos vſus non debent conuerti. Locus autem remanet ſacer. licet diruptum ſit ædificium. Item dicit Ioan. in glo. ſuper §. quęritur ſi monaſterium decimaquarta quæſtione tertia de monaſterio non poteſt fieri ſecularis, eccleſia, vt in dicto c. quæ ſemel niſi enormiter viuant, tunc monachi poſſunt remoueri & inſtitui ſeculares canonici, cum auctoritate tamen Papę, vel niſi ita ſit quòd inueniantur aliqui de ordine illo per quos poſſit locus ordinari, vel niſi ita ſit quod non poſſit aliter locus ille reformari quam per canonicos, econtra videtur quòd epiſcopus de ſeculari eccleſia poteſt facere regularem. ¶Altaria in eccleſia conſecrata non licet preſbyteris in eccleſia inſtituere ſeu erigere noua ſine epiſcopi conſenſu ar. diſtinctione ſexageſimaoctaua quãuis, & de conſecra. diſtinctione prima nullus preſbyter. Sed in eccleſia non conſecrata poſſunt altaria inſtituere propria auctoritate. Altaria vero conſecrata ſine conſenſu epiſcopi non ſunt deſtruenda, de conſe. diſtinct. prima eccleſia. Altare autem nó debet eſſe ligneum vel terreum, ſed lapideum, de conſecra. diſtinct. prima, altaria, ſaltem oportet habere tabulam lapideam & conſecratam ſuper qua ſituentur hoſtia & calix quod dicitur altare viaticum & reſiduum altare ſit ligneum.

¶*De immunitate eccleſiarum & perſonarum eccleſiaſticarum & de libertate eccleſiæ.*
Cap. 3.

IMmunitas eccleſię eſt priuilegium eccleſiaſticæ libertatis vel rerum vel perſonarum ad eam pertinentium, & dicitur immunitas quaſi extra munia, ideſt officia a quibus ſunt immunes ideſt liberi. Eccleſiæ non ſolum conſecratæ, ſed non conſecratę ſi tamen ſuo rum epiſcoporum auctoritate ædificare ſunt, & vbi epiſcopus poſuit primarium lapidem & ad hoc ſunt ędificatæ vt conſecrarentur, & cemiteria earum ſecundum Raynũ. Inno. & Hoſt. habent immunitatem. ¶Primo vt nullus inde extrahatur, niſi in tribus caſibus vt infra dicetur. ¶Item ea quæ in eccleſia poſita ſunt, nec per vim nec per furtum ſunt, auferenda aliàs committitur ſacrilegium, de cima ſeptima quæſtione quarta quiſquis. Itẽ quòd nullus mortuus in eccleſia ſepeliatur niſi epiſcopi, abbates, aut digni præsbyteri, aut etiam fideles laici, tertia quæſtione ſecunda nullus. Et intelligunt quidam de illis laicis qui faciunt miracula, alii de fideli indignitate conſtituto, vt rege, comite, & huiuſmodi, alii de quolibet fideli chriſtiano, & ſic excluduntur per illud capitulum fideles, notorii peccatores in notorio morientes, vt glo. ibi. ¶Item habet immunitatem quod in choro non debent morari laici cum clericis, de conſecra. diſtinct. ſecunda, ſacerdotum, extra de vita, & ho. cleri. cap. primo, quod intelligitur dum ibi dicitur officium. Nam alio tempore etiam in ſacrarium ideſt capellam maiorem ad orandum & communicandum poſſunt intrare, vt dicitur in dicto capitulo primo. ¶Item quòd non poſsũt vendi propter aliquam neceſſitatem, in auct. de aliena. §. & quando. Item quòd in ea placita ſecularia non ſunt facienda, & maxime de cauſa ſanguinis, extra eod. cap. primo, & c. eccleſia. ¶Item quòd non fiant ibi

Capitulũ aureũ & oĩbus eccleſiaſticis & ſecularibus notãdum.

parlamenta, nec negociationes, & præc ipue nundinarum nec ſtrepitus iudiciorum ſecularium. Nam proceſſus iudiciorum ſecularių & ſententiæ in dicti s locis non valent extra eodem, cap. decet, libro ſexto. ¶Item quòd non fiant ibi ludi theatrales cum laruis & aliis inhoneſtis, extra de vi. & hone. cleri. cum decorem. Secus de honeſtate in præſentationibus, vt preſepe domini Herodem & Magos & huiuſmodi, quæ potius inducunt ad deuotionem quam ad vanitatē, & quod talia poſſint fieri, argu. de conſecratio. diſtin. 2. ſemel. Nam quodlibet feſtum eſt ſignum præteritarum rerum. 85. diſtinctione, quod dic. ¶ Et nota quòd ſi eccleſia interdicatur nō propter ea amittit priuilegium immunitatis huiuſmodi ſecundum Hoſtien. quia iſta non delinquit ſed priuata oratoria domorum non habent immunitatem ſecundum Hoſtien.

§. 1. ¶Immunitas autem confugientium ad eccleſiam eſt iſta, quod nullus quantumcunque malefactor confugiens ad eccleſiam vel ſpacium priuilegiatum circa ipſam, de quo ſpacio dicetur in fine huius. §. debet per vim extrahi, ſed ab eccleſia defendi, niſi in his caſibus, videlicet ſi confugiens ſit publicus latro ſcilicet qui ſtratas publicas inſidiis & aggreſſuris obſidet. ¶Item ſi ſit nocturnus depopulator agrorū, videlicet qui de nocte agros deuaſtat vel comburit, tales enim impune poſſunt extrahi, decimaſeptima quæſtione quarta, ſicut. Item ſi quis in eccleſia commiſit maleficium ſperans ſe ab ea defendi, quod ſemper præſumitur niſi contrarium probetur, talis non debet ab eccleſia defendi, extra eodem capitulo immunitatem. Et ſi in vna eccleſia offendat committēs ibi maleficium, & confugiat ad aliam, non debet ab illa defendi ſecundum Guiliel. quia qui facit iniuriam vni eccleſiæ oibus facit, cum vna ſit per orbem eccleſia. Item ſi confugiens ſit ſeruus qui niſi præſtita ſibi a domino cautione de impunitate non velit de eccleſia exire, innitus compellitur & domino redditur. decimaſeptima quęſtione quarta, cap. id conſtituimus. His ergo exceptis omnes alii ibi debent eſſe tuti nec per vim extrahi etiam ſi Iudęus vel paganus eſſet qui ad eccleſiam confugeret ſecundum Hoſtien. Ber. & Innocen. De excommunicato quamuis dubitetur. Guiliel. idem credit ſicut de aliis, puta tamen in hoc conſuetudinem probatam eſſe tenendā. Item confugiens ad palacium epiſcopi eodem modo debet eſſe tutus, etiam ſi palatium non ſit coniunctum eccleſiæ, decimaſeptima quęſtione quarta, id conſtituimus, quod capitulū abſolute loquitur de domo epiſcopi. Item ſi quis malefactor vel alius reus obuiauerit ſacerdoti portanti corpus Chriſti & ei adhæreat ſecundum Hoſtien. quamuis in iure hoc non ſit cautum, quilibet catholicus debet hoc fauere vt talis ſit tutus. Diligenter notāda.

¶Item nota quod eandem immunitatem ſecuritatis habet ſpacium in circuitu eccleſiæ quadraginta paſſuum quoad maiorem eccleſiam, & triginta paſſus quoad minores eccleſias, vt dicit decimaſeptima quæſtione quarta, ſicut vbi dicit gloſſ. quòd paſſus ſecundum Iſido. eſt menſura quinque pedum, pes autem ſpacium, vigeſimumquintum digitorum. Illud tamen non tenet in capellis quæ ſunt in ambitu caſtellorum vbi propter loci anguſtiam, non poteſt illud obſeruari, vt 17. q. 4. quiſquis. Qual iter autē debeat defendi confugiens ad dicta loca nota quod ex prædictis caſibus quantumcunque aliquis grauedelictū commiſerit, debent rectores eccleſiæ ſaluare ei vitā & membra & poterunt petenti cōcedere recepta prius ſuper impunitate eius idonea cautione, ſcilicet vel iuratoria tm, vt 17. q. 4. id conſtituimus, vel fideiuſſoria & pœnali ſit timeatur q; ille qui petit non bene ſeruet iuramētū. ar. extra de reſti. ſpo. c. ex trāſmiſſa. Super eo. aūt inique fecit ille qui confugit ad eccleſias, alias legitime puniendus, extra eo intet alia. Porro talis quandiu eſt in eccleſia, nec extrahendus eſt, nec veſtis nec victualia ei deneganda nec moleſtandus. C. de his qui ad eccle. confu. l. pręſenti, q; ſi quis cō trafecerit, ſciat ſe crimine læſę maieſtatis irretitum, & vltimo ſupplicio puniendum & ad requiſita naturæ debitis exeat locis, ita tm q; non accedat ad alias domos, vt d. ca. diffiniuit. 17. q. 4. De expenſis autem tali ſic confugienti prouidebit eccleſia. ſicut rector carceris prouidebit captiuis, vt notatur in d. c. diffiniuit in glo. ¶Item notat q; etiam confugientes ad monaſteria & conuentus debent quantum poſſibile eſt contutari, dicit enim Greg. 23. q. 5. c. reos. Reos ſanguinis defendat eccleſia, ne effuſione ſanguinis particeps fiat, vbi dicit Glo. Ioā. quòd non ſolum confugientes ad eccleſiam ſed & non confugientes ade eccleſiā quādoq; iuuabit, ſed cum diſtinctione quia ſi iniuſte damnati ſunt omnibus modis iuuabit, quibus, ſcilicet cō mode poteſt, ſi iuſte debet ſi eſt ſpes correctionis eorum tamē temperate, & nō importune iuuabit, ſcilicet intercedendo pro eis ne ex indiſcreta defenſione incidat in malam opi. 14. q. fi. ca. hi qui.

¶De

§.2. ¶De immunitate personarum ecclesiæ & pdiorum ecclesiasticorum. Nota secũdũ Ray. quòd ecclesiæ non debent fatigari angariis, vel seruitutibus personarum vel rerum. C. de episco. & cle. omnes presbyteros. 12. q. 2. ecclesiarum. In necessitate tamẽ vt si ciuitas esset obsessa nõ debet pati ecclesia suos rusticos defendi ab aliquo priuilegio a custodia, & huiusmodi, immo debet ad hoc eos compellere, extra eo. c. peruenit, prædia autem ecclesiastica habent hanc immunitatem secundum Ray. non debent grauari sordidis oneribus vt calcis coquendę, arenæ fodiendæ, cloacæ purgandæ, & similib. quæ vilia sunt. 16. q. 1. genera liter. §. nouarum. Ad honesta vero munera sicut sunt ordinaria tributa, teneẽtur etiam prædia ecclesiarum. 23. q. fi. c. tributum. Fallit tamen in domibus, atriis & hortis iuxta ecclesiam positis, & in manso de quo ecclesia dotata est de quo nullum debet dari tributum, de aliis autem sic, nisi fuerit expręsse remissum per eum qui potuit. Nam res ad ecclesiam transit cum onere suo. 23. q. vlti. secundum canonicam, extra de censi. c. sancitum. 16. q. 1. Siquis laicus Si vero sunt extra ordinaria, & de nouo inducta, non tenetur. 16. q. 1. Placuit. Similiter nec ad ea quæ subito iniunguntur nisi respiciant ad pias causas vt quia princeps mouet exercitum contra Saracenos, vel quia petitur ad constructionem põtium aut aliam consimilem causam. ¶In talibus si necessitas expoſcat debent domini temporales non auctoritate propria accipere sed humiliter ab episcopis & clericis postulare, & illi visa necessitate poterunt conferre, extra eo. non minus. Sed hodie nihil conferre debent in auxilium principum nisi consulto papa. extra eo. aduersus. Item si possessio aliqua vel domus teneatur alicui albergum facere, si illa postea perueniat ad ecclesiam, & ipsa tenebitur ad idem, vel vendat secundum Inn. & Hos. Item quamuis hospitium charitatiuũ ecclesia prælatis non debeat denegari, violenter tamen & tanquam ex debito exigere non potest. 62. di. c. quiescamus, extra eo. c. 1. secundum Hostien. Si tamen aliquis in recognitionem beneficiorum suorum reseruasset sibi hospitiũ in aliqua ecclesia illud sibi debet. 18. q. fi. Eleutherius. Sed nec tali licet violẽter irrũpere domos ratione alicuius iuris sibi debiti, & eadem ratione non põt tollere sibi necessaria inde hospitium violenter ingrediendo. Innocen. Item circa res temporales ecclesia habet hanc immunitatẽ. ¶Primo quòd ecclesijs donari põt in infinitum absque alia insinuatione, in auct. de non alie. re. §. si minus, cæteris autem donari non potest vel recipi vltra quingentos solidos, nisi præcedat certa insinuatio, & nisi certis casibus. C. de dona. l. Siquis. ¶Secundo quia relictum ecclesijs etiam minus solemniter factum puta quia in præsentia duorum testium tantũ tenet, extra de testamen. cum esses. ¶Tertio quia in ecclesiis transfertur dominium rei solo pacto cum aliis personis sit necessaria traditio. C. de sacrosan. ecclesiis. l. vt inter diuinum. ¶Quarto quod quicquid est exemptũ de pecunia ecclesiæ eius est, & ad ipsam debet reuerti. 12. quęst. 2. cap. 1. Et hoc adeo verum est, quia si clericus habeat pecuniam de præbenda vel ecclesia sua, & de ea emat prædium, licet illã potuisset dare aliis intuitu pietatis, tamen non potest dare prędium, quia statim fuit acquisitum ecclesiæ. ¶Et hoc siue emerit nomine suo siue alieno, extra de pe. elec. cap. 1. Et propter hoc non potest clericus illud alienare. Et idem est siquis iemat prædium de pecunia ecclesiæ quam habuit furto vel deposito, quia scilicet est ecclesiæ. Item nullo modo licet laicis exigere tallias, exactiones ab eis etiam ratione suarum possessionum domorum vel prædiorum, extra de immunitate ecclesiæ, quia nonnulli. Item alienatio rei ecclesiasticæ, nisi in certis casibus, & in certa forma non tenet, & de hoc infra.

§.3. ¶Pœna autem violantium immunitatem ecclesiarum est secundum Goffr. quia qui in aliquo modo ecclesias violant, vel personas, vel ab ipsis rapiunt violenter seu vsurpant, bona ipsarum, sacrilegium committunt, & excommunicandi sunt decimaseptima quæstio quarta Nullus, & cap. Siquis deinceps. In certis etiam casibus sunt excommunicati, vt incendiarii, & effractores sacrorum locorum de quibus habes infra in quarta parte. Violatores quoq; ecclesiasticæ immunitatis non solum pęna spirituali, (vt dictũ est) puniendi sunt, sed etiam pęna pecuniaria, quandoque maiori, quandoque minori, vt decimaseptima quęstio. quarta Quisquis, hoc arbitrio iudicis est relinquẽdum, & debet talis pecunia dari personæ vel loco cui facta est iniuria. 17. quæstio. 4. si quis in atrio. De occupantibus, bona vacantium ecclesiarum. Item de vsurpantibus in ecclesijs vel aliis locis pijs guardiam seu iuspatronatus de nouo, quomodo sint excommunicandi habes infra in quarta parte, de obligantibus res ecclesiæ vel ecclesias pro alienis debitis. ¶Item de recipientibus

Ti. 24. c. 12.

Ti. 24. c. 19.

Vbi supra, cap. 20.

tibus vel tenentibus ecclesias de manu laici postquam fuerint admoniti, habes, infra in quarta parte.

§.4. ¶ De immunitate ecclesiarum pulchra & vtilia notat Franciscus de Zab. in repetitione de cre. perpendimus, extra de sen. excommu. Et primo declarat vnde dicatur, quid sit, & in quo consistat, & postea quomodo contra eã fiat. ¶ Dicitur autem immunitas ab in quod est sine, & munus seu muniumquod est onus idest, sine onere. Et quamuis aliqui dicant emunitas, magis tamen & proprie debet dici per i, idest immunitas secundum Ioan. And. dicitur ergo immunitas quasi libertas, scilicet ab oneribus, sic accipitur per totum titulum. ff. de iure immu. sicut etiam notant Hostien & Goffr. in summa. Est ergo immunitas libertas seu exemptio ecclesiæ in personis, rebus & iuribus ecclesiasticis quibus cũque. Et compræhendit omnia priuilegia collata ecclesiæ siue a Deo siue ab homine quibus alii subiiciuntur. Sunt quædam priuilegia ecclesiæ personalia, quæ scilicet concernunt personas clericorum, vt quòd qui iniicit manus violentas in clericum, sit excommunicatus. 17. q. 4. Siquis suadente. Et quòd clericus nõ possit conueniri coram iudice laico, vt de foro compe. cap. 2. Quædam priuilegia sunt realia quæ scilicet concernunt res & iura clericorum & ecclesiarum, vt C. de episco. & cleri. l. generaliter, & de vi. & hone. cleri. ca. fi. Item fit alia distinctio, quia priuilegiorum quædã sunt generalia, scilicet concessa toti ecclesiæ, vt illud siquis suadente. 17. q. 4. Quędam particularia seu specialia, vt alicui ordini concessa, vel alicui particulari, ecclesiæ, vt de rescri. cap. cum ordinẽ, & de præscrip. cap. auditis.

Immunitas qd est.

Diuisio priuilegiorum ecclesiæ.

¶ Item fit alia diuisio, quia priuilegiorũ quædam sunt data a Deo, quędam ab homine. Et ea quæ sunt data ecclesię a Deo quamuis sint plura, tamen principaliter sunt tria. ¶ Primũ est illud, ex quo tota potestas depẽdet, & est illud scilicet. Quodcunque ligaueris super terram. Matth. 16. vt habetur. 24. q. 1. Quodcunque, & de transla. cap. 1. & proprer hoc Papa habet potestatem decidendi & interpretandi omnia iura etiam ciuilia, vt extra qui. fi. sint legiti. & cap. per venerabilem. ¶ Secundũ priuilegium est de decimis & oblationibus dandis clericis. 16. q. 1. reuertimini, & extra de deci. ca. nobis. ¶ Tertium priuilegium datũ a Deo ecclesiæ est vt administret sola sine laicis res suas, vt dist. 16. si imperator, & de rebus eccle. non alie. cap. fi. & hinc ecclesia sola & non imperator ius concedere potest & aliter disponere. 16. di. c. deniquue, & ea. cũ ad verum. Multa alia priuilegia sunt concessa a Deo ecclesię quę patent. in veteri & nouo testamento, vt dicit Innoc. in cap. nouit eod. ti. Priuilegiorum autem quę sunt data ab homine ecclesiæ, quædam sunt data a Papa, vt illud, siquis suadente. 17. q. 4. & illud de legatis ad pias causas, quòd sufficiant duo testes ad probandũ, vt de testamẽtis, cap. relatum. Quod intelligo tam quoad legatum adimendum quam quoad inducendum, vt cõtrario rum eadem sit disciplina. Et sic siue dicat deberi siue non, vt quia ademptum terminabitur per iudium ecclesiæ. Similiter & illud priuilegium ecclesiæ est a Papa concessum vt res ecclesiæ non alienentur, nisi cũ certa solemnitate, vt 12. quęstio. 2. fine exceptione, & de rebus eccle. non alienan. ca. siquis. Quædam sunt data ecclesiæ ab imperatore. Et hæc multa. Et hęc quandoque conceduntur loco quantum ad immunitatem, puta non fiat iniuria vel violentia in loco sacro. Quandoque ecclesiæ & aliquando generaliter acceptę id est toti congregationi fidelium. C. de sacrosan. eccle. l. 1. Aliquando minus generaliter acceptę, idest omnib. ecclesiasticis, vt Romanę ecclesiæ. Et quandoque episcopis & quandoque aliis ordinibus clericorũ, vt. C. de epi scopis & clericis. l. nemo, & multa alia quæ prosequitur Innocen. in dicto cap. nouit. eodem titulo. Quædam alia priuilegia sunt data ecclesiis ab inferioribus, vt extra de restitutio. in integrum cap. auditis, & de fide instrumento. cap. inter, & de decimis cap. dudum. Et de istis do regulam generalem, quod qui libet potest dare priuilegium ecclesiæ in his quæ ad se spectant, quia quilibet etiam priuatus potest transferre ius suum in ecclesiam, vt de donatio capitu. cum dilecti. Priuilegiũ tamen generale nullus inferior a principe conferre potest, cum ad solum principem papam scilicet & imperatorem spectet vniuersaliter disponere de orbe. 9. quęstion. 3. cuncta, & cap. per principalem, & de vsupal. cap. adhonorem.

Regula de priuilegio dãdo ecclesiæ.

§. 5. ¶ Quomodo vel quando dicatur violari ecclesiastica libertas vel immunitas. Circa qđ dicit Innoc. quòd non fit contra libertatem ecclesiæ quando violantur priuilegia concessa particularibus ecclesiis, sed quando violãtur priuilegia concessa vniuersali ecclesiæ. Bar. autem ff. quarum re. ac. non da. de. l. 1. §. quę honorandum, dicit fieri contra libertatem ecclesiæ, quando fit aliqua dispositio vel statutum per quod clerici efficiũtur timidio

Violatio ecclesiarum.

res

tes quod non nego, sed etiam alio modo contra libertatem ecclesię scilicet vt cum fit contra priuilegia concessa vniuersali ecclesiæ vt dictum est per Innoc. & alio modo quo dicetur infertius. Vnde si communitas faciat statutum ne per suos iudices reddatur ius prælato alicuius ecclesiæ, puta episcopo contra suos debitores, q̃uis prima facie nō videatur contra libertatem ecclesiæ per dictum Innoc. supra alleg. quia scilicet fit contra particularem ecclesiam tantum, sicut enim potuisset ex toto ciuitas reuocare iurisdictionem a suis iudicibus, ita in parte limitare, vt de offi. deleg. cap. pastoralis, tamen contrarium est rei veritas. Et ratio huius est, quia fit contra priuilegium concessum ab imperatore omnibus clericis. C. de episc. & cle. auten. statuimus, & probat hoc tex. notabiliter de excep. capit. 2. lib. 6. Non enim læditur hic particularis prælatus tantum, immo tota vniuersalis ecclesia & eius libertas, sicut & cū unus clericus conuenitur coram iudice laico, fit in iuria tori ordinis clericali. 11. q. 1. inolita, & de fo. competen. si diligenti. Sed quid si ab una ecclesia particulari exigantur collectæ per laicos? Dic idem. Nam violatur libertas ecclesiastica, de qua habetur de immunita. ecclesia, cap. non minus, & eodem tit. cap. clericis, libro sexto, & licèt sublata sit quoad suam particularem pœnam illa constitutio clericis, per clemen. vnicam, eodem titulo, tamen adhuc durat in ratione sua, quia fit contra ecclesiæ libertatē, etsi indirecte violetur immunitas, vt de immuni. eccle. cap. finali, libro sexto, cum fieret statutum quòd nullus coquat panem clericis vel contrahat cū eis & huiusmodi. Et ex hoc infertur quòd fit contra libertatem ecclesiæ, quotiescunque tollitur vel minuitur libertas ecclesiæ etiam particularis. Quando videlicet illa libertas talis, non est vnus ecclesiæ particularis: sed est etiam generalis aliorum, vt de immuni. eccl. cap. 1. libro sexto, in vers. lædere vel minuere. Et ex hoc patet q̃ qui turbat iurisdictionem vnius ordinarij ecclesiastici, turbat libertatem ecclesiæ, & dicitur facere iniuriam ecclesiæ vniuersali. ¶Et ex his dicitur quæst. quæ fuit de quodam statuto facto in castro Prati in Tuscia, quo cauebatur q̃ nullus præsumeret allegare q̃ præpositus Praten. ecclesiæ non haberet iurisdictionem quasi episcopalem in loco. Quærebatur vtrum hoc esset contra libertatem ecclesiæ, & respondetur q̃ sic. Nam per tale statutū violatur libertas episcopi diocesam, qui in spirituali iurisdictione fundat intētionem de iure communi in tota dioceſi. 95. distinct. perfectis. Est. n. violatio libertatis ecclesiæ si laici aliquid disponunt auctorizabiliter in ali quo de rebus eccl. vt dist. 96. bene, & de cōsti. cap. ecclesia. Et sic consuluit dominus Lapus de castel. optimus in iure canonico theoricus & practicus. Sed quid si ecclesiæ particulari vel alicui speciali ordini competit aliquod particulare priuilegium & illud violetur. Pone exemplum de priuilegio ciſtercien. de quo dicitur de rescrip. in capi. cum ordinem, vt si aliquis legatus apostolicus vrget ciſtercien. ad respondendum coram se per rescriptum non faciens de eorum ordinem mentionem, an faciat contra libertatem ecclesiæ? Respondeo q̃ non. Nam hoc casu oportet q̃ citatus alleget priuilegium suum forte enim negabitur esse ciſtercien. & est verum sic intellectum, q̃ tenetur dicere de his quę sunt facti. Et hoc nisi sit notorium, vt de accus. c. veniēs, sed & si notorium sit videtur obligari ad veniendum, quia licèt excuset ab onere probandi non tamen ab onere proponendi, vt li. non contesta. c. accedens. Et ex prædictis concludo quòd fit contra libertatem ecclesię quandocunque violatur priuilegium concessum super generali libertate ecclesiæ, & hoc siue violetur quoad omnes ecclesias siue clericos, siue quoad vnam ecclesiam siue clericū, quia omnes ecclesiæ sunt vna 24. q. 1. loquitur, & de sum. trini. cap. 1. Secus de libertate particularis ecclesiæ, ideſt non competenti generali ecclesiæ. Sed quid de statutis laicorum dispo nentibus auctorizabiliter, & prę cipue de aliquibus quæ etsi non directe, tamen concernentibus ecclesias, puta disponit statutum q̃ aliqua bona immobilia non possunt uendi non subito communitati, & annullat contractum si fiat, nunquid si laicus vendat ecclesiæ destruetur contractus obstante statuto? Respon. do. Francis. de Albergotis consuluit in quæstione facti sic statutum non est contra libertatem ecclesiæ, nam in contrahendo ecclesia non fungitur iure speciali, sed iure communi cum aliis, ergo in hoc non versatur libertas ecclesiæ quæ non competit omnibus, sed ecclesiæ tantum, argumentum ff. de legat. tertio. l. legatum. Sed Ioannes Calder. consuluit contrarium, scilicet quòd non includuntur in tali statuto ecclesię nec personę ecclesiasticæ, quia si statutum hoc exprimeret, esset, illicitum in eo quòd prohiberet contractum de se licitum cum ecclesia fieri ad hoc de priuileg. capit. quanto, & de immuni. eccl. cap. fi. lib. 6. Sed nec in verbis generalibus includitur

Statuta laicorū cōtra ecclesias.

cluditur ecclesia ad hoc. C. de magistra. conuen. l. 1. Et hoc tenet Io. And. de immu. eccle. c. fin. lib. 6. dicens, quòd tale statutum quoad prohibendos contractus factos cum non subditis laicis bene valet per l. dudum. in fine. ff. de contrahenda emptio. iuncta. l. cum ita. Sed secus est in ecclesijs quæ sunt priuilegiatæ in donationibus vt possunt fieri in ecclesiam. C. de sacrosan. eccl. l. illud, sic & super alijs contractibus, quòd transeat dominium in ecclesiam sine traditione, eodem titu. C. l. fi. In generali ergo concessione facta populis super legibus condendis, per c. omnes populi. ff. de iusti. & iure, non intelligitur derogatum priuilegio tali ecclesiarũ, vt in earum prçiudicium possint populi statuere. Item sic intelligendo esset contra libertatem ecclesiæ, extra de consti. c. ecclesia. Et fuisset expræssum statuentes, & qui seruare facerent essent excommunicati. vt eodem ti. nouerint. Et dicit Ioan. And. quòd non esset absurdum dicere quòd iudex ecclesiasticus posset cogere illos ad quos pertinet, ad declarandum statutum illud non respicere contractus faciendos cũ ecclesia, quia etsi non de iure tamẽ de facto impeditur vtilitas ecclesiæ per illud, vt de arbi. c. peruenit. Idem determinauit Oldra. de quo ponit Federi. de Senis in opere suo consilio. 77. Ipse autem Franciscus de Zab. ad hanc addit quçstionem, videlicet disponit statutũ pistorij, q̃ donatio sit ipso iure nulla nisi sit denunciata potestati infra mensem. ¶ Quçritur an donatio facta ecclesiæ, & non denunciata tali modo sit nulla? Respondet & dicit q̃ Ioan. Calde. disputauit hanc quçstionem licèt sub alijs terminis, videlicet q̃ Bonon. statutum disponit testamentum non valere quod non fuerit registratum in memoralibus communis infra certam diem si ecclesiæ fuerit instituta hæres non seruata illa qualitate, vtrum valeat testamentum. Et tenuit quoad ecclesiam statutum non ligare per rationes supra positas. In contrarium ipse Franc. de Zab sic statutum potest qualificare cõtractum laicorum. Per hoc etiam quod notat Bar. ff. de muner. & hono. l. rescripto. § fi. vbi dicit apponi posse remedium ne prædia transferantur in ecclesiam, nisi cum onere vt teneatur ecclesia ad tributa, & vectigalia, & dat modum quòd fiant omnia prædia ciuium tributaria communis, & tunc transeant cum onere tali, ad quod inducit nota. per Innocen. in c. postulasti. Sed magis ad hoc facit c. pastoralis, de decimi., & pigno. c. ex litteris. Demum post plures rationes inductas dicit quòd tũc demum talia statuta non tenent, cum apparere potest ea vergere in derogationem ecclesiasticæ libertatis. Si autem quæratur quando dicantur vergere talia statuta in derogationem ecclesiasticæ libertatis, distinguendum sic, quia aliquando fit mentio de ecclesia vel ecclesiasticis personis, in illis statutis, aliquando nõ fit mentio, & si fiat mentio dico quòd eoipso apparet quòd sunt contra libertatem ecclesię in eo quòd laici statuunt de non pertinentibus ad se per dictum c. fi. de re. eccle. non alienan. Si autem nulla fiat mentio, vt in duabus prędictis quæstionibus tunc aut statutum non simpliciter prohibet contractum, sed certam formam requirit vt in quæstione præmissa, cum scilicet disponat statutum q̃ non ualeat donatio, nisi insinuata potestati, aliquando simpliciter prohibet contractum. Et in primo casu aliquãdo forma est obseruabilis sine magna difficultate, aliquando non obseruabilis sine magna difficultate. Si sine magna difficultate obseruari potest aut forma adiicitur contractu qui de sui natura est de foro ecclesiastico, vt super legatum ad pias causas aut adiicitur alteri contractui. Primo casu dico quòd non tenet tanquam de non pertinentibus ad iurisdictionem statuẽtis cum talium regulatio ad ecclesiasticum iudicem spectet, vt de testa. c. nos quidem, & C. de episc. & cle. l. nulli. Si autem adiicitur contractui qui de natura sui est de foro iudicis secularis, vt regulariter sunt omnes contractus & dispositiones laicorum, tunc per hoc non violatur libertas ecclesiæ in aliquo, quãuis enim sit fauendum ecclesijs & personis ecclesiasticis, non tamen ita vt turbetur iurisdictio laicorum, vt de iudi. c. nouit. Et maxime hoc dico, quia ex iustis causis possunt iustificari talia statuta, ne. f. bona alienentur in non subditis ad nutum eorum qui bona habẽt, sed solum cum subest rationabilis causa, aliàs de facili posset ciuitas erui tributariis, & sustinentibus onera communitatis. Et iccirco si disponat statutum q̃ non teneat venditio nisi fiat proclamatio in palatio siquis velit contradicere in aliquo, vel nisi alienans sit annorum triginta, vel nisi sint inter duo proximiores, non tenebit alienatio facta in ecclesiam non seruata tali forma, quia in hoc nullo iure speciali munita est ecclesia, nec in aliquo per hoc sibi præiudicabitur. Si vero nec forma adiecta non est sine magna difficultate obseruabilis dico idem sicut & quando cõtractus prçcise prohibetur comparando in hoc difficultatem impossibilitati, vt de iureiur. c. breui. Et hęc intelligendo

donatio facta ecclesiæ.

do de difficultate quæ sit maxima & talis q̃ censeatur impossibilitas. Et per hoc deciditur alia quæstio cum enim sit statutum quòd non fiat translatio immobilium in non subeuntem onera cõmunicatis, nisi de licentia cõmunis vel habentis ius communis. Si quæritur vtrum teneat translatio facta in ecclesiã, ita quod non seruata illa forma dicatur nulla? Respondet quod tenet talis translatio nec potest dici nulla, quia cum talis obtentio licentiæ dependeat ab vno solo pro impossibili habetur. Vnde statutum tale quod est Paduæ limitandum, ita scilicet quod non extendatur ad ecclesias. Et idem dicendum si difficultas sit magna quamuis etsi nõ tanta quòd censeatur pro impossibili. Quando autem dicatur talis difficultas & quando non, patet per exempla supra & infra posita in quo pẽ maxime debent attendi circunstantiæ ex q̃bus actus variatur vt de iureiur. cum quidã. Si verò statutum simpliciter prohibet contractum, vt cum disponit bona non posse transferri in non subditum vel non subeuntem onera communitatis tunc si contractus est de facto ecclesiæ tunc non tenet statutum, sic dictum est in alio præcedenti membro. Sed si non est de foro ecclesiastico vt cum prohibet vendi non sustinendi onera communitatis, tunc aut ex obseruantia eius multum præiudicatur ecclesiæ, aut parum vel nihil. Et primo casu non extenditur statutum ad ecclesiã vel clericos sicut est prædictum statutum q̃ prohibet vendi non subeuntibus onera communitatis. Nam licet clerici non sustineant onera communitatis, vt extra de immu. eccl. c. non minus, non tamen propter hoc debent minus bene tractari quam laici sustinentes aliàs priuilegium ecclesiæ esset damnosum contra illud de reg. iuris. c. quod ob gratiam lib. 6. Item ex hoc violaretur libertas immunitatis ecclesiæ, ex quo per eam efficerentur deterioris conditionis, vt de priuileg. c. quanto, sed si nullum vel paruum præiudicium inferetur ex obseruãtia eius posset sustineri statutum, puta si disponit arma non alienari in non subditos, vel quid simile de his quæ clericis prohibentur de iure, vt quod reciperent tur gabellæ ab omnibus qui defferunt res causa negociationis & huiusmodi, extra ne cler. vel mo. per totum, immo etiam si sunt talia quæ possunt competere clericis, dum tamen non sit notabile præiudicium ecclesiarum & appareat causa rationabilis aliqua propter quam moti sunt statuentes, idem dicere puta disponit statutũ quòd certa bonaq̃ sunt in confinibus non alienentur in sustinente, onera, ne possit contingere fines variari, vel quòd certæ domus q̃ sunt ad vsum publicum, licet sunt singulorum non possint trãsferri in non subditum ne posset cõtingere q̃ ad talem quem translata foret nõ posset habere commune in locationem pro vsu publico, quia ille locare nollet, vel non sine magno emolumento in quo magnum misieret cõmune prę̃iudicium. Istis casibus & similibus dico quod in ecclesia facta alienatio non tenebit procedũt hęc de radice iuris & nitũtur maxima ęquitate vt ecclesiæ conseruentur in iure suo & laicorum iurisdictio non ex toto cõfundatur. Et accedit ad hoc 11. q. 1. pue nit. Quod autem dicit Fran. de Albergotis, quod potest statuens prohibere translationẽ rerum in non subditum nec per hoc agitur contra libertatem ecclesię, non simpliciter, est verum, sed distinguendum quia aut nõ subditus dicitur, quia de alio territorio est, puta de Bononia & tale statutum sit Florentiæ, & tunc est verum nec concedendũ, quia priuilegium clericorũ non debet eis esse damnosum, quod esset si excluderentur a beneficio quod habent ciues & subditi quo etiam debent gaudere, de fo. compe. dilecti, dictum etiam Bar. supra allega. non procedit in Italia, cum in ea prædia non sunt tributaria. C. de epi. & cle. l. de his. Sed sic generaliter faciendo omnia prædia tributaria, appareret factum in fraudem & in grauamen ecclesiæ, maxime quando tributum est maximum, & solum esset impositum, & non exigeretur. Vnde communiter a modernis tenetur illud consiliũ Bar. licite fieri non posse. Et ex hoc apparet statutũ factũ Florentiæ anno domini M.CCCC.XXV. vel circa, quod omnia bona immobilia quæ tunc inueniebantur apud laicos seu portantes onera communitatis in quemcunq; transferentur, transirent cum onere impositionũ cõmunitatis non põt extẽdi ad ecclesias vel clericos scilicet q̃ si emãtur ab ecclesijs, vel donentur aut legẽtur eisdem p̃ testamẽtum talia immobilia subiiciãtur oneribus cõmunitatis, cum nõ fuerint ab antiquo tributaria, nec seruatus sit modus datus a Bar. qui tamẽ nec reputatur licitus, q̃a in fraudẽ factus, & hoc esset contra libertatẽ ecclesiæ, de immu. eccle. per totum. Et si allegatur, quod per hoc multæ fraudes fiant, q̃a multi donant ecclesiæ, vel legant simulatè vt euadant onera cõmunitatis. Respondeo q̃ fraus & dolus nemini patrocinari debent vn de talibus detectis puniantur. Sed negari

Translatio facta in ecclesiam.

Priuilegiũ clericorum.

non

nō poteſt quin ad eccleſias & hoſpitalia multa immobilia licite & ſine fraude, ſed iuſtis titulis legati vel emptionis nomine perueniāt quæ vtique debent gaudere priuilegiis eccleſiarum, alias violaretur libertas eccleſiaſtica, & princeps prouinciarum facta eſſet ſub tributo. Quoddam etiam ſtatutum Florentię factum fuit anno domini 1444. vel circa quo cauebatur quòd nullus forenſis, qui ſcilicet nō eſſet de ciuitate vel diſtrictu Florentino poſſet obtinere vel poſſeſſionem capere cuiuſcūque beneficii eccleſiaſtici ſibi collati p quēcunque, niſi prius in conſilio obtineretur per partitum habendo. 36. fabas nigras. Et licèt aliqui dicerent non eſſe hoc ſtatutum contra libertatem eccleſię, tamen communiter fuit determinatum contrarium, & ſic declaratum per Papam, vnde oportuit annulare illud ſtatutum, aliàs non poterant abſolui ab excommunicatione contracta, quia contra libertatem eccleſiæ erat.

¶ *De cenſibus & tributis eccleſiarum.* *Cap.* 4.

Cēnſum ſeu tributum eſſe ſoluendum ei cui debetur, oſtendit Chriſtus verbo ſuo quando interrogatus a quibuſdam, Si licet cēſum dari Cæſari an nō. Reſpōdit. Reddite quę ſunt Cæſaris Cęſari, & quæ ſunt Dei, Deo. Matth. 22. Oſtendit & exemplo quando iter faciēdo cum diſcipulis qui exigebat a trāſeuntibus tributum vel pedagium vel vectigal, hoc petens a Petro, oſtendit Chriſtus ipſi Petro ſe liberum eſſe ab huius ſolutionis debito. Et ſubdit vt non ſcandalizemus eos, vade ad mare & mitte hamum, & eum piſcem quem primo capies, accipiēs inuenies in ore eius ſtaterem. i. certam monetam, & illud ſumens da illis, ſcilicet exigentibus, quod & factum eſt, vt habetur Matth. 17. Ad idem Apoſtolus ad Rom. 13. Reddite omnibus debita, cui honorem honorem, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal. Et Auguſt. tractans illud Apoſtoli ad Rom. 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, ſic dicit, & vos ſubditi eſſe debetis, ideo & tributa præſtatis, quia hæc eſt probatio ſubiectionis, extra de cenſi. c. omnis, & dicit glo. hoc dictum laicis, & poteſt extendi ad clericos nō omnes ſed eos qui poſſident ciuitates & caſtra & laicis data cum aliqua ſubiectione obſequii tēporalis. Hinc Amb. ait. 11. q. 1. Magnum quidem eſt & ſpeciale documentum quo Chriſtiani viri poteſtatibus ſublimioribus docentur debere eſſe ſubiecti, ne quis conſtitutiōnem terreni regis putet eſſe ſoluendam. Si. n. cenſum filius Dei ſoluit, (vt patet ex exēplo poſito) quis tu tantus es qui putas nō eſſe ſoluendum? Vbi dicit glo. quòd Chriſtus ſoluit cenſum non ex debito, quia cum cenſus ſit ſignum ſubiectionis, Chriſtus autem nemini erat ſubiectus, ſed dominus omniū, ideo non erat obligatus ad illud ſed ad tollendum ſcāndalum pupillorum ſoluit. Et pedagia quidem & gabellas, & collectas, vel tallias non poſſe exigi a clericis, & eccleſijs vel imponi abſque licentia Papæ per communitates, & principes ſeculares ſub pæna excommunicationis, habetur infra ti. de excomu. maiori. Quomodo autem imponendum ſit laicis & exigendum, habes ſupra in 2. parte tit. 1. c. de rapina. Sed cenſus ſeu tributum quæ pro eodem ſupponunt debentur, & poſſunt licite exigi non a laicis tantum, ſed etiam a clericis. Nam eccleſiæ reperiuntur obligatę ad cenſum vel tributum ſoluendum, aliquando prælatis eccleſiaſticis, aliquando patronis quod frequenter accidit, aliquando principibus ſecularibus, & ſi ab antiquo reperiuntur ſic obligatę ſoluere debent. Vnde Amb. Si tributum petit imperator non negamus, agri eccleſiæ ſoluunt tributum. Si agros deſiderat imperator poteſtatem habet vendicandorum tollat eos ſi libitum eſt imperatori, non dono, ſed non nego. 11. q. 1. & gl. dicit ſuper verbo poteſtatem quod intelligitur de facto non de iure, nam ſine auctoritate principis ſiue alterius quis detineat res eccleſiæ ſacrilegus eſt niſi reſtituat. 12. q. 2. quiſquis. ¶ Nec etiā ex hoc quòd prędia eccleſiæ ceſſent a tributo propterea poſſunt vēdi. 16. q. 1. generaliter. §. nouarum. Et ſuper verbo non nego, dicit glo. ſ. corporaliter me opponēdo, quia pro temporalibus opponere me non debeo. Idem Ambr. imperatori poſtulanti ab eo vnam eccleſiam pro hęreticis Arrianis, nullo modo potuit aſſentire, ſed inter cætera dixit. Allegatur imperatori licere omnia ipſius eſſe vniuerſa. Reſpondeo noli grauare te imperator, vt putes te in ea quę diuina ſunt imperiale aliquod ius habere nolite extollere, ſed ſi tu uis diutius imperare, eſto Deo ſubditus. Scriptum eſt, reddite quæ Dei Deo, quæ Cæſaris Cæſari, ad imperatorem palatia pertinent, ad ſacerdotem eccleſię publicorum tibi menium ius committitur, non ſanctorum. Naboth poſtulatus a rege. ſ. Achab. pro vinea ſua. Reſponditabſit, vt ego patrum meorum tradam hæreditatem, vt habetur. 3. li. Regum. Sanctus Naboth vi-

Tributū eſſe ſoluēdum.

Ti. 24. c. 25.

Ca. 12.

tes

Pulchrũ exẽplũ Naboth Israelitę de immunitate eccleſię.

tes ſuas ſuo proprio cruore defendit, quia ſcilicet pro eo iniuſte occiſus eſt. Si ille non tradidit vineam ſuam, nos trademus eccleſiam Chriſti, & infra tributum Cæſaris eſt, nõ negatur. Eccleſia Dei non vtiq; ei debetur quia ius Cæſaris non poteſt eſſe templum Dei. Quid honorificentius quàm vt imperator filius eccleſiæ dicatur eſſe, quod enim filius dr ſine peccato dicitur cum gratia dicitur. Imperator enim intra eccleſiam eſt, bonus imperator quærit auxilium eccleſiæ nõ refutatur. Si de meo aliquid poſcatur aut fundus, aut domus, aut aurum vel argẽtum, id quod mei iuris eſſet liber offerrem, templo Dei nil poſſum decerpere, vel trahere eum illud cuſtodiendum non tradendum acceperi; hæc omnia habentur 23. quęſt. 8. conuenior. Ad idem facit quod di. Vrbanus q. e. tributum. Tributum in ore piſcis piſcante Petro inuẽtum eſt, quia de exterioribus ſuis quæ palam cunctis apparent tributum eccleſia reddit non autem totum piſcem dare iuſſus eſt, ſed tantum ſta terem qui in ore piſcis inuentus eſt, quia non eccleſia dari imperatori, nõ pontificalis apex. qui in ore capitis eccleſiæ pręeminet, ſubiici regibus poteſt. Sed ſane (vt diximus) quod in ore piſcis inuentum eſt pro Petro, & domino dari iubetur, quia de exterioribus rebus eccleſiæ, quod conſtitutum antiquitus eſt pro pace & quiete, quia nos tueri & defenſare debent, imperatoribus perſoluendum eſt, hæc in glo. ſuper verbo exterioribus, id eſt non de rebus eccleſiæ. Nam exquo ſemel dicatum eſt eccleſiæ, ſancta ſanctorum erunt domino. 12. q. 2. Nulli, vel de exterioribus, ideſt inquãtum ad ea quæ prius erat tributaria. quia cum onere perueniant ad eccleſiam, vt de deci. c. cum non ſit. Vnde & Gratianus diſt. 23. q. 8. ſecundum canonicam. §. hinc datur, q̃ de his quæ a quibuſlibet eccleſia, emerit vel viuorũ donationibus acceperit, principibus conſueta debet obſequia, vt & annua perſoluat tributa. Et idem Gratianus. §. ſed notandum, ea. quæſtio. ſi in morte, dicit quòd ſunt quidam epiſcopi quin non contenti decimis, & primitijs prædia, villas & caſtella, & ciuitates poſſident, ex quibus Cęſari debent tributa & huiuſmodi, niſi benignitate imperiali promeruerunt immunitatem ab huiuſmodi, debent vtique tributa ſoluere quibus a domino dicitur. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari.

Quid ſignat in ore piſcis.

§. 1. ¶ De cenſibus & procurationibus habetur titulus ſpecialis in decretis cum multis ca. & in 6. & clemen. & præcipue quoad procurationes. Ex quibus elicĩuntur aliquæ concluſiones magis communes contentioſa fori iudicialis dimittendo aduocatis. In ca. ſancitum dicit Ioã. And. in nouella de dote eccleſiæ q̃ antiquitus fundatores eccleſiarum conſueuerunt aliquem cenſum pro fundo in dotem aſſignato recipere, illum debent dimittere. arg. ex hoc c. & 10. quęſt. 1. c. 1. Et ſi remittunt pro remiſſo, & ſi de nouo imponunt, pro non impoſito habetur, argum. ex iiſdem iuribus, ſed ſi alii erat tributatiũ quod datur pro dote non erit eccleſia liberata, ſed eccleſia non debet illam terrã recipere pro dote niſi prius ſit liberata a tributo, & potius eſt ab ędificatione ceſſandum ſecundum Innoc. De tributis terrę quæ dantur eccleſiæ pro dote, dicit Hoſtien. quòd ſi aſſignatio dotis talis fuit facta ſine conſenſu domini illius, ſcilicet cui debebatur tributum non valuit, arg. de loc. & conduc. c. potuit. Si autem de conſenſu tunc ſi non retinuit tributum illud videtur dediſſe, di. 54. ſi ſeruus, & ſic intelligatur opinio Ala. cum iuribus ſuis, aut ipſum excepit, & tunc ſibi imputet eccleſia quę rem tributariam recępit, cum & domino licuerit retinere. In c. licet, habetur, q̃ cęcus ad collectas perſonales cogi non debet quod Innoc. intelligit de perſonalibus tantum, non de realibus. Sed Hoſtien. intelligit generaliter de collectis quę fiunt in terra, vt fodrum, albergaria regium, & ſimilia. Putat etiam quòd tales perſonas miſerabiles non ſolum a perſonalibus, ſed ét a realibus extraordinarijs debeant eſſe immunes arg. 89. diſ. iudicatum. In realibus autem ordinarijs non ſunt immunes. fatetur tamen q̃ tales ſi teneant aliquam terram cenſualem vel tributariam, quòd debent ſoluere tributum vel cenſum 16. quæſt. 1. ſiquis, quãuis pie faciat dominus ſi pro paupertate oppreſſo hoc remittat. ¶ Ex ca. præterea habetur, q̃ prælatus auctoritate ſua non poteſt præſertim poſt mortem eccleſiam ſuam conſtituere cenſualem, quod ſi faciat ſine ſuperioris auctoritate, non durat poſt mortẽ, vt de tranſac. c. de cætero. Ex ca. eccleſiis habetur, quòd ex hoc quòd epiſcopus eripiat aliquam eccleſiam de manu laicorum vel quoad iuſpatronatus quod iniuſte tenebant, vel quoad fructus quos ſibi vſurpabant, non tamen ex hoc poteſt epiſcopus aliquid cenſus de nouo imponere, tenebatur enim epiſcopus ex officio ad hoc liberare eccleſiam de manu laicorum, vt extra de reli. do. ca. de xenodochijs. In c. innouamus habetur, quòd cap. illud quod alias fuit ſtatutum de theloniis, de pedagiis 24. q. 3. ſiquis.

Cæcus collectas non debet dare.

3 si quis rompetas, præcipitur obseruari, vt scilicet noua pedagia sine auctoritate regum & principum non constituantur. Vbi dicit gl. quòd reges & principes tantum habent potestatem noua pedagia instituendi. ff. de publica. & vectiga. l. vectigalia. Alia autem omnia pedagia interdicta intelliguntur nisi ex consuetudine cuius non extat memoria in contrarium, exigantur. de verb. signi. c. super. Et tales hodie a Papa in curia Romana excommunicantur, secundum Host. Sed quærit Io. And. Vtrum tale pedagium prohibitum reci piens sit excommunicatus, non tamen hoc statuens. Respondit q̃ sic saltem ex mente, ar. de sen. exc. quia periculosum, li. 6. vel iusta ignorantia, vt de cle. ex. c. apostolicæ. Host. & dicit lex. C. de noua vectiga. l. 1. 2. & 3. q̃ sine imperatoris præcepto, nec præsidi, nec curatori, nec curiæ constituere licet ea neq; præcedẽtia reformare, vel his addere vel minuere, de pedagiis. tamen vide supra in 2. par. ti. 1. de rapina. Non debetur census cuius causa ignoratur, hoc dicit, c. peruenit, de censibus, super his verbis. Census ignorantiæ. i. cuius ignorantia, vt dicit gl. nec diuinis nec humanis legibus inuenitur glo. supple q̃ solui debeat sine causa, & ideo qui petit alleget causam. Vbi dicit Inno. q̃ si est certum censum deberi etiam si nulla causa subesset solui debet, vt de censi. c. quanto. Dicit autem Host. q̃ episcopus solum per se sicut nec patientia per senec negligẽtia obligationem talem inducit, sed negligentia cum tpe obligationem tollit, vt de præscrip. per totum, & patientia cum tempore obligationem inducit. Dicit. n. Hostiẽ. q̃ inepte petit quis censum dicendo. Peto censum quia mihi prẽstitum est per annos 40. sed si dicat, peto talem censum ex tali causa impositum ad quod probandum alleg. solutionem continuam 40. annorum, bene petit & obtinebit solutionem illam probãdo. Caueat tamen talis subdit Host. de conscientia quòd non exprimat vel fingat falsam causam, de præscrip. cap. fi. Videtur q̃ si non est memoria initii perceptionis vel causæ sufficit dicere ex iusta causa impositum, ad quod probandum inducatur tempus cuius non extat memoria, ar. ad hoc de præscrip. c. 1. lib. 6. Nec obstat quòd non specificatur causa quia præsumptio est pro petente, cum non sit verisimile aliquem cẽsum sine causa & sine quærela tanto tempore prẽstitisse, ar. ff. de proba. l. cum de indebito. Itẽ incertitudo & impossibilitas merito excusat hoc casu non exprimentem specialem causam, de reg. iur. nemo

Vtrũ recipiẽs pedagiũ ꝓhibitum sit excõicatus.

potest, lib. 6. nec his contradicit tex. ipsius, c. quia non est talis census ignorantiæ qui prẽscriptus est, etsi causa ignoretur. Ho. ¶ Sed ab. de Sicilia super c. ad audientiam, de prẽscrip. quærit, vtrum contra prẽstationem census currat præscriptio. Respondet per distinctionem prius declarando secundum gl. & Bar. q̃ tributum & census sunt sinonima. Aut ergo præstatur census principi in signum supremę potestatis, & dominii, & tunc non potest prẽscribi, sicut nec subiectio ipsa vt de præscrip. c. cum ex officij, aut census detur alia consideratione, & tunc potest præscribi, vt in ipso c. ad audientiam, de præscrip. Et nota Cy. in d. l. competit. C. de præscri. Sicut enim alia iura ecclesiæ vel principis possunt præscribi, ita & census ex quo cessat causa prædicta, & per prædicta puto, q̃ vbi potest præscribi subiectio puta epi vel alterius circa principẽ poterit ẽt præscribi & census, & etiam si prẽstaretur in signũ subiectionis. Si. n. potest prẽscribi subiectio, ita & fortius subiectionis signum ne fortius sit signum q̃ signatum, ad quod nota de cathedratico, in c. cum olim, & c. cum venerabilis, de censi. ¶ Dubitatur tñ, an remanente subiectione possit in totum præscribi, subiectionis signum. Et dicit q̃ supręma potestas præscribi nõ potest sicut nec cõtra Deum cuius vices Papa gerit, vt notanter dicit Inn. in c. bonę, de postul. Dominicus de S. Geminiano sic videtur distinguere vt audiui, quia aut certum est cẽsum institutum in signum subiectionis, & tunc præscribi non põt sicut nec subiectio ea durãte, aut ob aliam causam est certũ fuisse institutum, & tunc prẽscribi potest, aut dubium, & tunc quia prẽsumitur in signum subiectionis institutum nõ poterit præscribi. In c. significauit, summarie hr̃ q̃ is qui recipit iuramẽtum de nouo impositum ecclesiæ soluendo compellitur iurantem absoluere, vt dicit Host. q̃ si census ille erat indebitus non astringebat iuramentum illum a quo petebatur absoluẽdum interdixit autem eps in casu dictę decretalis sacerdoti talis ecclesiæ ne solueret cẽsum illum monachis qui exigebant ipsum qa monachis ignorante epo cuius auctoritate & non inferioris eo census ecclesiæ est imponendus, vt eo. tit. præterea. Hunc censum acquisierant & sic clandestinũ possidebant, nec ecclesia erat obligata, sed his qui soluit tantum, quia sacerdos non potuit ecclesiam obligare nec ei quoad possessionẽ præiudicare nisi legitimus modus vt de arbi. cap. per tuas vel dic quòd satis potuit acquiri possessio monachis per solutionem sacerdo-

Vtrum currat p̃ scriptio cõtra p̃stationẽ census.

tis,

sequitur delectatio, secundum illud psal. 76. Memor fui Dei & delectatus sum. Sed per accidens causat tristitiam quandam inquãtum non plene fruitur Deo. Secundario procedit deuotio ex consideratione propriorum defectuum. Et hæc consideratio de se nata est causare tristitiam, & per accidẽs lęticiam per spẽ diuinæ subuentionis non auxilij &c.

§. 2. ¶ De ornatu ecclesiæ. Nota quod dicit Amb. dist. 66. non satis, circa fin. Maxime sacerdoti hoc conuenit ornare templum Dei honore congruo vt ẽt culta aula Dei respõdeat. Non tamen dicit ꝙ fiant superfluitates pompæ & multę vanitates armorum, picturarum, vasorum aureorum & huiusmodi. Vnde idẽ Ambr. in eodem lib. scilicet de officiis, & habetur 12. q. 2. aurum, sic dicit. Aurum sacra non quærunt nec auro placẽt, quæ auro non emuntur. Ornatus sacrorum redẽptio captiuorum est. Sed & Hierony. in c. seq. & incipit gloria tales repræhendit dicens. Multi ædificant parietes, columnas & ecclesiæ subtrahũt marmora nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur & ministrorum Christi nulla est electio. Neq; vero mihi aliquis opponat, diues in iudæa tẽplum, mensam, lucernas, thuribula, patellas, cyphos, mortariola, &c. ex auro fabricata. Tunc hęc probantur a domino, quando sacerdotes hostias immolabant, idest dum erat ille carnalis populus, quærebatur cultus Dei circa exteriora & sensibilia. Et sequitur. Quanquam hæc omnia præcesserunt in figuram scripta sunt autem propter nos in quos fines sęculorum deuenerunt. Nunc verò cum paupertatem domus suæ, pauper dominus dedicauerit portemus crucem, & delitias lutum putemus, hæc ille. Bernard. quoq; etiam reprehendit picturas vanas & monstruosas ecclesiarum, & immundiciam & incuriam rerum sacrarum, vt paramentorum & altarium & huiusmodi.

§. 3. ¶ De aqua benedicta sancta quæ debet esse in ecclesiis, de huius virtutibus sic dicit Alexander Pa. de consecratio. distinctio. 3. aquam. Aquam sale conspersam populis Benedicimus vt ex ea cunctis aspersi sanctificentur & purificentur, quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ aspersus populos sanctificabat atq; mundabat, multo magis aqua salæ aspersa diuinisque præcibus sacrata populum sanctificat & mundat. Et si sale aspersio per Heliseum prophetam, sterilitas aquæ sanata est, quanto magis diuinis præcibus sacratus sal, sterilitatem aufert rerum mundanarum & inquinatos sanctificat & purgat, & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & a phantasmaticis versutiis homines defensat, hæc ibi. Et not. secundum Thom. in 4. quòd aqua benedicta non est sacramentum, sed sacramentale, quasi quædam dispositio ad sacramentum. Non enim directæ ordinatur ad remedium præstandum vt sacramenta, sed ad remouendum prohibens. Vnde datur contra dęmonum nequitias & omne quod effectum sacramentorum impedire posset. Quomodo etiam per ipsam tollantur venialia habes, supra prima parte. Item secundum Thom. in 4. Cum aqua non benedicta apponitur benedictæ, totum est benedictum. Virtus enim quæ acquisita est aquę ex benedictione peruenit ad aquam additam, quod dicitur in dicto c. aquam, quod cinis vitulæ sanctificabat, intelligendum est non ex opere operato vt sacramenta nostra, sed ex operæ operante idest fide & deuotione illud facientes sicut & alia sacramenta veteris testamenti. dist. 12. q. 1. art. 2. q. 6. ad 2. & 3. partem. q. 77. ar. 8. ad 3.

¶ *De oblationibus ecclesiasticis idest quæ fiunt in ecclesijs.* *Cap.* 11.

DE oblationibus quæ fiunt in ecclesia. Nota ꝙ Greg. 7. de consec. dist. 1. sic dicit. Omnis Christianus procuret ad missarum solemnia aliquid Deo offerre & ducere ad memoriam, quia Deus per Moysem dixit. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Pro cuius declaratione dicit Thom. secun. secun. quæst. 86. quòd nomen oblationis est extensum ad omnes res quæ in Dei cultum exhibendum, ꝙ si aliquid exhibeatur in cultum diuinum quasi in aliquod sacrum quod inde fieri debeat ad sumẽdum dicitur sacrificium & oblatio, vt patet Leui. 2. Si vero exhibeatur vt integrum maneat diuino cultui deputandum vel in vsus ministrorum expẽdendum erit oblatio & non sacrificium. Huiusmodi autem oblationes de sui ratione habent ꝙ voluntarię offerantur. Vnde dicitur Exo. 25. Ab homine qui vltroneus offert accipietis eas, concor. glo. dicto capit. omnis, di. quod ad litteram est consilium. Potest tamen contingere ꝙ aliquis ad oblationes teneatur quadruplici ratione secundum Thom. 2. 2. q. 86. ar. 1. in corpore, ar. Primo ex præcedenti conuentione sicut cum alicui conceditur aliquis fun- Exo. 23. artic. 1.

dus eccleſię vt certis temporibus certas oblationes faciat, quod tamen habet ratione cenſus. ¶ Secundo propter præcedentem deputationē ſeu promiſſionem, ſicut cum aliquis facit donationē inter viros, vel legat aliquid eccleſiæ mobile vel immobile. ¶ Tertio propter eccleſiæ neceſſitatem, vt cum miniſtri non habent vnde ſuſtētentur. ¶ Quarto propter conſuetudinem, tenentur enim fideles in aliquibus ſolemnitatibus ad aliquas eccleſias conſuetas, in his tamen duobus vltimis caſibus remanebit oblatio quodammodo voluntaria quantum ad quantitatem vel ſpeciem rei oblatæ. Tho. q̄ ſi laici non dant oblationes cum debent, poſſunt eis ſubtrahi ſacramenta non tamen per ipſum ſacerdotem, ut glo. dicit illius. c. omnis, ſed vt dicit Tho. per ſuperiorem prælatum, q̄ autem laici prohibentur accipere vel comedere oblationes fidelium per decretum Calixti 10 q. 1. ſanctorum, & c. ſe. Hiero. etiam dicit ea, q. quia ſacerdotes pro omnibus orare debent, quorum oblationes & eleemoſynas accipiunt. Qua fronte præſumunt laici oblationes ipſorum comedere vel aliàs comedere &c. Dicit Tho. q̄ hæc capitula intelliguntur poſtquam fuiſſent oblationes conſecratæ, quia tunc non poſſunt cedere in vſus laicorum, ſicut nec ſacræ veſtes vaſa & huiuſmodi, vel etiam poteſt intelligi quando talis a propria auctoritate auferunt, vel cum ratione parentelæ recipiunt oblationes a clericis extra caſum neceſſitatis aliàs autem ipſas oblationes nō ſolum poteſt in vſus ſuos conuertere, ſeu etiam poteſt & debet alijs diſtribuere & partim in his quæ pertinent ad cultum diuinum partim in vſus pauperum quantum poteſt vel vendendo vel donando ipſas oblationes. Hier. 16. q. 1. quoniam quicquid habent clerici pauperum eſt &c. & 12. q. 2. quattuor. ¶ Et nota q̄ quarundam perſonarum prohibentur recipi oblationes ad altare, & hoc in deteſtationem criminis eorum, cum. ſ. eſt notorium. Vnde dicitur diſt. 90. Oblationes deſidentium fratrum nec in ſacrario nec in gazophilatio recipiantur. Et dicit glo. cum. ſ. odium eſt apertum & notorium. Et exprimit etiam quędam alia vitia per quæ oblationes huiuſmodi non debent recipi videlicet de oppreſſore pauperum extra officium vel etiam in officio poſt admonitionem non correctus. Item de eo qui vi extrahit de eccleſia ſeruum ad eccleſiam confugientem. Item de vſurario publico. Item de meretrice. Poſſunt tamen iſti dare eleemoſynam de ſuo ſi habetur. Item dicunt Richar. & Ho. & ſimiliter de hæretico excommunicato & iudæo ſimiliter & de quolibet alio notorio & horrendo, glo. tamen hoc vltimum non tenet. Item nota quòd cum epiſcopus in eccleſia cathedrali vel alia parrochiali celebrat ſecundum Hoſtien. oblationes quæ offeruntur de iure communi ſuæ ſunt extra de parro. cap. ſuper eo. Si tamen de conſuetudine eſt contrarium, ſequenda eſt conſuetudo, dum tamen epiſcopus accipiat ſuam canonicam portionem de omnibus. Sed ſi epiſcopus nimiam moram in uno loco contraheret & nimis frequenter celebraret ſecus eſſet. Idem in archiepiſcopo prouinciam viſitante, extra de cen. c. Romana, li. 6. Oblationes quę offeruntur eccleſijs parrochialibus ſecundum Ray. & Hoſtien. dandæ ſunt ſacerdoti parrochiali, & ſi alij eccleſiæ prælato illius eccleſiæ 10. q. 1. quia ſacerdotes.

Vbi ſupra ad ſuperiorem prælatum.

ar. 2. ad 3.

¶ *De patronis eccleſiarum & quæ pertinent ad iuſpatronatus & quomodo habent præſentare & huiuſmodi.* *Cap.* 12.

DE patronis beneficiorum ſeu eccleſiarū vltimo videndum eſt. Vbi ſciendum ſecundum Hoſt. q̄ patronatus eſt poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium eccleſiaſticum, & ponitur vt Goffre. dicit ex eccleſiæ fundatione, dotatione ſoli collatione 16, q. 7. filijs, & c. quicunq;. Vnde verus. Patronum faciunt dos ędificatio fundus. Et iuſpatronatus ſecundum diuerſas regiones diuerſi mode nominatur, quandoque enim dicitur aduocatio, extra, eo. c. quia clericus quandoq; vice dominatus vel cuſtodia ſeu guardia, extra, eo. prēterea. quandoq; dicitur ius frequentationis vel proceſſionis 6. q. 7. piæ mentis, & c. frigentius, hæc enim nomina pro eodē ſupponunt, extra de ſa. mo. c. in ſingulis. §. fi. Ius autem quod competit patrono eſt quadruplex. Vnde verſus. Patrono debetur honor onus & emolumentum. Præſentet præſit defendat alatur egenus. Primum ergo eſt quod ipſe habet præſentare inſtituendum ad præbendas ſeu eccleſias non collegiatas, extra eo. fere per totum. In collegiatis vero electioni non quidem faciendæ ſed iam factæ poſtulatur aſſenſus patroni, extra. e. nobis. Secundum eſt q̄ quaſi principalis primus in proceſſione procedit 16. quæſtio. 7. piæ mentis. Tertium eſt. quòd defenſor præcipuus eccleſiæ eſt, & ideo tenetur eam defendere ab omnibus oppreſſoribus 16. quæſtione 7. filijs. Quartum eſt, quòd ſi vergat ad inopiam alendus

eſt

est bonis ipsius ecclesiæ, vt in dicto.c.filiis. Itē in ipsa fundatione potest patronus laicus de consensu episcopi certum censum tenere extra.e.c.præterea.2. sed vltra nil debet exigere nec in aliquo grauis esse, extra de sta.mo.c.in singulis. Sed quando patronatus est locus religiosus, vt si aliqui monachi in proprio solo & proprius expensis ecclesiam ędificauerunt habent in ea omnia temporalia sicut episcopus omnia spiritualia, vt 16.q.2. statuendū & c.sane, extra de priuil.c.cum & plantare, & de capel.mo.c.1. habent nihilominus & ius præsentandi, extra de supplen.ne præla.c. sicut. Debet autem patronus si est laicus præsētare infra quatuor menses si est ecclesia vel monasterium infra sex menses etiam si iuspatronatus habuit, extra eo.si laicus, lib.6. aliàs episcopus ordinabit de ecclesia, extraeo. cum proprius, quod si patronus prędentet primo vnum & postea alium si laicus est patronus indicio episcopi relinquitur, quem velit acceptare, sed si est collegium vel ecclesiastica persona variare non potest sed primus præferrendus, extra.e.cum aduocatus.

§.1. ¶ De præsentato. Nota quòd si patronus præsentat non idoneum sed indignum si patronus est collegium, vel persona ecclesiastica priuatus est pro ea vice iure præsentandi, extra.e.c.cum in cunctis, & de supplen.ne.pla.c.sicut. Similiter etiam secundum quosdam si patronus est laicus priuatus est iure p̄sentādi pro ea vice, & deuoluitur ad superiorē vel saltem priuari debet, tamen vt addit Inno. bene facit episcopus si iterum remittat prouisionem laico patrono. Item nota quòd patronus quantumcunque sit idoneus non p̄t præsentare seipsum. 8.q.1. in scripturis, extra eo.per nostras. Si tamen plures sunt patroni bene possunt præsentare vnum de seipsis ar. extra de elec.c.cum in iure, sed bene potest præsentare patronus filium suum vel nepotē dummodo alias sit idoneus, secundum. Host. quin potius videtur prędentandus quā alius extra de choa.cle.c.1.concor. Innoce. Item si ecclesia vacante episcopo vocat patronum, & confert ei motu proprio, ita quòd nō habuit hoc originem a patrono, potest fieri secundū Hosti. arg. extra de elec.c.cum in iure.

§.2. ¶ De translatione vel alienatione p̄onatus. ¶ Not. quòd quatuor modis iuspatronatus transfertur in alterum. ¶ Primo per successionem hęreditariam. Secundo ex permutatione quia cum alio spirituali permutari potest 16.q.7.nemini. Tertio ex donatione. Et si donatur iuspatronatus laico requiritur consensus epi, maxime quando dubitatur ne fiat in fraudē & transferatur in potentiorem, extra, eo.ca.præterea, sed si donetur clerico requiritur consensus episcopi, extra eod.ca. ex insinuatione. Quarto ex venditione quia licet non possit vendi specialiter, extra eo. de iure tamen transit cum vniuersitate, nisi de ipso specialiter excipiatur extra eo.ex literis, & c.cum secundum. Similiter tranfit cum vniuersitate in conditione ad firmam siue ad pēsionem, vt eo.c.ex literis. Vtrum possit pignori obligari, de hoc sunt opi. quidam dicunt q̄ potest obligari cum vniuersitate, verior tamen videtur opi. Inno. quòd nec simpliciter nec cum vniuersitate potest pignori obligari, ex eo quod creditor non potest re vti pignorata, nec debitor quando transtulit in creditore & sic cum neuter possit præsentare fieret detrimentum ecclesiæ, quod non debet esse. dica. cum secundum, Hostien. in feudum potest dare cum vniuersitate, sed non specialiter & expręsse. Et dicitur spirituale hoc ius quia per ipsum prętatur via ad concedendū beneficium spirituale, de simo. in huiusmodi vide, supra in 2.parte tit.1.c.1. ¶ Sciendū q̄ patronatus potest pertinere nō solum ad clericos & religiosos, sed etiam ad laicos. Sed obstare videtur quod habetur. 16.q.7. laicis, vbi dicitur laicis quamuis religiosis nulla de ecclesiasticis dignitatibus aliquid disponēdi legitur attributa facultas, & sic videtur quod de ecclesiis in nullo debeant se intromittere vnde nec præsentare quod pertinet ad patronos Respond. Archidia. super dicto capitulo. Notandum quod duplex est dispositio rerū ecclesię. Vna est legis promulgandæ, & hæc non competit laicis de rebus ecclesiæ, vt hic & dictinctio. 96. bene quidem, & extra de constitu. capitul ecclesia quod verum est de iure communi, secus si alicui esset hoc collatum ex priuilegio quod duret, vt distinctio 63. in sinodo Alia dispositio est administrationis, seu dispositionis, & hæc est triplex. Vna est auctoritatis & hęc est solius episcopi, vt. 9.q.2. per totum. Alia est mysterii, & hæc est œconomi, qui tamen est vel esse debet clericus, vt 16.q.7.noua. vbi dicit Archidia. idé quòd si res ecclesię non fuerunt spirituales nec tales q̄bus adhęrent spiritualia bene possunt procurari, per laicum secundum Hug. & tunc castaldus dicitur regere vt operariu. Laudul. etiam dicit ibidem quod intrinsecis rebus, vt possessionibus bene potest constitui laicus ab ecclesia, & tunc talis, non est dicendus œconomus, sed castaldus

Dispositio rerum.

& ſic non eſt contra quod dicitur. 89. diſt. iu dicatum & c.ſe.quia illa, c.loquuntur de eco nomo, qui præeſt rebus ſpiritualibus eccleſiæ annexis, vt ius decimarum & huiuſmodi. Alia eſt prouidentię & ſollicitudinis, & hęc competit laicis, puta patronis & vice dominis, vt 16.q.7.ca.filiis, & 89. diſt. volumus. Hi.n.habent præſentare in eccleſia inſtituendum non autem poſſunt ex hoc res ipſius eccleſiæ ſibi vendicare vel de eis diſponere, vt dicitur in ca.ſi quis in principium. 16.q.7.& in ca ſe.dicitur pię mentis amplectenda deuotio eſt, & in fine ſciturus ſine dubio præter proceſſionis aditum qui omni Chriſtiano debetur nihil ibidem proprii iuris ſe habiturũ & loquitur de patrono. Et appellat vt dicit glo.& Archi.proceſſionis aditum iuſpatronatus quo habet præſentare inſtituendum eccleſia, & ſic per illam præſentationem aditur & prouehitur eccleſia. Vel ſic dicitur, quia ex patronatu habet hoc ius vt primus in proceſſione ſit poſt rectorẽ eccleſiæ. Omni chriſtiano dicit, quia non iudæo vel pagno ſed nec hęretico. Sed ſi hæreticus reuertatur ad fidẽ, credit Vincen. quod ei reſtituatur, vt no. Archid. 1.q.7. maximum, dicit etiam Archid. & Ioan. And. q̃ hoc ius, ſcilicet præſentãdi tolli non poteſt patronis, nec etiam a legato delatere, ſed ſolum a Papa, qui etiam hoc non facit ſine vrgenti cauſa, & hoc ne laici retrahãtur a cõſtructione & donatione eccleſiarũ.

§.3. ¶ De patronatu quęrit Archi. in Roſar. di. 70. ſuper ca. hortamur, an ius præſentandi poſſit præſtari a parrochianis in eccleſia parrochiali, arguit, pro & contra multum diffuſe demũ dicit. ¶ Ad declarationem huius certaminis ſciendum q̃ plures ſunt viæ a iure inuẽtę per quas eccleſias prouidet de rectore. Prima via eſt electio de elec. cap. 1. & per totum, & hęc nullo iure poteſt pertinere ad laicos. Et ratio eſt, quia per eam contrahitur matrimonium ſpirituale inter perſonas eligentium & electi extra, de elec. cap. cum inter canonicos, quod quidem matrimoniũ ſpirituale laici contrahere non poſſunt, & hoc ſentit. Inno. Ber. & ſequaces. Secunda via ſolemnis nominatio nõ cadit in laicum, cum per eam etiam matrimonium ſpirituale contrahatur, vt plene dicitur in gl. dicti. c. quãto. di 63. Tertia via eſt poſtulatio de qua habetur extra de poſtu. ca. bonæ, 2. & hæc etiam in laicum non cadit, cum per eum ad matrimonium ſpirituale peruenia tur & electioni ęquiparetur, vt colligitur ex dicto ca. bonæ in ſi. Quarta eſt collatio quæ ſpecialiter pertinet ad prælatum, & hæc non cadit in laicum de iure communi, vt diſt. 73. ſi per ordinationem, ſed bene cadit ex priuilegio ſpeciali a Papa alicui conceſſo, qui laicos ad iſta põt habilitare, vt patet di. 63. c. Adrianus, & ca. in ſinodo. Quinta eſt ſumptio, de qua habet. 16.q.8. decernimus, & de re iudi. c. cum Bertoldus, & hęc cadit ex vi iuris patronatus in laicum patronum, extra de iure pa. c. ſi. Sexta via eſt ſimplicis petitionis, vt quãdo populus petit ſibi dari in rectorem aliquem, & hęc poteſt cadere in laicos ſiue in populum non patronum, & de hac fit mẽtio, extra de ſta. mo. ca. quod Dei, ſecũdum Goff. & di. 23. c. 1. & i hoc caſu intelligo caſum. 16. q. 1. Si quis monachus vbi dicit glo. q̃ populi non eſt eligere, ſed teſtimonium dare. Vnde dicebat Gratia. q̃ iura quæ dicunt quod populus debet vocari ad electionem intelliguntur, vt conſentiat ſimpliciter, nõ vt eligat vt patet di. 63. §. electiones. Cõcludo ergo quod ius præſentationis proprie a proprietate ſumpto vocabulo non cadit in laicum ſeu populum non patronum. Sed petitio quæ fit abſque alia præſentatione bene cadit in populum, vt quod dicit populus Reuerende pater petimus vt placeat paterni. ve dare nobis dominum Cantianum in rectorem, quę perſona eſt nobis grata. Et ſic fuit factum in prędicta decretali, quod Dei, non tamen tenetur prælatus dare rectorem talem a populo petitum pluſquam ſibi videatur. Et licẽt quidam dicant q̃ vbi non eſt patronus populus præſentabit rectorem. Hoc aſſerunt Inno. & Hoſti. non eſſe verum, quia non eſt hoc iure cautum, ſed epiſcopus tũc inſtituet, vt extra de clem. pere. cap. fin. & 16. quęſtio. 7. cap. nullus omnino, niſi forſitan ad ipſum populum pertineret iuſpatronatus quod eſſe poteſt, vt ſatis notat Hug. 16. quæ. 7. piæ menti, & tunc populus præſentat vt patronus, & ſic concludit quòd non poſſit præſcribi a laicis iuſpatronatus etiam parrochianis. Sed Ioan. Andre. in nouel. in ſexto, de regu. iur. ſuper regula quod alicui gratioſe, diffuſe diſputans hanc quęſtionem tenet contrarium, deſtruens efficaciter rationes Archid. & quod Innocen. & Hoſtien. vt allegatum eſt concedit eſſe verum de populo qui non poſſedit nec præſcripſit præſentationis actum. Facit ergo in fin. Ioan. Andr. hanc diſtinctionem, aut conſtat eccleſiam habere patronos, aut non conſtat. Primo caſu aut parrochiani præſentarunt cum patronis, aut ſine. In vtroque caſu præſcribitur contra patronos, de capellis mo. capitulo primo, & de præſcript.

De prouiſione rectoris eccleſię.

c.ad

c.ad audientiam. Et ipsorum patientia facit parrochianos huius iuris possessores institutione secuta ad præsentationem eorum, iuxta ea quæ satis dixi. de restit. in integ. capit. 2. Si non constat ecclesiam habere patronos, hoc potest esse dupliciter, aut quia constat ecclesiam non habere patronos aut quia nescitur, & hoc quod nescitur dicitur non esse de consec. dist. 1. solemnitates. Et sic cum certum sit ecclesiam habuisse fundatores, nisi miraculose fuisset constructa, presumemus eam per populum fuisse fundatam potissime, quia hoc est verisimile & fieri consueuit, de reg. iu. inspicimus, & secundum hæc concludam q. exercitium vnius actus competentis patrono erit possessio patronatus quod est regulare vbi plures actus dependent ab aliquo iure, de relig. do. capitul. 1. Et hoc ex quo requiritur actus non apparent possideri per alium, nec ius commune circa illud fundat intentionem alterius. Sic etiam dicit determinasse Nico. 4. in huiusmodi casu.

§. 4. ¶De patronis dicitur 16. q. 7. decernimus, quòd debent habere sollicitam curam de ecclesijs, quarũ sunt patroni, & idoneos rectores in eis præsentare episcopo instituendos. Et si episcopus ipsis patronis spretis in illis ecclesijs rectorem instituerit, nil valebit illa institutio, sed poterunt patroni prouidere de alio, & dicit ibi glo. super verbo idoneos, vt scilicet sic de eodem episcopatu si habet idoneos in suo, iuste potest eum repellere, sed si non habet tunc debet illum instituere. Arch. & multo magis si offerunt non idoneum etiã de illo episcopatu potest & debet illum repellere. Non tamen propter hoc patroni priuantur iure præsentandi, sed debent alium præsentare si sunt laici, possent tamen priuari per prælatum cui præsentant. Dicit tamen Innocen. quòd bene facit episcopus si reponit eos in iure. Sed si sunt personæ ecclesiasticæ vel collegia ipso iure sunt priuati pro illa uice iure præsentandi, vt de elect. capitu. cum in cunctis. Et deuoluitur prouisio ad superiorem. Et idem dicunt quidam de laicis, sed primum communius. Quomodo autem fiat præsentatio per parrochianos, dicit Archidia. super dicto capitulo decernimus, quòd fieri solet vt patroni siue parrochiani si sunt patroni conueniant in ecclesia, sicut monachi in capitulo & consentiunt in aliquem vt præsentetur & ipsum eligunt in præsentandum, quod fieri consueuit per scripturam. Possunt etiam patroni compromittere in aliquem, vt ipsæ nomine eorum eligat vel præsentat, prout sibi videtur. Sed per talem electionem non est ius quæsitum electo, extra de iurepatro. capit. fi. Item non obstante prædicta electione possunt patroni alium præsentare, quia illa electio non potest dici nisi quædam postulatio quæ antequàm superiori præsentaretur, non impediatur alia electio, extra de postu. capit. bonæ. 2. Vnde dicas quòd per nominationem ipsam seu electionem nó acquiritur nominatio ius ne detur occasio patronis vẽdicandi maiorem partem in ecclesijs quàm vendicent, quia ea quæ habent sæpius abuntur, extra de iurepatron. quoniam secundum Bernard. & Compost. Et ideo quia potest laicus variare præsentatum ab eo appellare non potest. Nota tamẽ quòd si collegium vel ecclesiastica persona est patrona, varia non potest, sed primus est præferendus si alium postea eligerent & præsentarent, extra eod. cum aduocatus. Certum si secundus non præsentetur, primus appellare posset, si episcopus alium non præsentatum institueret. Nam tunc agere posset contra institutum ut remoueatur, ad quod etiam patroni agere possunt. Item præsentatus & non admissus agere potest contra non admittentem, eodem titu. cap. pastoralis. Et posset appellare secundum Goffr. cum scilicet sine causa iusta repellitur. Item no. Archid. ibi. quòd tribus modis spernitur patronus, cum non scilicet vocatur, cum possit commode vocari & expectari, vel si vocatur & adest, repellitur vel si adest non auditur nec admittitur ad consilium. Si vero est absens, ita quòd commodè expectari non potest, eligent clerici sibi rectorem vel si non sunt clerici ibi eligit populus, scilicet si est patronus vel episcopus, cum scilicet infra quatuor menses patronus absens non eligit, nec postea veniẽs, poterit contradicere. Prælatus tamen debebit eum recognoscere vt patronum scilicet honorando & huiusmodi. Quærit Io. And. in nouell. super, c. quoniam, eo. ti. vtrum contemptus alicuius patroni habeat impedire institutionem alicuius præsentati ab aliis. Et respondet per distinctionem, videlicet quia si ad vniuersitatis corpus vel collegiũ spectet præsentatio, tunc impedit sicut & in electionibus, vt extra de præben. capitu. cum in ecclesijs, lib. 6. Et ratio est, quia non singuli vt singuli, sed vt corpus habent præsentare, illos ergo de corpore existentes necesse est vocari, & sic seruatur. Si vero præsentant ut singuli dato quòd aliqui præsentationem suam faciant aliis non vo-

Res notabiles.

Bona Quæst.

catis, tenet. Et illis non vetatur, quin posset eundem vel alium præsentare, & in institutione seruabitur, quod dicitur in isto c. quoniam, scilicet vt ille qui plures voces habet instituatur si idoneus est. Et nota quòd si primo præsentatus non fuit refutatus a prælato, si postea alium præsentatum instituat, tunc cum ius esset primo quęsitum tenetur episcopus prouidere primo præsentato ob dolum suum & prouidebit ei in beneficio competenti in mensa sua, & hoc iustum, vt qua recusauit idoneum & sic fecit ei iniuriam, sic debeat ei prouidere. Et hoc no. Ioan. in glo. ex cap. pastoralis, de iure pa. Sed dicit Archid. quòd illud, capit. pastoralis, loquitur quando primo præsentatus fuit dignior secundo. Cæterum si secundus esset æque dignus & variare patrono concedatur, & episcopus habet in hoc liberum arbitrium, vt in cap. cum authen. de iurepa. & sic puniri debet. Et hoc etiam notat Goffred. in sum. immo etiam si non sit æque idoneus, vt primus, dummodo idoneus. Ioan. And. post Hostien. ¶ Item no. Archid. in dicto cap. quòd si pupillus siue puer qui est patronus habens septem annos & vltra præsentat idoneum, & eius tutor præsentat alium quàuis æqualem, præferri debet & admitti qui præsentatus est a pupillo. Et est ratio secundum Tho. quia pupillus est dominus. Idē Bar. Brix. notat etiam Archi. post Hug. in c. si plures, quòd si ecclesia a ciuitate vel populo, vel plebe ratione communitatis vel vniuersitatis conseruetur vel dotetur vel fundus, vt dotetur ei detur, nulli eorum singulariter iuspatronatus debetur, sed tantum vniuersitati ipsi vel ciuitati vel plebi. Et cum vniuersitas secularis quæ vocari debeat, puta ad eligendum seu nominandum rectorem ecclesię omnes maiores, quatuordecim annis vocari debent siue sint mares siue fœminæ siue virgines siue coniugatæ siue viduæ & minorum tutores. ff. ad municip. l. fili. §. si vidua. Item etiā filijfamilias vocandi sunt, si alubi quàm in iudicio patris habent domicilium, sed tamen pater vocandus est secundum Innocen. Istud tamen, ideſt quòd vocentur fęminæ de populo ad eligendum communiter non seruatur. Et in hoc standū est consuetudini loci. Si qua mulier in particulari habere iuspatronatus in aliqua ecclesia bene spectet ad ipsum præsentatio, sicut ad viros.

§ 5. ¶ Pro maiori declaratione eius de quo dictū est supra de translatione patronatus dicit Io. Andr. per alienationem vniuersitatis factam per laicum, puta villę castri & huiusmodi, per venditionem vel ordinationē vel alium modum in laicum transit iuspatronatus cum vniuersitate nisi exceptum sit vt dicit cap. ex literis, eodem titu. transit etiam ius sepulchri, vt ff. de contrahen. empt. l. in modicis, & alia iura quæ possunt per laicos possideri. Secus est de decimis & alijs iuribus mere spiritualibus, illa enim cum vniuersitate non transeunt. Est enim rationabile vt quæ possent possideri per transferentem transeant, non autem illa quæ non possunt possideri. Cum etiam iuspatronatus non sit mere spirituale, sed partim temporale, secundum Innocen. non est mirum si annectitur temporalibus, & transit eum ipsis, vt de arbi. capitu. per tuas. Quęstio bona. Quærit Ioan. And. super cap. primo, in eod. titu. libr. 6. Quid cum aliquis vendit alteri villam, vel castrum in quo est altare vel ecclesia cum omni iurisdictione exprimendo etiam patronatum vtrum transit iuspatronatus cum vniuersitate vel impediatur expręssione illius? arguit pro, per regulam vtile de reg. iur. lib. 6. Sed contra, quia iuspatronatus vendi non potest. Demum sic concludit. Consulo teneri certum vt non fiat expręssio venditioni coniuncta, scilicet per quam dici possit illud expræsse venditum. Sed in fine instrumenti recognoscat venditor iuspatronatus cum vniuersitate transisse in emptorem. Et fateatur se dixisse esse patronum, & etiam possessionis commodum & animū deposuisse. Et dicit Host. quòd licèt verum sit quod dicit Innoc. de episcopo donante laico villam vel castrum in quo est ecclesia, quòd transit cum illis donatis iuspatronatus, sed non decimæ vel ecclesia, quæ sunt mere spiritualia. Secus tamen est si donaret ecclesiæ vel loco religioso, quia tunc omnia transeunt etiam spiritualia, vt de dona. cap. consultationibus. Dicit etiam Innocen. quòd cum aliquis vendit omnia iura sua quę habet in aliqua villa, cum tū villa non sit sua si habet ibi aliquos fundos & aliqua iura & iuspatronatus, quòd in tali contractu nō transit iuspatronatus. Est enim necesse secundum eum ad hoc q̄ transeat, vt res talis sit quæ etiam sine expręssione vniuersitatem & ius illud contineat, sicut villa vel castrum quæ in se continet iurisdictionem honorem districtum, & iuspatronatus, ad hoc. ff. de verb. signi. l. pupillus. §. territorium. Vnde in prædicto casu quando dicit. Vendo tibi omnia iura quę habeo in tali villa resoluitur vniuersalis in singulares, ac si dicēret vendo tibi hoc & illud. Cum autem iuspatronatus vendi non possit sub tali probatione

tione non trāsibit. Si tamē esset aliquod ius vniuersale quod multa iura se contineat vt hęreditas cum illo bene transit iuspatronatus.ar.de pe.hære.item vendendum.§.fi.No ta etiam secundum Ioan.And.quòd iuspatro
Nota. natus trāsferri potest, successione, legatione, permutatione, donatione, venditione vniuersitatis, non autem pignoratione. Et ratio est secundum Hostien. quia pignus nō consistit, nisi in his quæ quis de bonis suis facit obnoxia, vt de pigno. cap. 1. & 2. Sed cum ecclesia in nullius bonis sit patet ꝙ a nullo potest obligari. Et nota ꝙ successione transfertur nō solum cum suos consanguineos quis institu hæredes, sed etiam cum extraneos. De legato autem dicit idem Ioan. And. in c. cum secundum, eod. tit. quòd si legatum factum est ecclesiæ, de ipso patronatu etiam si sine consensu episcopi tenet, quia legatum est donatio. Sed si est factum priuatę personę, non tenet factum sine auctoritate, episcopi, vnde ante factionem testamenti requirēdus est, fauore tamen vltimarum voluntatum videtur etiam quod post mortem legantis illud possit episcopus approbare, ex quo alius tenuit testamentum. Nam & si testator iusserit constitui ecclesiam & circa hoc fecit legata, constat quòd necessarius est cōsensus episcopi ad cōstruendum, de consecra. distin. 1. nemo, & tamen tenet legatum, de test. c. nos quidem.

§. 6. Iuspatronatus acquiritur. ¶Pro pleniori declaratione eorum quę dicta sunt, supra scilicet quòd iuspatronatus acquiritur ædificatione ecclesiæ dotatione eius & collatione soli seu fundi vbi ædificatur. Nota quòd per quodlibet horum efficitur quis patronus. Et ratio est secūdum Ioan. And. in nouel. in ca. 1. quia sicut pater filium, ita patronus ecclesiam de non esse ad esse venire facit. Non enim potest fieri ecclesia sine fundo & sine ędificio, nec sine dote, de consecr. dis. 1. nemo. Alius autem qui multa conferret ecclesiæ, licèt posset dici benefactor ratione prędicta dici nō potest patronus. Nec si ante fundationem daret aliquid magnum, & non pro dote daret acquirit ibi patronatū, nec si post fundationem daret secundum Inno. qui cū Hosti. dicit ꝙ bene si a principio ecclesia constructa & consecrata sine dotè, licèt male fuisset factum tamen si quis postea eam dotaret patronus esset cum sine substantia rerum ecclesiæ non possit deseruiri, & hoc verum credo si fiat de auctoritate diœcesani. Et tunc fauore ecclesiæ fingamus, quòd actus iste præcesserit ad hoc, ca. tanta, qui fi. sint le. Et dico verum, quando a consecratore faciente vel ab ipso episcopo consecratore non posset dos haberi. Dicit etiam quod ædificio funditus destructo ecclesię perditur iuspatronatus, & idē si fundus ecclesia deperiat facta vel fiēda datus. Et dicit Hostiē. quod si quis ędificaret illā sine consensu episcopi, nullum ius ibi acquirit patronus, alias acquirit si cum consensu eius. Aequum tamen esset vt si extraneus eā rædificare voluerit antequam episcopus ei cōsentiat, antiquum patronum super hoc moneat, & ipsum aliis præferat si vult ipsę reædificare. Et idem dicit de dote, ideſt quod si depauperata aliqua ecclesia, aliquis de dio cesani cōsensu doret eam quod acquiret ibi iuspatronatus & sic loquitur, cap. quicunque 16. q. 7. vel saltem secundum glo. deberet illa gratia decurari, ideſt quod ipsę supplens haberet partem in iure patronatus cum aliis & non totum qui prius dotauerant.

§. 7. ¶Nota quasdā quæstiūculas notatas a quodam solemni doctore circa acquisitionem patronatus, & de dante fundum vbi construitur ecclesia & ædificāte vel dotante dictum est ꝙ efficiuntur per hoc patroni quando cum consensu episcopi fiat. Sed quid de fabro ibi quiponit operas suas ad ędificandum gratis & sine mercede alio dante materiam seu pecunias pro expensis materiæ? Respondet si conuenerunt vt simul essent ex hoc patroni, & hoc cum auctoritate episcopi erunt patroni, aliàs non. Et idem quando vnus dat necessaria materię alius soluit ędificanti. Sed quid si mulier fundat ecclesiam? Respon. si hoc facit auctoritate diocesani efficitur patrona, quia eadem ratio in muliere quæ & in viro, vnde & idem ius esse debet, vt de translat. præla. c. 2. Sed quid de tutore si fundet vel dotet ecclesiam? Respō. si hoc nomine pupilli facit vel de eius pecunia vel in fundo eius acquritur pupillo non tutori, quia omnia acquisita per tutorem ex rebus pupilli acquiruntur pupillo, de pecu. cle. c. 2. Quid de clerico ecclesiam ædificante de pecunia propria in fundo ecclesiæ? Respō. puto ꝙ vtriq; acquiritur. s. ecclesię & clerico, non. n. potuit facere cōditionem ecclesię suæ deteriorem, vt de do. c. 2. Et idem dicendum in fundante ecclesiam in fundo proprio, sed de pecunia ecclesię, qđ. s. vtriq; acquiritur quod etiam Io. And. sentire videtur. Sed si de pecunia ecclesiæ emptus est fundus & facta cōtractio, licèt nō noīe eius ipsi ecclesię tm acquiret patronatus arg. c. apostolicos. 12. q. 2. Sed quid cū ex pecunia militis construitur ecclesia eo ignorante ab alio cui acquiritur patronatus militi vel cō-

struenti, pręsupponendo quòd non nomine militis fit constructa? Respon. vtique non militi acquiritur, quia non fuit consensus episcopi ad militem, e. c. quoniam, nec forte expepit ecclesię militem habere patronū, sed nec cōstructori, quia illum voluit habere fraudem. Sed fraus & dolus nemini debent patrocinari, vt de rescript. c. sedes, sed remanebit ecclesia libera. ¶ Sed quid de vsurario de cuius pecunia fenebri constructa est ecclesia, nū quid acquiritur sibi iuspatronatus vel a quibus exorsit vsuras? Respon. dic q licet de talibus nō fit facienda ecclesia, vt extra de vsur. c. quia nec eleemosyna est facienda, 1. q. 1. nō est puranda, sed restitui deberet. Tamen non propter hoc ecclesia illa est deuiolāda, vt 14. q. 6. competimus. Considerandum igitur q pecuniæ dominium tantum erat ipsius, imo & res empta ex ea. vt notatur per Moder. in c. cum tu extra de vsur. & ideo iuspatronatus ei acquiritur, & hoc puto si habet aliunde, vn de soluat his a quibus extorsit, alias ecclesias sit libera, ad quæ faciunt notata. 1. q. 1. nō est putāda. Et idem dicēdū de ecclesia ędificata ex pecunia furis aut ex pecunia simoniaca, aut ex pecunia acqsita p meretriciū vł p aliū illicitum modum. In isto tñ vltimo casu non tenetur pecuniam illam ex necessitate reddere vel erogare pauperibus, vt in prioribus casibus. Item si æqualiter plures tribuunt ad actum inducentem patronatum, hoc non impedit inęqualiter acquisitionem illius iuris fa cit, de consue. c. fi. lib. 6 Non enim requiritur quoſt quilibet, det dotem sufficientē, ex quo sunt plures, secus si esset vnus. Sed quid si vnus habuit licentiam a dioceſano alii non. Respondeo, qui habuit licētiam ille habebit patronatum, alii non. Requiritur autem licē tia illius episcopi in cuius dioceſi fundatur seu ędificatur ecclesia, non autem sufficit licē tia dioceſani ædificantis eo. tit. nobis. & de foro competen. ca. sane. Sed quid si episcopus non vult dare licentiam, quia vult pecuniam vel alia de causa? Respon. Papæ hoc referatur qui eum compellet eod. titul, nullus, vel licentiam dabit, nisi iusta causa subsit quare denegatur. Sed nunquid in hoc potest haberi recursus ad metropolitanum? Respond. Tan. Vicen. & Goffred. videntur sentire quòd sic. Hostien. tenet contrarium. Sed Io. Aud. dicit super dicto capitul. nullus, eod. titul. Potest dici quòd metropolitanus potest compellere suffraganeum, & sic est vera prima opi. Sed licentiam ipsam ędificandi dare non potest, & sic vera est secunda D. P. M. dicit quòd putat quòd si episcopus monitus fuit p archiepiscopum licentiam dare, & ipsæ episcopus monitus dare recusauerit vel neglexerit dare sine iusta causa, tunc archiepiscopus licētiā dare poterit, quia expræssum est iure qđ negligentiā suffraganei supplet archiepiscopus. 9. q. 3. cum simus. Negligentia autem est lapso tēpore debitæ monitionis, & nulla causa assignata, ergo &c. ¶ Sed nunquid vacante sede capitulum potest dare talē licentiam. s. ædificandi ecclesiam? Respond. credo, quod sic quia hoc est iurisdictionis non ordinis. In his autem quæ sunt iurisdictionis, capitulum succedit, vt de ma. & obe. c. olim. ¶ Sed qđ si vnus facit ædificare ecclesiam & consecrare, & alius postea dotet ipsam? Respond. sed dotās hoc facit auctoritate episcopi secundum Ioā. And. efficitur patronus cum alio ędificāte, quasi fauore ecclesiæ fingatur dos pręcessisse. Et hoc puto maxime quando a fundatore nō potest dotari ipsa ecclesia iuxta notata. de conse. eccle. vel altaris. c. cum sicut.

Quæstiones notabiles.

§. 8.

¶ De discordia patronorum in præsentatione. Hęc materia ponitur in capi. quoniam de iurepa. quam sic summat Ioā. And. in nouel. Si patroni discordant ille pręficietur qui plurium patronorū voces habebit. Quod si hoc sine scandalo esse non poterit vel patroni infra tempus debitum nō præsentāt, episcopus ordinabit ecclesiam, vbi primo dicit Io. An. Dic intrepide secundum Vinc. Ber. & Compost. quòd si sit electio vel præsentatio facta a maiori parte patronorum ēt respectu aliorū licet non sit facta a maiori parte omnium bene valet nec obstat. c. ecclesia, de elec. quia loquitur de electione quæ fit ab aliquibus vt a collegio. Et per hoc patet quod si sunt duo patroni vnus potest alterum præsentare quod non est de duobus eligentibus quia vnus nō potest alterum eligere. Io. autem in glo super c. fi plures. 16. q. 7. distinguit de discordia patronorum, quia valet aut discordia est inter patronū & epm, aut inter ipsos patronos. Et si inter epm & patronū tunc eps ponet interim æconomū in ecclesia quousq; sit terminatū negociū, vt de of. or. c. cū vos. Si aūt est discordia inter patronos, aut hæc est super electiōe facta ab eis aut de iurepatronatus, si est de electione, tūc ille instituatur qui maiorib. meritis adiuuatur, si sine scādalo fieri potest, vt in isto capitul. quoniam in quibusdam sed si pares sunt gratiā facere potest episcopus cui vult. vt extra eo. cum autem. Si autem discordia si de iurepatronatus expectabit episcopus per sex menses a tempore vacationis eccleſię,

cleſiæ vſque ad quattuor a tempore motę cõ trouerſię, vt de iurepa. c. cum propter. Et ſi non concordauerint infra dictum tempus poſtea epiſcopus inſtituet in eccleſia aliquem, & ille præſentabitur poſtea ab eo qui euincet patronatũ ſi hoc fieri poteſt ſine ſcandalo. Si aũt non fieri poſſit ſine ſcandalo patronorum, tunc epiſcopus claudet eccleſiam, vt nõ exerceantur ibi diuina, hæc Io. vt dicitur de iurepa. c. 1. & 2. Sed Io. An. in noue. ſup d. ca. quoniam, ait. Aſſertiue teneas poſt factam præſentationem, licet diſcordent hęc iura locum non habere quæ ſolum loquuntur quãdo de iure patronatus emerſerit quæſtio nõ quando inter præſentatos eſt quæſtio quis. ſ. inter plures præſentatos debeat inſtitui. Et dicit Inno. quòd ſi de iurepatronatus eſt quęſtio expectantur ſex menſes. Sed ſi eſt diſcordia de perſona præſentata expectantur quattuor menſes, vt de conceſ. præben. ca. 2. Dicit etiam Hoſtien. quòd in hoc caſu ſcilicet cum quæſtio vertitur de iurepatronatus, non inuenimus expreſſum quod ſuperior debeat prouidere. Vnde quamtumcunq; proteletur diffinitio non deuoluetur, ex quo non eſt ius expreſſum, qui etiam ponit exemplum de ſcãdalo quod debet caueri, puta qa vtraq; pars eſt potens. Et dicit q; ſi alius conſtituitur gladius ſuus vltor erit, nec poteſt refrenari. Dicit etiã Inno. hoc locum habere non ſolũ in eccleſia vacante, ſed etiam non vacante, cum proter patronum diſcordias ſacerdos inſtitutus ſtare ibi non poteſt. Vnde epiſcopus ſi aliter prouidere non poteſt, faciat quod dictũ eſt de ceſſatione diuinorum. Dicit aũt Hoſt. q; epiſcopus ſi brachium ſeculare poteſt habere ſcilicet ad huiuſmodi impedienda ad ipſum poteſt recurrere, extra de homi. ca. poſtulaſti. Si autem caret epiſcopus brachio ſeculari, non habet vltra quid faciat, niſi cũ patientia expectare vel ad Papam recurrere, qui omnibus oppreſſis debet ex officio ſubuenire, ſecunda quęſtione ſexta ad Romanum, vltra ſibi non reſtat remedium, niſi ad deum extra de iudic. capitulo cum non ab homine. Et dicunt Innocent. & Hoſtien. quod in huiuſmodi electionibus quamuis tantã vocem habeat vnus ex patronis quantam alius, dixit tamen attendenda merita perſonarum ſicut in electionibus eccleſiaſticis, vt de elec. dudum, in teſtibus, vt de reſti. c. in noſtra. Et licet in iurepatronatus ſuccedant hæredes. Dicit Inno. quod magis conſonat ęquitati dicere quam ſucceſſio in patronatu magis fiet per ſtirpes quam per capita, cum hoc eſſe debeat in linea deſcendentium, inſtitu. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur. §. & quia, ita quod ſi plures vni ex patronis ſuccedant puta quattuor, alteri ex patronis ſuccedant pauciores, puta duo, non plus vocis habebunt, illi quattuor quam illi duo, quilibet enim illorum quattuor habebit quartam partem vocis vnius, & illorum duorum quilibet habebit duas partes vnius vocis. Et hanc æquitatem dixit ſubtilitati contrariæ præponendam, & de hoc in cler. plures, de iurepatro. Et per hanc cler. declaratur iſta materia, & quædam alia quæ erant in varia & contraria opinione, ideo text. eius hic immediate pono. Plures ab vno ex patronis eccleſiæ relicti hæredes vocem duntaxat vnius habebunt in preſentatione rectoris. Et vt facilius prouideatur eccleſiis non inconuenięs reputamus patronos ipſos inter ſe poſſe libere conuenire, de rectoribus ab eis alternis vicibus preſentando, in quibus etiam ex eadem cauſa permittimus, vt plures ad uacantem eccleſiam poſſint eo modo præſentare perſonas quod vna ex eis eligi per epiſcopum valeat & admitti cler. 5. de iurepatrona. in cle. Dicit Ioann. And. hic in apparatu quod iſta cler. reprobatur, opinio Ala. Hug. Lau. Ioann. Andr. Vincen. Bernar. & Goffred. quę etiam mihi placebat dicentium. 16. quæſtione. 8. ſi plures. & de iurepatrona. capitu. 1. quod iurepatro. ſucceſſio erat per capita, & approbatur opinio Innocen. & Hoſtien. dicentium, quod ſucceſſio in patronatu fit per ſtirpes non per capita, (vt dictũ eſt in præcedenti §.) Et hoc ſiue patroni ſint aliqui ex diuerſis cauſis, puta vnus quia fundauit, alius qui dotauit, ſiue ſint ex eadem, cauſa, quia fundauerunt ſimul vel etiam dotauerunt, quamuis Archidi. xvj. quęſtione. 7. aliter dicat quod tamen Ioannes Andreas non reprobat & additit. Mihi placebat in hac cler. opinio reprobata, quæ & ſi in partem haberet contrariam æquitatem, tamen expediens mihi videbatur eccleſijs, vt ſicut patronis per capita debeatur, ius proceſſionis, ius alimentorum, ius defenſionis, ita & per capita debeatur ius præſentationis, vt ſcilicet quot ſunt capita patronorum, tot ſint ſuffragia vocum & non plura, ad hoc facit eodem titulo capitulo tertio non plura dixi, vt ſcilicet ſi patronus ſit hęres compatroni ſolam vnam vocem habeat, cuius contrarium innuit hæc litera, cleri. Ex iſta approbata hic opinione timeo quod naſcentur inextricabiles quæſtiones. Et ponit

diffuſe

diffuſe per exempla intricationem quæſtionum, glo. ſuper verbo plures ad minus duo comprehendit. Et dicit plures etiam ſingulares ab vno. glo. ergo ſecus ſi plures a pluribus, vel vnus a pluribus, vt dixit Relicti. glo. Idem tamen puto, ſi inter viuos transferat vendendo pluribus vniuerſitatem, vel pmutando cum pluribus, vel pluribus donando, hæredes glo. ſui vel extranei cum hic non diſtinguat Rectoris glo. etiam clerici cum eadē ſit ratio, & vt facilius &c. Circa hoc erat triplex opinio. Prima quòd hoc poſſet fieri. Secunda quod non poſſet fieri. Tertia quòd fieri poſſet, ſed non niſi cum auctoritate epiſcopi. Reprobatur ergo hic ſecunda & tertia opinio, quæ fuit Inno. & approbatur prima, quæ fuit Ber. & Goff. Libere glo. ideſt ſine ſuperioris auctoritate & ſic reprobatur. opi. Inno. quam notauit in c. quoniam eo. tit. Item dicit libere & ſi non vacat eccleſia hoc probat plurale alternis vicibus. Certum eſt enim quòd vna vice non concurret duplex vacatio. Non ob. de conceſ. præben c. ſi. quia illud fiebat in fraudem vacaturæ. Hoc autem fit ad tollendam diſcordiam & faciliorem prouiſionem eccleſiæ. Et eadem ratione videtur patronos plurium eccleſiarum poſſe inter ſe diuidere, vt vnus ſit patronus in vna, & alius in alia. Item cum patronatus vnius eccleſiæ commutetur in patronatum alterius eccleſię quare patronatus vnius eccleſiæ cum parte quam &c. In clem. etiam quæ incipit, vt conſtitutio de iurepatronatus. Et ſic ſtatuitur de patronis eccleſiaſticis, vt conſtitutio quæ ad eccleſiam aliquam, quamuis etiam ad exemptorum prę ſentationem pertineat, admitti conſuetudini non obſtante contraria prohibet, niſi prę ſentato de prouentibus eiuſdem talis coram diocęſano fuerit portio aſſignata, vnde iura epiſcopalia poſſit ſoluere, & ſuſtentationem habere congruam, ſicut expedit, obſeruetur ipſam declarare, ac etiam quę dam adiicere, conſulta huius ſacri concilii, approbatione prouidimus diocęſanis ſub obſtentatione diuini iudicii diſtrictius inhibentes, ne præſentatum aliquem per quamcūq; perſonam eccleſiaſticam ius præſentandi ad aliquam eccleſiam habente admittant, niſi intra certum terminum competentem per diocęſanos ipſos præſentantibus præfigendum ipſo præſentato fuerit coram eis, vt præſcribitur congrua de prouentibus eccleſiæ portio aſſignata, quam ſi forſitan idem præſentatus intra terminum ipſum aſſignare neglexerint, ne factum eorum noceat prę ſentato ſtatuimus vt ex tunc diocęſani debeant prę ſentatum niſi aliud canonicum obſiſtat admittere & in pænam præſentantium ad diocęſano, poteſtas aſſignationis huius deuoluatur. Præcipimus autem diocęſanus ſub ipſius obteſtatione diuini iudicii ipſorumq; conſciē tias oneramus quod moderationem portionis ipſius debi, te faciant, nec odio vel fauore vel alias in plurali vel minori illam ſcienter excedant &c. Hæc ibi. De ſymonia in patronatu, habens in 2 parte tit. 1. c. 4, & 5.

TITVLVS XIII. DE CLERICIS & diuinis officiis.

¶ *De exercitio clericorum.* *Cap.* 1.

SI dormitatis inter medios cleros pēnæ colūbę de argētatæ & poſteriora dorſi eius ī pallore auri, pſ. 67. Quamuis iſtud exponat i gl. continua de omnibus vere fidelibus, tamen alludendo illi termino cleros, vnde clerici denominantur adaptabitur ad materiam de clericis, ſed quia locutio eſt obſcura & multipliciter exponitur in dicta gloſa breuiter prout de omnibus electis intelligitur exponemus, ¶ Primo ergo ſciendum quod columba hic ſignificat eccleſiam ſecundum glo. de qua dicitur in Canti. vna eſt columba mea. &c. Canti. 6. c. Hęc eſt de argentata quia diuinis eloquiis erudita, ſecundum illud. pſal. 11. Eloquia domini eloquia caſta argentum igne examinatum, quia ſonorum in prędicatione purgatum ab omni errore. Poſteriora huius columbę ſunt fideles, qui erunt in fine mundi vel in vltima reſurrectione. Poſteriora enim dorſi ſunt extremitates ipſius animalis. Hi autem vltimi erunt in pallore auri ideſt in auro bene fulgenti & claro ſcilicet perfectæ charitatis quę ſignificatur per aurū præcioſius cunctis metallis, ſicut charitas eminet cunctis virtutibus. De quo auro charitatis dicitur Apoc. 3. Suadeo tibi emere aurum ignitum, vt locuples fias. Pennæ. huius columbæ ſunt contemplationes & affectiones quibus eccleſia ſe ſubleuat ad cęleſtia, has affectabat pſal. 54. dicens. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ & volabo & requieſcā & ad quem locum, niſi vbi vocat eam ſponſus dicens columba mea in foraminibus petrę. Canti. 3. c. Petra autē erat Chriſtus 1. ad Corinth. 10. c. & de conſec. diſt. 2. c. reuera. Clerici ſecundum glo. dicuntur duo teſtamēta vetus & nouum. Cleros enim græce, latine

nè sors. Sortes autem dicuntur in veteri testamento partes hæreditatis terræ promissionis, quæ sorte datæ sunt populo domino dispensante, vt habetur Iosue per totum. Vnde etiam & ipsa testamenta sortes significant, per quæ seruata hæreditas terræ viuentium promissa est & datur. Dormiunt inter medios cleros ideſt in medio clericorum scilicet testamentorum fideles qui requiescunt in auctoritate scripturarum duorum testamentorum acquiescendo & assentiendo ueritati eorum & secundum eas doctrinas viuunt vel requiescũt in medio clerorum qui terrena nõ nimis ardenter appetunt & amant quę terrena promittebat vetus testamentum, & dormiunt, qui scilicet vsque ad mortem, quæ dormitio dicitur, perseuerant in contemptu terrenorum amore cœlestium. Est ergo sensus. O fideles si dormiatis inter medios cleros ideſt quiescatis inter duo testamenta modo expositio, vos eritis vel vobis erunt pennæ columbæ ideſt virtutes seu contemplationes quas habet columba ideſt ecclesia erudita sacris eloquijs, cuius finis & vltimi erunt in perfecta charitate vt ipsis pennis ideſt virtutibus & contemplationibus possitis volare ad cœlum, vbi est perfectissima charitas. Sed adaptando specialiter ad statum clericorum ratione nominis cleros. Notandum quòd clerici denominantur a cleros grecè quod dicitur latinè sors vel hæreditas, ex eo quòd primus clericus institutus ab Apostolis 1. Mathias sorte electus est ad apostolatum, vt patet Act. 1. c. Quam rationem tangit Gratia. dist. 21. §. 1. Vel secundum Hieron. dicuntur clerici a cleros ideſt sorte domini, eo quòd sunt de sorte vel dominus est sors ideſt pars eorum. Vnde ipsæ ait 22. q. 1. clericus. Clericus qui Christi seruit ecclesiæ, primum interpretatur vocabulum suum, & nominis interpretatione prolata nitatur esse quod dicit. Si enim cleros græcè latinè sors interpretatur propterea clerici dicuntur, quia de sorte domini sunt, vel quia dominus ipsæ sors ideſt pars clericorum est, vel quia ipsę pars domini est, qui si partem domini habet, talem se debet exhibere, vt ipse possideat dominum, vel ipsæ possideatur a domino. Qui dominum possidet, & cum propheta dicit. Pars mea dominus. Et Hierony. ad Eustochium. Nihil extra dominum habere potest, quod si quispiam aliud habuit præter dominum pars eius non erit dominus. Verbi gratia. Si aurum, si argentum, si variam suppellectilem cum his partibus dominus non dignatur fieri pars eius, hæc Hierony. ad Nepotianum, & intelligitur cum in his rebus ponit finẽ suum vel nimis sollicitatur, ita q̃ officium suum negligat. Prædicta igitur verba prophetæ. Si dormiatis &c. adaptando ad statum clericalem. Ibi possunt notari tria.

¶ Primo q̃ debent a secularibus negocijs abstinere, ibi, si dormiatis.

¶ Secundo debent in sacris eloquijs & virtutibus se exercere, ibi, inter medios cleros.

¶ Tertio debent in diuinis officijs & orationibus se exhibere, ibi, pennæ columbæ.

¶ Quantum ad primum debent clerici a secularibus negocijs se abstinere & hoc est dormire ideſt quiescere. Et in signum huius ordinatio clericorum fit in sabbato, quod interpretatur quies, quia quiescere debent i. cessare a secularibus negociis. Vnde Apostolus 2. ad Tim. 2. cap. ait. Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus. Status clericalis est quædam militia spiritualis. Quæ autem sint negocia secularia a quibus clerici habent abstinere, declaratur in capit. multa extra ne cle. vel mo. vbi sic dicitur ex consilio Moguntin. Multa sunt negocia secularia de quibus pauca perstringamus ad quę pertinet omnis carnalis concupiscentia quicquid plus iusto appetit homo turpe lucrum est, munera enim iniuste accipere vel etiam dare pro aliquo seculari quæstu, præcio aliquem conducere, contentiones vel lites vel rixas amare, in placitis secularibus disputare excepta defensione orphanorum aut viduarum conductores aut procuratores esse secularium rerum, turpis verbi vel facti esse ioculatorem, vel iocum secularem diligere alias amare, ornatum inconuenientem proposito suo quę rere, in delicijs viuere velle gulam & ebrietate sequi, pondera iniusta vel mensuras habere, negocium iniustum exercere nec tamen negocium iustum est contradicendum propter necessitates diuersas. Quia legimus sanctos apostolos fuisse negotiatos. Et in regula b Benedicti prçcipitur prouideri, per quorum manus negocia monasterij procurentur. Canes vel aues sequi ad venandum. Et omnibus quibuslibet causis superfluis interesse. Ecce talia & similia ministris altaris domini, necnon & monachis omnino interdicimus. Hęc ibi & infra in seq. ca. magis declaratur a quibus clerici debent abstinere quæ sunt eis interdicta ibidem. §. 1.

¶ Quantum ad secundum scilicet debent sacris eloquiis & virtuosis actibus inhærere. Vnde dist. 38 omnes psallentes. Omnes psallentes §. 2.

lentes Deo repromittimus. In iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos, qui sunt eloquia domini. Quod & si cunctis fidelibus obseruare saluberrimum sit precipue tamen his qui ecclesiasticum consecuti sunt dignitatem, hæc ibi notanter cum dicitur in auctoritate. Inter medios cleros. i. in medio duorum testamentorum. s. veteris & noui, vt expositum est supra & quod ibi legunt diligenter adimplere, quia vt ait Apost. ad Rom. 2. c. Non auditores legis, sed factores apud Deum iustificabuntur. Et Ioan. 13. dixit Christus discipulis suis. Scitis hęc. Beati eritis si feceritis ea. Quibus autem virtutibus clerici debent esse decorati ostendit Apostolus 1. ad Tim. 3. dicens. Oportet episcopum esse irreprehensibilem &c. quæ regula continet 13. capitula seu cõditiones virtutum quæ obseruari debent ab omnibus clericis. Expositionem autem dictæ ragulæ plene habes infra eo. tit. c. 3. ibi vide.

§. 3. ¶ Quantum ad tertium scilicet quòd debent insistere diuinis officijs, & deuotionibus notatur per hoc quod dicitur pẽnę columbę &c. scilicet eritis vos scilicet clerici, si dormiatis ideſt cessetis ab actibus secularibus, inter medios clericos, ideſt in medio testamentorum vos ponentes per studium & obseruationem eorum, sic eritis seu vobis erunt pẽnę columbæ &c. per orationes valet & officia diuina quibus ipsa columba. i. ecclesia per vos subleuatur ad cœlestia. Et de oratione dictum est supra tit. 12. & etiam dicetur in quarta parte & de ea habes etiam in prima & secunda parte in pluribus locis. Sed quomodo debent clerici dicere horas canonicas & diuina officia, & qui ad ipsa ex præcepto teneantur, habes infra eod. tit. c. 4.

¶ De conuersatione clericorum & a quibus exercitijs clerici debent abstinere.
Capitulum 2.

Conuersatio pſbyteri. A Quibus autem se debent clerici abstinere. Nota q promouendus ad clerum debet esse bonæ conscientiæ quoad se & bonæ famæ quoad alios quæ resultat ex modesta conuersatione & debet se exhibere exemplum virtutis, vnde Hierony. qualis ędificatio discipuli si intelligat se esse magistro maiorem. Vnde non solum episcopi presbyteri & diacones debent magnopere prouidere, vt cunctum populum cui præsident conuersatione & sermone præeant, verumetiam inferior gradus exorcistæ, lectore, acholyti, eduitui, ceroferarij, & omnes omnino qui domui Dei deseruiunt, quia vehementer ecclesiam Christi destruit laicos meliores esse quàm clericos 8. quęst. 1. Malus autem sacerdos, inquit Chry. de sacerdotio suo crimen acquirit non dignitatem. distin. 40. multi (vt ait Aug.) Nemo in ecclesia amplius nocet quàm qui peruerse agens, nomen vel ordinem sanctitatis vel sacerdotis habet. Delinquentem autem hunc redarguere nullus præsumit, & in exẽplum culpa vehementer extenditur quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. distin. 83. nemo. Qualis autem conuersationis debeat esse, ostendit Isidorus, de vita clericorum sic dicens. His lege patrum cauetur, vt a vulgari vita secluſi a mundi voluptatibus se abstineant, non spectaculis, non pompis interſint, conuiuia publica fugiant, priuata non tantum pudica, sed sobria colant, vsuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationibus lucrorum, non fraudibus cuiusquam studium appetant, amorem pecuniæ quasi materiam cunctorum vitiorum fugiant, secularia officia negociaq; abiiciant, honoris gradu per ambitionẽ non suscipiant pro beneficijs medicinæ Dei munera nõ accipiant, dolos & cõiurationes caueant, odium, emulationes, obtrectationes atque inuidiam fugiant, non vagi oculis, non effrenes lingua, aut petulanti fluidoque gestu non incedant, sed pudorem atq; verecundiam mentis, simplici habitu, inceſſuq; ostendant, obscenitatem quoq; membrorum & verborum sicut & operum penitus execrentur, viduarum & virginum frequentationẽ fugiant contubernia quoq; extranearum fœminarum nullatenus appetant, castimoniam inuiolati corporis perpetuo conseruare studeant, senioribus quoque debitam præbeant obedientiam, nec vllo iactantiæ studio seipsos attollant. Postremo doctrinæ, lectionibus, psalmis, & hymnis, cãticis exercitio iugiter incumbant. Tales enim debent esse qui diuinis cultibus sese mancipandos studeant scilicet vt dũ scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent, & hæc distinct. 23. c. his igitur. Item clemens, melius est enim domini sacerdotem paucos habere ministros qui possint digne opus domini exercere, quam multos inutiles qui onus graue inducant ordinatori 23. dist. c. tales.

Regulæ Clericorum.

¶ De operibus clericorum. Nota quædam eis prohibita, vt negocia secularia 2. Thi. 2. Nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus. Et primo quidem negociatio est §. 1.

eis

eis prohibita. Vnde Aug. distin. 88. fornicari. Fornicari nunquam licet negociari aliquā do licet, antequam clericus fias licet, postquam factus fueris non licet. Prohibita est enim religiosis, siue sint clerici, siue conuersi. Et dicit Pet. de Palude, quod si huiusmodi negocientur propter lucrum non videntur excusari a mortali. Si propter necessitatem victus iam non est negociatio proprie dicta, nec per consequens prohibita. ¶Item non dicunt interesse aduocando & procurando in quæstionibus secularibus iudicio, si sunt in sacris vel etiam in minoribus si sunt beneficiati & hoc nisi propter se, vel miserabilibus personis, extra de postu. c. 1. vel nisi suam ve suorum iniuriam prosequantur 4. q. 6. omnibus. Item non possunt suscipere gubernationes alienarum rerum seu procurationes alienorum negociorum, bene tamen possunt suscipere tutelas & leges impositas si volunt non tamen coguntur ad hoc laici. Tutelam autem datiuam quæ scilicet datur a iudice, cum non est per testamentum non possunt, suscipere, sed ad tutelam communem miserabilium pauperum omnes clerici & monachi tenentur, vt dist. 86. peruenit c. fi. in gl. De licentia episcopi etiam potest suscipere, gubernationes. ¶Item debet clericus abstinere ab exercitio histrionatus & macellariæ, alias punitur. Vnde extra de ui. & ho. cle. lib. 6. c. 1. dicitur. Clerici goliardi aut buffones, si hoc per annum exercuerint, careant priuilegio clericali. Et eodem modo si minori tempore, & admoniti non desiterint, & eod. tit. in cle. c. diocesanus. Clerici qui carnificum vel macellariorum seu tabernariorum officium publice faciunt, si tertio moniti non desistant siue resumant & sunt coniugati perdunt priuilegium clericale, non coniugati vero qui incedunt vt laici perdunt in personis quamdiu agunt. Item si est in sacris oportet quod abstineat a contrahendo matrimoniū alias esset eo ipso facto excommunicatus & matrimonium nullum. Si est in minoribus contrahendo cum secunda vel non virgine exuitur omni priuilegio clericali & adijcitur foro seculari & prohibetur sub pœna excommunicationis deferre tonsuram extra de biga. c. altercationis. lib. 6. Sed si contrahit cū vna & virgine deferendo tonsuram & vestes clericales retinet priuilegiū clericale in daobus scilicet quòd percutiens eum efficitur excommunicatus, & quòd non potest distringi, nec condemnari a iudice seculari nec ciuiliter nec criminaliter. Sed si non defert tonsuram & habitum in nullo retinet extra de cle. coniu. c. clerici lib. 6. Quomodo autē possit esse iudex vel iudicare habes infra. Itē prohibetur clericis exercitiū venationis clamore, quæ scilicet fit cum canibus, & clamore & tumultu, extra ne cle. vel mona. ca. 1. & 2. Et vt dicit glo. super c. qui venatoribus, dist. 86. etiam propter paupertatem non est licita talis venatio, quia aliunde quærere sibi debet victum & per honestus exercitium, vt per agriculturam dist. 91. c. clericus. Venatio autem quæ fit sine clamore & canibus vt ponere laqueum & recte & huiusmodi bene est licita clericis, de consc. dist. 5. nunquam. §. 2.

¶Officium tabellionatus seu notariatus clericis constitutis in sacris est penitus interdictum secundū Ray. Et si illud habeant sunt, compellendi ad dimittendum per subtractionem beneficii appellatione postposita extra ne cle. vel mo. c. sicut. Et idem secundū Ray. de clericis constitutis in minoribus si habent sufficientia beneficia extra de postu. c. clericis, & dicit Innoc. quòd constituti in sacris si instrumenta conficerent antequam eis interdiceretur, valerent quidem alias non. Sed Host. intelligit quòd non valerent in negociis secularibus, sed in ecclesiasticis valerent, vt docet rubri. illius. c. sicut. Et secundū Host. episcopus potest constituere clericum tabellionem p totam suam diocesim cui cura omnium est commissa 10. q. 1. regenda, & 12. q. 1. episcopus. Et si fic fecerit poterit ille vocari ad scribendum acta ecclesiastici fori, aliàs vbi tabellio non habetur duæ honestę personę subrogantur, extra de proba. c. quoniam. Et sic intelligo quòd clerici possunt esse notarii Papę 5. q. 1. quidam, sed constitutus a Papa poterit conficere instrumenta vbique terrarum, sed constitutus ab episcopo non poterit extra diocesim illius qui eum instituit. ¶Item nota quod tabellio ecclesiasticus non debet conficere instrumenta in secularibus rebus, nec secularis in rebus pure ecclesiasticis quia horum conuersatio non debet esse permixta. 2. q 8. c. laicus. Vnde clerici in curiis, principium prohibentur esse scriptores, extra ne cle. vel mona. c. sententiam. Item religiosus non potest exercere, officium tabellionatus, nisi contra hereticos, non autem in aliis secundum Io. And. extra de hære. c. vt officiū lib. 6. Tamen vt notat Guil. in specu. vetera instrumenta complebit, noua autem non assumet, extra de iudeis. c. Iudei

¶Exercitium autem honestum seu artificiū §. 3.
potest clericus exercere si indiget præcipue,
& etiam

& etiã ſine hoc. diſt. 91. per totum Dũ tamen per hoc non deſit in diuinis officiis, Deo cõſe. di. c. nunq̃. Idẽ ſm Guil. põt recipere poſſeſſiones excolendas ad quartã vel ad quintam partem ſeu conducere eas, & hoc ad ſuſtentationem ſuam & ſuorum arg. di. 86. c. peruenit. in ver. auaritie cauſa. Concor. Hoſtiẽ. Poteſt etiam locare animalia. vt oues & boues an certum fructũ. dũmodo per cõtractũ aliis, licitum. Item ſm Guil. põt emere rẽ vt eam melioratam carius vendat. vtputa pullũ vel equum etiam ſi tabulam emat vt faciat imaginem. quia iſta non eſt negociatio ſed artificium. 24. q. 4. ca. canonum. extra ne cle. vel mona. c. 1. Pœna autem clericorum quia talis negocii ſeculatibus ſe immiſcẽt eſt ꝙ debẽt excommunicari. extra. ne cle. vel mo. c. ſub interminatione, & ſi ſe nõ correxerint, debent, deponi. ita tamẽ ꝙ religioſi diſtrictius q̃ alii puniũtur. extra ne cle. vel mo. c. ſed nec. Et ex hac pœna cum maxima ſit deprẽhẽditur. ꝙ in huiuſmodi exercitiis mortaliter peccant. In foro autẽ pœnitẽtiali debet eis iniungi vel ſaltẽ conſului ꝙ ea quæ contra formã prædictã lucrati ſunt ſtudeant pauperibus erogare. 14. q. 5. qui habetis. Permaxime aũt cleri. debẽt vacare ſacræ lectioni & doctrinę. Vnde Hierony. ad Ruſticum. Si clericatus titillat deſiderium diſcas quod poſſis docere & rationabilem hoſtiam offeras Deo, ne ſis miles ante quã tyro, ne prius ſis magiſter q̃ diſcipulus. Non eſt humilitatis meæ, nec menſuræ iudicare de cæteris, & de miniſtris eccleſiarum, ſiniſtrum quippiam dicere, & infra. Mihi placet vt habeas ſanctorum contubernium, nec ipſe te doceas & abſq; doctore ingrediarias, viam quam nunquam ingreſſus es. 16. q. 1. ſi clericatus. & 38. diſt. per totum.

¶ *De conuerſatione clericorum ſecundum regulam apoſtolicam. Oportet epiſcopum eſſe irreprehenſibilem. ſub.* 13. *conditionibus declaratam.*

Cap. 3.

Apoſtoli caregula clericorũ declarat

QVibus exercitiis debẽt clerici vacare de quibus eſt regula apoſtolica prima ad Tim. 3. Oportet epiſcopum eſſe irreprehẽſibilem, vnius vxoris virũ. ſobrium. prudentem, pudicũ, ornatũ, hoſpitalẽ, doctorẽ, nõ vinolẽtũ, non percuſſorẽ, ſed modeſtũ, nõ litigioſũ non cupidũ, domui ſuę bene prępoſitũ. Hanc eandẽ regulã tradit ſcribens ad Timo. 1. c. licẽt variet in aliquo verba Et ibi dicitur. Oportet epiſcopũ eſſe ſine crimine & licẽt videatur Apoſtolus hanc regulã poſuiſſe epiſcopis, tamen hæc regula etiam extenditur ad omnes alios ordinandos, & ad prælaturas promouendos, vt dicunt Augu. diſt. 81. c. apoſtolis. & Ambro. diſt. 34. c. cognoſcamus. ĩcludẽdo auctoritatẽ Niceni. concilii. Declarationẽ autem harum conditionum apoſtolicæ regulæ quæ ſun. 13. proſequitur Gratia. multum. diffuſe in decretis a diſt. 25. vſq; ad. 48. incluſiue. & iterũ ab 81. vſq; ad. 90. ĩcluſiue. & Ray. in ſum. & Ioã. in ſum. confeſ. ipſum ſequitur. De ſingulis pauciſſima ponentur. §. 1.

¶ Quãtũ ad primum ſcilicet oportet eſſe ſine crimine ordinãdũ vel eligendum. Gratianus diſt. 25. c. vnum orarium. §. noĩe autẽ criminis. vbi. ponit quadruplicem acceptionẽ huius vocabuli. ¶ Et primo prout ſummitur generaliſſime ꝙ quodlibet peccato iuxta illud. Nemo ſine crimine viuit. ſecundo pro peccato commiſſo ex deliberatione ſiue mortali ſiue veniali, & ſic diſtinguitur contra peccatũ commiſſum ex ignorantia vel fragilitate. Et ſecundum hoc dicit Aug. Nemo exiſtimet capitalia crimina igne purgatorii poſſe purgari in dicta di. §. aliis ea demum. Quarto modo pro peccato quod inducit depoſitionem, ſeu irregularitatem, vt homicidium notorium adulterium & huiuſmodi. Vnde diſtin. 81. capit. apoſtolis. dicitur quòd crimen eſt peccatum accuſatione & damnatione dignißimum. & ſic illo vltimo modo ſumitur hic, ita ſcilicet & poſt peccatum cõmiſſum poſt baptiſmum inductiuum irregularitatẽ, nõ ꝙ moueat abſq; diſpenſatione. Vel ſi intelligatur de mortali quolibet, tunc non promouetur ante pœnitentiam interiorem per quam tollitur peccatum. aliis ad ſui damnationem ordinaretur quamuis executionem haberet. Sed & di. 81. Gratia. iterum tractans illud. c. oportet eſſe ſine crimine. dicit ꝙ etiam debet vitare occaſiones criminis. i. nimiam familiaritatem, & conuerſationem cum mulieribus. & acceſſum incautum ad domos eatũ vt. c. clericus. & ca. oportet. & etiã debet hoc vitare vt auferat de eo ſuſpitionem ab aliis quam poſſet ĩde habere vt ibi dicitur. In omnibus obſeruare conuenit vt quis certo tempore & certo loco & certis perſonis, vel apparere clericus, vel loqui debeat multiplicib. vt excludatur omnis nephanda ſuſpitio. Certe ſolum ad ſolam accedere nulla religionis ratio permittit. Melius eſt enim eſſe duo quã vnum ex. 13. ſynodo. Item debet eſſe ſine crimine ne ipſe cõmittat, ſed nec alii icommittentibus aſſentiat. vt declarat di. 83. per totũ.

& prę-

& præcipue in c. nemo. & c.error.

§.2. ¶ Quantum ad ſecundum.ſ.vnius vxoris virum.Hoc exponitur negatiue.i.q; non plures habuit, etſi vnam habuit. diſt.86.propoſuiſti. ſi non ſic exponeretur ſequeretur q; virgines & qui nullam vxorem habuerunt non poſſent, promoueri, quod eſſet abſurdum Ray. & Hoſtien. Et intelligitur illud ſiue poſt baptiſmum vt patet diſt.25.acutius. & c. deinde. Et ſuper iſtius conditionis declaratione tractat Gratia. diffuſe de in continentia cleri corum.a.26.diſt. vſq; ad 34.incluſiue ponens differentiam inter clericos eccleſiæ orientalis & occidentalis in materia continentiæ quod colligitur ex c.alter. diſt.21.ſed quod dicitur in dicto.c.q; ſacerdotes Græcorum & alij clerici matrimonio copulantur exponit glo. & bene.i.contracto vtuntur. Et declaratur iſta materia plene diſt.28.in glo.ſuper c.diaconi, vbi dicitur q; in eccleſia orientali & occidentali licèt contrahatur in minorius ordinibus, vt patet.diſt.35.ſiquis eorum. Sed conſtituti in ſuperiori ordine nec in eccleſia occidentali nec orientali poſſunt contrahere matrimonium nec poterant a tpe apoſtolorum & ſi contrahant, non eſt matrimonium. Et hoc patet ex ſexta ſinodo quæ in oriente fuit celebrata, & regulam ſtatuit eis vt diſt. 84. c. cum in præterito. Sed in hoc eſt diſtinctio inter oriẽtales & occidentales, quia ipſi promouentur non pro miſſa in ſacris vti matrimomo ante contracto, ſed nõ poſſunt in ſacris conſtituti contrahere, vt extra de cle.coniu.c.cum olim. Et cum concilium Nicenum, vellet eis continentiam imponere.ſ.quoad vſum contracti matrimonij Pannutius inexpertus nuptiarũ diſſuaſit concilio, & ſic fuerunt dimiſſi.diſt.35. Nicena. Sed latini non poſſunt ẽt vti contracto & hoc a tpe Inno. & Siritij qui indixerũt continentias ſacerdotibus & leuitis, ita.ſ.q; nec etiam cõtracto vti liceret ſicut antea permiſſum fuerat, vt diſt.82.plurimos Greg.aũt ẽt ſubdiaconibus ſimili modo indixit continentiam vt diſt.31.c.ante triennium. De bigamis quare prohibẽtur ordinari, & quot modis, & quis dicatur bigamus, & quis cum eis valeat diſpenſare, & de notorijs fornicatoribus quomodo ſint ſuſpenſi habes infra.ea. parte tit.28.c.3.

§.3. ¶ Quantum ad tertium.ſ.ſobrium & paulo poſt non vinolentum.Hic prohibetur clericis ebrietas & voracitas, prohibentur autem clerici ſecundum Ray.a ſuperfluitate vini, non quia vnum ſit malum immo bonum & moderate ſumptum acuit intellectum, ſed quia ex eo frequenter incurritur ebrietas. extra de iureiu.c.& ſi Chriſtus. Ebrietas autem fomes & nutrix omnium vitiorum eſt. diſt.37. ante omnia. Vnde b.Benedictus in regula admonet monachos ne vſq; ad ſatietatem bibant. Vnde conſtituit ibi paruam menſuram qua infirmitatibus corporum & debilitati naturæ ſatisfacere poſſent & non appetitum & ſuam ingluuiem adimplere plus conſulens ſecundum medicum quàm ſecundum præceptorem quod etiam Apoſtolum Tim. feciſſe non ambigimus. Et ſecundum Vlricum duę ſunt cauſæ huius prohibitionis. Primo quia vinolentia eſt incitatiua libidinis. Vnde Hierony. diſt.26.§.1. Venter mero æſtuans facile deſpumat in libidinẽ. Exemplum in Loth. figuram in Noe. qui ebrius nudauit verenda. Secunda cauſa eſt, quia impedit deuotionẽ ad Deum & diſcretionem. Prouer.20. Luxurioſa res eſt vinum &c. qui his delectatur non erit ſapiẽs. Hæc autem duo.ſ.mundicia & ſapientia maxime ſunt neceſſariæ Dei miniſtro, quia ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabit pſal.c. Et prouerb.10.c. Acceptus eſt regi miniſter intelligens. Et multa pulchra habes de abſtinentia & gula, & ebrietate per totam illam diſt.35. vbi Gratia. tractat illud c. præcipue in c. ſexto die. Voracitas etiam in clericis prohibetur ſecundum Ray. Primo quia ventris ingluuies ad luxuriam prouocat, & omne opus bonum diſſoluit. Vnde Hierony. diſt.44.§.1. dicit q; venter & genitalia vicina ſunt mẽbra, vt ex vicinitate membrorum intelligatur confœderatio vitiorum. Vnde & in figuram Nabuzardã princeps coquorum deſtruxit muros Hieruſalẽ 4.Reg.25. Secundo quia crapula generat morbos varios, ſed temperantia ſoſpitatẽ. de conſe.diſt.5.nihil. Tertio quia pinguis venter craſſum ſenſum generat. ſecundum Hieronymum. Et de hoc tractat Gratia. diſt.44. per totum. Et ibi notatur quę debẽt haberi in conuiuijs clericorũ quinque.ſ.quę ponit Greg.in c.conuiuia, dicens. Sciendum quod tunc veraciter in charitate conuiuia prodeunt, cum in eis nulla abſentum vita mordetur, nullus ex irriſione reprehenditur, nec in eis ſecularium negociorum fabulæ, ſed verba ſacræ lectionis audiuntur cum non plus quam neceſſe eſt corpori ſeruitur &c. Item in principio menſe debet fieri benedictio per eum qui ibi eſt maior; & in fine gratiarum actio vel hymnus exẽplo Chriſti. Et in ſedendo alter alteri ordinate deferre debent ſm ſuum gradum. Hęc ꝯa in c.quando diſt.44. Item de conſec.diſt.5.nullus.

Gen.19. Gen.9.

lus, & c. se. dicitur q̃ clerici spectaculis quæ in nuptijs aut in scenis exhibentur interesse non debent, sed fugere de conuiuio & abire antequam ingrediantur thymelici. ideſt ioculatores. Item distinct. 44. c. clerici dicitur. Clerici edendi vel bibendi causa tabernas nō ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi. Et secundum Ray. non debent clerici ministrare in tabernis, immo nec habere tabernas propter vilia & turpia quæ ibi exercentur Guil. tamen hoc intelligit ita scilicet quòd ibi non ministrēt, vel etiam illis tabernis vbi exercentur inhonesta, quod est contra episcopos qui dum faciunt vendi vina sua, faciunt papiliones & aliqua delicata præparari ad prouocandum potatores.

§. 4. ¶ Quantum ad quartum scilicet prudentem dicit Gratia. dist. 36. §. 1. q̃ hoc est contra eos qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum. Vnde dicit concil. Tol. dist. 38. c. ignorantia. Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus vitanda est, qui officium in populo susceperunt & di. eo. Leo Papa. c. si in laicis, dicit. Si in laicis videtur intolerabilis insciti a, quanto magis in clericis nec excusatione digna est nec venia. Debet autem clericus habere triplicem prudentiam. Primo quidem sacrarum

1. Cor. 1. scripturarum. Vnde Hiero. Si iuxta Apostolum Paulū Christus est Dei virtus & sapientia, ergo ignorantia scripturarum est ignorantia Christi. dist. 38. si iuxta Apostolum. Nam in sacris scripturis maxime relucet sapientia ſm Thom. in 1. part. quæst. 1. ar. 6. Et Diony. Substantia nostri sacerdotij sunt eloquia diuinitus tradita. distinct. 38. omnis. Nam hic substantia non sumitur pro eo q̃ est de essentia, quia sine literis quis potest recipere quēlibet ordinem, sed pro eo quòd quis sustentatur, quia scilicet sine scientia non potest sacerdos bene exequi officium suum. Probat autem Gratia, clericum debere esse peritum in scripturis. distin. 36. per totum, & hoc per multas auctoritates scripturę figuras & exempla, & de rationali q̃ portabat in pectore pontifex vbi erat scriptū manifestatio & veritas, de vectibus continue arce inherentibus &c. vide Exod 28. cap. & Leui. 8. Secundo debet habere peritiam canonum competentem ideſt constitutionum ecclesiasticarum. Vnde dicitur in c. ignorantia dist. 38. Sciant sacerdotes scripturas sacras & canones. Et Cęlestinus papa distin. 60. c. nulli sacerdotum dicit. Nulli sacerdotum liceat canones ignorare, nec quicquam facere quod possit patrum regulis obuiare. Et quamuis non teneatur scire omnes subtilitates iuris, canones tamen omnes communes obligantes & ad officium suum spectantes ignorare sine culpa non potest, leges autem seculares potest clericus audire nisi sit religiosus vel sacerdos vel habens personatum vel præbandam. De hoc tamen vide infra in materia excommunicationis. Tertio debet habere peritiam. i. industriam secularium negociorum, quia secundum Gratia. dist. 39. per totum. Prælati debent subditis non solum carnalia sed etiam spiritualia subsidia ministrare exemplo Christi qui turbas non solum verbo docebat. Matth. 5. cap. sed & virtute sanabat Luc. 6. c. & corporalibus alimentis reficiebat. Io. 5. c. & Mar. 8. Vnde dicit Greg. dist. eo. c. Petrus diaconus. Hoc tempore talis debet in regiminis arce constitui qui non solū de salute animarum, verum etiam de extrinseca vtilitate & cautela sciat esse sollicitus. Vnde & ille Petrus electus propter suam simpliciratem repellitur. Dicit tamen Ambr. q̃ licèt pro tali simplicitate quis repellatur ab obtinendo beneficio, non tamē deiicitur ab iam obtento, sed datur ei coadiutor, vt 7. q. 1. quia frater, secus autem est in litteratura quia si non habet competentem, & si non eminentem potest episcopus remoueri extra de æta. & quali. c. quamuis. Et dicitur scientia competens quæ est necessaria ad executionem debitam ordinis cuiuscunque quem habet. Dicit etiam Gratia. dist. 84. §. 1. quòd oportet esse prudentem ideſt vigilem & sollicitum circa defensionem pauperum & relationem oppressorum & tuitionem monasteriorum, & in cap. sequen. reprehendit Grego. quendam episcopum quia consilia sapientum & recta suadētium non suscipiebat. Non debet autem etiam si sit senex erubescere addiscere etiam a minimis. Vnde Clemens. Nullus episcopus propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis a paruis vel minimis eruditis, si quid forte vtilitatis est aut salutis inquirere negligat. Et August. de se dicit. Senex a puero & episcopus tot annorum a collega nondum anniculo paratus sum edoceri 24. q. 3. si habes. Et Greg. dicto. Stultus est qui inter se primum existimat ut bona quæ videt discere contēnat. dist. 23. c. de Constantinopolitana. Notandum etiam dictum Aug. dist. 38. c. sedulo, vbi ait. Sedulo admonēdi sunt scholastici, vt humilitate inducti Christiana discant nō contēnere quos cognouerint morum vitia amplius quam verborum deuitare, sed cordi casto linguam exerci-

tis, de capel. mo. c. 2. Sed episcopus bene sciebat illum censum non deberi de iure, & iuramentum non obstare, quia fuit præstitum in detrimentum ecclesiæ de iureiur. c. 2. Et ideo potuit prohibere episcopus ne solueretur, quia constabat quòd monachi iniuste & mala fide possidebant secus si præciperet quòd possessio rei corporalis quam alius etiam mala fide tenet, auferetur ei violenter. Hoc enim malum præceptum esset, quia etiam violento possessori non est vis inferenda 3. q. 2. §. fi. Et eodem modo cui de nouo census subtractus est violenter, & cum armis recuperare vellet. Et esset idem forsitam cum armis recuperandum, de iure tamen contra ipsum agendum, licèt alij contradicant, si autẽ monachi qui censum recipiebant essent bonæ fidei possessores, tunc sacerdos etsi in veritate censum non debeat, ipsum tunc tenetur soluere, quia sicut non licèt aliquem spoliare aliqua re, sic nec possessione. C. vnde vi. l. si quis in tantam, vel censum de nouo subtrahere, verum si episcopus præcipiat sacerdoti ne soluat censum bonę fidei possessori, sacerdos debet appellare, quia iniustum est præceptum. Et idem videtur dicendũ, vbi episcopus præcipit alicui de sua dioceſi quòd præstaret ei obedientiam vel aliud ad ipsum spectans de iure communi, sed subditus se dicit liberum priuilegio vel præscriptione vel alio modo. In hoc tamen casu si episcopus etiam post appellationem & sine aliqua causæ cognitione subditum excommunicet, tamen tenet excommunicatio, dummodo verum sit ꝙ non sit liber, quia quod petit episcopus iuris, est, & ideo ibi non requiritur iuris ordo, de iureiuran. c. ad nostram, sed in notoriis & falsis non ualet appellatio secus si hoc petat a clerico qui non est de sua dioceſi, vel etiam a clerico suæ dioceſis ea quæ ad ipsum non spectant de iure communi. Nam tunc non tenet excommunicatio lata post appellationem etsi in veritate deberetur quod patebatur, quia per appellationem negocium ad superioris audientiam est deuolutum. Aliqui tamen contradicunt asserentes quòd in casu appellationis sententia semper ligat & maxime in eo cui census quem possidebat subtrahitur. Hoc enim casu post appellationẽ & sine causæ cognitione, potest excommunicare subtrahentem, & sic defendet possessionẽ suam per excommunicationem, vt de restitu. spol. c. olim, appellatio enim non debet alicui auferre possessionem. ¶Sed quid si abbas communicat sacerdotem censuarium suum habens in eo potestatem, si non soluit episcopus excommunicat si soluit? Respondeo appellet sacerdos, & sic tutus erit, argum. per id quod no. de appel. cap. præterea & nunquam obliget ecclesiam nec cẽsum soluat, nisi probabilem & manifestam credulitatem habeat quòd soluere debeat secundum Innoc. cuius tota mens est hæc glo. sed nec per omnia placent ista. Quomodo enim secundum Host. potero scire de mente subtrahentis censum quia intentione hoc faciat, vtiq; hoc ipso ꝙ subtrahit censum possum agere contra ipsum possessorio vel petitorio, quod dic vt plene no. c. peruenit eo. tit. sed nec placet quod dixit. s. quod in his quæ de iure petuntur post appellationem interpositam teneat excommunicatio. Hoc. n. verum esset si subditus appellaret pro eo ꝙ liber est, & libertatem non probaret, si autem appellet, quia in dubio non debet episcopus sibi ius dicere bene defendet eum appellatio. Et dicto Host. ꝙ non solum requiruntur hoc duo auctoritas. s. episcopi & iusta causa ad censum impetendum, sed & ꝙ capitulum consentiat, vt extra de his quę fi. a præla. c. Tua & c. pastoralis, & etiam consensus ecclesiæ cui census imponitur si est conuentionalis, vt de rebus eccl. non alienan. c. fi. Fatetur tñ ꝙ sola auctoritas episcopi sufficit maxime cum causa ad transferẽdum iustum titulum præscribendi, & sic potest intelligi de dona. c. apostolice. Nec præscribens super hoc debet habere malam fidem cum fulciatur auctoritate pape, qui hoc ius constituit, maxime cum de tali re agatur q̃ papa posset tollere, & contrarium eius constituere. s. ꝙ auctoritas epi sufficeret ad plenum ius transferendum, si tñ haberet conscientiam remordentem quãuis scrupulosam illam sequatur, vt de simo. c. per tuas. Item dicit Host. ꝙ si conscientia dictat ei a quo petit census ꝙ debeatur, soluat ipsæ rector, & si dictat contrarium nõ soluat, si dubitat in tali casu obediat cum ei pręcipitur vt soluat, de ten. ordi. c. ad aures. Idem Goff. Item quærit Host. quid si constare possit ꝙ olim prę̃stabatur ex causa, sed tñ cessatum fuit a solutione eius legitimę vel longissimo tpe prę̃scriptionis tunc vero renouatus est auctoritate epi, nunquid sit soluẽdum & videtur ꝙ non, quia obstat præscriptio. eo. ti. c. olim. Sed tenet ipsæ contrariũ. Et hoc tenet, quia census non prę̃scribitur. C. de præscrip. 30. anno. l. male, de relig. do. c. constitutus. Tum quia aliud est de nouo imponere, & aliud renouare, vt de iud. c. nouit, cũ concor. tum quia non vr̃ facta deterior conditio ec-

Præscriptio non cadit in censum.

casus notabilis.

cleſiæ ſi ad id quod ab initio ſibi impoſitum fuit reuertatur, diſt. 54. c. generalis, tum quia caſus videtur hic notari de cen. c. cum venerabilis. Hæc omnia Io. And. in nouella.

¶ De diminutione cenſus non fienda. & de procurationib. c. olim, de cen. ſic ſumat Ioan. And. Soluendi ſunt cenſus ad antiquã monetam in qua cõſtituti fuerũt niſi ſit in alterius monetæ ſolutione præſcriptũ. Vbi dicit Hoſt. q̃ ſicut præſcribi non poteſt. C. de præſcri. 30. anno. l. male agitur. Si nec diminui ſaltem ab eo qui habet malam fidem. ar. de reli. do. conſtitutus, quod etiam tenuit Goff. ſed ſi nõ habet malam fidem videtur poſſe præſcribi diminutio per illud c. olim. In c. cum canonicis ſic ſumat Ioan. And. ad antiquam monetam, vel eius æſtimationem ſoluendi ſunt penſationes antiquæ. Capitulũ ſi. de cen. ſic ſumat Io. And. propter priuatum oratorium procuratorium non debetur. Hæc eſt aũt differentia inter eccleſiam & oratorium, quia dicitur eccleſia vbi ſtatuta eſt certa dos pro rectore, clericis & alijs neceſſarijs, de conſec. diſt. 1. c. nemo. Oratorium vero quod non eſt dotatum nec ædificatum ad miſſam celebrãdam, ſed ad adorandum. de conſe. diſt. 1. vnicuiq;, de licentia tamẽ epiſcopi poteſt ibi quandoq; celebrari. Sed in maioribus feſtiuitatibus non dabit hanc licentiam ſecundum Innocen. Si vero eſſet in oratorio aliquis rector conſtitutus vel aliqua certa perſona vel vna de certis quæ debent oratorio deſeruire. non videt. Innoc. quare epiſcopus non poſſit viſitare & procurationem ſuam exigere. extra de relig. do. c de xenodochijs. Nam quãuis tale oratorium ſit graria deuotionis factum ſecularium tamen miniſter eius erat præſentandus epiſcopo. Sed alij contradicunt. In cle. de cen. cap. 1. habetur, q̃ religioſi quicunq; pro monaſterijs & eccleſijs, quæ ad eos quocunque ſint ti. deuoluta procurationes legatorum ſedis apoſtolicæ iura epiſcopalia q̃ alia præſtare pro ipſis antequam ad eos peruenirent ſollicitis prompte ſoluere ſtudeant, niſi forte ſedis apoſtolicæ priuilegio exemptione. ſ. facta ſpecialiter de huiuſmodi procurationibus nõ ſoluendis vel alia cauſa legitima ſe ab his valeant excuſare. Capitulum quanto, de cenſi. ſic ſumat Ioan. And. Quæ tenentur procurare fratres alicuius domus, licèt illorum numerus non creuerit procurabunt omnes. Sed ſi ex eo nimium grauarentur eis per officium iudicis conſuletur. Et dicitur ibi quòd ſecundum Pet. & Ab. eſt hic arg. ad quæſtionem de illo qui habebit furnum & molendinum in emphiteoſim ſub pacto molendi & coquendi gratis dño & familiæ ſuę, habuit poſtea dominus decem filios, & quilibet filius decem filios, vnde ſi oibus molat & coquat emphiteota, expedit ſibi magis non habere quam habere de iure ſtricto tamen dicunt illum teneri, ſed iudicis officio ſibi prouidebitur, vt non teneatur vltra primam menſuram, ſed Hoſt. dicit per hanc decretalem ſimpliciter ad ſtatum primum habere reduci, vt in capit. cum canonicis. C. de ſerui. l. præſes. quod dicit verum niſi in maiori numero ſit præſcriptũ, vt in c. olim eo. tit. licèt multa iura poſſent in contrarium allegari.

¶ *De alienatione rerum eccleſiæ.* Cap. 5.

DE alienatione rerum eccleſiæ. No. q̃ dicit decretalis. Nulli liceat alienare rem immobilem eccleſiæ neque hypothecæ titulo obligare. Alienationis autem verbum continet conditionem, venditionem, donationẽ, permutationem, & emphiteoſim, perpetuum contractum, extra. de re. eccle. non alie. Vbi dicit gl. q̃ hypotheca eſt obligatio rei immobilis ſicut pignus rei mobilis. Conditionem appellat contractum ſub conditione factum, vt ſi ſoluat tributum, vel do tibi talem rem ſi nauis veniat ex Aſia. Alienare niſi pro vtilitate eccleſiæ. ¶ Sed nota quòd iſta vtilitas eccleſiæ compræhendit omnes caſus quibus permittitur a iure alienatio rerum eccleſiæ, qui ſunt quattuor, vt ponit gl. ſummaria 12. q. 2. in prin. Primus eſt cauſa neceſſitatis vt ſi debitum vrget 10. q. 2. hoc ius. Secundus cauſa pietatis, vt pro redemptione captiuorum, vel alimonia pauperum 12. q. 2. aurum. Tertius cauſa vtilitatis, q. e. c. ſine exceptione. Quartus cauſa incommoditatis vel minoris vtilitatis. vt q. e. capit. rerrulas. Item vltra dictos. Quintus caſus propter eccleſiam ædificãdam vel cimiterium ampliandum. q. e. c. aurum. Sextus eſt quando epiſcopus cum conſenſu clericorum poteſt donare quinquageſimam partem rerum ſeu eccleſiæ pro conſtructione monaſterii in illa dioceſi, vt q. e. bonę rei. Sed de forma alienationis eſt dubium. Nam glo. Bernard. ſuper dicta decretali dicit quòd ſeruata forma quæ habetur 10. quæſtion. 2. hoc ius. Sed alia glo. dicit quòd talis forma non ſeruatur hodie; ſed illa forma quæ habetur, 12. quæſtio. 2. ſine exceptione. Hoc tenent Hoſtienſi. Ioann. And. Guil. Bernard. etiam correxit ſe & idem tenet. Illud authen. cap. ſine exceptione continet quòd non fiat alienatio

Pulchra diſtinctio.

Alienatio rerũ permittitur.

Forma alienationis.

natio talis ab epiſcopo niſi cum conſenſu & contractu totius cleri, & quòd non ſit dubium illud eccleſiæ pro futurum aliàs ſit irrita. Et dicit ibi gloſ. quod etiam ſi eccleſia ex tali contractu non ſit locupletata, dummodo non ſit damnificata tenet contractu, nam eo ipſo quod non eſt pauperior facta intelligitur locupletata. ff. de ſolu. l. in pupillo. Sic ergo ſecundum Io. in gl. 12. quæſtion. 2. ſumma, & Guiliel. In alienatione rerum immobilium eccleſiaſticum collegiatarum requiritur conſenſus epiſcopi & capituli ideſt maioris partis capituli. In rebus autem monaſterii requiritur conſenſus abbatis capituli, & epiſcopi. 12. quæſtion. 2. abbatibus. In alienatione rerum huiuſmodi eccleſię parrochialis requiritur conſenſus ſacerdotis ipſius parrochię. 10. q. 2. Si quis epiſcopus, alias facta alienatio cõtra prædictam formam nulla eſt, licèt ſit in dicto caſu, vt in d. capit. ſine exceptione. Sed tamen præſcripta forma facta in caſu etiam non conceſſo tenet ipſo iure, extra de his quę fi. a prela. ſine conſenſu cap. c. cum nos, ſed ſi damnoſa fuerit eccleſiæ reſtituitur, extra de in integ. reſti. c. ideſt hæc in d. glo. Quidam ét dicunt, vt Gof. quod in huiuſmodi alienationibus ſufficit ſeruare conſuetudinem illius eccleſię cuius ſit alienatio, etiam ſi ſit illa cõſuetudo præter ius. Sed Hoſti. & Guil. tenent contrarium. Io. And. eo. titu. c. 1. li. 6. dicit primam opinionem veram cum conſuetudo eccleſię grauaret alienationem, ſecundam vero vbi cõſuetudo laxaret. ¶ Item nota quòd cũ dicitur ſupra in glo. Ioannis, quod requirit conſenſus epiſcopi in alienatione monaſterii intelligitur de monaſterio non exempto. Nã in exemptis dicit Fracíſcus de zab. poſt Inn. ſuper cle. monaſteriorum eodem titulo quod requiritur conſenſus papæ, vel prælati immediati cui ſubſit eccleſia pleno iure, ſicut habẽt plures priores ſuos abbates. Talis igit̃ prælati requiritur ſaltem aſſenſus in exẽptis, ét ſi prelatis qui alienare vult conuentum quatuis cle. illa videatur dicere de eo qui non habet conuentum, ita tenet, ibi gloſſ. & ſic dicit ſe feciſſe ſeruare ad validãdum contractum. Item dicit Franc. ibidem, quod cõſenſus põt etiam interuenire poſt contractum celebratum, vt no. eo. ti. c. 1. lib. 6. Quod dicit Stephanus verum eſſe, niſi bona quæ alienat prælatus ſpectant ad menſam conuentus, quia tũc requiritur conſenſus eius in ipſo contractu. ¶ Item dicit Ioan. in gloſ. 10. queſtion. 2. hoc ius, quod ſi aliquid datur eccleſię ea conditione ne alienetur, quamuis videatur quòd

Conſenſus epiſcopi.

nullo caſu poſſit alienari, in authen. de al. em phite. §. ſanctiſſimas, iſtud nõ eſt verum, qz non valet hoc pactum cum ſit contra legem Dei. vt. 12. quæſtion. 2. aurum Ray. autem diſtinguit & dicit quòd ſi eccleſia habet alias poſſeſſiones, quas ſcilicet poteſt alienare, ſic non poteſt illam alienare, vt dicit lex inducta. Si non habet alias poſſeſſiones, tu poteſt in caſibus a iure permiſſis, concor. Inno. & Hoſt. Item ſi legaretur monaſterio aliqua poſſeſſio, quod non poſſet tenere poſſeſſione vt ſunt mẽdicantes, etiam ſi adiiceretur pœna in contrarium facientem non videtur eſſe locus pœnæ, & non obſtante illa conditione poterit & debebit vendi, quia vt turpis cõditio eſt habẽda ex quo eſt contra ordinem ſuum, vnde pro non adiecta habetur quinnimo & cuicunque eccleſiæ ſit data poſſeſſio apposita ibi conditione aliqua vel modo, vt ſcilicet aliquid fieret, ſi non fiat, non poteſt per hoc reuocari datio, niſi ſit facta ita quòd ceſſante illa conditione vel modo reuocatur vel reuocari poſſit, extra de condi. appo. capitul. final. Item quod dictum eſt, ſupra qd̃ hoc fiat pro vtilitate eccleſiæ, quamuis Laudul. dixerit quòd oportebat quòd præciũ rei venditæ eſſet verſum in vtilitatem eccleſiæ, & ſit euidens & perpetua illa vtilitas, in ædificiis perpetuis, emptionibus aliarum rerum, vel ſolutione grauis debiti, & q emptor debet eſſe curioſus vt videatur quòd ſic conuertat. Franciſcus autem de zab. ſuper cle. monaſteriorum, eo titu. dicit quòd non eſt neceſſe quòd duret verſum in vtilitatẽ eccleſię. Gl. etiam Ioann. ſuper, d. capitu. hoc ius, dicit q emptor non oportet quòd ſciat ad quem verſum conuertatur pecunia, ſed ſufficit probare quod tunc eccleſia indigebat pecunia. Dicitur etiam in eadem glo. quod ſi plus offeratur de rebus eccleſiæ quam valeat, quod tantum iuſtum præcium debet accipi quia eccleſia in ſuis contractibus non debet dolum facere Et Greg. dixit. 12. quæ. 2. Sicut eccleſia proprias res amittere non debet, ita in rapacitatis ardore aliena inuadere nõ oportet poteſt tamen epiſcopus aliquos ſeruos eccleſię bene meritos manumittere, ideſt liberos facere, vt dicitur. 12. q. 2. ſi quos, & vt dicit glo. ibi dicitur bene meritus, qui aliquod in ſigne ſeruitium fecit eccleſiæ. Sed notandum vt ibi ſubdit Gratianus. §. ſequẽti, quod ſerui eccleſiarum manumitti non poſſunt, niſi retento eccleſiaſtico patrocinio, niſi forte manumiſſor duos eiuſdem meriti & eiuſdẽ peculii eccleſiæ conferre voluerit, quod probat per cap.

Vtrũ ſuceſſor de

beat stare cõtra ctib. præ deceſſoris.

epiſcopus qui ea quæſtione. Quæritur an ſucceſſor in prælatura, prioratus abbatiſſatus vel epiſcopatus, & huiuſmodi teneatur ſtare contractibus factis p prædeceſſorem ſuũ circa, immobilia? Reſpondeo per diſtinctionem, q aut loquimur de contractu concernente verã alienationem proprietatis, puta venditionis, donationis, permutationis & huiuſmodi. Et tunc ſi fuerit celebratus contractus cũ debita ſolemnitate, quę, l. habetur. 12. q. 2. ſine exceptiõe, & declaratur. ſãn iſto §. de forma. Tunc. n. poſſeſſor ſtatim cępit proprietario poſſidere, & non tollitur quod ſolemniter actum eſt, vt. ff. de mino. l. in integ. Aut loquimur de contractu concernente redditus qui ſpectant ad prælatum, vt locatione & tunc mortuo prælato vel translato vel amoto non durat contractus alterius, vt. ff. locati. l. ſi quis domum. Et hoc niſi contraxiſſet, vt ſindicus monaſterii vel ſolemniter cum cõſenſu capituli & pro vtilitate monaſterii, quia vtiliter geſtum debet haberi ratum. ff. de neg. geſ. l. pomponius. Ita diſtinguit Bal. de ſo. com. in c. dilecti. & ſequitur eum frater eius Pe. in ca. quęrela. ne præla. vi. ſuas, & remittit ad notata. 12. q. 2. alienationes, & glo. in d. c. quęre lam diſtinguere videtur ſic quòd ſi prælatus faciat locationem nomine ſuo, ſucceſſor non tenetur ſtare tali contractui, ſed ſi nomine eccleſiæ tunc durat locatio prędeceſſoris poſt mortem eius. Reſtat ergo videre quando dicatur fieri locatio nomine eccleſiæ, & quãdo nomine prælati, & videtur eſſe de mente dicti. Ioan. Cal. ſuper dicto, c. quærelam, q quotieſcunque prælatus locat nomine ſuo vt puta exprimendo proprium nomen vel alius p eo vt procurator eius, tunc nõ tangit talis eõ tractus ſucceſſorem ad quod facit, c. literæ, de dila. Et ideo ſucceſſor poteſt contrauenire, vt in ca. relatum. de teſt. Si vero locatio fit nomine eccleſiæ, vt quia dicit talis prælatus p ſe & eccleſia & ſucceſſoribus. Et tunc ſi non locauit vel contraxit pro vtilitate eccleſiæ poteſt ſucceſſor contrauenire. Nec tenentur ſtare tali contractui, vt de rerum permu. c. 2. Si autem locauit vel contraxit pro vtilitate, eccleſiæ, & tunc tenetur ſtare. Alienationes autem rerum mobilium prędictam ſolemnitatem non requirunt quæ tamen & præcipue rerum quarũ eſt vſus in eccleſia, vt calices, libri, & hmõi, nõ ſine magna cã & rõnabili fieri debẽt, vt dicitur in c. hoc ius. 10. q. 2. Itẽ no. q nullus prælatus religioſus põt vẽdere redditus ſeu cõcedere alicui ad vitã, vel ad certũ tps, niſi neceſſitas vel vtilitas loci expoſcat, vel de conſenſu conuentus, vel ſi conuentũ non habeat de cõſenſu prælati ſui, in clemẽ. monaſteriorum eod. ti. Alienationes factæ ab intruſis non valent. 12. q. 2. alienationes. Et ſimiliter alienationes factę a ſchiſmaticis, extra de ſchiſmati. c. 1. Et tenẽtur reſtituere omnes prædicta loca & res & fructus perceptos, extra de reſti. ſpo. c. grauis, & quomodo q vti tur talibus alienationibus ſit excommunicatus, habes, infra tit. de excommunicationes. ¶ Quia ſupra dictũ eſt in dicta decretali nulli. eo. ti. q nec etiam in emphiteoſi dicunt dari poſſeſſiones eccleſię, ideo breuiter aliquid, de emphiteoſi dicendum eſt. ¶ Vbi ſciẽdum q eſt nomen græcum, & latine interpretatur melioratio, & ab initio quædam viles terræ p hunc contractum concedebantur quas recipiens meliorabat, & meliorationes ſuæ erant quod poſtea permiſſum eſt de fertilibus, & fructuoſis & conſiſtit in rebus ſoli tantum. Et iuxta vulgare quorundam dicitur datio ad libellum. Poſſeſſio ergo eccleſię denouo non poteſt dari in emphiteoſim perpetuo, vt dicitur in d. c. nulli. Si tamen poſſeſſio erat prius emphiteotica & peruenit libere ad eccleſiam bene poterit dare in emphiteoſim alteri etiã perpetuo. Contrahitur autem emphiteoſis in terueniente ſcriptura. C. eo. l. 1. & per conſenſum domini & emphiteote vt, ſcilicet ſtatim dominus pro re ipſa aliquid accipiat ſecũdũ q inter eos eſt conuentum. Item de cætero ſingulis annis conuentum canonem. i. penſionem ſoluat, vt inſti. loca. §. ad eo. contrahitur autem aliquando ad tempus. 10. vel. 20. annorum, & ſuccedit in hoc hęres vſque addictum tempus aliquando in perpetuum, & tunc non aufertur emphiteote nec hęredibus, eius quamdiu ſoluerit canonem, ſi tamen res illa ex toto periſſet vel etiam medietas non debet tantum exigi. Eſt autem de natura emphiteoſis ſecundum Hoſtien. quòd liceat domino emphiteotam expellere, ſi per triennium in ſecularibus, vel per biennium in eccleſiaſticis non ſoluerit penſionem decima, quęſtione ſecunda, hoc ius nec tenetur dominus cenſus requirere, quia dies ſtatuta pro domino interpellat. Repellet autem ſecundum quoſdam auctoritate, ſecũdum alios & verius per iudicem, qd tenet Innocen. & hoc niſi celeriter ſatisfaciat, vt dicitur extra de locat. capitul. propter. Et dico celeriter antequam patiatur trahi ad iudicium. Item poteſt emphiteota ius ſuum alteri vendere, domino prius requiſito & propoſito pręcio quantum reue-

Titu. 24. ca. 9.

§. 1.

Emphiteoſis.

Natura emphiteoſis.

ra poteſt. Si enim dominus comparare voluerit cuilibet emptori eſt præferendus. Si licentiam det, vendi poteſt. Qui etiam ſi taceat elapſis duobus mẽſibus a denunciatione vendere poteſt & ſine conſenſu domini, dummodo non perſonis prohibitis, vt potentiores emphiteota, ſi ſecus fecerit ius ſuum amittit. Poteſt etiam emphiteota ius tale donare & pignori dari etiam irrequiſito domino, & ſe præſentibus annis ſoluit, licèt prius per plures annos non ſoluerit non poteſt expelli. ¶ Eſt quidam alius contractus qui dicitur præcarium vel præcaria, de quo habetur 10. quęſt. 2. Præcarie cum glo. 1. & extra eo perto. Et quia non eſt multum in vſu omitto, ibi potes videre. ¶ De emptione & venditione & de locatione & de commodato & huiuſmodi, habes in 2. part. tit. 1. cap. 8. Item dicit Gratianus 12. q. 2. iniuſtum videtur. § item ſi rectores, quòd ſi rectores eccleſiæ de rebus proprijs tantundem eccleſiæ reſtituere voluerint, eccleſiaſticas facultates libere dare poſſunt. Et conſtabunt his quibus datę fuerunt perpetuata firmitate, qđ probat per c. ſequens vbi dicit glo. quòd hoc eſt verum quando prius eſt habitus tractatus cum clericis & conſentiunt, vel cum prius tantundem dederat eccleſiæ. Item dicit Greg. q. ea. Eccleſiaſticus vtilitatibus deſeruiẽtes eccleſiaſtica dignum eſt' remuneratione gaudere. Et propter hoc dicit Gratianus, quòd poſſunt res eccleſiæ donari pro remuneratione ſcilicet impenſi obſequij. Et aliquid propter hoc iuſte fuiſſet alicui permiſſum, tenetur eccleſia obſeruare, vt dicitur in cap. quicunque ea. q. ¶ Notandum etiam diligenter quòd dicit Amb. ea. q. c. autem. Aurum hebet eccleſia non vt ſeruet, ſed vt eroget & ſubueniat in neceſſitatibus. Quid eſt opus cuſtodire quod non adiuuat, an ignoramus quantum auri & argenti de templo domini Aſſyrij abſtulerunt. Non ne melius conflat ſacerdos propter alimoniam pauperum? Nõne dicturus eſt dominus Cur tot inopes paſſus eſt fame mori &c. Et ipſe de ſe narrat calices feciſſe aliquando conflare ad ſubueniendum pauperibus. diſt. 86. Non ſatis, a quo tale exemplum ſumpſit Aug. vt refert. ſimilia faciendi.

Canon pulcherrimus.

¶ De conſecratione eccleſiarum, & quomodo eccleſia violetur & reconcilietur. Cap. 6.

SAnctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus, Deus in medio eius non commouebitur pſal. 45. vt dicit Gratianus de conſec. diſtin. 1. in prin. Tabernaculum Moyſen dño præcipiente feciſſe & ſacraſſe cum menſa & altari eius & vaſis ad diuinum cultum, exemplum legimus. ſ. in Exod. Dauid regum piiſſimus qualiter amplificauerit cultum Dei, & templum Dei ædificare voluerit, ſed prohibitus pp multum ſanguinem effuſum. ſ. inimicorum, & ipſæ impenſas collegerat. Salomon quoq; filius eius quod ipſæ facere oprauerat, iubente & auxiliante dño perfecit & tẽplum cum altari, & reliqua ad diuinum cultũ pertinentia dedicauit. In li. regum legitur 3. Reg. 8. Si ergo Iudęi qui umbræ legis deſeruiebant, hoc faciebant, multo magis quibus veritas patefacta & gratia per Chriſtum facta eſt templa dño ædificare, & prout melius poſſumus ornare ea quæ diuinis præcibus & ſanctis vnctionibus deuote & ſolemniter ſacrare, non in aliis quàm in ſacratis ab epiſcopis miſſas celebrare & ſacrificia offere debemus. Vnde Iginus papa. Omnes Baſilicę cum miſſa ſemper debent conſecrari, de conſe. diſt. 1. Et ibi dicit glo. miſſam eſſe de ſubſtantia conſecrationis, ſed Hug. contrariũ ſentit. Debet autem conſecratio fieri per epiſcopum, non per alium inferiorem diſt. 25. c. perlectis. Sed vtrum ſi neceſſarium ad cõſecrationem eius ipſum epiſcopum conſecrantem dicere miſſam vel per alium facere dicere. Hug. tenet ꝙ non & hoc eſt clarum ſi miſſa non eſt de ſubſtantia conſecrationis, vt ipſæ tenet. Sed ſi eſſet de ſubſtantia tunc oporteret eum dicere vt alii dicunt. Exo. 26. 2. reg. 7. 1. Paral. 22. & 28

¶ Ea autem quæ fiunt in conſecratione deſignant illa quæ concurrunt ad ſanctificationẽ eccleſiæ militantis. Nam triplex circumitus quem facit pontifex circa eccleſiam ab extra ſignificat circumitum quẽ fecit Chriſtus ad ſanctificandum eccleſiam ſcilicet de cœlo in mundum, de mũdo ad limbum, de limbo reſurgens ethera aſcendit in cœlum ſecundum illud pſalmi decimioctaui. A ſummo cœlo &c. Vel etiam triplicem ſtatum eccleſiæ coniugatorum, viduarum, & virginum, qua circumiendo viſitat & defendit. Triplex percuſſio per epiſcopum facta ad oſtium dicens. Attrollite portas, deſignat triplex ius, vel ratio quare debet ſibi aperiri introitus in cordibus noſtris. Vnde Anſelmus. Domine debeo me tibi totum quia feciſti. Et iterum totum quia redimiſti. Et iterum totum, quia tanta promittis. ſ. teipſum. Fit tertio aquæ aſperſio deſignans baptiſmum vel pœnitentiam qua mundantur peccata. pſal. 50. Aſperge me dñe hyſopo &c. Quarto ſcribitur alphabetum in §. 1. Myſtica ſunt hęc ꝓ feſtis eccleſiarum.

pauimento literis Græcis & Latinis ſuper cineres ibi ſparſos & ſcriptura fit ibi de angulo dextro in angulum ſiniſtrum per trãſuerſum & econuerſo in modum crucis ad innuendum vnionem factam duorum populorum in cruce Chriſti & fide articulorum qui ſunt prima elementa doctrinæ Chriſtianæ. Vel etiam continentiam vnius teſtamenti in alio & econuerſo in Chriſti incarnatione conuenientium in materia, ſecundum illud Ezech. 1. Erat rota in medio rotæ. Fit autem ſcriptura ſuper cineres quia humiliari oportet ad ſuſcipiendum doctrinam fidei. Fit quinto pictura crucem in parietibus eccleſiæ intra ad ſignificandum mortificationem ſenſuum q̃ debent habere fideles, ſecundum illud ad Gala. 6. Qui ſunt Chriſtum carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs. ¶Sexto ponuntur luminaria ante cruces, & ſignificat lumẽ agendorum quòd debent habere in ſua conuerſatione, & rectæ intentionis in operibus, ſecundum illud Luc. 12. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. ¶Septimo inunguntur cruces chriſmate ad innuendum odorem & nitorem bonæ famæ. Eccle. 41. cap. Curam habe de bono nomine, ſic ſuum tabernaculum, ideſt eccleſiam ſanctificatur. Et ex hoc eſt in medio eius tabernaculi. Vnde & congruenter figura crucifixi ponitur in medio eccleſiæ quæ ſi omnes inſpiciat, quilibet ad eum imitandum attendat, omnes defendat, omnes audiat & vniat, vnde & naſcens & moriens & docens & reſurgẽs in medio ſtetit, vt patet in Euangelio, vt oſtenderet in conuerſatione in doctrina, in omnibus alijs medium tenendum virtutis. Vnde Deus in medio eius Matt. 18. Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Sunt in eccleſia congregati duo ſtatus, clerici, ſ. & laici, vel tres congregati, continentes, & prælati in nomine Chriſti in fide formata eius. Et ideo Chriſtus in medio habitans per gratiam. Ezech. 14. Si fuerint tres viri. Iob Noe & Daniel in medio eius ipſi liberabunt animas ſuas. Iob coniugatos. Noe regens aream prælatos. Daniel continentes in medio virtutis, hi ſaluabuntur. Et quia Chriſtus in eccleſia ideo non commouebitur tribulationibus, perſecutionibus, tentationibus, non recedet a virtute, & veritate. Matt. vlt. Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad conſumationem ſæculi. Eccl. 1. Generatio prꝛterit, generatio aduenit, terra autem in æternum ſtat, ideſt aliqui prꝛtereunt recedentes ab eccleſia per vitia. Aliqui veniunt ad eccleſiam per conuerſationem, terra autem ipſa, ſ. eccleſia ſemper durat. Et ſic tria notantur.

¶Eccleſiæ ſanctitas, ibi, ſanctificauit.

¶Eius ſocietas, ibi, Deus in medio.

¶Eius firmitas, ibi, non commouebitur.

¶Sanctificauit tabernaculum ſuum pſal. 65. §.2.
Nota de ſanctificatione aiæ ad ſimilitudinem conſecrationis eccleſiæ. Vbi ſciendũ qđ eccleſia materialis multipliciter notatur. ſ. Baſilica, templum, domus Dei, eccleſia, tabernaculum. Baſilica dr̃, vt diſt. 42. non oportet. Vbi dicit Archi. Baſilica dr̃ palatiũ regis, Baſilicos enim Græce, Latinæ rex interprætatur. Vnde Baſilica dr̃ quælibet eccleſia, quia palatiũ eſt ſummi regis, & regi regũ miniſtratur. Qui dã tñ dixerunt eccleſias epales tñ dici Baſilicas, quia hmõi reges conſueuerunt fundare & dotare ſm Hug. vel Baſilica dicit a Baſileo rege Græcorum, qui primo ſe fecit ſepeliri apud eccleſiam ſm Iſid. Vel dicitur a Baſeo, i. fundo fundas. Inde Baſilica quaſi fundamentum aliarum eccleſiarum ſm Lau. Dr̃ etiam eccleſia templum 16. q. 7. & hoc. vbi Archidiaconus dicit, templum dr̃ quaſi tecta ampla, quia populus ibi ſub vnius tecti amplitudine continetur & proprie ſunt maiores eccleſię. Vel tẽplum a contẽplando, quia hoc ibi fieri debet. Baſilicæ. Templũ.

¶Dicitur quoq; eccleſia, de conſe. diſt. 1. eccleſia quæ interprætat collectio ſeu conuocatio. Vbi dicit Arch. quod dr̃ conuocatio ideo, qa continet populũ conuocatum, ſ. ab eo de quo Apoſt. ad Ro. 8. Quos vocauit hos & iuſtificauit, & ponitur cõtinens pro cõtento, vbi aũt conueniebat populus in deorũ dicebaꝫ & adhuc dr̃ ſinagoga quæ interprætatur cõgregatio, quia virga legis quæ dura erat, & aſpera, ille populus velut grex irrationalium pecorum congregabatur. Sed in catholicis adminiſtratio dr̃ eccleſia, i. conuocatio vbi conuenit quia amore ſpirituſſancti ad vnam fidem, & præmium futuri ſæculi vocatur, & participat corpus Chriſti. Eccleſia.

¶Domus Dei dr̃, vt de relig. do. li. 9. c. domum tuam decet ſanctitudo. Sic aũt dr̃ quaſi ſpeciali modo ibi habitet per ſacramenti continuã exiſtentiã, per exauditionẽ per iuſtificationẽ, per defenſionẽ a diaboli inſidijs. Dr̃. n. tabernaculum quod eſt militare habitaculum. Vnde Hieron. tractans illud quod dñs ait per Malach. 1. ſ. adhuc habitare vos faciam in tabernaculo, ſicut in diebus feſtiuitatis, ait, vt quòd facit baptiſma faciat & pœnitentia, & habitent in tabernaculis ſaluatoris, i. in eccleſia, de pœni. diſt. 1. ne forſitan. Sic exponit Archid. illud Pſal. 41. Tranſibo Domus Dei. Taberna culum.

in lo-

in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum Dei ideſt ab eccleſia militante ad eccleſiam triumphantem. Quia igitur militia eſt vita hominis ſuper terram. Ioan. 7. ideo eccleſia vbi adunatur populus militans non habens hic ciuitatem manentem dicitur apte etiam tabernaculum. Omnia autem iſta conueniunt animæ ſanctificate, nam Baſilica eſt ſummi regis ab eo fundata & dotata Templum amplum continens Deum immenſum apta contemplationi. Eccleſia conuocatio omnium virium ad vnũ finem. Domus Dei ſuſcipiens ſacramentum & iuſtificationem. Et tabernaculum præparata ad gentem bella tentatum. Et not. q̃ Pet. de Tharan. ſuper epiſtolas tractans illud. 1. Corin. 3. Templum Dei ſanctum eſt quod eſtis vos, ponit 10. quę concurrunt ad ſanctificationem animę figurata per ea quæ fiunt in ſanctificatione templi ſeu tabernaculi materialis. Primum eſt electio oſſium infidelium, quod ſignificat remotio pertinacium errorum & vitiorum, & hoc per confeſſionem. Hier. 8. Eiicient oſſa regum & pricipum. Secundum eſt circuitus triplex extra & intra eccleſia. Et hæc eſt circunſpectio intus & extra circa cogitationes, locutiones, & operationes. Can. 3. Surgam & circuibo ciuitatẽ. Tertiũ eſt trina oſtij percuſſio innuens inſtigationẽ Dei per inſpirationes oſtendendo ei ſuã bonitatem, beneficiorum largitatem, præmiorum immẽſitatem. Apoc. 3. Ego ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis aperuerit mihi ianuam intrabo ad illũ. Quartum eſt trina aſperſio cum hyſopo de aqua exorcizata cõpoſita ex mixtura aquæ, vini cineris, & ſalis inſinuans compunctionẽ & dolorem triplici reſpectu conſiderãdo, vbi fuit, quia in peccato, & ex hoc vbi erit, quia in tremendo iudicio reddituru rationẽ. Eccle. vltimo. Cuncta quę fiunt adducet dominus in iudicium vbi eſt, quia in ſtatu periculoſo. pſal. 114. Pericula inferni inuenerunt me, vbi non eſt, ſcilicet in paradiſo propter quem eſt creatus. Apoſtolus ad Roma. 6. Infelix ego homo, & hęc aſperſio cum hyſopo paſſionem ſignificat Chriſti, pſal 50. Aſperges me domine hyſopo & mundabor. Quintum eſt incineratio in pauimentis & ſignificat humiliationem ex mortis recordatione & vilis conditionis Eccle. 10. Quid ſuperbis terra & cinis? Sextũ eſt deſcriptio alphabeti per cineres in pauimẽto. eccleſiæ, & ſignat humiliratem quam debent in mente habere hi qui ſacram doctrinam recte intelligere cupiunt. Eccle. 3. Quæ tibi præcepit Deus cogita ſemper. Zepherinus Papa. Sicut ſtellas non extinguit nox, ita mente fidelium inhe rentes ſacræ ſcripturæ firmamento nõ obſcurat mundana iniquitas. diſt. 38. ſicut. Septimum depinguntur cruces plures, & exprimunt tolerantiam paſſionum. Matth. 10. Qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me non eſt me dignus. Octauum inunctio crucum chriſmate, quod ſignificat ſpiritualem, lętitiam. Matth. 6. Vnge caput tuum, vel vnctionem miſericordię & compaſſionis erga proximum. Eccle. 9. Oleum ſcilicet miſericordię de capite tuo ideſt mente non deficiat. Nonum luminaria accenduntur, & hæc figurant clara exẽpla bonorũ operum cauendo etiam a ſpecie mali. Lucæ. 12. Sint lucerne ardentes in manibus veſtris. Decimũ ſancti alicuius intitulatio eccleſiæ, & hoc vitæ ſanctorum conſiderationem & imitationem ſignificat 1. Macha. 2. Mementote operum patrum quæ fecerunt in generationibus ſuis. Vndecimum eſt miſſæ celebrato, & hoc per continuam Dei laudem & gratiarum actionem. Apoſtolus 1. ad Theſſal. 5. In omnibus gratias agite.

Sanctificatio animæ.

¶ Violatur autem iſtud tabernaculum ſeu templum animæ, ſecundum illud pſal. 74. Polluerunt tabernaculũ nominis tui. Quod fit per peccata, præcipue per tria quæ magis abundant & magis nocent, & hoc fuit in violatione illius templi quod erat in Hieroſolymis. Ter enim fuit violatum. Primo per Nabuchodonoſor qui illud incendit igni, vt pater in 4. Reg. vltimo, & ſignificat gulam & luxuriam. Secundo per Antiochum ſuperbiſſimũ, vt patet in lib. 1. Machab. 1. c. & ſignificat ſuperbiam & ambitionem. Tertio per Romanos, de qua pſal. 78. Polluerunt templum tuum & ſignificat auaritiam, ſed reconciliatum fuit illud templum per ſacerdotes, tempore Iudæ Machabei nunc autem violatum ex cauſis de quibus ſupra reconciliatur per epiſcopum cum aqua exorcizata, ſed tabernaculum ſeu templum animæ violatum per Chriſtũ reconciliat, ſed nõ niſi per aquã pęnitẽtię, vbi cõcurrunt aquæ lachrymarũ & contritionis, ſal diſcretionis, vnum feruoris & dilectionis & cinis humiliationis. ¶ Nota ergo, quod eccleſia conſecrari non poteſt niſi ab epiſcopo, de conſe. diſt. 1. c. nemo, nec poteſt epiſcopus hoc committere alteri niſi epiſcopo. Et poteſt fieri conſecratio tam Dominicis diebus quam priuatis, extra eod. c. tua, nec debet ſine miſſa conſecrari de conſecratio, diſtin. prima, de fabrica in fine. Et ſi epi- §. 3.

ſcopus non petit dotem competentem, quando primarium lapidem poſuit, debet in cõſecratione ſupplere quia ad hoc tenetur fabricator & eius, hæres 1.q.2.placuit, & extra, eo. c.cum ſicut, hoc tamen non requiritur in eccleſiis ordinum mẽdicãtium, quia ſporta eſt poſſeſſio eorum qua quidem non contenti innitentes poſſeſſionibus carent neceſſariis. Præſumitur eccleſia conſecrata quando appa ret de hoc aliqua ſcriptura vel inſtrumentũ donationis, vt in libro eccleſiæ, vel in columna, vel in tabula marmorea & huiuſmodi, vel etiam ſi apparet vnus teſtis de viſu vel auditu de conſe. diſt. 1. ſolẽnitates, primum, & intelligas ſemiplenas probationes ſufficere, vbi non eſſet de hoc contentio per quam tollere tur iſta probatio vt quia fieret alteri inde prę iudicium, extra eo. c. propoſuiſti, & extra de adult. c. ſignificaſti. Et nota quod eccleſia altaria & alia huiuſmodi inanimata conſecrantur, vt dicit Tho. in 3. parte. q. 8. nõ quia ſint gratiæ ſuſceptiua, ſed quia ex conſecratione adipiſcuntur quandam ſpiritualem virtutem per quam apta redduntur diuino cultui, vt. ſ. homines exinde deuotionem qnandam participent vt ſint paratiores ad diuina. Vnde & 2. Macha. 3. dicitur. Vere virtus quædam eſt in loco. Et quidam probabiliter dicunt, quòd per ingreſſum eccleſiæ conſecratæ homo cõſequitur remiſſionem peccatorum venialiũ, ſicut per aſperſionem aquę benedictę, inducẽtes illud. pſ. 84. Benedixiſti domine terrã tuam, &c. Vnde propter virtutem illam quã conſequitur ex conſecratione non, debet iterari conſecratio. de conſecrat. diſtin. 1. eccleſiis. hæc Tho.

Pia & iuſta opinio.

§ 4.

In quatuor caſibus eccleſia polluit.

¶ De violatione eccleſiarum. Nota quod in quatuor caſibus polluitur ita quod indiget reconciliatione. Primus eſt propter homicidiũ vel alias enormem ſanguinis effuſionem ibi commiſſam, extra de conſecra eccle. c. propoſuiſti, ſecus de leui. vt ſi ſanguis caſu de naribus emittatur, & ſi quis vngue aliquantulum ex corier, & ſanguinem emittat, quod ſi ex lapide cadente de ædificio eccleſię aliquis moriatur, vel ex fatuitate furiæ quis ſe occidat, ſecundum Hug. & Hoſtien. non eſt neceſſaria reconciliato, quia non eſt per contentionem vel malam voluntatem facta. Item ſi vulnere extra eccleſiã accepto in eccleſiam fugiẽs moriatur non violatur eccleſia, quia non accepit ibi cauſam mortis, ſecus ſi in eccleſia vulneretur, & extra moriatur quit tunc violatur. Item quãuis quidam dicant, quòd ſi occidatur martyr in eccleſia non indiget reconciliatione, quia talis effuſio non polluit, ſed conſecrat contrarium verius videtur, quia ſceleratius eſt ſanctum occidere quam paruum 25. quæſtio. 5. ſi. non liceat, & quamuis ex hoc nõ polluatur eccleſia ex ſanguinis effuſſione polluitur tamen ex effundentis praua actione. Secundus caſus violationis eſt propter adulterium & qualemcunq; ſeminis emiſſionem volũtarie procuratam ſiue cum aliis, ſiue per ſe ſolum, extrade adul. cap. ſignificaſti. i. de conſecrat. diſtin. 1. eccleſiis, etiam per actum coniugalem, vt ſi vir cognoſcat vxorem in eccleſia, polluitur ſecundum. Ioan. And. Expollutione autem quæ accidit in ſomnis non polluit vel violatur. Sed nota quòd quando vitia hæc in eccleſia commiſſa ſunt occulta, vt dicit Guil. & Hoſt. in ſumma, non indiget reconciliationc. Et idem tenet Ioan. Andr. in 6. co. tit. licet Hoſti in glo. magis ſuſtineat contrarium. ¶ Tertius caſus eſt ſi excommunicatus ibi ſepultus. de cõſecr. diſt. 1. eccleſiã. extra eo. c. conſuluiſti. Quartus caſus eſt ſi eccleſia ab epiſcopo publicè excommunicato conſecrata fuerit. Nam vt dicit Hoſt. ſi corpus defuncti excõmunicati eccleſiã polluit multo magis cum conſecrationi officiũ peragitur per eorum os & manus qui excommunicationi ſubiacent.

§. 5.

Quis põt recõciliare Eccleſiã violatã.

¶ De reconciliatione eccleſiæ conſecratæ violatę propter aliquod prædictorũ. Nota quod epiſcopus proprius poteſt talem eccleſiam reconciliare per ſe vel alium, poteſt & vnus epiſcopus aquam benedicere, & alius reconciliare per ſimplices vero ſacerdotes non poteſt fieri huiuſmodi reconciliatio etiam ſi ſit conſuetudo, vt dicit Raynu. & alias extra eo. ti. c. aqua. Et vt dicit Inno ex cõmiſſione papę poſſent ſimplicis ſacerdotes huiuſmodi reconciliationes facere, aqua tamen prius p epiſcopum benedicta. Et quamuis ante huiuſmodi reconciliationem non debeant ibi diuina officia celebrari nec aliquis ſepeliri. tamẽ ſi quis contrarium faceret ẽt ſciẽter, non propter hoc incurreret irregularitatem, extra de ſentẽ. exc. c. is qui. li. 6. vnde opi. Hoſt. in hoc non tenetur qui dixit talem irregularem. Sed Inn. & alii contra eum.

§. 6.

¶ De reconciliatione autẽ eccleſię non conſecratæ violatæ ſic dicit Greg. 9. extra eo. c. fi. Si eccleſia non conſecrata fuerit ſemine aut ſanguinis effuſſiõe polluta aqua, prius exorcizata lauetur ne diuinæ laudis organa ſuſpẽdantur, eſt tñ quàm citius fieri poterit conſecranda. Hæc ibi, vt dicit gl. Credo q; per ſimplicem ſacerdotem poſſit lauari, quia ſi intel

lexiſſet

lexisset Papa quòd per episcopum lauaretur illud dixisset sicut dixit in prædenti.ca. cum idem eidem scripserit. Et quia dixit aqua exorcizata quæ fit per sacerdotem, & non cum aqua, vino & cinere cum qua reconciliatur, ecclesia consecrata Idem dicit Guiliel. ex hoc arguens quia Papa dicit protinus, quòd non fieret si oporteret expectare episcopi mandatum quod dicit, quia dicūt quidam quòd requiritur auctoritas episcopi, super hoc.

Per simplicē sacerdotē pōt eccla nō consecratare cōciliari.

§.7. ¶De cimiteriis. Nota quòd cimiteria ecclesiarum benedicuntur etiam & gaudent immunitate sicut ecclesię, ita violanturi & recōciliantur sicut ecclesiæ secundum Host & Bernar. & antequā reconcilientur, nullus debet ibi speliri. Sed nota quod cimiterium censetur esse pollutum quādo ecclesia esset polluta si cimiterium sit contiguum ipsi ecclesię, secus si esset remotum ab ecclesia. Sed econtra polluto cimiterio non propterea polluta est ecclesia, ne minus dignum videatur ad se trahere maius dignum extra de consc. eccle. c. si ecclesiarū lib. 6. & non est cimiterū sed plura quādo paries est in medio, licēt ibi sit porta, vñ vno violato non est violatum alterū vt in d.c. si ecclesiā. Itē si corpora fidelium sepulta sunt in cimiteriis ab excommunicatis vel infidelibus non debent propter hoc exhumari, extra de sacra. non iteram. c. nobis. Cimiteria autem nō cōsecrata, in quibus corpora paganorum vel hæreticorum vel excōmunicatorū sepulta sunt non sunt consecranda nisi prius eiectis illis corporibus, de consc. dist. c. 1. eccsesiā. Sed & si consecrata erant ipsa cimiteria, debent eiici ipsa corpora si possint discerni ab alijs scilicēt fidelib⁹, alias nō extra de sepul. e. sacris, & reconciliari debent.

¶De consecratione vero ecclesię. Not. quòd

§.8. sunt tres casus in quibus ecclesia consecrata debet iterum consecrari. ¶Primus est si ecclesia combusta fuit ita quod parietes sint combusti nel dirupti vel notabiliter decruſtati in toto vel in maiori parte de consc. dist. 1. c. ecclesiis. Secus si totum tectum solum combustum fuerit extra eo. Ligneis. Secundus est si tota ecclesia vel maior pars destructa vel dirupta est, secus si solum tectum destructum fuerit vel combustum, extra eo. Ligneis, si vero parietes successiue fuerint reparati, eadē ecclesia intelligitur & ideo sufficit si tantum reconcilietur cum aqua exorcizata & cum solemnitate missæ, secus si fuit tota destructa etiam si eisdem lapidibus reparata consc scrāda est. n. de consc. dist. 1. de fabrica. Tertius casus est qñ dubitatur vtrū fuerit consecrata nec appareat aliqua probatio de his quæ sup. dicta sunt, de consc. di. 1. solēnitates, vide supra probationes quæ ad hoc sufficiant.

¶De cōsecratione vel reconsecratione altaris §.9. Nota q⁹ alia est cōsecratio ecclesię & altaris, & ideo vna sine alia fieri pōt extra. eo. c. 1. Pōt aūt eps in eadē ecclesia simul plura altaria cōsecrare, extra. eo. vniuersis. Qñ vero fit recōsecrādū. Nota sm Host. si mota. 1. mutata rupta vl notabiliter destructa sit tabula altaris superioris q̄ dr̄ mēsa, cū tota est cōsecrata & pcipue in angulis in qb. solet fieri altaris cōsecratio, secus si esset modica fractura, extra. eo. ligneis. Est ergo necessaria difformitas ad hoc vt oporteat iterū cōsecrari, q̄ puto ad arbitriū epi redigēda. Idē Innoc. Itē sm Ray. si motus fuerit aliq⁹ de lapidib. principalib. ſtipitis mēsam cōtingētis oportet iterū cōsecrari, nā illa cōiunctione pręcipue intelligit altaris cōsecratio extra. eo. c. ad hæc. Qđ aūt dictū est de lapidibus cōtingētib. mēsam intelligit Guil. qñ mēsa fundata est sup quatuor columnas & vna earū mota est, secus secundū gl. de lapidibus parietis vel ipso pariete cui cōpaginatū est ipsū altare in quibusdā ecclesiis quia pp motionē illius parietis aut lapidis nō cōsecrabit ips ū altare si maneat immotū. Itē si tota mēsa cū sibi adherētibus lapidibus transferatur dum tñ mēsa superior non separetur ab eo cui cōpaginat nō est recōsecrādum, sicut nec reconsecrat altare portabile cū transfer. Item si sigillū lapidis quo sigillant reliquiæ fractū sit aut diminutū est reconsecrādū, de consc. dist. 1. si motū extra eo. c. q⁹ i dubiis. Et dicit Host. q⁹ hoc sigillū qñ ponit super tabulam altaris, & ipsa clauditur paruo tñ lapide aliqñ ex parte ante, aliqñ ex parte post, aliquādo ad dextrū latus altaris, & claudit, paruo tñ lapide, & si ille paruus lapis remouear erit recōsecrandū. Item si altare tātū augmentetur q⁹ amittat formā priorem recōsecrādū est q⁹ forma rei est esse rei. ar. 10. q. 2. hoc ius alias non. ¶Altaria aūt sine reliquiis nō sunt consecranda, de consc. dis. 1. placuit. ¶Itē nota q⁹ prohibet celebrari super sepulchra hominum, nisi martyrū vel aliquorū sanctorum, de consc. dist. 1. Non oportet, cum glo. eius.

Differrē tia consecratiōis Eccłæ & altaris.

¶De veneratione ecclesiarum. Cap. 7.

EGo aūt ī multitudine misericordię tuę introibo ī domū tuā adorabo ad tēplū sanctū tuū in timore tuo psal. 5. Domus Dei ad q̄ ꝓpheta dirigit sermonē suū est ecclesia, de

qua

qua quomodo accedendum & manẽdum in ea ſit nos docet ſuo exemplo. Salomon ędificato tẽplo Dei in dedicatione eius orauit inter cætera dicens. Audi domine hymnum & orationem quam ſeruus tuus orat coram te hodie vt ſint oculi tui aperti & aures tuę in tentę ſuper domum iſtã, de qua dixiſti, erit nomen meum ibi 3. Reg. 8. Vbi tria nota.

¶ Quomodo ad ipſam accedendum, ibi. Ego autem in multitudine miſericordiæ tuę.

¶ Quid ibi agendum, ibi adorabo ad tem. ſanctum tuum.

¶ Quanto reuerendum, ibi in timore tuo.

§. 1. ¶ Debet homo accedere ad eccleſiam quæ eſt domus Dei vt inde miſericordiam conſequatur Dei. Vnde dicit. Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ introibo in domum tuã ideſt vt ibi recipiam miſericordiã tuam multipliciter, ſecũdũ illud pſ. 47. Suſcepimus Deus miſericordiam tuã in medio tẽpli tui. Et ideo admonet. Salomon Eccleſias 4. diſt. Cuſtodi pedem tuum ingrediẽs domũ Dei, ideſt affectum tuum, ne ſit ad mala directus, ſed ad bona vt conſequaris miſericordiã nõ iuſtitiæ ſeueritatem, dicitur enim 2. Mach. 3. dixit Heliodorus flagellatus a Deo cum fuit ingreſſus templum ad malefaciendum ipſæ qui habet in cęlis habitationem viſitator & adiutor loci illius, ſcilicet tẽpli & venientes, ſcilicet ad malefaciendũ percutit & perdit. Sic Siſinius quĩ intrauit eccleſiam vt curioſe videret myſteria Chriſtianorum, orante ſancto Clemẽte percuſſus fuit cęcitate Hierony. ad Oceanum in epiſtola 2. Simeone quando

Pſal. 2. per riſum intramus eccleſiam, ſic de nobis rideat, de quo ſcriptum eſt. Qui habitat in cęlis irridebit eos. Sic ergo vt dicit Greg. 10. de immu. eccle. cap. decet domum libro 6. Sit ad eccleſias humilis & deuotus ingreſſus, ſit in eis quieta conuerſatio Deo grata, inſpicientibus placida, quæ conſiderantes non ſolum

Primo. inſtruat ſed etiam reficiat conuenientes ibidem. Et ſic faciendo dicere poteris vere. In multitudine miſericordiæ tuę introibo ad domum tuam ſcilicet ſuſcipiendã. Ibi enim

3. Reg. 8. recipitur miſericordia veniæ de peccatis per ſacramenta, indulgentias & orationes. Vnde Salomon in dedicatione templi ait. Si peccauerit tibi populus & ęgerit pœnitentiam in corde ſuo, & orauerit contra viam templi, quod ædificaui nomini tuo, tu exaudies de cælo orationes eorum, & propitiaberis populo tuo omnibus iniquitatibus eorum, quibus prędaricati ſunt in te & dabis eis miſericordiam Ibi ſuſcipitur miſericordia & tutela cõ

Secũdo. tra tentationes diaboli qui non ita poteſt vexare. mentes hominum virtute conſecrationis. Vnde in officio conſecrationis & exorciſmis aquæ quæ ibi ſemper habetur ſcilicet benedictæ dicitur quod virtus inimici cõprimatur & inſidię diaboli & huiuſmodi habetur etiam tutela quia ex immunitate nõ poſ- Tertio.
ſunt ibi capi rei 23. q. 5. dicitur. Reos ſangui nis defendat eccleſia, ſcilicet ſi confugerint ad eã, ſed de immunitate eius habes plene, ſupra cap. 3. ibi vide. Etiam ſuſcipitur miſericordia cõtra multas miſerias & ſpirituales & temporales. Nam per lectiones & prędicationes quæ ibi fiunt illuminatur ignorantia. Vnde dicitur Eſa. 2. Venite aſcendamus ad domum Dei Iacob, ideſt templum, & docebit nos vas ſuas. A multis etiam neceſſitatib. quibus ſubiicitur humanum genus, vt peſtis intemperiei, aeris, penuriæ guerræ & huiuſmodi orationibus quæ fiunt communius in eccleſiis, homo ſubleuatur, quod orauit heri Salomon in delicatione templi ſui 3. Reg. & Cum tamen templum ſeu domus Chriſti ideſt eccleſia multi ſacratior ſit. Sed cum a multis intratur domum Dei ad procandum ad cõfabulandum & multa mala faciendum poteſt dicere quilibet talium. Ego introibo in domum tuam in multitudinem iuſtitiæ, tuæ. ſ. expectandæ. quamuis etiam intret in multitudine miſericordiæ Dei pro tunc inquantum non potuit, vt merentur expectando ad pęnitentiam, domus mea (ait ipſę) domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis, illam ſpeluncam latronum Lucæ. 19. Etiam ethnici cum magna veneratione habebant templa ſuorum deorũ. Refert. Valerius Maximus, lib. 1. cap. 1. exemplo. 9. quod Fabius ducatu Gaius magiſterio priuati ſumta Sena tu, quia quęſtiones etiam paruas audiebant in templo.

§ 2. ¶ Quid agendum ſit in templo. Secundo nota cum dicit, adorabo ad tem. ſanctum tuum Deus eſt qui principaliter debet adorari, ſecũdũ illud Deuter 6. Dominum Deum tuum adorabis cultu, ſcilicet interiori & exteriori. Adorari ergo in templo debet non negociari vel confabulari. Vnde dicitur in ca. decet domum domini ſanctitudo, de immo. eccle. li. 6. Nullus in eodem loco ſeditionem excitet & clamorem moueat, impetum ve commit tat. Ceſſent in illis vniuerſitatum, ſocietatũ quarumlibet conſilia contiones & publica parlamenta. Ceſſent vana & multo fortius fęda & prophana colloquia. Ceſſent cõfabulationes quælibet. Sint poſtremo quæcunq;

alia

alia quæ diuinum posſunt turbare officium, aut oculos diuinæ maieſtatis offendere, ab ipſis ſcilicet locis prorſus extranea. Ceſſent in eccleſijs earumque cimiteriis negociationes & præcipue nundinarum ac fori cuiuſcunq; tumultus, hæc ibi. In nullo Chriſtus oſtendit tantam ſeueritatem corrigendi quantam in offenſione tẽpli eiiciens cum flagello ementes & vendentes in illo Ioann. 2. ſcilicet in porticu templi, debet ergo adorari in templo nõ vagari vel negociari vel prouocari. Dicit autem Ioan. Andr. in nouell. poſt Guil. quòd non eſt licitum ibi fieri congregationem doctorum & ſcholarium ad magiſtrandum, nec etiam repreſentationes piæ, vt natiuitatis domini & aſcenſionis ſpirituſſancti annunciationis virginis & preſertim in noſtra ciuitate Florentia agitur, quod verum eſt ſi in eis fiunt inhoneſta. Debet autem adorari mente per deuotionem. Apoc. 14. inquit Angelus. Adorate eum qui fecit cœlum & terram. Corpore per genuflectionem & proſtrationem & huiuſmodi. Exo. 4. dicitur quòd proni adorauerunt Deum, eo q; viſitaſſet eos ad liberandum, ſcilicet de ſeruitute Pharaonis. Subſtantiæ oblatione. Vnde de magis dicitur. Mat. 2. Et procidẽtes adorauerunt eum, ſ. Chriſtum natum, & obtulerunt ei munera aurum thus & myrrham. Et Deus debet adorare latria. Apocal. vlti. Hic Deum adora & Chriſti humanitas vnita verbo & crux Chriſti non vt lignum, ſed vt repræſentatiua crucifixi, Pſal. Adorate ſcabellum pedum eius, qm̃ ſanctum eſt. In hymno. Te adorandam, te crucem viuificam, per te redempti, per te ſumus liberi, &c. Et ſancti etiam debent adorari non latria, ſed dulia, ideſt non eos honorantes vt creatores vel datores gratiarum ſed vt participantes Dei bonitatem per gratiam vel gloriã, & vt noſtros interceſſores, & ſic Abraham Angelos adorauit. Gen. 18. Et Cornelius Centurio Petrum. Actuum 10. Et eorum reliquiæ etiam ſunt venerandæ. Vnde Aug. in lib. de ciuita. Dei ait. Non ſunt contemnenda, ſed plurimũ veneranda corpora ſanctorum, quibus dum adhuc viuerẽt ſpirituſſanctus quaſi quibuſdam organis vſus eſt. Et ſimiliter imagines pictæ ſanctorum, inquantum eorum repræſentatiuç, de conſec. diſt. 3. venerabiles. Beatiſſima autem Maria mater Dei ad oratione yperduliæ debet adorari, i. eccellentiori veneratione ſuper alios ſanctos, de ſingulis horum, ſcilicet de deuotione de adoratione corporali, de oblationibus, de imaginibus ſanctorum de reliquis habes in cap. ſeq.

¶ Quantum reuerendum ad venerandum ſit Dei tẽplum materiale tertio oſtenditur cum dicitur in timore tuo, ſcilicet reuerentiali, debet enim locus eccleſiæ in magna ueneratione haberi multiplici ratione. ¶ Primo propter Dei præcipue præſentiam. Pſal. Dominus in templo ſancto ſuo, ſcilicet eſt, & hoc per effectum ibi faciens, qui ſolus ipſe facit, ſcilicet iuſtificando peccatores per diuerſos modos, vel etiam propter ſacramentum altaris, in quo realiter exiſtit quod quotidie ibi conſecratur pro ſalute viuorum & defunctorum, & ibi conſeruatur quotidie cum magna diligentia in tabernaculo. Conſideret quilibet cum quanta reuerentia & timore maneat coram magno domino temporali & quantum ſibi caueret, ne quid minimum ageret quod oculos eius offenderet. Sed hic eſt rex regum & dominus dominantium qui videt intima cordis & quem nullum latet ſecretũ. Et ideo vt ait Cyprianus, cogitatio cærnalis & ſecularis hominis aſcendat, nec tunc præter id ſolum quod orat animus cogitet, propterea ſacerdos dicit in præfatione, ſurſum corda, de conſec. diſt. 1. quando. Minima animalia bruta oſtendunt modo ſuo ſe magis reuereri ſacramentum quam homines. Legitur enim de quodam ruſtico, q; cum edoctus fuiſſet a quodam mago vt ſi vellet ditari hoc ageret ſacramentum Euchariſtiæ ſumptum in paſchatæ non deglutiret ſed reſeruatum in ore poneret illud in vno alueari apum. Et ſic cunctæ vicinorum ad mellificandum ad eos alueos conuenirent. Quo facto mirabile dictu apes ruſtici antedicti cum apibus vicinorum eccleſiunculam cum altari ſanctiſſimo ſacramento mirando artificio conſtruxerunt. Extrahendi ita mellis adueniente tempore venit ruſticus quærens mel in eis, & vacua reperit vaſa, miranſque venit ad alueolum in quo poſuerat dominicum ſacramentum audit apes mirabilibus melodiis in aere circuuolantes. Cumq; appropinquaret ad locum vbi erat dominicum ſacramentũ ſubito quodam impetu vindicandi omnes illæ apes iruerunt in eum aculeis ſuis illum totis uiribus affligentes & quaſi domini ſui iniuriam vendicantes, ſentienſq; ruſticus Dei virtutem ſecedens cucurrit ad ſacerdotem ſuum, confitetur ſcelus ſuum & Dei miraculum patefacit. Congregatur populus in dicto ſacerdotis, concurrunt gentes vndique ad locum vbi erat dominicũ ſacramentum. Quibus appropinquantibus de alueolis eleuantur apes mirabilibus melodiis & cõcinentibus choris

§. 3. Eccleſia dẽt haberi in reuerentia.

in

in aere iubilabant. Aſpicientes igitur in alueolum vident cuncti eccleſiunculam cum altari de cera ab apibus fabricatam & ſuper eo dominicum ſacramentum. Extrahit ſacerdos cum debita reuerentia ſacramentum, eccleſia cerea & illud pro ſummis reliquijs fuit reſeruatum. Cum magna igitur reuerentia & timore debent in eccleſia homines manere, vbi celebratus & reſeruatur continue dominicum ſacramentum pro infirmus, vt de conſe. diſt. 2. c. presbyter. ¶Secundo. debet in eccleſia cum timore & reuerentia reſideri propter aſſiſtentiam angelorum. In conſpe. ange. pſal. tibi inquit, pſal. Vnde & chorus dicitur locus vbi morantur clerici ad officium dicendum a choris angelorum. Et ſecundum antiquam ſtatutum eccleſiæ ibi non debent laici reſidere cum clericis, vt de vi. & ho. cle. c. clerici, ꝙ etiam de facto ſeruauit Ambroſius erga Theodoſium Imperatorem, quem inuentum in choro manere iuſſit ab loco illo recedere clericorum & inter laicos ſedere. Apoſtolus etiam j. Cor. 11. dicit ꝙ mulier debet velare caput, ſcilicet in eccleſia propter angelos, quod exponitur in glo. quia cum ſicut omnes alij habeant angelum ad ſui cuſtodiam deputatem, ita & mulieres oſtendant facto angelos ipſos non valle offendere de vanitatibus ſui capitis vt faciant frequenter in eccleſia. Vel quia ipſi angeli aſſiſtunt ſacramento cum celebratur. Dicit enim Grego. de conſe. diſt. 2. quis fidelium dubitare poteſt in ipſa immolationis hora ad vocem ſacerdotis in ipſo myſterio angelorum choros adeſſe. vel propter angelos, i. ſacerdos qui in ſcriptura angeli dicuntur, qui earum ornatibus & fucis poſſunt ſcandalizari. ¶Tertio debet eccleſia in timore reuerentiali haberi propter maiorum exempla. Et inchoando a capite eccleſiæ domino Ieſu Chriſto. qui exemplo ſuo docuit templum eſſe frequẽtandum & reuerendum. Nam quadrageſima die ſuæ natiuitatis in templo voluit præſentari, & a Symeone & Anna vidua manifeſtari. Luc. 2. cap. Et in 12. anno ætatis ſuę euntę ad templum cum matre eius & Ioſeph in templo ipſo in medio doctorum voluit inueniri, cum prædicaret cępit intrans hieroſolymam primo templum viſitabat, ibi orabat. ibi prædicabat, ibi miracula faciebat, vt oſtenderet hæc ibi facienda, & nõ alia propter quod dicit Auguſt. in regula, in oratorio nemo aliquid agat, niſi illud propter quod factum eſt, vnde & nomen aſſumpſit, ſimiliter & ſanctus benedictus in regula ſua præcepit monachis, vt nullus poſt expletum officium in oratorio ſeu eccleſia remaneat niſi qui orationi vacare voluerit, & templum dicitur a contemplando, ibi fiunt quotidie maxima miracula videlicet iuſtificatio peccatorum per debitam ſuſceptionẽ ſacramentorum, quæ vt dicit Aug. maius eſt miraculum quam creare cęlũ & terram, ibi etiam prædicatur, & vt dicitur de conſec. diſt. 1. ſacerdote verbum in eccleſia ſanciente, i. prædicante quicunq; ægreſſus fuerit da auditorio excommunicetur. Omnes autem illi qui irreuerentiam vel iniuriam fecerunt eccleſijs male fortunati ſunt, vt patet de Eliodoro. 2. Macha. 3. & de Antiocho. 2. Mach. 5. de Pompeio magno in templo qui poſtquam in templo Dei hieroſolymis fecit æquos ſuos ſtabulare, vt dicit Oroſius, ſemper poſtea fuit deuictus in pręlijs vbi prius fuerat victorioſus. ¶In templis etiam ſunt corpopa & reliquæ ſanctorum quæ debent venerari, poſitæ ſunt etiam ibi frequenter indulgentię, vnde & plures immunitates a ſummis põtificibus & Imperatoribus ei collatæ ſunt, de quibus ſupra dictum eſt de ſacrilegijs, quæ fiunt circa eccleſias & res eccleſiaſtica, habetur in 2 parte tit. 1. de ſacrilegijs. cap. 3.

¶*De reliquijs & imaginibus ſacris & canonigatione ſanctorum.* *Cap.* 8.

DE reliquijs vero & imaginibus & alijs pertinentibus ad ornatũ eccleſiæ. Sciendum ꝙ Innoc. 3. extra de rel. & ve. ſa. ca. cum ex eo. ſtatuit quòd antiquæ reliquiæ non debent extra capſam oſtendi nec poni venales. Inuentas vero de nouo nemo debet eas venerari, niſi auctoritate Romani Pontificis fuerint approbate. Et prælati non permittant ꝙ illi qui accedunt ad eorum eccleſiam cauſa deuotionis decipiantur falſis, figmentis, ſicut quandoq; occaſione quæſtus fieri conſueuit, hæc ibi, & de coſt. diſt. 1. placuit, quòd nulla memoria martyrium probabiliter accipiatur, niſi aut vbi corpus aut reliquiæ certe ſunt. Aut vbi origo alicuius habitationis vel poſſeſſionis vel paſſionis fideliſſima origine traditur. Nam quæ per ſomnia & per inanes quaſi reuelationes quorumlibet hominẽ vbicunq; conſtituuntur altaria omnino reprobentur hæc ibi. Senſus eſt ꝙ nullus recipiatur ſeu ſolemnizetur pro martyre niſi autenticæ ſciatur de morte eius origine eius, nec reliquiæ veneretur, niſi ſciatur quòd ſit alicuius ſancti martyris. Et non quòd ſolum dicit de martyribus, quia tunc eccleſia non ſolemniza-

lemnizabat de aliis sanctis. Nunc autē idē est de aliis, vt de confessoribus canonizatis. Reliquias vendere vel emere est symoniacū, vt habes in 2.parte tit.1.c.5. Item de consecr.dist.1.dicitur. Corpora sanctorum de loco ad locū nullus transferre præsumat sine cōsilio principis vel episcoporum sanctæque synodi licentia. Vbi dicit glo. quòd princeps hæc intelligitur papa, & hoc est verum cū corpus est traditum perpetuę sepulturæ. C. de reli.l.fi. nisi necessitas immineat, & tunc sufficit auctoritas præsidis prouincię. C. de reli.l.1. Si autem non est traditum perpetuæ sepulturæ, potest bene transferri sine auctoritate cuiuscunque. C. de reli.l. sed nec dum. Et not. quod prædicte leges de omnibus corporibus loqui videntur, non tamen possunt incidi vel decoqui corpora ipsa antequam sint incinerata alias hæc faciens incurreret excōmunicationem papalem, de qua habes in 4. parte infra tit.1. Item subtrahi furtiue reliquias sanctorum, vt honorabilius ponantur sacrilegium est secundum Hug. quia auferetur sacrum de sacro. Item portare reliquias sanctorum ad collum si hoc fiat ex deuotione & fiducia ad Deum & sanctos quorū sunt, licitum est secūdum Tho.2.2.q.96.ar.vlt.in respon.ad tertium, secus si fieret cum aliqua superstitione, puta quod vas earū esset qua drangulum & huiusmodi, quia tunc licitum non est.

§.1. ¶ De canonizatione sanctorum. Nota quod non licet aliquem venerari pro sancto, nisi fuerit canonizatus auctoritate Romanę ecclesiæ, extra de reli.& venera.sācto.c.1. In hac autem canonizatione sanctorum secundum Goff.& Host. inquiritur de vita eius si fuit in laboribus multis & iustis si moribus castus & strenuus, dist.61.miramur. Oportet enim præsenti testificatione prædicari & bonæ famæ præconiis non taceri 12.q.2.quatuor. Et maxime quęrendum est de simplicitate. & humilitate extra de præsump.c.ex studiis, quia cum simplicibus sermocinatio eius. Prouer.1. Et humilibus dat gratiam. Item quęri solet si sustinuit persecutionem 7.q.1.omnis, & c.ibi adunati. Et an illa sustinuerit cū charitate 1.q.1.vide quātum bonum. Inquirendum etiam de miraculis in vita & post mortem, sed vt dicit Host. tanta examinatio fit de confessore, sed de martyribus non fit tanta. Sed quęritur de miraculis & causa propter quam passi sunt. arg.de consecr. dist. 4.cathecuminum, & c.baptismi vicem. Dicit tamen Innoc. Non negamus quin liceat porrigere preces alicui defuncto quem quis credebat bonū virum, & nunc esse cum Christo, licèt non sit canonizatus, quia fidem ornatis dominus attendit, sed facere pro eo officium vel præces solemnes non licet vt dictum est.

Nō licet aliquem venerari pro sancto nisi fuerit canonizatus.

Iac.4.

Canonizatio sanctorum quomō debeat fieri.

§.2. ¶ In ipsa autem canonizatione sanctorum, vtrum ecclesia possit errare scilicet canonizādo eum qui non est sanctus? Respondit Io. Neapol. in quodlibet 11.quod ea quæ facit Papa cum cardinalibus sunt duplicis generis quædā enim sunt & pertinent ad particularia facta particularium hominum, vt sunt collationes beneficiorum ecclesiasticorum & promotiones & gradus & dignitates & sententię iudicialiter latę pro aliquibus vel contra aliquos & in talibus Papa potest errare. Et ratio est quia cum sit purus homo & viator, & non confirmatus in gratia inordinate potest afficit ad aliquos vel contra aliquos. Et potest decipi per falsas probationes & attestatione ex quibus procedit in huiusmodi, & sic potest errare, vt dicit. Tho. 9. quodliber. q vlt.ar.vlt. Et ad hoc facit quod dicit, extra de sen.excom.c.a nobis scilicet quod iudicium ecclesię & fallit & fallitur. Quædam alia sunt quę facit papa pertinentia ad statum vniuersalem totius ecclesię vel quantum ad fidem vt sunt determinationes & declarationes q̄ spectant ad fidem & articulos & ecclesię sacramēta & omnia alia contenta in sacra scriptura, siue quantum ad bonos mores vt sunt statuta, decreta & decretales, & in talibus dicendum est quod licet absolute pensatis solis psonis papę & cardinalium papa cum ipsis possit errare, suppositā tamen diuina prouidentia, & ff. loqui per ecclesiam credendū est Papam non posse errare, quia Christus orauit pro ecclesia. Lucę.22. Ego pro te orauit vt nō deficiat fides tua, & dicere quod in huiusmodi papa erraret esset hęreticum. Idem Tho. in quodlib. Et ad hoc facit quod dicitur vigesimaquarta quæstione prima a recta fide. Et ad istud secundum genus dicta ipsæ iam pertinere canonizationem sanctorum, quæ pręponuntur per canonizationem sancti vt exemplar & fidei & sanctę vitæ & ab omnibus adorandi, & in necessitatibus suis inuocandi. Sed Thom. in quod lib. ponit canonizationem sanctorum in tertio genere eorum quæ fiunt per papam, de quibus dicit quod etsi papa posset errare pie tamen credendum est quod Deus non permitteret ecclesiam in huiusmodi errare, & forte ratio est, quia & talis determinatio

pertinet

pertinet ad eccleſiam vniuerſalem, ſit tamen per atteſtationes hominum quæ fallere poſſunt.

¶De multiplici adoratione, ſcilicet latriæ, & duliæ & yperduliæ. Cap. 9.

Reliqas ſanctorũ debem⁹ ad orare.

ADorare autem, ideſt venerari debemus reliquias ſanctorum ſecundum Thom. in 3. parte. q. 25. ar. vlt. Nam qui habet affectũ ad aliquem etiam ea quæ de ipſo poſt mortẽ relinquuntur veneratur non ſolum corpus aut partes corporis eius, ſed etiam exteriora aliqua eius puta veſtes & huiuſmodi, cũ autem ſanctos Dei in veneratione debeamus habere tanquam membra Chriſti Dei filii & amicos & interceſſores noſtros, ideo eorum reliquias qualeſcunque honore congruo in eorum memoria venerari debemus & pręcipue eorum corpora quæ fuerunt templum Dei & organa ſpiritusſancti in eis habitantis & operantis, & ſunt corpori Chriſti configuranda per gloriam reſurrectionis. Vnde & ipſę Deus huiuſmodi reliquias conuenienter honorat in eorum præſentia miracula faciendo. Et vt dicit Hierony. ad Riparium. Nos nec martyrum reliquias nec Angelos adoramus, ſcilicet adoratione latrię. Honoramus autem martyrum reliquias, vt eum cuius martyres adoramus, honoremus ſeruos vt honor ſeruorum redundet in dominum.

§. 1.

Imagines eccleſiæ vnde ſumpſerẽ exordiũ.

¶De imaginibus quib. ornatur eccleſia. Nota quòd earum traditio & adoratio creditur ab Apoſtolis tradita. Vnde & Beatus Lucas dicitur pinxiſſe imaginem Chriſti, quæ Romæ habetur ſecundum Tho. in 3. parte. q. 25. ar. 3. in reſpon. ad vlti. Vnde de conſe. diſt. 3. perlatum quidam epiſcopus laudatur a Grego. quòd prohibuerit populũ imagines adorare, ſcilicet adoratione latriæ vt dicit gloſſ. quod non eſt fiendum imaginibus ſanctorũ, vel forte de imagine Chriſti hoc prohibuit, quia adorabant talem imaginem, inquantũ quædam res ſeu reſpectu materiæ de qua erat, quod non eſt fiendum. Reprehenditur tamen ille epiſcopus, eo quòd ipſas imagines confringere fecit. Vnde eo. cap. dicit Grego. Aliud eſt picturam adorare, aliud eſt per picturæ hiſtoriam quid ſit adorandum addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc & idiotis præſtat pictura cernentibus, quia in ipſa ignorantes vident quid ſequi debeant, & pręcipue gentibus pro lectione pictura eſt, ꝙ autem dominus dixit Exo. 20. Nõ facies ſculptile nec omnem ſimilitudinem, non prohibuit ſimpliciter illo præcepto ſculptilia vel imagines, ſed ne facerent eas ad adorandũ. Vnde ſubditur, nec coles eas, & quia vt dicitur § ſequenti, idem eſt motus in imaginem & in rem cuius eſt imago, eodem modo prohibetur adoratio imaginis quo prohibetur adoratio eius cuius eſt imago. Vnde ibi intelligitur prohiberi adoratio imaginum quas, gentiles faciebant in venerationem deorum ſuorum ideſt dæmonum. Ipſi autem Deo cũ ſit incorporeus nulla imago poterit poni. Sed quia in nouo teſtamento Deus factus eſt homo, poteſt in imagine corporali adorari. hæc Thomas vbi ſupra. §. 2.

¶De adoratione quę pręcipue fit in eccleſiis. Nota ſecundum Tho. 2. 2. q. 84. Eſt adoratio interior, quæ conſiſtit in interiori reuerentia, deuotione, & ſubiectione mentis erga eũ qui adoratur. Et eſt adoratio exterior, quæ conſiſtit in honore exteriori, qui exhibetur alteri, vt in genuflexionibus, inclinationib., munerationibus & huiuſmodi, exterior ordinatur ad interiorem quæ eſt principalis ſicut ſignũ interioris & eius exercitatiuum. Quęlibet harũ ſiue interior ſiue exterior eſt duplex. Vna quæ dicitur latria, quæ adoratio eſt actus virtutis religionis, & exhibetur alcui vt primo principio ſeu creatori & vt fini vltimo in quo beatificamur. Et hic eſt ſolus Deus pater filius, & ſpiritus ſanctus. Ideo ipſe ſolus tali adoratione latrię eſt adorandus, iuxta illud Deutero. 6. & Mat. 4. & Luc. 4. dominũ Deũ tuum adorabis & illi ſoli ſeruies. Eſt alia adoratio quæ dicitur dulia & ſtricte quidem eſt reuerentia, quam exhibet ſeruis domino, ſed large prout cõmuniter ſumitur, extenditur ad omnem reuerẽtiam quæ exhibetur alicui ratione dominii, ſeu ſuperioritatis & excellentiæ. Et quia in Deo eſt vniuerſale dominum omniũ & omnis excellentia creaturæ eſt quędam participatio diuinæ bonitatis, ideo etiã adoratione duliæ poteſt Deus adorari, & non ſolum ipſę, ſed Angeli ſancti & rectores. Et de iſta adoratione duliæ intelligendum, cum legimus alios ſanctos creaturas adoraſſe, vt Natham propheta Dauid 2. Regum. Angelos Abrahã Gen. 18. & huiuſmodi. §. 3.

Adoratio latrię quid eſt

¶De ſacrificiis nota qđ ſicut latria ſoli Deo exhibetur, ita & ſacrificium quod ptinet ad latriam. Eſt autem ſacrificium verum ſecundum Auguſt. de ci. Dei. omne opus quod agimus in ſãcta ſocietate qua inhereamus Deo. Et ſicut eſt triplex hominis bonum, ita triplex ſacrificium. Primum eſt bonum animæ quod offertur Deo quodam interiori ſacrifi-

Sacrificiũ verũ qđ ſit.

cio,

cio, vt deuotione oratione & huiusmodi, & hoc est principale. Secundum bonum est corporis quod Deo offertur quodammodo in sacrificium per martyrium & abstinentiam seu continentiam. Tertium bonum est exteriorũ rerum de quo offerimus Deo directè sacrificium; quando immediate Deo res nostras offerimus, mediate quando res nostras communicamus proximis pp Deum, hæc Tho. 2. 2. q. 85. ar. 3. in respon. ad secundum ar. Et quòd ista dicantur sacrificia ostendit Hieronym. in Aggeo propheta, dicens. Hic populus hæreticorum omnium est in conspectu meo, dicit dominus, omne quod fecerit, omne quod mihi obtulerit, vel vota, vel pro salute, vel pacifica, vel pro peccato, vel holocausta, vel eleemosyna, siue ieiunia, siue corporis castitatẽ, contaminata erunt in conspectu meo. 1. q. 1. hic populus. De primo psal. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. psal. 50. De hoc etiam sacrificio pœnitentiæ pulchre scribitur de pœniten. dist. 3. c. inter hæc hircun, proprie tamen sm Thom. dicitur sacrificium, cum aliquid fit circa res Deo oblatas. Vnde sacrificiũ dicitur, quia homo facit aliquid circa sacrũ, vt cum frangitur comeditur vel benedicitur. Sicut in veteri lege animalia occidebantur, & comburebantur in honorem Dei Et hæc illis mandauerat Deus ne idolis offerrent gentilium, vt dicit Hieron. 22. quæstio. 1. consideratum etiam in figuram nostri status, scilicet gratiæ 12. quæstio. 2. cap. gloria. ad significandum scilicet passionem Christi, & quomodo nos debeamus spiritualiter Deo offerre, puta vt agnus per innocentiam, vt ouis per patientiam, vt tutur per castitatem & huiusmodi. In nouo testamento offerunt sacerdotes pro se & pro aliis sacrificia ordinata ad cultum diuinum, præcipue Eucharistiæ, de qua dicitur, prima quæstio. 1. multi. Sacrificium dicitur tanquam sacrum factum, quia præce mystica consecratur pro nobis in memoriam dominicæ passionis.

Sacrificiũ vnde dicitur.

¶ De adoratione imaginum. Nota secundum Thom. in 3. par. q. 35. ar. 4. in corpore ar. quòd secundum philosophum duplex est motus in imaginem. Vnus est in ipsam imaginem inquantum est quędam res, puta lignum vel lapis & huiusmodi. Alius in imaginem inquantum imago est repræsentatiua alicuius. Et inter hos motus est ista differentia, quia primus motus quo quis mouetur in imaginem prout est quædam res est alius a motu qui est in rem cuius, scilicet est imago. Secundus motus qui est in imaginem inquantum imago est vnus & idem cum illo qui est in re. Igitur si consideramus imaginem Christi & sanctorum inquãtum est quędam res, puta lignum vel pictum vel sculptum, sic nulla reuerentia est exhibenda, quia reuerentia non debetur nisi rationali creaturæ. Sed si consideremus imagines Christi vel sanctorum repræsentatas si reuerentiam & adorationem exhibere debemus sicut & in ipsis. Et quia Christus cũ sit Deus & homo, inquantum humanitas eius est verbo vnita cum adoratur adoranda est adoratione latrię sicut ipsum verbũ diuinum. Sancti autem adoratione duliæ adorant. Sed quia virgo Maria habet quandam excellentiam super alios sanctos, quia mater Christi, ideo singularis adoratio fit ei, non latriæ, sed Hyperduliæ. Tho. 3. par. q. 25. ar. 5. & sic intelige illud, c. de conse. dist. 3. venerabiles imagines Christiani non Deos appellant nec seruiunt eis vt dijs, nec spem salutis ponunt in eis, nec ab eis expectant futurum iudicium, scilicet prout sunt quædam res, sed memoriã & recordationem primitiuorum venerantur eas & adorant, ideſt inquantum imagines.

§. 4. Imago qualiter debeat adorari.

Adoratiõe Hyperdulię adorãda

¶ De adoratione crucis. Nota qualiter debet adorari secundum Tho. vbi supra 3. par. q. 25. ar. 4. Honor & reuerentia non debetur, nisi creaturæ rationali. Creaturæ autem insensibili non debetur honor & reuerentia, nisi ratione naturæ rationalis. Et hoc dupliciter. Vno modo inquantum repræsentat creaturam rationalem. Alio modo inquantum ei quocunq; modo coniugitur. Primo modo consueuerunt homines venerari regis imaginem. Sc do modo eius vestimentũ. Vtrunq; autem venerantur homines eadem veneratione qua venerãtur & regem. Si ergo loquimur de ipsa cruce in qua Christus crucifixus est vtroque modo est a nobis adoranda alias veneranda. Vno modo inquantum repręsentat nobis figuram Christi extensi in ea in modum crucis. Alio modo ex contactu eius ad mẽbra Christi, & ex hoc sanguine eius perfusa. Vnde vtroq; modo adoratur ex adoratione, qua Christus, s. adoratione latriæ, propter hoc ipsam crucem alloquimur quasi ipsum crucifixum. Si autem loquamur de effigie crucis in quacunq, alia materia, puta lapidis vel ligni, auri vel argenti, sic veneramur crucem tantum vt imaginem Christi, quam veneramur adoratione latriæ, & hoc facimus non prout fuit in Christi opprobrium, sed prout consideratur diuina virtus eius quantũ ad effectum nostræ salutis, qua de hostibus triumphauit. Et quantum quidem adratio-

§. 5. Reuerẽtia cui debetur.

nem

nem contactus membrorum Christi adoramus non solum crucem, sed omnia quę sunt Christi, vt clauos, lanceam, vestimenta, & sacra eius tabernacula, vt dicit Dama. Sed quia non repræsentant imaginem Christi crucifixi sicut crux quæ dicitur signum filij hominis. Matth. 24. Hinc est q̃ imaginem crucis veneramur in quacunq; materia, non autem imaginem clauorum & huiusmodi. Item dicitur 11. cap. ecclesiarum quæ scriptura salutiferæ crucis signaculo docuit fideles insigniri, dicit glo. Nulla veteris vel noui testamenti, sed habitum est hoc ad traditionem antiquorum. Et designat iter Christi de cœlo in terram, & inde in infernum & tandem ad cę lum, quia fit a capite in inferius & a siniſtris in dextrum, vt dicit glo.

¶ *De deuotione & ornatu ecclesiarum.* *Cap.* 10.

DE deuotione quę prę cipue debet haberi in diuino officio. Vnde Greg. 18. q. 2. luminoso dicit, quòd in Dei seruorum receptaculis, idest monachorũ nulla popularis prębeatur occasio conuentus, quia nec expedit animabus eorum, & hoc vt remotis uexationibus & cũctis grauaminibus diuinum opus cum summa animi deuotione perficiant, & extra de cele. miſ. ca. dolentes, præcipitur ut diuinum officium nocturnum pariter & diurnum studiose dicatur pariter & deuote. Hoc tamen in c. sequenti exponetur. ¶ Pro huius declaratione dicit Tho 2. 2. q. 82. ar. 1. in corpore art. quòd deuotio dicitur a deuouendo. Vnde deuoti dicuntur qui seipsos quodammodo deuouent Deo, vt ei totaliter se subdant, & sic deuotio nihil aliud esse videtur q̃ voluntas quædam prompte se tradendi ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum. Et quia ad eandem virtutẽ pertinet operari aliquid & habere promptam voluntatem ad illud faciendum, ideo cum operari ea quę pertinent ad diuinum cultum, pertinet ad virtutem religionis, ẽt deuotio qua homo habet promptam voluntatem ad hæc pertinet ad religionem sicut actus eius. Est autem deuotio pinguedo animæ. Vnde sicut pinguedo corporalis generatur per calorem naturalẽ digerentem, & ipsum calorẽ naturalem seruat quasi eius nutrimentum, sic deuotio causatur ex calore charitatis, ex amore enim quis redditur promptus ad seruiendum amico & per deuotionem charitas nutritur, sicut & qualibet amicitia seruatur & augetur per amicabilium operum exercitium, deuotio igitur ad sanctos & ad Deum referatur. ¶ De causa deuotionis dicit Tho. vbi supra 2. 2. q. 82. art. 3. in corpore ar. q̃ duplex est causa eius. Vna est intrinseca & principalis, & ista est Deus qui vt dicit Amb. quẽ vult religiosum facit & si voluisset Samaritanos ex indeuotis deuotos feciſſet. Causa intrinseca ex parte nostra oportet quòd sit meditatio vel contẽplatio. Est enim deuotio quidam actus uoluntatis ad hoc quòd homo prompte se tradat ad diuinum obsequium, omnis autẽ actus voluntatis ex aliqua consideratione procedit eo q̃ bonum intellectum est obiectum uoluntatis. Et ideo necesse est vt meditatio sit deuotionis causa inquantum, scilicet per meditationem homo concipit, quòd se tradat diuino obsequio. Ad quod inducitur duplex consideratio. Vna est ex parte diuinæ bonitatis & beneficiorum eius, iuxta illud psal. 72. Mihi adhærere Deo bonum est &c. Et hæc consideratio excitat dilectionem, quæ est proxima deuotionis causa. Alia est ex parte hominis cõsiderantis suos defectus ex quibus indiget vt Deo innitatur, iuxta illud psal. 121. Leuaui oculos &c. Et hæc consideratio excludit præsumptionem per quam aliquis impeditur, ne Deo se subiiciat, dum suę virtuti innititur. Et nota q̃ quamuis ea quæ sunt diuinitatis sint ẽm se maxime excitatiua ad dilectionem, & per consequens ad deuotionem, quia Deus est super omnia diligẽdus, tamen quoad nos ex debilitate mentis humanæ ea quæ pertinẽt ad Christi humanitatem per modum cuiusdam manuductionis maxime deuotionẽ excitant, quia sicut homo indiget manuduci ad cognitionem diuinorum, ita ad dilectionem per aliqua sensibilia nobis nota inter quę prę cipuum est humanitas Christi, vt dum visibiliter Deum cognoscimus per hunc in inuisibilium amorem rapiamur. Cum tñ deuotio circa ea quæ sunt diuinitatis consistat. Item nota q̃ scientia & quicquid aliud de magnitudinem pertinet, occasio est q̃ homo minus considerat de seipso, & ideo non totaliter se Deo tradat. Et inde est q̃ huiusmodi qñq, oc casionaliter deuotionẽ impediunt. Et in simplicibus & mulieribus deuotio abundat elationem comprimendo, si tamen scientiam quantamcunq; perfectionem Deo subdat, ex hoc ipsa deuotio augetur.

Causa deuotionis.

deuotio est.

¶ De effectu deuotionis qui est per se & principaliter lętitia spiritualis ex cõtinenti tristitia. Nam cũ deuotio procedit ex duplici consideratione, & primo & principaliter ex consideratione diuinæ bonitatis. Et ex hac parte §. 1.

xercitatam conferre nō audeant, quam etiam præferre consueuerant, & infra. Nouerint nō esse voces, ad aures Dei, nisi animi effectum, ita enim non irridebunt, si aliquos antistites & ministros ecclesiæ forte animaduerterint cum barbarismis & solœcismis Deum inuocare, & verba perturbate distinguere, non q̄ ista minime reprehendenda sint, sed quia pie toleranda. Sed & habere peritiam secularium litterarum vtile est, si tamen hoc ad eruditionem quæratur, non ad delectionem curiositatem vel ostentationē, nec propter hoc dimittat magis necessaria & vtilia, quod ostendit Gratia. distin. 38. per totum. Sed ista materia magis declarabitur, infra.

Vitia latinitatis quō accipiēda.

§.5. ¶ Quantum ad quintum, ſ. oportet esse ornatum. Ponit Gratia. duplicem ornatum habere debere, ſcilicet interiorem & exteriorem. Et interior quidē consistit in virtutibus iuxta illud. Sacerdotes tui induantur iustitia, psal. 131. Et hoc figurabant varia ornamenta pontificis in veteri testamento, vt dicit Grat. dist. 40. § 1. & per totum. Vnde ex officio suscepto non licentiam peccandi, sed necessitatem bene viuēdi se nouerint assecutos, quod probat Simachus in cap. non nos, & præcipue debet lucere in eo virtus humilitatis, vt insti. ea. ca. fi. in fi. & Grego. dicit, di. c. contra morem, q̄ nihil in episcopali ceruice splendidius fulget quam humilitas Timendum etiam quod dicit Aug. dist. 40. ante omnia videlicet q̄ nihil apud Deum tristius, miserabilius, & damnabilius episcopi presbyteri aut diaconi dignitate si perfunctorie atq; adulatorie res agat, & econtrario nihil beatius si eo modo militet quo Imperator noster iubet, scilicet Christus. Ornatus exterior consistit in habitu victu & incessu decētibus dist. 41. per totum. In habitu vt nec fulgidis, nec sordidis vestibus vtatur vt in c. per symoniam dist. ea. In victu vt conformet se moribus eorum cum quibus viuit, salua semper honestate eorum. Vnde Augu. Quisquis rebus prętereūtibus restrictius vtitur, quàm se habeant mores eorum cum quibus viuit, aut intemperans, aut superstitiosus est. Quisquis vero sic eis vtitur vt metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat, aut aliquid significat aut flagitiosus est. In his omnibus non vsus, sed libido in culpa est. Quod ergo locis temporibus & personis conueniat attendendum est. dis. ea. Itē in incessu vt æqualis sit & maturus, vt grauitate itineris maturitatem mentis ostendat, incompositio corporis indispositionē inducat mentis secundum August. distinct. ea. §. fin. Item

Sacerdotes duplici ornatu debent ornari.

Nota.

clerici non debent deferre vestes incisas, nec lingulatas nec variis coloris, nec rubeas, nec virides, nec nimis longas vel breues, nec de serico. Quicunque autem clericus virgata vel partita veste vtitur sine causa si est beneficiatus est suspensus a perceptione fructuum per sex menses, si non est beneficiatus & est in sacris circa sacerdotium per idem tēpus est inhabilis ad obtinendum beneficium. Si habet dignitatem vel beneficium cum cura vel est sacerdos aut religiosus, est suspensus per annum a beneficio, & per idem tempus est inhabilis ad obtinendum quodcunq; beneficium, vt de vi. & hone. cle. in cle. No. tamen q̄ causa peregrinationis timoris vel alia causa simili licitum est clericis habitum transformare, vt 21. q. 4. episcopi, de vi. & ho. cle. c. cle.

§.6. ¶ Quantum ad sextum, scilicet hospitalitatē dicit Gratia. dist. 42. §. 1. q̄ oportet sacerdotē esse hospitalem, vt sit de numero eorum quibus dicetur hospes eram & collegistis me. Matt. 25. Cum. n. debet alios ad hospitalitatē hortari, debet in se de hoc exēplum exhibere ad memoriam quē reducere debet vt magis ad hęc prouocetur q̄ Abraham & Loth ex hospitalitate meruerunt inter alios angelos recipere in domo & econtra. Sodomitas qui hospitibus ostium claudebant ignis consumpsit. Gen. 19. Vnde & Io. Euang. in epistola sua 3. excommunicat quendam Diotrepē, qui pauperes non recipiebat & recipientes de ecclesia eijciebat. In ecclesijs tñ prohibētur Agapē. i. conuiuia pauperibus vel manducare, & accubitus sternere, vt di. ea. c. non oportet. De dormitione tñ in contrarium se habet consuetudo, de cōsue. in c. nulli. di. ea. excipitur necessitas ex defectu hospitij, dicit etiam Hiero. ad Pau. 16. q. 1. c. si cupis esse, qm̄ quicquid habēt clerici pauperum est, & domos eorum omnibus debent esse communes, quod intelligitur quo ad pauperes indigentes etiam minus bonis, vt di. 42. c. quiescamus. Sub hospitalitate intelligitur distributio ecclesiarum & de ordine dandi & modo habes dist. 86. Non satis, & de hoc habes, supra in 2. parte.

§.7. ¶ Quantum ad septimū. ſ. pudicum dicit Gratia. q̄ debet esse pudicus, ita q̄ moribus & verbis pudorem indesinenter ostendat. Vnde & genæ sponsæ. Cant. 1. turturi comparātur quę est animal castum. Et Amb. q̄ verecundia ingenuos prodit natales. di. 86. Non satis. Dicit Thom. 2. 2. quęst. cli. quòd nomen pudicitię a pudore sumitur, in quo verecundia signatur. Vnde oportet quòd pudicitia sit proprie circa illa de quibus homines magis verecūdantur, art. 3.

Sacerdos moribus & verbis pudorē ostēdere debet.

maxime autem verecundatur homo de actibus venereis, adeo quòd nec actus coniugales caret verecundia secūdum Aug. & hoc ideo, quia motus illorum membrorum non subditur imperio rationis. Verecundatur autem homo non solum de commixtione venerea, sed etiam de quibuscunq; signis eius vt dicit philosophus in secundo rethoricæ. Pudicitia ergo attenditur circa signa venereorum præcipue vt sunt aspectus, oscula, tactus & huiusmodi exteriora signa castitas autē circa istam commixtionem tñ aliquando ponitur vnum pro alio. Vnde Aug. dicit. Ne dicatis vos habere animos pudicos si habeatis oculos impudicos. Impudicus. n. oculus impudici cordis est nuncius. q. 5. nec solo. 6. q. 1. c. ex merito dicitur. Officium singulorum sit non solū oculos habere castos, sed linguā & cor. Nec quid in cuiusquam domo agatur alia domus per eas nouerit. Et ad maiorem honestatē & eautelam statutum est, vt clerici non cohabitent cum mulieribus. Vnde Hieron. Hospitiolum tuum raro aut nunq̄ mulierum pedes terant, quia non potest digne habitare cum Deo qui fœminarum accessibus delectatur 32. dist. hospitiolum. Et de b. August. legitur q̄ non consensit habitare cum sorore sua. dist. in. 81. nam cohabitatio talium sæpe intercipit adulteriū id est occasio 18. q. 2. diffinimus. Excipiuntur tamen quædam personæ cum quibus clerici possunt cohabitare secundum Ray. s. mater, soror, amita, matertera, auia, filia fratris vel sororis, vxor filij, & regulariter oēs consanguinei per lineam transuersalem vsq; ad 4m gradum inclusiue ar. dist. 81. cum omnibus. Consanguineæ vero per lineam descendentem & ascendentem vsque ad quartum gradum, ar. de consang. & affi. cap. non debet. Et ratio est in istis, qa fœdus naturale in istis nihil seui criminis cum talibus extimari permittit, vt dicitur extra de coha. cle. & mul. c. a nobis, & hoc intelligas si consanguinea non habet secum domicellas pedissequas vel alias mulieres suspectas, & hoc in casu intelligitur de coha. cle. & mu. cap. 1. Et licèt dictum sit q̄ cum prædictis consanguineis fœdus naturale non permittit aliquid seu criminis suspicari, debet tñ clericus & maxime episcopus cauere immoderatam familiaritatem cum illis, vt caput in gremium ponendo, osculando & huiusmodi, & ne ex hoc contēptibilis habeatur, dist. 34. quorundam. Vltra 4m vero gradum lineæ transuersalis distingue, quia aut sunt suspectæ aut quia iuuenes, & tunc nō possunt cohabitare, aut non & tunc possunt, & eadem distinctio est facienda in ancillis & in vxore, quam. s. duxit ante ordines sacros. Nam si est vetula potest retinere in domo sua & eam caste regere. Si iuuenis non debet secum tenere dist. 81. voluntas. Host. & Goffr. dicunt q̄ in episcopis & monachis non habet locum illa distinctio, qa nulla consanguinea debet cohabitare vt in auten. de san. epis. §. episcopum, & de monachis. §. cogitandum, col. 1. Ray. tamē dicit, q̄ licèt hoc sit tutum & honestum, tamen canones ad hoc non cogunt.

Notent sacerdotes moderni.

Cū quibus psonis cleri ei pñtha bitare.

¶ Quantum ad octauum scilicet doctorem. §. 8.
Nota secundum Ioan. in gl. dist. 42. §. 1. Istud consistit in duobus scilicet in sermone correctionis vt corrigat vitam subditorum sed cū charitate, vnde Leo Papa. Odio habeantur peccata non homines, corrigantur tumidi, tolerentur infirmi, & quod seuerius castigare necesse est, nō seuientis plectatur animo: sed medentis dist. 86. odio, si autem modū excesserit in corrigendo ex amore vel odio, non a subditis, sed a Deo debet postulare veniam nedum nimium seruatur humilitas regēdi frangatur auctoritas dicit August. in regula, & habetur distinct. 86. qñ necessitas disciplinæ &c. Secundo intelligitur ista doctrina in sermone prædicationis vt. s. prædicet. Hierony. Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest, & quantum ex vitę merito ędificat ecclesiam Christi tantum nocet si resistentibus nō contradicat, 2. q. 7. sancta. Nec debet prælatus propter subsannationem vel persecutionem cessare a docendo & prędicando, vt dicit Io. in glo. di. 43. scimus, vbi Anacletus sic dicit. Scimus multos ob id infestare doctores vt eos perdant, in cōfundant, & propriæ voluntatis placita impleant. Non tñ propterea doctores inquantum vites suppetunt a recta emulatione Dei & bona intentione recedere debent, scientes quia beati qui persecutiones patiuntur pp iustitiam, hæc ibi. Si autem subditi ex his non proficiant, ipse tamen facit quod suum est & soluit debitum. Vnde Cornelius Papa. Quod ad nos attinet conscientię nostrę cōuenit semper dare operam, ne quis culpa nostra de ecclesia pereat. Si quis autem vltro & crimine suo perierit & pœnitentiā agere noluerit, nos in die iudicij inculpatos futuros credimus, qui eorum consuluimus saluti, & illos solos in pœnis remansuros, qui noluerunt consilij nostri salubritate sanari, nec mouere nos debent conuitia perditorum, quo minus a recta regula non recedamus quam Apostolus instituit dicens. Si hominibus placerem &c. ad Gal. 1. De materia autem dicendi & modo

prædi-

prædicandi dicetur, infra titu. 18 de statu p̃dicatorum.

§.9. ¶Quantum ad nonum. s. nõ percussorẽ. No. secundum Io. And. in gl. in dist. 45. q̃ duplex percussio prohibet clericis. Vna est spiritualis. s. cum quis corda infirmorum inutili sermone percutit, vt di. e. c. fi. Secunda est corporalis quę fit fiat ex ira vel odio, vel ex superbia vt magis timeat vel erga non subditos ꝓhibet sed ex charitate & ī subditos licita. Vñ Aug. Et qui emendat verbere in quem potestas datur, & coercet aliqua disciplina miseri cordiã prę̃stat. dist. 45. c. & qui emendat. Eps tñ ꝓpter dignitatem suã neminem suis manib. debet verberare. di. 86. non licet, sed per aliũ põt, per clericũ tñ si clericus est verberãdus, extra de sen. excõ. c. vniuersitatis, nisi penitus sit incorrigibilis clericus, quia tunc ẽt ꝓ laicũ, extra de senten. ex. c. vt famę. Distinguendũ tñ est circa qualitatem personarum & criminũ quæ corrigũtur secundũ. Io. And. & Ray. Nam in minoribus cõstituti licitè verberantur ẽt pro leuibus culpis, dist. 35. añ. & di. 45. §. Salomon. Similiter. & regulares ẽt in minoribus constituti secundum regulas suas pro leuibus culpis subiiciuntur verberibus, extra de ap. ca. repræhensibilis, in fin. & de symo. c. per tuas, non tamen vsq; ad sanguinẽ. In maioribus vero cõstituti nõ regulares nõ nisi per maioribus criminibus di. 45. cũ Beatus. Et Leo & Grego. sic dicunt ea. dist. licèt nõnunquam accidant quæ in sacerdotalibus personis sunt repræhendenda, plus tamen erga corrigendos agat benuolẽtia quam seueritas, plus exhortatio quam cõmotio, plus, charitas quam potestas, cum nemo nostrum sine peccato sit. Sed ab his quę sunt sua quæ runt facile ab hac regula disceditur, & dum dominari magis quam consulere placet, honor inflat in superbiã & quod prouisum est ad concordiam, tendit ad noxam. Moderata etiam debet esse castigatio. Vnde quidem sapiens leuiter castigatus, reuerentiam exhibet castigant. Asperitatis autem nimiæ increpatio, nec correctionem recipit nec salutem, di. ca. cum beatus. Sicut autem nimia seueritas repræhendit, ita & nimia remissio. Vnde Gregor. lib. 19. moral. Cuncti rectores nec disciplinæ vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursus in mãsuetudine districtionem deserant disciplinę, quatenus nec a compassione pietatis obdurescant, cum cõtumacesicorrigunt, nec disciplinæ vigorem molleant, cũ infirmorum animos consolantur, distict. 45. c. sunt namque. Et ad hoc propositum inducuntur auctoritates, exempla, & figurę de scriptura in cap. disciplma. dist. ea. Tertio prohibetur, esse percussor, id est ad vindictã seu punitionem facilis. Vnde Greg. Si quid de quocunque ad aures tuas peruenerit, quod te iustè possit offendere, facile non credas, nec ad vindictam te res accendat incognita, sed præsentibus ecclesię tuę senioribus est veritas diligenter perscrutanda, & tunc canonica districtio culpam feriat delinquentis, distin. 86. Si quid.

Duplex pcussio ꝓhibẽt clericis.

Moderata debet eẽ castigatio.

¶Quantum ad decimum, scilicet non litigio sum. Litigiosus dicitur secundum philosophum, in tertio Ethico, qui ad omnia contrariatur causa contristandi, nec quoscunque curans. Triplex est autem causa quare prohibẽtur tales ordinari secũdum Ray. Prima quia nõ sunt apti ad humilem doctrinam quæ exigitur ab eis. Vnde Hierony. Nihil impudentius arrogantia rusticorum qui garrulitatem auctoritatem putant & parati ad lites, in subditos tumidè intonant, distinct. 46 §. 1. ¶Secunda causa est, quia litigiosi vel adulationibus animos principum sibi conciliant vel fratribus suis detrahendo infamiæ notam ingerunt vel quia seditiones facere nõ cessant q̃ vitia omnia prohibentur clericis, vt disti. ea. §. 1. & ca. sequen. ¶Tertia causa est, quia eam ipsi debeant discordantes ad concordiam reducere & attrahere nõ debent litigãdo alios ad discordiam prouocare. Vnde Cyprianus. Nec ad Cayn nec ad munera eius respexit dominus. Neque enim Deum placatum habere poterat, qui cum fratre non pacem sed zeli discordiam habebat, quam igit pacẽ ꝓmittunt sibi inimici fratrum emuli sacerdotum.

§.10. Litigiosus ꝓhibẽt ordinare triplici de causa.

¶Quantum ad vndecimum, secundum non cupidum, id est auarum, vbi prohibetur auaritia interior quę est inordinatus amor diuitiarum. Et ratio quare talis cupidus prohibet ordinari est, quia vt dicit Greg. Bonorum auctori inhærere aliter non possumus, nisi cupiditatem a nobis quæ radix est omnium malorum abscindamus. dist. 47. ca. bonorũ auctori. Et Leo Pa. Virum catholicum & ꝑcipue domini sacerdotẽ, sicut nullo errore, sic nulla cupiditate implicari oportet. Mens enim potentiæ auida, nec abstinere nouit a vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum, dist. e. ca. virum catholicum. Clericus autem maxime debet Deo inhęrere, & a malis abstinere. Item vt dicit Amb. mẽs auari vinculis cupiditatis astricta, semp aurũ semp argentũ videt, semp redditus cõputat, gratius aurũ q̃ solẽ intuetur, ipsa eius oro ad

§.11. Cupidus cur ꝓhibetur ordinari.

Deum petit aurum di.e.c.ſicut hi. Clericus autē debet habere mentem liberam a terrenis. Secundo ſub hoc cōprehenditur prohibitus omnis turpis quęſtus ſeu lucrum ne ſcilicet aliquo inhoneſto negocio victum vel alia neceſſaria ſibi quęrat, nec ſuſcipiat procurationes ſeculares, vt diſt. 87. per totum. Excipiuntur tamen ibi perſonę miſerabiles, vt pupilli viduę & pauperes quæ ab omnibus ex pietate debent mutari. Vnde Gelaſius, licēt omnibus de nobis ſperantibus patrocinium non debeamus nos negare, tamen plus viduarum cauſas & impenſius ducimus exequendas, quas tueri vel a nobis vel ab omnibus diuina manifeſtat aſſertio di.ea.c. 1. & in c.2. dicitur. Pupillo tuitionem diuinitas, ipſa iuſſit impedi. Tertio ſub cupiditate prohibetur aſſumptio cauſarum & negociatio. diſt. 88. per totum. Vnde Hiero. ibi. Negociatorem clericum ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge, & di.ea, dicitur. Epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet, ſed lectioni & orationi & verbo prędicationis tantum vacet, & c. fornicari, ſimiliter habetur.

§.12. ¶Quantum ad duodecimum domui ſuæ bene præpoſitum quod intelligitur vt exponit. Gratia. di. 47. §. neceſſe, vt h in laicali habitu habuit vxorem & filios a vitiis ad virtutum ſtudia verbo & exemplo prouocet vt ꝙ poſtea prędicaturus eſt populo, prius a domeſticis exigat. Quod quia Heli facere recuſauit ſemetipſum apud Deum diſtrictum iudicem cum filiis graui damnatione percuſſit 1. Reg. 4. c. Prohibetur ergo ordinari qui hoc non habet, qui pręſumitur negligens, & qđ non habeat frontem alios arguendi, ex quoſuos non repręhendit, ſed tamen per eum, non ſtat quin eius familia ſit bona, quia diligenter correxit eam, non ſibi imputatur in vitium a domino enim greſſus hominis diriguntur, nec ſunt in homine viæ eius, vt dicitur Hiere. 10. c. corripere quidem poteſt, corrigere autem non valet. Vnde Auguſt. Quantumlibet vigilet diſciplina domus meę homo ſum, & inter homines viuo, nec arrogare mihi audeo, vt domus mea melior ſit quam arca Noę Gen. 9. vbi tamē inter octo homines vnus reprobus inuentus eſt, aut melior ſit q̄ domus Abrahæ, cui dictum eſt. Eijce ancillā & filium eius. Gene. 21. ca. & ad Gal. 4. c Aut melior ſit quam domus Iſaac cui dictum eſt Malach. 1. c. & ad Ro. 9. c. de duob. geminis. Iacob dilexi. Eſau autem odio habui. Intelligi pōt iſtud. c. apoſtolicę regulæ, vt videlicet bene præſit domui eccleſiæ ſibi commiſſe, vt videlicet nō vni plura ſed diuerſa diuerſis cōmittat officia. Vnde Greg. Nulli vni quātum libet exercitatæ perſonæ vno tēpore duarum rerum officia, cōmittenda ſunt, ſi totū oculus vbi auditus? Sicut. n. varietas membrorum per diuerſa officia & robur corporis ſeruat & pulchritudinē præſtat, ita & varietas perſonarum per diuerſa diſtributa officia & fortitudinem & venuſtatem ſanctę Dei repręſentat eccleſię. di. 88. c. ſingula. Item œconomus vel vice dominus in eccleſia non debet inſtituere laicos, vt in c. volumus, cum ſequenti. di. ea. Itē propinquis vel fauore cōiunctis nō debet cōmittere eccleſiaſtica officia. di. ea, de center, vbi tamen dicit glo. quod hoc intelligitur non ſimpliciter, ſed cum ſunt mali. Et ideo quare magis prohibet expreſſe de iſtis quam de aliis malis eſt, quia prelati eccleſiæ ſunt proniores ad dandum talibus vel quia pręſumitur, quod per eos bona eccleſiæ dilapidentur. Et iſta eſt vera ratio quā videmus quotidie de facto, & quia iſtud non ſeruatur multa mala inde eccleſiæ ſequuntur.

¶Quantū ad vltimū neophitū ideſt nouum in fide vel etiā in religione, vt exponitur di. §.13.
48. per totum, & in glo. ibidē. Huius autem prohibitionis duplex eſt cauſa, vt dicitur, in tex. & glo. Prima eſt vtilitas ipſiusmet ſcilicet ne (vt ait Apoſtolus 1. ad Timo. 3. ca.) elatus in ſuperbiā incidat in laqueum & ruinam diaboli, in arrogantiam namq; quæ eſt ruina diaboli incidunt qui in puncto horæ nondū diſcipuli efficiuntur magiſtri, & ſicut Inno. dicit. Miſerum eſt eum fieri magiſtrum qui nōdum didicit eſſe diſcipulus. Secunda cauſa eſt, qui cum ſit inexpertus ſtatum eccleſiæ neſciret varietati perſonarum diuerſimode prouidere vt decet. Momentaneus enim ſacerdos neſcit humilitatem mores perſonarū, vel ſeſe contemnere, non ieiunauit, non fleuit, non ſe correxit, nō pauperib. errogauit. Hęc omnia Gratia. di. 48. §. 1. Vnde & Greg.

¶Caſum appetit qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta quærit aſcēſum. di. e. c. licut. Item promeuendus ad ordines debet eſſe immunis ab omni irregularitate. Vnde Gratianus a 25. vſque ad 58. diſt. oſtendit quomodo ordinandus non debet eſſe ratiociniis obligat⁹ nec homicida, nec corpore vitiatus, nec illegitimus, nec ſeruus, nec ſolemniter pœnitens, & horum declarationē habes infra. §.14.

¶De duobus generibus fidelium ſicut dicto Hier. 22. q. 1. duo ſunt genera Chriſtianorū.

Eſt

Est autem vnū genus quod mancipatum diuino officio & deditum contẽplationi & orationi ab omni strepitu temporalium cessare conuenit, vt sunt clerici & Deo deuoti. s. conuersi. Cleros. n. græcè latinè dr̃ sors, hmõi homines vocantur clerici. i. sorte electi omnes enim Deus in suos elegit, hi nanq; sunt reges idest se & alios in virtute regentes, & ita in Deo regnum habent & hoc designat corona in capite, hanc coronam habent ab institutione Romanę ecclesię in signum regni quod in Christo expectant. Ratio in capite est omnium temporalium depositio, illi enim victu & vestitu contenti, nullam inter se proprietetem habentes debent habere oĩa cõmunia. Aliud genus Christianorum est vt sunt laici, laos enim græcè latinè populus, his licèt temporalia possidere, sed nõ nisi ad vsum. Nihil. n. miserius quàm propter numerũ Deum contemnere, his concessum est vxorem ducere, terram colere, inter virum & virum iudicare &c. Et ita saluari poterunt, si vitia tamen benefaciendo euitauerint, hæc ibi. Ex quibus verbis videtur q̃ clerici non possunt habere proprium, quæ materia tractatur per totam illam q. 1. causæ 12. Et post plura capitula inducta ad vtrãq; partem. Tandem Gra. sic ipsæ soluit in §. cum ego in concilio valet q̃ clericis orientalibus, quibus licet habere vxores & filios & occidentalibus etiam clericis illis qui habent filios ex vxoribus quas habuerunt ante suam ordinationem, iltis licet habere propria ad sustentationem familiæ suæ aliis autem clericis non licet habere propriũ, nisi fortè retinendo sua a simplicibus ecclesiæ abstinerent. Sed istam solutionem reprobat glo. summaria in prin. q & bene. Nam oẽs doct. in hoc concor. q̃ clerici seculares possunt habere proprium & licèt habeant patrimonialia per hoc non tollitur quin iuste possint habere beneficium vel redditus vel distributiones consueras ab ecclesia, si ecclesiæ deseruiunt. Illa ego capitula quæ videntur dicere q̃ non licet clericis habere proprium intelligenda sunt fm glo. & Ray. fm tps ecclesiæ primitiuæ, vt illud c. dilectissimis, vel de clericis qui renunciauerunt proprijs, vt illud c. scimus, & c. non dicatis. Vel loquuntur de consilio vt illud, quia tua, &c. nolo, & videtur q̃ tẽpore Aug. & Hierony. clerici oẽs viuebant in communi, vt in illis c. certe ego & c. duo sunt, & c. clericus. Nunc autem communiter non reperitur talis modus viuendi in communi in secularibus, nec ab hoc tenentur, sed licite possunt habere proprium (vt dictum est) & patet ẽt in di. q. c. epi, & c. sint manifeste. Tho. aũt 2. 2. q. 185. dicit, q̃ clericis nõ licet habere propria, ita. s. dum curant propria faciant defectum in his quæ pertinent ad cultum diuinum, & sic exponit illud c. clericus, vbi dicto Hiero. qui Deum possidet, & cum propheta dicta. Pars mea dñs, dr̃ enim cleros græcè latinè sors, quia est sors dñs. i. pars eorum nihil extra dñm habere põt, q̃ si aliud habet extra dñm, & argentum & aurum, variã supellectilem, & hmõi, cũ his partibus non designatur dñs fieri per eius. De donatione tpalium facta ecclesijs habes in c. futuram. De donatione facta ecclesię Romanæ per Constan. habes dist. 96. Constantinus, sed in aliquibus libris illud non habetur in aliis pro palea ponitur, vel pertinet vt plurimum ad laicos. Nunc agamus de clericis.

Notaĩ primitiuę eccle się perfectio.

¶ *De horis canonicis.* *Cap.* 4.

DE officio diuino quo officiantur ecclesię de quo agitur. di. 91. dist. per totũ & inter cętera vbi dr̃. Clericus victum & vestitum sibi artificiolo vel agricultura absque officij sui detrimento prępararet, & extra de cele. miss. c. 1. dr̃ q̃ debet dicere oẽs horas. Horæ canonicę institutę sunt ab ecclesia vt dicantur ad laudandũ Deũ pro beneficijs suis inter quæ maxima sunt beneficiũ creationis septẽ diebus expletum, vt patet Gen. 1. & beneficiũ redẽptionis septẽ quodãmodo horis peractũ matutinali videlicet prima tertia &c. & ipsæ horę septẽ sunt iuxta illud. psal. 118. Series in die &c. Archi. tñ in rosario matutinas separat a septem horis ponens pro prima hora diei. s. artificiales laudes matutinarum. De ipso aũt processu passionis his horis peractæ habes in officio crucis quod dicenti Ioann. 22. dedit 40. dies indulgentiæ dietim.

Ratio septẽ horarum.

§. 1.

¶ Quæritur ergo primo qui teneant ex prępcepto ad ipsas horas? Respon. Primo quidem tenentur ordinati in sacris. s. in subdiaconatu & supra. Et hoc tam fm oẽs theologos q̃ canonistas extra de cele. miss. c. dolentes. Tenentur secundo ex præcepto quilibet clerici beneficiati & nõ existẽtes in sacris, fm Fran. de Zab. in lectura, super cle. de cele. miss. c. graui, nec excusare se possint tatione exiguitatis beneficij, si ex eo non participant nisi necessaria sed imputent sibi ex quo fecerunt ad illud intitulari. Idem Goff. distinct. 91. c. clericus victum. Et quãuis Lau. dicat quòd beneficiati in minoribus existentes possunt per alios officiare seu per alios dicere horas, & præcipue si ex

Qui tenent ad canonicas horas.

iusta causa, puta studij vel alia causa probabili sunt absentes, & per idoneum substitutum vel subditum officient ecclesiam secundum Pet. & Abb. tñ idem Fran. tenet contrarium Ioan. And. etiam super c. presbyter. de cele. mis. dicit theologos tenere quòd cum istud sit onus personale, videtur quòd per alios solui non possit. Et idem in nouellis libenter viderem quòd fauere studij statueret ecclesia', quòd clerici saltem in minoribus tantum beneficiati saltem non curati, occupati bono zelo ad studium tenentes vicarium excusarentur ab horis dicendis dicendo officium beatæ virginis. Dicunt etiam Innoc. & Host. quòd omnis clericus beneficiatus siue sit in sacris siue non tenetur omnibus diebus horas in ecclesia dicere vel saltem audire. Verum est tamen quòd excusatur ab vtroq; ratione iusti impedimenti ideſt a dicendo vel audiendo in ecclesia. Vnde si præsens sit clericus & dicat officium in camera non reddit debitum, quia tenetur ecclesiam officiare nisi sit legitime occupatus. Et tunc dicat vbicunq; sit equitando, stando, vel eundo, in vijs vel in camera & tunc ecclesiam faciat per aliũ officiare. Intelligit Fran. de Zab. illud de cele. mis. capitul. 1. vbi dicitur, quòd a sacerdote, aut a scholaribus ideſt clericis officium compleatur quia scilicet cum sacerdos post inceptum officium vocatur propter aliquam necessitatem, puta ad infirmum & huiusmodi, scholares ideſt clerici perficient illud, & ipsæ sacerdos separatim dicit quod sibi restat dicendum. Tenentur tertio ad horas religiosi professi quorum religio ad actus vitæ contemplatiuæ est instituta, & per ecclesiam confirmata. Et hoc ratione suæ professionis, quia non solum sunt institutæ huiusmodi religiones ad orandum particulariter pro se, sed etiã ad orandum pro vniuersali vtilitate fidelium. Ad huiusmodi autem orationem. s. fiendam in persona totius populi Christiani pro vtilitate omnium sunt institutæ specialiter horæ canonicæ Per. de Pa. dicit quemlibet religiosum professum. teneri ad horas. Religio autem instituta ad opera vitæ contemplatiuæ est status monachalis. Religio vero mendicantium vtranq; complectitur scilicet actiuam & contemplatiuam. Hęc Ber. de Trilia. in primo quodlib. Ex hoc videtur quòd conuersi non tenentur de necessitate ad horas. Augustin. de Ancho. in sum. de pote. ecclę. dicit omnes religiosos etiam conuersos teneri ad horas, alias ex negligentia omittendo peccarent mortaliter, quia eoipso quo applicati sunt totaliter ad cultũ Dei habent beneficiũ interpretatiue. s. viuẽdi ex eleemosinis vel de reddit. ibus monasterij vel de quæstibus qui eis concedunt ab ecclesia rõne applicationis ad cultum diuinũ, & idẽ tenet Pe. de Pa. in 4.

Religiosi professi tenentur ad horas

¶ Secundo quæritur quid debeat dici pro horis? Respondet Fran. de Zab. vbi supra dicit Laud. q; si est consuetudo probabilis vel certa cõstitutio super hoc illud seruabunt di. 22. nouit. Nam dicere hoc vel illud nõ est in præcepto cũ diuersi diuersa dicant de cõse. dist. 5. c. in die. Modus tñ dicendi horas quoad secũlares clericos sumẽdus est ab ecclesia Romana, vt in dicto c. in die, vel Metropolitana di. 12. c. fi. Nec reprobatur per hoc ille vsus sm Laudu. quo quidam cõtenti sunt tribus psalmis, licèt Romana vel Metropolitana ecclesia hoc non seruet. dist. 12. de his, qđ puto intelligendũ de vsu antiquo alicuius ecclesiæ, non de eo quem sibi faceret & priuata persona. In regularibus dicit. Laudu. attendendum esse ordinationem regulæ suę & suorum statutorum, dist. 12. placuit, ibi neq; monasteriorum. Sed in directorio iuris li. 1. ti. 8. dr, q; ordinatus ad titulum suæ possessionis vel matrimonij põt dicere quodcunq; officium, quia non est obligatus ad istã vel illam regulã specialiter. Ordinatus vero vel intitulatus ad certam regulã vel ecclesiam tenet dicere officiũ q; ibi fieri consueuit, aliàs peccaret. dist. 11. in his. Et hoc nisi esset super hoc priuilegiatus vt clerici & religiosi qui sunt commensales domestici cardinalũ eorum quibus indulgetur q; idẽ dicant officiũ nec ad aliud teneantur. §. 2.

Modus dicendi horas.

¶ Præbendatus aũt in duabus ecclesijs sufficit q; semel dicat sm consuetudinem alterius illarum sm Tho. in quodli. Et vr q; magis debeat dicere officium illius ecclesiæ vbi habet maiorem gradũ q̃ vbi habet pinguiorẽ præbendam. Si autem est paris dignitatis vtraq;, præsens dicet sm illam ecclesiam vbi tũc est, absens dicet q; sibi placuerit alterius illarum. Monachus præfectus ecclesiæ seculari in dicendo officium sequetur consuetudinem ecclesiæ ad quam transit sm Host. distin. 12. c. illa. Fratres ordinis prędicatorum sunt contenti illarum ecclesiarum officiis ad quas extra suos conuentus declinarent, vt dicitur in constitutione eorum.

¶ Tertio quæritur vtrum maturinæ beatæ virginis, vigiliæ mortuorum & suffragia sunt de necessitate dicendæ post horas, & dicitur hic suffragium lętaniæ secundum catholicam. Respon. secundum Fran. de Zab. in cle. de cele. mis. graui. Laudu. credit quòd ex quo vno

§. 3. Notabilis q̃stio.

& eo-

& eodem modo ecclesiæ illius seruitores consueuerunt prędicta pro horis dicere, quilibet de ipsis ad hoc tenetur. ar. de cen. c. ex parte. Secus si aliqui tantum diceret etiam plures sed alii non. ar. 6. q. 2. c. 2. Idem dicitur in directorio iuris lib. 1. & allegat Guil. de officio defunctorum, dicit Goff. in quodlib. 2. q. tenentur ad ipsum clerici ecclesiarum collegiatarum secundum communem consuetudinem ecclesiæ de qua sunt siue præsentes siue, non autem ad illa quæ fiunt ex speciali gratia pro aliquo ad præces eius vel ea ad quæ aliqui ex sua voluntate se obligauerunt. Et sic canonici collegiati specialis ecclesiæ tenentur ad officium mortuorum, & ad alia specialia secundum consuetudinem, ecclesiæ suę. Et sicut illi qui habent anniuersaria tenentur dicere, officium mortuorum, & præcipue illi qui recipiunt distributiones illius anniuersarii; ita etiam commune officium defunctorum videtur institutum indeterminate pro omnibus benefactoribus qui non determinant sibi anniuersarium. Vnde videntur teneri ad illud omnes qui bona illius ecclesiæ percipiunt, hæc Goff. In ordine prędicatorum solum ministri altaris cum hebdomadario & eo qui est notatus ad missam pro defunctis tenentur ad vigilias quotidianas secundum ordinarium. Alii autem semel tantum secundum ordinarium quando scilicet in ecclesia dicendum est totum in aliqua die per hebdomadam, vt in constitutionibus eorum habetur.

§ 4 ¶ Quarto quæritur qua hora sint dicendæ, horæ canonicæ? Respon. in officiando quidē ecclesiam debent dicit temporibus propriis se cundum morem patrię, vel secundum regulam suam quoad religiosos, & matutinas quidem conuenientius tempus videtur esse dicere 4. vigilia noctis, hoc enim secundum Pa. Hug. & Isido. est matutinum scilicet inter absessum tenebrarum & aurorę aduentum licèt alii dicant contra, iuxta illud. Media nocte surgebam &c. psal. 118. de cele. miss. ca. 1. Sed (vt dictum est) in hoc standum est cōsuetudini loci vel constitutioni si habetur. Officium autem quod dicitur in priuato scilicet non officiando ecclesiam si dici non pōt propter occupationis horis propriis melius est, præuenire quam tardare. Præuenire enim dicit Hug. est prouidentia, tardare vero est negligentia. Vnde & Io. And. in nouel. de cele. miss. ponit exemplū de quodā sancto viro cui dicēti horas ante tēpus ei afferebat angelus vuam acerbā, post debitū tēpus afferebat vuā marcidā, tēpore aūt cōuenienti dicēti horas, afferebat vuas maturas bonas. Solēt curiales & aliis occupati dicere de mane vsq; ad vesperas exclusiue, & de sero vesperas cū cōpletorio & hoc consulitur, extra de cele. miss. c. 1. Matinas ēt si quis diceret de sero propter honestarū necessitatē occupationū non maleface ret. Nā & hoc in solemnibus ecclesiis quando que fieri solet, si aūt hoc faceret vt quietius somno & voluptati vacaret, non esset absque peccato secūdum Tho. in quodlib. nō tū videtur de se esse mortale, q̄cunq; quis tarde dicat officiū dum non transeat dies qui quantū ad hoc videt terminari circa mediā noctem. Nō enim istud præceptū de horis dicendis refertur ad tēpus. Sed si quis prętermissa vna hora dicat aliā, puta post primā dicat sextam sufficit secundū Guil. q̄ suppleat id tantū q̄ omisit, puta tertiā & pœnitentia agat de negligentia sua. Itē qui nondū dictis matutinis celebrat mortaliter peccat secundū Guil. & Hostien. quamuis postea diceret ex hoc quia facta contra generalē & approbatā consuetudinem ecclesiæ dist. 11. in his rebus. Sed celebrando, anteq̄ dicat primānō peccat mortaliter, nisi hoc esset cōtra præceptū vel statutū. ¶ Quęritur quinto de nō dicētibus horas quā tum peccent? Respon. hi qui tenentur de quibus dictū est in §. 1. si dimittunt aliquā horā ex industria vel negligentia sua mortaliter peccāt, q̄a præceptū trāsgrediunt ecclesiæ. 14. q. 1. q. debet. Et si q̄s dimittat oēs horas vnius diei secundū Guil. nō propterea cōmittit se pē peccata mortalia, sed vnū, & tāto grauius quanto plus de ipso dimittit, quia totum officium vnius diei cadit sub vno præcepto, extra de cele. missa. c. dolentes. Si autem dimisit aliquas horas, puta primam, nonam, & completorium, tria peccata mortalia commisit, & sic de cæteris. Si autem dimisit propter aliquam necessitatem, puta propter defectum visus, vel infirmitatē vel paupertatem propter quam libro caret, recompensat tamē æquialens per psalmos, vel orationem dominicam, non peccat mortaliter, quia præceptum hmōi nō est determinatum circa modum non tū ex hoc videtur euadere graue peccatū qui ad libitū suū sine causa rationabili mutat cōsuetum officium, quia etiam ex pendit pecunia in superfluitatibus & vanitatibus, & de breuiario non curat, & sic nō habens breuiarium nō euadit mortale. Qui autem ex oblitione dimittit non peccat mortaliter, tenetur tū q̄n recordat supplere omissum alias tūc peccaret. Et vt dicit Pet. de Pa.

Nota.

Exēplū notabile.

Celebrās an̄ matinas pec cat.

Dubia vald no tabiliæ.

in quarta distinct. 12. debet oratio huiusmodi esse integra vt nihil de ea fruetur sin copādo, omittendo, nimis festinando, & hoc intelligendum est de illis qui officium per se dicunt. Nam qui in choro horas dicunt non tenentur repetere ea quæ a sociis dicuntur, puta versus psalmorum, responsorium, lectiones, inuitatorium & similia, quia vnus in persona omnium dicit, alii autem debent attente audire, vide supra in secunda parte, tit. de accidia, cap. negligentia. §. de negligentia circa diuinum officium quod etiam reprehenditur in dicta decretal. cap. dolentes. Vnde tenetur redicere qui notabiliter male dixit, quod videtur intelligēdum cum notabiliter omitte de aliqua hora si vult euadere mortale, sed etiam modicum dimittendo secundum Pet. siue psalmum siue versum siue dictionem, videtur quod teneatur illud vel aliud loco eius, alias peccat saltem venialiter & hoc quando solus dicit, vel quando in choro dimitti tea quę choro ipsius conueniunt (vt supra dictum est) de his qui in dicēdo officium exercent se in occupationibus manualibus, quomodo non satisfaciant, & aliis negligentiis, habes supra in 2. parte titu. & cap. vbi supra.

§. 6. ¶ Quæritur sexto de eo qui omisit dicere officium diuinum vtrum de necessitate sit ei iniungendum quòd omissum suppleat. Et idem respondeo secundum Thom. in quodlibet. sicut in officiis diuinis exoluēdis obseruanda est congruitas loci, ita etiam congruitas temporis, quę obseruari non posset, si oporteret iniungere omittenti quòd horas diceret quas omisit, forte enim in completorio diceret. Iam lucis orto sydere, & in tempore paschali officium dominicæ passionis, quod videtur absurdum, & ideo non videtur iniūgendum quòd eadem horas repetat, sed aliquid ad laudem diuinam pertinens, hoc est, enim commune in omni officio diuino Laus Dei & suffragium fidelium, puta quòd dicat 7. psal. pœnitentiales, vel vnum psalterium vel aliquid amplius secundum delicti qualitatem, quamuis enim esset debitor officii, qui a tempore debito officii prętereunte, iam est impotens ad soluendum debito tempore, & ideo est ei alia pœnitentia iniungenda Pet. etiam de pa. in 4. dixit, sic quòd Dei vicarius potest commutare restitutionem Dei faciendam in aliquid Deo acceptius. Dicere autem parum & cum deuotione est Deo acceptum. Vnde & pœnitentiam omissam potest cōmutare sine audientia aliorum peccatorum. Restituio autē huiusmodi facienda non sic subiacet arbitrio confessoris, qui autem omisit vnam horam non oportet quòd dicat omnes alias, nec etiam illam. Similiter si per ānum dimisit officium non oportet quòd totum duplicet sed in aliud potest cōmutari, quia magis placebit Deo, & quia in tedium esset pœnitenti. Ad hoc facit dictum Hieron. de consecratio dist. 5. non mediocriter ibi. Melior est 5. psal. & c. Archid. etiam in rosario dist. 91. pœnitentiam dicit huiusmodi esse arbitrariam. Dicit etiam Hostien. quòd si tanta fuit infirmitas in omittēte officium, vt ex toto impediat ad horas dicendas, nō tenetur redicere nec pœnitentiam agere, si tamen ad cautelam velit hoc facere commendandus est, sed si finxit & quartanam febrem vel aliam debilem infirmitatem habuit qua non obstante sua negocia procuraret non excusatur. Item secundum. Guil. si dicens officium aliqua verba p̄termittitur, nō oportet quòd propter hoc a capite resumat disturbando officium, immo si dicendo in choro cum aliis ex aliqua necessitate intermisit psalmum, lectionem, vel aliquid huiusmodi, & non aliter potest omissū supplere nisi subtrahendo vocem ab adiutorio chori, melius est pertranfire quam officiū chori minuere, potest tamen aliquid post officium hoc supplere.

Quid in iūgēdū sit ei qui notabiliter omisit officium.

§. 7. ¶ Quæritur septimo. Virum attentio in horis dicēdis sit necessaria? Respondeo, quāuis, aliqui dixerint quod sic, ita q̄ in eis non habens cor ad Deum sed ad exteriora mortaliter peccet, propter hoc in fine illius, c. dolētes extra de cle. mis. q̄ p̄cipitur dici totum officium studiose pariter & deuotè, & si verbū sit durum tamen scriptum benignior tamen est sententia secundum Host. qui dicit, q̄ in præcepto est horas dicere, sed alia quę in deuotione consistunt suadendo dicūtur. Et hoc est quod dicit littera ibi, quātum Deus dederit &c. per quæ verba apposuit consilium fragilitati humanæ compatiendo. q. d. præcipimus, vt vnusquisque de die & de nocte dicat horas suas Intentionem autem & deuotionē in præcepto non ponimus, sed gratię Dei secūdum q̄ ipsæ dare voluerit duximus relinquēdū. Et hunc intellectum teneas qui benignior est & quia non debet ecclesia alicui laqueū inicere. 27. q. 1. de viduis. 2. nec hoīes, debet ecclesia oneribus importabilibus alligare. 26. q. 7. c. alligāt Hosti. & Hein. Assignat etiam Vmber. aliam rationem ad hoc quia. s. cum hoc sit præceptum de iure positiuo, non referunt nisi ad ea quę sub iudicio humano

Attētio in horis dicēdis.

cadere

cadere posſunt. Et iſta ſunt quę exercerunt p actus exteriores, non autem per interiores, facit etiam ad hoc Glo. ſuper ca. graui. de celebran. miſ. in clem. ſuper verbo. fructum labiorũ, vbi dicit Archi. ex hoc q̃ ſatis eſt labiis ſeruire in diuinis horis, licèt cor diuertat ad alia. Hæc ibi. Ex quo etiam patet q̃ verum eſt quod non ſufficeret horas dicere mente.

§. 8: ¶Octauo nota de attentione in oratione Pe. de Palu. in quarta diſtinc. 15. ſic dicit. Ad orationem ſicut ad quodlibet bonum opus poteſt requiri duplex attentio. Vno modo vt oratio ab intentione procedat. Alio modo vt intentio continue cõcomitetur orationi. Primo modo requiritur attentio tam ad orationem publicam quam priuatam & non ſolum propter meritum, ſed etiam ad vitandũ peccatum quando oratio dicitur ex præcepto. Primum patet ſic, quia nullum eſt opus meritoriũ, niſi ex intentione procedat aliter enim nõ eſt opus humanum, cum homo ſit homo per rationem & voluntatem. Si ergo oratio debet eſſe meritoria oportet quòd procedat ex intentione & ſimiliter ad hoc vt euiteret tranſgreſſio præcepti, quia præceptum datur hoĩbus, & ideo oportet q̃ non procedat ex ſola imaginatione quæ cõis eſt nobis & brutis, ſed ex deliberatione quæ requirit attentionẽ concor. Tho. in 4. di. 15. di. q̃ attentio in oratione ſemper debet manere ſm ſui virtutem quod eſt medium inter eſſe in habitu & eſſe in actu. Tunc autem manet attentio in oratione ſm virtutem qñ quis accedit ad orationẽ cum intentione aliquid operandi vel Deo debitum obſequium reddendi, etſi in proſecutionem orationis mens ad alia rapiatur, niſi tanta fiat vagatio q̃ depereat vis primæ intẽtionis, & ideo oportet q̃ frequẽter homo cor reuocet ad ſeipſum. Hęc Tho. ſequitur eum Pet. de Pal. Non tamen requiritur q̃ intentio comitetur actualiter totam orationem, quia nec hoc requiritur in quibuſcunq; operibus bonis nec hoc eſt poſſibile pp euagationem mentis humanę, requirit tñ q̃ orans ſcienter non diſtrahat mentem ab oratione, hoc. n. nõ poteſt eſſe ſine culpa mortali vel veniali. Euagatio vero quę eſt præter intentionem & pp occupationem præcedentem licitam, peccatũ non eſt, ſecus ſi propter illicitam. Sed ſi euagatio eſt aduertenter & ſolũ ſecundũ actũ interiorẽ, (licèt temeraria & grauis foret) nõ tñ mortale niſi pp conceptũ, quia eccleſia nõ habet iudicare de actibus interioribus merè pp quod miniſter eccleſię, licèt dicendo orõnẽ cogitet aliud non vĩ tranſgreſſor. præcepti ex natura facti. Si aũt euagatio mẽtis ſit ex hoc q̃ aliquis ſcienter ſe occupat in actu exteriori qui nõ ſecũ patiat̃ attentionem vĩ eſſe culpa mortalis & directè contra præceptũ eccleſię, de cele. miſ. c. dolentes, vbi præcipit̃ q̃ officiũ celebrẽt ſtudioſe, pariter & deuotè. Hoc non obſeruant qui occupantes ſe in actu exteriori ſcienter ſibi attentationẽ ſubtrahũt. Vñ quod rho. dicit ibi, q̃ in orõne ſi in aliis ſpõtè ſe quis occupat in his quæ mentem diſtrahunt ſicut ſunt opera exteriora, etſi ad cõtrarium mens euagetur, ẽt culpa mortalis erit, exponit idem Petrus & dicit q̃ loquendo de oratione quæ eſt præcepti humani illud verbum contrarium non refertur ad orationem quia bona opera exteriora eriã non ſunt contraria orationi, ſed eſt referendum ad attentionem qñ ſcilicet ſe exterius occupat circa aliquid incompoſſibile attentioni orationis. ¶Quæritur nono, vtrum ſit cantãdum offm. Rñ. de hoc non reperiĩ aliquod p̃ceptũ nec de iure diuino, nec de iure poſitiuo cõi, & ſic in hmõi habet locũ qđ dicit Hiero. Vnaquęque prouincia in ſuo ſenſu abundet. di. 25. vnum Dicit aũt bea. Tho. 2. 2. q. 91. ar. 2. q̃ cum laus vocalis ad hoc ſit neceſſaria vt affectus hoĩs prouocet̃ in deum qnæcunq; ad hæc vtilia eſ ſe pñt in diuinas laudes congruenter aſſumũtur. Et quia ſecundum diuerſas melodias ſonorum animi hominum diuerſimodè diſponuntur, ideo ſalubriter fuit inſtitutum, vt in diuinas laudes cantus aſſumerentur, vt animi infirmorũ magis prouocarẽtur ad deuotionem, hæc illè. Vbi ergo eſt cantu non excitat deuotio ſed tedium creſcit ex labore vel ignorantia cantus & huiuſmodi videtur potius dimittendum niſi conſtitutio vel obediẽtia p̃ hibeat. ¶Et nota quòd Hiero. diſt. 92. cap. cãtantes dicit. Deo non voce ſed corde cantandum nec in tragediarum modum guttur, & fauces medicamine liniendæ ſunt, vt in eccleſia theatrales moduli audiantur & cantica. hæc illè. Vbi ſecundum Thom. prohibetur, cantus propter oſtentationem vel delectationem prouocandam vel etiam modo theatrico. dicit gl. vt ballatas vel huiuſmodi, de hoc etiam diſt. ead. capit. in ſancta. De organis vero dictum eſt ſupra in titu. de artificibus. Alber. etiam dici quod muſica & cantus ex quo nunc ſunt communiter in malum ideo perſonæ eccleſiaſticæ depoſuerunt quia in ſignis gaudii non eſt communicandum cum peccatoribus. Franciſcus Petrarcha Florentinus Poeta, in libro de remediis formæ vtriuſque refert quod Athanaſius prohibuit cãtus fieri

Pulchra diſtinctio.

Nota.

Euagatio qñ ẽ peccatũ.

4. parte. diſt. 15.

Qualis debet eẽ eccl̃ę cãtus.

fieri in ecclesia tẽpore officii diuini ad remouendum videlicet leuitatẽ & vanitatẽ quæ inde oriuntur, aliquando in mentibus cantãtium & audientium. Vnde Greg. di. 112. c. in sancta dicit. Plerunq; fit vt dum blanda vox quæritur congrua vita negligatur: & cantor minister Deum moribus stimulat: cum populũ vocibus delectat. Sed Ambr. & Grego. instituerunt cantum in ecclesia ad excitandũ deuotionẽ. Aug. autem in li. confes. dicit Quotiens me plus delectat cantus, quam verba fateor me peccare. Nota secundũ Hug. de san. Vict. q. tres sunt species sonorum qui tres modulos. faciunt: fit enim sonus pulsu, voce, & flatu. Pulsus pertinet ad cytharam: flatus ad tubã & organum: vox ad cantũ: hæc antiquus populus in laudem exercebat Dei. Hæc cõsonantia sonorum potest assignari concordiæ morum, scilicet ad populum cytharę manus operatio. ad flatum organi mentis deuotio. ad cantum vocis sermonis exhortatio referatur Ber. Frangis vocem. frange voluntatem.

Quatuor sũt tẽpore.

seruas consonantiam vocum seruа consonantiam morum. Et nota secundum Guil. Du. in i. rationalis diuinorum officiorum, qđ sicut annus solaris habet quatuor tempora. s. hyemẽ: ver: æstatem: & autumnũ: ita & magnus totius temporis ab Adam vsq; ad finem mundi annus quatuor temporum varietate mensuratur. Primum tempus fuit deuiationis in humano genere ab Adam vsque ad Moysen: hoc tempus quia fuit cęcitatis & ignorantiæ: bene concordat hyemi obscurę. Secundum, tempus fuit reuocationis seu renouationis a Moyse vsq; ad Christi natiuitatem & hoc cõcordat cum vere quod habet aliquid luminis & multum obscuritatis: & sic homines edocti fuerunt per legem: sed in figuris erant. Tertiũ tempus fuit reconciliationis seu visitationis a Christi natiuitate vsque ad ascensionẽ eius & hoc cõcordat ęstati in qua claritas regnat. Quartum est peregrinationis ab ascẽsu Christi vsque in diem iudicii: & hoc concordat autumno qui habet aliquid obscuritatis: sed amplius luminis. Hæc quatuor tempora repræsentat ecclesia singulis annis in diuinis officijs. Tempus deuiationis in quo mors regnauit repræsentatur a. 70. vsque ad pascha: recolens casum & pœnam primorum parentum, propter eorum culpam. Vnde cantica lætitiæ subticet. Tempus reuocationis repræsentatur ab aduentu domini per quem omnia renouata sunt vsque ad natale. Tempus reconciliationis ab octauis paschæ vsque ad Penthecostes octauam. Tempus peregrinationis ab octauis Penthecostes vsque ad aduentum domini. Et quia per aduentum domini omnia renouata sunt: ideo in honorem eius ecclesia ab aduentu incipit diuina officia. Et dicitur officium quasi efficium vnicuique enim conuenit efficere officium suum. Isi. congruitas vniuscuiusq; personę secundum morem ciuitatis vel institutę professionis. De psalmis Dauid Augustin. lib. 17. de ciui. Dei ait. Dauid vir in canticis eruditus harmoniam musicã non vulgari voluptate: sed fideli voluntate dilexit: eaque Deo suo mystice rei magnæ figuratione seruit diuersorum enim sonorum rationabilis moderatusque concentus concordi varietate compactam bene ordinatę ciuitatis, Dei ciuitatẽ insinuat. Dionysius de Angelica hierarchia. Psalmorum sacra oratio & omnis agiographia ad deificationem animorum & nostrorum oportune narrat cõtinua quo sacratissimorum hymnologia animales nostros habitus coadunare disponit. Vincẽti. in spe. histo. li. iij. c. 72. de. eo sic ait. Hic dicitur eximius prophetarum: quia nõ solum futura de Christo prędixit: sed etiam ipsum de semine suo nasciturum promissum annuncia uit & soliloquia, ideſt psalmos vel hymnos qui solitudinem mentis exigunt: vtpote qui omni affectu spirituali & diuina contemplatione pleni sunt deuotissime decantauit domino. De quibus Apostolus ad Eph. 5. c. Implemini spiritu sancto loquentes vobisipsis in psalmis & canticis spiritualibus. vt patet quia frequentatio eorum carnalia desipere facit: & mentes psallentium spirituali deuotione reficit: tristitiam quoque ęculi & fastidium boni ab animis repellit dicente. Iac. Apost. 5. ca. Tristatur aliquis ex vobis oret æquo animo & psallat. hæc ille. Hiero. in epistola ad Pauli. Dauid Simphonides noster Pindarus & Alcheus Flaceus quoq, Catullus, atq; Serenus. Et Orpheus Christum lira personat: & in de cacordo psalterio ab inferis suscitat resurgentem. Fuerunt prędicti quorum nomina hic ponit Hiero. poetæ antiqui suauiter loquentes: sic Dauid suauissime metrice psalmos edidit secũdum Hiero. & secundum Augu. & omnes psal. cl. ipse composuit; quamuis Nico. de Lira dicat nõ omnes ipsæ Dauid sed aliquos. alios autem Asaph & Vdithum. & quosdam alios edidisse. Nico. etiam dicit Dauid summum prophetarum ex hoc quia copiosius mysteria Christi descripsit quam aliquis alius propheta. Omnes autem prophetæ ad Christum ordinabãtur in suis prophetijs, sed Tho. 2. ij. q. 174. art. 4. in Respon. ad primum dicit

Officiũ dicitur.

De laude Dauid.

Prophetarũ dr.

dicit Moyſen ſimpliciter fuiſſe maximũ prophetarum ex eo quòd clarius diuina conſpexit: quia diuinam eſſentiam clare vidit: tum quia copioſius quæ procul ſunt a noſtra cognitione. Vnde propheta dicitur ſcilicet procul fans: quia de præteritis. vt de creatione mundi & patriarchis. de quibus in Gen. agit & de præſentibus occultis: & de futuris: vt Chriſti myſteriis prędixit: tum quia & miraculis multis quę ex parte Dei dicebat occulta confirmauit: qđ aliquo modo etiam ad prophetiam pertinet per ipſum etiam legem dedit Deus. Sed Dauid fuit maximus prophetarum ſecundũ quid, i. quantum ad myſteria Chriſti: de quibus copioſius quàm alij prophetauit huiuſmodi pſalmis propterea magis aſſumpſiſſe in officiis diuinis. vt in miſſa & horis canonicis quæ quotidie dicuntur, q̃ verba aliorum prohetarum. tum quia modo oratio loquitur communiter: & ſi aliquando modo narratiuo. vt recolendo geſta per populum illum. vt in pſal. Confitemini & Attendite. & huiuſmodi. hoc agit vt in oratione diſcamus beneficia Dei reddere colere & Deo gratias agere. bella lapſus & profectus ſpiritualia intelligendo Deo humiliari &c. tum ẽt quia de myſteriis Chriſti plenius loquitur: quem maxime in orationibus debemus meditari: & ipſum opere imitari. & modo diſtinctiori quia per verſus, & compẽdic ſiori quia in pauciſſimis verbis multæ & magnę ſententiæ in diuerſis materiis comprehenduntur in quibus intellectus poteſt ſe diffundere. tum ad inducendum peccatores ad ſpem veniæ: dum eius dicta qui maximũ peccatum commiſit. vt adulterium & homicidium conſiderant: cum magna veneratione haberi. & reuerſum ad pœnitentiam Deus ſuſcepit: nec ſpiritu prophetię priuauit. Sed & ſi iuſti eius exemplum multum habent timere: qui tm̃ virum ſpiritu prophetico plenum. de quo dns dixerat per Samuelem prophetam 1. Reg. 13. c. Inueni hominem ſecundum cor meum: ita ſubito in ſceno luxuriæ demerſum. Et intelligatur quia omnis homo mendax, ideſt, ex ſe aptus ad omne peccatum.

¶ *De cerimoniis miſſæ & expoſitionibus ſuis. Capitulum 5.*

Miſſam inſtituit dns Ieſus.

INter omnia officia quæ aguntur in eccleſia nil dignius eſt & ſolemnius miſſa & de hac nunc agendum. Vbi ſciendum prout dicitur in rationali diuinorum officiorum. Miſſam inſtituit dominus Ieſus quãdo panem & vinum in corpus in ſanguinem ſuum tranſmutauit dicens. Hoc eſt &c. hoc facite in meam commemorationem. Matt. 26. Hanc miſſam aduxerunt apoſtoli dicentes non ſolum verba præmiſſa. verum etiam orationem dominicam ſuperaddentes. vt in can. de conſecr. diſtin. 1. c. Iacobus frater domini dr̃. Iacobus frater domini epiſcopus Hieroſolymitanus. & Baſilius epiſcopus Cęſarienſis tradiderunt nobis ordinem celebrandi miſſam: quod intelligendum eſt quoad quædam. non quo ad oſa. Et dicitur ipſę Iacobus apoſtolus primus miſſam celebraſſe vel ſaltem pontificaliter. Subſequenti vero tempore epiſtola tantum, & euangelio recitatis miſſa celebrabatur. Introitus dicitur principium miſſę. quia dum caniẽ ſacerdos miniſtraturus ad altare intrat. vel quia repreſentat introitũ filii Dei in mundum. Et quia ſancti patres & prophetæ ante aduentum Chriſti ſuſpirantes præmiſerunt deſideria, opera, & laudes: ad hoc inſinuandũ in principio miſſæ dicitur introitus ſeu antiphona deſignans deſiderium patrum. Exinde verſus & communiter de pſalmis Dauid. Et ſignificat opera. & ideo verſus dicitur. quia verſionem ad opus vel ad introitum ſignificat. Poſt operationem danda eſt gloria Deo trinitati. Vnde ſequitur. Gloria patri & fi. & ſpirituſſ. quæ dici in officio eccleſiaſtico inuentum fuit a Hiero. ſed ſtatutum a Damaſopa. reſumitur introitus ad exprimẽdum magnitudinẽ deſiderii Chriſtum expectantium.

Expoſitio miſſę moralis & narranda.

Dum autem introitus dicitur epiſcopus uel ſacerdos de ſacra ędeegreditur indutus ſacris deſignans Chriſtum: quia aſſumpta carne in mundũ intrauit, Diaconus antecedens eum deſignat legem & prophetiam. Subdiaconus deſignat ſcribas ſeu legiſdoctores vel ẽt Ioannem Baptiſtam pręcurſorẽ. Ceroferarii cum luminaribus apoſtolos & diſcipulos eius. Vel melius. diaconus & ſubdiaconus apoſtoli. & 72. diſcipuli. Ceroferarii. lex & prophetia ante oẽs hos altare ad quod accedit ſignificat eccleſiam: oſculum altaris coniunctionem per dilectionem cum ea. Duo cornua altaris ſignificant duos populos, ſcilicet Iudaicum, & Gentilẽ. Et quia primo venit ad iudęos. Ideo prius officium ſacerdos dicit in dextra parte altaris. quia ſignantur per dextrum cornu altaris propter cultum veri Dei. Et exinde vadit ad ſiniſtram. cum dr̃ euangelium: quia ad gentilem populum tranſiuit deſignatum per ſiniſtrum cornu. & hoc per prædicationem euangelicam: tandem reuertitur ad dextrum circa finẽ miſſæ: quia iudęi a quibus nunc remota

mota est fides euangelij tandem circa finem mundi conuertentur ad Christum. Lectio epistolæ significat prædicamentum Ioã. Bapt. vel pronunciationem legis & prophetarum, præcedit autem vnus tm acholitus subdiaconum, quia pauci secuti sunt prædicationem Ioan. & neminem ad perfectum perduxit lex. Voluit autem subdiaconus faciem ad altare, quia prædicatio Ioannis & lex & prophetia ad Christum ordinabatur significatum per altare. Et dicitur epistola græcè latinè supermissio, missa est enim ab apostolis supra legem & euangelium, dum autem legitur epistola sedendum est, quia doctrina in silentio quiete audienda est. Post epistolam sequitur graduale seu responsorium quod pertinet ad opera vitæ actiuæ, vt notetur nos operibus respondere his quæ audiuimus in epistola. Dicitur & responsorium, quia graduale & versus respondere debet in materia de qua ibi agitur. Deinde dicitur euangelium quòd latinè dicitur bonum nuncium, & significat hoc prædicatores noui testamenti. Summit autem euangelium de altari, ideſt a verbo Dei benedictionem petit, quia nemo debet prædicare nisi missus. Legitur autem euangelium in sinistra parte, quia euangelium transiuit ad gentes per sinistrum designatas. Supponitur autem pulpito, vbi legendum est euangelium, puluinar, quod designat temporalia quæ debentur prædicatoribus ministrari vel suauitatem doctrinæ Christi. Duo acolyti cum cereis signant vel discipulos binos quos Christus misit ante se presentes corruscationes miraculorum & odorem virtutum, vel famam & virtutem Christi præcedentia eius doctrinam. Tenet autem diaconus faciem versus aquilonem ad innuendam, quod doctrina euangelica ordinatur ad expellendum diabolum. Est autem audiendum stando non sedendo, vt de conse. dis. 1. apostolica, vt promptitudo notetur ad seruandum fidem & doctrinam Christi. Capite aũt discooperto ad insinuandum intentionem magnam & reuerentiam magnam. Hæc omnia prædicta extracta sunt in libr. Guil. Du. qui dicitur rationale diuinorum officiorum. ¶ Quia in hoc sacramento quod in missa perficitur secundum Tho. in 3. par. q. 83. ar. 4. in corpore, totum mysterium nostræ salutis comprehen ditur, ideo præ cæteris sacramentis cum maiori solemnitate agitur. Et quia in sacramentis aliquid dupliciter significatur. s. verbis & factis ad hoc vt sit pfectior significatio. Hinc est quòd in celebrationem huius sacramenti

Sacra q̃d signi ficant.

seu in missa quædam debentur & aguntur ad repræsentandum Christi passionem, quędam corporis Christi mystici dispositionem quod significatur in ipso sacro quędam pertinentia ad ipsius sacramẽti reuerentiam & deuotionem, vt patebit infra. Et quia ſm Thom. in 4. dist. 8. in expositione literæ circa prin. Omnis nostra operatio a Deo debet incipere, & circulariter in ipsum terminari, ideo officium missæ incipit ab oratione, & terminatur in gratiarum actionem. Vnde tres partes habet principales principium. s. orationis ipsius, quæ durat vsq; ad epistolam, medium. s. celebrationis ipsius, quæ durat vsq; post communionem, & finem videlicet gratiarum actionis exinde vsque in finem.

¶ Quantum igitur ad orationẽ quæ pertinet ad principium præparatur populus ad eam per ea quæ præmittuntur tripliciter, videlicet. Primo per deuotionem quæ excitatur in introitu missæ. Vnde dicitur aliquid pertinẽs ad laudem diuinam vel pertinens ad solemnitatem in cuius deuotionem populus congregatur, & sumitur hoc vt plurimum de ps. vel saltem cum psalmis cantatur, quia vt dicit Diony. de cœlesti hierarchia psalmi per modum laudis cõpræhendunt quicquid continetur in sacra scriptura. Et ſm Guil. Dur. Cęlestinus papa inuenit introitum. Secundo prępraratur populus âd orationem per humiliationem quę fit per Chyrieeleison, q̃ est nomen gręcum, & latinè est domine miserere. Misericordiam autem petens misericordiam profitetur, & dicitur ter pro persona patris, & ter pro psona filij scilicet Christe eleyson, & ter pro persona spiritussancti scilicet Chyrie eleyson, contra triplicẽ nostram miseriam scilicet ignorantiæ, culpæ, & pœnæ. Et quia quælibet persona diuina in se consideratur, & in ordine ad alias duas, vel etiam dr̃ nouies propter nouẽ ordines angelorum. Et secundum Guil. dominus Siluester papa statuit a populo & clero dici, sed postea Greg. solum a clero. Tertio præparatur per rectam intentionem quæ ad cœlestem gloriam dirigenda est quæ omnem rationem humanam excedit. Et hoc fit per Gloria in excelsis Deo, quòd cãticum chorus prosequitur sacerdote inchoante. Et ideo non dicitur nisi in solemnitatibus quæ cęlestem repræsentant solemnitatem. In officiis vero luctus intermittitur vt a 70. vsque ad pascha & alijs feria libus diebus. Et secundum Guil. duram, residuum eius quòd dixit angelus post bonę voluntatis, composuit Hilarius episcopus, vel

§. 1.

Deuotio habẽdæ in missa.

secun-

secundum alios Theleſphorus Papa. Sed Sim machus Papa ordinauit in feſtis dici vbi pri us tantum in natali dicebatur. Deinde ſequi tur oratio ad Deum pro populo fuſa vt digni habeantur tantis myſteriis quã ſacerdos pu blice proponit præmiſſo dominus vobiſcũ, quod ſumitur de Ruth. c. 2. Pontifex autem dicit. Pax vobis gerens typum Chriſti qui di ſcipulos poſt reſurrectionẽ ſic allocutus eſt & vertit ſe ad populum. Vbi nota quòd quĩ quies in miſſa ſe ad populum ſacerdos vertit ad ſignificandũ quinque apparitiones Chri ſti in die ſuę reſurrectionis. Sed ſepties ſalu tat, quinquies vertendo ſe ad populum & bis verſus altare & deſignat ſeptiformen gratiã ſpiritus ſancti quam populo optat. Et ſecun dum Guil Du. Gela. Papa orationes a ſe vel ab aliis factas ordinauit, ſed Grego. ſecluſis ſuperfluis rationabilia coadunauit addens & alias. Et dicit collecta, quia ſacerdos quaſi colligens intentionem populi ad Deum por rigit. Terminãtur autem per dominum &c. tanquam per merita humanitatis eius ſcili cet Ieſu Chriſti domini noſtri exaudiendę.

§.2 ¶ Quantum ad medium miſſę ideſt celebra tionem. Nota ſecundum Tho. diſt. 8. in 4. in expoſitione litterę circa medium, quod iſta ſecunda pars habet etiam tres partes.

¶ Prima eſt populi inſtructio vſque ad offer torium.

¶ Secunda eſt materiæ oblatio vſque ad præ fationem.

¶ Tertia eſt ſacramenti conſummatio vſque poſt communionem. Primum ideſt inſtruc tio fit per verbum Dei, quod a Deo per mi niſtros ſuos ad populum puenit, & ideo quæ ad inſtructionem populi pertinent nõ domi nantur a ſacerdote, ſed a miniſtris. Miniſte rium autem verbi Dei eſt triplex. ¶ Primum eſt auctoritas quod competit Chriſto qui di citur miniſter. Ro. 15. Erat enim in poteſta te docẽs. Matth. 7. ¶ Secundum manifeſtæ ve ritatis, quòd competit prædicatoribus noui teſtamenti, de quibus dicitur 2. Cor. 3. Qui idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti &c. ¶ Tertium figurationis quod competi prædicatoribus veteris teſtamẽti, & ideo dot ctorinam Chriſti proponit diaconus. Et quia non ſolum eſt homo ſed etiam Deus, ideo diaconus præmittit. Dominus vobiſcum, vt ad ipſum quaſi ad Deum homines attẽ tos faciat. Doctrina vero prædicatorum no ui teſtamenti, proponitur per ſubdiaconũ. Nec obſtat quod aliquando ab eis aliquid le gitur loco epiſtolę de veteri teſtamento, qa prædicatores noui teſtamenti etiam vetus, prædicant. Doctrina vero prędicatorum ve teris teſtamenti per inferiores miniſtros le gitur, non ſemper, ſed illis diebus quibus cõ figuratio noui & veteris teſtamenti præcipue deſignatur, vt in ieiuniis quatuor tempo rum. Et quando aliqua celebrantur, quę in veteri figurata ſunt vt natiuitas, baptiſmus, paſſio, & huiuſmodi. Et quia vtraque doctri na ordinat ad Chriſtum, & eorum qui præi bant, & eorum qui ſequebantur, vt patet, Matth. 21. cap. ideo doctrina Chriſti præpo nitur quaſi finis, & ſecundum Guil. Du. euã gelia & epiſtolas in miſſa dici quis primo ſta tuerit certum non eſt. Hiero. tamen ipſa & alia quæ de veteri & nouo teſtamento habẽ tur in eccleſia in miſſis & officiis magna ex parte ordinauit præter cantum. Et Dama. Papa approbauit & ſeruari mandauit. Addi derunt cantum. Gela. & Grego. & alii. Ex doctrina autem nos ordinante ac Chriſtum ſecundum Tho. in 4. diſtin. 8. in expoſitione litteræ, circa medium duplex effectus ſequi tur in nobis quo etiam præparatur ad doctri nam Chriſti ſcilicet profectus virtutum qui per graduale ſignificatur. Dicitur enim a gradu quo aſcenditur de virtute in virtutẽ vel a gradibus altaris ante quos dicitur. Et exultatio habita de ſpe æternorum quod in ſinuat alleluia. Vnde & replicatur propter, ſtolam animæ & corporis. In diebus vere ferialibus & officiis luctus intermittitur alle luya & loco eius dicitur tractus qui aſperita te vocis & prolixitate verborum præſentis, miſerię incolatum inſinuat. Quare autem alleluya & gloria in excelſis Deo intermitti tur a 70. vſque a paſcha ratio ponitur, de cõ ſe. diſt. 1. hi duo ſcilicet propter lapſum ho minis & miſeriam incolatus huius. Tempo re autem reſurrectionis duplex alleluya dici tur propter gaudium reſurrectionis capitis & membrorum. Et ſecundum Guil. gradualia ſeu reſponſoria cum alleluya compoſuerũt Gelaſi. Amb. & Greg. & ad miſſam cantari inſtituerunt. Et interprætatur alleluya q̃ eſt nomẽ hębraicum, latine laudate dominum vel Deum. Loco autem neume in magnis ſo lemnitatibus ſtatuit. Nicol. Papa cantari ſe quentias, & dicitur neuma vox non ſignifica tiua, cantus ſcilicet ille qui fit in fine alleluya ſuper vltimum a. continens plures notas & ſignificat gaudium vitæ æternæ q̃ nullis ver bis põt exprimi. Effectus autẽ doctrinæ euan gelicæ qui poſſet dici tertius effectus reſpectu duorũ præcedentium eſt confeſſio fidei ſm

Tho.

Tho. in 4. dist. 8. in expositione litteræ circa medium & hoc innuitur per symbolum seu credo quod post euangelium dicitur. Et quia supra rationem est fides a sacerdote in choatur symbolum fidei & chorus prosequitur. sicut etiam & gloria in excelsis. vbi & spes significatur seu erigitur & Pax domini ibi charitas insinuatur a sacerdote inchoatur. quia ista a Deo sunt in nobis. Non autem dicitur symbolum nisi in solemnitatibus. de quibus fit mentio in symbolo, sicut in natiuitate. resurrectione & huiusmodi. vel de his qui fundauerint fidem vt apostoli. Et istud symbolū fuit editum in concilio. Et secundum Guil. Du. mandauerunt in missa dici Dama. pa. & Marcus Papa Symbolum aliud minus quod dicitur secretè in prima & completorio ediderunt apostoli. Aliud vero. Quicunque vult saluus esse Athanasius edidit. & ecclesia approbauit. & diebus dominicis in prima dicistatuit.

§. 3. ¶ Secundum pertinens ad celebrationem sacramenti est materiæ consecrandæ oblatio & hoc cōtinet tria secundum Tho. in 4. prēmittitur enim offerentium exultatio quasi præparatoria. & hoc in offertorio quod dicitur. Hilarem enim datorē diligit Deus. ij. ad Cor. 9. c. Et secūdum Guil. Du. quis instituerit offertorium ignoratur. Et dicitur offertoriū a ferta quod est oblatio. quæ in altari offertur: vel quia dum offerenda cantatur, sacerdos accipit oblationes a populo & hostias a ministris. Et nota q̄ vsque ad istum locum dicitur missa cathecuminorum quia vsque ad istū passum cathecumini stant in ecclesia, & postea emittuntur de ecclesia & similiter pagani & iudei. vnde de cōse. di. j. c. episcopus dicitur. Episcopus nullum prohibeat ecclesiam ingredi & audire verbum Dei: siue gentilem, siue hæreticum, siue iudæum: vsque ad missā cathecuminorum. Cathecumini dicuntur q̄ erudiuntur in fide antequam baptizentur. Hæretici tamen ratione excommunicatiōis non possunt in diuinis adesse, sed tantum p̄ dicationi. Exprimitur secundo ipsa oblatio dum dicit. Suscipe sancta trinitas &c. vbi petitur vt populi oblatio sit Deo accepta. vnde. j. paral. 29. c. Dauid dixit. Ego in simplicitate cordis mei obtuli vniuersa &c. Exinde sacerdos thurificat altare, quod non facit quasi vtens cerimoniali præcepto legis sed ecclesiæ statuto secundum Tho. in 3. parte. q. 82. ar. v. ad secūdum. statuit aut hoc ecclesia & ob reuerētiam sacramenti. vt. s. propter bonum odorem depellat quicquid corporaliter prauī odoris esset in loco quod posset prouocare horrorem. Et etiam fit hoc ad repræsentandū effectum gratiæ, quā sicut bono odore Christus plenus fuit, & a Christo deriuatur ad fideles officio ministrorum, Et ideo vndique thurificato altari per quod Christus significatur, thurificantur omnes per ordinem Exin delauat sibi manus sacerdos, tum ob reuerētiam sacramenti vt mundius tractet, tum ad significandum emundationem etiam a minimis peccatis, quæ congruit accedēti ad hoc sacramētum propter quod etiam fit confessio generalis publice ante introitum. Petitur tertio oblationis acceptio p̄ orationes secreto dictas. hoc enim est sacerdotis tātum Deū orationibus placare, ad quod sacerdos se prēparat per humilitationem dicens. In spiritu humilitatis. Et quia hęc prædicta exigūt mētis erectionem ad Deum, ideo omnibus tribus nō prēmittitur. Dominus vobiscū, sed loco eius quādo oratio secreta facienda est, dicit. Orate fratres. Et dicuntur ille orationes sequentes secretæ secundum Guil. quia submisse sunt dicendæ. Et hoc tum ne vilescat officium missæ sic omnibus manifestatū tum vt deuotius oret sacerdos ne habeat occasionem cogitandi placere populo in prolatione, tum ad significandum orationes Christi secreto factas tempore passionis, tum q̄a ipse silens fuit in passione.

§. 4. ¶ Tertium pertinens ad celebrationem est sacramenti consummatio. Et hoc cōtin et tria

¶ Primo prēparationem.

¶ Secundo sacramenti perfectionem.

¶ Tertio sumptionem eius.

¶ Præparatio autem populi & ministrorum & sacerdotis tantum ad sacramētum per deuotam laudem dei fit. Vnde in præfatione in qua continetur dicta præparatio tria continetur. Primo populi excitatio ad laudem Dei, vbi sacerdos dominus vobiscum dicit. quod ad totam istam partem referendum est. inuitat ad mentis rectionem dicens. Sursum corda. vbi dicit Cip. de conse. dist. 1. cap. quādo. Quando stamus ad orationē fratres dilectissimi inuigilare & incumbere ad præces toto corde debemus, cogitatio hominis carnalis & secularis abscedat, nec quicquā tūc animus aliud quam id solum cogitet quod præcatur & ideo plebes respondet. Habemus ad dominum, quo admouetur populus nil se aliud cogitare quā Deum debere. Deinde ad gratiarum actiones dicēs. Gratias agamus domino Deo nostro. ¶ Secūdo Deū implorat ad laudem suscipiendum, ostendens laudis debitū

dicens.

dicens. Vere dignum. ratione dominij. Vnde subdit domine sancte. Et iustum ratione paternitatis. Vnde subditur. Pater omnipotens. æquum ratione diuinitatis. Vnde subdit. Aeternæ Deus. & salutare ratione redemptionis. vnde sequitur. per Christum dominum nostrum. Quandoque vero adiungitur aliqua laudis materia secundum congruentiam solemnitatis. vt qui post resurrectionem & huiusmodi. Et notat Guil. Du. quòd præfationes hymnos & tractus Gela. papa cõposuit & cantu & elimato sermone dictauit. Et de consec. dist. 1. inuenimus ponuntur nouem prefationes. s. de Resurrectione Christi: de Ascẽsione: de Penthecoste: de Trinitate: de Natiuitate Domini: de Epiphania: de Cruce seu Passione: de Apostolis: & de ieiunio in 40. Sed Vrb. pa. addidit decimã. s. de beata Virgine. Proponitur etiam exemplum laudis, scilicet in angelis dum subditur. per quem maiestatem tuam. &c. Tertio populus laudes exoluit: & diuinitati assumeus verba angelorum scilicet Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus sabaoth &c. Esa. 6. Sabaoth nomẽ est hæbraicũ: & latinè interpretatur exercituum vel militiarum. s. angelorum. vbi etiam exprimitur mysterium trinitatis personarũ: quia dicitur ter sanctus. & vnitas essentiæ quia dominus Deus & præsentia diuinæ maiestatis quia pleni sunt &c. Exoluit etiam laudes humanitati Christi dicẽs cum pueris hæbreorum. Benedictus qui venit &c. Mat. 21. Osanna hębraicum nomen est & latinè interpretatur obsecro salua: & secundum Guil. Sixtus pa. istud sanctus statuit dicendum. ¶ Secundum pertinens ad sacramenti consummationẽ est eius professio seu confectio. Et hæc pars diuiditur in tres partes secundum tria quę pertinent ad integritatem sacramenti. Aliquid. s. quod est sacramẽtum tantum. s. materiæ oblatæ benedictio. & aliquid quod est res & sacramẽtum scilicet corpus Christi verũ. & aliquid quod est res tantum. Et secundum Guil. ne muscę venientes, ideſt vanæ cogitationes perdant suauitatem unguenti, ideſt orationes dici posse: & ne auditoribus tedium generetur. non tamen nimis festinanter. ne sacrificium fiat sine sale discretionis: & deuotionis. Debet etiã legi in lib. ne vllus error contingere possit: dicitur autem totum illud. s. a Te igitur vsq, ad communionem canon. quia regulis patrum compositus est. Canon enim græcè latinè regula dicitur. quia per hunc fit regulariter consecratio sacramenti. Quantum ad primum petit sacerdos oblationes benedictionem di. Te igitur clementissime &c. Et quòd se inclinans hæc dicat: significat humilitatem & obedientiam ex qua Christus passus est. Et benedicas hęc dona quę nobis a Deo data sunt: hæc munera: quæ scilicet Deo a nobis oblata: sacrificia ad nostram salutem Deo a nobis sacrificata. i. illibata dicũtur, ideſt incorrupta: & quo ad materiam: quia materia debet esse apta: & quoad rem commendã. i. corpus Christi: & quoad corpus Christi mysticum ibi significatum. Et no. secundum Thom. in 3. par. q. 83. ar. 7. ad 3. quòd in celebratione missæ, & præcipue ab isto loco vsque ad Pax domini vtitur sacerdos frequenter crucis signatione ad exprimendam passionem Christi quæ est ad crucem terminata. Est autem passio Christi quasi quibusdam gradibus peracta. ¶ Nam primo fuit Christi traditio, quæ facta fuit a Deo: a Iuda & a iudęis. Et hoc signat trina crucis signatio super ista verba hæc dona. Secunda fuit Christi venditio: quæ facta fuit sacerdotibus: scribis: & pharisęis. ad qđ designandum fit ierum trina crucis signatio super illa verba. Benedictam. &c. Additur autẽ duplex consignatio super illa verba. vt corpus &c. ad designandum personam venditi & venditoris. Tertio fuit præsignatio passionis Christi facta in cęna ad quod designãdum fiunt duæ cruces. vna in consecratione corporis: alia in consecratione sanguinis. Quarto fuit passio ipsa Christo exhibita. vnde ad designandum quinque plagas Christi fit quintuplex crucis signatio super illa verba. Hostiam puram &c. Quinto repręsentatur extẽsio corporis in cruce: & effusio sanguinis & fructus passionis fit triplex consignatio super illa verba corpus, & sanguinem sumpserimus omni benedictione &c. Sexto repręsentatur triplex oratio quã fecit in cruce. Vnam pro persecutoribus. cum dicitur Pater ignosce. Luc. 22. cap. Aliam pro liberatione a morte cum dicit. Deus meus. Luc. 23. c. &c. Tertiam pro adeptione gloriæ. cum dixit. Pater in manus tuas. Luc. 23. c. &c. Et ad hoc si trina crucis signatio super illa verba. Sanctificas &c. Septimo repræsentantur tres horæ quibus stetit in cruce. s. a sexta vsq; ad nonam. Et ad hoc significandum fit trina crucis signatio ad illa verba. Per ipsum &c. Octauo repræsentatur separatio animæ a corpore per duas cruces subsequens factas extra calicem. Nono repræsentatur Christi re surrectio tertia die facta per tres cruces, quæ fiunt ad illa verba. Pax domini &c. hæc Tho. 3. par. q. 83. ar. 4. & 5. Reuertendo ad superiora post

Canon expedite dicat.

Canonis expositio.

Ad. 3.

ra post quàm sacerdos petijt benedictionem obligationis dicit. Hæc dona &c. Deinde petit salutem pro offerentibus & his pro quibus offertur cum di. In primis &c. Vbi primo commemorat eos pro quorum vtilitate offertur hostia, tanquam ad generale statutum ecclesiæ quanquàm ad speciales personas. ibi. Memento. Orat ergo primo ſm Guil. Du. pro ecclesia catholica, ideſt vniuersali. Secundo pro papa cum dicitur. Vna cum famulo tuo &c. quę verba addidit Clemens papa. Tertio pro episcopo suo. cum dicitur. Antistite. Antistes tamen ipsæ celebrans non debet ea dicere. Et in Roma etiam debet non dici antistite: quia antistes illius ciuitatis est papa ipsæ iam dictus. Quarto pro rege. Orare autem pro rectoribus docet Apost. 1. Timoth. 2. Potestas eius est duplex, scilicet ecclesiastica, & secularis. dist. 96. duo. Quinto orat pro omnibus orthodoxis: quod nomen est græcum: & interpretatur recte glorians. Orthodoxus qui scilicet Deum rectæ fidei confessione glorificat. Quantum vero ad speciales personas dicit. Memento domine &c. vbi potest orare silenter pro quo vult vno vel pluribus. non tamen debet hoc orare pro aliquo defuncto: qa pro defunctus oratur in secundo memento. & cum Deus nihil ignoret vel obliuiscatur. dicitur tamen ei & recordetur, scilicet ad miserendum. Oratur & pro circunstantibus cum dicitur. & omnium circunstantium. vbi ostenditur vtilitas magna in audiendo missam: cũ pro illis specialiter oretur. Hæc omnia Guil. Du. Et quia citius exauditur iustus, quàm peccator. ideo quantum ad orationes melius est audire missam boni sacerdotis, quàm mali. cęteris paribus secundum Alber. quamuis quantum ad virtutem sacramenti, & ministerij publici non fit differentia inter bonum, & malum ministrum 1. q. 1. intra catholicam. Et nota quòd de conse. dist. 1. de nominibus. cum glo. eius dicitur quòd non debet nominari is pro quo oratio fit: nec in missa: nec in oratione eius: vel sacrata missa. Secundo secundum Tho. in 4. dist. 8. in expositione literæ commemorat eos in quorum offertur reuerentia ibi. Communicantes. &c. Et ponitur virgo quæ Christum in templo obtulit. Apostoli qui ritum offerendi nobis tradiderunt. Martyres qui seipsos Deo obtulerunt: non autem confessores. quia de eis antiquitus nõ solẽnizabat ecclesia. vel quia non sunt passi sicut Christus: cuius passio hic recolitur. Et secundum Guil. Du. communicantes addidit canoni. Siritius papa. Et in hanc commemorationem sanctorum seruat ecclesia quod antiquitus agere consueuit, vt scilicet in orationibus suis recolat patrũ memoriam quatenus eorum meritis suffragantibus facilius obtineat quod implorat. Sicut Moyses orando interposuit memoriam patrum dicens. Recordare Abraham Isaac, & Iacob. &c. Exod. 32. c. Tertio concluditur expresse quod petatur impetrandum dum dicitur. Hanc igitur oblatione &c. Et istud secundum Guil. Du. adiunxit. Leo papa vsque placatus accipias bea. vero Gregor. residuum vsque iubeas grege numerari. ¶ Quam oblationem. Hæc pars ad consecrationem pertinet quæ tria continet. Primo enim imploratur consecrantis virtus. Secundo perficitur consecratio. ibi. qui pridie. Tertio exprimitur rei consecratæ commemoratio ibi. vnde & memores. ¶ Quantum: igitur ad primum nota secundum Thom. in 4. quòd illa verba benedictam: ascriptam: ratam &c. possunt referri vno modo quantum ad id quod est in sacramento contentum, i. ad Christum qui est hostia. Vnde dicit benedictam ab omni macula peccati immunis. Ascriptam. i. præfiguratam figuris veteris testamenti: & prædestinatione diuina præordinata. Ratam: quia non est transitoria. Rationabilem propter congruitatem ad placandum. Acceptabilem propter efficaciam facere digneris tu. s. Deus pater. Alio modo possunt referri ad effectum. Vnde dicit benedictam per quam benedicimur: & ascriptam per quam cœlis ascribamur. ratam per quam in membris Christi censeamur. rationabilẽ per quam a bestiali sensu eruimur. acceptabilem per quam Deo accepti sumus. Possunt etiam referri ad ipsam hostiam quæ est sacramentum tantum. ¶ Quantum ad secundum, scilicet qui pridie quam pateretur &c. Hæc verba Alexander papa dicitur addidisse secundum Guil. Dur. & cum sacerdos dicit. accepit panem: debet sumere hostiam in manibus: quæ hostia de communi more fit rotunda in modum denarij secundum Guil. tum quia Christus qui ibi est post consecrationem: denariis venditus fuit. tum quia ipsæ vt denarius promittitur in prę miũ. tum quia forma sphærica designat æternitatem quam habet Deus. Et eleuatis oculis in cœlum &c. Nota quòd non reperitur in euangelijs Christum tunc eleuasse oculos in cœlum. nec etiam in consecrando sanguinem. dicit aliquis euangelista ipsum dixisse hæc duo: quæ ponuntur in forma consecrationis sanguis, scilicet noui & æterni testamẽti mysterium

Memoria viuorum.

Oro iusti fortior est q̃ peccatoris.

Aliqua sũt addita verbis cõsecrationis a sanctis.

sterium fidei: & nihilominus credendum est ipsum sic fecisse & duxisse. Nam forma ipsa tradita est ecclesiæ a beato Petro, & alijs apostolis qui consecrationi interfuerunt. vt dicitur in decre. extra de cele. mis. c. cum Marthę. ¶ Nec obstat quòd euangelistæ hoc non ponunt. Multa enim omiserunt scribere de his quæ fecit & dixit Christus. vt illud quod dicit Pau. Act. 20. vbi ait Christum dixisse: quia beatius est dare, quàm accipere. & quod narrat 1. Cor. 15. de Christo: qui visus plusquam quingentis fratribus simul & visus est Iacobo. s. resuscitatus. & Io. 20. & Tho. 4. sen. dis. 7. q. 1. ar. 1. q. 4. ad 5. ar. sic & ista omiserunt quę tñ fecit. vt dicitur in dicta decre. Benedixit & fregit &c. Nota secundum Thom. in 3. part. q. 78. art. 1. in respon. ad 1. q euangelistę non semper eundem ordinem in recitãdo seruauerunt: quo res gestæ sunt: vt patet per Aug. Vnde intelligendum est ordinem rei gestæ huiusmodi sic exprimi posse. Accipiens panẽ benedixit dicens. Hoc est corpus meum. Deinde fregit & dedit discipulis suis dicẽs. Hoc est enim corpus meum: sensus est: quod continetur sub his accidentibus, scilicet panis est corpus meum. Est autem secundum Tho. in 4. part. vbi sup. hæc conuenientissima forma. Oportet enim formam sacramenti significare id quod in sacramento efficitur. Vnde forma consecrationis panis oportet q̃ significet ipsam cõuersionem panis in corpus Christi. Non autem debuit significari talis conuersio in hac forma vt in fieri: sed vt in facto esse. Et ratio vna est: quia hæc conuersio non est successiua: sed instantanea. In huiusmodi autem commutationibus fieri non est factum esse. Et ideo &c. Illud enim est appositum sm morem Romanæ ecclesiæ traditum est a beato Petro. & hoc propter commutationem ad præcedentia. Forma consecrationis sanguinis est hęc. Hic est calix sanguinis mei noui & ęterni sacramenti mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionẽ peccatorum. Omnia ista secundum Thom. 3. parte. quęst. 78. ar. 3. sunt de substantia formę excepto, enim, Ponitur autem hic continens pro contento. Vnde sensus est. hic est sanguis contentus in calice: de quo hic fit mentio: quia enim sanguis Christi cõsecratur in hoc sacramento in quantum est potus fidelium quod non importatur in ratione sanguinis. ideo oportuit hoc designari per aliquid huic vsui accommodatum, scilicet, vt calicem noui & æterni testamenti. Exponit hic Inno. de cele. mis. c. cum Marthę. sic nouæ & æternæ promissionis confirmatur. Testamentum enim vt dicit Tho. est dispositio hæreditatis. Hæreditatem autem cęlestem Deus disposuit hominibus dandam per virtutem sanguinis Christi. Dicitur autem testamentum nouum ratione exhibitionis: quia in figura datur. vt in veteri testamento. Aeternum dicitur tam ratione hęreditatis: quam ratione ęternę Dei præordinationis. Mysterium fidei non ad excludendum rei virtutẽ: sed ad ostendendum occultationem quasi quoddam secretũ: quod sola fide tenetur & non cernitur. Et quia sanguis seorsum consecratus a corpore: expressius representat passionem. Ideo in consecratione sanguinis fit mentio de passione & fructu eius dum dicitur. qui pro vobis & pro multis &c. Pro vobis secũdum iudęis. vel pro vobis manducantibus & pro multis pro quibus offertur. Hæc quotiescunq; &c. non est de substantia formæ. Exprimitur tertio rei consecratæ commemoratio. Vnde dicitur. Vnde & memores &c. Quod autem post consecrationem sacerdos extendit brachia: designat extẽsionem Christi in cruce sm Thom. Quod aliquãdo leuat manus in orando: designat quòd oratio eius dirigitur pro populo ad Deum. q̃ aliquando manus iungit & inclinat: signat humilitatem & obedientiam Christi in passione. Digitos autem iungit post consecrationem. s. pollicem cum indice ob reuerentiam sacramenti: ne si qua particula digitis adhęsisset dispergatur, Supraq; propitio &c. Hic petit sacramenti effectum. Et primo petit sacrameutũ acceptari. quod est causa gratiæ dicens. Respicere digneris &c. Munera pueri tui iusti Abel &c. Vbi nota secundum Tho. q̃ licet hoc sacrificium pręponatur omnibus beneficijs antiquis. illa tamen fuerunt Deo acceptissima ex deuotione offerentium. sicut illa Abel. Secũdo petit dari ipsum donum gratiæ dicens. Supplices te rogamus &c. Vbi nota secundum Tho. quòd sacerdos non petit q̃ species sacramentales deferantur in cęlum: neq; corpus Christi verum: qđ ibi esse non desinit: sed petit hoc pro corpore Christi mystico quod in hoc sacramento significatur: vt. s. orationes sacerdotis & populi angelus assistens diuinis mysterijs: Deo repræsentet. Sublime altare Dei dr̃ vel ipsa ecclesia triumphans in qua transferri petimus. vel per angelum intelligitur tpe Christus: quia corpus suum mysticũ Deo patri coniungit: & ecclesię triumphanti. ¶ Tertio petit esse ętum gloriæ dari defunctis dicens. Memento dñe &c. De cõse. dist. 1. visum. Statutũ est vt in

Forma cõsecrationis.

omnibus missis fiat oratio pro defunctis, & hoc fit in isto passu generaliter pro omnibus sed in speciali potest secretè orare pro quolibet, quem tamen non credit dānatum. Vnde dicitur in Christo quiescentibus, cum autem dicit sacerdos, nobis quoq; peccatoribus, paulum expressa voce percutit pectus suum. Sic & publicanus percutiebat pectus. Luc. 18. Intonsione pectoris tria sunt scilicet ictus, sonus, & tactus. Et hoc quia peccamus cogitatione, locutione, & opere. Completur autem canon missę more aliarum orationū in Christo, ibi per Christum dominum nostrum &c. per quem hoc sacramētum originem habet, & quantū ad substantiam. Vnde dicit, creas propter esse naturæ. Sanctificas, propter esse sacramenti. Et quantum ad virtutem. Vnde dicit, viuificas, propter effectum gratiæ, quæ est vita aīæ. Benedicis propter gratiæ augmentum. Et quantum ad orationem siue vsum, vnde dicit, & præstas nobis. Tandem ponitur sacramenti perceptio ibi. Oremus præceptis &c. Et circa hoc primo ponitur præparatio ad ipsum communis, secundo specialis. Et communis est triplex. Primo enim ponitur sacramenti petitio, in ipsa oratione dominica, cum dicitur. Panem nostrum &c. Secundo percipientium expiatio per orationem sacerdotis dicentis. Libera nos &c. Tertio pacis adimpletio, ibi, pax domini. Hoc enim est sacramentum vnitatis & pacis. Et quia pacis petitio exuperat omnem sensum, ideo pacis petitio inchoatur a sacerdote, cum dicit pax domini, & a choro completur, cum dicitur. Agnus Dei, & sic tria a sacerdote incepta, chorus prosequitur scilicet Gloria in excelsis, q̄ pertinet spem. Credo in vnum Deum, quod pertinet ad fidem. Pax domini, quod pertinet ad charitatem. Petit autem populus misericordiam, quantum ad amotionem mali contra miseriam culpæ & pœnæ & pacem quantum ad consecutionem omnis boni, vnde ter agnus Dei dicitur. Hæc omnia Thom. in 4. dist. 8. in expositione litterę. ¶ Et nota quòd fractio hostiæ secundum Tho. 4. sent. dist. 12.

Fractio hostiæ.

q. 1. ar. 3. in corpore quæstionis, tria significat. Primo ipsam diuisionem corporis Christi quę facta est in passione. Secundo distributionem gratiarum procedentium ex passione Christi, vt dicit Dionysius. Tertio distinctionem corporis mystici ſm diuersos status. Et quia status sunt tres, ideo tres partes fiunt. Vnde Sergius papa de consec. dist. 2. c. triforme dicit. Triforme est corpus dñi, pars missa in calicē corpus Christi q̄ iam resurrexit demonstrat. i. ipsum Christum, & b. Virginem & si qui sunt alij in gloria cum corpore. Pars comesta ambulans super terrā, quia ſ. viuentes in terra, sacramento utuntur & passionibus atteruntur, sicut panis comestus atteritur dentibus. Pars in altari remanens vsq; in finē missæ significat corpus Christi, remanens in sepulchro vsq; in finem sęculi, quia corpora sanctorum in sepulchris erunt, quorum animæ sunt vel in cœlo vel in purgatorio. Hic tamen ritus non seruatur modo vt. ſ. vna pars reseruetur in finem missæ. Manet tn eadem significatio partium. Vnde versus. Hostia diuiditur in partes tincta beatos Plene, sicca notat viuos seruata sepultos. Hæc Tho. Alij aliter assignant istam significationem sed non est eius. Præparatio autem specialis sacerdotis sumentis fit per orationes quas priuatim dicit. Dne Iesu Christe & si quæ aliæ sunt. Et nota ſm Tho. in 3. par. q̄ si propter frigus manuum, vel alias pp negligētiam ante fractionem vel post, hostia consecrata labatur in calicem, quia horum prætermisso non facit imperfectionem sacramenti sed ad significationem tm̄, ideo non est necesse intrare aliquid circa celebrationem sacramēti pp huiusmodi defectum. Hæc Tho. Et si medietas hostiæ labitur, pōt & debet medietas alia quę remanet diuidi in duas partes cum apte hoc possit fieri vt sit significatum. Si autem tota dilabitur, si non est tota madida, sed pars aliqua, & potest commode extrahi de calice, & adhuc diuidi sine multa contractione partis madefactę, debet fieri prout melius potest. Item si sumendo sanguinem remanet pars hostiæ in calicem missæ in fundo calicis, potest digito ad labium calicis adduci & sic sumi. ¶ Tertia pars principalis est gratiarum actionis, & continet duo. ſ. rememorationem accepti beneficij in cantu antiphonæ post communionem & gratiarum actionem ex oratione quam sacerdos prosequitur vt conformiter finis missæ principio respondeat. Et sciendum quòd in officio missæ quædam verba continentur græca, sicut Chyrieeleyson quædā hębraica, vt alleluya osanna, sabaoth, quędam latina, vt alia, quia his tribus linguis scriptus est titulus crucis Christi Io. 19. Tho. in 4. Terminatur missa post ite missa est q̄ dicitur si præcessit gloria in excelsis Deo, aliàs benedicamus domino, vel requiescant in pace si celebratur pro defunctis, per benedictionem sacerdotis vnde de consec. dist. 1. c. missas, dicitur q̄ nullus ante benedictionem sacerdotis egredi præsumat, scilicet diebus dominicis.

q. 82. ar. vlti. ad sextum.

cis. Euangelium autem. In principio erat verbum, est ad placitum illud vel aliud. Debet tamen seruari in hoc mos patriæ. Post perceptionem autem sacramenti sumitur vinum ad abluendũos, ne reliquæ aliquæ remaneãt inter dentes, quod pertinet ad reuerentiam sacramenti, & hoc est verum, nisi eadem die deberet iterum celebrare cum non sit ieiunus, extra de cele. mis. c. cum ex parte. Et eadem ratione scilicet propter reuerentiam sacramenti abluit etiam digitos quibus tetigit sacramentum, si tamen aquam sumeret in purificationem ita posset fieri sicut cum vino

§. 5. ad libitum sacerdotis.

¶ Pro expositione autem aliqua & breui ipsius orationis dominicalis. Nota hic quæ ponit Tho. 2. 2. q. 83. ar. 9. in corpore q. Dicit enim quòd ipsa oratio dominica est perfectissima & secundum Aug. Si recte oramus, nil aliud dicere possumus scilicet quantum ad substantiam. Nam primo ponuntur illa per quę in nobis ipsis fiduciam excitamus scilicet considerando charitatem eius ad nos, qa bonum nostrum vult, & ideo dicitur Pater noster, & consideratio excellentius qua nos, potest iuuare, & ideo dicimus, qui es in cœlis. Deinde sequuntur septem petitiones & eo ordine quo petendę sunt. Prima pertinet ad dilectionem Dei qua Deum in seipso diligimus cum dicimus, sanctificetur nomẽ tuũ, idest sanctum ab hominibus habeatur, quod pertinet ad gloriam Dei in hominibus propagandam. Secunda pertinet ad dilectionẽ qua diligimus nos, cum dicitur. Adueniat regnũ tuum. Per quod petimus ad gloriam eius peruenire. Tertia petitione petitur directe illud quo beatitudinem meremur, cum dicitur. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Quarta est per quam petitur illud quo ĩstrumentaliter iuuamur ad merendum cum dicitur. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, siue hoc intelligatur de pane sacramentali cuius quotidianus vsus proficit, in quo etiam intelliguntur alia sacramenta, siue etiam intelligatur de pane corporali, sub quo compræhenditur omnis sufficientia victus. Quinta est remotio eius, quòd esset impedimentum primæ petitionis, quia directe excludit a regno scilicet peccatum, vnde dicitur. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Sexta est remotio eius quod nos impedit a secunda petitione ab obseruantia diuinæ voluntatis. cum dicitur. Et ne nos inducas in tentationẽ, per q non petimus ne tentemur, sed ne a tẽtatione vincamur q est in tentationẽ induci. Septima est remotio pænalitatis pũtis quę est impeditiua tertię petitionis, scilicet sufficientiã circa vitam, vnde dicit. Sed libera nos a malo amen, ideſt sic fiat. ¶ Exinde dicit pax dñi &c. q sequit Agnus Dei &c. Vbi bis petimus misericordiam scilicet quantũ ad animam & quantum ad corpus liberari a miseria. Et dicitur tertio agnus Dei, pet ẽdo pacẽ scilicet q̃tum ad vtrunque ideſt mentalẽ & corporalẽ. Exinde sacerdos deo scultatur eucharistiã vel calicem secundũ alios, & postea ab eo diaconus accepit solum pacis, & deinde alii Agnus Dei dici instituit Sergius Papa. Osculum pacis dari instituit Inno. primus & Leo. 2. & significat vnitatem dilectionis, quam debent habere adinuicem fideles quam significat ipm sacramentũ, & ẽt assensum sacris mysteriis, & de his quæ celebranẽ in ecclesia. Et est quasi loco cõmunionis, q̃ antiquitus in festis oẽs fideles sumebãt. In missa tñ defunctorũ sacerdos nec sumit nec dat osculũ pacis, qa defuncti sunt absq; perturbatione pacis, illi. s. qui sunt in purgatorio, cũ peccare nõ possint. Sumpto vero sacro dicit ãtiphona post cõmunionẽ, quę a quo fuerit instituta, ignorat. Et deinde oro q totũ pertinet ad gratiarum actionẽ de tanto beneficio. Et finit per Itẽ missa est, q sic exponit. Ite ad propria, qa missa est seu oblata est hostia Deo pro humano genere, vel missa est oro ad Deũ pro populo, & finita, vel ite post Christũ, & sequimini ipsum non stetis in mundo, scilicet festinetis ad patriam per bona opera, q leuiter potestis facere quia missa est ad placandum Deum patrem hostia per q̃ cõfracta sunt tartara, & patet introitus paradisi. Quãdo nõ pcessit gloria in excelsis, terminat per Benedicamus domino, vel requiescant in pace in missa defunctorum. Et enim eucharistia nõ sicut alius cibus masticanda, sed discrete moderate & leuiter ante exteriores dentibus terenda, & lingua mollificanda, ne qua pars eius dentibus inhęreat, ne contingat expui, sed nec subito post communionem debet expui propter sacramenti reuerentiam. Hæc Guil. Deum.

¶ *De pertinentibus ad missam, & de defectibus missæ, & de dispositione ad ipsam, & frequentatione & vtilitate.* *Cap. 6.*

Missa quotidiei ecclesia celebrat. Et hoc fin Inno. quinq; de causis. Primo quia oportet semper medicinã esse paratã contra quotidiana peccata. Secundo vt lignũ vitæ

ſemper ſit in medio paradiſi. Tertio vt nobis quotidie Chriſtus vniatur ſacramentaliter, & nos ſpiritualiter. Quarto vt ſit apud nos iugis memoria paſſionis. Quinto vt vero agno loco typici quotidie vtamur ad veſperam, quē Iudæi ad veſperā conuertendi eſurient, iuxta illud. Conuertentur ad veſperam &c. pſal. 58. ¶Et nota q̄ ad debitā miſſæ celebrationem quędam requiruntur ad ſacramēti neceſſitatem & quædā ad congruam ritus ſolemnitatem, & quędam ad celebrantis vel ſumentis idoneitatem. Ad ſacramenti quidem neceſſitatem tria requiruntur ſcilicet debita materia, debita forma, & miniſter intēdēs confectionem vel conſecrationem, ſi aliquid iſtorum defueruit, confici nō poterit. Sed his tribus concurrentibus, etſi omnia alia deficerent conficeretur ſacramentū quamuis male ex parte offerentium, quia contra eccleſiæ morem. Eſt autē debita materia huius panis triticeus aqua naturali confectus, & vinum vitis. Et hoc ideo quia Chriſtus creditur confeciſſe in tali materia, quia ipſi qui preſentes fuerunt tradiderunt nobis hunc modū, tum quia Chriſtus qui eſt in hoc ſacramento cōparauit ſe frumento & viti, tum etiam quia talis panis, & tale vinum neceſſarius & melius nutrimentum preſtant, vnde & melius ſignificant effectum ſacramenti ſecundū doct. eccleſiæ. ¶Igitur primo ſciendum eſt q̄ conficiens primo in pane fermentato grauiter, peccat, quia fecit contra ſtatutum & conſuetudinem eccleſię ſed ſicut latinus conficiens in fermento, peccat mortaliter, ita Græcus in azimo, quia hoc faciunt contra eccleſiæ ſuæ ritum, quamuis ſit rationabilius conficere in azimo ſecundum Tho. in 3. parte q. 74. ar. 4. in corpore, q. & in 4. ſen. diſt. 11 q. 2. ar. 2. q. 3 in corpore q. & 4. contra gentiles c. 68. Si uero conficiat in pane qui incipit corrumpi, ſimiliter grauiter peccat, et cōficiendo in azimo, pp irreuerentiam ſacramenti, tamē pane tali conficitur ſacramentum, ſed ſi panis adeo ſit corruptus q̄ in eo deficit ſpecies panis nō pōt confici hoc eſt per verba ſacerdotis non efficitur corpus Chriſti. Et q̄ ſpecies maneāt pōt perpendi ex hoc, quòd continuitas nō eſt ſoluta, nec alia accidentia vel eſſentia omnino ablata. Hæc Tho. & Alb. ¶ Item ſi grana alterius generis ſint admixta tritico intanta quātitate q̄ aliā ſpeciē faciant, ſiue q̄ mediū conſtituant non pōt ex eo confici ſacramentum, ex modica vero quātitate non impedit Tho. & Alb. & Pe. Si panis ſit de aqua roſacea cōfectus, dubiū eſt inter doctores, ſi pōt confici. Durādus ordinis minorū dicit q̄ ſic, ſed ſā ctus Tho. dicit eſſe ꝓbabilius q̄ nō poſſit confici. Ipſæ aūt Tho. in 4. ſen. di. 11. q. 2. ar. 4. q. 3. in Reſpon. ad ſecundū, dicit ſimpliciter q̄ nō pōt confici ex pane coagulato ſeu facto cū aqua roſacea vel alio liquore q̄ aqua naturali. Et idē recitat Tho. in 13. parte q. 74. ar. 7. in Reſpon. ad vltimū de ſpelta & fare quāuis quidā dixerint q̄ poſſit cōfici. Pe. tamen dicit quod cōmunis ſentētia doctorū eſt quod nō pōt confici. Idē Richar. in 4. diſt. 11. Tho. etiā in 3. parte q. 74. ar. 3. dicit quòd de hoc nō poteſt confici, quia ex tritico iſta nō generantur & ſic nō ſunt eiuſdē ſpeciei cū tritico. Sed Pe. de Pa. in 4. di. 11. tenet cū Alb. quòd pōt confici de ſpelta & farre, ſicut de tritico. Et rōnē aſſignat qa ſunt vnius ſpeciei & ex eo quod frumentū ſit genus ad triticū, & far ad ſpeltam. Compertū eſt. n. quòd in eadē terra triticum ſeminatū, vno anno generabat ſpeltā vel far in alio triticū. Et ſi dicāt quod ſpelta nunq̄ generat triticū licet econuerſo, nō obſtat quia forè hoc eſt ꝓpter imperfectā virtutem in ſpelta, & ſimiliter quod triticū generat ſpeltā vel far, eſt ex debilitate virtutis, ſicut aliqui maſculi non poſſunt generare niſi fęminas, nec aliquæ fęminę niſi fęminas. Sed ſicut maſculus & fęmina non differunt ſpecie, ità nec triticum ſpelta & far. Et ſi dicatur quod alicubi tritico ſeminato creſcit hordeū, alubi ſiligo, alubi lolium, nec tamē propter hoc ſunt vnius ſpeciei. Dicendum quod verū eſt, nec de ipſis confici pōt, quia huiuſmodi tria generantur propter accidēs, & via corruptionis, ſicut ex vino generat acetū, vel ſicut ex ſudore animalis perfecti generatur animal imperfectum, puta vermis. Sed far & ſpelta via generationis ex tritico, ſicut ex ſeminatione animal producit animal, & oliua oliuā. Hęc Pe. ¶ Cū ergo certū nō ſit vtrum ſint eiuſdē ſpeciei ante cōfectionem tenēda videt opi. Tho. vt patet 4. di. 11. q. 2, ar. 2. q. 1. in corpore. q. vt ſcilicet nō conficiatur ex his: Sed ſi confectum ſit opi. Pe. pro ſacramento habeatur preſuppoſito ſi eſt confectum, & idem dicit quod de amido cum ſit paſta cruda & nondum panis, confici non poteſt, ſed ſi inde fiat panis cum ſit farina tritici purgatiſſima, poteſt confici. ¶Si ſacerdos infra miſſam ante conſecrationem aduertit hoſtiam non eſſe triticam vel eſſe corruptam, remota illa hoſtia aliam ponat, & a canone reincipiat. Si vero poſt conſecrationem, idem faciat ponēdo aliam hoſtiam, & eam ſumēdo, ſed nihilominus poſtea primā illam hoſtiam ſumat,

De hoſtia indebita.

ſumat,aut alijs ſumendo tradat, aut reueren ter conſeruet. Pet.Idem Richar. in 4.diſt.11. Quod autem dicit hic Pet. reincipiat a canone.Beatus Tho. in ſimili caſu dicit reincipien dum a verbis conſecrationis 3.part. q.84.ar. vlt.in rñ.ad 4.vt habetur infra. Si vero ſacerdos aduertat ſupradictũ defectum hoſtię poſt quàm ſumpſerit,licèt in iſto caſu variẽt Doc. b.Tho.in 3.parte, vt ſuprà tenet ꝙ debet ponere aliam hoſtiam, & conſecrare & ſumere, quia præceptum de perceptione ſacramenti maioris eſt ponderis q̃ præceptũ ꝙ a ieiunis ſumatur. Per id aũt quod dicit Pe.ſi ſacerdos infra miſſam aduertat hoſtiam non eſſe triticeam vel corruptam,patet quid agendũ. Sed ſi nulla hoſtia fuerit poſita vel ſi poſita ſit perdita. Et per id quod dicit Tho.ſi aduertat defectum hoſtiæ poſt eius ſumptionem, poteſt hoc idem intelligi ſi aduertatur etiam poſt ſumptionẽ ſanguinis,ſ.ꝙ rurſus ponat nouũ panem & nouum vinum, & conſecret atque proſequatur, ne ſacramentum remaneat imperfectum quod magis expreſſe apparebit infra, ibi ſtatim dicere defectum vini, & ponentur verba magis expreſſe ipſius b.Thom. Richar.autem dicit, ꝙ ſi ſacerdos iam ſumpſit hoſtiam dictam, i.non conſecratam ſm quoſdam, nihilominus debet ſumeræ calicẽ conſecratam,ideſt ſanguinẽ Chriſti, quãuis non ſit ieiunus, quia neceſſitas eum cogit, ne ſanguis remaneat ſic inaſſumptus, ſed ſi iam ſumpſit vtrunque, ſcilicet hoſtiam non conſecratam , & calicem conſecratum, vel econuerſo dicit quòd nõ debet illa die aliam hoſtiam conſecrare,quia ieiunus non eſt,ſed opinio Thom. videtur in hoc rationabilior,ſ. quòd aliam conſecret propter rationem ab eo aſſignatam.

§.1. ¶De vino puro ſciendum ꝙ ſi vinum omnino factum eſt acetum non poteſt de ipſo conficiſacramẽtum ſanguinis Chriſti, quia differunt vinum & acetum, exemplificat ſicut viuum & mortuum,ſm philoſophũ. Si vinũ ſit in via aceſcendi, idem iudicium eſt quod de pane qui eſt in via ad corruptionem.ſ.ꝙ poteſt cõfici,& de tali poteſt intelligi dictum Inno.in lib.de miſſa,cum dicit ꝙ poteſt confici cum aceto, vt exponit Rich.in quarto,peccat tamen conficiens propter ſacramenti irreuerentiam. Idem Thom.& Albert.De muſto poteſt confici , non tamen fiendum de muſto recenti propter impuritatem. Thom. & Pet.

De agreſta. ¶De agreſta confici non poteſt, quia differt a vino, ſicut completum ab incõpleto. Rich.in 4.diſt.11. Similiter de vua matura cõfici non poteſt, quia nõ eſt ſub ſpeciei potabili ſed edibili.Et de hoc etiam de conſec.diſt.2.cap. Didicimus. Item de vappa.i.aquarello non poteſt confici ſanguis Chriſti ſecundum Alber. eſt enim aqua fuſa ſuper acinos vuarum vino expreſſo, quæ habet aliquantulum vini acumen, ſed non eſt vinum.Si autem vino apponatur tanta aqua quod non conuertatur in vinum non poteſt cõfici,& non habet apponi aqua roſacea vel alia artificialis. Si tamen apponeretur in tam modica quantitate quod in vinum conuerteretur conficeretur . Thom. & Pe.Si ſacerdos poſt conſecrationem corporis, ſed ante conſecrationem ſanguinis percipiat & vinum & aquam , non eſſe in calice, debet ſtatim apponere & conſecrare. Si vero poſt omnia conſecrationis verba percipiat ꝙ vinũ non fuerit poſitum , ſiquidem hoc percipiat ante ſumptionẽ corporis debet depoſita aqua ſi ibi fuerit ponere vinum cum aqua & reſumere a verbis conſecrationis ſanguinis. Si vero percipit poſt ſumptionem corporis, debet apponere aliam hoſtiam ſimul cum ſanguine iterum conſecrandam,& in fine ſumere hoſtiam iterum cõſecratam & ſanguinem, non obſtante etiam ſi prius ſumpſit aquã quę erat,in calice, quia præceptum de perceptione ſacramenti eſt maioris ponderis q̃ præceptum ꝙ hoc ſacramentum a ieiunis ſumatur,prædicta Tho. Prędictis autem verbis de monſtranẽ iſta duo, quæ ſupra dicta ſunt,cũ de defectu panis dictũ eſt. Hic.n.dicit Tho. ꝙ non ſufficit ſolum hoſtiã ſumere ne imperfectũ remaneat ſacramentum.Sed ſi ſolum ſanguinem aliquis conſecraret & ſumeret,ita remaneret imperfectũ, ſicut ſi ſolam hoſtiã conſecraret & ſumeret, tunc aũt ſolũ ſanguinem conſecraſſet & ſumpſiſſet,ſi poſt conſecrationem ſanguinis cognoſceret ꝙ hoſtia non fuerit triticea, vel quod fuiſſet corrupta, vt hæc dicit Tho. etiam ſi ſolutum ſit ieiunium repetendum eſt ſacramentũ,vt ſit integrum. ¶Et cum miſſæ celebritas terminetur benedictione ſacerdotis,vt dicitur infra, nõ ita iudicandum eſſe de defectibus miſſæ reparandis ante benedictionem ſacerdotis, cum adhuc ſtet officium miſſæ,& poſt benedictionem quando nunc ſolutum eſt officium miſſę,quia poſt benedictionẽ quicquid fieret magis fieret iteratio miſſæ q̃ reparatio defectus.Item ex verbis ſancti Tho. immediatè ſupradictis appareat, ꝙ in reparatione ſacramenti imperfecte ſatis ſufficiat reſumere a verbis conſecrationis.Vide tñ omnia ordinare ſupra repetenda, quia vt dicitur 7.q.1. Nihil perfecta non poſ-

sunt dici sacramenta, quę perfectum non habent ordinem. Et b. Tho. di. q̄ est immane sacrilegium si non perficitur hoc sacramētum. Vnde & concilium Tholetanum tulit sniam excōicationis in eos, qui cum p̄ñt non perficiunt illud sacr̄m, vt patet in loco decreti supra immediate allegati. ¶Si sacerdos percipiat aquā non fuisse posita in vino ante consecrationē sanguinis ponat eam & dicat verba consecrationis. Si aūt percipit post consecrationē sanguinis nullo modo debet postea apponere aquā, quia nō est de necessitate sacramenti, & sequeretur corruptio sacramēti in aliqua parte. Si quis tñ ante consecrationē scienter omitteret appositionē aquę, grauiter peccaret, quia ageret contra constitutionē ec clesiæ, & quia dn̄m appositisse creditur. Non sufficit aūt q̄ aqua apponatur qñ adhuc vinū est in dolio, quia hoc non significaret aliquid, sed oportet vt imminente oblatione apponat ad sacr̄m. Thom. Ponitur. n. in significatione hmói q̄ populus qui significatur per aquam Christo vnitur. Et s̄m Alber. dimittere talem appositionem aquæ ex hæretica prauitate, vel ex contemptu, vel ex occupatione illicita, est mortale, dimittere autem ex negligētia procedente ex occupatione circa vana tp̄alia, est graue peccatum. Et si mihi contingeret facerem emendam tanq̄ pro mortali. Si aūt negligentia illa procedat ex occupatione circa vana, vel ex surreptione, non est mortale. Hæc Alber. ¶Et nota s̄m Rich. in 4. cum fit ęqualis commixtio in calice ex vino & aqua hoc potest fieri dupliciter. Vno modo s̄m mixtorum ęqualem quantitatē molis, sic aqua non solueret speciem vini, magis enim est vinum actiuum q̄ aqua, nec generaretur tertia natura ex duobus nec posset vinum conuertere in sui naturam. Alio modo potest fieri compositio s̄m æqualem compositionem virtutis & sic ex illis duobus generaretur natura tertia, quæ nec est vinum nec aqua sed non statim. Operationes. n. naturæ non sunt in instanti, quāuis earum termini sint in instanti, & non ita cito posset sacerdos conficere post talem vini & aquæ appositionem, quin vinum cum adhuc nō esset transmutatū ad cōpositionem naturæ tertiæ, conuerteretur in sanguinem. Sed si sacerdos consecrat postquam facta est transmutatio ad tertiam naturam, cōfici non p̄ōt. Et dicit Alber. q̄ in illis terris vbi vinum nullo modo haberi potest, debet habere consultatio ad curiam quid ibi fiendum, tamen propter intolerabile damnum, animarum q̄ incurritur ex defectu sacramēti, videtur cum talibus esse dispensandum, vt corpus Christi sine calice conficerent, quia corpus non est sine sanguine & anima & deitate, quamuis ibi non sit sanguis in hostia ex virtute consecrationis sacramenti. Hæc Alber. Item cum speciebus vini post consecrationem admiscetur aliquis liquor. Dicit Pet. quòd cum species retineant modum subiecti sui, sicut poterat fieri additio vino ibidem existenti, ita potest fieri speciei vini. Aut ergo additur eiusdem generis liquor aut alterius. Si alterius vt aqua; aut id quod additur est æquale aut maius aut minus. Si maius non tantum quantitate, sed virtute transmutat naturam speciei in se. Si æquale, transmutatur vtrunq; in naturam tertiam, & sic vtroq; modo definit ibi species vini esse & per consequens sanguis Christi. Si vero minus transmutatur in naturam speciei, veruntamen sub partibus illis ad quas loquor additus penetrat, cum non sint ibi accidentia sine subiecto definit esse sanguis Christi. Si additur liquor eiusdem generis, vt vinum tunc iterum aut liquor additus est maior aut ęqualis, aut minor. Si maior, tunc ad omnes dimensiones speciei peruenit, & eius continuitatem totaliter soluit, & sic iam alius liquor numero quoad accidētia esse incipit & sanguis Christi ibi esse desinit, si ęqualis similiter contingit, si minor tunc ad omnes dimensiones speciei non peruenit. Sub partibus ergo illis ad quas peruenit vinum additum definit ibi esse sanguis cum iam accidentia non sint sine subiecto, & continuitas speciei quæ non erat sine subiecto soluta sit. Sub partibus vero illis ad quas non peruenit manet Christi sanguis. Concor. Tho. & addit Pet. puto tamen q̄ si non est notabiliter excellens nimis, quod additur propter dubium toto liquore ipso tanquam sacramento vtendum est.

De admixtione post cōsecrationem.

¶Pro noticia formæ sciendum quòd Ambr. in lib. de sacramentis dicit q̄ hoc sacramentum conficitur in verbis & sermonibus Christi ex quo dicto concludit b. Thom. q̄ forma consecrationis huius sacramenti sit. Hoc est enim corpus meum, videlicet quantū ad consecrationē corporis, & hic est enim calix sanguinis mei noui & æterni testamenti mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Illa vero verba, accipite & manducate pertinent ad vsum materiæ cōsecratæ, similiter illa verba. Hæc quotiescunque feceritis in mei memoriam facietis, pertinent ad vsum huius sacramēti, qui vsus nō est de necessitate sacramenti, vt §.2. in 3.par. q.78.ar. 2.&3.

tĩ, vt idem Tho. dicit. Item illa coniunctione enim nõ est de substãtia formæ, tamẽ dici debet secundũ vsum ecclesiæ, qui vsus a beato Petro initium sumpsit etiã Tho. ¶ Nota secundũ Pe. & Alb. ꝙ de substãtia formę sanguinis est tm̃. Hic est calix sanguinis mei. Sed Tho. in 4. dicit ꝙ qa cõditiones appositæ ad subiectũ vel prædicatũ sunt de integritate locutionis alicuius, ideo alii ꝑbabilius dicunt ꝙ totũ ꝙ seqr̃ est de forma, cũ totũ hoc ꝙ adicit nõ sit locutio ꝑse, sed determinatio ꝑdicati. ¶ Sciẽdũ ẽt secundum Tho. Pe. & Alb. in 4. sen. ꝙ quęlibet forma. s. corporis & sanguinis ꝑ se ꝑpriam habet virtutẽ & ꝑpriam cõpletã significationẽ, & ꝑpriam & determinatam materiã, vnde & ꝑpriam operationẽ ꝑ se, & ideo quælibet forma ꝑ se cõplet suam, operationẽ, nec se mutuo expectant & sub vtraq; specie totus est Christus. Si prædictę formæ mutent nihil efficit ẽt si videãr verba idẽ significare. Similiter si aliqd de dictis formis diminuitur, nisi forte esset aliqua littera in fine dictionis, vt in & hmõi, & hoc ex mala prolatione, qa ẽt sic conficeret. Si vero aliud adderet ꝙ significationẽ nõ mutaret, nec errorẽ induceret, magnũ peccatũ esset, & tm̃ conficeret. Alb. vt si diceret, hoc est corpus meũ sanctissimũ. Dicit aũt sanctus Tho. ꝙ forma prædicta vtens pronomine demonstratiuo, ostendit ꝙ materia consecranda debet esse coram sacerdote. Vnde sacerdos existens in domo sua non posset consecrare panẽ qui est in altari, aut etiam in foro nec vinum quod est in celario. Sed quantumcunq; sit quantitas panis & vini quę coram sacerdote ponitur potest ab ipso consecrari. Tho. Pe. de Pa. dicit ꝙ de materia quam habet sacerdos in sua præsentia non est determinata quantitas. Verbi gratia. Vtrũ existens in ore elibani maximi, vel existens in foro maximo pleno panibus, vel existens in celario pleno vino vtrum possit cõsecrare hæc omnia simul nescio de hoc, sed si requiritur talis præsentia quòd simul possit tangere omnia tunc non possit simul centum hostias cõsecrare, quas sigillatim simul attingere nõ põt. Et sic sufficit prẽsentia visus, nõ quia actu videat cum cæcus conficiat, sed qua sit visibile, tũc aerem plenũ vsq; ad cęlũ posset cõficere. Vnde ista distantia & prẽsentia & quantitas materiæ non sunt apud homines determinata, sed Dei notitię reseruata, verum est tamen quod nõ potest cõsecrare nisi materiam præsentem & ante se positam, alias esset falsitas in sacramento veritatis propter illud pronomen demonstratiuũ hoc vel hic Hæc. Pet. Dicit etiam Tho. quòd si sacerdos non recordatur se dixisse ea quę in consecratione eucharistiæ dicuntur, non debet ex hoc turbari non enim qui multa dicit, recolit omnium quæ dixit. Si tamen sacerdoti probabiliter constet se aliqua omisisse si quidem non sunt de necessitate sacramenti, non debet resumere immutando sacrificiis ordinẽ, sed debet vlterius procedere. Si vero certificetur se omisisse aliquid eorum quæ sunt de necessitate sacramẽti, scilicet formam consecrationis, debet resumi ipsa forma & cætera per ordinẽ recitari. Minister autem qui necessario requiritur ad conficiendũ hoc sacramentum, est sacerdos baptizatus scilicet & ordinatus ad sacerdotium secundum formam ecclesiæ. Nam non baptizatus sacerdos esse non potest, nec per consequens conficere. Solis enim sacerdotibus data est ista potestas, & non aliis etiam quantumcunq, sanctis. Vnde nec virgo Maria nec angeli Dei cõficere possent secundum doctores, sed qui est ordinatus in sacerdotem rite quantumcunq; sit malus, excommunicatus hæreticus & degradatus vere conficit si seruat debitam materiam & formam & habet intentionem, caracter enim sacerdotalis in quo consistit potestas consecrandi ab homine tolli non potest, quia non datur ab homine: sed a Deo, licèt mediante homine scilicet episcopo qui operatur instrumentaliter, sed vsus talis potestatis auferr̃ prædictis per ecclesiã. Et ideo, ad sui pernitiẽ cõsecrant, sed tm̃ cõsecrãt vt dicunt Tho. in tertia parteq. 64. ar. 9. ad vlt. Alber. Pe. & communiter Theol. & Host. Vñ opinio magistri sen. in 4. di. 11. qui dicit contrarium, scilicet quòd hæreticus non consecrat non tenetur. Oportet autem quòd hoc intendat, non solũ enim verba formæ sunt, ad cõficiendum necessaria, sed etiam requiritur intentio, quia secundum Aug. sine intentione in sacramẽto nihil agit. Vnde secundũ Tho. dicit ꝙ ad perfectionẽ sacri requiritur intentio ministri, qua se subiiciat principali agenti, vt scilicet intẽdat facere quod facit ecclesia, & Christus fecit, & dicit ꝙ nõ est necessaria intẽtio actualis, sed sufficit habitualis vt cõficiatur, puta vt si sacerdos accedit ad altare ad celebrandum, intendat facere quod facit ecclesia & Christus fecit, perficitur sacramentum, si postea suspendatur eius intentio per aliã occurentẽ cogitationẽ ex virtute primę intẽtionis tm̃ studiose curare debet minister sacramenti, vt etiam actualem intentionem adhibeat. Et dicit Tho. ꝙ cũ aliquis non

Et vbi supra.

Materia cõsecranda.

Minister cõficiẽs.

Intentio cõsecrãtis.

inter dit ſacramentum conficere: ſed deluſorie aliqd agere. talis peruerſitas tollit virtutē conſecrandi, & virtutem ſacramenti præcipue quando intētionem exterius manifeſtat. Si autem intentio miniſtri peruertitur quantum ad id quod ſequitur ſacramentum. puta ſi ſacerdos intenderet conficere corpus Chriſti. vt eo ad veneficiat vteretur: quia prius nō dependet a poſteriori. talis intentionis peruerſitas veritatem ſacramenti non tollit: ſed miniſter tali intentione grauiter peccat Pe. tamen dici q̄ ſacerdos conſecrat quantamcūq; materiam. dum tamen intēdat hoc facere ad illum & alimentum fideliū alias non. Sed opinio. Tho. melior. Dicit tamen Alb. q̄ ſi aliquę hoſtię ex obliuione remaneant in altari. aut aliquæ vini guttæ adhæreant pedi calicis: & ſacerdos conficit. non ſunt illæ conſecratæ. quia de eis non intenditur. ¶ Durandus au ponit caſum: quod ſacerdos habeat coram ſe vndecim hoſtias, & intendit conſecrare decē: quęrens quot ſint conſecratę. R eſpondet autem diſtinguen lo dicens q̄ hoc poteſt primo duobus modis intelligi. Vno modo quōd numerus ſit ſolum in opinione, & non in intentione. in intētione autem ſit conſecrare quicquid eſt coram ſe. Vt verbi gratia: vt ſi aliqui habeat coram ſe vndecim hoſtias & opinat eſſe decem: ipſæ intendit conſecrare quicqd eſt coram ſe. non obſtat quod eius opinio fertur ad numerum. Vnde quia effectus conſecrationis ſequitur intentionem & nō opinionem. omnes ille hoſtiæ ſunt conſecratæ. Alio modo poteſt intelligi prædictus caſus: quādo ſacerdos habet coram ſe vndecim hoſtias, & intendit conſecrare decem vt non opinio: ſed intentio feratur ad numerum. ita ſcilicet q̄ non velit conſecrans plus quam decem: ſed tātū decem conſecrare: tunc in tali caſu prædictus doctor facit ſecūdam diſtinctionem dicens. quod duobus etiam modis cōtingeret. Vno modo quod ſciat veritate numeri. Alio modo quod ignoret veritatem numeri: & ſi ſciat veritatem numeri ſcilicet quod hoſtiæ ſint vndecim: & ipſæ decem tantum conſecrare intendit: aut decem diſtinctę intendit conſecrare: ideſt diſtinguit decem hoſtias: quas intendit conſecrare ab vna quam non intendit conſerare. Et tunc dicendum eſt quod iſtæ decem tantum ſunt conſecratę de quib. intendit: & illa de qua non intendit non eſt conſecrara. Aut ſacerdos ſcit hoſtias eſſe vndecim & intendit conſecrare decem, non diſtinguendo vel determinando: quas decē intendit & quam vnam non intendit: & ſic intendendo decem ex illis conſecrare tunc nulla eſt conſecrata: eo quod intentio non fuit ad aliquā determinatam: & cum iſto dicto ſatis cōcordat ſanctus Thom. in 3. par. q. 64. ar. 9 ad primum vbi dicit quod miniſter ſacramentorum eſt ſicut inſtrumentum principalis agētis ſcilicet Chriſti vł eccleſiæ. Et cū tale inſtrumētū habeat cognitionē requiritur, quod per intentionem ſe determinet ad opus: qđ in virtute principalis agentis producere debet. ideo ſequitur q̄ vbi non determinat ſe nihil operatur. Si vero ſacerdos ignoret numerum vndecim hoſtiarium: & intēdit decē hoſtias tantum conſecrare. Dicit idem Durandus. q̄ eodem modo diſtinguendum eſt: vtrum determinet quas decem intendit: vel non determinet: Et reſpondendum eſt ſicut in p̄cedēti caſu immediate dicto. Sed dubitatur quomodo accidat quod numerus ignoretur: cui dubitationi reſpondetur: quod pōt contingere quod decem hoſtias videat exteſas: & vna ibi lateat: ipſæ autem intendat omnes quas videt & nullam aliam. Vel poteſt eſſe, quod ipſæ decem poſuit: & vna erat ibi quam neſciuit: ipſæ vero intendat ſolum illas quas poſuit: & redit hic caſus ī caſum ſupradictū. Alberti. quia tunc illa non eſt cōſecrata quam neſciuit ibi eſſe, & omnes aliæ ſunt conſecratę. Si autem ipſę vnam plus ibi poſuerit, quam crediderit: vel alius vndecim poſuerit: & ipſæ mandauerit poni decem: & non intendit conſecrare niſi decem tantum: tunc non eſt determinata eius intentio: & ſicut ſupra nulla ipſarum eſt conſecrata. Hæc ille. Cui concor. Ioh. Neapol. in 8. quodli. Et addit idem Io. quod ſicut dictum eſt de quātitate diſcreta, ſcilicet de numero hoſtiarum ſic dicendum eſt de quātitate cōtinua vnius & eiuſdem hoſtię. Si enim ſacerdos intendat conſecrare medietatem ſolum alicuius hoſtiæ determinatam tamen vtpote ſuperiorē ſolum vel inferiorem: aut dextram vel ſiniſtram: illam ſolum conſecraret. Sed ſi intende're cōſecrare medietatem ſolum alicuius hoſtiæ: non determinando intentionem ſuam ad aliquam partem deſignatam prędictis modis: vel aliis quibuſcunque: nihil penitus conſecraret propter cauſam ſupradictam: quia. ſ. in tali caſu non eſſet determinata intētio miniſtri reſpectu alicuius determinatæ materię Sed Pe. de Pa. dicit q̄ eſt duplex opinio circa iſtam determinationem. Quidam enim dicunt q̄ oportet q̄ fiat determinatio ſeu ſignificatio de parte hoſtię conſecranda vel ſenſu, vel imaginatione: alias non conſecraret. Alij

dicunt

De numero hoſtiarum.

Et ar. 10 ad tertium.

dicunt quòd ſufficit determinatio iſta. vel ſignatio fiat intellectu: etſi non ſenſu. Intētio enim quæ exigitur eſt actus partis intellectiuæ nō ſenſitiuę. Et quamuis alia determinatio intellectus ſit ſm determinationē ſenſus, hic autē non oportet q̄ ſit ſignatio certę partis ſm ſenſum: quia per viſum. cum cęcus poſſit conficere: nec per tactū: quia & ſine tactu manus poteſt conſecrare: nec per imaginatione vel aliū ſenſum quia indiuiſibile ſm quòd huiuſmodi non eſt ſenſu perceptibile. Id aūt quo quid continui ab aliis diſtinguitur: ſecūdum quòd huiuſmodi eſt omnino indiuiſibile ſicut linea q̄ ſecūdū latitudinē eſt indiuiſibilis: nō tn̄ ſecūdū quòd vnā partem diuidit ab alia. Sufficit ergo ſignatio ſecundum intellectū: quia intellectus partē indiuiſibilem apprehendere poteſt: puta ſi de hoſtia plena intendat ſolū medietatem quæ eſt a parte ſuperiori & nō aliā vel huiuſmodi. ¶ Vtrū autem plures ſacerdotes poſſint eandem hoſtiā conſecrare. Dicit Pe. de Pa. in 4. diſt. 13. quod circa hoc eſt duplex modus dicēdi. Vnus eſt, q̄ Alberti eſt quod vtiq; poſſunt. ſ. ſimul, id eſt, ſi verba conſecrationis ꝓferant. Ratio eſt qa qua ratione vnus ſacerdos vere conſecrat ſi intendit: eadem ratione & alius qui ſimul ꝓfert verba: & eadē intentio eſt nec ſunt duæ conſecratione: ſed vna quia diuina virtus poteſt ſecundum beneplacitū ſuū aliquid vnū facere per miniſteriū vnius vel pluriū. Si autē non ſimul proferant verba: ſed vnus prius altero non poſſunt: ſed prius proferens conſecrat: alii non. Alius modus dicendi eſt beati. Thom. 4. ſ. di. 13. q. 1. ar. 2. q. 1. in corpore. q. in Reſpō. ad. 1. quod etiā dato quodnō ſimul proferant verba ſed vnus poſt alium tn̄ cōſecrant: & huiuſmodi ratio eſt, qa ſacerdos cū ordinatur conſtituitur in gradu eorum q̄ in cæna acceperunt poteſtatem conſecrādi, ſed apoſtoli qui acceperunt hanc poteſtatē cōſecrandi Chriſto cęnanti concænauerunt. Et iō noui ordinati ſecūdum cōſuetudinē quarundā eccleſiarū epiſcopo celebrāti cōcelebrant, nec ꝓ hoc iteratur cōſecratio ſu per eādē materiā: quia licèt diuerſis tpibus ꝓferant verba. tn̄ ſicut dicit. Inno. 3. Intētio debet fieri ad idē inſtās cōſecrationis forte ad illud in quo conſecrat epiſcopus. Licèt autem iſtā. opinionē ſecundā prima reprobet per quaſdā rōnes. ipſæ tn̄ Pe. bene defendit eam deſtruēdo illas rōnes. Dicit. n. prima opinio: q̄ ille ritus de ſe cūda opinione nō pōt dici cōſuetudo: ſed corruptela & abuſio: qa qn̄ fit cō ſecratio eucha riſtiæ in miſſa: adhuc nō eſt cōpleta ordinatio ſacerdotū: quia reſtāt q̄dā fienda: vt impoſitio manuū cū pręſcripta forma verborū accipite ſpiritumſanctū &c. Irrationabile igitur eſt, q̄ ſacerdos celebret cū ep̄o: cū adhuc non ſit cōpleta ordinatio eius. Ad quod rn̄det Pet. q̄ in hoc magis credendū eſt Inno. qui hoc dicit q̄ illis. qui Inno. etiā dicit q̄ cōſueuerūt presbyteri. Cardinales circūſtare pōtificē: & cum eo pariter celebrare. Nec ex eo q̄ cōficiāt: cōcelebrātes ante cōpletā ſui ordinationē poteſt dici hæc corruptelā. quis. n. ante completam ordinationē exequi nō debeat: tn̄ etiā diſpēſatio eſt de cōſuetudine eccleſiæ q̄ Romana eccleſia ſcit & diſſimulat. Immo. & Inno. papa approbat ex quo charactere ſacerdotalem iam acceperunt. etiā ſi nihil adderetur confi cere pōt & debet in caſu ab eccleſia conceſſo. Vnde etſi nō dicat niſi verba conſecrationis. excuſatur ſi talis eſt mos illius eccleſię a Romana eccleſia ſcitus & non reprobatus. Item, q̄uis oīa quę ſunt de eſſentia alicuius effectus oportet ſimul cōcurrere. tn̄ quia cū principale agens in ſacramētis ſit virtus diuina. quæ ex volūtate agit ſic ſufficit ad verū ſacramētū ea q̄ aliquid agāt cōcurrere ſicut Deus vult. Quod ergo eccleſia ſpiritumſancto regitur ſuponimus conſuetudines ab eccleſia approbatas eſſe cōformes Dei volūtati. Quia igit oēs ſimul cōſecrantes intētionē ſuam ordināt ad horā prolationis principalis. Licèt aliq̄ prius: aliqui poſterius proferant: tūc tn̄ eſt defectus ex Dei ordinatione. quamuis alias ſecūdum, curſum cōem intētio nō poſſit anticipare vel tardare. Hoc tn̄ eſt verū q̄ primus qui verba ꝓfert: nō cōſecrat ante alios: ſed hoc non intendit. Vnde ſi homo ꝓferat verba cōſecrationis intētione nō cōſecrādi: nihil conſecrat ergo ſi ꝓferat intentione non tunc conſecrandi nō tunc conſecrat. ſed quando ex virtus quæ poſtea conſecrat. Vel pōt dici: q̄ virtus ſubiectiue manet in aere ſubiecto vocis, quę tranſit Dei virtute eā cōſeruāte quouſq; oīa ſunt cōpleta. Itē ſicut ſpiritusſanctus in primitiua eccleſia diuerſas formas baptiſmi ordinauit propter diuerſas rationes: ſi ordinare potuit diuerſas formas in talibus eccleſiis vbi ſunt tales ritus. ſicut & aliter conſecrant Græci: aliter nos. Hæc Pe. de Pa.

De pluribus celebrantibus ſimul.

¶ De defectibus miſſæ & reparatione. Quid agendum cum celebrans deficit in miſſa, vel morte, vel alia infirmitate occupatus? Reſpondeo ſecundum ſtatutum concilii Toletani. 7. q. 1. ca. Nihil. ¶ Si ſacerdos impeditur, vt cæptū officiū implere nō poſſit, alius ſacerdos debet explere qd ille inchoauit. Et modū

§. 3. De morientem celebrāndo.

decla-

declarant doctores. Si nescitur vbi dimisit primus tunc secūdum omnes debet a capite inchoari. Et secundum Innocen. 3. si hostia iam est consecrata consultius est vt illa seorsum posita sup aliam hostiam, deinceps totum officium iteretur. Si vero scitur vbi dimisit tūc secundum Alber. in libro de missa, si primus defecit ante canonem debet alias reincipere a capite & totum rite peragere, quia ea quæ dicuntur ante canonem non sunt de sacramēti confectione, sed de populi instructione. Si autem iam incæpit canonem sed nondum cō secrauit, tunc alius sacerdos nō debet a capite inchoare, sed prosequi vbi ille dimisit, & hoc tamen est ex parte populi, quia populus minus verba & signa canonis appræciaret, si videret ea tam facile repeti, tanquam prius, dicta essent annullata. Signa enim illa repræsentant Christi passionem quę nunquam debet irrita reputari, tum etiam ex parte sacramenti, quamuis enim ex illis verbis & signis substantia panis & vini non transubstantietur, tamen ipsa materia recipit sanctitatem ex illis, vt magis idonea fiat vt transubstantietur. Et hoc non est repetendnm super illam hostiam, ne iniuria fiat virtuti verborum tanquam nihil valuissent prius dicta. Si sacerdos in ipsa prolatione verborum quæ sunt forma sacramenti, deficiat verbis iam in partem pronunciatis, saluo iudicio sententiæ, maiorum consulerem quod illa hostia pro reliquiis in altari seruaretur, & missa alia ab alio sacerdote super aliam hostiam celebraretur. Sed Innoc. extra de sacra. non iteram, dicit in gl. super ca. presbyter, quod in hoc casu alius sacerdos debet incipere ibi, qui pridię &c. Credo etiam quòd sacerdos illę post sacramentum sumptum posset illam hostiam sumere, super qua dicta sunt verba aliqua consecration is etsi non omnia. Si autem deficit quando iam consecratum est corpus, sed nō dum calix, consilium doc. est, dicit Alber. quod hostia consecrata in corporali mundo reponatur & ab illo loco, simili modo postquam cæ natum est super calice ritę prępparato canon ab alio sacerdote peragatur, & in fine missæ corpus & sanguis ab eo accipiatur. Si autem sacerdos deficit in ipsa prolatione verborum super calicem, tunc per alium faciendum est prout dictū est de hostia. super qua dicta sunt aliqua vetba consecrationis, sed non omnia. Sed in hoc casu incipiet alius sacerdos super alium calicem preparatum ab illo loco simili modo &c. Tho. vero & Pet. de Pal. dicunt simpliciter & indistinctè quod cum scitur vbi dimissum sit ibi debet incipi per eum qui supplet, quod tamen non est intelligendum de verbis formarum, sed de aliis verbis canonis vel missæ, quia si prior dixisset partem verborum consecrationis corporis & sanguinis, & secūdum residuum, nullus eorum cōsecrat, sed oportet quod vnus dicat totam formam corporis & sanguinis consecrandi. Debet autem sacerdos consecrans semper sumere corpus & sanguinem, secundum Thom. totiens quotiens celebrat, vt dicitur de conse. dist. 2. Relatum, quia ipsum sacramentum in sumptione complementum suæ significationis accipit. Et hoc intelligitur nisi per violentiam vel infirmitatem vel aliquid huiusmodi impediatur. Si autem contingeret aliquem infra missam infirmari ad mortem, nec haberet sacerdos aliam hostiam quam istam quam consecraret, non debet ppter hoc sacerdos a sūptione abstinere, sed diuisa hostia vnam partem sumac, aliam infirmo seruet. Si musca vel aranea in calicem ceciderit, vel venenum ibi esse depræhenderit. Dicit Thom. in 3. parte q. 83. arti. 6. in respon. ad 3. quod si hoc cōtingit ante consecrationem debet vnum effundi, & abluto calicæ aliud apponi. Si autē hoc contingit post consecrationem, siquidem perpendit ibi esse venenum vel animal venosum, & per consequens sanguinem infectū eo, nullo modo debet sumere, ne alteri tradere ne calix vitæ in mortem vertatur, sed in vase apto diligenter poni, & pro reliquiis seruari. Et ne sacramentum remaneat imperfectū, calix de alio vno debet prępparari & a verbis consecrationis sanguinis reincipere si nōdū sumpsit hostiam, qa si sumpsisset deberet apponere etiam hostiam consecrandam cum vino. Si autem animal non venenosum fuerit, tunc debet bestia vt musca vel aranea & huiusmodi si potest capi & lauari & postea comburi, & lotio & cineres in piscinam poni in qua vt dicit Pet. de Palu. ponuntur quę contingerunt corpus vel sanguinem mediate vel immediate. Sed in quibus tamen nhil est de corpore cum sanguine, sicut rasurę tabulæ & terrę super quā stillauit sanguis Christi Qui lambi debet, & potest a non ieiuno sumi. Dicit etiam Thom. vt supra, ad vltimum quod occasione sacramenti nihil abominabile debet sumi. ar. etiam ad hoc, de consec. dist. 2. Si per negligentiam, in glo. ¶ Si sanguis Christi stillauerit vel ceciderit super terram vel tabulam, vel altare, vel pallam altaris, quid agendum, & de stilla & de pænitētia fiēda, de hoc labetur de consecra dist. 2. sic. Si per negligē

De aranea.

De stillatione sanguinis.

tiam

iam de ſanguine ſtilauerit in terram, vel ſuper tabulam quæ ſolet eſſe ſub pedibus ſacerdotis ſecundum glo. lingua lambatur, & tabula radatur. Si non fuerit tabula vt non conculcetur locus, tamen radatur & igne conſumatur, & cinis iuxta altare condetur, & ſacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si ſuper altare glo. non interpoſita palla ſtillauerit calix, ſorbeat miniſter ſtillam, & tribus diebus pœniteat. Si ſuper lintheum altaris & ad illud ſcilicet lintheum ſtillauerit, quatuor diebus pœniteat, ſi vſque ad tertium nouem diebus pœniteat, ſi vſque ad quartum viginti diebus pœniteat. Et lintheamina quæ tetigerunt ſtillam tribus vicibus miniſter, ideſt ſacerdos ipſa abluat calice ſuppoſito. Et aqua ablutionis ſumatur vel iuxta altare condatur. Hæc omnia in dicto decreto Pij Papæ primi. Et dicit Thom. in 3. parte, ꝙ etiam illa aqua ablutionis poſſet ſumi a miniſtro, niſi propter abominationem dimitteret. Dicit etiam quòd cautum eſt ꝙ pars illa linthei vel pallæ abſcindatur poſt ablutionem & comburatur, & cinis in altari ponatur. Guil. tamen dicit ꝙ ſufficit quòd lauentur modo prædicto. De huiuſmodi pœnitentijs, ſcilicet ꝙ tot diebus pœniteat & huiuſmodi dicit Thom. 3. parte. q. 83. art. 6. ad 7. quòd quidam dicunt iſtas pœnitentias taxatas eſſe ad cautelam, vt negligentia magis caueatur, & ideo circunſtantijs penſatis poteſt addi vel minui ad dictam pœnitentiam. Sed tutius eſt vt dictam pœnitentiã peragat. Debet autem ſecundum quoſdam diebus illis ieiunare & a communione ceſſare, quod etiam ponit gl. ſuper d. c. Et Tho. etiam hoc dicit in tertia parte. Fatetur tamen quòd poteſt hæc pœnitentia minui vel ei addi ſecundum negocij conditionem & perſonæ. Et dicit Guil. quòd ſufficit ieiunare ſicut ieiunatur in ſexta feria vel 40. In ſcriptis tamen dicit Tho. quòd alij dicunt quòd his diebus debet iniungi pœnitentia arbitraria penſatis conditionibus perſonæ & negocij, & hoc dicit videri probabilius. Siquis autem euomuerit Euchariſtiam dicit canon. de conſec. diſt. 2. c. ſiquis per ebrietatem, vbi dicitur. Siquis per ebrietatem, ideſt ꝙ hoc accidit propter ebrietatem vel voracitatẽ, ſi eſt laicus quadraginta diebus pœniteat, ſi clericus vel monachus, 70. diebus pœniteat, ſi epiſcopus 90. diebus pœniteat. Sed ſi hoc accidat cauſa infirmitatis ſeptem diebus pœniteat. Et dicit glo. in d. c. ꝙ pro cauſa infirmitatis imponitur pœnitentia ad cautelam ſicut 34. quæſtio. 1. in lectum, & quia non debuit ſumere cum eſſet infirmus, ideſt ſtomacho alteratus. Et dicit Ray. quòd debet ille vomitus ſumi diligentec & cremari, & cineres iuxta altare recondi. Et ex ipſo, cap. ſiquis per ebrietatem &c. arguit Petr. de Pal. & reprobat glo. ſuper c. tribus gradibus, quæ dicit ꝙ vbi ſpecies ſacramenti atteritur dentibus, Chriſtus ad cœlum rapitur, quod dicere eſt hæreticum, quandiu enim maneret ſubſtantia panis ſi eſſet, tandiu manet ibi corpus Chriſti ſuccedens & quandiu ibi maneret ſubſtantia vini ſi eſſet, tãdiu ſanguis Chriſti. Sed ſubſtantia panis maneret non ſolum attrita dentibus, ſed etiam in ſtomacho traiecta, vnde & dictum, c. dicit ſiquis euomuerit Euchariſtiam. Non poteſt autem euomi niſi quod eſt in ſtomachum traiectum. Et quod etiam dicit illa glo. ꝙ in ſeceſſum non emittitur, ſed per ſudorem vel aliter emanat, fatuum eſt fingere, quia & per ſeceſſum taliter emitti pñt ſpecies, ſicut emitteretur ſubſtantia panis & vini, non aliter. Illa autem qñq; non corrupta emittuntur vt in habentibus fluxum ergo & ſpecies, ꝙ quod non eſt danda Euchariſtia habenti talem fluxum, quia. ſ. emittit integrum quod ſumit, ſicut nec habenti vomitum, cum iſtud magis cederet in irreuerentiam ſacramenti quàm illud. Igitur corpus Chriſti & ſanguis tandiu manet in ventre & ſtomacho vel vomitu, & quocunq; alubi, quandiu ſpecies manet ſicut ſubſtantia conuerſa manſiſſet, & ſi ſpecies incorruptæ euomuntur vel egrediuntur, vtibi vere corpus Chriſti. Et ſicut Greg. non habet pro inconuenienti ꝙ Chriſtus permiſerit ſe a diabolo in montem & ſuper pinnaculum portari, qui permiſit ſe a membris diaboli crucifigi, ſic in propoſito maximè quia per omnia hoc corpus Chriſti manet incontaminatum. Et quod dicit Auguſt. in lib. de remedio pœnitentiæ, de conſec. diſt. 2. cap. Vt quid paras, quod iſtæ cibus non vadit in uentrem, ſed in mentem, verum eſt finaliter, quia eſt propter mentem non ventrem ordinatus, ſed illuc vadit ſacramentaliter, quo localiter.

De vomitu Euchariſtię

¶Si mus aut aliud animal propter negligẽtem cuſtodiam ſpecies ſacramenti comederit, ille per cuius negligẽtiam hoc accidit, debet quadraginta diebus pœnitere (vt dicitur de conſecr. diſt. 2.) Qui bene. Debet autem his diebus pœnitere modo dicto, in §. Si ſanguis Chriſti, ſecundum Tho. in ſcriptis. Et debet mus capi ſi poteſt & comburi & cinis iuxta altare reponi. Sed Pet. de Pal. dicit quòd mus exenterari debet, & mus quidem comburi & cinis in piſcinam proiici, pars autẽ hoſtiæ ſi homo eam horret

De muſca uel mure.

horret sumere debet in tabernaculo reuerenter poni & tandiu ibi dimitti quousque naturaliter consumetur. Ipsa autem hostia nequaq̃ debet in piscinā proiici, sicut fecit quidam sacerdos de musca reperta post cōsecrationem in calice, nec etiam debet comburi sicut fecit alius sacerdos, de hostijs mucidis cōsecratis & cinis ipsarū in piscinam proijci, quia hoc est immane sacrilegium. Et ideo quantumcunq; modica particula inueniatur, debet reponi cum reuerētia, quia in ea totus est Christus. Et siquidem homo esset tanti feruoris quòd huiusmodi non horreret, sed sumeret commendandus esset, si tamen esset ieiunus. Sic beatus Hugo. Cluniacus cōmendauit Goderanum sumendo partiunculas hostiæ quas leprosus cum vilissimo sputo euomuerat, dicens craticulam Laurentij fuisse tolerabiliorem. Hæc Petrus. Nec puto eos sibi contrarios, sed dictum Thomæ videtur intelligendum cū iam videtur speciēs sacramenti alterata, scilicet quòd debet comburi animal. Dictum vero Petri, cum factum est ita recens, q̃ adhuc creditur species sacramenti permanere in stomacho, & tunc debet exemplari.

De amissione hostiæ. ¶ Item si amissa fuerit hostia vel pars hostiæ vt inueniri non possit triginta diebus debet pœnitere, vt dicitur de consecratio. distinct. 2. Siquis, & modus pœnitentiæ secundum Thomam intelligendus est vt supra. Et intelligendū est quando accidit ex negligentia sacerdotis, secus si ex miraculo, sicut legitur de beata Katherina de Senis, de habitu de pœnitentia beati Dominici, quo scilicet celebrante quodam fratre ipsa præsente una pars hostiæ in fractione eius prosilijt de manibus eius extra calicem, quam nūquam potuit inuenire, quia miraculosè fuerat Katherinę delata. Item dicit Host. q̃ si is ad quem spectat custodia Eucharistiæ incaute dimisit Eucharistiam, quāuis inde nihil nephandæ acciderit, tribus mensibus ab officio suspendatur. Et si per eius incuriam aliquid nephandum acciderit, grauioris pœnæ vltioni subiaceat, extra de custodia Eucharistiæ, c. 1.

§. 4. ¶ Quędam vero fiunt in missa ad congruam ritus sacramenti solemnitatem, vt certus locus & certum tps & certus modus. ¶ Quantum ergo ad locum nota secundum Ray. q̃

Locꝰ celebrādi. missa non debet celebrari nisi in ecclesia consecrata si fieri potest, vel saltem in altari consecrato, vel si hoc non habetur ad minus semper habeatur parua tabula consecrata. Et dicit Guil. quòd hæc tabula debet esse lapidea, nec consecrari debet nisi habeat capsulam, de capsula autem illa cui compaginatur tabula non refert, vtrum sit lapidea vel lignea, vel de alia materia solida. Et dicit Pet. de Pal. quòd debet cauere qui celebrat quòd si tanta latitudo & longitudo lapidis in capsula, quòd in ea possit capi pes calicis & hostia consecranda, vel quòd in conficiendo cum in manibus panem vel calicem super lapidem teneat, ut sic super lapidem conficiat. Sed altare super quod altare portabile ponitur, non refert vtrum sit ligneum fenestra vel ostium. Idem etiam quòd extra ecclesiam sine necessitate nunq̃ licet celebrare sine licentia episcopi, de consec. dist. 1. missarum. In nulla autem necessitate licet celebrare in mari. vel super fluuium vbi probabiliter timetur de effusione sanguinis propter agitationem nauis. Sed non habētibus capellas licet potius celebrari subdio, i. in campo vel in domibus priuatis, uel capellis, dum tamen alia necessaria habeantur q̃ quidem missam dimittere, quādo non potest peti licentia ab episcopo. In tali enim necessitate dat Papa licentiam, ut ubi ecclesiæ consecratæ sunt destructæ, in capellis, in itinere, subdio ant in tentorijs, de consec. dist. 1. Concedimus. In exercitu Christianorum idem fiendum, maxime quia cōmunicare debent quibus periculum mortis imminet. Sed a principio si commodè potest peti licentia ab episcopo debet peti. Vnde in camera, in aula, & huiusmodi non licet celebrare, nisi episcopo concedente, habeat tamē prædicatores & minores priuilegiū vbicunq; fuerit super altare viaticum celebrare. Vnde etiam sine episcopi licentia possunt in infirmaria communi, & cameris priuatis, altaria erigere, & in itinere in altari viatico celebrare, extra de priuil. cap. In his, aliàs si hoc sine episcopi licentia non possent, priuilegium illud nihil operaretur. Hæc Pet.

Tps celebrandi. ¶ Quantum ad horam & tempus celebrandi dicit Thom. quòd communiter loquendo missa debet dici de die & non de nocte, quia hoc sacramentum ad tēpus gratiæ pertinet, quod per diem designatur. Iuxta ad Roma. 13. Nox præcessit &c. Dies autem iudicatur in hoc, non solum ab ortu solis, sed ex quo incipiunt signa orituri solis manifestari per aliquā aeris manifestationem vel illustrationem. In duabus tamen noctibus propter priuilegium illarum celebratur in nocte, scilicet in natiuitate domini & resurrectione, quāuis hoc non oporteat seruari semper. Et de resurrectione communiter non seruatur, sed dicitur in sabbato sancto. Et dicit Guil. Credo quòd qui sciēter

ante

ante diem celebrat, cum sit cum generalem consuetudinem ecclesię mortaliter peccat, nisi sit per hoc per episcopum vel superiorē dispensatum in casu, vt si aliquem cōtigerit infirmari ad mortem, & nō posset haberi Eucharistia, nisi conficeretur ante diem. Pet. autem de Pa. dicit, quòd Cardinales aliquādo ex dispensatione Papæ celebrant ante diem. Et sic dicit glo. de priuil. ca. fin. lib. 6. Episcopi itinerantes ante diē celebrare possunt ne impediantur in via. Similiter pro communicādo infirmo, si aliter viaticum non habeatur vī esse bona cā. Solemnis autem celebratio missæ tribus horis instituta est, tertia die b. festis, in sexta diebus profestis, in nona diebus ieiuniorum, de conse. di. 1. Noctæ, & c. Solēt quia in missa recolitur mors Christi, quia hora tertia crucifixus est linguis Iudęorum, sexta manibus militum, nona expirauit. Potest ēt post nonā cantari missa, qñ fiunt ordinationes, vel potest dici quando nō est dies ieiunij inter sextam & tertiā, & in diebus ieiunij in nona. Missę autem priuatę a mane vsq; ad tertiā, vel vsq; ad nonam diebus ieiuniorū. Pet. autem de Pa. dicit ꝙ missę non solemnes pñt ab aurora vsq; ad sextam celebrari vel etiam nonam quod videtur intelligendum de diebus ieiuniorum vsq; ad nonam. Ant. de But. post Host. dicit ꝙ possunt dici vsq; ad sextā, & diebus ieiuniorum vsq; ad nonam. Et dicit Petr. de Palu. quòd qui credit ante diem esse diem, aut credit non esse meridiem cum sit, cum in talibus sæpe homo decipiatur, quamuis ex vna parte videatur causari, quia se discrimini exponit ex alia tamen si deuotio excusat & aliter missam habere non potest, excusatur, quia quod parum deest quasi nihil deesse videtur. Item non debet dici ab eo qui nō dixit matutinum, licèt possit audiri, alias dicendo esset mortale, quia contra consuetudinem generalem ecclesiæ. Guil. dicit & etiā Petr. quòd non debet dici ante primam, nisi sit consuetudo in contrarium, vel generalis, vt in missa etiam secunda natalis, nel particularis, vt in quibusdam monasteriis, vbi dicitur missa ante primam.

§. 5. ¶ Nota quòd non licèt nisi semel in die celebrare vel communicare, vt vel in hoc vnica passio Christi repræsentetur, & valde felix est qui vnam digne celebrat de conse. di. 1. sufficit, & de cele. miss. c. Consuluisti. Excipiuntur autem sex casus secūdum Pe. & Pa. in quibus licet pluries celebrare. Primus est in die natiuitatis domini, in qua quilibet ter celebrare potest & hoc ad repræsentandum triplicem Christi natiuitatem, scilicet æternalem, tēporalem, & mētalem, vel tres in Christo substātias deitatem, animam, & carnem. Secundus est, propter defunctū qui subito occurrit post missam dictam, nec debet sine missa sepeliri si sit tempore missę, puta quia sic se habet cōsuetudo loci, immo dicit Ray. quòd ex intentione potest dicere vnam prouiuis & aliā pro defunctis, non quidem regulariter nec omni die sed causa rationabili, puta cū parrochianus vel cui tenetur petit anniuersarium vel annuale, vel trigenale nec ille potest commode vicarium habere. Idem dicit Guil. nisi hoc sit contra consuetudine loci approbatam, vel constitutionem synodalem. Tertius est pro necessitate infirmorum viaticum petentium si non sit corpus domini reseruatum nec aliter possit haberi, tunc licet iterum celebrare, si est ieiunus & pluribus hostiis, vt vltra eam quam sumit vnam portet infirmo & alteram reseruet. Quartus est prò necessitate peregrinorum diem dominico festiuo, quando omnes maxime peregrini debent audire missam. Quintus pro nuptiis, quia laudabilis cōsuetudo non est nisi in missa dare benedictionem nuptialem, quamuis in quibusdam partibus post vesperas & aliquando in profunda noctè soleant ista fieri. Hos etiam casus ponit Ray. Sextus secundum Hostiē. est si habet duas ecclesias commendatas vel vnam commendatam & aliam intitulatam propter paupertatem, nec pōt habere vicarium, & quilibet populus vult habere missam in sua ecclesia, cum vtriq; æqualiter teneatur vtrobique pōt æqualiter celebrare. Si etiam occurrent, eodem die duæ missæ vnā forte de festo, aliā de ieiunio vt cōtingit in quadragesima, & vī iusta causa celebrandi bis, si tamen alias non potest audire secundam, nō tenetur sed sufficit de vno celebrare & de alio officium tenere. ¶ Et nota quod in his casibus nunquam licet celebrare vltra binam vicem, nisi in natali vbi ter conceditur. Item intelligitur ꝙ pōt dicere secūdam missam in his casibus si est ieiunus, ita ꝙ non sumpserit ablutionem, alias nō posset secūdo celebrare. Itē etsi licet aliqñ pluries celebrare vt in dictis casibus, in qbus debet sp sacramentum sumere, nunq̄ tamen licet in die pluries cōicare absq; celebratione. Itē sicut dī vnum prandium & vna cœna vnitate cordis. i. intentionis, licet sint ibi multæ potatiōes & comestiones sic si sacerdos sumat prius sub duabus speciebus fractionis, & postea calicem, vna est cōio. Similiter si propter custodię periculum sacramēti sumeret si mul-

Quotiens licet celebrare.

mul. decẽ hoſtias cõſecratas non dicitur niſi ſemel cõicare. Item poſtquam celebrauit vel alias communicauit licet non plus communicare intẽderet ſi ſit periculum: licet ei ieiuno tamen hoſtiam conſecratam ſumere. ar. de conſe. diſt. 2. Tribus gradibus. Hæc omnia Pet. Item extra de cele. miſ. c. 2. dicitur quòd propter miſſam peculiarem, ideſt ſpecialem pro aliquo ſancto vel pro defuncto non debet quis dimittere quin audiat miſſam propriã de die: qd intelligitur ſecundũ Guil. quãdo dies habet propriam miſſam: & illa die tenetur audire. Item dicit Ray. vt in profeſtis, diebus, cum dicitur miſſa de Beata Virgine, vel de ſpiritu ſancto & huiuſmodi. non debet dici Gloria in excelſis Deo: nec credo in vnũ Deum: vt fiat differentia inter ſolemnitatem, & commemorationem. extra de cele. miſſ. c. Conſilium vbi etiam dicitur quòd Te Deum regularius dimittitur. Sed dicit Hoſt. quòd in huiuſmodi deuotam conſuetudinem non reprobamus. ¶ Item nota quòd miſſa nõ debet celebrari niſi habeantur omnia quę ſunt de communi & vniuerſali ritu celebrationis, & quòd ad minus ſit vnus præſens, & ſufficit ipſe & ſeruior ſecundum Albe. & Hoſt. & quòd dicitur de conſe. diſt. 1. hoc quoque, quòd debent eſſe duo, abrogatum eſt per contrariam conſuetudinem, vt dicit Pet. de Pa. Item non debet celebrari ſine lumine ſecundum Hoſt. extra de cele. miſſa. ca. fin. Vnde depoſitus fuit ſacerdos qui ſine igne celebrat, vt patet in dicto ca. Item non debet celebrari ſine calice qui licèt olim fieret de ligno vel de vitro nũc nõ licet, nec etiam debet eſſe de ęre. aut auricalcho, aut cupro, aut plumbo, quia propter eruginem iſta vomitum prouocant, nec de ligno propter poros ne ſubintraret ſanguis nec de vitro propter fragilitatem, nec de lapide propter ineptitudinem, de conſecr. diſt. 1. vaſa. & cap. ſeq. & quia in cap. vt calix domini, dicitur quod tam calix quam patena debet eſſe de auro vel argento vel ſtanno, omnem aliam materiam prohibere videtur, debet etiam ipſæ calix eſſe conſecratus & chriſmate perunctus cum patena, nec licet in hoc epiſcopo diſpenſare, quia ſic ſtatuit Syluеſter Papa, extra de ſacra. iteram. cap. 1. Et ſiquidem modica pars pedis aut cyphi refectione indiget ſine ſuperioris partis amotione conſecratus manet. Si autem cyphus a pede ex toto ſeparatus eſt, licèt fractus non ſit, vt puta quia iunctura tornatilis conſecrationе indiget. Hæc Pet. de Pal. Item ſecundum Archi. ſi calix argenteus conſecratus deauratur poſtea, quia aliam ſuperficiem habet & conſecratio fit in ſuperficie, indiget conſecratione. Quod autem dicitur diſtin. 93. diaconi. q̃ ſacerdotibus ſolemniter celebrantibus, non debet per ſe calicem accipere niſi prius perdiaconus porrigatur monitio eſt non præceptum ſecundum Pe. Item debent ibi eſſe palę in altari, quæ ſecundum Pet. de Pa. ad minus, debent eſſe duæ, vt reſpondeant linthea minibus quibus inuolutum fuit corpus Chriſti, quæ pluraliter nominantur. Debent autẽ ipſe palle & corporale eſſe non de ſerico ſed de panno lineo ſimplici. 25. di. perlectis. Qđ ad diaconum competit componere mẽſam, exponit Alb. i. explicare & replicare corporale cum ſeruit ſacerdoti, nec inferioribus tangere licet. Et nota quod di. 23. c. ſacratis, dicitur quòd mulieres etiam moniales nec pallas nec vaſa ſacra nec corporalia debent contingere. Et ſi ex deuotione hoc faciant, dicit Pet. de Palu. q̃ preſumptuoſa & indiſcreta eſt deuotio. Sicut Oza. qui tetigit arcam 2. Regum 6. c. & 1. Paral. 13. cap. Vnde talia nec per laicos nec per mulieres abluenda ſunt. Dicit tamen q̃ conſuetudo excuſat, cum ſcilicet moniales corporalia lauant, & multo magis de aliis veſtibus ſacris & cum reficiunt. ¶ Item ſine veſtibus ſacris non debet miſſa celebrari, de conſe. di. 1. veſtimenta. Et ſecundum Pet. de Pal. ſpecialiter iſta ſex requiruntur ſcilicet ſtola, manipulus, alba, amictus, cingulum & caſula, ideſt planeta. Iſta enim benedicuntur & ſacrantur. Vnde videntur eſſe de neceſſitate præcepti, non ſic de camiſia quæ non benedicitur videtur q̃ de longo manipulo liceat facere ſtolam, & econuerſo de breui ſtola manipulum vel cingulum, quia omnia hęc vera benedictione conſecrãtur. Et cum caſula eſt duplicata cum poſſit eſſe ſimpla ſuper quamlibet partem fit benedictio, vnde in celebrando verti poteſt ex vtraque parte. Et ſi vna pars amoueatur ab alia remanet benedicta, & poteſt in ea celebrari, & ſimiliter de dupla ſtola. Item ſecundum eundem Pet. quando veſtimenta reparantur propter paupertatem videtur diſtinguendum, quia aut tanta pars amota fuit, q̃ ſine illa non benediceretur vel celebraretur, vt tota manica vel pars ſuperior & tunc deſinit eſſe benedicta, cum benedictio non fiat ſine verbis, nec niſi ab epiſcopo. Si autem modica particula cuius defectus nec benedictionem impediret nec celebrationem, tunc licet celebrare. Nec hoc eſt contra illud quod dicitur extra de ſacra vncti. quod in dubijs, vbi glo. ex eo quòd dicitur

Reparatio veſtium.

Reqſita ad celebrãdum.

in

In tex. illius cap. oleum non consecratum po test oleo sacrato commiscери, sumit inde argumentum quòd in reficiendis paramentis. vel sacris vestibus, non sacrum filum vel pānum, licet sacro apponi, nec est opus noua consecratione. Sed hoc non est simile, quia qñ oleum admiscetur oleo liquor prę existens nō desierat esse sacer vel benedictus. Et talia contiguitate fiunt continua & fiunt vnum, sed pannus additus panno non facit vnum nisi colligatione. Item iam primus pannus desierat esse benedictus pp quod appositio non benedicti non benedicit illum qui desierat esse benedictus, cum benedictio non fiat sine verbis. Vnde si anteq̃ remoueatur superfueretur noua, tunc nunquàm desijsset esse benedicta & postea amota, adhuc remaneret integra & vna, vnitate tali, qua nauis dicitur vna per tabulas renouata. ¶ Ipsis autem sacris vestibus vel vasis sacris, nullo modo debent vti seculares. Vel eis mutuari ad vsum suum, de consecr. dist. 1. Nemo & c. in sancta. Propter hoc enim Balthasar & vita & regno priuatus est, vt habetur Dan. 5. Et in historia tripartita legitur de quodam seculari, q̃ cum in theatro luderet sacris vestibus indutus, subito mortuus est. Sed & Archi. post Hug. in rosario repræhendit abusionem secularium, etiam mulierum modernarum, quæ cum vsæ sint vestibus præciosis pro se factis in multis lasciuijs & vanitatibus, exinde faciunt fieri de eis paramenta vel planetas. Et quāuis istud non reperiatur expræsse prohibitum, immo ex auro & argento ablato ab Aegyptijs quo male vtebantur fabricatum est tabernaculum, tamen honestius & decentius esse facere huiusmodi ex his quę non uenerunt in usus laicorum. ¶ Notandum secundùm Thom. in 4. dist. in. 24. in fi. quòd vestes ministrorum de-

Significatio vestium.

signant idoneitatem quæ requiritur in eis ad tractandū diuina. Et quia quædam sunt quæ in omnibus requiruntur, quædam vero tantum in superioribus quæ non ita in inferioribus ministris exiguntur, ideo quædam vestes sunt omnibus communes, scilicet paratis solemniter ad missam, quædam vero tantum sunt superiorum. Et omnibus quidem ministris competit amictus tegens humeros, qui designat fortitudinem ad diuina officia exequenda, quibus mancipantur, & similiter alba quæ significat puritatem vitæ & cingulum quod significat repressionem carnis. Hæc omnibus conueniunt. Sed subdiaconus habet manipulum in sinistra, quo significat extersio minimarum macularum, quia manipulus est quasi sudarium ad extergendum vultum. Ipse enim primus est qui admittitur ad sacra tractanda, habet etiam tunicam strictam, per quam designatur doctrina Christi. Vnde & in veteri lege etiam tintinnabula habebātur in extremitate tunicę summi sacerdotis. Exo. 28. cap. Subdiaconi enim primi admittuntur ad doctrinam nouæ legis nunciandam, scilicet in epistolis apostolorum, sed diaconus habet amplius stolam in sinistro humero, in signum q̃ applicatur in ministerium in ipsius sacramentis, & habet dalmaticam, quę est vestis larga sic dicta, quia in Dalmatiæ partibus primo fuit eius vsus ad designandum q̃ ipse primo ad dispensandum ponitur, quia sic dispensat sanguinem Christi. In dispensatione autem requiritur largitas, sed sacerdoti in vtroque huiusmodi stola ponitur, vt ostendatur q̃ potestas dispensandi sacramenti ei datur plena, non vt ministro alterius. Habet etiam casulam quæ significat charitatē quam debet habere, & quia sacramentum conficit charitatis.

§. 6. ¶ Nota ergo quòd si aliquod eorum defuerit quæ requiruntur ad ritum celebrationis in solemnitate vt calix consecratus, pallæ, altare vel lumen, vel aliqua vestis sacra, vt manipulus, stola & huiusmodi, potius debet dimittere missam etiam die festo quàm sic celebrare, quia sic celebrando aduertenter, quamuis sine dubio conficeret existentibus aliis quæ sunt de substantia consecrationis, tamen peccaret mortaliter, & idem credo celebrando sine missali seu libro, in quo sit saltem canon. aliàs mente retentus dicendo. Nam & talis se exponit periculo errandi in verbis canonis, immo & consecrationis, cum & optimæ memoriæ viros aliquando fallat memoria, tum etiam quia facit contra generalem ecclesiæ consuetudinem, dist. 11. in his, dimittendo etiam studiosè aliquod notabile de missa, ut Euangelium, Epistolam & huiusmodi, puto etiam q̃ esset mortale. Item nota secundum Pet. de Pal. q̃ vestes sacrę pallæ quibus altaria cooperiuntur, corporalia, vela, cortinę ecclesiæ & altaris panni, quæ scilicet ante altare vel super vel circumcirca, vt in quadragesima de pariete ad parietem extenduntur, & qui ad parietes ecclesiæ pēdent & omnia alia ad cultum Dei pertinentia, vt monasterium ecclesiæ & hospitale non debent conuerti ad vsus laicos vel prophanos 19. q. 1. quę semel, & cum prædicti panni ecclesiæ vetustate consumpti fuerint debent comburi & cineres circa ecclesiam retrudi in aliquo loco honesto

ne

ne pedibus conculcentur. de consec. dist. 1. c. altaris. scuta autem mortuorum in ecclesia appensa pro necessitate ecclesiæ milites tollere possunt. sicut Dauid gladium Goliæ 1. Reg. 21.

§. 7. ¶ Quædam alia requiruntur In celebratione vel communione ad communicantis vel celebrantis idoneitatem. vt scilicet digne operetur. & ista sunt tria secundum Thom. in 4. dist. in. 8. q. vlt. in expositione litteræ. s. puritas mentis: deuotio actualis: & mundicia cordis. Et quantum ad primum oportet quòd regulariter sit cõtritus & confessus cum proposito obseruandi mandata Dei, & ecclesiæ. & quia ecclesia prohibeta communione excommunicatos excõmunicatione maiori vel minori, etiam & interdictos & suspensos & degradatos a celebratione. ideo tales oportet ad huiusmodi abstinere. aliàs peccarent mortaliter. & quia peccatum est contra puritatem mentis. ideo accedere non debet ad celebrationem vel communionem nisi prius contritus & confessus. quod est necessarium de mortalibus: sed & de venialibus decens est conteri. & si commode potest confiteri. quàmuis non sit necessarium. Vnde dicitur de consec. dist. 2. si non sint tanta peccata. vt excõmunicetur quis, i. vt possit excõmunicari: quod non fit nisi pro mortali: non debet a medicina corporis domini separari. non debet, idest, non tenetur. vt exponit Pe. quia etsi venialia non sint contra charitatem. sunt tamen contra charitatis feruorem: & impediunt actualitatem deuotionis. & per consequens vel fructum impediunt vel minuunt. Sed & quandoq; quod putatur veniale est mortale: aut per confessionem fit homo de attrito contritus: nisi ponat obicem. ¶ Item nota secundum Pet. de Pa. in 4. quòd accedere ad communionem vel celebrare cum peccato mortali potest esse tripliciter. Vno modo quia illud ignorat. alio modo quia dubitat. tertio modo quia illud cognoscit. Primo casu cum scilicet nõ est conscius de mortali potest esse dupliciter. Vno modo quia scit se commisisse peccatum: sed reputat sibi fuisse dimissum: quia credit se esse contritum cum non sit: sed attritus. & talis si sit confessus non peccat accedendo: quia vbi non potest haberi certitudo plena: sufficit probabilis coniectura scilicet q̃ homo doleat de præterito: & caueat per propositum de futuro. Alio modo quia nescit se commisisse hoc peccatum. & hoc iterum contingit dupliciter. Vno modo quia recolit de facto: sed non credit illud esse peccatum mortale: sed veniale vel nullum. vt puta fornicationem simplicem. & tunc non excusatur quin peccet accedendo. quoniã ignorantia quæ non excusat facientem a peccato dum facit, non excusat eum à peccato dum sic ad sacramentum accedit: sed talis est huiusmodi ignorantia. Nec enim excusat eum a peccato facientem ex quo punimus eum in peccato licet ignoret: qa huiusmodi ignorantia vel est iuris: vel est particularis circunstantiæ quam talis tenebatur scire. aliàs non peccasset. ergo peccat accendo. Alio modo nescit commisisse peccatum: quia scilicet non recordatur de facto & hoc iterum contingit dupliciter: quia aut discussit conscientiam suam prius sufficienter. & tamen non recolit illud factum: sed est oblitus. & tunc non peccat accedendo: immo forte veniam obliti consequitur ex vi sacramenti. Dicit n. Aug. q̃ corpus Christi viuificat mortuos dum manducatur. Aut non discussit conscientiam suam diligenter. & ob hoc nõ venit in noticiã mortalis commissi, & tunc peccas mortaliter. Et ratio est: quia uoluntaria omissio circunstantiæ quæ ad factum requiritur nõ excusat: sed aggrauat. Sed discussio conscientiæ est conditio quę requirit in susciente hoc sacramentum. secũdum illud 1. Cor. 11. Probet autem seipsum homo &c. ergo talis omissio non excusat quin accedat, vt peccator. nam & iustus accedens ad hoc sacramentũ sine discussione forte peccat nisi q̃ in iusto qui consueuit passim scrutari conscientiam suam sufficit breuis & transitoria discussio quę non sufficit in alio. In secundo casu cum scilicet dubitat tunc dupliciter, quia aut credit se esse in mortali ex conscientia scrupulosa & temeraria: & tunc debet deponere eam: sed quousq; non deposuerit: abstineat quia conscientia erronea ligat & obligat, aut hoc credit ex probabili cõiectura. & tune debet conteri & confiteri aliàs periculo se exponit. & sic videtur esse mortale si fecit quod debuit in discussione non peccat: sed sibi dimittitur alias secus. In tertio casu cum. scilicet scit se esse in mortali. de quo non conteritur vel etiam nõ confiretur cum possit, tunc iterum peccat mortaliter. Et ratio huius est: quia irreuerentia & abusus. tanti sacramenti non potest esse sine mortali. Est autem magna irreuerentia & abusus sacramenti huius accedere ad ipsum cum mortali quod patet tum ex modo sumendi: quia sumitur vt cibus. Sed sicut cibus corporalis non competit nisi viuenti corporaliter. sic nec istæ cibus spiritualis nisi viuẽti spiritualiter. peccator autem mortuus

Celebra re ĩ mortali.

est spi-

est spiritualiter. Patet etiam ex re ibi signata, scilicet corpus Christi mysticum. Vnde quicunq; ad hoc sacramentum accedit, prætendit se uolare ad unionem cum Christo & membris eius. Sed existens in conscientia mortalis ad hoc non tendit sed recedit, & sic est reus fictionis cum vnum intendat & aliud prætendat, fictio respectu sacramenti est mortalis. Et est huiusmodi mortale quantum ad grauitatem, medium inter peccata quę committuntur in Deum, & quæ fiunt in proximum. sicut homo assumptus est melius inter Deum & homines, & peccata quidem carnalia reddunt hominem magis indignum & magis impedíunt a perceptione huius sacramenti quàm spiritualia, quia plus mentem distrahunt & plus scandalizant, & magis scitur in istis quid mortale & quid veniale q̃ in illis, sed spiritualia sunt minoris culpæ quàm carnalia secundum Greg. Et ideo plus impediunt spiritualia quantum ad genus peccati. Hæc omnia Pet. Cui concordat Tho. & Pet. Sed & quantumcunq; contritus habet mortale nõ debet celebrare vel communicare nisi confessus aliàs peccaret mortaliter secundum Thom. & Pet. quia ad sacramentum ecclesiæ requiritur reconciliatio etiam secundum iudicium ecclesiæ, & hoc nisi vrgeret necessitas celebrandi, aliàs esset scandalum populi & non haberet copiam confessoris, tunc sufficit contritio. Similiter cum infirmus grauiter amisit loquelam, non enim propter hoc debet priuari communione vel etiam si non haberet sacerdotem, quia per diaconum posset Eucharistia deferri & huiusmodi. Petrus de Palu. addit alium casum cum imminet communio paschalis, & quis non habet copiam confessoris vel habet casum reseruatum episcopo ad quem tunc non potest ire, sed credo istud restringendum quando ex hoc quòd abstineret sequeretur magnum scandalum, & haberetur multum suspectus de aliquo malo, tunc forte posset.

Carnalia pcta spualib⁹ viliora.

§. 8. Actualis deuotio.

¶ Secundum quod requiritur ad idoneam celebrationem vel communicationem est actualis deuotio. Ad hoc enim, vt aliquid nutriat, oportet ipsum aliquid cooperari: quia nutriens agit in nutritum. Cum ergo istud sacramentum detur ad nutriendum spiritualiter, licèt Deus operetur principaliter, oportet tamen quòd homo operetur instrumentaliter ipsum deuote amplectendo, iuxta illud quod habetur de consecratio. distinctio. 2. capitu. quia corpus, in fin. non ergo quodlibet veuiale, sed illud quod impedit actualiter deuotionem, ideſt quod distrahit mentem ne actu feratur in Deum, impedit sacramenti fructum: nec tamen facit incurrere mortale: quia non tenetur homo eam habere actualiter de necessitate: sed habitualiter, habitus autem eius tollitur solum per mortale: non per venialia etiam omnia. Dicitur autem deuote communicare si conatur omnem distractionem & euagationem mentis expellere & non deliberate eam tenet si occurrat. Petr. de Palu. Et quia meditatio passionis Christi multum est inductiua deuotionis super alia. Vnde Bernard. Super omnia te mihi reddidit amabilem: ò bone Iesu calix quem bibisti opus redemptionis nostræ, hoc & deuotionem nostram facilius allicit: dulcius vrit, & fortius stringit, ideo accedenti ad communionem multum congruit ipsam meditari. Vnde Aug. de consecrat. distinct. 2. Quia per mortem domini liberati sumus, ideo huius rei memores in ędendo carnem & bibendo sanguinem debemus esse. Et propter hoc vt deuotius accedat: statutum est vt ieiunus quis celebret vel communicet: quia aptior est homo ieiunus ad deuotionem quam pransus. Verum est tamen quòd est alia causa magis principalis huius institutionis, secundum Thom. & Pet. scilicet reuerentia sacramenti, vt scilicet prius in os & stomachum Christiani intret corpus Christi quam alius cibus pro illa die, & habetur hoc de consec. dist. 2. liquido. Quod autem dicitur de consecr. dist. 2. sacramenta a ieiunis sumantur excepto die cœnæ, habuit locum antiquitus: sed nunc est abrogatum & non seruandum. Pet. Et quamuis in aliquo casu liceat non ieiuno communicare, vt infirmo qui non potest expectare propter periculum mortis vel frenesis, nunquam tamen licet non ieiuno celebrare: nec propter infirmum communicandum: nec propter vitandũ scandalum quodcunque: nec propter præceptum nisi Papæ qui solus posset in hoc dispensare: cum sit præceptum positiuum. Vnde dicitur septima quæstione primo capitulo. Nihil. Nullus post quantumcunq; minimum sumptum cibum vel potum missas facere præsumat. Pet. Sed bene liceret non ieiuno prosequi inchoatam post consecrationem iam factam, vt infra dicetur, vel supplere defectum commissum iterum consecrando, si sumpsit aquam, pro sanguine, & huiusmodi (vt supra dictum est:) celebrando autem, vel communicando, non ieiunus est mortale. Et intelligitur

Deuote celebrare.

Añ. §. 1.

hoc quòd sit ieiunus ieiunio naturæ quo dicitur ieiunus qui post mediam noctem nihil sumpsit ad huc cibi & potus, & si postea illa die sit pluries comesturus facta communione & non sufficit q; sit ieiunus ieiunio ecclesiæ, quo dicitur ieiunus, qui iam comedit si tantum semel illa die comedit. Et dicunt Thom. Petr. & Alber. & Hostien. quòd post potum aquæ vel sumptionem electuarij vel medicinæ quæ consistit in cibo vel potu, non licet celebrare vel communicare, quia soluunt ieiunium scilicet naturæ cum sumitur scilicet a media noctæ & citra. Quidam autem Goffr. & Ioann. pariter videntur tenere quòd sumendo aliquid per modum medicinæ, vt modicum Zinziberis & huiusmodi quòd non impedit perceptionem Eucharistiæ. ¶ Prohibetur enim cibus secundum istos ante communionem quantum ad principalem vsus eius, prout scilicet sumitur per modum cibi, idest ad nutriendum, sed non prout sumitur ad alterandum etiam per modum medicinæ. Sed Petrus de Palude in quarta distinctione octaua quæstione secunda, destruit istam opinionem vt falsam cum rationibus. Nec est verum quòd prohibeatur solum cibus & potus prout est ad nutriendum, sed prohibetur propter reuerentiam sacramenti vt stomachus pro illa die sit nouus. Ita autem nouitas ista tollitur per cibum sumptum ad alterandum pro medicina, sicut sumptum ad nutriendum. De reliquijs autem cibi quæ remanent in ore inter dentes & casualiter traiciuntur per modum saliuæ. Dicit Petrus de Palude, quòd non impediunt Eucharistiæ sumptionem, secus si ex intentione traicerentur. De reliquiis aquæ quæ ob abluitur, ex quo causaliter & non ex proposito traiiciuntur, licèt non sint conuersæ in saliuam, non impediunt, quia non sumuntur per modum cibi vel potus, nec hoc intendit. Non sic de medicina, quia ex intentione bibitur, etsi non ad nutriendum. Perfundendo etiam dentes sale & aceto ad medendum vel lauandum si non deglutitur, non impedit. De his etiam quæ sumuntur per modum gustationis, sicut tabernarij, & coci faciunt qui cibum & potum supra linguam ponunt solum ad probandum & statim proiiciunt, videtur quòd non impediat, sicut si aliquis velit probare vtrum sit aqua vel vinum album quod sibi ministratur, quia non est potus vel cibus ex quo non deglutitur, nec per se nec per accidens potest nutrire. Ex decentia tamen debet, quis a talibus abstinere qui vult communicare. Si autem ad gustandum sumeret & præter intentionem descenderet videtur idem dicendum quod de reliquiis aquæ cum abluitur os, scilicet quòd non impedit. Hæc omnia Pet.

De sumente medicinam.

De reliqs cibi.

¶ Post communionem oportet gratias agere de tanto beneficio, nec tamen oportet secundum Thomam diu stare ante sumptionem cibi & potus, tum quia & species sacramenti cito alterantur, tum quia magis requiritur præparatio, & actualis deuotio ante sumptionem quàm post, quia in accessu deuoto ad sacramentum percipitur eius fructus. Postea post aliquas orationes, & deuotionem sufficit quòd duret habitualis, multum tamen debet sibi cauere, ne subito diuertat ad fabulas & vanitates. Quod autem dicitur de consecratione, distinctione secunda de tribus gradibus, quòd scilicet communicans mane ieiunet vsque ad sextam & cætera est abrogatum per contrariam consuetudinem. Et habuit locum post primitiuam ecclesiam quando ex maxima reuerentia raro celebrabant vt tempore hæremitarum. Petrus. Quod autem quis post cibum & potum non dormierit, vel non sit facta digestio, non habet impedire dummodo post mediam noctem non comederit, vel biberit, licèt etiam non multum deceat bibere post completorium, & multo minus comedere, nisi necessitas vrgeat, non tamen impedit si fiat ante mediam noctem, cum dicatur de sero. Non obstat, extra de accusatio. capitulo si constiterit, vbi quidam qui pernoctauerat in taberna sine somno, prinatur ecclesia propter hoc. In taberna enim continuè apponitur vinum, & si est verisimile quòd post mediam noctem bibit, & sic celebrauit, & sic est præsumptio iuris & de iure contra quam non admittitur probatio vel saltem præsumptio iuris cui statur quando contrarium non probatur, quia tamdiu stetit vsque ad diem, nec stetit quin biberit. Petr. de Palude. Item nota secundum Petrum de Palude, quòd sacerdes post perceptionem si viderit aliquam particulam Eucharistiæ quantumcunque minimam dummodo sit ibi species panis cum ibi sit Christus, nullo modo debet accipere ipsæ cum non sit ieiunus, sed debet in crastinum reseruare vel alteri ieiuno & disposito ad communicandum tradere. Et sic intelligendum est quod dicitur de consecratio. distinctio. 2. tribus, de ministris qui debent sumere portiones

§. 9.

tiones remanentes sacramenti, scilicet quòd sint ieiuni.

§. 10. ¶ Tertium quod congruit communicanti vel celebranti est munditia corporalis: & hoc propter reuerentiam sacramenti. Vnde & ministri ecclesiæ lauant sibi manus, antequam induantur sacris uestibus. Verum quia ista est cibus metis non corporis mundicia corporalis non est ita necessaria sicut spiritualis. Vnde secundum Petr. Thom. & Albert. si immundicia corporalis sit diuturna, vt lepra, vel fluxus sanguinis, vel seminis menstrui cõtinuus non impedit. Nec ex hoc abstinere, debet nec prohibetur. Si autem immundicia est ad modicum tempus, vt menstruum mulieris naturale, vel aliud huiusmodi. melius est abstinere propter reuerentiam. si tamen velit non debet prohiberi. ar. distinct. quinta ad eius. Actus coniugalis in reddendo debitum vel exigendo causa prolis non impedit, sed talis est in hoc suo iudicio relinquendus, secundum Gregor. 33. quæst. 4. vir. cum propria, quia non est ibi peccatum. tamen consultius esset abstinere a communionem. Sed exigendo causa delectationis debet abstinere: quia licèt veniale tantum vel sola pollutio non impediat: vtrumq; simul impedit. 33. quæst. 4 §. Si panes. tamen communicando non esset mortale. secundum Petr. de Palu. Quod autem dicitur de consecr. distinct. secũda omnis homo, quod scilicet debet abstinere ab actu coniugali per aliquot dies consilium est non præceptum secundum glos. ibi. die eadem post communicationem exactus. cũ difficultate tamen debet reddere, nõ autẽ exigere. contrarium tamen non esset mortale secundum Alberti. Et leprosus in occulto potest celebrare dummodo possit sine periculo. ¶ De pollutione nocturna siue terminetur in vigilia siue in somno quoquo modo. etsi non in ipsa: tamen ante ipsam vel post, contingit esse peccatum, & quale. dictum est. supra secunda parte in tractatu de filiabus, gulæ. in fin. Nunc autem dicendum quando impedit a communione. Pro cuius declaratione sciendum, quod potest accidere quadruplici causa: quia vel ex crapula vel præcedenti cogitatione turpium, vel superfluitate naturæ, vel illusione diaboli. Et si eueniat ex præcedenti cogitatione turpium: cui cogitationi prębuit assensum, vel in opus vel in delectationem de necessitate habet abstinere a celebratione, & communione, quia ibi, simul concurrunt, & immundicia, & mentis distractio, & impuritas mentis perfecta. Et idem si contingat ex crapula, quæ sit mortale. Hæc Thom. in tertia parte. quęstio. octuag. articulo. 7. & in 4. sentent. distinctio. 11. quęstio. prima. artic. quarto. quæst. secunda. Pet. & Richard. & Duran. ordinis minorum. Sed Pet. de Palu. in 4. dicit, quod talis pollutio impedit quousque sit contritus & confessus, nec eodem die peccati mortalis est communicandum, quamuis sit contritus & confessus tamen si contrarium faceret: nõ credo quod peccaret mortaliter, scilicet cõmunicando tali die post contritionem, & confessionem. Idem dicit Petr. in summa. Si vero contingat ex cogitatione, vel crapula, quæ fuerit veniale: quia fuit tantum complacentia sensualis, abstinendum est ex honestate, nisi potior causa vrgeat, secundum Petr. & Thom. & Richard. celebrando, tamen etiam sine causa vrgente: non peccabit nisi venialiter, secundum eos. Sed Petr. San. in summa. & Duran. ordinis minorum excipiunt istos duos casus. Primus est, quando est dies festus, quo scilicet consuetum est communicare. & pręcipue quando accidit sine turpi somno, a celebratione non decet talem abstinere. Secundus est quando esset scandalum si non celebraret: puta quia deest alius sacerdos, & populus expectat: vel quia prælatus: & tali die consuetum est prælato celebrare: eliciuntur hæc ex dictis Gregor. 6. dist. testamentum. Debet tamen talis prius, confiteri si commode potest. secundum Pet. San. hoc tamen de congruentia, non de necessitate. Si autem euenerit ex causa vbi nullum credit probabiliter fuisse peccatum, puta ex auditu turpium in confessione, vel cogitatione ad intelligendum, & conferendum scholasticè, & sine complacentia, vel ex superfluitate naturæ, vel ex illusione dæmonis, in sua est libertate celebrare, & communicare, & præcipue cum accidit sine turpi imaginatione, nec mentem distrahit. Et quia difficile est, vt plurimum probabiliter scire istam vel illam fuisse causam, laudabilius est secundum Thom. abstinere, nisi potior causa reformet pactum, vt magna deuotio, & huiusmodi. Et secundum Alber. & Tho. debet quis abstinere a communione in hoc per vigintiquatuor horas, quia infra istud tempus reputatur natura esse ordinata. Sed Pet. de Palu. dicit abstinendum cum accidit circa mediam noctem.

De medicina corpali.

Abstinẽ coniugũ añ communionẽ.

De pollutione nocturna, quæ quadruplicicausa põtcõtingere.

§. 11. De occurrẽtibus memoriæ celebrantis.

¶ Quid debeat facere sacerdos, qui in missa, recordatur se esse excommunicatum, vel suspensum vel interdictum, vel aliquod mortale

le non confessum. Dicitur Albert. & Thom. in tertia parte, quæstione octuagesima tertia articulo quinto, ad secundum & in quarto, sententiarum distinctione tertiadecima, in littera & Petrus de Palude, quòd si post cõsecrationem, iam factam horum recordatur: nullo modo debet dimittere, sed prosequi, quia vbi difficultas occurrit semper accipiendum est, quod minus habet de periculo, argumentum ad hoc, distinctione tertiadecima. Nerui. Maxime autem est periculosum, quod est contra perfectionem huius sacramenti, quia hoc est immane sacrilegium, minus autem est quod pertinet ad qualitatem sumentis, debet ergo ex quo iam consecrauit prædictis non obstantibus perficere, & sumere sacramentum, & dolere de eo quòd non est ieiunus: vel de peccato, quod menti occurrit cum proposito confitendi & satisfaciendi: & sic non indigne sed fructuose sumit. Si se me minerit excommunicatum debet sumere, p positum petendi absolutionem: & sic per inuisibilem pontificem Christum absoluetur quantum ad hunc actum. Tho. Si vero recordatur alicuius horum ante consecrationẽ si quidem illud solum est peccatum non confessum. tunc secundum Pe. de Palude etiam si sine scandalo posset dimittere missam inchoatam non debet: sed sufficit contritio cum proposito confitendi. Concordat Thomas. Sed si commodè haberet confessorem & sine nota quoad astantes & ante secreta credo quòd deberet quærere. Si autem est excommunicatus: vel quia nõ est ieiunus Tho. dicit quòd tutius putaret quod dimitteret, missam inchoatam: nisi graue scandalum oriretur. Pe. autem de Pa. dicit quod debet dimittere omnino si potest sine scandalo: sed cum scandalo ponit rationem ad vtranque partem: sed magis videtur declinare ad affirmatiuam scilicet quod dimittat. Ex hoc intelligendum quoad excommunicationem: cum non posset habere, qui absolueret inpromptu. In omni autem casu semper, debet cauere ne simulet consecrare id est, ostendat se consecrare, & non consecret: quia in sacramento veritatis non debet esse aliqua fictio. secundum Tho. & Petr. nec debet quantum in ipso est facere idolatrare. Vnde & decretalis dicit quod abiicienda sunt falsa remedia: quę veris sunt periculis grauiora extra de celebratione missarum. capit. de homine.

§. 12. ¶ Vtrum autem, liceat sacerdoti omnino a celebratione abstinere? Respondet ad hoc Thomas quarto Sententiarum. distinctione duodecima, quæstione tertia, articulo secundo quæst. prima & in tertia parte, quæstione, octuagesima, articulo decimo, quod licèt qui dam dicant, quod non peccat, qui dimittit celebrationem nisi populum habeat sibi commissum, vel ex obedientia teneatur celebrare, tamen quia dicit Gregorius. Cum crescunt dona crescunt, & rationes donorum, ideo cum sacerdoti sit data potestas nobilissima reus negligentiæ erit, nisi illa vtatur ad honorem Dei, & salutem animarum viuorum, & defunctorum, secundum illud, primę. Petr. quarto. Vnusquisque prout accepit gratiam in alterutrum, illam administrantes & cætera, nisi forte aliquis ex familiari consilio spiritus sancti, dimitteret, sicut legitur in vitis patrum, de quodam sancto patre, qui ordinatus nunquam celebrauit. Secus est de aliis actibus, ordinis, qui pertinent ad corpus Christi mysticum, vt ligare, soluere, baptizare, & docere, nam qui non tenetur aliis prælatione, vel subiectione potest ab illis actibus sine peccato cessare, celebrare autem tenetur, vt Deo sacrificium reddat, etiam si nulli hominum teneatur. Sacerdotibus enim præceptum est, hoc facite in meam commemorationem. Et in tertia parte addit, quòd saltem videtur, quod teneatur celebrare præcipuis festis, & maxime in illis diebus in quibus fideles consueuerunt communicare. Dicit Petrus de Palude scilicet, quod cum teneatur quilibet non in vanum gratiam recipere, secundę ad Corinthi. sexto, & sacerdotium sit maxima gratia, vane habet si non vtitur ad finem ad quem est. Et quamuis ista non sit demonstratio, tamen quia extra de celebratione missę capitulo dolentes, reprehenduntur, qui uix quater in anno celebrant, & præcipit talia corrigi, vnde nisi ter vel pluries celebrent quando & mulieres religiosæ & conuersi communicant, peccant. Opinio tamen quorundam, canonistarum dicentium; quod mortaliter peccat qui ex negligentia dimittat quotidie celebrare, non videtur vera, sed nimis dura. Nec prædicti doctores. Thom. & Petr. hoc dicunt, immo Alber. dicit quod medium tenere beatum est, scilicet aliquando celebrando, aliquãdo dimittendo nisi officium exigat, vt omni dominico die celebret, sed beatius est quotidie deuote celebrare, cum p hoc

Abstinere a celebratiõe.

sibi

sibi & multis prosit valde. Vnde Ambr. Ego qui quotidie pecco quotidie debeo accipere medicinam, de consec. distinct. 2. si quotiens. Idem accipe quotidie quod tibi prosit, sed sic viue vt quotidie possis recipere. Hęc illæ consilium est.

§. 13. ¶ Missa prodest multis & multipliciter. Prodest quidem beatis ad quorum honorem offertur. Vnde in collecta, sicut tuis sanctis ad gloriam & cætera, scilicet prodest, quod intelligitur de gloria accidentali, quia gaudent de omni bono quod sciunt fieri ad laudem Dei maxime de illo quod habet specialem ordinem ad eos, quando propter se & in se vident Deum honorari. Prodest his qui sunt in purgatorio, & nihil est in hac vita quod tantum satisfaciat mortuis, secundum August. exempla sunt in quarto dialogorum. Prodest & viuis non solum celebrantibus digne, sed etiam pro his pro quibus dicitur missa. Valet ad remissionem culpæ mortalis, quod est in eius conscientia, & hoc per modum sacrificij ex merito Christi ex quo sibi venia impetratur, id est gratia contritionis. Vnde maius donum non potest homo homini dare quàm missam pro eo dicere vel dare. Prodest etiam ad remissionem pœnæ culpæ mortalis & venialis sibi & alijs viuis & defunctis & ratione sacramenti & per modum sacrificij. Prodest ad etiam liberandum a diuersis malis, & ad omnia alia ad quæ prodest digna communicatio. de quibus infra titu. sequent. capitu 1. Et vt dicit Ambr. capitul. panis ij. de consecratio. distinctio. 2. Panis in altari visitatus ante consecrationem, de pane fit caro Christi verbis formæ prolatis. Est autem ibi secundum Thom. & Petr. Christus totus realiter qui est in cœlo, & non vt signatum tantum siue in figura, quod est hæreticum dicere, vt patet de consecratio. distinctio. 2. ergo Berengarius. Et quia ibi remanent species seu accidentia panis vt prius hinc est quòd a doctoribus dicitur panis, quàmuis ibi non sit substantia panis. Vnde Ambros. de consecratio. distinctio. secunda. Hunc illum intelligo panem qui in vtero virginis fuit formatus, & igne passionis fuit decoctus. Est autem ibi cum sua quantitate, sed non modo quantitatiuo, quia non vtitur ea occupando locum, sicut nec vtitur claritate. sua illuminando aerem. Et etiam in qualibet particula hostiæ totus Christus, ita quòd ex vna plures possent communicare. Sed si fieret diuisio in tantas partes quòd ibi non remaneret species panis, tunc desineret ibi esse corpus Christi. Et idem de sanguine Christi. Et quamuis exui sacramenti sub specie panis sit tantum corpus & non sanguis & sub specie vini tantum sanguis, tamen ex naturali comitantia sub vtraq; specie est totum & corpus & sanguis & anima & deitas. Seorsum autem consecratur altetum ab altero. Vnde Apostoli si consecrassent in illo triduo mortis Christi consecrassent corpus sine sanguine sicuti erat, & Christus instituendo sacramentum consecrauit corpus passibile & mortale, prout tunc erat, nunc autem immortale consecratur prout est. Et si fuisset seruatum sacramentum tempore passionis, ipsæ Christus dolorem quidem illatum ab extra, vt irrisiones & verbera & huiusmodi, non sensisset in sacramento existeus, sed dolorem innatum vt tristitiam habuisset, & in sacramento existens dum erat in cruce, doluisset & mortuus fuisset, & non punctus. Quando etiam Apostolos communicauit non fuit in sacramento existens attritus quæ diuisio & attritio non recipiuntur nisi in quanto & modo quantitatiuo. Christus autem non est sic in sacramento. Non celebrantibus ministratur tantum corpus Christi & non sanguis propter reuerentiam sacramenti, & ad euitandum periculum effusionis, licèt Græci dent vtrunq; populo, nec tamen latini laici minus recipiunt quàm sacerdotes. ¶ Quomodo autem conuertitur. Dico quòd Deus operatur hanc conuersionem principaliter, qui plus facere potest quàm creatura intelligere, vt dicunt etiam philosophi. Vnde Eusebius. Inuisibiliter sacerdos visibiles creaturas scilicet panem & vinum in substantiam corporis & sanguinis sui verbo secreta potestate conuertit, de consecratione, distinctione secunda, quia corpus, Vbi pulchra de ista materia ponuntur. Ambro. etiam in capitu. reuera. eadem distinctio. inducit rationes per exempla scripturæ de diuersis mutationibus factis supra naturam, vt de mutatione virgæ in serpentem & econuerso, de creatione rerum, & alias ad ostendendum non esse impossibilem hanc conuersionem, cum eam Deus operetur, sacerdos autem instrumentaliter. Et nota secundum Pet. de Palud. quòd Christus oculo corporali videri non potest secundum quòd est in sacramento. Ratio est, quia est velatus sub speciebus opacis vltra quas visus figi non potest. Item nec oculo glorificato, vt beatæ Mariæ. Et ratio est quia non est ibi modo quantitatiuo, color autem videri non potest nisi quantus ideſt

Vtilitas missæ.

Donum missæ maximum.

Vis verborũ cõsecrationis.

Conuersio pãis.

Mirabilia sacri.

in quantitate fundatus. Item nec oculus Christi videt prout est extra sacramentum: quia non est visus esse intelligibilis: sed esse sensibilis. Item nec prout est in sacramento: quia non est ibi modo visiuo oculus Christi. Item oculus mentalis viatoris corpus Christi in sacramento videre non potest in sacramento: quia non est hoc per se notum in prima principia: nec demonstrabile: vt per conclusionem sed, fide creditur. Item nec oculus naturalis angeli boni vel mali: quia supernaturalia intelligibilia sunt, naturaliter angelus non videt quale est corpus Christi in sacramento. Sed quamuis dęmones non videant hoc in se sicut nec trinitatem, nec vnionem cum carne: tamen sciunt indirecte: quia per miracula coniecturant quod impossibile est non esse. Sed oculus mentalis beati angeli & hominis hoc videt: quia quod audiuit hoc & credidit: clare videbit. Idem est de oculo angeli: ipsi enim clare vident omnia de quibus credendis nos illuminant: articulos tñ incarnationis non vidēt clare sed per reuelationē.

§.14. ¶Cum autem in altari siue sacramento appareat caro: vt factum est Greg. communicare volenti quandam matronam: vel forma pueri: vt factum est cuidam patri ad tollendū tentationem seu dubitationē eius circa hoc: vt habetur in vitis patrum. Dicunt Thom. & Petrus quòd probabilius dicitur, q̄ in propria specie nunquam videtur ibi: sed in illa figura latet species sacramenti sub qua continetur corpus Christi: & illa species sacramenti circunfunditur quibusdam accidentibus carnis vel pueri: quę non sunt propria accidentia vel lineamenta corporis Christi. Vnde non videtur in propria specie etiam expręssiori signo. Et quia secundum Thom. huius sacramenti vsus est per manducationem: ideo quando sic apparet cum non habeat tunc cibi rationē nō debet assumi ab eo cui sic apparet: sed ab illo cui in specie panis apparet. Si autem omnibus apparet in specie carnis non debet sumi. Sed pro reliquijs seruari. Et dicit Albertus. Sacerdos cui celebranti sic apparet: debet iterū celebrare & sic sumere. de consecratione. dist. 2. cap. relatum. & si secundo accidit tertio celebrare. Quidam dicunt quæ in hoc casu sufficit spiritualis manducatio. vt Petrus de Palu. qui dicit: q̄ ille species carnis vel pueri non sunt in corpore Christi: sed species superinductæ corruptis prioribus. Et si dicatur q̄ mutatis speciebus sensibilibus cum sint ipsæ de ratione sacramenti: non manet sacramētum ergo nec tunc ibi esset Christus. Respondet q̄ quāuis qualitates mutentur: puta q̄ species denigrentur a fumo: vel species vini infrigidentur vel calefiant: dum tamen quantitas remaneat: semper est ibi corpus Christi. Cum ergo hic remaneat quantitas eadem numero remanet etiam corpus Christi: quia licet species sensibilis sit de ratione sacramenti: non tamen ista vel illa determinate: de ratione enim est quantitas cum aliquo colore, & figura: sed accidit ei q̄ sit istę vel cōtrarius. Hæc ille. Sed Tho. videtur dicere q̄ ille priores species puta albedo: figura & huiusmodi potius occultantur seu cooperiuntur illis speciebus pueri vel carnis, quàm corrumpantur.

Quid agēdum in mane formationem sacri.

¶Inductiua ad frequenter celebrandum. Primum nobilitas sacramenti. Sacrum. n. corpus Christi est redemptoris nostri, & redemptionis nostræ memoriale: dulcissimum pignus hęreditatis ęternæ. futurę iocunditatis, amabile præludium: arra sponsæ, iocale diuinum cęlitus ei donatum: ecclesiæ militantis cum triumphante suaue glutinum: & vnio fraternalis dulcedinis: dum eandem dulcedinem qua ille fruitur sine velamento: istæ habet sub mirabili sacramento. ¶Secundum est suauitas & vtilitas. Quantæ enim iocunditatis & dulcedinis est: tantæ rei sacramentum verbo conficere, habere prę oculis, contractare manibus, ore sumere, & alijs ministrare. Quid. n. iocundius & dulcius & delectabilius esse potest, quàm habere personaliter & corporaliter præsentem dominum Iesum Christum donum vtiq; excellentissimum: & totius spiritualis dulcedinis obiectum seu materiam, causam efficientem & finem, & in hoc transcendit alia sacramenta. Hoc est quod solet accendere desiderium: humilitatem ingerere, compunctionem inducere: præ alijs fiduciam & spem erigere, ad mortem inflammare, infundere gaudium, ad reuerentiam excitare, totam mortem liquefacere, & oblectare. Propter hæc enim excitanda in nobis tanti boni præsentia indulta est. Et licèt aliquando celebrans occasionem distractionis habeat: puta ex tumultu populi circunstantis: cæteris tñ paribus esse non potest q̄ quis maius promotiuum habeat ad deuotionem per alia media, q̄ per istud cum hic sit fons totius dulcoris, & gratiæ, & gloriæ. ¶Tertium est beniuolentia quam celebrans non indigne a sponso suo Christo, & sponsa ecclesia reportat. Est enim paranymphus amoris & mediator inter sponsum & sponsam. Grata. n. voto spōso quilibet dilecti sui presentiā vehemēter affectat sponsæ simul deferre vel referre & mox reportare

§. 15. Bonū esse frequenter cōicare.

sponsæ

ſponſę plenam ſponſi gratiam, qua paratus eſt ei deſiderium cordis eius tribuere exhibere præſentiam, immo miniſtro committere ipſum ſponſum vt ſponſæ præſentet. Quo modo autem poteſt ſponſa non amare tam vtilem ſibi miniſtrum, quin eum ſponſo cordialiter recomendet? Aut quomodo ſponſus, non deliget eum in tam grato officio occupatum? ¶ Quartum allectiuũ eſt multiplex fructuoſitas in aſſiſtentibus celebrationi. Dat n. celebrans occaſionẽ deuotis affectibus ſuſpiriis & compunctionibus. Serutt fidelibus ad multas oblectationes ſpirituales, quas habẽt miſſæ aſtando corpus Chriſti videndo, reuerenter adorando & memoriam agendo ſuæ ſacratiſſimę paſſionis. Et ex hoc ipſæ miniſter ſperare poteſt & debet ꝙ fideles deuotiones, quas eo miniſtrante percipiunt, nonnunquã ſaltem optando in eum refundant. ¶ Quintũ inductiuum quod eſt quaſi cogens officii cõmiſſi fidelis executio. Eſt enim commiſſum tanti myſterii officium, vt offerant pro viuis & mortuis, & in memoriam dominicæ paſſionis. Si igitur officium huius neceſſariũ eſt vel vtile ſanctę matri eccleſię, cur volunt matri hoc ſubtrahere vel negligere? Si autem nõ reputant neceſſarium vel vtile cur illud aſſumere voluerunt? ¶ Sextum eſt beneficiorum & eccleſiarum recompenſatio, conducti enim videntur per Chriſtum fideles, qui ex hoc ſacerdotibus vitæ ſtipendia conferunt & beneficia, vt ab aliis magis liberi hoc ſacrificium, acceptabile pro ipſorum ſalute offerant. Aliæ orationes eorum non plus valet orationibus, deuotorum ſimplicium, niſi inquantum ingerunt officium repręſentandi perſonam eccleſiæ. Sed in nullo melius pro benefactoribus oratoribus & amicis ſatisfacere, nec aliquid gratius exhibere eis pro ipſorum & propriis peccatis poſſunt, quam iſtud ſacrificium. ¶ Septimum eſt periculum moræ, quia de facilíir regularitas vel infirmitas vel alius defectus, aut impedimentum poterit occurere, ita qđ diu aut forte nunquam celebrare continget, quamuis ergo ſi aliquis laboribus grauatus & curis occupatus, tamen quin poſſit officiis celebrandis vacare, & his quæ ad hoc neceſſaria ſunt, vtpote diſcuſſioni pro priæ conſciẽtiæ hominis & confeſſioni & orationibus ex debito dicendis, quamuis ratione dictæ interioris vel exterioris occupationis minus de dulci affectu ſentiat, non video qua de cauſa debeat abſtinere. Aliud eſt enim deſiderium, aliud eſt ſenſibilis deſiderii perceptionem habere ſine deſiderio nemo debet accedere. Cũ autem chriſtianum ſic viuere deceat, vt ſemper mereatur accipere nunquam debet eſſe, ſine deſiderio, tunc & totiens ſumendi, quãdo & quotiens conuenienter poterit & credi derit expedire, & in hoc multi errant, qui ſolent ſibi prefigere in animo, non niſi totiens in anno vel ſeptimana celebrare. Sed hoc eſt ponere obicem gratię & ammonitioni Dei & quaſi tempus miſerationum domini in ſua poteſtate conſtituere. Siquis autem illam diſpoſitionem in ſe iudicare voluerit ex ſenſibili cordis compunctione proſuſione lachrymarum feruore mentis, & ſimilibus ſentimentis, ita quòd tunc credat ſe diſpoſitum, quando tale quid ſentit & quando non percipit indiſpoſitum, incaute valde ambulat, & ſepiſſime decipitur. Multotiens qui nil talium habẽt ſunt in magno ſtatu gratiæ, & qui habent ſunt omnino extra gratiam gratũ facientem. Sæpe enim contingit hominem abhuiuſmodi feruoris affectibus impediri ſine omni culpa ſua immo cũ magno merito, non enim poſſunt homines communiter confecti ſenio languentes corpore grauati magnis curis & laboris prędicando, confeſſiones audiẽdo, curam infirmorum aut alia neceſſaria gerẽdo, magnas in oratione percipere vel expectare dulcedines. Et ſic impium eſſet hominem pro his operibus remouere a ſacramento pietatis & illum in ſacramentali refectione priuari. Qui autem ex obedientia volunta ria cogitur, aut ex charitate eligit propter ſalutem proximorum a dulci contemplationis & oratiõnis ſtudioſæ abſtrahere & laborioſas tedioſas & amaras occupationes ad Dei gloriam tolerat, vel cum quis non poteſt ſe ad huiuſmodi effectus exercere. Nam etſi ſacramẽtum ſit cum deuotione ſumendum (quia deuotio nõ eſt aliud quam promptitudo animi & feruor bonæ voluntatis ad ſeruiendũ Deo) non ſolum in ſuſpirijs & lachrymis, ſed etiã in prædicando & confeſſiones audiendo, & in aliis operibus miſericordiæ tam ſpiritualibus quam corporalibus poteſt reperiri. Et licèt contemplatiui communiter ſint magis feruidi & deuoti, non tamẽ propter hoc actiuis bonis neganda eſt communio, cum etiam contẽplatiuorum ſit vnus deuotior altero, nectamẽ propter hoc minus deuotus tenetur abſtinere maxime cum bonitas hominis plus conſiſtat in virtute animi q̃ in feruore. ¶ Sed & aliqñ in illis curis prægrauatus ſolum contemplationi & orationi diligenter intentus, parum aut nihil percipit de ſuauitate ſacramenti, quod ſit ex magna Dei gratia, & ad magnũ bo- Subtractio gratiæ valet

num eorum: quoniam valet ad multa subtractio huius gratiæ & suauitatis. Et primo vt tẽtatione vel tribulatione gaudium temperemus, & mens hominis ne lasciuiet temperetur. Valet secundo vt domini timor incutiatur, ne tam delectabili bono hic & in futuro priuetur: ac eo ardentius tendat ad vitam æternam vbi semper adhęrendum est. Valet, tertio vt per fidem ambulantes amplius mereamur. plerique enim illa suauitate dorati magis gustui & experientiæ student initi, q̃ fidei, & quandoq; occupationes & alia opera fugiunt: ac orationi & contemplationi carãt plus desiderio illius consolationis, q pro gloria Dei vel acquisitione virtutis. Valet quarto vt tam desiderabile bonum tam feruẽtius desideremus, acceptemus gratantius, & cautius custodiamus & acceptius. Valet quinto: vt nos videntes: quia priuati illa mox graues ad bona sumus & pigri. discamus & grati esse gratię Dei: non nostris viribus ascribere quotiens nos prõptos in Dei seruitio reperimus. Valet sexto vt per hoc timeamus alios iudicare ex apparenti eorum segnitie, sed magis compatiamur eis: vtpote a gratia Dei destitutis. Valet septimo: quia prouidet in huiusmodi diuina miseratio indiscretioni nostræ: ne videlicet illam dulcedinem sentientes sectantes uires nostras vltra modum irrationabiliter consummamur. Valet octauo ad conseruandum humilitatem: & excutiendam vanam gloriam. ex talibus enim gratiis magna sępe sumitur occasio, adeo quòd qui tali sem per consolatione gauderent difficillime possunt a vanitate spiritus & inani gloria præseruari: nisi refrenarentur per tentationem vt Paulus stimulo: vel per tẽtationes exteriores. Et quamuis non nisi virtute diuini auxilii no bis celestia sapiãt, & terrena vilescant. vt Deꝰ posset per suam gratiam omnem difficultatem amouere & facere, q̃ solum semper cęlestia nobis saperent. non tamen vult sic pure nobiscum supernaturaliter agere: sed etiam in humano modo salutem nostram operari, ne torpeamus ocio, sed excitemur: vt ex dulcedine. cum habet, eam gratiam Dei cognoscens fiduciam accipiat, & ex subtractione, eius infirmitatem, & in securitatem cognoscat.

Affectꝰ sacramẽti venit sæpius p̃ter gratiã.

¶ Itẽ nota q̃ huiusmodi affectus seu dulcedines spũales in sacris prȩceptis, vel in aliis operibus de genere bonorum aliquando veniunt prȩter gratiam. Nam & iudæi & gentiles in ritibus suis, & sacrificiis lachrymas fundunt ex affectione ad illa quandoque in hoc coperante diabolo. Aliquando cum gratia veniunt: sed non ex gratia: vt cum aliquis etiã imperfectus sine oratione, & huiusmodi trahitur in magnum affectum diuinæ dulcedinis. Aliquando veniunt ex gratia & dono Dei. Vnde ex defectu huiusmodi consolationum non debet dimitti communio vel celebratio: etiam si quis sciret vel crederet huiusmodi consolationem sibi subtractam ex peccatis diu prætéritis: quod tamen non potest scire vel debet credere. nisi aliqualiter euidenti ratione. Sed si crederet verisimiliter ꝓpter peccata recentia vel prȩterita: sed non emendata hoc pati: tunc abstinendum esset. Ita etiam econuerso sentiendo huiusmodi affectus & dulcedines: non debet se putare ex hoc magis securum & dispositum ad susceptionem huius sacramenti. Nam & magni peccatores aliquando habent huiusmodi affectus perseuerantes in malis. Ponit exemplũ de quodam qui compungebatur lachrymabiliter ac ęstuabat desideriis bonis: nec tamen renunciabat pompis mundi, & vanitatibus: nec habebat voluntatem dimittendi peccata mortalia & occasiones immediatas: & media ad ea inducentia, & sic cum esset extra statum gratię. tamen huiusmodi affectus aliquando sentiebat, & ideo non sunt sufficiẽs: argumentum, sed magis testimonium conscientiæ, quod examinans non habet remorsum. Ego accipio sub hoc sensu, quòd cauendum est ne quis ex sola consuetudine exterioris operis moueatur ad celebrandum: non aduertendo an indispositus vel minus dispositus sit seu an ex celebratione proficiat vel tepescat: siue an habeat causam rationabilem abstinendi vel non. hoc enim esset reprobabile. Gratias Deo, quod ad hoc deuenimus.

¶ Nunc ergo dicit quid est, quod te retrahit quando quis non vult de peccatis satisfacere, seu quando non vult cessare: seu quando est, in peccandi voluntate. Quisquis vero vult realiter emendare peccata, & futura vitare magis debet se putare dignum, quam omnino indignum celebrare. Qui vero non vult nec habet voluntatem emendandi habet quid faciat, Nota bene.

¶ Quilibet enim vsum rationis habens: semper quando vult potest, aliquid ad emendationem facere, quia potest dolere, vt displicentiam habere, de eis nolle amplius peccare, desiderare gratiam, orare, & humiliare coram Deo, & similia. Si habes scrupulum, vel dubium habes iterum

quid

quid facias, vt videlicet doleas de quanto, hoc est ex culpa tua confitearis saltem ad cautelam & ad satisfaciendum submittas te puro iudicio boni confessoris si copiam eius habes vel paratus sis ad hoc quam primum possit talem habere qui te dirigere valeat in hoc casu. Si autem credis & times te esse in dispositum iterum habes quid facias vt videlicet te quam citius disponere studio se coneris. Si times de negligentia committenda, adhibe diligentiam, & committe te Dei gratiæ, vnde cum in omnibus quę te possunt retrahere habeas quid agendum sit, & si illa feceris pro posse tuo sufficit, nec est aliud periculum salutis. Et cum quis non est: sed credit se contritum de peccatis: sed est solum attritus quamuis esset idignus & in peccatis. quia tamen faceret quod in se est, nec indigne sumeret nec de nouo peccaret mortaliter accedendo. Igitur manifestū est quòd quandocunq, huic officio commode & optime vacare potes nec aliquod canonicum obstat nullam poteris dimittendi causam habere, nisi malitiam vel negligentiam aut pigritiam tuam, quæ sunt causæ irrationabiles & damnosæ.

Modi disponẽdi ad sacramentum.

¶Non est omnium vnus disponendi, modus, sed alius incipientium, alius proficientium, alius perfectorum. Incipiens & nouiter conuersus ad Deum. probet se ante peccasse & doleat, & confessus saltem, peccata mortalia, vel saltem quod in ipso est paratus confiteri pœnitentiam subire & satisfacere, & vtrum habeat bonam voluntatem vitandi peccata, seruiendo Deo, & faciat ad hoc diligentiam suam pro oportunitate loci temporis & virium quam diu enim in istis defecerit nunquam debet accedere. Deinde probet an de proximo fuerit in aliquo graui peccato de quolibet in ratione doleat, quod si adhuc effectus suus non sit bene purgatus, sed occupatus sit phantasia & memoria delectationibus & commotionibus pristinis & præter voluntatem grauiter inquinata & inclinata caro adhuc nimis vehementer impediat spiritum, & ei non solum ad deuotionem non seruiat sed rebellet. Deinde probet si non habeat ex culpa sua vel negligentia notabile deuotionis impedimentum, vt pote pollutionem corporis vel magnam distractionem animi. Postremo, si non sit nimis indispositus ad omnem deuotionem & præter culpam suam, vtpote si esset grauatus capite, præssus somnolentia aut animum tedioſus. Hæc etiam sunt pro quibus a communionem est abstinendum quandocunque non est aliqua necessitas. Nam in necessitatis articulo, ut in periculo mortis sufficit habere ista primo descripta, si ista immediate posita habere non possit. Proficienti vero qualis debet esse omnis, qui sæpe aut frequenter communicare proponit, non sufficiunt hęc prędicta, sed tota vita eius debet esse præparatio ad susceptionem tantę rei & præcipue in mortificando vitia, in fugiendo vanitates & occasiones peccatorum etiam leuium & venialium occupatione non necessarias in quibus potest homo auerti a seriosa custodia cordis sui nec non exercendo in virtutibus, & excitando se per meditationem ad immensum timorem profundæ humilitatis, amorem ardentem, feruens desiderium supernorum inferendo se vulneribus IESV Christi, compatiendo peccatoribus, commendando se Sanctæ Matri Ecclesię, in nullo de se aut de suis meritis, sed de eius pietate vehementer confidendo. Per quod cunque ergo exercitium, homo ad istam, amplius promouetur siue sit lectio, meditatio, oratio, prædicatio, opus misericordiæ spirituale & corporale, per illud magis ad communionem disponitur. Et ex hoc patet error plurimorum, qui multum affligunt se, ieiunant, orant, aut vigilant, etiam intantum, quod sensus obruitur & ab omni deuotione impeditur potius quam promoueatur, & habent aliqua vitia in se affectiones mundanas, quę non curant mortificare, utpote aliquam malitiam vel scandalosam consuetudinem amorem vel rancorem ad homines, complacentiam ad laudes, aut alias consolationes, aut concupiscentiam ad diuitias, quæ si dimittunt ad tempus nullatenus, tamen renunciare proponunt, sed promptissime redeunt, & quandoque feruentius quàm antea. Horum autem contemptus detestatio, & mortificatio plus valeret eis, & eos magis disponeret quam istis retentis cantando mille psalmorum. Nonnulli etiam communitati se uolunt abstinere, ac recusant homines in arcto positos, etiam in necessariis & salubribus expedire quod eum vtique, qui sui iuris, & nouit ac prodesse potest misero potius reddit indispositum quam dispositum.

Qualis debet esse frequẽter communicãs

Notabilia hæc

Qui vero perfecti sunt, ita quòd iam apprehenderunt ea ad quę tendit proficiens prę vehementi desiderio quod habent

ad

ad Christum non possunt sustinere eius absentiam. Et quia non possunt eum reuelata facie contemplari in gloria, saltem pro consolatione sua volunt eodem modo quo possunt eius frui præsentia, aspirant ad amplexus, petunt osculum, videre cupiunt, & experimentaliter gustare quam suauis sit dominus vt in dulcore suauitatis & in fortitudine cibi illius ambulent vsque ad montem Dei, scilicet beatitudinem sempiternam ad quam consequēdam pro viatico datum est corpus domini nostri Iesu Christi, qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat per infinita secula amen. Hæc omnia scilicet contēti in proximos quatuor .§. extracta sunt ex quodam libello per modum dyalogi ędito.

Libellus est magistri Mathię de Cracouia.

§.15. In quo disputatr̄ & cōscientia an crebro sit cōmunicādum.

¶Duodecim autem mirabilia reperiuntur in isto sacramento, vt ponit Ioannes de sancto Geminiano in sermone quodam, quæ tamen sunt sententię beati Thomæ in quarto.

Mirabilia sacramenti.

¶Primum enim mirabile est corpus Christi in cælo localiter existens, incipit esse in altari absque hoc quòd de cęlo descendat. Quod certe ideo esse potest quod corpus Christi nō incipit de nouo esse in altari per sui mutationem localem, sed per hoc quòd aliquid in altari existens, scilicet substantia panis conuertitur in ipsum & diuina virtute efficitur corpus Christi, sicut ignis incipit de nouo esse in aere absque sui mutatione locali quando aer in ignem conuertitur. ¶Secundum, mirabile est quòd nihil remanet de panis substantia facta conuersione in corpus Christi, & tamen non est corrupta nec annihilata. Hoc autem ideo est, quia tota substantia panis transsubstantiatur & conuertitur in substantiam corporis Christi, licèt enim transsubstantiatio non possit fieri virtute naturæ, quia agens naturale noo potest agere nisi ad transformationem formarum in materia, potest tamen fieri virtute eius qui est totius entis creator & auctor, quia cum vtrique materiæ, scilicet panis & corporis Christi, sit aliqd commune naturę entis, potest actor entis illud quod est entitatis in materia vel forma panis conuertere ad illud quod est entitatis, in materia & forma corporis Christi, sublato eo per quod substantia distinguebatur ab illa. Nam sublato eo per quod substantia panis distinguitur a substantia corporis, tunc entitatis quæ fuit substantia panis, remanet entitas corporis Christi, Vnde Ambro. in lib. de sacramentis dicit. Licèt figura panis & vini videatur, nihil tamen aliud quam caro Christi & sanguis post conuersionē credenda est.

¶Tertium mirabile est quod quamuis materia panis conuertatur in materiam corporis Christi, & forma in formam non tamen conuertitur in animam rationalem quamquam anima rationalis sit forma corporis Christi. Et hoc ideo quia anima est forma corporis, dans ei totum esse perfecte, scilicet & esse animatum & esse corporeum, & sic de aliis. Conuertitur ergo forma panis in formam corporis Christi, secūdum quòd dat esse corporeū non autem secundum quòd dat esse animatum tali animę. Est autem anima ex vi sacramenti sub sacramento inquantum dat esse, corporeum, non autem inquantum dat esse animatum, & sic inquantum anima non est, ibi ex vi sacramenti sed concomitantur. Vnde licèt sit ibi realiter & essentialiter forma & anima, non est tamen determinatio cōuersionis inquantum anima, sed inquantum forma corporeitatis, quia dato quòd illa essentia non esset anima sed esset forma corporeitatis adhuc conuerteretur in eam forma panis, sed si econuerso esset anima & non forma corporeitatis non conuerteretur in eam, quia verba sacramenti efficiunt quòd significant, significant autem conuersionem fieri in corporis, quia dicit, hoc est corpus meum & corpus non est anima. ¶Quartum mirabile quia quotcunque hostię conuertantur in corpus Christi, ipsum tamen nullo modo augetur nec immutatur. Hoc autem ideo accidit, quia secundum philosophum in primo de generatione. Augmentum est quantitatis præexistentis additamentum, dico autem additamentum alterius quantitatis. Cum igitur fit conuersio in aliquid præexistens augmenti transmutatio accidit, quia ad prędictentem quantitatem fit additio quantitatis, auferatur ergo additio quantitati, & nulla erit mutatio circa id ad quod solius substantiæ conuersio terminatur, substantia enim secundum se considerata, sine materia sine forma est indiuisibilis, & tale indiuisibile transmutatum, cum ibi non remaneat aliquod cō mune subiectum, non facit aliquam commutationem circa illud ad quod fit conuersio scilicet naturæ mutatio generationis quia aliquid præexistit naturę alterationis, quia cōuersio non est accidentium nec augmenti qa non fit additio quanti ad quantum præexistens. Sicut ergo ex hoc quod vnus vel multi discant aliquod secretum, ipsum secretum propterea non augetur, ira quod vna vel plures hostiæ conuertantur in corpus Christi, non propter hoc augmentatur. ¶Quintum

mira.

mirabile est quòd quãquam in multis altaribus multæ sunt hostiæ consecratæ, & in qualibet hostia consecrata sit integrum corpus Christi, nihilominus corpus Christi nõ multiplicatur: sed vnum tantummodo corpus est in hostijs & altaribus omnibus: sed hoc ideo est possibile, quia substantia panis directe conuertitur in substantiã corporis Christi, substantia autem vt substantia ad nullum locum determinatur, sed prout est quanta quia mediantibus dimensionibus suis ad dimensiones loci habet habitudinem. Cum igitur dimensiones corporis Christi non sint in hoc sacramento ex vi conuersionis, quia dimensiones panis nõ conuertuntur: sed remanent, patet quòd corpus Christi prout est in hoc sacramento mediantibus dimensionibus suis, non determinatur ad locum, sed quia vere est corpus Christi sub dimensionibus panis quæ ad locum habitudinem habent, ideo ratione earum in tot locis & altaribus poterit esse simul in quot dimensiones hostiæ consecratæ inueniri possunt. Et ideo, vt quodam apparenti & grosso exemplo vtamur, sicut vna vox ab vnius ore procedens simul est in diuersis audientium auribus, ita vnum corpus Christi est simul in diuersis altaribus. Sic ergo corpus Christi mediantibus dimensionibus proprijs est tantum in vno loco puta in cœlo, sed mediantibus dimensionibus corporis in ipsum transeuntibus, est in tot locis in quot huiusmodi conuersio fuerit celebrata, non quidem diuisim per partes, sed integrum in vnoquoq;, nam quilibet panis consecratus in totum corpus Christi conuertitur. ¶Sextum mirabile est quia in tam parua hostia totum corpus Christi (vt dictũ est) ibi ex vi sacramenti solum per modum substantiæ, & non per modum quantitatis, continetur cum carnibus & ossibus & neruis. Sed hoc ideo esse potest, quia corpus Christi (vt dictum est) est ibi ex vi sacramenti solum per modum substantiæ & non per modum quantitatis, propria autem totalitas substantiæ indifferenter continetur in parua vel magna quantitate, sicut tota natura aeris in paruo vel magno aere, & tota natura hominis in paruo vel magno homine, vnde totum corpus & sanguis Christi cõtinetur ibi post consecrationem, sicut ante tota substantia panis vel vini. Vnde & aliquid simile qualitercunque etiam ad sensum videmus scilicet quòd pupilla oculi cum sit minima, montem magnum comprehendit. ¶Septimum mirabile est, quòd in qualibet particula hostiæ siue continua siue diuisa est totus Christi indiuisus. Vnde Aug. Singuli inquit accipiunt Christum dominum & in singulis portionibus totus est, nec per singulas minuitur, sed integrum se tenet in singulis. Hoc autem ideo, quia cum ibi sit corpus Christi solum per modum substatiæ, & tota substantia sit sibi qualibet particula dimensionum, sicut in qualibet parte aeris siue continua siue diuisa est tota substantia aeris, & anima secundum substantiam est in toto corpore tota & in qualibet parte tota, sic sub qualibet parte specierum siue continua siue diuisa est totus Christus. Et ponunt aliqui exemplum de speculo quia imago quæ apparet in speculo, apparet vna in speculo integro & in fracto apparent singulæ in singulis partibus, quanquam hoc exemplum non sit omnino simile, quia multiplicatio huiusmodi imaginũ accidit in speculo fracto propter diuersas deflectiones ad diuersas speciales partes, hic autem nõ est nisi vna consecratio propter quam corpus Christi est in sacramento. ¶Octauum mirabile est quòd totum corpus Christi imaginẽ cum omnibus membris suis est in qualibet particula hostiæ sine membrorum confusione, scilicet non obstante distantia mẽbrorum quæ est in corpore Christi. Et ratio est, quia determinata distantia membrorum quæ est in corpore organico fundatur super quantitate dimensiua, vnde quia conuersio substantiæ panis directe terminatur ad substantiam corporis Christi secundum quendam modum proprie & directe est in hoc sacramento, ideo talis distantia partium est quòd in corpore Christi videtur. Sed non secundum hanc distantiam comparatur ad hoc sacramentum, quia substantia corporis Christi nõ comparatur ad sacramẽtum per modum quantitatis suæ, sed potius quantitas entis per modũ substantiæ. Vnde habet corpus Christi ordinem & distantiam partium in se, sed non per comparationem ad species sacramentales. ¶Nonum mirabile est, quia scilicet in hoc sacramento accidentia sine subiecto subsistunt, scilicet dimensiones panis, quæ remanent conuersa substantia panis, hoc autem fit virtute Dei, qui est causa prima omnium, quia causa prima plus est influens in causatum, quàm causa secunda, vt dicitur in libro de causis, vnde virtute eius fieri potest quòd remoto priori, scilicet substantia remaneat posterius, scilicet quantitas dimensiua, quæ sola est ibi sine subiecto, quia omnia accidentia, vt color, sapor, & odor fundantur in ipsa

Quõ corpus Xpi sit in hostia.

quan-

quantitate, unde non remanẽt ſine ſubiecto. ¶Decimum mirabile eſt quòd cum frangitur iſta hoſtia nõ propterea frangitur corpus Chriſti quod continetur in ea, & eſt ratio, quia nulla fractio fit niſi per diuiſionũ quanti, ſed corpus Chriſti non eſt per modũ quantitatis, ſed ſolum per modum ſubſtantię, vnde nullum quantum ibi diuiditur, niſi ſpecies ſacramentales, & ideo fractio & contrafactio illa eſt ſicut in ſubiecto in quantitate dimenſiua panis, ſicut alia accidentia. ¶Vndecimum mirabile eſt, quia cum non ſit ibi ſubſtantia panis, tamen ita nutriunt & confortant iſtæ hoſtię conſecratæ ſicut ante conuerſionem quando erant panis, & ſic vinum inebriaret & calefaceret ſi poneretur in quantitate cum tamen poſt conuerſionem non ſit ibi ſubſtantia vini. Et ratio eſt, quia ſubſtantia panis in conſecratione ſicut in corpore Chriſti miraculoſe conuertitur, ita miraculoſe accidentibus confertur quòd ſubſiſtant, ꝙ eſt ſubſtantię proprium, & per conſequens ꝙ omnia facere poſſint, quæ ſubſtantia ſi ad eſſet facere poſſet. Vnde ſine nouo miraculo poſſunt inebriare & calefacere confortare & nutrire. ¶Duodecimum & vltimum mirabile eſt, quòd quãuis hoſtia conſecrata putrefieret vel abuteretur vel in vaporem reſolueretur, tamẽ corpus Chriſti quod eſt in ea nihil horum pateretur. Et ratio eſt, quia ſicut illa accidentia habent quòd poſſint agere quæ ſubſtantia panis poſſet ſi adeſſet, ita habent ꝙ poſſent pati quę ſubſtantia pati poſſet. Et ideo etiam abſque nouo miraculo & putrefieri & corrumpi poſſunt, ſine corporis Chriſti aliqua paſſione, cum non ita ſunt iſta accidẽtia, ſed per ſe vt dictum eſt ſubſiſtunt. Propter iſta ergo mirabilia quæ ſunt in iſto pane legitur Ioan. 6. quòd cum dixiſſet iudæis. Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit. Non ſicut patres veſtri manducauerunt manna & mortui ſunt. Qui manducat hunc manet viuet in ęternum. Subditur ibidem quòd multi audientes ex diſcipulis dixerunt. Durus eſt hic ſermo, quis poteſt audire, videbatur enim eis durus, ſicut dicit Chryſ. Difficile ſuſceptibilis ſuperexcedens eorum imbecillitatem, vnde etiam auditu videbatur incredibilis.

TITVLVS XIIII. DE SACRAMENTIS ECCLESIÆ, & ſtatu miniſtrantium & conferentium ea.

¶*De ſacramentorum ordinatione & eorum virtuali operatione. Cap. 1.*

MISIT verbum ſuum & ſanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Pſalmus 106. quamuis quando Pſalmus ita dixit nondum Deus miſerat verbum ſuum, tamen loquitur ſub tempore præterito tanquam facta fuiſſet iſta miſſio propter certitudinẽ & infallibilitatem ipſius futuræ miſſionis ſeu incarnationis. Leguntur enim prophetæ in his de quibus prophetizant in libro diuinę pręſcientiæ, quę infallibilis eſt. Vnde ſicut quod factum eſt non poteſt non eſſe factum, ita quod prænunciatur per prophetam prophetia prædeſtinationis non poteſt non impleri, ſed neceſſarium eſt adimpleri. Et propterea pſalmiſta ſciens infallibiliter incarnationem futurã, tanquam iam factam exprimit dicens, miſit verbum ſuum, & hæc eſt vox clamantis in deſerto, parate viam domini. Ioan. 1. & Lucæ 3. Licèt enim de Ioanne Baptiſta exponatur hoc & ad iſtud propoſitum inducatur ab Euangeliſta quod originaliter dixit Eſaia 40. cap. tamen etiam ad Chriſtum verbum incarnatum poteſt adaptari. Miſit ergo &c. Vbi tria notantur.

¶Primo diuinalis incarnatio, ibi. Miſit verbum ſuum.

¶Secundo ſacramentalis ordinatio, ibi. Et ſanauit eos.

¶Tertio virtualis eorum operatio, ibi. Eripuit eos.

¶Quantum ad primum notatur incarnatio Dei in eo quod dicitur, miſit verbum ſuum, §. 1. ideſt filium. Cum quis intelligit aliquid, conceptus mentis rei intellectæ vocatur verbum mentis, & tale verbum nullus poteſt videre vel intelligere, niſi ipſemet Deus, ſecundum illud 3. Regum 8. Tu ſolus noſti corda filiorum hominum, ſed cum voce illud exprimit quod dicitur verbum vocale, tunc poteſt ſentiri & intelligi verbum mentis. Vnde dicit primo Perihermenias philoſophus. Ea quæ ſunt in voce ſunt notæ, ideſt ſigna earum quę ſunt in anima paſſionum. Verbum Dei ideſt filius Dei de quo dicitur Ioan. 1. In principio erat verbum, ante incarnationem apud patrem latebat, & ab hominibus uideri non poterat & a pauciſſimis intelligi & imper-

Pulcher rima materia pdicabilis de ſacris

imperfectissime,& licèt per prophetas Deus loqueret hominibus,tamẽ locutio ista obscurat erat ita ꝙ nõ intelligebatur.Demum quã do dixit Maria ad Angelũ missum adipsam incarnationem nunc iandam.Fiat mihi secũ dum verbum tuum,scilicet vocale, tunc verbum caro factum est quasi in voce, vt posset sentiri & intelligi a vobis,& sic misit verbum suum.Vnde Aug.dicit.Verbi missio eius in carnatio est & natus in mundo subito nõ lingua, sed opere vox clamantis fuit in deserto mundi,parate viam domini,ostendens vanitatẽ mũdi, quia omnis caro fœnum & super fœnum in prȩsepio positus fuit in magnapaupertate,humilitate,& austeritate,quia ꝓ ista paratur via domino.At vbi venit plenitudo temporis,misit Deus filium suum natum ex muliere,ad Galath 4.Plenitudo tẽporis,scilicet tempus ab eo prȩfixum quod pronũcia uerat per Gabrielem Danieli prophetę.Nam ipso orante pro liberatione populi sui a captiuitate & seruitute Babylonica,& reductione in Hierusalem,reuelauit ei Gabriel angelus liberationem fiendam,non solum populi sui de Babylonia, sed liberationem vniuersalem hnmani generis de seruitute diaboli,& reductionem in supernam Hierusalem,determinãdo tempus quando hoc fieret dicẽs.Septuaginta hebdomadæ,scilicet abreuitatę sunt super populum tuum &c.Dan.9.Expositionem quære ibi.Et in fine dicitur de vltima hebdomada.ideſt.70. in qua Christus est baptizatus,& conuersatus in mũdo.Confirmabat autem pactũ multis hebdomada vna,& in media hebdomadæ deficiet hostia & sacrificiũ. Appellat autem pactum legẽ euangelicã, de qua etiam dicit dñs Hierem.31.c. Ecce dies veniunt & fœriam fœdus nouum domui Iuda & domui Israel,non secũdum pactum quod pepegi cum patribus vestris dãdo leges meas in cordibus eorum.Hoc pactum,scilicet legis euangelicæ fuit cõfirmatum miraculis ipsius, Christi,& apostolorum in mẽtibus hominũ. Factum autẽ cum Christus legem ipsam proposuit prædicando,vnde clamabat in tẽplo. Ioan.7.Si quis sitit veniat ad me & bibat, ideſt legem meam seruet quæ pactum dicitur, quia Deus cõuẽtionem fecit cum humano genere salutẽ dare seruanti eam, & in medio hebdomadæ vltimę,quæ fuit tẽpore passionis in cruce pendens clamauit.Ioãnis.19. ca.Sitio,scilicet salutem hominum pro qua patiebatur,& tunc defecit hostia & sacrificiũ, ideſt vertus legalium,& sic fuit vox clamantis in defecto mundi parare viam domini,scilicet obseruando legem euangelicam.Et hoc est quod fitiebat dominus Iesus Christus.

¶Quantum ad secundum sacramẽtorum in §.2.
stitutio notatur cum dicitur, sanauit eos, scilicet homines infirmos. Medici officium est Medici
curare infirmos, vnde quia sanare genus humanũ infirmum infirmitate incurabili pervitutem creatura missum se nouerat secundũ officiũ.
illud Esa.61.ca.Adãnũciandum mãsuetis me misit,scilicet Deus vt mederer contritis corde. Ideo se medicum dixit Mathęi.9. dicẽs. Non est opus valentibus medicus: sed male habentibus.Omnes autem inuenit homines se male habentes. Tunc(vt ait Augustꝰ.) venit magnus de cęlo, medicus,quãdo magnus, per totum mũdum iacebat ęgrotus,scilicet totum genus humanum.Medicinę autẽ quas adinuenit & instituit sunt sacramenta nouæ legis,qui spoliatum a latronib. & vulneratum in via inueniens misericordia motus curauit vulnera,ponens super iumentum suum duxit in stabulum vt perfecte sanaretur.Lucæ.10.vt exponit Magister sententiarum in principio.4.lib. Hic Samaritanus est Christus nos quotidie custodiens.Samaritanus enim custos interprætatur. Expoliatum gratuitis ideſt virtutibus,vulneratum in naturabilus a latronibus infernalibus,erat genus humanum propter peccatum.Missum ergo verbum,ideſt incarnatum hũc infirmum inueniens sanauit virtualiter & causaliter infundens vinum & oleum,vinum mordificatiuum iustitiæ in se exercens, & oleum linitiuum misericordiæ erga nos vtens,ponens in iumentum suum sauciatum,ideſt super corpus suum, quia scilicet(vt ait princeps apostolorũ in prima canonica sua.c.2.)peccatano stris ideſt pęnam pro peccatis nostris ipsę pertulit in corpore suo super lignum crucis, & ab ipsa passione sacramenta habent efficaciã.

¶Er nota quòd ad prudentiam medici perti- Prudentia medici.
net & rationem medicinæ,vt contraria cõtrariis curentur.Nam infirmitatibus cõtractę ex nimia frigiditate per remedia calida tolluntur & quæ procedunt ex nimio calore cũ frigidis seu recentibus rebus curantur.Quia igitur infirmitas humani generis ex superbia processerat qua se voluerunt primi parentes Deo adæquari cælestis medicus noster vt præberet nobis exemplum humiliationis,humiliauit immo exinaniuit semetipm̃,formã serui accipiens,vt dicitur ad Philip.2.ca.Descẽdens de gloria cęli, ad stabulum mundi, de sede maiestatis, ad pœnas nostræ iniquitatis, de summitate ęternitatis, ad finitatem

morta-

mortalitatis,& demum vsque ad mortẽ turpissimam crucis. Ita etiam ordinauit medicinas humiles sacramentorum in quibus homo se humiliter subiiciendo se inferioribus vt consequamur salutem. Nam materiæ sacramentorum quę sunt elementa, vt aqua, vel elementa vt panis vinum & oleum vtiq; sunt in se minus digna quam homo. Dum ergo humiliatur quis subiiciens se istis in debita susceptione sacramentorum expectans sanitatem in se, e si non ab his,tamen per istam a Deo hoc iubente & ordinãte indimeretur consequi salutem, & sic altissimus de terra creauit medicinam,& vir prudens non abhorret eam vt dicitur Ecclesiasti.38.ca. de terra idest de rebus terrenis, vt aqua, vino, oleo,&c. medicinam,scilicet animæ. Et quia effectus assimilatur causæ inquantũ potest, cum causa sacramentorum, idest auctor eorum & institutor sit verbum incarnatum,qd constat ex verbo & carne quæ est res elementata, ideo & sacramenta quæ sunt eius effectus,ei aliqualiter assimilantur,ea constituit consistentia in verbis & rebus,scilicet elemẽtis vel elementatis. Vnde Aug. Accedit verbum ad elementum & fit sacramentum, & verba quidem quę respondent verbo Dei dicuntur formæ sacramentorum, quæ carni cor respondent dicuntur materiæ,nec potest esse verum sacramentum nisi vtrunque concurrat. Sicut autem forma est principalis in re, quia dat esse rei informando materiam, ita in sacramentis ipsa verba formarum principalius operantur. Omnibus autem proponuntur sacramenta loco & tempore suo, nulli subtrahuntur ad ea disposito. Ad hoc ergo vt quis actualiter consequatur sanitatem animæ oportet vt actualiter medicinę istę applicentur ad eum vt ea suscipiat, modo quo medicus ipsæ iubet. Vnde August. super Ioannem. Quantum est in medico sanare venit ęgrotum sed ipsæ se interimit qui præcepta medici seruare non vult. Quomodo autem Christus instituit omnia sacramẽta habes in capitulis de sacramentis in genere, vt infra particulatim. parebit.

Rõ materiæ sacramẽtorũ.

§.3. ¶ Quantum ad tertium operatio virtualis sacramentorum ostẽditur cum dicitur eripuit eos de interitionibus eorum: ideſt de mortalibus infirmitatibus eorum. Eramus enim & sumus quasi omnes subditi septem infirmitatibus spiritualibus animę scilicet peccati originalis,mortalis,venialis, malitię, concupiscentię. ignorantiæ,& impotentiæ,& debilitatis ad bonum. ¶ Et propter hoc ad eripiendum nos ab his moribus,instituit istas medicinas septem sacramentorum. Nam eripitur morte originalis peccati baptismus,in mortali & veniali pœnitentia. Extrema vnctio ab infirmitate,a malitia,eucharistia, a debilitate confirmatio,ab ignorantia ordo, a concupiscentia matrimonium. Et quia principale sacramentis est forma,quod est verbum vocale. Ideo dicitur Sapien. 16.cap. Non herba nec malagma sanauit eos, sed sermo tuus domine qui sanat omnia Vnde & ipsa sacramenta psalmista per ordinem notat sub nominibus 7. vocum psal.28.dicens. Vox domini super aquas &c. Et dicitur quælibet vox domini,quia exprimuntur vel in persona domini vel ex institutione domini, vel ex virtute domini ibi operantis. Aqua est materia baptismi,qui est primum & ianua omnium sacramentorum per quam intratur ad ecclesiam & fit christianus. Vox quæ fit super aquas ad hoc vt sit ibi sacramentum baptismi,cum quis baptizatur est. Ego te baptizo in nomine patris & filii & spiritussancti,quæ vox debet fieri super aquas, ideſt dum fit immersio vel effusio vel aspersio aquæ secundum varium ecclesiarum ritum, non ante nec postea,sed tunc super aquas & multum debet caueri vt nil omittatur. Nam si talis omittere aliquod substantiale, puto baptizo te, vel etiam te vel in nomine patris nihil ageret,nec paruuli saluti potest taliter prouidere. Et quia in necessitate quilibet potest baptizare,ideo bonum est forma huiusmodi scire. Per hanc autem vocem super aquam eripitur a morte peccati originalis, sicut enim aqua lauat sordes, ita baptismus peccatorum maculas ab anima. Et quia originale est quasi fundamẽtum aliorum criminum,vnde alia per inclinationem procedunt. Et sublato principali destruitur & accessorium,& fundamento diruto ruit quod est superædificatum. Et ideo si vltra originale reperitur in anima aliud peccatum, vt in adultis simul cum originali omnia in baptismo delentur,nisi ponatur obstaculum fictionis,principaliter tamen ad originale remouendum est ordinatum. Quid autem ex sanatione ipsa seu purgatione post baptismum consequatur,ostenditur ex eo quod subditur. Deus maiestatis, ideſt maiestas diuina intonuit. Et quid? certe in institutione baptismi, quod fuit quando Christus a Ioãne baptizatus fuit. Hoc intonuit Deus pater. Hic est filius meus dilectus. Matth.3. & Luc. 3. ad innuendum quòd in baptismo de filio diaboli

Medicina sacramentorum.

Pulchra de signatio sacramẽtorũ in psal.

diaboli efficitur filius Dei, ſcilicet per adoptionem gratiæ. Quia ſi filij & hęredes, hęredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, ait Apoſtolus ad Galath 4. & ad Romanos 8. capit. Et quamuis fuerit Chriſtus in Iordane baptizatus tamen non ſolum illi, verũ etiam alijs aquis dedit vim regeneratiuam & purgatiuam peccatorum. Et ideo ſubditur, dominus ſuper aquas multas, videlicet fontium, fluminum, marium, puteorum, & aliarum, dummodo naturalium dominus virtutem purgandi operatur.

§. 4. ¶ Nouiter natus eſt ſatis debilis, ſic & regeneratus per baptiſmum, patitur adhuc infirmitatem aliam grauem animæ, ſcilicet impotentiam ſeu debilitatem ad bonum præcipue arduum & terribile. Et dominus addidit aliam medicinam ſacramenti, quæ dicitur confirmatio quæ datur baptizatis vt magis fortificentur, vt ponit pſalmus ſecundam dicens. Vox domini in virtute ideſt ad fortificãdum debilem, propterea dicitur confirmatio. Vox iſta eſt cum dicit epiſcopus, nec enim poteſt alius iſtud ſacramentum conferre niſi epiſcopus, dicit ergo cum inungit frontem chriſmate. Conſigno te ſigno crucis, confirmo te chriſmate ſalutis. In nomine patris & filij & ſpiritusſancti amen. Dat autem ſibi alapam vel tenenti eum vt recordetur ſe fore chriſmatum. Nam ſicut baptiſmus, ita nec iſtud ſacramentum debet niſi tantum ſemel dari, aliàs fieret iniuria ſacramento & eſſet magnũ ſacrilegium. Et quia vt debilis præſentatur ad hoc ſacramentum dicens eſt vnde & inſtitutum ab eccleſia vt alius teneat eum, & ibi contrahitur compaternitas ſicut in baptiſmo. Eſt autem effectus eius vt fortificetur ſpiritualiter ne timore mortis vel rubore confeſſionis omittat confiteri publice fidem Chriſti cum eſſet expediens. Et quia ibi datur gratia ad robur, vt dicitur de conſec. diſtinct. 5. Omnes ideo etiam recipit fortitudinem contra diabolicas tentationes quòd etiam additur gratia recipienti, ideo etiam paruulis innocentibus debet dari, parentibus hoc procurantibus, quãuis etiam ſine illa morientes vadant ad gloriam. Adulti vero ipſam contemnentes vel propter verecundiam dimittentes, ex antiquitate damnarentur. Debent ergo omnes ſumere.

Confirmatiõis forma.

§. 5. ¶ Sicut enim in humana vita indiget homo corporali cibo etiam qui fortis eſt, aliàs deficeret, ita & in vita ſpirituali ſi vult in ea conſeruari. Sed quis eſt iſtæ cibus? certe ſacramentum Euchariſtiæ cibus reficiens, & medicina ſanans infirmitatem malitiæ quia inclinamur ad diuerſa mala cogitanda & appetenda & de alijs ſuſpicanda, etiam circa diuina. Vnde dicit Hyla. de conſec. diſt. 2. ſi non ſunt vbi dicitur. Si non ſunt tanta peccata vt excommunicetur quis. i. mortalia non debet quis a medicina corporis & ſanguinis domini ſeparari, huiuſmodi vocẽ notat. Pſalmus, cum ſubdit. Vox domini in magnificentia, quę eſt iſta vox cum. ſ. dicit ſacerdos ſuper hoſtiam in perſona domini. Hoc eſt. n. corpus meum. Et ſuper calicem pręparatum. Hic eſt calix &c. vſq; in remiſſionem peccatorum incluſiue. O quanta magnificentia eſt in iſta voce vt ad ipſam conuertatur panis & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti ibiq; ſit & anima & diuinitas Grego. 10. de conſecr. diſt. 2. Quis fidelium dubium habere poteſt in ipſa immolationis hora in illo Ieſu Chriſti myſterio ad ſacerdotis vocem cœlos aperiri angelorum choros adeſſe, ſumma imis ſociari? Et ne aliquis dubitet de hac magnifica conuerſione, oſtendit Deus per multa miracula iſtam veritatem. Sed & quis poſſet explicare magnificentiã & vtilitates huius ſacramẽti? O præcioſum conuiuium, & magnificum, ſalutiferum, & omni ſuauitate repletum, hic purgantur peccata, virtutes augentur, & omnium chariſmatũ abundantia mens impinguatur, inquit S. Tho. in officio corporis Chriſti. Vnde ex eo multum minuitur malitia hominis.

§. 6. ¶ Quia vero diuerſis inordinationibus & cauſis corpus repletur malis humoribus quæ ſi non euacuentur ad mortem deducerent, ideo ſumere oportet medicinas purgatiuas, hęc autem ſpecialiter medicina eſt ſacramentum pęnitẽtiæ. Iſta euacuat humeros ſuperfluos peccatorum per contritionem & confeſſionẽ debite factam ſequenti abſolutione, vocali, de qua pſalmus. Vox domini confringentis cedros, hæc vox eſt cum ſacerdos dicit. Ego abſoluo te a peccatis tuis &c. Cedrus autem altiſſima arbor hæc deſignat ſuperbiam quæ in altum eleuat mentem per falſam ſui ęſtimationem cum nihil ſit. A ſuperbia autem ſumpſit initium omnis perditio. Tobię quarto capit. Et in omni peccato aliquo modo reperitur ſuperbia inquantũ peccatum erigit ſe cõtra ſuum ſuperiorem Deum nolendo ſubijci præceptis eius, hæc igitur cõfeſſio confringit cedros altas. i. peccata mortalia omnia, contra quæ principaliter ordinatur confringit, ideſt tollit. Vnde de pę. diſt. 7. ait. Leo papa. Multiplex miſericordia Dei ita lapſis humanis prouidit, vt per pœnitentiæ medicinã ſpes vitæ repa-

Vtilitas.

tæ reparetur æternæ. Ita diuinæ voluntatis ordinatis præſidijs vt indulgentiam.i.remiſſionem peccatorum niſi ſupplãtatione ſacerdotum,abſolutionem valeant obtinere. Et nota quòd non dicit euellentis ſed confringentis, quia quod frangitur fructus facere nõ poteſt ſicut arbor dum ſtat cõfracta, fructus cadunt cum ea tamen ex quo radix remanet paulatim germinare poteſt & creſcere & ſic iterum fructus facere. Sic ad propoſitum per pœnitentiam & abſolutionem confringitur congeries habituum vitiorum cum fructibus.i. operibus eorum, tamen radix ideſt inclinatio ad mala remanet in terra cordis, quæ paulatim pullulat,& ideo oportet frequenter pullulationes & motus vitiorum confringere, ne ſumendo robur fructificent. Et vt dicitur 24. q. 1. Manet Petri priuilegiũ quando ex ęquitate fertur iudicium. Nam ſi non eſt vere pœnitens peccator, quãuis abſoluatur a ſacerdote, non recipit fructum abſolutionis: ſed magis iudicium & indignationem Dei incurrit. Vnde ſubdit pſalmus. Confringet dñs cedros libani,confringet per iudicium ſuum in morte cedros libani ideſt hypocritas, qui ficte confitentur, vt non credantur mali eſſe.

Libanus ¶Libanus enim interprætatur candidatio, & ſignat hypocritas, qui vt dicit Chriſtus.Matth.23.cap. ſimiles ſunt ſepulchris de albatis, quibus ait. Veh vobis quia ſcilicet confringuntur cruciatu infernali.

§.7. ¶Cum autem humana natura nõ poſſit perpetuari in indiuiduis, q̃a mortalia ſunt, ideo oportuit inſtitui matrimonium ex quo propter generationem cõſeruatur genus humanum, quod matrimonium & ſi ab initio fuerit inſtitutum ſolum officium.ſ. procreandæ prolis, tamen poſt peccatum eſt etiam in remedium ſcilicet contra infirmitatem periculoſam humanæ concupiſcẽtiæ ad voluptatem quam habet conſtringere ipſum matrimonium vt ſacramentum eccleſiæ, quod habet formam ſuam verba ſcilicet quæ dicunt ſponſus ad ſponſam & econuerſo ſcilicet. Accipio te in meam vxorem,& illa accipio te in meum virum. Siue in moris eſt, notarius aut alius mediator interrogat vtrunq; ſi alter in alterum, vt in coniugem aſſentit, & cũ ibi conſiſtant eſſentia matrimonij ſi ſint in ſtatu gratiæ coniuges, datur gratia reprimens concupiſcentiam vt ſcilicet contentus ſi ſua, & non feratur ad alias cognoſcendas vel concupiſcendas. Vnde ſequitur in pſalmo. Vos domini intercidentis flammam ignis.i.diuidentis. ¶Eſt enim flamma concupiſcentiæ comburentis ſcilicet per damnabiles corruptelas fornicationis & huiuſmodi. Nam fornicatoribus pars illorum in ſtagnum ignis ardentis & ſulphuris: vt dicitur Apocal.20.capitu. propter quod dicit Apoſtolus primæ ad Corinth.8 capitul. Melius eſt nubere quam vri ideſt vinci a damnabili corruptela. ¶Eſt alia flamma concupiſcentiæ reprimentis, ſcilicet damnabiles corruptelas: & hæc eſt actus coniugalis debite exercitatus: quæ honeſtatur & licitatur per bona coniugij ſcilicet per fidem prolem: & ſacramentum de qua dicitur 27. quæſt. 2.Omne. Vnde dicit Grego. de tali q̃ non debet ei negari ſacra communio quia in igne poſitus neſcit ardere 34.quæſt. Vir cum propria vxore, ſicut in figuram ignis fornacis Babylonicæ incendit miniſtros regis qui eam incendebant: nõ autem quicquam modeſtiæ tribus pueris in eo poſitis obfuit,i.in coniugio exiſtentibus cum illis tribus bonis prædictis ſeu cum virtutibus tribus theologicis. Diuidit ergo matrimonium flammam reprimentem concupiſcentiam a flamma combu rente, vt primam retineat, ſecũdum abiiciat. Debet autem ſumme caueri ne contrahatur matrimonium in occulto, quia quãuis etiam teneret: tamẽ peccarent mortaliter: quia contra prohibitionem eccleſiæ, & ſemper manerent in tali damnatione quouſq; facerent ipſum manifeſtum in conſpectu teſtium ſaltẽ vt poſſit iudicio probari. Viri autem continentes clerici & religioſi melius reprimunt iſtam flammam, ſcilicet per abſtinentiam: vigilias & huiuſmodi.

¶Prouidit quoq; miſericors Deus de multiplicatione ſpirituali filiorum, ſcilicet fideliũ: & per hoc ſacramentum ordinis quod confertur per epiſcopus ſolum. Et cum ſint ſeptem ordines: vt partes huiuſmodi ſacramẽti: quatuor minores & tres maiores omnes tamen ordinantur ad vnum finem, ſcilicet confectionem euchariſtię: & gubernationem fidelium. In quolibet autem imprimitur ſpecialis character indelibilis,& ſpecialis confertur gratia accedenti cum gratia, vnde & confeſſionem præmittere debẽt ordinandi: ſicut & fieri debet in oĩbus ſacramentis excepto baptiſmo quod eſt ianua aliorum. ¶Datur autẽ quilibet ordo per collationem ſpecialis inſtrumenti: puta clauium: libri: candelabri: calicis & huiuſmodi, cum certa forma verborum quæ habetur in pontificali. Et vox domini commouentis deſertum. Ad hoc datur ſpecialis ordo præcipue ſacerdotium commouẽtis deſertum. Ad hoc datur ſpecialis ordo præci-

pue

ſcẽtiędu plex.

§.8.

Cur inſtitutũ ſit mrimoniũ.

Flãma cõcupi-

pue ſacerdotium commouentis deſertum, ſ. ſecularem ſtatum vbi ſunt beſtiæ ſilueſtres ideſt beſtialiter viuentes, debeant commouere doctrina verbi ad pœnitentiam exhortando, arguendo, increpando, comminando, & ſic contra infirmitatem ignorantiæ infunditur ei gratia illuſtrans eum ad bene regendum & docendum populum. Et vt efficacius commoueat. i. totaliter moueat ad pœnitentiam opere impleat quod docet. Nemo. n. monitoris perſonam recte ſuſcipit, niſi qui actibus ſuis errata condemnat, & vitæ innocentiam conuerſatione demonſtret diſt. 61. c. 2. Verum etſi clerici mali eſſent dolendum eſt populis, & prælatis eorum denunciare debent vt corrigant eos non tamen contemnere vel iudicialiter ſententiare. Vnde Nicolaus papa ait. Verum vobis qui laici eſtis de clericis quicquid eis acciderit iudicandum non eſt, ſed epiſcoporum iudicio reſeruandum. Sic & Chriſtus admonuit dicens. Omnia quæcunq; dixerint vobis facite & ſeruate, ſm vero eorum opera nolite facere. Matth. 23.

Nota laici.

§. 9.

¶ Demum vero reſtat tranſitus hominis de hac vita, de quo etiam pijſſimus Deus de medicina prouidit ſpirituali, vt citius homo poſſit euolare ad cœlum. Et hoc eſt ſacramẽtum extremæ vnctionis, quod vtiq; valet ad infirmitatem tollendam venialium quæ impediunt introitum gloriæ. Sine macula ſunt enim ante thronum Dei. Apoc. 14. Hunc effectum tangens Apoſtolus Iacobus, ait. c. 5. Infirmatur aliquis ex vobis inducat presbyteros eccleſiæ &c. ungentes eum oleo &c. & oratio fidei ſaluabit infirmum & alleuiabit eum dominus, & ſi in peccatis ſit remittentur ei. Hoc etiam habet ſuam formam ſcilicet per iſtam ſanctam vnctionem & ſuam pijſſimam miſericordiam, parcat tibi Deus quicquid vitio oculorum deliquiſti, & ſic de alijs ſenſibus exprimendo illum ſenſum in quo fit inunctio narium &c. Et hæc vox domini præparantis ceruos, vt ſcilicet deſiderãtes ad fontes aquarum viuentium ideſt dominum currentes perueniant ad Deum viuum. Non ſolum enim remittit veniale, ſed etiam ſecundum Thom. in 4. tollit reliquias peccati ideſt quandam hebetudinem mentis & tepitudinem affectus ad illam gloriam & affectum in ordinarium ad mortem vitæ præſentis. Inde ſequitur, quòd per affectum huius ſacramenti debitè ſumpti dominus reuelet condenſa, ideſt tollat impedientia conſecutionem gloriæ, & ſic in templo eius ſuperno omnes dicent gloriam.

¶ *Sermo de baptiſmo. Cap. 2.*

Sermo excellẽs de baptiſmo.

VOx domini ſuper aquas Deus maieſtatis intonuit| dñs ſuper aquas multas. Pſal. 28. Quia baptiſmus qui eſt ianua ſacramentorum datur in inuocatione ſanctiſſimæ trinitatis exprimẽdo perſonas diſtincte cum dicitur. Ego te baptizo in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. Et habet efficaciam ſuam mirabilem in virtute ſanctiſſimæ trinitatis & perducit ad claram viſionem ipſius, ſcilicet trinitatis, ideo in inſtitutione ipſius baptiſmi, quæ fuit in baptiſmo Chriſti in ſpecie ſenſibili oſtenſa eſt trinitas ipſa quando ſcilicet Chriſtus a Ioanne baptizatus eſt in Iordanis flumine, quod etiam in dictis verbis innuitur.

¶ Et primo perſona filij viſa eſt in humana carne, ibi. Vox domini ſuper aquas.

¶ Secundo perſona patris ſignata eſt in expreſſa voce, ibi, Deus maieſtatis intonuit.

¶ Tertio perſona ſpiritusſancti oſtenſa eſt in columbæ ſpecie, ibi, dominus ſuper aquas multas.

¶ Et quãuis tota trinitas operata ſit corpus Chriſti vocem illam & columbam, tamen ſolus filius fuit in illa carne, & vox illa ſolum patrem repræſentat & columba ſpiritumſanctum. Alio tamen modo fuit Dei filius in illa carne quã pater in voce, vel ſpiritusſanctus in forma columbę, quia Dei filius in illa fuit, ſcilicet per aſſumptionem humanę naturæ & vnionem ipſius naturæ humanæ cum diuina in vna perſona. Sed illa vox aut columba fuit vnita in perſona cum patre vel ſpiritusſancto, nec columba erat ſpiritusſanctus, nec vox pater, ſed repræſentabant ipſas perſonas diuinas, ſcilicet patrem, vel ſpiritumſanctum ſecundum Thom. in 3. parte q. 39. artic. 6. in Reſpon. ad 2. & 1. ſenten. diſtin. 16. q. 1. art. 3. & 3. ſenten. diſtin. 1. in expoſitione litteræ, & ſi fuit verum animal, habetur a ſancto Thom. prima ſecundæ diſtin. ſextadecima quæſtione prima articulo tertio & tertia parte quæſtione trigeſimanona articulo ſeptimo poſt Aug. de conſecrat. diſtinct. 4. Omnes. De hoc agitur in euangelio. Matth. 3. vbi dicitur. Venit Ieſus ad Ioannem in Iordanem vel baptizaretur ab eo.

¶ Quantum ad primum. Vox domini ſcilicet Chriſti & Saluatoris noſtri ſuper aquas fluuij Iordanis cum dixit ſcilicet Ioanni ut baptizaret eum in aqua, uoce & actu oſtenditur maxima humilitas domini, vt ipſe innocentiſſimus veniret ad baptiſmum, quod

§. 1.

est remedium purgatiuum peccatorum qui nullum peccatum habebat, vt dominus iret ad seruum. Rex ad militem, creator ad creatorem. Vox igitur domini super aquas, scilicet Iordanis. ¶ Interprætatur autem Iordanis descensus. Vnde designat humiliationem qua quis descendit quodammodo a dignitate sua, humiliauit ergo se Dei filius, non solum quia descendit de cœlis per incarnationem, secūdum illud Psal. 71. Descendit sicut pluuia in vellus. Nunc autem se magis humiliat suscipiens ipsæ hominum purificator inter peccatores, qui accedebant ad Ioānem vt baptizarentur ab eo. & baptismum quod est institutū ad purificationem peccatorum quasi esset vnus ex illis. Cum.n. lapsus primus hominis fuerit per superbiam, & ipsa etiam sit origo aliorum, & frequenter homines incidant eam non intelligentes. Ideo in omni vita sua dedit exempla maximæ humilitatis, vt infirmitatem primi hominis curaret & nos suo exemplo ab ea præseruaret. Insuper hoc egit non vt egeret vel vt aliquid gratiæ ex eo susciperet, sed vt tactu suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuam aquis conferret seu virtutem concederet aquæ baptismali, ac etiam vt suo exemplo, omnes ad baptismum accederent. Vnde cum Ioannes recusaret baptizare ex humilitate dicens. Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me, dixit ei Iesus. Sine modo. sic decet nos implere omnem iustitiam. Matth. 3. idest consummatissimam & summam humilitatem. Magna humilitas est subiicere se superiori. Maior subijcere se equali. Omnis seu maxima subiicere, se et inferiori, quod Christus fecit baptismū a Ioanne suscipiendo. Vel vt dicit Ambr. super Lucam. Hæc omnis iustitia, vt quod alteri iusseris prius tu ipsæ perficias, & tuo alios horteris exemplo. Quod ergo Christus aliis præcepit scilicet baptismi susceptionem, ipsæ primus accedit, & ex tunc baptismus vt videtur virtutem accepit multiplicem quæ ex aquæ proprietate attenditur. Et ideo vox domini super aquas. Aqua enim est purgatiua, & baptismus purgatiuus omnū macularum animę, idest peccatorum super omnia alia sacramenta & originalium & omnium aliorum actualium. Aqua est refrigeratiua contra calorem, ita baptismus refrigerat seu diminuit fomitem ipsius concupiscentiæ, i. inclinationem ad malum, non tamen extinguit, sed remanet ad exercitium virtutis, & humiliationem, sed debilitat vt nō dominetur. Aqua est corpus dyaphanum, ideſt transparens, vnde & susceptiua luminis, ita & baptismus præstat lumen fidei. Vnde dicitur sacramentum fidei. Et baptizandus & baptizari petit, fidem petit. Aqua est fœcundatiua, quia per eam terra fructum affert, secundum illud Iacob 5. Cœlum dedit pluuiam & terra dedit fructum suum, & baptismus inducit per gratiam ad fructū bonorum operum. Item aqua est animaliū suffocatiua, vt patuit in diluuio, sicut & baptismo dęmones suffocantur & eorum tyrannides. In cuius figuram. Pharao cum exercitu suo persequens populum Dei in mari rubro submersus est, vt patet Exo. 14. Et 1. ad Cor. 10. Et de consec. dist. 4. nequaq;, quod designat baptismum, sm Apostolum. Item aqua est mollificatiua terræ, vt sic inde recipiat varias imagines sic per baptismum imprimitur character indelebilis per quem configuratur characteri æterno ideſt Christo. Aqua etiam fluxit de latere Christi lancea transfixa exiuit enim sanguis & aqua. Io. 19. c. quæ signat baptismum ad innuēdum quod baptismus efficaciam habet a Christi passione quæ terminata est in sepultura in quam corpus Christi descendit & inde resurrexit, & ad hoc significandum cum quis baptizatur siue per immersionem siue per effusionem ponitur sub aqua quasi sub terra sepultus. Et inde educitur quasi resurgens cum Christo in nouitate vitæ spiritualis. Et hoc est quod ait Apostolus ad Rom. 6. Consepulti enim sumus per baptismum cum Christo, vt quomodo Christus resurrexit, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Quia etiam aqua est communissima, quæ vbiq; reperitur, & istud est sacramentum summę necessitatis omnibus. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest intrare regnum Dei. Ioan. 3. Christus ait. Ideo decentissimum fuit in aqua institui. Vnde vox dñi super aquas, quia cum aqua oportet q; addatur vox domini, ideſt forma instituta a domino.

Iordanis.

Proprietates aq̄.

¶ Secundo in baptismo ostensus est pater omnipotens in voce quæ ibi intonuit, videlicet. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Matthæi tertio, ad innuendum quòd per baptismum quis acquirit dignissimam & vtilissimam filiationem. §. II.

¶ Vnde notandum quòd acquirit ibi triplicem filiationem.

¶ Nam efficitur filius Dei patris per adoptionem.

¶ Filius ecclesiæ matris per subiectionem.

¶ Filius baptizantis & eum tenentis per instructionem.

Filiationē acq̄rit baptizatus.

¶ Primo

¶Primo enim per baptiſmum cum recipiat gratiam & fidem efficitur filius Dei, ſecundū illud Ioan. 1. c. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius &c. ſedex Deo nati ſunt. In baptiſmo autem dicitur renaſci. Nam primo naſcitur naturaliter mundo, cum exiit de vtero matris. Poſtea naſcit ad eſſe ſpirituale per baptiſmum, & naſcitur filius Dei per adoptionem, vt dicat Deus. Hic eſt filius meus dilectus ex, quo ſcilicet purgatus eſt a peccato, per quod erat filius diaboli. Vnde Aug. de fide ad Petrum. Firmiſſimum teneas & nullatenus dubites omnē hominē qui per concubitum maris & fœminæ conci pitur naſci cū peccato originali impietati ſubditum mortique obnoxium & filium irę dici. Vnde exorcizatur per exuſflationē verbis ſacris vt ſpiritus malus exeat ab eo. Quod ſi filii (vt ait Apoſtolus) & hæredes ſcilicet regni, filiis enim debetur hæreditas. In cuius ſignū apertū eſt cælū ſuper Chriſtum baptizatum, non quidem pro ſe, quia ſemper erat in cælo diuinam eſſentiam clariſſime vidēs, ſed ad oſtendendum baptiſmi effectum, q̄ per ipſum cælum aperitur, vt ſubito valeat intrare ſi tunc moriatur, vel q̄cunque ſi conſeruauerit innocentiam baptiſmalem, quę ſignificatur per veſtem candidam quæ datur ſeu imponit ſuper baptizatum. Secundo efficitur filius eccleſiæ, vbi prius erat extra eccleſiam. Et dicit chriſtianus a Chriſto. Et propterea inungitur chriſmate in vertice. Chriſtus latine dicitur inunctus inuiſibili inunctione gratiæ pleniſſimæ, ſecundū illud pſ. 44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Sic in baptiſmo inungit ſpiritusſancto, & in vertice mentis debet habere Chriſtum & eum imitari. Vnde ait Auguſt. Chriſtianus eſt nomen pietatis, iuſtitię, charitatis, caſtitatis, humilitatis, patientiæ, quomodo igitur arrogas tibi hoc nomen cum nil de tantis bonis obtineas? Si repriueris, nec nomen habere mereris dicit regula. Imponitur autem ei nomen ſpeciale ſecundum diuerſos reſpectus. Ad hoc tamen debet attendi vt imponatur nomen alicuius ſancti vel ſanctæ nō nomina paganorum, vt Pyramides vel Palamides Lancelotus & huiuſmodi, vel nomina diminuat, vt Nanni, meo. Thoma. Maſo, Pippo vel nomina nil ſignificantia, vt blando, Lapo, Gineura, & huiuſmodi. Ex quo autem efficitur filius eccleſię in baptiſmo ſemper, vt bonus filius debet mandatis eccleſiæ parere. Prouerbiorum, primo cap. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimitas legē matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, ideſt menti & torques ſcilicet corona glorię collo tuo. Datur ſcilicet ſal in ore, vt habeat diſcretionem in opere ſuo, & præcipue in locutione. In omni enim ſacrificio mandabat dominus in veteri lege poni ſal, vt patet Leuitici ſecundo capi. Quia nullum opus virtuoſum eſſe poteſt ſine diſcretione. ¶ Tertio efficitur filius ſpiritualis baptizatis eum & tenentis ad baptiſmum. Sed oportet quòd teneat vel tangat cum baptizatur, alias non eſſet. Et ipſi tenentes ſi puer eſt & neſcit loqui reſpondent probaptizando cum interrogatur credis i Deum patrem omnipotentem & cętera. Credo, id eſt dabo operam, quòd cum erit adultus credet vel debet. Et cum interrogatur, abrenuncias diabolo & operibus & pompis eius? Reſpondent abrenuncio, ideſt operam dabo qđ abrenunciet, ſcilicet inſtruendo & ammonendo, & regulariter debet vnus tantum eſſe, de conſecratione diſtinctione quarta. Si autem de more patriæ duo vel tres aſſumuntur non debent ſine magna cauſa multiplicari. Nam contrahitur compaternitas ſpiritualis interteneutem & eam quam tenent, & fraternitas ſpiritualis inter filios naturales tenentis, & eum qui tenetur, & compaternitas ſpiritualis inter parentes carnales eius qui tenetur, & eum vel eam qui tenet, & coniugem eius ſi in coniugio eſt, & inter tales non poteſt matrimonium contrahi, & ideo nō debent multiplicari & præcipue cum teneantur tales tenetos admonere in bonis moribus, quod tamē non faciunt. Inſtruebantur prius per dies de fide cum erant adulti baprizandi, & dicitur, cathechiſmus illa inſtructio. Nunc ſolum interrogatur de fide ſi credit & reſpondent pro eo qui tenent vt dictum eſt. Accēditur etiam lumen ſignificans lumen fidei quod debet in manibus, ideſt operibus oſtendere. Vbi etiam animaduertendum quod ſi eſſet baptizatus in domo quod fieri non debet niſi in periculo mortis, non debet iterum baptizari. Sed ſi dubitaretur vtrum cum debita forma eſſet baptizatus, tunc ſacerdos debet dicere. Si es baptizatus non te baptizo, ſed ſi non es baptizatus ego te baptizo. In nomine patris & filij & Spiritusſancti Amen. Extra de baptiſmo cap. 1.

Chriſtianus quid ſignificet

Cautela.

Qualia nomina propria ſponēda

¶Quantum ad tertium dominus ſcilicet ſpiritusſanctus ſuper aquas multas, ſcilicet maris, fluuiorum, fontium puteorum, & breuiter omnes aquas naturales non autem artificiales ad eas ſanctificandum. Vnde ſpiritusſanctus apparuit ſuper Chriſtum baptizatum in ſpecie columbę. Geneſ. 1. Spiritus domini. §. 3.

spiritusſanctus, ſcilicet qui eſt dominus vel qui procedit a domino ferebatur ſuper aquas ſcilicet baptiſmi ad dandum vim regeneratiuam & per gratiam, minorem mundum, ideſt homine formādum in hominem nouum. Apparuit autem ſpiritusſanctus in forma colūbæ ſuper baptiſmum inſtitutum ad innuendum in baptiſmo.

Quid Per colūbę apparitionem innuitur.

¶ Fictionis excluſionem.

¶ Baptizati cum Deo reconciliationem.

¶ Eius poſtea ſanctam conuerſionem.

¶ Quantum ad primum columba eſt animal ſimplex, & dicitur felle carere. Vnde Chriſtus Math. 10. ca. Eſtote ſimplices ſicut columbæ, quod exponens Hierony. ait. Habebant omnes ſimplicitatem columbæ, vt memini ſcilicet machinentur dolos, ideo ergo apparuit, ſpiritusſactus in forma columbę, ad innuendum q̄ qui vult gratiā ſpirituſſancti accipere a baptiſmo, oportet q̄ accedat ſine fictione & duplicitas. ſ. q̄ nō maneat fixus ī aliquo mortali ſi eſt adultus: nō credat ſe accipere vel aliquā mundana intētione accipiat, puta ad euadendū aliquam pœnam teporalem & hmōi. Nam vt dicitur Sapien. 1. Spiritusſanctus diſciplinę effugiet fictum, & quia paruulus non poteſt vti fictione, cum adhuc non habeat vsū rationis, ideo ſemper in baptiſmo recipit ſpiritūſanctum. ¶ Quātum ad ſm columba portauit ramum virentis oliuæ Noe ad arcam, in ſignum quod ceſſaſſet aqua diluuii & qd Deus iratus contra mundum propter peccata eius reconciliatus & placatus erat & pacatus. Gen. 8 Ideo ergo apparuit ſpiritusſanctus in baptiſmo in columba vt oſtenderet oibus qd̄ per ipſum homo qui erat Dei inimicus propter originalia, recōciliatur Deo & ad arcam eccleſiæ reducitur, extra quā omnes diluuio damnationis pereunt. 24. q. 1. ca. 1. Alienus, & c. quicunq;, & de pœni. diſt. 6. §. 1 Et in figurā huius Helias trāſito Iordane raptus eſt in cælum in curru igneo, vt patet. 4. Regū. 2. c. quia poſt baptiſmum gratia ſpirituſſancti qui etiā in ſpecie ignis apparuit reconciliatus Deo in cęlum aſcendit. ¶ Quātum ad tertium colūba habet ſeptem proprietates, naturales quæ ſignant ſeptem dona ſpirituſſancti, de quibus Eſai. 11. dicitur. Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapientię & cętera, quæ recipitur in baptiſmo, & ſecundum quæ baptizatus debet regere vitam ſuam & conuerſationem. Vnde illa colūba quæ apparuit nō fuit fantaſtica, ideſt de aere formata, ſed vera & nō vna de aliis columbis iam generatis, ſed Dei potentia de nouo creata quæ facto ſuo officio reſoluta eſt in materiam præiacentem vt determinat Beatus Thomas. Qui etiam aptat ipſas proprietates ad ſeptem dona. Columba primo habet gemitum pro cantu. Vnde Auguſt. Columba a moleſtiis auolare cupit & ſemper gemit. 7 quæſtio. 1. § Cum autem, a vitiis. Sic baptizatus per donum timoris luget peccata ſua, timens perdere gratiam Dei & ſuam amicitiam & demum hęreditatem. Columba eſt animal manſuetum & pium & offerebatur Deo in ſacrificium, vt patet Leuiti. quinto, & ſignat donū pietatis, per quod quis eſt deuotus diuina, vt officia eccleſiaſtica, orationes & huiuſmodi. Pietas enim eſt Dei cultus, vt dicitur de Iob. Debet eſſe etiā pius ad proximum, ad ſubueniendum neceſſitatibus, & compatiendum & ſupportandum defectus eius. Vnde & inungitur oleo ſancto baptizandus in pectore & ſcapulis, ad hoc ſignificandum. ¶ Columba inter grana ſibi prępoſita eligit meliora & corrupta dimittit & cadauera vt patet de columba emiſſa a Noe, quæ non requieuit ſuper cadauera vt Coruus ſed ad arcam reuerſa, quia non inuenit mundum vbi requieſceret pes eius. Debet ſimiliter baptizatus per donum ſcientię diſcernere quę ſibi præponuntur & occurrunt verba & exempla aliorum & cogitationes in mente & bona admittere, mala autem dimittere, & non omnibus credere, nec omnes imitari, ſed bonos. Auguſt. Non omnis qui dicit pax vobis. Columba habitat in foraminibus petræ. Canticorum ſecundo capi. ideſt ædificiorum. Eſaiæ. 60. capi. quaſi columbæ ad feneſtras ſuas. Ec per hoc notatur donum fortitudinis, in quo quis firmatur meditando, vulnera paſſionis Chriſti. Quid enim magis, habet fortificare mentem ſuam in tribulationibus, laboribus, q̄ anguſtiis poſitam quam meditatio paſſionis Chriſti ſti? Vñ dicit ſpōſus Chriſtus ſponſæ ſuæ. Veni columba mea in foraminibus petræ. Cantic. ſecundo ad meditandum vulnera paſſionis. Petra enim erat Chriſtus, primo Corinth. primo capitu. Foramina eius, vulnera eius. ¶ Columba fouet pullos alienos, ſic per donum conſiliis bonus fidelis debet fouere eos, quis erant alieni a Deo, & filii diaboli per peccatum, per bona conſilia, & exohortationes Deo nutrire. Et ipſæ de agendis vbi dubium occurrit conſilium quærere debet, ſecundum illud Tobiæ quarto. Conſilium ſemper a ſapiente perquire, ſed ſumè conſiliarum bonum. ¶ Columba non lacerat roſtro quæ comedit ſed ītegra grana ſumit ſic, baptizatus, non

Proprietates columbæ.

In 3. pte q. 39.

non debet sententias bonas veritatis integre scripturarum dilacerare falsè exponendo hoc enim pertinet ad hæreticos, sed secundum integram veritatem intelligere & proferre. ps. Si dormiatis, ideſt quiescatis inter medios cleros, ideſt in medio duorũ testamentorum scripturæ acquiescendo veritati eorum pennæ columbæ deargentate scilicet eritis, id est veri fideles vniti ecclesiæ quæ est columba deargentata, ideſt erudita sacris eloquiis.

¶ Demum columba residet iuxta aquas, vt contempletur vmbram Accipitris eam insequentis, quod fit per domum sapiẽtię scilicet gustando & contemplando diuinas perfectiones, & cum diabolus insequitur eam in ipsam diuinam bonitatem se immergit ad eam recurrendo oratione & euadit. Canticorum. 1. ca. Oculi tui columbarum residẽt iuxta fluenta plenissima.

¶ *De sacramento confirmationis. Cap. 3.*

CONfirma hoc deus quod operatus es in nobis, a templo sancto tuo quod est in Hierusalẽ. Psal. 67. Operatus est deus in fidelibus in baptismo infusionem gratiæ, & hoc a templo ecclesiæ, quod est in superna Hierusalem, quę dicitur pacis visio, nunc in spe, & demũ in re, cum peruenitur ad eam, postulatur ergo dominus vt cõfirmet illam gratiam, qđ vtiq; fit per sacramentum chrismatis. Vnde & ab eius affectu dicitur cõfirmatio, vnde de conse. dist. 4. cap. vt ieiuni dicitur. Nunquam erit christianus, scilicet plenarie qui non fuerit episcopali confirmatione chrismatus, q̃uis enim paruulus per baptismum moriens vadat ad gloriam etiam non chrismatus, tamen non habet illam plenitudinem seu augmentum gratiæ, vnde & gloriæ sicut confirmatus. Et adultus qui contemneret hoc sacramentũ suscipere saluari non posset, & sic non dicitur esse christianus, propterea autem dicitur confirmatio, quia magis per hoc roborat in gratia. Hinc Rabanus dicit. Nouissime a summo sacerdote ideſt episcopo per manus impositio nẽ paraclitus datur baptizato vt roboretur per spiritum sanctum, de cõsecratione distinctione quinta. Confirma ergo hoc deus &c. ¶ Vbi sciendum quòd quadruplex est confirmatio in bono a Deo.

Multiplex cõfirmatio in bono.

¶ Prima per glorificationem in cælo.
¶ Secunda per sanctificationem in vtero.
¶ Tertia per conseruationem in mundo.
¶ Quarta per chrismationem ab episcopo.

¶ Cum quis moriens ascẽdit in cœlum, scilicet bene purgatus ab omni macula peccati & debito, ita confirmatur quòd nullo modo cadere potest etiam in peccatum veniale. Vnde dicitur de consecra. distinct. 5. Spiritussanctus qui post baptismum cum acquisita innocentia peruenit ad mortem, confirmatur morte, quia anima non potest peccare post mortem.

¶ Per sanctificationem in vtero vt dicunt doctores Beatus Thomas, & cæteri in quarto. Hic recipit robur gratiæ sanctificatus, vt in vna non possit peccare mortaliter, quod est proprie cadere, sicut fuerunt confirmati Hieremias. Hierem. primo cap. Ioannes Baptista qui dicere poterat illud Psalm. 70. Intẽ confirmatus sum ex vtero. Et virgo Maria de qua canit Ecclesia. Confirmatum est cor virginis. Per conseruationem confirmationis quòd Deus conseruet aliquem in sua gratia. Nam vt dicit Augustinus. Quibusdam Deus dat gratiam quibus non dat perseuerantiam, ipsi tamen sunt in causa huius defectus. De hac Psalmi. Confirmata est super nos misericordia eius. Psalm. centesimosexto decimo scilicet gratiæ qua a miseriis peccatorum liberati sumus.

¶ De vltima quæ est per sacramentum specia- §. 1.
le, de hoc intelligitur illud. Spiritu principali confirma me Psalm. 50. Dicitur autem spiritus principalis qui datur in isto sacramento, quia cum multi sint spiritus vt angelicus & humanus & cætera, spiritussanctus est principalis, vel etiam principalis dicitur, quia hoc in confirmatione ad plenitudinem spiritus datur, vt de consecratione distinctione quarto capitu. Spiritussanctus. Vnde & Apostoli cum fuerunt a Christo confirmati, seu chrismati, quod fuit in die Pentheçostes dicuntur repleti Spiritusancto. Nam etsi prius haberent gratiam, non tamen illa in plenitudine vt enim dicit magister sententiarum in quarto. Deus non alligauit potentiam suam sacramentis quin & per modos alios sibi placitos possit conferre gratiam suam. Quod ergo aliis confert gratiam secundum legem communem per sacramentum confirmationis, hoc Apostolis contulit sine eo. scilicet plenitudinem spiritussanctus fecit tamen super eos apparere aliquid, correspondens materiæ chrismatis, scilicet linguas igneas. Chrisma enim conficitur ex oleo & balsamo. Et oleum quod nutritiuum ignis correspondet igni. Linguę autem, quæ apparuerunt correspondet balsamo, quod est valde odoriferum. Nam per linguam prædicando diffusus est odor suauis doctrinæ fidei. Apo- Apostolorũ confirmatio

Confirmat aliquis tripliciter.

stolus secunda ad Corinth. secundo ca. Christi bonus odor sumus in omni loco. Vnde in festo Penthecostes in quo communiter etiã datur istud sacramentum, cantatur hoc sæpe. Confirma hoc deus. Dicitur quis confirmari vel roborari tripliciter. Per iurium firmationem, per armorum additionem, per membrorum vigorationem. Cum quis eligitur ad aliquam dignitatem acquiritur ei ius ad rem illam, sed cum a superiore confirmatur, firmatur sibi magis illud ius vt non ita de facili possit sibi auferri, sicut dicitur de Salomone rege, quòd eo confirmato in regno, regnum ei adhæsit fortius. Ad propositum per baptismum assumitur quis spiritualiter ad dignitatem regiam & sacerdotalem, vt se virtutibus regat, non passionibus & vt spirituales hostias orationum & bonorum operum Deo offerat. Vnde. 1. Pet. 2. dicitur omnibus baptizatis. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, & acquiritur ei ius ad omnia sacramenta, vt admittatur ad ea. Sed per confirmationis sacramentum magis firmatur sibi illud. Non enim est decens & cõgruum, vt baptizatus non confirmatus admittatur ad sacramenta, & præcipue ordinis sicut confirmatus. Et sicut confirmatio ad dignitatem fit per pontificem, ita & collatio huius sacramenti, nec potest per alium dari. Et in hoc ostenditur excellentia huius sacramenti ad alia, quia omnia possunt dari per sacerdotem etiam sacramentum ordinis quantum scilicet ad minores ordines quia per abbates possunt dari, sed istud solum per episcopos. Vnde Eusebius papa de conse. dist. 5. manus ait. Manus impositionis sacramentum magna deuotione tenendum est quod ab aliis perfici non potest nisi a summis sacerdotibus. Nec tempore apostolorum ab aliis quam ab apostolis legitur aut scitur esse paractum. Hæc ibi. Dicitur enim Actuum 8. quòd cum Samaria recepisset verbum dei, scilicet credendo in Christum miserunt ad eos Petrum & Ioannem qui scilicet eranr epi scopi & principales. Et cum iam essent baptizati imposuerunt manus super eos per hunc modum confirmantes, & tunc acceperunt spiritum sanctum, scilicet in linguis igneis cum magna plenitudine. Vnde & istud sacramentum dicitur manus impositio, vt patet in dicto. c. Sed aduertendum quòd si quis renunciasset iuri suo alicuius dignitatis, confirmatio nihil vel modicum sibi valeret, nisi sibi ius redderetur. Sic in proposito qui renunciat gratiæ baptismali, quod sit per mortale commissum, postea accedens ad confirmationem cum eo, non confirmaretur in gratia nec augeretur sibi gratia quinimmo mortaliter peccaret & magis debilitaretur in anima, quamuis characterem reciperet indelibilem. Et hoc nisi restitueretur sibi prius gratia amissa quod non fit nisi per pænitentiam. Et ideo dicitur de conse. dist. 5. vt ieiuni, ad confirmationem veniant perfectæ ætatis idest illi qui habent vsum rationis, vt moueantur confessionem prius facere, vt mundi donum spiritussancti accipere valeant supple statuimus. Confirma hoc Deus &c. vt sic confirmatus de Hierusalem militanti, ascendat ad triumphantem. ¶ Secundo confirmatur quis per armorum appositionem, quamuis enim aliquis sit fortis corpore si cum hoc addantur sibi arma, sicut fit militi cum accedit ad bellum inde confirmatur & magis roboratur, per baptismum autem recipit quis gratiam vigorantem eum ad bene agendum, sed per chrismationem recipit maius robur spirituale ad pugnandum pro fide, vt non terreatur, nec erubescat publicè fidem Christi confiteri. Vnde Petrus apostolus qui ad vocem vnius ancillæ ita timuit quòd Christum negauit Matth. 26. & Lucæ. 22. Et ipsæ cum aliis Apostolis, quamuis gratiam haberent & essent baptizati, vt dicit Augustinus tamen stabant clausi in domo propter metum iudæorum. Sed postquam fuerunt confirmati in die Penthecostes ita fuerunt roborati quòd exeuntes domum cæperunt publicè prædicare magnalia Dei, & sine aliquo timore fidem Christi, & quantumcunque fierent eis minæ & flagellarentur non dimittebant quin publicè prædicarent. Vnde Christus dixerat eis. Sedet in ciuitate donec induamini virtute ex alto id est armis fortitudinis spiritussancti. Luc. vlti. c. Et in signum huius datur inunctio chrismatis in fronte qui est locus patens qui non absconditur, & insignitur in fronte crucis, sicut miles signo ducis quòd debet esse euidens & manifestum, & propter propinquitatem imaginationis ad frontem, spiritus a corde directe ad frontẽ ascendunt secundũ Tho. Et ibi apparent primo signa timoris & erubescentiæ, nam timentes pallescunt, verecundantes tubescunt. Armatur ergo signo crucis per episcopum in fronte & inungitur, sicut & pugiles antiquitus inungebantur, ad hoc vt tanquam fortis miles Christi factus, non timeat nec erubescat Christum publice fateri. In huius figurã Dauid inunctus a Samuele

Tho. in 3. parte q. 72.

muele prælians cum Goliath terribili gigante, prælauit contra eum in funda & lapide occidit. 1. Reg. 17. quia inunctus chrismate, cum lapide fortitudinis, & funda humilitatis vt scilicet non a se sed a Deo recognoscat virtutem suam dicens. Tu es domine fortitudo mea idest causa fortitudinis meę deiiceat diabolum & mundum cum suis terroribus. Vnde Melchiades papa. Quia in mundo tota ætate victuris inter visibiles hostes & pericula nobis gradiendum est in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum cõfirmamur ad pugnam. In baptismo abluimur, post baptismum roboramur, & quamuis continuo transituris sufficiat regenerationis baptisma, victuris tamen sunt necessaria confirmationis insignia. Regeneratio per se saluat mox in pace beati sæculi recipiendos. Hæc ille, de consecra. dist. 5. Spiritusantus. Confirma ergo hoc Deus. ¶ Tertio confirmatur quis & roboratur per membrorum fortificationem. Cum puer nascitur viuit vtique sed multum est debilis, nec ad opera aptus adultorum. Ex sensibilibus autem & corporalibus deuenire possumus in notitiam spiritualiũ per similitudines eorum. ¶ Nascitur enim homo in esse spirituali per baptismum & viuit vtique vita gratiæ, sed adhuc est quasi debilis in vita spirituali. Vnde apostolus Petrus in prima canonica sua baptizatis ait. Quasi modo geniti infames rationabiles sine dolo lac concupiscite vt in salutem crescatis. Sed per confirmationẽ vel chrismationẽ confirmat quasi p uenies per hoc ad ætatem robustam, vt possit bellare & fortia agere. Vnde & debilis accedens baptizandus ad hoc debet sustentari ab alio, qui tamen debet esse ipsæ chrismatus. ¶ Nam debilis non est idoneus ad sustentandum debilem. ne ambo simul cadant, ex ista tentione contrahitur parentela spiritualis, eo modo quo in baptismo, quæ impedit matrimonium, vt habet supra in præcedenti. c. §. 2. & tit. 1. cap. 15. De cognatione spirituali. §. tertio. Et de hac roboratione spirituali ex perfectione gratiæ huius sacramenti dicit Rabanus. In vnctione in summitate verticis quæ fit per sacerdotem significatur spiritus sancti descensio ad habitationem Deo consecrandam. In vnctione vero quę fit per pontificem in fronte, eiusdem spiritussancti septiformis gratia, cum omni plenitudine sanctitatis & scientiæ & virtutis venire in homine declaratur deconsecra. dist. 4. c. Nouissime. Vnde & fasciolam qua scilicet frons inuncta ob reuerentiam post exterionem ligatur, debet tenere non saltem per diem, sed per septem dies manere, ut non lauet sibi caput ad significandum gratiæ septiformis receptiones, roboratur ergo virtus ideſt potentia rationabilis sacramento confirmationis, ne circunferatur omni vento doctrinæ, ne cedat argumentis hæreticorum. Vnde dicit Vrbanus papa de conse. dist. 4. Omnes fideles post baptismum debent recipere manus impositionem, vt pleni Christiani inueniantur, quia cum spiritussanctus cordi infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur roboratur virtus irascibilis, ne facile vulneretur opprobriis, iniuriis, & tormentis, quæ multa antiquitus irrogabantur Christianis ab infidelibus pro veritate fidei nunc autem pro veritate iustitiæ & vite Christianæ roboratur & virtus concupiscibilis, nec cedat illicitis moribus & prauis desideriis. Confirma ergo Deus quod operatus es in nobis, vt perseuerantes in hoc robore supernam Hierusalem ascendamus.

Ad quid cõfirmatio.

¶ *De sacramento eucharistiæ.* *Cap.* 4.

MEmoriam fecit mirabiliũ suorum misericors & miserator dominus escam dedit timentibus se. psal. 110. Non loquitur psalmista de esca corporali communi, quia hanc dedit non solum timentibus se, sed & iumentis dat escam ipsorum ideſt bestialiter viuentibus, & pullis coruorum inuocantibus eum, vt dicitur psalm. 146. Et cum hoc sit vsitatissimum non posuisset propheta hoc in psalmo tanquam quid singulare. Sed & de esca mannæ data patribus in deserto, non videtur etiam proprie intelligendum, cum bonis & malis fuerit data certo tempore, scilicet quadraginta annorum, & non memoria prẽteritorum fuerit mirabilium sed figura futurorum scilicet huiusmodi magni sacrificii. Reuera inquit Ambro. in lib. de sacramentis. Mirabile fuit quòd manna pluit dominus patribus in deserto, qui quotidiano pascebantur cœli alimento. Sed si illud miraris quod vmbra est, quanto magis illud cuius est vmbra, scilicet mirandum de conse. dist. 2. Sed de esca eucharistiæ loquitur quod est maximum miraculorum ab eo factorum. Memoriam ergo fecit &c. cum dedit sacramentalem &c. Vbi tria.

Sermo insignis de Sacramento eucharistiæ.

¶ Sacramenti eximia excellentia, ibi. Memoriam fecit mirabilium suorum.

¶ Conferentis nimia beniuolentia, ibi. Misericors & miserator dominus.

In sacro Eucharistię tria designãtur.

¶ Assumentis idonea conscientiam, ibi. Timentibus se.

¶ Quantum ad primum certum est quòd istud est excellentissimum sacramentorum & omnia alia ordinantur ad ipsum vel perficiuntur per ipsum, nec quid præcioſius habemus in hoc mundo. Quid enim melius corpore & sanguine domini nostri? ait Hiero. 1.q.1. Multi, quasi diceret, nihil de consc. dist. 2. nihil, dicitur sic. Nihil in sacrificijs maius esse potest, nec vlla oblatio maior reperitur. Et cum mirabilia sint opera Dei omnia tamen sunt præcipua & valde stupenda.

Opera. Dei insignia.

¶ Opus creationis.
¶ Opus redemptionis.
¶ Opus glorificationis.

¶ Horum omnium mirabilium fecit memoriam & repræsentationem in venerabili sacramento. ¶ O quàm mirabile est quòd cum nil esset nisi Deus sua omnipotenti virtute mundum & quæ in eo sunt, creauit ex nihilo. Natura quidem & ars nil operatur nisi ex præiacenti materia ita quòd semper in opere suo remanet communis materia ei quod fit, & ei ex quo opus fit. Nam cum animal moritur, corrupta forma substantiali animalitatis, vel separata, si est anima rationalis remanet materia communis ei, quod prius erat sub forma animalitatis, & formę substantialis, quam suscepit cadaueris. Et cum cadauer per consumptionem conuertitur in terram, adhuc remanet materia communis sub forma materiæ. Sic in artificialibus. Nam cum faber ex ferro facit cultellũ, materia ferri quæ erat prius sub forma virgæ ipsa materia ferri postea reperiẽ sub forma cultelli. Et cera quæ prius erat sub forma massæ facta ex ea imagine reperitur sub forma hominis seu figura. Non sic autem Deus creauit mundum, sed nulla præexistente materia, omnia fecit virtute sua in materia & forma substantiali sua subito, & sic nulla, ibi fuit materia cõmunis ex qua res factæ sunt, & eis quæ factæ sunt. Sed vt dicitur Eccle. 8. c. qui viuit in æternum creauit omnia simul scilicet in materia & forma substantiali, secundum Aug. sic in isto mirabili sacramento non est aliqua materia communis quæ ante consecrationem sit sub forma substantiali panis & vini, & post consecrationem sub forma substantiali corporis Christi. Sed totum transit in totum, materia cum forma substantiali panis & vini transit in materiam & formam substantialem corporis Christi. Quomodo autem conuertitur, Deus operat. psal. 71. Benedictus dominus deus qui

Opus creationis.

fecit mirabilia magna solus. Ita autem est hoc mirabile, vt nec oculus intellectus angelici absq; lumine gloriæ hoc possit intueri quo modo Christus sit in sacramento. Remanent autem accidentia panis & vini id est color, figura, sapor, & huiusmodi mirabiliter sustẽtata sine subiecto. Secundum opus valde mirabile, est opus redemptionis nostræ. Quod enim vsus non obtinuit, natura nescuit, ignorauit ratio, meus non capit humana, pauet cœlum, stupet terra, & omnis creatura miratur, etiam cœlestis. Hoc Materiæ nuncia tum est, in Maria impletum est per Christũ. Nam dicente ea quinque verba, scilicet fiat mihi secundum verbum tuum, subito totus Christus cum carne anima & deitate in ventre suo fuit. Sic dicente sacerdote quinque verba consecrationis scilicet. Hoc est enim corpus meum, totus Christus in carne, anima & deitate est in sacramẽto, processus quoque eius mirabilis conuersationis & passionis. In isto venerabili sacramento habetur memoria & figura in materia eius qui est panis & vinum. Nam granum tritici cui se Christus comparauit, & ex quo fit materia eius, nascitur quidem de terra imperceptibiliter, incisa remanẽte, ortum triticum cum est parvulum sarculatur ad remouendas malas herbas ne fructum impediant, & aliquantulum de eo abscinditur. Sic Christus paruulus circuncisus est ad remouendas malas herbas suspitionum & excusationum cõtra eum quòd non recepissent vt eum Messiam, quia non erat circuncisus, & de carne eius aliquid abscisum est. Crescens frumentum ad suam perfectionem subijcitur caloribus, pluuijs, grandinibus & ventis Et Christus ad ætatem perfectam veniens cum hominibus cõuersatus, calores inuidiæ passus est a scribis & phariseis, pluuias detractionum, grandines comminationum & lapidationis, ventosq; contumeliarum. Capitur frumentum de terra & ligatur & ad aream deportatum verberatur. Et Christus captus in horto a iudæis & ligatus adductus coram Anna & Caypha & Pilato percutitur, & asperrime flagellatur. Molitur frumentum, vt totum contritum inde fiat panis ad ignem decoctus. Et Christus totus cõfringitur in manibus & pedibus cũ clauis & extensione violenta membrorum in cruce. Sic quæ coquitur in cinere humiliationis, & summæ confusionis igne ardentissimæ charitatis, vt fiat nobis subcinericius panis sacramentalis. In cuius fortitudine figurate ambulauit Helyas vsq; ad montem Dei

Opus redẽptionis.

Origo tritici.

3. Reg. 13. quod etiam mirabile fuit & figura huius sacramenti. Et sic patet quòd hoc sacramentum est memoria incarnationis et passionis Christi, quę mirabilia valde sunt. Tertium opus mirabile est opus glorificationis. Vnde & de malis dicitur. Sap. 5. c. quod videntes ipsi sanctos in gloria mirabuntur in subitatione insperatæ salutis dicentes. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Certe mirabile est quòd mortalis creatura finite virtutis promoueatur ad tantam dignitatem vt vniatur cum Deo infinitæ virtutis per claram cognitionem & dilectionem perfectissimam, ac fruitionem continuam. Huius rei mirabilis est memoria ideſt figura vsus ipsius. Vnde in oratione festi corporis Christi dicitur. Fac nos qnæsumus domine diuinitatis tuę sempiterna fruitione repleri, quam temporalis perceptio præfigurat. Nam ex sacramento sumpto per modum cibi hoc euenit, vt species sacramenti scilicet panis & vini conuertantur in sumentem, & sic vniuntur cum eo, quia retinent virtutem nutriendi, & anima etiam deuote sumens per actualem deuotionem & delectationem spiritualis gustus, magis vnitur cum eo qui Deus est infinitus, existens in ipso sacramento. Ex vi enim sacramenti est ibi corpus Christi: sed ex naturali concomitantia & sanguis, & anima & diuinitas vt infra, quia ita consecratur & sumitur sicut nunc est, sicut totus est simul cum carne anima & diuinitate ad huiusmodi enim figuram facit illud mirabile de ligno vitę in medio paradisi, cuius ęsus vitam conseruabat seu vigorabat vt perpetuaretur in vita. Gen. 3. Qui enim manducat hunc panem viuet in æternum, vnitus cum Deo æterno p gratiam, & postea per gloriam. ¶ De duodecim mirabilibus quæ considerantur in hoc sacramento supra virtutem naturalem habes supra tit. 14 cap. 6. De duodecim aliis mirabilibus quę notat Ioa. And. habes in cle. Si dominum, de reli. & vene. san. in glo.

Opus glorificationis.

§. 2. ¶ Quantum ad secundum scilicet conferentis sacramentum nimia beniuolentia & deuotio ostenditur cum dicitur. Misericors & miserator dominus escā dedit. Misericors in affectu, non quidem per passionē doloris, sed per bonitatē dilectionis. Miserator in affectu subueniens miseriis nostris, dominus prouidens largiter seruis suis escā dedit nō aliā intēdit exprimere, nisi seipsum panē vinū q de cęlo descēdit. Præstat se nobis dns ait Chryso. pal pare, comedere, & amplecti. Dicit n. Can. 5. Comedite amici, bibite & inebriamini charissimi. Comedite inquit hoc est corpus meum. Bibite ex hoc omnes, hic est. n. calix sanguinis mei &c. Luc. 22. Et quomodo pōt maiorē beniuolētiā & amorē ad nos ostēdere, q̄ dare seipsum nobis in cibū, vt vnū efficiamur cum eo, cū oīa sacramenta dentur nobis sub rebus sensibilibus in nulla sensatione vnitur obiectum sensibile cū suo sensu seu sentiente, vt vnū efficiatur cū eo, nisi per gustū seu æsum. Nam cū videmus obiectū q̄ videt nō fit vnū cū vidente, q̄uis species multiplicata vsq; ad oculū vniat, nec q̄ tangit odorat vel auditur, fit vnū cū sentiente. Sed cibus q. sumitur per gustū realiter vnitur & fit vnū cū gustante cō uersus per nutrimentū ex eo in ip̄m. Sic Christus in aliis sacramentis nō vnit per seipsum, sed per affluxū gratiæ ab eis. Sed realiter existens in hoc sacramēto per seipsum nobis vnitur, & ideo per modū cibi & potus nobis confertur, sicut cibus cū cibato fit vnū per confessionē vnius in alterū. Verū quia nobilius trahit ad se ignobilius, quia hoc est nobilior cibo naturali quē sumit, ideo trahit ad se & conuertit in se cibū. Sed cibus istæ sacramentalis qa melior est sumente dominus scilicet Iesus Christus. Ideo ipsæ cibus est Christus cōuertit ad se cibatū et viuit, vt dicat cū Apło Viuo ego iam nō ego, viuit vero in me Christus, ad Gal. 2. c. Hinc August. in lib. cōfessionū dicit sibi a dño dictū. Crede & māducabis me. s. in sacramento, nec tu me mutabis in te, sicut cibū carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Idē super Io. O sacramentū pietatis, o signū vnitatis, o vinculū charitatis. Hanc etiā vnionem signat aqua in calice mixta cū vino. Vnde dicitur de conse. dist. cū omne. Cū in calice aqua vino misceat, Christo populus adunatur, & credentiū plebs in quē credidit copulatur & cōiungitur, quæ cōmixtio separari non pōt, quia nec Christus ab ecclesia, hoc igit signat talis cōmixtio. Nā aquę multę sunt ppli multi, dicitur Apocal. significatiue. ¶ Ex hoc aūt percipi pōt vtilitas perceptionis ex similitudine effectus esse corporis. Ex cibo. n. seu esca sumpta reparat vigor deperditus, calor. n. naturalis cōsumit humidū radicale, sed per cibū restaurat, sic calor cōcupiscētiæ habitualis in actū exiēs vitiis & tētationibus cū occupationibus mundi paulatim consumit humidū gratiæ in quo cōsistit vita animæ. Sed per cibū hūc sacramentalē restauratur vigor & feruor gratię, & peccata relaxantur. Per cibum homo augetur cū est in statu augmēti, & ideo pueri indigent frequenti cibo vt augeantur.

Vtilitas cibi corporalis.

geantur. Et quia ſemper ſumus in via in aptitudine augmenti ſpiritualis, ideo frequenter ſumere debemus vt augeamur in virtutibus. Per cibum homo fortificatur cõtra labores, impinguatur delectatur in guſtu, ſic ſpiritualiter ex cibo ſacramentali. Vnde beatus Tho. in officio corporis Chriſti, O admirandum conuiuium ſalutiferum & omni ſuauitate repletum, in quo Chriſtus nobis proponitur ſumendus verus Deus, nullum eſt eo ſalubrius quo peccata purgantur, virtutes augentur, & omnium chariſmatum gratia mẽs impinguatur. Vnde dicitur Gen. penul. Pinguis panis. Aſer qui interpretatur beatitudo, ideſt Chriſtus q eſt noſtra beatitudo prębebit, delitias regibus ideſt ratione ſe regentibus. Et in huius figuram dicitur de manna quod non fuit datum niſi trãſito mari rubro deſignante baptiſmum, quia nõ datur niſi baptizatis quod habebat ſaporem ſuauitatis. Sapien. 15. ſecundum tamen diſpoſitionem ſumentis. ¶ Fecit etiam memoriam in iſto ſacramento, quoad effectus eius mirabilium ſuorum ideſt miraculorum quia per hoc cæci illuminantur, vt clarius ſcilicet videant per fidem Claudus erigitur in affectu vt rectè incedat. Surdi audiũt promptiores ad obediendum. Leproſi mundantur in anima a reatu lepræ peccati Demonio vexati liberantur a tentatienibus eorum. Paralitici roborantur ad opera ardua. Febricitantes curantur a calore luxuriæ. Mortui reſurgunt a peccatis. Vnde & Augu. dicit quòd non deficit manducatus: ſed mortuos viuificat, quo ſcilicet ad ea quę quis ignorat non ponendo obſtaculum. Memoria igitur fecit dominus mirabilium ſuorum.

§. 3. ¶ Quantum ad tertium notatur quomodo debite ſumatur & cum bona conſcientia, ibi timẽtibus ſe, timore ſcilicet filiali. Qui enim timet Deum (ait Salomon) nihil negligit. Eccleſi 7. cap. ſcilicet eorum quæ debet facere. Cauet. n. talis vt bonis filius omnem defectũ ne patris ſui incurrat offenſam, & inde perdat gratiam. Talis igitur non negligit obſeruare quod Apoſtolus ait. 1. Corinth. 11. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat. i examinet conſcientiam ſuam ſi eſt contritus & confeſſus de omnibus peccatis pręcipue mortalibus. quia vt ibi dicitur. Qui manducat & bibit indigne ideſt cum non pura cõſcientia ſed maculata peccatis, iudicium ſibi mãducat & bibit ideſt ad ſui iudicium & augmentum damnationis accipit. Dedit quidem Deus eſcam iſtam ſacramentalem timẽtibus ſe. i. inſtituit vt cum amore filiali & reuerentiali accederetur ad eam. Sed non ſunt facerdoti peccata occulta cordiũ nota, et indiſpoſitiones mentium, peccata etiam ſibi nota non debet aliis manifeſtare, ideo dat omnibus ſacramẽtalis eſca iſta niſi peccatum ſit notoriũ vt publicus vſurarius & notorius concubinarius & huiuſmodi. Sed mors eſt malis, vita bonis, ſicut palato non ſano pæna eſt panis & nociuus qui ſanis eſt ſuauis. Vnde 1 ps. 21. dicitur. Manducauerunt & adorauerũt. ſ. eſcam ſacramẽtalẽ quæ adoratur vt verus deus cum mãducatur, oẽs pingues terræ. i. peccatores abũdantes in vitiis & terrenis deſideriis, & in conſpectu eius cadent in peccatum. ſ. grauiſſimũ Vñ dicit Aug. ſup ps. Nõ prohibeat diſpẽſator dñi. i. ſacerdos peccatores manducare mẽſam dñi, q. ſ. nõ ſunt notorii ſed exactorẽ moueat timere. ſ. vt in Iudam indigne communicatum, introeat in eum ſathanas. Dedit timentibus ſe, & qui timet Deum faciet bona Eccleſi. 15. quæ. ſ. requiruntur ad ſalutẽ & debitum cultum diuinum. Et quia in corpore eius per communionem habet quieſcere corpus Chriſti, vt in ſepulchro conetur facere illa bona quæ ſignificantur in ſepulchro Chriſti. Sepulchrum iſtud iſta habuit ſecundum Euangeliſtas, vt patet. Math. & Luc. penul. & Ioan. 19. In eo fuerunt cum corpore Chriſti, Myrrha & Aloes, & linteamina munda, & ſudarium, Exciſum erat in petra, & ſaxum magnum ad oſtium eius ſignatum, clauſum ſigillo ſummi ſacerdotis, munitũ cuſtodibus, nouum in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Hortus ibi erat, & in monte caluario prope Hieruſalem & Ioſeph eius dominus erat. Ex quibus circunſtantiis notantur duodecim bona quę facere debet qui timet Deum vt ſit dignum Chriſti ſepulchrum in cõmunione. Primo ſit in eo myrrha mortificationis ſenſuum & paſſionum. Non enim accedere debet cum diſtratione ſenſuum, viſus, auditus, & huiuſmodi nec cum paſſionibus irę vindictæ, & huiuſmodi. Sed vt ait Apoſtolus ad Coll. 3. cap. Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram. Adſit & Aloes amarum, contritio peccatorum commiſſorum ſecundum illud Io. 3. Antequam comedam ſuſpiro & quaſi inundantis aquę ſcilicet lachryma rum, ſic rugitur meus doloris ſcilicet. Linteamina ſint munda animæ & corporis per caſtitatem etiam ab actu coniugali. Vnde nõ niſi mundus a mulieribus dedit Abimelech ſacerdos panes propoſitionis edendos. Danid & ſociis, primo Regum vigeſimoprimo ca. Hoc etiã dicitur de conſec. di. 2. c. omnis hõ. Sed &

Timens Deũ debet obſeruare. 12.

ſudarium

ſudarium quod faciem corporis tegebat ſcilicet humilitatis quæ cooperit faciẽ bonæ conuerſationis ne videatur ab hominibus & euaneſcat. Vnde cum Centurione reputans ſe indignum, dicat. Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum. Matth. 8. c. tamen cum hoc vt Zacheus & ſi publicanus: tamen paruulus & humilis recipiebat eum affectuoſe in domum ſuam. Sit petra fortiſſima in tentationibus: magnum ſaxum aduoluatur ad os ſepulchri ideſt firmum propoſitum non recidiuandi. Potius debet quis omnia mala ſuſtinere quam peccato conſentire inquit Aug. 32. quæſt. 5. Ita ne. Sit ſignatum ſigillo ſummi ſacerdotis Chriſti anulo ſcilicet fidei vt non vacillet vel dubitet de veritate eius. Cyrillus. Non dubites, ſed potius ſuſcipe verbum ſaluatoris: qui cum ſit veritas non mentitur dicens. Hoc eſt corpus meum. Sit nouũ vt nil cibi vel potus ſit poſt mediam noctem poſitum in ſtomacho nec medicina nec aqua de conſecra. di. 2. liquido. Spiritualiter nullũ cadauer mortalis peccati ſit in mente. Leo papa. Nullus malignus accedat: nullus fucato animo. Nec inſidię mente condantur: pura igitur ſit mens: pura conſcientia: quia & ſacrificium purum eſt: apponatur in futurum cuſtodia rationis ſumpto ſacramento: ne dormitãdo negligentia furtim auferatur corpus Chriſti ideſt gratia ſaluatoris: ſecundum illud Prouer. 3. Omni cuſtodia cuſtodi cor tuũ. Sit mens hortus concluſus in quo ponuntur fagus & quercus: quæ ponuntur fructus probeſtiis. Sed flores roſarum: lilium cõualliũ: violæ & herbę odoriferæ: vt perſa & huiuſmodi arbores ſuaues fructus ferentes. Sic in tali mente ruminentur exempla martyrum confeſſorum: virginum: & huiuſmodi ſunt flores: ſint & herbæ ſanctarum lectionum & verborum, & fructus bonorum operum, & ſic dicere poterit illud Canticorum. 5. Deſcendit dilectus meus in hortum ſuum vt comedat fructus pomorum ſuorum. Sit iuxta montem caluriæ locum ſcilicet paſſionis vt permaxime tunc meditetur Chriſti paſſionem. Aug. Quia in morte domini liberati ſumus. Huius rei memores in ędendo carnem & bibendo ſanguinem eſſe debemus. Prope Hieruſalem ſit quæ interpretatur viſio pacis, vt aliquando etiam contemplemur ſupernam patriam: in qua perfectius anima cum Chriſto vnitur & paſcitur. Vnde Amb. Manducat te angelus pleno ore in patria, ſcilicet perfecte fruendo: manducet te homo ore in patria, ſcilicet perfecte fruendo: manducet te homo in via pro modulo ſuo: tali recreatus uiatico. Ioſeph. qui interpretatur augmentũ, eſt illud monumentum quia ſemper intẽdat creſcere in virtutibus. Iuxta illud 83. pſalm. Ibunt de virtute in virtutem &c. Dedit quoque eſcam iſtam timentibus: quia cum timore maximæ reuerẽtię debet accedi ad ipſum. Vnde Euſebius Emiſſenus. Cum ad reuerendum altare cibis ſpiritualibus ſatiandus aſcẽdis ſacrum Dei tui corpus & ſanguinem fide reſpice: honora, mirare, mente continge: cordis manu ſuſcipe, & maxime toto hauſtu interioris hominis aſſume. de conſecra. di. 2. quia corpus, pſalm. 5. Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo ſcilicet reuerentialiter & ſic erit ſepulchrum eius glorioſum: vt dicitur Eſa. 11. ca. Et ſicut chriſtus reſurrexit a mortuis per gloriam patris: ita per ipſum reſurgemus ad ſupernam gloriam: quia qui manducat hunc panem viuet in ęternum. Ioan. 6. c. Manducare eſt viuẽtis creaturæ, ſic viuens vita gratiæ: per hoc ſacramentũ ſumptum viuet vita gloriæ. De cõditionibus etiã quæ requirũtur ad debitam ſumptionem habes ſupra in prima parte. titu. de lege Moſayca. capitulo de cerimonialibus: vbi agitur de modo edendi agnum paſchalem quod figurat iſtud ſacramentum.

Canon mirabilis.

¶ *Iterum de ſacramento euchariſtiæ.* *Cap.* 5.

Sermo ſecũdus de ſacramento.

ERit firmamentum in ſummis montium ſuper extolletur ſuper libanum fructus eius, & florebunt de ciuitate ſicut fœnum terræ pſalmus. 71. Immenſa diuinæ largitatis beneficia exhibita populo chriſtiano inæſtimabilem ei conferunt dignitatem. Neque enim eſt aut aliquando fuit tam grandis natio quę habeat deos appropinquantes ſibi ſicut Deus noſter adeſt nobis. Vnigenitus ſiquidem Dei filius diuinitatis ſuæ volẽs nos eſſe participes noſtram naturam aſſumpſit: vt homines deos faceret factus homo. Inſuper quod de noſtro aſſumpſit totum nobis contulit ad ſalutem, nam corpus ſuum in ara crucis obtulit Deo patri, ſanguinem ſuum fudit in præcium noſtræ redemptionis. Et vt tanti beneficii iugis in nobis maneret memoria: corpus ſuum & ſanguinem ſub ſpecie panis & vini ſumendũ fidelibus dereliquit. Hęc Tho. in officio. Quia enim corpus aſſumptum ablaturus erat ab hominibus, & illaturus ſideribus: inquit Euſebius Emiſſenus: neceſſe fuit vt die cęnę illud ſacramẽtũ corporis & ſanguinis nobis cõſecraret: vt iugiter coleretur per myſterium

quod

quod semel offerabatur in præcium. de consecratio. distin. 2. Quia corpus. Et de hoc sacramento loquitur Psalmus, etsi multum obscure. Erit firmamentum &c. vbi tria notat psalmus.

¶ Primo deitatem sub specie panis latentem ibi. Erit firmamentum.

¶ Secundo vtilitatem hominis cum deuotione consequentem. ibi. Superextolletur super libanum.

¶ Tertio venerabilitatem plebis eucharistie assistentem. ibi. Florebunt de ciuitate.

§. 1. ¶ Pro declaratione primi est sciendum quòd vbi nostra translatio habet: erit firmamentũ. alia habet. Erit. panis triticeus: & sic per vtrã

Materia hostiæ. que habetur materia sacramenti quæ est panis triticeus. cuius species remanet post consecrationem conuersaq; substãtia. Vnde etiã dicitur panis Ioan. 5. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Habetur etiam quod sub eo latet. scilicet diuinitas quæ dicitur firmamentum. psalmus. 24. Firmamẽtum est dominus timentibus eum & testamẽtum ipsius vt manifestetur illis. Omnia enim sustẽtat naturaliter & suos electos spiritualiter. Montes hic intelliguntur sacerdotes: quia vallibus vitiorum debent esse eleuati, & in altum versus cælum per contemplationem & cælestem conuersationem electi. Summum eorum: est caput eorum. Erit ergo panis triticeus qui est firmamentum in summis montium qui est corpus Christi: in quo etiam dei tas sub specie panis triticei in summis montium idest super capita sacerdotum: quod vtique fit quando ipsum consecratum populo ostendunt eleuando, & hoc in terra idest in mundo isto. Nam in cælo clare intuetur: non sub aliquo velamine sed in terra in qua anima nostra habet valamen opacum corporis non potest clare intueri: sed sub velamine & in isto sacramento sub specie panis & vini, sed realiter est ibi totus Christus: corpus eius ex vi sacramẽti: ex naturali autem concomitantia & sanguis & anima & diuinitas: quia ista non possunt ab inuicem separari. Vnde Hil. in lib. de trinitate. de veritate carnis & sanguinis. Non est relictus ambigendi locus quia ex ipsius domini professione caro eius vere est cibus: & sanguis eius vere est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum: quia qui dator est muneris ipsę etiam testis est veritatis dicens. Hoc est corpus meũ. Luc. 22. Et ut dicit Eusebius Emissenus de consecra. distin. 2. quia corpus. Nouum tibi & impossibile esse non debet quòd in Christi substantiam terrena & mortalia conuertuntur. scilicet panis & vinum. Ad quod ostendendum scilicet non esse impossibile vel incredibile talem conuersionem induci possunt exẽpla scilicet.

¶ Operantis naturæ. Exẽplaris inductio.

¶ Narrantis scripturæ.

¶ Manifestantis figuræ.

¶ Videmus per viam naturæ substantiam vnius rei mutari in aliam. Nam cum homo comedat panem, & vinum bibat, per digestionem factam: panis conuertitur in carnẽ, & vinum in sanguinem. Istud clare patet, comedit mulier pregnans & cibus eius digestus conuertitur pro parte in carne & sanguinẽ & ossa eius quem habet in vtero. Natura naturalibus quòd in Hybernia sit quidam lacus Mirabilis fons. in quem si ponatur lignum: pars illa quæ tangit terram in fundo laci conuertitur in ferrũ: quæ in aqua in paleas conuertitur: quæ extra aquam lignum remanet. Si igitur natura operatur talem mutationem in aliam: quãto magis auctor naturæ potest hoc agere qui hanc conuersionem facit, quomodo conuertitur, deus operatur: qui vtique plus potest operari quam intellectus noster intelligere secũdum Auicennam. ¶ Ex sacra scriptura quæ mentiri non nouit a iudæis etiam approbata legimus in veteri testamẽto multas mutationes factas de vna re in aliam. Nam virga Moysi ad iussum Dei versa est in colubrum: Et iterũ Moyses de mandato Dei colubrum per caudam accipiens conuersus est in virgam. Exo. 4. c. Ad verbum Helisei ferrum securis de manubrio excussum de mann cuiusdam ligna incidentis, & mersum in aqua enatauit, & per se in manubrium intrauit. 4. Reg. vi. c. Helias propheta ignem de cælo fecit descendere. 4. Reg. 1. Nunquid non præter naturam est. q̃ petra durissima pcussa virga Moysi daret copiosissimã aquam. Numeri. 20 Aquæ Aegypti nonne ad verbum Moysi conuersæ sunt in sanguinem. Exo. 14. c. Omnia ista exempla & plura alia ponit Ambro. ad hoc probandũ de cons. dist. 2. reuera ibi potes videre omnia ista sunt præter naturam. Si ergo sancti viri verbo suo fecerunt mutare naturas rerum & conuersionem earum. Nonne magis Christus dominus prophetarum & sanctus sanctorum poterit mutare & conuertere panem & vinum in corpus & sanguinem suũ, ipsę enim est qui hanc mutationem agit, Vnde Aug. Intra sanctam ecclesiam in ministerio corporis & sanguinis domini nihil a malo minus: nihil

hil a bono magis perficitur ſacerdote, quia non in merito conſecrantis, ſed in verbo efficitur creatoris, ipſe eſt qui ſuam hanc efficit carnem 1.q.1. Ex multis demum apparitionibus & miraculis oſtenſis circa illud ſacramentum oſtenditur veritas huius conuerſionis. Narratur in cronicis, q̄ in Francia tempore ſancti Ludouici regis Francorum celebrāte quodam ſacerdote in hoſtia conſecrata viſus eſt ab omni populo puer paruulus in ipſa hoſtia, & cum nunciaretur regi Ludouico miraculum vt iret ad videndum. Reſpondit, qui dubitant de veritate huiuſ ſacramenti illi accedunt ad videndum. Ego autem quia certe credo ibi corpus Chriſti, eſſe non curo videre. Narrat etiam Vincentius in ſpeculo hiſtoriarum lib. 30. cap. 24. quòd circa annum domini M C LXXXI. in pluribus locis in Frācia hoſtia cōſecrata a ſacerdote poſt sāguinis ex ipſa fuſionē viſa eſt caro, & cum diuidere vellet ſacerdos, non potuit ſcindi, ſed plicari. Vna pars remanſit in ſpecie panis, alia in ſpecie ſanguinis. ¶ In viti ſpatrum etiam de huiuſmodi legitur apparitionibus. Cum ergo iſtud ſacramentum ſit firmamentum, ideſt Chriſtus. firmamentū eccleſiæ remanet tamē in ſpecie panis tritici, ſicut prius apparebat & hoc triplici ratione. Prima vt fides exerceatur, ſecunda vt horror auferatur, tertia vt vt ſenſus non decipiatur. Fides eſt de rebus non viſis, quanto ergo minus videtur tamen firmiter credit ea myſteria fidei, tanto magis exercetur meritum fidei & augetur. Vnde dixit Chriſtus Ioan. penult. Beati qui non viderunt & crediderunt. Si igitur poſt conſecrationem videretur in hoſtia caro, minus haberet de ratione fidei hoc credere, cum videret manifeſtam carnem, ſed quia non videt carnem, ſed ſpeciem panis vt prius & tamen credit ibi non panem, ſed corpus Chriſti eſſe, magis credit & meretur. Quantū ad ſecundam rationē certum eſt, quod eſſet horror hominibus comedere carnem crudam hominis, & per maxime cum non ſit in vſu. Vnde iudæi immo ex diſcipulis eius quidam, cū Chriſtus dicit. Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c. non habebitis vitam in vobis, quidam ſcandalizati receſſerunt ab eo æſtimantes quod haberent ipſam comedere, vt caro in macello habentes hoc in horrorē. Vnde dixerunt. Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire? Io. 6. Sed Chriſtus declarauit, quia non ſicut caro quæ venditur in macello, deberet comedi, ſed ſub ſpecie panis, ideo vocauit ſe panem dicens. Ego ſum panis vinus &c. Non eſt autem horrori huiuſmodi panē comere, ſed aſſuetum, eſſet enim ridiculum infidelibus ſi caro appareret in hoſtia dicentibus, quòd comederemus carnē hominis, & ideo erat panis triticeus ſcilicet in ſpecie. ¶ Tertio hoc ordinatum eſt a Dei ſapientia ne deceptum ſe reperiat ſenſus iudicans de ſibi notis. Ex quo igitur non apparet in ſpecie carnis ratione iam dicta, ſi ibi non remaneret ſpecies ſaltem panis vt prius nil ſenſibile appareret. Vnde homines non æſtimarent ibi aliquid eſſe nil videndo, cum tamen dicatur, hoc eſt corpus meum. Et quem admodum in comeſtione præparata Iſaac, deceptus eſt omnis ſenſus, niſi auditus. Nam viſus quia caligauerat nō percepit Iacob illum eſſe. Odoratus quia ſenſit fragrantiam veſtimentorum. Eſau, non Iacob. Guſtus, quia æſtimauit cibum eſſe præparatum ab Eſau. Tactus quia manus inquit manus ſunt Eſau, quia propter pelliculas hedorum quibus manus cooperuerat. Sed auditus ſolus remanſit indeceptus. Vnde dixit. Vox quidem vox Iacob. Gene. 26. Ita in ſacramento iſto tactus, odoratus, guſtus, & viſus ſunt eorum accidētia panis ſicut erant cum erat ibi ſubſtantia panis. Sed auditus non fallitur cum audit, hoc eſt corpus meum. Et ad firmandum corſincerum, ſola fides ſufficit.

Sacramētum æuchar. apparet ſub ſpecie panis tritici.

§. 2. ¶ Quantum ad ſecundum vtilitas ſcilicet de uote accipientis nota cum dicitur. Super extolletur ſuper libanū fructus eius. ſ. panis tritici ſacramentalis. Libanus eſt mons, præcioſus, & interpretatur candidatio, ſignificans, montem glorię, vbi omnes amici ſunt ſtolis, albis ideſt ſumma puritate, fructus ergo eius ideſt effectus ſuperextolletur ſuper montem gloriæ, quia qui manducat hunc panem viuet in æternum. Io. 6. Sunt autem 12. fructus huius panis, triticei, deſignati per 12. fructus ligni vitę, de quibus dicitur Apoc. vlt. & de his habes plene infra ibi vide, oportet tamen quod deuote accipiat, & in grā, aliàs non extolletur ad gloriā, ſed deiiceretur in infernū. Vñ Iſid. de cōſe. di. 2. Qui ſceſerate viuūt in eccleſia, & cōmunicare non deſinunt, putātes ſe tali cōmunione mundari, diſcant ſibi nil ꝓficere ad emundationē, dicēte ꝓpheta. Hiere. 11. Quid eſt qđ dilectus meus fecit in domo mea ſcelera multa? Nunq̄d carnes ſanctæ auferent a te malitias tuas q.d. nō ſed auget grauiſſimū peccatū, qa vt dicit Apls 1. Co 11. Qui māducat & bibit indig. iudi. ſibi mā. & bibit ideſt ac ſi Chriſtū occiderit punietur ſm Glo. Et hoc vt dicit Aug. nō qa illa res. ſ. ſacra-

Cap. 12. § 6.

sacramentum sit mala, sed quia malus male accipit quod bonum est. Non enim mala erat bucella que Iudæ data est a domino, vt patet. Ioan. 13. Salutem dedit medicus, sed ille indignus accepit ad perniciem, de conse. dis. 2. & sancta. Quando Melchisedech rex Salē sacerdos Dei summi: obtulit Abrahæ panem & vinū eū benedicens. vt patet Gene. 14. c. vtiq, fecit hoc ei reuertēti cum victoria a cede quatuor regū. Gen. 14. Ad figurandum, q; oportet q; homo habeat victoria de corpore suo compositio ex quatuor elementis: seu sensitiua potestate: in qua insurgunt quatuor passiones quæ multis dominantur: vel quatuor differētiæ peccatorum, qui vincunt quatuor reges: quatuor sensus nostros. s. peccatum cogitationis: cōsensionis: operationis: & assuefactionis: huic Christ⁹ verus sacerdos offert panē sacramētalē cū benedictione gratiæ & gloriç. Item Io. de sancto Gemi. in sermonib⁹ dicit, q; philosophus in li. de sensu & sensato numerat septē differentias saporum qui specialiter reperiuntur in hoc sacramento. Primus est sapor dulcis, qui signat donum sapientiæ: quæ facit diuina suauiter degustare. Secūdus sapor acutus: & signat donum intellectus, qui facit penetrare vsq; ad intima rei. Tertius est amarus & signat scientia: quæ huius mundi amaritudines facit dolere. Quartus est sapor pinguis, & signat pietatē. ps. 22. Impinguasti i oleo caput meū. Quintus est salsus, q; habetur in dono cōsilii, in quo est sal discretionis. Sextus stipticus, qui habet de terrestri & calido, & signat fortitudinē quę roborat hominē. Septimus est austerus seu acetosus, sub quo cōprę henditur & ponticus, vt in piris acerbis, & signat timorem: qui pūgit ex recordatione peccati & expectatione iudicii. Vnde bene Sapiētiæ. 16. dicitur de manna hoc figuratiuo. Panē de cęlo præstitisti eis, omne delectamentum in se habentem: & omnem saporem.

Septem sapores huius sacramenti.

§. iij. ¶ Quantum ad tertiū de veneratione sacramenti dicitur. Florebunt de ciuitate s. venientes angeli de ciuitate ecclesiæ triumphantis, & homines de ciuitate ecclesiæ militātis: lęte & affectuose assistentes suo domino, hoc est florere vt fœnum terrç: quod multum abundat & multiplicat. Nam q; angeli veniant de ciuitate cælesti. ostendit Greg. in fi. dial. Quis fideliū dubium habere potest in illo Iesu christi ministerio: in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cęlos aperiri: angelorum choros adesse: summa imis sociari, de consecra. dial. secūda. Quid sit sanguis. §. quis fide ium. Ce ciuitate etiam ecclesię currunt homines ad videndum sacramentum altaris, & quasi tota deuotio fidelium remansit in isto sacramento: & merito: quia sicut dicit Alexa. Papa, de conse. di. 2. nihil, sicut potior est in ceteris hostiis & sacrificiis, ita potius excoli & venerari debet, hinc Dauid coram arca domini. 2. Regū. 6. Quę hoc sacramentum signabat: quia in ea erat virga diuinitatis potentissimæ, lex animæ sapientissimæ: manna carnis purissimę: nudus saltabat totis viribus ex maximo feruore & deuotione: qui fieri debet ad figuratū: si tantum egit ad figuram, hoc ēt fuit figuratum in magnifico illo conuiuio q; fecit Assuerus, qui interpretatur beatitudo. 1. domus. 3. anno imperii sui. i. tempore nō naturæ: nec legis Mosaycæ: sed tempore gratiæ, cunctis principibus suis, quia apostolis suis, exinde omnibus volentibus venire in domo sua. s. ecclesia mirabili ornata, nec aliquis cogebatur ad sumendum &c. Hester. 1. c.

Arca fœderis significat Eucharistiam.

¶ *De pœnitentia & spāliter de confessione. Cap. 6.*

DIxi confitebor aduersum me iniustitiā meā dom ino: & tu remisisti impietatē peccati mei. ps. 31. Sicut peccatum originale non remittitur nisi per baptismū actu vel proposito susceptū: ita actuale nō remittitur post baptismum: pręcipue nisi per pœnitentiā. Vnde Aug. Omnis homo postquā suæ voluntatis est arbiter constitutus non potest nouā in choare vitā: nisi pœniteat eum veteris vitæ, de pæ. di. 1. c. tres sunt autem actiones. Et Christus ait Lu. vlt. Oportuit Christū pati & resurgere a mortuis die tertia: & pdicare pœnitētiā in remissionē pctōrū in oēs gētes, vt ait Chrisso. in Homel. de pæ. di. 1. & 3. Perfecta pœnitētia cogit pctōrē omnia libēter sufferre. In corde enim cōtritio: in ore cōfessio: in ope tota humilitas. s. satisfactionis: hec est vera & fructifera pœnitētia: hoc est illud triduū quo vocat nos De⁹: vt eamus in desertū: vt imolem⁹ Deo nro sacrificiū bonorū opum. Exo. 3. Hoc est illud triduū quo Christus amissus dolēdo repitur. Lucæ. 2. Hæc est via per quā exitur de carcere Herodis ifernalis. i. statu peccati: quo intendit altera die. i. in vita futura ducere ad mortē. Act. 12. Per contritionem enim exitur de porta duritiæ cordis: per cōfessionē de porta clausa taciturnitatis per satisfactionem de tertia porta quæ est ferrea. vnde magis fortis quā alia retētionis alienæ substātiæ vel fame. Quomodo aūt debite fiet ista pœnitentia prout est sacramentū ecclesiæ: & quantā pfert vtilitatem ostendit psal. dices. Confitebor. vbi

tria

tria nota. Primo confessionem pœnitentialem exercendam ibi. Dixi confitebor. Secũdo conditionem rationalem adhibendam, ibi aduersum me iniusti. m. domino. Tertio inuocationem spiritualem, contrahendam, ibi tu remisisti &c. De impedimentis pœnitentiæ & remedijs, contra ea habes plene infra.

c. 17. §. 4. & 5.

§. 1. ¶ Quantum ad primum scilicet de cõfessione fienda, quia dicit confitebor. Dixit Iosue ad Achor, qui transgressus fuerat mandatum Dei. Da gloriam Deo, confitere peccatum. Iosue 7. q. d. Confitendo peccatum tuum das gloriam Deo, nam manifestando miseriam peccati tui, vt Deus eam in sua bonitate amoueat a te, fateris clementiam & misericordiã suam, & sic glorificas eum. Vnde sciendum q̃ omnis lex nobis data Deo, clamat nobis, & mandat confessionem peccatorum. Primo lex intrinseca, secundo lex Mosayca, tertio lex prophetica, quarto lex euangelica, quinto lex canonica. ¶ Lex intrinseca est lex naturalis. Hæc nobis dictat, vt cõfiteamur Deo peccatum nostrum scilicet recognoscendo, & petendo veniam. Quia enim ante incarnationem Deus erat purus spiritus, ideo erat contentus confessione mentali hominis, nec plus exigebat. Sed postquam factus est homo incarnatus ex virgine, exigit a nobis etiam confessionem oris, & quia præsens non est corporaliter, vult vt faciamus eam vicario suo scilicet sacerdoti. Dicit Iob 31. capitu. qui non fuit iudæus, sed gentilis, legi naturali ad hoc motus. Si erubui peccata mea in conspectu populi confiteri, ideſt non erubui & non dicit populo, quia confiteri publice esset scandalizare, sed in conspectu populi, quia non debet homo erubescere quòd populus sciat ipsum facere confessionem, sicut aliqui sapientes secundum seculum erubescunt videri in confessione. Primi parẽtes nostri perpetrata transgressione diuini præcepti interrogati fuerunt de ea vt confiterentur peccata & veniam peterent, cum dominus vocauit Adam dicens. Adam vbi es tu? Gene. 3. q. d. confitere peccatum tuum, sed illi vt superbi noluerunt se accusare, sed excusauerũt se, quia Adam retorsit culpam in Euam, quæ sibi suggessit æsum, & sic quasi in Deum, qui dedit sibi talem sociam. Eua interrogata in serpentem retorsit, & quia noluerunt humiliter confiteri peccatum, expulsi sunt de paradiso nudi mente & corpore. Frequenter hoc accidit vt reprehensus quis a confessore vel alio de peccato suo, non humiliter confitetur, sed excusat se retorquens in carnem, seu sensualitatem signatam per Euam, & similiter in Deum qui dedit sibi fragilem carnem, vel in diabolum qui tentauit. Sed si non vis eiici de paradiso cœlesti, tibi attribue & confitere. ¶ Lex mosayca sicut alia sacramenta & sic confessionem cõtinebat in figura. Nam dum mandabatur in lege q̃ committens certa peccata offerret determinata animalia sacerdotibus quę occisa in sacrificium eremabantur, vt patet Leuit. 4. 5. 6. & 7. cap. manifestabatur in genere offerentis illud animal commisisse aliqua peccata in genere, quę expianda erant per mortem Christi figuratam in tali animali, confessio enim sacramentalis a passione Christi habet efficaciam. Et iudicio etiam lepræ habita fuit figura confessionis, de qua habetur Leuit. 13. & lepra in capillis est peccatum in cogitatione. Lepra in cute est peccatum in carnali delectatione seu morosa delectatione. Lepra in veste exteriori est peccatum in operatione. Lepra in domo in qua continue habitatur, est peccatum in consuetudine. Qui ergo habuit signa lepræ, debebat se sacerdoti præsentare, & ille debebat bene considerare modum lepræ. Et si videbat esse lepram perseuerantem & augeri, indicabat eum immundum & a cęteris separandum. Si autem videbat non permanere lepram iudicabat mundum, & liberum dimittebat. Sic sacerdos peccatorem sibi præsentatum vel leprosum in anima siue per cogitationem, vel delectationem, vel opera mala, si videt eum non dolere nec proponere in futurum eum abstinere, non debet eum absoluere, sed vt immundum & lepram perseuerantem iudicare. Sed si dolet & proponit abstinere, debet absoluere, & vt mundum per confessionem iudicare. Aliqui etiam ex hębreis bene peritis asserunt quòd cum reperiunt sacerdotem de eis scilicet de Leuitico genere, quod tamẽ est de eis difficile discernere, confitentur uocaliter eis peccata sua ante mortem. ¶ Lex prophetica ad hoc inuitat, quòd scripturæ prophetarum dicantur lex patet ex eo quòd Christus dixit iudæis. In lege vestra scriptum est scilicet psalm. 81. Ego dixi dij estis quod tamen verbum in prophetia est. psal. 94. seu in psalmo Dauid. Ipse enim Dauid dixit. Præoccupemus ante faciem domini in confessione ideſt antequàm compareamus ante faciem domini scilicet in iudicio particulari per mortem, in quo oportet nos reddere rationem de debitis nostris peccatorum faciamus confessionem, per eam enim tolluntur peccata scripta in tabula conscientiæ, sicut

Præcipit cõfessio.

Figuratio cõfessionis.

per

per ſpongiam tabula conſcientiæ: ſicut per ſpongiam tabula ſcripta: etenim oia in confeſſione lauantur inquit b. Laur. & Salo. Prouerb. 27. Qui abſcondit ſcelera ſua. ſ. non confitendo. nō dirigetur. ſ. via ſalutis. Qui autem cōfeſſus fuerit & reliquerit ea miſericordiam conſequetur; & inueniet gratiā. Hinc Eſa. 23. c. Circumi ciuitatē. ſume cytharam q; ſonitū reddit. ſ. vocalis confeſſionis: bene canta debite confitendo: frequenta canticum. Et nota q̄ dicit circumi ciuitatem. nō. n. a caſu ſed diligenter debet circumire ciuitatem eccleſię vt inueniat bonum cōfeſſorem. Vnde Aug. Qui vult cūfiteri vt inueniat gratiam ſacerdotem querat: qui ſciat ſoluere & ligare: ne ſi negligens circa ſe fuerit negligatur ab illo: qui ſalubriter monet eam: vt cęcum vitet ne ambo in foueam cadant. de pę. diſt. 6. c. qui vult. & de pę. di. 1. §. quē pęnitet. Danieli prophetę confitenti peccata populi dicendo. Peccauimus: iniuſte egimus: iniquitatem fecimus in omnem iuſtitiam tuam: reuelata ſibi fuit Dei placatio & liberatio a captiuitate Babylonica. Dan. 3. ¶ Lex euangelica de hac plenius loquitur, nam vt dicitur. Luc. 3. Qui baptizabantur a Ioanne Baptiſta: confitebantur ſibi peccata ſua: erat autē baptiſmus Ioannis non ſacramentum eccleſiæ: vnde nec purgatiuum peccatorum: ſed diſpoſitiuum ad pęnitentiā: & ideo dicebantur baptizare in pęnitentiam. Huiuſmodi autem iniungendo cōfeſſionem dñs Ieſus leproſis. 10. qui clamabant miſerere noſtri. Ite oſtēdite vos ſacerdotibus. Luc. 18. & eundo mondati ſunt: ad innuendum q̄ lepra peccati quę eſt ex tranſgreſſione decalogi mundantur oſtendendo ſe ſacerdoti in cōfeſſione: & quāuis ipſum propoſitum verum confeſſionis mundet: vt patet ex ipſa figura hiſtoriæ: oportet tū vt tempore ſuo ſequatur effectus aliter reciduaret in lepram peccati. Auctoritatem autem abſoluendi dedit dominus ſacerdotibus: cū dixit diſcipulus in perſona omnium ſacerdotum. Quorum remiſeritis peccata: remiſſa ſunt &c. Ioan. penul. ſ. claue non errante. Expræſſius promulgauit præceptum huiuſmodi Iacobus Apoſtolus dicens in canonica ſua. c. 5. Confitemini alterutrum peccata veſtra. ſ. habentibus claues eccleſiæ. vt ſunt ſacerdotes. Vnde & qui in caſu extremo vt fit in periculis maris confitetur laico: quāuis vtile ſit ſi non habet copiam ſacerdotis: tamen ſi euadat debet poſtea illa ſacerdoti confiteri. ¶ Lex autem canonica hoc mandat dicens per Auguſtinum. Iudicet ſe homo cum poteſt & mores conuertat in melius: ne cum non poterit præter voluntatem a domino iudicetur. Accedat ad antiſtites. i. ſacerdotes eccleſiæ per quos eis claues adminiſtrantur. de pę. diſt. 1. iudicet Amb. Venialis eſt culpa. i. digna venia quam ſequitur confeſſio delictorum, diſtinct. ea. c. ſerpens. Non enim meruit iuſtificari qui peccata ſua noluit confiteri. Idem diſt. ea. Hinc & Hiero. Quiſquis es qui tibi alicuius peccati es conſcius, quanto tempore deliquiſti: tanto tempore ſatisfacito Deo in confeſſione pęnitentiæ non expectes vt humiliet te accuſator Sathan. 1. diabolus. diſt. ea. c. vide. ¶ Tempus determinat: quia omni anno ſaltē ſemel extra de pę. & remiſ. c. Omnis vtriuſq; ſexus. poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit tenetur omnia peccata ſua proprio ſacerdoti confiteri. Multa habes ad declarationem huius infra de confeſſ. & ſupra in 2. part. tit. de accidia. c. de negligentia confeſſo. Et quis ſit proprius ſacerdos cuiuſlibet. habes diffuſe in ti. de confeſſoribus. Verum in lib. 6. de pęni. & remiſ. habetur q̄ nulla conſuetudine poteſt introduci, vt quis confiteatur alteri quam proprio ſacerdoti. Sunt aliqui ſapientes ſecundū mundum: qui eſtimant non neceſſariam ſacerdotalem confeſſionem. ſed ad bene eſſe. Sed ſi iſtud aliquando fuit in opinione. vt ponunt Magiſter ſent. in 4. diſt. 15. & Gratia. de pęni. diſtin. 1. per totum, hodie tamen eſt in determinatione eccleſiæ. ſ. eſſe neceſſariam ad ſalutem confeſſionem vocalem & contrarium tenere. ſ. non eſſe neceſſariam: eſſet hæreticum ſecundum Thom. in 4. vt habes, infra in cap. de ſtatu confeſſorum, de quadam muliere. vt habetur in ti. de 7. donis q̄ lapſa in peccatum carnis: quia præ verecundia noluit confiteri quāuis intraret monaſterium vt magis pœnitentiam ageres de peccato. & ibi ſemper vixerit in maximis abſtinentijs & gemitibus & orationibus: tamen mortua apparuit cuidam moniali ſibi familiari reuelans ſe eſſe damnatam propterea quia non fuit illud peccatum confeſſa.

¶ Quantum ad ſecundum. ſ. de cōditionibus quas debet habere confeſſio. vt ſit bene facta. quāuis infra plene declaretur de. 16. conditionibus eius in tit. de ſtatu confeſſorum: pro nunc ſolum ex verbis ps. proponentur quatuor vt fiat primo.

Tempus

ca. 19.

inf. titu. 17.

tit. 17.

§. 2.

ca. 19

Cum matura diſcuſſione: ibi. Dixi.

¶ Cum amara compunctione: ibi. Aduerſum me.

¶ Cum ſincera denudatione: ibi. iniuſtitiam meam.

¶ Cum

¶Cum plena obeditione: ibi. domino.

Debita examinatio.

¶Quantum ad primum non debet quis facere confessionem subito sine aliqua prę̃meditatione: quia modicū vel nil valeret: sed cū deliberatione & mẽtis examinatione. Et ideo antequam ponet p̃s. verbum confitebor, prę̃mittit, dixi. i. deliberaui in mẽte mea. ita exponit Cassio. Et in ista deliberatione debet dicere in corde suo coram Deo peccata sua diligenter examinando, ſm illud Esa. 28. q̃ di. Ezech. pę̃nitẽs de peccatis. Recogitabo tibi. s. Deo oẽs annos meos: in amaritudine animæ meę: & ideſt oẽs actus peccatorum cogitationis: locutionis: operationis: omissionis. per me perpetratos toto tpe vitæ meæ. & hoc enim displicentia & amaritudine, non autem complacentia delectationis. Et hoc est q̃ dr Leo Papa, de pęni. dist. 1. c. sufficit Deo offertur. s. dicendo & examinando se in corde suo. deinde sacerdoti qui pro delictis peccantium præcator accedit. Manifestum est autem q̃ cum quis habere computum alicuius administrationis factæ per eum prius per se examinat oẽs partitas quæ sunt scriptæ in libro: quem habet coram exigente rationē̃ prę̃stare vt bene reddat ratiocinium. multo magis quę habes scripta in libro conscientiæ opera tua mala, prius debes per te examinare vt reddas computum coram exigente rationem a te. s. confessori loco Dei. Et cuidā qui fecerat confessionē̃ suā sine præcedenti debita examinatione fuit dictū in visione, vt iterum redderet computū̃ suum i. confiteretur in vitis patrum. ¶Secundo debet fieri cū amara cōpunctione. Vnde dicit. Cōfitebor aduersum. Quæ sunt nobis aduersa & contraria nobis displicent. & de eis dolemus: & quia peccata sunt maxime aduersum nos. i. nociua & contraria nobis debemus vt nociua & vera mala de eis in confessione dolere. Sicut. n. contraria contrarijs curantur: cōplacentia. s. delectationis peccati auferetur per displicẽtiam & dolorem eius. Vnde Aug. de pę. dist. 1. c. penul. Quem pęnitet oino pęniteat, & dolorem lachrymis ondat per confessionem. Debet aūt dolor iste esse magnus vnde dr aīę peccatrici. Hiere. 20. Luctum vnigeniti fac tibi planctū̃ amarum. vtiq; cum mulier amittit vnigenitum suum qui est totum bonū̃ suum: & quæ amat maxime, dolet maxime. Sed quanto magis habet dolere peccator. qui per peccatum amisit & bona oīa spiritualia quæ excedunt valorē̃ omnium tpalium: & patriam propriam ciuitatis supernæ, & vitam aīæ gratiam & ipsam Deū qui solus est solatium & refugium nostrū̃ & totum bonum nostrum. Vnde Amb. in li. de pę. Nihil est q̃ causa tam summi doloris sit q̃ si recordet quis vnde lapsus sit, & q̃ ad ista mom̃etanea caduca ab illa cęlestis cōditionis intẽtione defluxerit. ¶Tertio debet esse confessio cū integritate sincera. i. nō misceat alias materias in c ōfessione, sed iniustitiā suā, omne peccatū est quędā iniustitiā cōtra Deū vel proximū̃ vel seipsum. Dictu iniquitates tuas, vt iustificeris. s. in confessione Esa. 14. Debet aūt integre dicere iniustitiā suā. dr. n. Tren. 2. Effunde sicut aqua cor tuū̃ ante cōspectū̃ dñi. Sicut. n. cū̃ effunditur aqua de vase. nil remanet in eo odoris, coloris, vel saporis. Ita de vase cordis aqua iniquitatis per os in cōfessione effundi debet, vt nō remaneat aliqua circunstantia iniustitiæ peccati. Vnde Aug. in lib. de pę. ait. Consideret peccator qualitatē criminis, in loco: in tpe, in perseuetantia: in varietate personæ, & quali hoc fecerit tẽtatione & ipsius vitij multiplici executione. Oīs ista varietas confitenda est & deflenda. Dolendū̃ est non solū̃, quia peccauit: sed ēt quia se virtute priuauit, doleat aliorū̃, vitā in sua fuisse corruptā. s. exẽplo, doleat de tristitia qua peccando de bonis intulit. Hæc ille de pę. dist. 5. c. 1. De circunstantijs tū peccatorū̃ quę sunt necessariæ cōfitenti & quæ non: habes infrā de ti. de statu confes. ¶Quarto debet esse cū̃ plena obeditione. Vnde dicit dño cōfitebor fit. n. sacerdoti loco dñi: seruus aūt dño debet obedire, vnde dicebatur in veteri lege. Deut. 17. Qui non obedierit sacerdotis imperio, morte moriatur 11 q. 3. absit, & præcipue in eo quod iniungit sibi, & in pęnitentia debet obedire & facere alias oporteret eū̃ iterare. Vnde Aug. Ponit se confitens in arbitrio sacerdotis, potestate iudicis, nil sibi reseruans sui vt oīa facit pro euitanda aīæ morte quæcunq; facere & pro euitanda corporis morte, & hoc cū̃ gaudio, quia vitā recuperat infinitam. de pę. dist. 1. Quod si iniungitur sibi quod aliqua de causa non posset explere: debet sibi significare insuper & quæ sibi declaret necessaria facienda: vt restitutionem alienorum famæ & hmōi faciat integraliter. Et quia nouit diabolus q̃ nō valet cōfessio nisi fiat sacerdoti cum hr̃ copia ideo legitur q̃ diabolus semel sumpsit speciem sacerdotis: cū̃. s. quidā infirmus mitteret pro sacerdote nunciū̃: cui obuians in via diabolus in forma sui sacerdotis accessit ad infirmum & audiuit eum & absoluit. Illo aūt morīente dęmones aīam eius quęrebant ducere ad infernū̃. dicentes illum nō fuisse cōfessum sacerdoti. Angeli boni ecōtra excusantes eū̃,

Sufficit pęnitẽti cōfessio, quæ primo.

Amara compunctio.

Integra cōfessio.

Tit. 17. Plena obeditia

Exẽplū mirabile.

quia vt sacerdoti diabolo confessus erat. Demum reducta ad iudicium Dei: sentẽtiatum est vt aĩa rediret ad corpus & vero sacerdoti cõfiteret vt saluari posset, & sic factũ est, q resuscitatus cõfessus est, & postea qeuit in pace. ¶ Quantum ad tertium. s. de inuocatione cõsequenda per confessionem dicit. Tu remisisti impietatem peccati mei. Per confessionem fit peccator nouus homo fm illud Apostoli. Deponentes veterem hoiem induite nouum hominem qui fm Deũ creatus est, ad Ephe. 4. Et ad Colo. 3. Multa ex ea consequuntur bona sicut per peccatum multa nocumenta homo incurrit. ¶ Primo per peccatum amittit quis vitam gratię fm illud Sap. Per malitiam occidit homo animam suam. s. priuãdo eam gratia, sed per confessionem resurgit ad gratiam psal. 84. Veritas de terra. i. de peccatore orta est, scilicet confessionis peccatorum & iustitia de cœlo prospexit. i. iustificatio secundum Aug. Iustificatio autem fit per gratiam iuxta illud Apostoli ad Titum 2. Iustificati gratia ipsius. Aliquando accedit quis ad confessionem attritus, & non contritus ex tunc si non ponit obstaculum, per confessionẽ iustificatur per gratiam. Secundo peccatum inducit ad obstinationem & mortem æternam. Ad Rom. 6. Stipendia peccati mors, & cõfessio a morte gehennę educit & a profundo obstinationis. Vnde Augst. tractans illud psal. Neq; vrgeat super me puteus os suum, ait. Puteus est profundum humanæ iniquitatis, in quem si ceciderit non claudet super te os suum si non clauseris os tuum, de pœnitentia distinct. 1. Confitere ergo & euades scilicet de profundo iuferni & obstinationis. Tertio peccatum claudit paradisum. Esa. Tollatur impius ne videat gloriam Dei, confessio aperit paradisum. Ambrosius in libro de paradiso. Ecce nunc tempus acceptabile in quo confessio aperit paradisum latroni in cruce cõfitenti peccatum suum dicendo. Et nos quidem iuste, nam degna factis recipimus. Luc. 22. Cui dictum fuit. Hodie mecum eris in paradiso. Quarto peccatum facit hominẽ seruum diaboli seu filium. Ioan. 7. Vos ex patre diabolo estis, sed confessio liberat a seruitute diaboli & facit filium Dei. In huiusmodi figuram legitur 1. Reg. 16. quòd Dauid sonante cythara Saul qui vexabatur a diabolo liberabatur ab illa vexatione. Cythara significat confessionem, secundum illud. Confitemini domino in cythara. psal. 42. Quinto peccatum deturpat animam & denigrat obscurando mentẽ, sed confessio decorat. Vnde Hiero. de pę. di. 3. Cõfessio & pulchritudo coram eo, qui fuerit peccata sua confessus dicens. Corruptæ sunt cicatrices meę fęditatẽ vulnerum in sanitatis mutet decore. Et Aug. per confessionẽ homo de sędo fit pulcher. In cuius figurã est Naamã leprosus lotus septies in Iordane & restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli 4 Reg. 5. Interpretatur Iordanis riuus iudicij, & significat iudicium pęnitentiale cõfessionis, in quo lotus septies. i. de oibus peccatis vniuersaliter mundatur & decoratur. Sexto confessio illuminat. Hæc est nataioria Siloe in quo lotus cęcus a Christo missus illuminatur. Io. 9. O quot illuminationes peccator ibi recipit, de multis. n. quæ non putabat esse peccata edocetur & instruitur qũo debeat tentationibus resistere, occasiones vitiorum vitare, qũo debeat satisfacere & in omni sua se conuersatione habere. Septimo diminuit pœnas tpales debitas pro pęccatis plus & minus fm quantitatẽ doloris & erubescentię. Aug. Qm̃ erubescentia magna est pœna, fit dignus venia. i. remissione pœnæ, qui pro Christo erubescit, confitendo. Vnde legitur de quadam pulchra muliere, q cõpuncta ex prædicatione audita confessa est cum tanto dolore & erubescentia q mortua est prę dolore & reuelatũ est q soluta ad cęlũ euolauerit omni pœna sibi dimissa. Octauo corpora sanat aliqñ, vt de pę. & re. c. cũ infirmitas. Precipitur. n. medicis corporũ q cũ fuerint vocati ad infirmos inducant eos ad confessionẽ faciendã, vt per hoc citius sanent infirmi, quia sublata causa remouet effectus, cã infirmitatis multotiens est peccatum etsi non sp; ideo &c. Nono interceſſiones seu orationes multiplicat. Nã ecclesia orationẽ facit specialẽ pro confessis dicens. Exaudi dñe supplicũ pręces, & cõfitentium tibi parce peccatis, & specialiter ille cui confitetur orat pro eo. Vnde & Aug. dicit de pę. di. 6. c. 1. de cõfessore. Adiuuet confitentẽ orando eleemosynas faciendo & alia bona opera pro eo. Decimo dabit magnũ robur aĩæ cõtra tẽtationes diaboli. Vnde & in figura Iudas Machabeus surrexit vt leo dux exercitus Dei, & habuit maxĩmas victorias cõtra inimicos populi Dei, qui sunt dęmones. Iudas interpretatur confessio, quia per eam hr victoria contra dęmonũ tentationes, nã detegũtur in ea eius insidiæ. Vndecimo spẽ salutis. Amb. Confessio spẽ salutis tribuit, sicut econuerso taciturnitas inducit desperationẽ, exemplũ in Caym, qui vt dicit Gratia. de pę. dist. 1. c. voluissent. Quia peccatũ dño interrogante noluit confiteri, in desperationẽ incidit. Gen. 4. Duodecimo lętificat

Vtilitates cõfessionis, & incõmoda pcti.

cat pœnitentẽ & eccleſiã militantem pſal. 41. In voce exultationis & confeſſionis ſonus epulantis, figura de prodigo qui reuerſus ad patrem & confeſſus dicens. Peccaui in cœlũ &c. tota domus feſtauit. Lucæ 11. c.

¶ De ordinibus ſacris per modum ſermonis. Cap. 7.

SAcerdotes tui induantur iuſtitia, & ſancti tui exultent pſal. 131. Ordo ſacer quamuis ſit diſtinctus in plures partes, quia in minores & maiores, eſt tamẽ vnũ ſacramentum unitate finis, quia oẽs ordinantur ad corpus Chriſti verũ conficiendũ in euchariſtia & corpus Chriſti myſticũ dirigendum in eccleſia, & vtrunq; ſit per ſacerdotũ, ad q̃ cooperantur alii ordines: Et aliqui quidẽ nouẽ ponũt eſſe ordines correſpondẽtes nouẽ ordinibus angelorum, ſicut enim angeli dicuntur miniſtri Dei, ſecundũ illud ad Heb. 1. Omnes ſcilicet angeli adminiſtratores ſunt ſpiritus, ſcilicet Dei, ſic clerici in quibuſcunque ordinib. dicuntur miniſtri Dei. Eſa. 61. Vos autem ſacerdotes domini vocabimini miniſtri Dei noſtri dicetur vobis ſcilicet eſtis, & loquitur ibi de ſacerdotibus, vnde omnes vt angeli in magna puritate miniſtrare debent. Et dicunt hi primam tonſuram eſſe primum ordinem & vltimum ponunt epiſcopatum. Alii verovt Tho. in 4. diſt. 24 q. 2. ar. 1. q. 2. ponunt tantum eſſe ſeptem proprie & ſtricte loquendo prout ordinatur ad conſecrationem euchariſtiæ, & non imprimitur per eum aliquis nouus character, iſto modo nec primam tonſuram dicunt eſſe ordinem, ſed diſpoſitionẽ ad ordines, per epiſcopatum etiam non imprimit nouum characterem. De hoc tamen habes infra c. de ordinibus, & ſic ſunt ſeptem ordines, & ita præſupponunt gratiã ſeptiformem ſpiritus ſancti ideſt ſeptem donorũ ad hoc vt admeritum ſuſcipiantur, & miniſtretur in eis, & ipſa gratia ſeptiformis augetur, in ſuſceptione cuiuslibet eorũ ſi debito modo ſuſcipiantur. De ſacerdotibus ergo qui habent omnes ordines ſeptem, & in quibus cõpletur hoc ſacramentum dicitur, ſacerdotes &c. Vbi tria notantur.

¶ Primo myſterium almificum pro quo debent venerari, ibi, ſacerdotes.

¶ Secundo habitum gratificum cum quo debent exornari, ibi, induantur iuſtitia.

¶ Tertio præmium glorificatum a quo debẽt decorari, ibi, ſancti tui exultent.

§. 1. ¶ Quantum ad primũ ſacerdotes ſemper fuerunt in magno honore apud oẽs, ſicut ſacerdotes paganorũ fuerũt ſacerdotes & miniſtri nõ Dei veri, ſed falſorũ deorũ. i. dæmoniorũ, ita falſus honor eis exhibebat. Sed ſacerdotes eccleſiæ ſunt ſacerdotes Dei, Eſa. 61. Vos ſacerdotes dñi vocabimini, de q̃bus 1. Petr. 2. Vos eſtis genus electũ, regale ſacerdotiũ. Dr aũt ſacerdos ſacra docẽs vel ſacra dans, vel ſacer dux, quia videlicet debet præferre ſacra documẽta, debet exhibere ſacra ſacra, debet adhibere exẽplorũ ornamẽta. Ex his oſtenditr q̃ ſit almũ eorũ miniſterĩũ, & almos i. ſanctos hoẽs faciẽs. Debet ergo primo populũ docere de agẽdis. Malach. 2. Labia. n. ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiã. i. cuſtodire debẽt & legẽ requirunt de ore eius. ſ. populi vt doceant. Super quo Hiero. in prologo bibliæ. Sacerdotis eſt interrogatũ rñdere de lege. ſ. Dei & eccleſiæ. Vnde in figura mãdauit dñs q̃ tunica indutus cũ magno apparatu ſacerdos intrabat ſancta ſanctorũ, haberet in extremitate inferiori tintinnabula vt audiret ſonus in tẽplo. Exo. 23. Ad ſignificandũ q̃ ſacerdos debet in eccleſia ſonitũ reddere prædicationis. Vt. n. dicit Greg. in paſto, officium præconis ſuſcipit quiſquis ad ſacerdotiũ accedit diſt. 44. ſit rector. Et in cõcilio Toletano dicit. Ignorantia mater cunctorũ errorũ, maxime in ſacerdotibus Dei vitanda eſt, qui officiũ docẽdi in populo ſuſcipiunt. Sciant ergo ſacerdotes ſacras ſcripturas & canones, & omne eorum opus in prædicatione & doctrina conſiſtat. diſt. 38. c. 1. Alias ſi ignorans eſt, nec curat diſcere neceſſaria, dici ſibi poterit illud Oſeæ. 4. Quia tu ſcientiã repuliſti & ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi. Et poterit dici ſacerdos nõ Dei ſed Naneæ, de quo dicit 2. Macha. 1. Dux ipſæ eſt & exercitus cecidit in tẽplo Naneæ, cõſilio deceptꝰ ſacerdotũ Nanee. Naneę interpretatur paſcua eorũ, ille ergo põt dici ſacerdos Naneę, qui nõ quęrit ſalutẽ animarum, ſed paſcua corporis. Hic dant pp ſuam ignorantiã praua cõſilia, vnde cadãt in peccata princeps cũ populis, & q̃ peius ẽ cũ ipſi nõ doceãt pp ignorantiã vel inertiã dolent q̃ religioſi doceant & prædicent populo, ſimiles ſacerdotibus infidelĩũ & inuidorũ iudæorum, de quibus dicit Act. 4. q̃ prædicantibus apoſtolis ſuperuenerunt ſacerdotes dolentes quòd docerent populũ. Debet ſecundo ſacerdos exhibere tẽpore ſuo ſacramenta ſancta, & orationũ munimẽta, vnde dicitur ſacra dans. Vt enim dicit beatus Tho. in 3 parte q. 22. ar. 1. Sacerdos conſtituitur vt mediator inter deum & populum, nam ſacramẽta quæ ſunt

Dei debet populo ministrare, & orationes populi Deo offerre, & ideo debet sancte & munda conscientia viuere. Esa. 52. Mundamini q̃ fertis vasa domini, ideſt, sacramẽta quæ sunt vasa contentiua gratiæ domini. Debent etiã orare pro populo, secundũ illud Ioelis 2. Inter vestibulum & altare plorabant sacerdotes dicentes. Parce domino populo tuo. Sed vt dicit Greg. in pasto Cum is qui displicet ad intercedendũ mittitur, irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur. Sacerdotes igit qui immundi sunt corpore vel mẽte, hi possunt dici sacerdotes Beelphegor q̃d est idolũ ignominiæ similes Ophni & Phinees filii Hely, de quibus scribitur 1. Reg. 2. q̃ erant filii Belial, nescientes dñm, nec officiũ sacerdotum ad popũlũ, qui cum mulieribus dormiebant quæ veniebãt ad templũ, sed mala morte perierunt. Debent tertio præbere ducatum aliis, sed factũ, vnde dicit sacer dux, & hoc per optima vitæ exempla quæ vtique plus mouent q̃ verba. Primis. n. sacerdotibus noui testamẽti dictũ fuit Matth. 5. Sic luceat lux vestra corã hominibus vt videant opera vestra bona &c Si n. scandalizãt malis exemplis. Dicit Greg. q̃ tot mortibus digni sunt, quot exẽpla ad subditos trãsmittunt perditionis 11. q. 3. c. præcipue. Sed dolendũ est q̃ illud inuenit q̃ ait dñs p Hiere. 6. dicẽs. A minore vsq; ad maiorẽ, a sacerdote vsq; ad leuitam, oẽs auaritiæ studẽt, & a prophera vsque ad sacerdotẽ cuncti faciunt dolum, vendentes sacramenta & quasi dicẽtes cũ Iuda. Mat. 26. Quid vultis mihi dare & ego eum vobis tradã scilicet in missa? Verũ quantumcunq; sunt mali, tamẽ quia ministri dei sunt & persona eius repræsentantes præcipue in baptizando in absoluẽdo, in cõsecrando, vbi locutio eorũ est in persona Dei. Cum enim mittit aliquis minister a rege, nõ attendit ad qualitatem eius, sed ad dignitatẽ mittẽtis qui eum in ministro honorat. Et quantũ debeant honorari ostẽdit Greg. 2. q. 1. sacerdotibus. Primo, quia ex scriptura sacra vocat eos aliquãdo deos, vt illud psal. 81. Deus steterit in synagoga deorũ. Aliquãdo Angelos, vt illud Malach. 2. Labia sacerdotis &c. q̃a Angelus dñi exercituum est. Secundo Cõstantini pessimi exẽplo Imperatoris qui accusationes aliquorum sacerdotũ sibi delatas in scriptis noluit audire, sed comburens igni scripta dixit. Nõ est iustum nos deos iudicare. Tertio quia & pagani sacerdotibus deorum ligneorum & lapideorum tribuebant magnum honorẽ. Non ergo pro vita eorum mala debent contemni aut lædi 6. q. 1. sacerdotes, extra de hẽre. cã. cum ex iniuncto. Dixit enim dominus de eis per Zacha. 2. Qui vos tangit, tangit, quasi pupillam oculi mei. Nec iudicare debent eos laici in foro suo vel eos diffamare, vel eos capere & huiusmodi. Vnde Nicolaus Papa. Vobis qui laici estis de clericis quicquid accidit iudicandum non est, sed episcoporum iudicio reseruandum.

Honorẽtur sacerdotes.

96. dist. c. in scripturis

¶ Quantũm ad secundum scilicet vt habeat habitum gratificum cum Deo facientem, notatur cum dicitur. Induantur iustitia. Iustitia est omnis virtus, (vt ait philpsophus) & hanc debet habere non superficialiter, sed fixam & habituatam in corde, & ideo dicit, induantur indumentum dicitur habitus. Debet autem iustitia indui. Ad malum fugiendum. Ad bonum peragendum. Ad ipsum prosequendũ. Prima igitur pars iustitiæ est quod euitet crimina, & liber sit ab illis maculis specialiter, alias spiritualiter a quibus sacerdos leuiticus ex diuina lege debebat esse immunis, de quibus habes dist. 49. Hinc etenim, vbi sic dicit. Qui habuerit maculas nõ offerat panes Deo suo nec accedat ad ministerium eius. Exponit vndecim maculas seu defectus corporales significantes defectus spirituales peccatorũ, ut exponit Greg. in pasto, & habetur dist. 49. hinc etenim. Si fuerit cæcus. Cæcus est qui supernæ lucis contemplationem ignorat, qui præsentis vitę tenebris præfluus dum venturã lucem nequaquã diligẽdo conspicit quo gressũ operis dirigat nescit. Claudus est qui quo p gere debeat. aspicit, sed per infirmitatẽ mentis viam vitæ perfectę non valet tenere, quã videt ex defluxa consuetudine. Paruo naso, est qui ad tenendam viam discretionis idoneus non est, naso quippe odores fætoresque discernimus, recte ergo per nasum discretio exprimitur, per quam virtutes eligimus delicta reprobamus. Grandi autem & torso naso significatur discretionis substantialitas immoderata, quę dum plusquam decet exercuerit actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. Fracto autem pede vel manu est qui per viã domini omnino non valet pergere atq; a bonis actibus exors vacat funditus, quatenus, hoc non vt claudus saltẽ cum infirmitate teneat, sed ab his omnino alienus existat. Gibbosus est quem terrenæ sollicitudinis põdus deprimit, ne vnquam ad superna respiciat, sed solum infimis quæ calcantur intendit. Lippus est cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat, licet hæc carnalia opera obscurant. Albuginem habet in oculo

§. 2. 10. Ethi.

qui

qui veritatis lumen videre non sinitur: qui arrogantia sapientiæ suæ iustitiæ cęcatur: qa sensus humanæ cognitionis se stultum seq; peccatorem intelligit: cognitionē intimę claritatis apprehendit. Si autem candorem sapientiæ seu iustitię apprehendisse se ęstimat, a luce se supernę cognitionis excludit. Iugem scabiem habet cuius carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie enim feruor viscerum ad cutem trahitur per quam luxuria designatur. Impetiginem habet in corpore qui auaritia vastatur in mente. Impetigo sine dolore corpus occupat & absq; tedio occupanti excrescens mēbrorum decorem fędat: quia auaritia capti animam dum quasi delectat exulcerat: sed decor mēbrorum perditur. quia aliarum virtutū per hanc pulchritudo deprauatur. Ponderosus est qui turpidinem non exercet opere, sed ab hac continua cogitatione sine moderatione grauat in mente. Hæc Greg. Facere bonum debet exercendo se in actibus virtutum, quæ designantur per vestes sacras quas se induit celebrando post depositionem vestium cōmunium quasi exuens se veterem hominē cum actibus suis: & induens nouum eum. i. Christum qui ſm Deum creatus est in iustitia & sanctitate. Induatur amictu prudentiæ in capite rationis: quæ est recta ratio agibilium. Amb. Sapiens nunquam est inanis: sed semper habet in se amictum prudentiæ, de pęni. dist. 2. Induatur alba munditiæ seu temperantiæ & puritatis Eccle. 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida. Cingatur circulo iustitiæ, ſm illud Esa. 11. Erit iustitia cingulum lumborū eius vt vestimenta eius, i. opera, non defluant per prodigalitatē: nec nimis stringantur per auaritiam. Induatur manipulo qui est vt sudariū ad extergendas lachrymas vel flagellum ad percutiendū, vt. s. deploret peccata sua, & populi: & puniat satisfaciendo psal. 2 Apprehendite disciplinam: nequādo irascitur dns. Induatur stola fortitudinis & patientiæ. Vnde eam sibi ponit super humeros vt iugū: & sibi aptat ante pectus in modū crucis: qa si passio Christi ad memoriam reducatur. nil est tam durum quod ęquo aīo nō toleretur, ait Greg. Induatur casula charitatis quę ponitur super omnes sacras vestes, & magis cęteris ornat, sic charitas super oēs virtutes eminet. Col. 3. Super omnia charitatem habete, q̄ est uinculum perfectionis. Hæc spherica figura seu rotūda est: quia charitas a Deo incipit ad proximū extenditur & ad Deum reuertitur: quia propter Deum diligendus est proximus quæ vtiq; charitas sine fide & spe esse non potest. Et hoc est tertium. s. ipsum bonum prosequēdum: quia vt dicit Gre. in 1. moral. Incassum bonū agitur si ante vitæ terminum deseratur. Ideo & hanc vestem thalarem polimitam vt in figurā legitur Iacob fecisse suo dilecto filio Ioseph Gen. 37. idest perseuerantiam in virtuosa conuersatione, quæ significatur in veste polimita. i. de diuersis coloribus virtutū contexta & hoc vsq; ad pedes. i. vsq; ad finem vitæ, sicut ipsas sacras habet casulam & albam vsq; ad pedes rotensas. Sic igitur sacerdotes Dei induantur iustitia. i. omni virtute, ſm illud Ecclesiastici, cum dicitur, In accipiendo ipsam stolam gloriæ & vestiri eum consummatione virtutis & assensu altaris sancti gloriam dedit sanctitatis amictum. i. ex isto amictu qui facit hominem sanctum, dedit dominus gloriam supernam quod pertinet ad tertium immediate producendum.

Col. 3. Moralizatio breuis vestitū sacerdotalium.

¶ Quantum ad tertium principale. s. glorificum præmium, ait psalm. 149. Exultabunt sancti in gloria. Vnde subditur, & sancti tui exultent quasi dicat sacerdotes si induti erūt hac iustitia: & per hoc facti sancti exultabunt in alia vita. Nec enim est vera exultatio nisi ibi: nam de gaudio mundi dicitur Prouer. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat Ioh. 16. Ibi gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Sacerdotes eius induam salutari, i. conuersatione virtuosa Iesu: nam Iesus hębraicè latinè interpretatur salutaris, i. saluator dr̄. Ad quod etiam hortatur Apostolus ad Ro. 13. Induimini dominum Iesum Christum. Repræsentat autē sacerdos in celebratione missæ per maxime dominum Iesum, vt eo videatur indutus quasi alter ipsæ & totum processum suæ incarnationis: & conuersationis & demum ascensionis in cœlum. Nam egressus eius a sacrario significat incarnationem, & manifestationem sui in mūdo: quod præcedit introitus in choro designans desiderium patrum hoc postulantium. Bis dr̄ vt notetur petitio patriarcharum & postea prophetarum. Cantus Kyrieeleyson significat materiam petitam contra peccata commissa: corde: ore, & opere cōtra personas diuinas: quia ex infirmitate contra patrem: ex ignorantia contra filium: ex malitia contra spiritumsanctum. Nam patri attribuitur potentia: filio sapientia, spiritui sancto bonitas, vnde ter tribus vicibus dr̄: per natiuitatem aūt Christi virtualiter: vt in ea impenditur misericordia: & remissio per quam venitur ad 9. ordines

§ 3.

Missę expositio.

angelorum. Vnde sequitur Gloria in excelsis Deo. quod angeli decantauerunt in natiuitate Christi: quasi congaudentes de nostra subleuatione a miseria. Aduenies Christus docuit nos orare suo exemplo & verbo. Vnde sequitur oratio. Docuit & modum. s. Pater noster. quę oratio dicitur in missa. Legitur epistola significans doctrinam apostolorum & prophetarum. quę debet audiri a fidelibus. In de graduale. i. processus operum ex doctrina de virtute in virtutē: & hoc nō terreno respectu: sed amore cęlestium. Vnde sequitur Aleluia. cantus supernæ patriæ. Deinde euangelium quod designat & est prędicatio Christi facta in mundo q̄ doctrinam & prędicationē probauit & firmauit innumeris miraculis: & per hoc fuit recepta & credita in mundo vniuerso ex qua sequitur confessio fidei Christianæ. Vnde dr credo, quod continet totam substantiā fidei. Deinde vertit se ad populum dicens. Dns vobiscum. Vnde sciendum q̄ septies salutat populum: bis nō se voluendo ad populum significat septiformem gratiā spiritussancti q̄ salutem procurauit populo per septem sacramenta instituta ab eo quibus salutem operatur: & sic offertorium sequitur quod designat oblationē qua quis debet Deo offerre: & de rebus tpalibus & de corpore & mente adorando: & recognoscendo ipsum auctorem omnium: sicut & Christus fecit. Nam pro Christo facta fuit oblatio in tēplo Luc. 2. Dr post orationes præfectio: in qua exhortamur ad gratiarum actiones de beneficijs perceptis: & ibi ponuntur rationes ex beneficijs de quibus ibi fit mentio. Inducuntur exempla angelorum: in sanctis: & postea puerorum Christum laudantium in ramis palmarum. Mat. hec. 20. Exinde repræsentatur passionis Christi totus processus in crucis signis quæ fiunt tot vicibus: de quibus omnibus habes supra in titu. proxīmo præsertim. c. 6. in tractatu de missa: ibi vide. Deinde dicit. Pax vobis. designans resurrectionem in qua salutauit apostolos. Fractio autem hostiæ quę præcedit significat triplicē statum ecclesiæ & sanctorum. Quinquies autem se vertit ad populum: ad significandum quinque appetitiones Christi in die resurrectionis. Demum post orationes dicto. Ite missa est vt. s. populus sequatur Christum cuius sacrificium est Deo oblatum: & missa oratio ad Deū pro populo. Demum data benedictione reuertitur in sacristiam: quia & Christus in die ascensionis data benedictione apostolis reuersus est in cęlum & sedet ad dexteram patris. Ecce qūo sacerdotes induūtur salutari. Sed & vestes eius sacræ significant instrumenta passionis. Nam amictus in capite coronam spineam: alba uestimenta quo Herodes induit eum in derisionem: cingulum funis quo fuit ligatus in captione: manipulum flagellū quo fuit flagellatus ad columnam, stola quę ponit in humeris: & postea extenditur per totum corpus in modum crucis. significat crucem quam baiulauit in humeris: & postea extensus fuit in ea. Demum casula rubea charitatem designat. qua sanguinem suum rubeum fudit. Hęc omnia propter nos ex dilectione sustinuit vt dictum est. De cerimonijs missę & significationibus habes plene supra in prędicto tractatu de missa. Multum ergo debent honorari dñi sacerdotes: cum Christum repræsentent: vt patet. Et missam frequenter audire: nullibi aptius adoratur cum ibi realiter sit Christus qui adorandus est adoratione latrię: quia verus Deus in sacramēto. Et cum sanctis magis offerenda sunt munera: aurum: thus: & myrrha. Aurum quod designat sapientiam propter sui fulgorem: & in prima parte missę inde hauriendo agendorum & credendorum eruditionem. Secundo myrrham quæ significat mortificationem: quia ponitur in corporibus mortuorum: & prędeseruat a corruptione: & hoc in secunda parte missæ sequendo Christi passionē ibi repręsentatam: ibi. Te igit &c. Qui sunt Christi (ait Apostolus) carnē suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. ad Gal. 5. Tertio thus actualis deuotionis. psal. 140. Dirigatur oratio mea sicut incen. in conspe. tuo &c. & hoc circa sumptionē sacramenti vel aspectionē in 3. parte missæ. Et sic Christū adorantes in terris imus & sequitur eum in cęlis adorantes cum angelis. Amen.

Significatio vestium.

¶ *De extrema vnctione per modum sermonis.* *Cap.* 8.

IMpinguasti in oleo caput meum & calix meus inebrians quam præclarus est psalmus 22. Cum caput mētis nostræ impinguatur deuotione intima ex oleo diuinæ gratiæ: tunc sequitur vinum feruoris dilectionis inebrians animam: vt terrenorum obliuiscatur: quod quidem vinum est valde præclarum: nam dum ad claritatem æternam: & in præsenti etiam clarificat intellectum. Sumitur enim quod continens pro contento. cum dicitur calix inebrians, idest, vinum quod continetur in calice: non enim calix qui est argenteus vel stanneus inebriare potest,

teſt,ſed vinum contentum in ea. Vbi ſciendum quòd triplex eſt inunctio populi quæ elicitur ex decretali: cum veniſſent, extra de ſacra vnct.

Triplex inũctio.

¶Prima eſt ſpiritualis omnium electorum.

¶Secunda eſt elementalis omnium cathecuminorum.

¶Tertia eſt ſacramẽti ſpecialis infirmorum.

§.1. ¶De prima dicitur de Chriſto, vnxit te Deꝰ tuus oleo lętitię pſalmus.44.& ad Hæb.1. ca. ſ. gratia ſpirituſſancti quę dat lętitiam ſpiritualem. Vnde quaſi exponens Petrus Apoſtolus ait. Act. 10. Ieſum Nazarenum quem vnxit Deus ſpiritu ſancto Hanc vnctionem vniuerſalem habent omnes veri fideles. 1. Ioa. 1. Vos vnctionem habetis a ſancto ſpiritu & noſtris omnia ſcilicet vobis neceſſaria: vnctionẽ ſ. gratiæ & dilectionis. Gratia enim & dilectio. ideo oleo comparantur: quia ſicut oleum enatat ſuper omnes liquores: ita diuina gratia & dilectio ſuper omnia bona ſpiritualia: & ſicut oleum eſt curſiuum & penetratiuum & luminis nutritiuum: ita gratia & dilectio facit hominem promptum facilem ad bene operandum: & illuminat in agendis: & quia quinque virgines fatuæ nõ tulerũt oleũ ſecũ in vaſis quo lampades permanent accenſæ euntibus ad ſponſum clauſa fuit ianua domus nuptiarum: aliis autẽ quæ habuerũt oleum fuit apta. Matth. 25. ad ſignificandũ quòd quicunque non habent oleum gratiæ vel dilectionis excluditur a regno Dei. Et propterea dicitur Eccl. 9. Oleum de capite tuo non deficiat. i. dilectio de mente non deficiat. Impinguaſti in hoc oleo caput meum.

Gr̃aoleo cõparatur.

§.2. ¶Secundum oleum eſt materiale & inũctio cũ eo viſibilis. Eſt aũt nõ ſacr̃m ſed quid ſacrale diſponẽs ad gratiã: hoc materiali oleo conſecrato ab epõ in cœna dñi inũgitur cathecuminus aũ baptiſmũ in pectore & in ſcapulis: ad innuendũ q̃ fidelis debet habere dilectionẽ Dei & proximi in corde & corpore: portando leuiter onera aliorũ. Sacerdotes quoq; cũ ordinantur manus eorũ inungũtur hoc oleo ad cõſecrandũ manus eorũ quę hñt ſacramenta dñica tãgere: & vt opa eorũ ſint plena oleo dilectionis & amoris ad proximos. In veteri autem teſtamento inungebantur non ſolum ſacerdotes & reges & prophetæ oleo tamen puro ſine alia benedictione eius. Sic legimus Dauid inũctum in regẽ ſuper Iſrael a Samuele. 1. Reg. 16. & 2. Reg. 5. Et Helyſeum inunctum in prophetam ab Helya. tertij. Regum 11. & Aaron, & filios inunctos a Moyſe in ſacerdotes. Leui. ſeptimo, & octauo. Nunc autem etiã reges iungũtur ab epiſcopis oleo ſancto. ſ. in humero vel brachio ad deſignandum eorum miniſterium: quia ſcilicet principatus ſignificatur per humerum: per brachia fortitudo ad expugnãdum inimicos. Inſuper & altaria cum conſecrantur inungũtur oleo ſancto ac etiam chriſmate: quod eſt oleum mixtum balſamo ab epiſcopo conſecratum & eccleſiæ in 12. locis: & epiſcopis in corona capitis per totum cum conſecratur ab epiſcopis: & baptizati etiam a ſacerdote hoc chriſmate inunguntur in vertice quæ inunctiones omnes non ſunt ſacramenta: ſed ſacramentalia. vt extra de ſa. unc. c. 1. & valet bene diſpoſitis ad gratiam & deuotionem. Impinguaſti. ergo &c.

¶Tertia inunctio, eſt ſacramentum ſpeciale §.3. vnum ex. 7. de quo Iaco. apoſtolus in canonica ſua. c. 5. Infirmatur quis in uobis: inducat præsbyteros de eccleſia qui orent pro eo, ungentes eum oleo ſancto: & oratio alleui abit infirmum. Et hoc dicitur oleum infirmorum quod datur infirmis ad mortem qui peruenerunt ad uſum rationis. Nam cum detur contra reliquias peccatorum tollendas & baptizati ante uſum rationis non poſſunt peccare: ut dicitur. 15. q. 1. Originale autem ſit eis dimiſſum per baptiſmum, ideo non congruit, paruulis. Sumitur autem effectus huius ſacramenti, quod nõ eſt dandũ niſi per ſacerdotes ex proprietate materiæ eius: quæ eſt oleũ. Nã primo, oleũ eſt medicinale, & ſic ſanitatis inductiuum quod ſit remota infirmitate. Vnde in figuram Samaritanus in uulneribus faucia ti ad ſanandum infudit oleum. Luc. 10. Hoc igitur ſacramentum deuote ſumptum auget gratiam quæ eſt ſanitas animę: quinimmo ẽt aliquando tollit infirmitatem corporis paulatim uires reparando. qñ ſi quis debet de infirmitate euadere: etſi proficit ſaluti animæ, qđ eſt principaliter querendum. Sed etſi mori debẽt: nõ tñ ex ſumptione ſacr̃i huius acceleratur mors: ut quibuſdã fatuis uideꝝ. Nec debet expectari ad ultimũ qñ nullum ſenſum & deuotionẽ habere põt: quãuis ẽt & freneticis & alienatis a ſenſu dari poſſit & debeat: etiã retinẽtibus dũmodo ſit pœnitẽs: & ſacramẽta petierit ſaltẽ in generali: uel appareat ſignapœnitẽtię in eo: etſi loquelã amiſerit, nec ĩ ali quo notorio mortali inueniat tamẽ quãto cũ maiori deuotiõe ſuſcipiẽt: tanto maiorẽ fructũ inde recipit. Ideo aũt fiũt inũctiones in oibus organis ſenſuũ in oculis: naribus: a uribus: labijs: manibus: pedibus: renibus: quia ſenſus ſunt prima principia peccatorum: quaſi por-

tæ quibus vitia ingrediuntur ad animam. Et in pedibus datur propter vim motiuã, in renibus seu spatulis loco renum propter concupiscibilem. Et quia sensus omnes sunt in capite, apte dici potest impinguasti in oleũ caput meum, nam plures ibi fiunt etsi non omnes. Sicut enim oleum materiale impinguat seu facit cibum sapidum & delectabilem, ita istud sacramentum extremæ vnctionis facit mentem pinguem deuotione & lætitia spirituali psal. vt exhilaret faciem in oleo. Nam secundum Tho. in 4. datur ad tollendum reliquias peccatorũ quæ sunt quædam hebetudo mentis relicta ex peccatis circa diuina & remissio affectus circa cęlestẽ gloriã, & inordinatus amor circa terrena & vitã temporalem, & sic circa Deũ in multis non apparet talis effectus, & hoc quia non bene contriti vel cõfessi suscipiunt, vel quia nõ debita deuotione & præparatione. Et quia gratia confertur, in isto sicut in aliis sacramentis quæ valet ad remissionẽ peccatorũ, ideo etiã per ipsum remittuntur peccata & venialia plus & minus, ſm deuotionẽ suscipiẽtis, & mortalia quæ scilicet quis ignorat vel de eis erat attritus, etsi nõ cõtritus p cõfessionẽ, si tamẽ nõ ponat obstaculũ ipsi gratiæ sacramẽtali fixus manẽdo in aliquo mortali sicut oleũ est purgatiuũ macularũ nõ quidẽ per se, sed mixtũ cũ cinere, vt in sapone qui fit de oleo & cinere, sic extrema vnctio cũ cõpũctione sumpta purgat maculas. Secundo oleũ est pugillũ inungitiuum. Vnde reges in nouo & veteri testamẽto inunguntur, vt patet de Saule, Dauid, Iesu & aliis & hoc insignũ victoriç, vnde & oliua defertur ad denunciandũ victoriã. Sed & apud ethnicos pugiles inungebãtur vt aptiores essent ad pugnã, & hoc cõgruit effectui huius sacramẽti. Nã in morte cũ datur istud sacramentum instat maximũ bellũ dæmonũ cõtra animam. Vnde in figurã dictũ fuit primo serpẽti antiquo Gene. 3. Tu insidiaberis calcaneo eius scilicet mulieris id est animę. Calcaneus qui est finis corporis significat finẽ vitæ cui diabolus insidiatur scit enim nõ sibi super eẽ tẽpus postea ad tentandum, adeo hoc est vniuersale vt ad Christum diabolus accederet in cruce, vt si qd in eo posset inuenire. Propter qd dixit Ioã. 14. c. Venit princeps mundi huius scilicet diabolus & in me nõ habet quicquã id est non inueniet quicquam peccati vt exponit, Greg. Tentat autẽ maxime de fide vel desperatione, vel taciturnitate peccatorũ, & ideo est vtile istud sacramentũ, quia ex eo recipit fortitudo cõtra tẽtationes diaboli. Beato Martino sanctissimo apparuit diabolus in morte si forte ad aliquod vitiũ inducere posset. Sed etiã quam citius cognoscens eũ Martinus ait. Quid hic agis crueta bestia nihil in me reperiet inimicus, sed sinus Abrahę me suscipiet. Istud sacramentũ valet ad robur cõtra diabolica bella. Tertio oleũ est diffusiuũ. Canti. 1. Oleum effusum nomẽ eius Mirabiliter enim penetrat & dilatat, sicut patet cũ cadit super pannũ multũ dilatatur macula eius, si istud sacramẽtum cum deuote suscipitur dilatat desideriũ ad amorem supernæ gloriç, vt dicere valeat cũ Apostolo ad Phil. 1. Cupio dissolui & esse cũ Christo. Et ponit Albertus Mag. qd beata uirgo Maria in morte se fecerit inungi, sicut etiã cõmunicauit, & hoc nõ quia indigeret cũ nullum peccatum etiã veniale nec reliquię peccati essent in ea, sed vt præberet fidelibus in omnibus exemplum humilitatis & vitæ christianę, & sic Deus impinguat deuotione & augmento gratiæ suscipientem istud sacramentum.

Dist. 23. q. 2. ar. j.

¶ *De matrimonio.* *Cap.* 9.

QVia de sacramẽto matrimonii dictũ est supra diffuse in 1. tit. scilicet da coniugatis & per modũ prædicationis & per modũ doctrinæ, ideo breuissime aliqua de hoc ponẽtur. Et ad hoc põt induci illud psal. 106. Fecerũt fructum natiuitatis, & benedixit eis & multiplicati sunt nimis, & loquitur psal. de filii Israel qui figurabãt fideles ecclesię. Fideles. nãq; isti faciunt fructũ natiuitatis & Deꝰ bñdicit & multiplicat. ¶ Vbi sciendũ quòd fructus qui nascitur ex hominibus sunt filiis eorum, vnde Elisabeth dixit ad Mariam, benedictus fructus vẽtris tui. Lucæ 1. Sicut naturaliter ex terra fructus non nascitur nisi ex semine in ea iacta to Deo tamẽ operante, sic filii non nascuntur nisi ex semine viri Dei virtute, excepto filio virginis, qui non ex virili semine, sed mystico spiramine, conceptus & natus est. Vnde Hiero. contra Ruffinum ait. Recepit terra ideo vulua quòd suum est, semen viri receptũ refouet & confotum corporat, corporatũ in mẽbra distinguit, & inter illas stricti vẽtris angustias Dei manus semper operatur idemq; est corporis creator & animæ. Noli despicere bonitatẽ figuli, qui te fecit plasmauit, vt volunt ipsa Dei virtus, & sapientia q in vtero virginis ædificauit sibi domum, dist. 55. nasci. Faciunt ergo fructũ vir & mulier carnali copula, sed nõ fructũ natiuitatem id est naturalẽ nõ degenerẽ, vt exponit glo.

Filij fructibus cõparãtur.

glo. faciunt nisi legitime id est per matrimonium copulati. Naturale enim dicimus quod est secundum rationem naturalem vt copula coniugalis non fornicaria vel adulterina. Vt enim dicitur dist. 56. si gēs. Si spretis legalibus connubiis adulterando & luxuriando homines fædam vitam duxerint de tali commixtione meretricum æstimandum est degeneres populos & ignobiles libidine furentes fore procreandos. Istæ ergo est fructus natiui tatis, & secundum rationem naturalem qui sequitur ex sacramento coniugii scilicet coniugati benedicuntur & multiplicantur, & a Deo quidem sunt benedicti prout matrimonium est in officium & remedium, & multiplicati in bonis naturalibus id est in filiis. Nā vt dicitur Gen. 1. masculum & fœminā creauit eos scilicet Deus, & benedixit eis & ait. Crescite & multiplicamini. Vnde & Hiero. dicit quod nuptiæ replent terram scilicet filiis. Et tunc matrimonium solum erat in officium scilicet procreandi nulla enim concupiscentia vrgebātur, nec tamen Adam cognouit Euam nisi eiectus de paradiso in terram istam habitabilem quę ab eis impleta est filiis. Post diluuium autem cum remansissent solum Noe cum tribus filiis & vxores eorum Deus etiam benedixit dicēs. Crescite & multiplicamini & replete terram Gen. 9. c. & factum est. Nam ex filiis Sem impleta est Asia, ex filiis Iaphet Europa, & ex filiis Cham Africa. Et matrimonium erat non solum in officium, sed etiam in remedium contra concupiscētiam propter quod ait Apostolus. Propter fornicationē, scilicet vitādam, vnusq; habeat suam 1. Cor. 7. scilicet vxorem. ¶ Secundo sunt a Christo benedicti coniugati, in quantum coniugium est ecclesiæ sacramentum institutum a Christo scilicet vt sit ecclesiæ sacramentum, sicut & omnia alia sacramenta instituit. Benedixit autem sua præsentia & miraculo decorando conuertendo aquā in vinum in nuptijs in Chana Galileæ celebratis Io. 2 Sacramentum autem est sacræ rei signum. Significat autem coniugium duplicem rem sacram. Nam coniuncto animorum quę in contractu per verba de præsenti, per quæ vnus consentit in alium significat coniunctionem animę fidelis cū Christo per charitatē, & quia ista coniunctio separari potest, cum scilicet anima recedit a Deo per peccatū hinc est q̄ matrimoniū hoc significās separari pōt totaliter per ingressum religionis nō aliter. Coniunctio autē per carnalē copulā significat coniūctionē Christi cum ecclesia per assumptionem humanitatis, & qa Dei filius post q̄ naturā nostrā assumpsit nunquā dimisit nec ēt in morte, qa diuinitas erat cū corpore in sepulchro, & cū anima i limbo licēt corpus & anima realiter ab inuicē essent separata, ideo matrimoniū consummatū nullo casu pōt dissolui quo ad vinculū etsi quo ad thorum. Vnde Apostolus ait. Hoc āt dico magnū sacrm in Christo ecclesia. Declarauit istud dominus Iesus quādo interrogātibus ipsum iudæis si liceret dimittere vxorem quacunq; ex causa respōdit. Nonne legistis q̄ qui fecit ab initio masculū & fœminā, dixit per Adā. Propter hoc relinquet homo patrē & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna id est ad procreandū vnā carnē id est filiū ergo quos Deus coniunxit homo nō separet. Et Matth. 19. benedixit ergo Christus talē statum inquantū in eo iusudit gratiā prout est sacrm ecclesię ab eo institutū. Huius effectus gratiæ est vt sciat vnusquisq; vas suum id est uxorem in honorē possidere nō i passione de fidelii, sicut & gētes q̄ ignorāt Deū. Ad Ephe. 4. vt vir sit cōtentus sua vxore & eam honeste cognoscat, & ex hoc multiplicant boni fideles viuēdo virtuose. ¶ Tertio benedicunt a sacerdote, in missa deputata ad hoc ante consumptionē matrimonii, si tamē nō sunt bigami, nam sacerdos benedicēs secūdas nuptias punit, extra de secun. nup. c. 1. Nec p religiosos pōt fieri talis benedictio cōiugalis, nisi de licētia proprii parochialis sacerdotis vel episcopi vel nisi ipsi essent curati quo ad populū suū, alias incideret in sententiā excōmunicationi, a qua cita fedē apostolicā absolui non possent extra de priuil. c. religiosi, in cle. Multiplicant etiā boni cōiugati in bonis tēporalibus quo ad vitā ciuilem. Nā vir in sęculo quo ad regimen domus & corporis sui, nō ita bene sibi potest prouidere circa suppellectilem, & mulier sine viro etiam in exterioribus non sufficit sibi, sed vir eam dirigit. Sequuntur & commoda multa ex affinitate & cōsanguinitate vtriusque, & amicitia multiplicatur. Notandū secundum Augustin. in libro de ciui. Dei & 35. quęst. 1. cum igitur, quod copulatio maris & fœminę quantū attinet ad genus humanum quoddam seminarium est charitatis. Cęlestis vero ciuitas opus habet vt noxam generationis euadat id est vt a peccato originali, quod per generationem contrahitur, emundetur vt ad cælestem ciuitatem homo perueniat, vt exponit. glo. Et quòd personę non consanguineis: sed extraneis coniunguntur in matrimonio. Dicit id ē

Aug.

Augu esse factum ad augẽdum & dilatandũ charitatem in plures, vnde dicit in d.cap. Habita est certissima ratio charitatis, vt homines quibus esset vtilis atque honestissima cõcordia, diuersarum necessitudinum vinculis necterentur, nec vnus in vno haberet multas: sed singulæ spargeretur in singulos, ac si ad socialem vitam diligentius plurimę plurimos obtinerent, pater quippe & socer duarũ sunt necessitudinum nomina. Dum ergo quis habet alium patrem, alium socerum numerosius se charitas porrigit. Hæc ibi.

¶ De conuersatione coniugatorum, quomodo se habebant habere ad inuicem. Sciẽdum quòd quamuis ad actum coniugalem vir, & vxor non ad imparia iudicent, tamen in aliis vir est caput mulieris, & maxime in gubernatione domus. 33.q.5. manifestum, & cap. noluit. Et vt dicit Rober. Holcot super li. sap. debet vxor regi mãsuete, corrigi, secrete, diligi cõplete. ¶ Primo enim debet vxor regi mãsuete non cum tyrannide austeritatis aut rigore, & verbis non verberibus, amore & non timore, dulcedine non amaritudine, ad Col. 3. Nolite esse amari ad illas, dicit Apostolus viris. Vnde prima mulier formata est nõ de pede, quia nõ debet esse ancilla, nec de capite, quia non debet esse domina, sed de latere tanquã socia viro suo, vt notat magister in secun. sen ten. & debet sibi prouidere sufficienter, alias peccat nisi hoc ageret ex impotentia, ipsa tamẽ non potest facere eleemosynam notabilem sine licentia viri, nisi haberet paraphernalia, vel artem multum lucrosam, vt habes supra in secunda parte titulo primo, capitul. de furto. Item secundum Guil. si haberet filios de priori matrimonio, qui non haberent aliquam actionem contra ipsam matrem non posset aliquid eis dare contra prohibitionem mariti. Sed si haberent actionem contra matrem, vt quia obligata est eos alere, cum sint impuberes, vel ambo coniuges possident bona illorum, vel alia iusta causa maritus quidẽ tenetur eos alere, quia mater cum suis oneribus ad maritum transiuit secundum quorundam consuetudinem. Sed tamen quia maritus habet administrationem vxoris contra illius prohibitionem non debet eos alere, nisi in extrema necessitate, potest tamen procurare quòd maritus ad hoc per iudicẽ compellatur. Hęc Guil. Item si vxor habens virum prodigum celat de bonis communibus, quæ habet cum viros aliquid sibi si facit bona fide vt sibi & viro vel familię loco & tẽpore prouideat, quia ea vir suus male consumeret, secundum Guil. non peccat, nec tenetur obedire viro si prohibeat, scilicet celationem, aut si sibi tradi petat. ¶ Secundo modo debet corrigere secrete non cum confusione & verecũdia publice vel contemptibiter. In hoc solent viri multum offendere dicendo eis contumelias cum verbis turpibus, sed econuerso ipsæ vxores offendunt non reuerendo viros & suscipiendo correctiones: sed superbe respondẽdo & contendendo. Debent nihilominus & ipsæ mulieres reprehendere viros suos quando vident eos errare, sed cum humilitate & quando credunt eos audire & corrigi & non scandalizari. Potest etiam vir non solum verbis sed etiam aliquando verberibus corrigere vxorem secundum qualitatem defectus nõ tamen ita atrociter quòd mutilet ei aliquod membrum vel faciat eam grauiter infirmari, & multo minus licet occidere, etiam in adulterio deprehensam. Vnde etiam tali occidenti vxorem iniungitur maior pœnitentia in iure canonico quam matricidę. 33.q.2. admonere. Et hoc ideo non quia sit maius peccatum, vxoricidium quã matricidium: sed quia maior pronitas est in homine ad vxoricidium q̃ matricidium, secundum Thom. & Richar. in 4. nec excusaretur talis a peccato si leges secundum Guil. non peccat, nec tenetur obedire viro si prohibeat, scilicet celationem, aut si sibi tradi petat. ¶ Secundo modo debet corrigere secrete non cum confusione & verecũdia publice vel contemptibiter. In hoc solent viri multum offendere dicendo eis contumelias cum verbis turpibus, sed econuerso ipsæ vxores offendunt non reuerendo viros & suscipiendo correctiones: sed superbe respondẽdo & contendendo. Debent nihilominus & ipsæ mulieres reprehendere viros suos quando vident eos errare, sed cum humilitate & quando credunt eos audire & corrigi & non scandalizari. Potest etiam vir non solum verbis sed etiam aliquando verberibus corrigere vxorem secundum qualitatem defectus nõ tamen ita atrociter quòd mutilet ei aliquod membrum vel faciat eam grauiter infirmari, & multo minus licet occidere, etiam in adulterio deprehensam. Vnde etiam tali occidenti vxorem iniungitur maior pœnitentia in iure canonico quam matricidę. 33.q.2. admonere. Et hoc ideo non quia sit maius peccatum, vxoricidium quã matricidium: sed quia maior pronitas est in homine ad vxoricidium q̃ matricidium, secundum Thom. & Richar. in 4. nec excusaretur talis a peccato si leges secundum lares hoc permitterent. ¶ Tertio debet diligii complete seu perfectè, iuxta illud Apostoli, diligete vxores vestras sicut Christus dilexit ecclesiam, & econuerso vxor virum, nec. n. debent habere amorem zelotipum ad alterum, quia ex hoc oriuntur postea malæ insidiæ & malæ suspitiões, & falsa iudicia, & multa scandala, & diabolica opera, vbi innumera peccata & grauia committuntur & damnatẽporalia sequuntur. Et ipsæ amor inordinatus est peccatum mortale, si Deo pręponeretur, ita quòd paratus sit transgredi diuina præcepta vt complaceat cõiugi suæ siue amori amicitiæ, vt Adam consentiens Euæ, siue amore concupiscentiæ vt multi quotidie faciũt. Vnde Hiero. dicit allegãs Sextum Phi. quod omnis adulter est in vxorem suam amator ardẽtior. 32.q.4. origo, & in his habet potestatem dæmonium, vt dixit Raphael Tobię, & patuit exemplũ in septem viris Saræ vxoris Tobię. Tob. 3. Item nec debet habere amorem remissum, vt scilicet non curet alter de altero quòd adulteret. Vnde & ille mulieres fatuæ quæ dant licentiam viris ad remota euntibus quòd se impediant cum aliis fœminis mortaliter peccant. Similiter ille quę permittunt vel cum ancillis earum vrl aliis fœminis viros turpiter agere & non impediunt quantũ

De mutuę cõiugũ repræsentatione.

Mutuę cõiugũ dilectio.

possunt. Similiter viri qui permittunt vxores vti nimis vanitatibus & adornatibus, & ire ad loca dissolutionibus plena sine causa, non sunt immunes a culpa. Debet autem vterq; habere amorem & curã ad filios educandum secundum Deum & informandum secũdum bonos mores arti. 23.q.4.duo sunt. Quid sit matrimonium diffinitiue,& vtrum conferat gratiam sicut alia sacramenta vide suprà tit.1. huius tertiæ partis c.2.

§.2. Mrimoniũ quid sit.

¶Sciendum quòd matrimonium in lege ciuili canonizata 27.q.2.§.1.sic diffinitur.Matrimonium est viri & mulieris coniunctio individuam vitæ consuetudinem retinens. Viri & mulieris dicitur ad differentiam coniunctionis brutorum & sodomitarum vbi masculi in masculos & fœminæ in fœminis turpitudinem operantur. In singulari etiam dicitur viri & mulieris, quia nunquam licuit fœminæ habere plures viros, nec in hoc vnquam dispensauit Deus, nec vlli viro licuit plures vxores habere, nisi ex Dei dispẽsatione,extra de diuor.c.gaudemus, in quo dispensati sunt plures patres veteris testamenti, vt Abraham erga duas. Iacob erga quatuor. Dauid erga plures,& hoc ad dilatandum Dei cultũ, qui solum vere seruabatur in familia eorum patrum,aliis ad idolatriam declinantibus.Multiplicabatur autem Dei cultus per multiplicationem carnalem prolis illorum, tum etiã ad designandum ecclesiæ mysteria, scilicet q̃ Christus deberet sibi desponsare ecclesiã non solum vnam vnitate fidei & dilectionis, sed plures respectu diuersitatis locorum & rituũ. Vnde assumpti sunt & in quibus etiam in fide conuersantur. Nã alii vocati ex iudaismo, alii ex gentilitate, & alios ritus habet ecclesia orientalis,alios occidentalis. Coniunctio dicitur, quia vbiq; matrimonium quantum ad perfectionem eius essentialẽ efficitur per coniunctionem animorum, scilicet consensuum per verba expressorum, etiam absq; coniunctione corporum 27.q.2.sufficiat,ipsa tamen copula carnalis addit quantum ad perfectionem significationis, quia significat perfectius coniunctionem Christi cum ecclesia, & deitatis cum humanitate indiuisibilem sicut matrimonium consummatum est inseparabile, sed matrimonium ratificatum per verba de præsenti & non consummatum est separabile,puta per ingressum religionis & significat vnionẽ animæ fidelis cum Deo per dilectionem,quæ tñ ab eo sæpe per peccatum mortale separatur in presenti, in vita autem beata vbi consummatum est matrimonium istud nunquàm potest separari. Dicit etiam Pet. de Pal. in 4. quòd coniunctio quę est essentia matrimonii, non est corporum cum illa sequatur nec fuit in Maria & Ioseph, vbi fuit verum matrimonium, nec consensus præcedens cũ illa sit causa efficiens extrinseca, sed coniunctio ligaminis media quam Deus efficit,sicut & cætera quæ sunt tres & sacramentum in aliis sacramentis, ad quam consensus disponit,sicut aqua & verba ad baptismi characterem. Addit magister sententiarum ad dictam diffinitionem maritalis,quod dicitur ad differentiam cõcubinatus, qui etiam si duraret vsq; ad mortem & fidem sibi seruarent, non est matrimonium sed fornicatio. Nec obstat q̃ Abraham Isaac, & Iacob & Dauid dicuntur habuisse concubinas, & tamen non fornicarie,sed licite fuisse eis vsos,nam fœmine ille aliquando vxores dicuntur in scriptura,aliquando concubinæ.Vxores quidem inquantũ cognoscebantur vxoris affectu & consensu maritali, seu quantum ad debitum coniugale. Concubinæ autem dicuntur quãtum ad regimen domus & gubernationem familiæ, quia non erant principales in hoc, sed vna scilicet persona aliæ vt obsecundantes, secundum Nicol.de Ly. super Gen. Sequitur in diffinitione, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, ideſt, q̃ intelligatur secundum propositum & debitum, quia debẽt esse illius propositi q̃ nunquam diuidatur, secundum Hostien. Vnde non debent disrumpere coniugalis compaginis vnitatem 1. q.4. cap. fœminæ. Sicut Imperator dicitur Augustus quoad propositum, certum est tamen quòd quandoq; matrimonium diuiditur, & princeps nõ semper auget Imperium vt Constantinus, de cuius donatione propter hoc est dubium. Dicit Pet.in 4.Vitæ dicitur,quia mors omnia soluit,mortuo enim viro mulier soluta est a lege viri, vt dicit Apost. 1. Corinth. 7. Sed eo viuente sine eo non potest orare, ita scilicet quòd propter hoc exigenti debitum deneget, nec vouere, & econuerso, vir sine vxore quo scilicet ad castitatem,in quo nõ ad imparia iudicantur. Vndesi coniugarus mortuus resuscitaretur,vt Lazarus,quę erat vxor eius non esset amplius vxor nisi iterum & de nouo contrahendo. Et quia quoddam matrimonium spirituale est inter prælatum & ecclesiam suam,quod finitur morte,ideo dicendum de huiusmodi,hoc est,si plebanus prior vel episcopus mortuus suscitatur, oportet q̃ de nouo eligatur in ista prælatura secundum Pet. de Pal. in 4.& idem dicit de religioso resuscidist. 26.

fuſcitato, quòd non eſt obligatus religioni. Fuit autem matrimonium inſtitutum a Deo, diſt. 26. deinde, in paradiſo terreſtri dicente Adam ex inſtinctu ſpiritusſancti. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Gen. 2. c. Et ante peccatum quidem ſolum ad multiplicationem prolis, poſt peccatum etiam ad vitationem fornicationis 1. Corin. 7. Propter fornicationem ſcilicet vitandam vnuſquiſq; habeat ſuam &c. propter alias etiam cauſas contrahitur, ſed ille ſunt principales. Et dicitur matrimonium quaſi matris munium, id eſt officium, quia dat mulieribus eſſe matres, & licèt pater generationis ſit auctor & penè vxoris dominus 33. q. 5. §. hæc imago, tamen matrimonium plus aſcribitur matri, quàm patri, quoniam eius officium plus apparet in matre quàm officium viri. Nam ante partum onerosus in partu doloroſus, & poſt partum laborioſus ſibi noſcitur partus, extra de conuer. infide. ca. ex litteris.

§. 3. An matrimoniũ gratiã conferat.

¶ Nota quòd licèt iuriſtæ dicant quòd etiam magiſter ſenten. videatur dicere q̃ matrimonium large dicitur ſacramẽtum inquantum ſcilicet eſt ſignũ ſacratiſſimę rei, ſed non confertur in eo gratia ſicut in alijs. Thom. & Pet. de Palud. & alij Theolo. tenent communiter contrarium ſcilicet quòd ſibi conferatur gratia ad iſtum videlicet effectum, vt ſciat vnuſquiſq; vas ſuum poſſidere in honore, non in paſſione deſiderij, quod ſic intelligitur, quia habet minuere & refrenare concupiſcentiam non per hoc ſolum quòd ſatisfit concupiſcentiæ peractum coniugalem, quia iſtud eſt naturale, ſed per Dei gratiam ibi operantem ſm Ioan. Parien. vt ſcilicet ſit contentus coniuge ſua, & non feratur ad concupiſcentiam alterius, & magis amet cõſortem etiam turpiſſimam facie quàm alienam pulcherrimam. Quod autem in multis ſecus ſit hoc accidit, vel quia ponunt obſtaculum gratię ſacramentali, vel quia receptam non conſeruant vt in alijs ſacramentis. Eſt igitur proprie & ſtrictè ſacramentum. Omne enim ſenſibile a Deo inſtitutum in remedium contra peccatũ conferens gratiã ex operæ operato & ſignificans eam eſt ſacramentum nouæ legis. Sed omnia hæc conueniunt matrimonio, ergo de ſacramentum proprie & ſtrictè. Sed bene verum eſt quod habet minus de ſpiritualitate quàm alia & minor gratia confertur ſecundum Pet. de Pa. Imprimit autem matrimonium prout eſt ſacramentum nouę legis ornatum qui vocatur vinculum vel nexus quod non ſolũ eſt relatio rationis, ſed aliquid abſolutum diſponens ad gratiam qui ornatus nõ imprimitur in matrimonio contracto ante baptiſmum, ſicut nec etiam imprimeretur character diſponens ad gratiam in confirmato ante baptiſmum. Vnde infideles coniugati recepto baptiſmo, ſi de nouo contrahunt inter ſe vir & vxor, ſeu perſiſtunt in priſtino ſtatu & conſenſu, tunc imprimitur ille ornatus, & matrimonium eorum eſt ſacramẽtum nouæ legis, nam ante baptiſmum non erat perfectè ſacramentum, prout ſcilicet eſt cauſans gratiam, ſed erat matrimonium illud quidam contractus. Forma huius ſacramenti ſecundum Pet. de Pal. in 4. ſunt verba quę dicunt contrahentes, accipio te in meam &c. vel aliquid æquipollens expreſſiuum conſenſus per ſignum. Materia ſunt ipſi cõtrahentes. Nec diſtinguitur hæc materia in qua ſuſcipiens, & materia ex qua, ſicut in Euchariſtia & alijs, quia matrimonium eſt contractus perſonarum ſicut alij contractus ſunt contractus rerum in quibus contractibus res quæ transfertur per pactum ſunt materia, & expreſſio conſenſus forma. Vel poteſt dici quòd ſicut in Euchariſtia eſt duplex materia & duplex forma, vnum tamen ſacramentum, ſic & hic cum dicitur accipiam te in meam, ideſt do tibi meipſum in virum, eſt vna forma & vna materia ex qua ipſę qui loquitur vel corpus eius, & alia materia in qua eius obiectũ in quod tranſit cum dico. Hoc eſt corpus meum, & vlterius quando reſpondet mulier, accipio te in meum, ideſt do me tibi in vxorem eſt forma & materia ex qua loquens, & in qua recipiens. Et ſic diuerſis reſpectibus vnum eſt formale reſpectu alterius & aliud materiale. Quæ autem dicit ſacerdos cum benedicit nuptias eſt forma accidentalis, & non de ſubſtantia matrimonij ſm Auguſt. de Anch. Dicit etiam Thom. q̃ cum puella præ verecundia tacet parentibus eam viro tradentibus verba parentũ computantur, ac ſi eſſent puellæ, taciturnitas illa pro conſenſu habetur. Et hoc eſt uerum de filijs & filiabus reſpectu patris & matris tãtum ſcilicet quòd ipſis parentibus cõſentientibus filijs contrahitur matrimonium, ſed non ſic de alijs conſanguineis, vt extra de deſponſa. impub. cap. 1. lib. 6.

¶ *De pluralitate coniugij & eius diuortio. Cap.* 10.

DE pluralitate coniugij & eius diuortio videnda ſunt quatuor. ¶ Primum eſt q̃ mulieri nunquàm eodem tempore licuit habere

bere.plures viros ideſt maritos, nec in hoc Deus vnquam diſpenſauit.Secūdum eſt qđ viro nunquam licuit habere vno & eodem tē pore plures vxores de iure naturali communi ſed in hoc fuit aliquando a Deo diſpenſa tum in veteri teſtamento. Tertium eſt quod nunquam licuit viro dimittere vxorem legitimam quo ad uinculum,& aliam ducere, & econtrario mulieri dimittere virum & alterū ducere quod tamē fuit in lege Moyſi permiſ ſum.Quartum quòd licet in certis caſibus vi ro dimittere vxorem & vxori virum,non tamen quo ad vinculum,ſed quo ad negandū debitum,& quoad cohabitationem.

§.1. ¶Quantum ad primum ſcilicet nunquam licuit mulieri vno & eodem tempore habere, plures maritos.Pet.de Palu.in 4.diſtin.33.q. 1.ſic probat.Illud quod eſt contra ius naturale nunquam licuit niſi diſpēſante auctore naturę,ſed hoc eſt huiuſmodi, nec legitur Deū vnquam in hoc diſpenſaſſe, ergo &c. Quod autem ſi hoc contra ius naturale ſic probatur. Ius naturale dicit vel a natura generis,quod natura omnia animalia docuit, vt coniūctio maris & fæminę educatio filiorum, vel a natura ſpeciei vt eſt ius gentium, ſcilicet quod naturalis ratio apud homines conſtituit, vt puniri maleficia,vel a natura ſuperiori quod in lege & in Euang continetur,& illud quod eſt contra primum eſt proprie innaturale, & quod eſt contra ſecundum eſt inhumanum, & quod eſt contra tertium eſt peccatum, quia peccatum eſt tranſgreſſio legis diuinæ. Et ex hoc patet quomodo aliquid ſit contra naturam matrimonii,quia natura agit propter finem.Et triplicem finem habet matrimonium ſecundum triplex bonum eius. Nā inquantum eſt officium a natura generis habet pro fine procreationem prolis & educationem.Secundum inquantum eſt a natura ſpeciei habet pro fide fędus humanæ ſocietatis iuxta bonum fidei amicitiæ & communicationem in operibus ciuilibus. Inquantum, eſt ſacramentum habet pro fine repręſentatio nem incarnationis Chriſti, & ex hoc habent inſeparabilitatem.Pluralitas autem vxorem eſt contra ius naturale quantum ad finem ſecundum & tertium,non primum finem, ſed pluralitas virorum quo ad vnam vxorem, eſt magis contra ius quantum ad finem, quia cōtra omne ius,nam contra primum finem, ſcilicet generationem,quia licet mulier quando eſt impregnata aliquando impregnetur, tamen frequēter cauſatur aborſus. Vnde meretrices raro pariunt.Item eſt contra educationem prolis propter incertitudinem.Secundo eſt contra bonum fidei,quia magis contriſtantur viri propter fœminas quā econuerſo, etiam in brutis. Tertio contra bonum ſacramenti magis,quia Chriſtus non conſtat expluribus perſonis ſicut eccleſia.

¶Quantum ad ſecundum dicitur q nūquā licuit nec licet vni viro habere plures vxores, & hoc dicit expreſſe cap.gaudemus,de diuor. Et Iſid.diſt.34.Chriſtianis.nedum plurimas ſed nec duas ſimul licet habere vxores, ſed vnam tantum,& hoc niſi ex diuina diſpenſatione.Ratio huius eſt,quia hoc eſt contra ius naturale conſuetū(vt dictum eſt)Sed qūo fuit in veteri teſtamento,cum aliquibus patribus diſpenſatum,vt Abraham Iacob & huiuſmodi,eſt duplex modus dicendi,ſecundum Pet. de Pa.di.33.q.1.Dicunt.n.quidā q primi qui habuerunt plures vxores, non potuerunt cū ſecunda cubare viuente prima,niſi de conſenſu eius.Cuius rōnem aſſignat,qa duobus cōtrahentibus matrimonium inter ſe ſimpliciter vnus transfert totam poteſtatem corporis ſui in alterum.ſ.quoad actum coniugalē, pp quod ſine conſenſu eius non poteſt alteriobligare corpus ſuum,pōt aūt de conſenſu eiusex cauſa vt ſi eſſet ſterilis vxor,vt in Abraham factum eſt Gē.16.& recitatur.32.q.4.dixit.Sara,vel pp paucitatem humani generis multiplicandi in cultum Dei,vt Iacob qui quatuor habuit.Vñ Aug.Obijciuntur Iacob quatuor vxores qñ mos erat crimen non erat. Sic patriarchę coniugibus ſuſcipientibus ſemē ſuū miſcebantur, non concupiſcentia perficiendę uoluptatis, ſed prouidentia propagandæ ſobolis.32.quæſtione.4 obiiciuntur,& ſic voluntate Rachelis acceſſit ad Lyam,& de voluntate earum acceſſit ancillas earum proceſſu vero temporis mos inoleuit apud alios habere plures vxores de voluntate primę tacita vel expreſſa vel cōſuetudinem ſuper hoc obtenta.Nec videntur in hoc peccaſſe, aut qui iuſti,quia non eſt contra naturam, cum hoc facerent animo gignendi non laſciuiendi, nec contra legem, quia nondum prohibitum.Et quod Innocen.dicit in cap. gaudemus,de diuor.hoc non licuiſſe niſi ex diuina reuelatione alicui fuerit conceſſum, exponunt prędicti non de reuelatione quæ eſt, ſpecialis inſpiratio diuina ſed de interriori diſcretionis examine quo ſciuerunt ſancti patres quod pro multiplicatione humani generis licuit habere plures vxores & de conſenſu primæ.Sicut enim lex naturalis non eſt ſcripta in codice,ſed impreſſa a Deo in mente. Sic di

§.2. An licuit plures habere vxores.

Ius naturale vñ dicitur.

An licuit mulier plures hēre viros.

ctamen

ſtamen rationis quo ſcitur quo caſu lex non aſtringit, cum ſit quædam legis interpretatio poteſt dici diſpenſatio, & quia eſt menti impreſſa a Deo ideo dicitur diuina diſpenſatio. Sed alii dicunt ſecundum communem opinionem, quod nec de aſſenſu alterius nec propter ſterilitatem licuit vnquam vni uiro plures habere uxores niſi ex diuina diſpenſatione ſpeciali ſeu reuelatione. Primum patet quia nō plus iuris habet uir in uxorem quā vxor in virum quantum ad eſſentialia matrimonii. Nec plus indiget prole mulier quam vir, ſed nunquam de licētia uiri ſterilis licuit vxori accipere alterum virum, ergo nec econuerſo, licet ſit vnum grauis altero & innaturalius, tamen & hoc ſcilicet viris habere plures vxores eſt contra ius naturale commune quantum ad ſecundum & tertium finem matrimonii vt dictum eſt. Creditur autem cū prędictis ſanctis patribus per diuinam inſpirationem diſpēſatum, licèt non ſit ſcriptum. Sicut autem in tabulis cordis erat ſcripta iſta prohibitio de pluralitate vxorum non habenda non in codice, ſic ſufficiebat cordis diſpenſatio per diuinam inſpirationem abſque alia ſcriptura, & iſta eſt ſo. Inno. in dicto c. gaude mus, de diuor. quia nihil tam naturale eſt q̄ vnumquodq; diſſolui eo genere quo ligatū eſt. Vnde præceptum quod habet obligationē ex inſpiratione, ideſt de non habendo plures vxores, habet diſpenſationem ex ſola diſpenſatione, alias inſpiratione. Et quod primi exponunt decretales de diſpenſatione diuina, ideſt de dictamine rationis naturalis, non eſt ad mentem Inno. ſed exorta, & quod ſupra dixit. Aug. in cap. obiiciuntur, quando mos erat crimen non erat, exponit glo. mos, ſcilicet diuinas a Deo inſpiratus, ita quòd nō uult dicere quòd conſuetudinis ratione præciſe excuſarentur a peccato: ſed quia inſpiratione diuina erant diſpenſati. In noua autem lege nulli licet habere plures nec reperitur Deum diſpenſaſſe, nec Papa poſſet in hoc diſpenſare, etiam aſſentiente vxore ſterili, & propter bonum vnius regni, vt quia rex haberet vxorem ſterilem, ſic propter bonum tale licet ei diſpenſare in voto ſolemnizato in regione vt contrahat. Et aduertēdum quòd ante Abraham non fuit in hoc diſpēſatum, ſcilicet habere plures vxores. Vnde Lamech nō excuſatur ab adulterio qui duas habuit. Geneſ. 4. Nec Abraham vſq; ad Moyſen ſine inſpiratione ad patres, ſed non fuit diſpenſatū cum aliis a genere Abraham quia non diſpenſabatur ſolum propter multiplicationem ſobolis ante diluuium, & ſtatim poſt fuiſſet ceſſatum, ſed propter augmentum cultus diuini, quod erat non in aliis gentilibus circunciſis cum eſſent dediti idolatrię. Item a Moyſe vſque ad Chriſtum non ſolum licuit regibus ſed & ſacerdotibus, quia de vtraq; tribu erat Chriſtus naſciturus & Moyſes legiſlator non prohibuit, quod fecit in Helcana qui fuit ſub lege, nec tamē de tribu regali vel ſacerdotali, & habuit Annam & Fænennam. 1. Reg. 1. & Deut. 20. de vxore odioſa & dilecta, agendo, ſupponitur, tunc licitum habere plures vxores. In lege autem Euangelica nunquam licuit nec licebit nec Iudęis nec Saracenis nec aliis. Vnde Chriſtus reduxit matrimonium ad primam ſui inſtitutionem in paradiſo cū dixit. Matth. 19. Ab initio fuit ſic ſcilicet q̄ non liceret relinquere vnam vxorem & accipere aliam vel plures habere, relinquet homo &c. & adhærebit vxori ſuæ non dixit vxoribus in plurali, ſed in ſingulari, ſcilicet vnicæ. Et licet Imperator Valentinianus ſed Arrianus legem dederit, vt qui voluerit poſſet duas habere, vt ſenior & ipſæ cum Seuera q̄ habebat vxorem haberet & Iuſtinam quam mox duxit vxorem vt habetur in hiſtoria tripartita, lex illa nullius eſt momenti, quia cō tra legem Dei & canonicam. Vnde & nunciu re ciuili eum qui habet duas vxores comitatur infamia. C. ad l. Iul. de adul. Cum enim nunc multiplicatio cultus diuini ſit per generationem ſpiritualem non carnalem, ideo matrimonia reſtringuntur ad vnum, & non ampliantur. Habere autem plures vxores diuerſis temporibus priore mortua ſemper viro licuit, & econuerſo mulieri plures viros primo mortuo. Vnde Apoſtolus ad Gal. Mortuo viro cui vult nubat tantum in domino. Vnde & Abraham decrepitus mortua Sarra duxit Cethurā. Gē. 25. Et Anna mater virginis Mariæ habuit ſucceſſiue tres viros. Hinc & Aug. 31. q. 1. ait Deus maſculum & fęminam propagandi generis cauſa nuptiali caſtitate coniunxit, & ſecundas nuptias quæ in vtroque teſtamento permittuntur, licitas eſſe monſtrauit, & infrā. Contra humanæ verecundię ſenſum non audeo dicere, vt quotiens voluerint nubent nec ex meo corde quotashbet nuptias condemnare. Item Hierony. Non damno bigamos nec trigamos & ſi dici poteſt octogamos. 32. quæſt. 1. aperiantur. Quod ergo aliquando doctores videantur inuehere contra ſecundas nuptias, vt in ea. q. c. hac ratione, & ſequentibus, vt dicit Gra. in §. ſe. ad exhortationem vidualis continentiæ non ad condemnatio-

Diſpēſatio diuina.

Cur diſpēſabatur.

nationem ſecundarum nuptiarum & deinceps, intelligendum eſt eſſe dictum.

§.3. Ad licitũ fuit repudiũ

¶ Quantum ad tertium ſcilicet de repudianda vxore. Sciendum ſecundum Pet. de Pal. vbi ſupra q̃ nunquam licuit vxorem repudiare excepta cauſa fornicationis, & tunc quo ad thorum propter illud Matth. 19. Quos Deus coniunxit homo non ſeparet. Nec Abraham dimiſit Agar, nec Moyſes Ethiopiſſam niſi conſilio Dei, ſed tpe legis quantum ad impunitatem licebat viro dimittere vxorẽ & non econuerſo. Et hoc niſi duobus caſibus. Primus cum ſtuprum obiectum non probaſſet, ſecundus quando eam prius alius defloraverat. Deut. 22. Sed vtrum in repudiando vxorem Iudæi peccarent eſt duplex opinio. Aliqui dicebant quòd non fiebat abſq; peccato, & fuit comparatiua permiſſio ad vitandum maius malum, ſ. vxoricidium propter duritiam ergo Iudæorum permiſſum erat iſtud quòd nõ puniebatur in lege. Sed circa hoc ab his qui ſunt contrariæ opinionis ſic obijcitur. Lex vetus etſi imperfecta erat inquantum gratiam nõ miniſtrabat ad iuuandum implere ipſam tamen complete oſtendebat peccatum, quod debebat vitari. Sed cum nullibi in ſcriptura veteris teſtamenti tale repudium reprehendatur ſi peccatum fuiſſet, lex illa defeciſſet, quæ illud permittebat, nec malum eſſe oſtendebat. Sed ad hoc reſpondet Nicolaus de Lyra ſuper Deut. dicens q̃ aliquid eſſe illicitum quod lex permittebat dupliciter oſtendebatur. Vno modo quia per aliquam prophetiam reprehendebatur, & iſto modo vſura permiſſa in lege oſtenditur illicita dicente pſal. 14. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. Et Ezechiel etiam tangit. Alio modo per cõmunem bonorum obſeruationem. Cum. n. conſuetudo ſit optima legũ interpres, & conſuetudo ſit bonus vſus non abuſus, quia non reperitur in veteri teſtamento aliquem ſanctorum vxorẽ repudiaſſe, niſi a Deo inſpiratus ſpecialiter, ſicut Abrahã de Agar, & Moyſes de Aethiopiſſa, & ideo per iſtum modum oſtenditur fuiſſe malum tale repudium, & ſic concludit Nicolaus de Lyra. Sed Pet. de Pal. dicit q̃ iſta opi. magis concordat verbis Euangelij Matth. 19. vbi Chriſtus dixit q̃ Moyſes pp duriciam cordis permiſit repudium &c. Sed alia opi. quæ dicit q̃ non erat peccatum, aſſerit q̃ videtur melior, quia illud fiebat auctoritate legis Dei quę omne mortale prohibebat etſi nõ cohibebat, aliàs imperfecta fuiſſet lex quę de omnibus actibus virtutum ferebatur neceſſariis ad ſalutem, iure autem ciuili olim ſine cauſa ad libitum fiebat diuortium, vtroq; vel altero uolente ut libera eſſet a matrimonio. Et licèt iure nouo puniatur, qui ſine iuſta cauſa repudiat, tamen ſecundum illud ius ſoluitur matrimonium. C. de diuor. l. ſi. Et quia hoc eſt contra legem canonicam immo & diuinam 32. q. 5. ille autem §. cum ergo, cum cap. ſequen. ideo illa lex ciuilis irrita eſt, nec ſeruanda, quia eſſet mortale peccatum. Dato autem libello repudij tempore legis Moſaycæ durantis, licebat viro ducere aliam, quia & ante diuortiũ licebat vxori, at non ſic iure poli, quia uinculum manebat. Sed quia ante nouam legem in matrimonio non fuit vinculum, quod eſſe aliquid reale abſolutum, igitur per repudium videbatur magis ſolutum uinculum, & per continens licitum cõiugium etiam mulieri, quia ſacerdoti prohibitum erat ducere vxorem viduam vel repudiatam, & per conſequens alteri nubere erat illi conceſſum quod non eſſet, ſi illa eſſet vxor primi quia vxorem alterius ducere nulla lege etiam apud gentiles fuit licitum, vt patet Gen. 29. de Pharaone & Abimelech, poſtquam autem vir repudiauerat vxorem non poterat illam ſibi reconciliare & reaſſumere ſibi, ſi illa iam contraxiſſet cum altero, vt patet Hiere. 7. niſi eo mortuo. Sed ſi non cõtraxiſſet adhuc cum alio verius eſt quòd poterat illam ſibi reaſſumere, licèt aliqui contrarium dicant. Forma autem libelli repudij qui dabatur vxori, ſecundum Ioſephum erat. Promitto tibi quòd non amplius conueniam tecum.

Forma libelli repudij.

¶ *De ſacramentis in genere per modum doctrinæ, de numero eorum, de inſtitutione & de effectu.* *Cap.* 11.

QVia miſſa ordinatur ad confectionem ſacramentorum, quæ eſt maximum ſacramentorum de qua multa dicta ſunt, ti. 13. c. 6. per totum, & adhuc aliqua dicẽtur immediate poſt illud. In miſſa etiam conferuntur ordines, vbi datur poteſtas adminiſtrandi ſacramenta, conſecrant etiam materiæ aliquorum ſacramentorum ideo poſt tractatum de miſſa dicendum eſt de ſacramentis eccleſiæ, quæ ſunt ſeptem figurata per ſeptem panes quibus Chriſtus pauit & ſatiauit turbas. Ioã. 6. & ſic pauperes, ſcilicet Spiritu, viduæ, ideſt eccleſiæ filij ſaturantur panibus ſacramentorum. Et ſicut cibus reſtauras deperditum in homine ſumente & inducit augmẽtum, cum eſt in ſtatu augmenti, ſic ſacramenta tollunt

defectus

defectus ſpirituales & inducunt augmetum ſpirituale.ſ. virtutum, ſunt autem in homine ſeptem defectus, tres culpæ.ſ. peccatum originale, mortale, & veniale, quatuor pœnæ.ſ. ignorantia: mala concupiſcentia: malitia,& infirmitas. Baptiſmus eſt cõtra originale, pœnitẽtia contra mortale, extrema unctio cõtra veniale, ordo contra ignorantiam, eucharistia contra malitiam, matrimonium contra concupiſcentiam, confirmatio contra infirmitatem. Item baptiſmus adauget fidem. extrema vnctio ſpem, eucharistia charitatem, ordo prudentiam, pœnitentia iuſtitiam, confirmatio fortitudinem, matrimonium temperantiam. Pet.& Rich. Iſta tamen potius eſt quædam adaptatio quam perfecta ratio ſufficientiæ. Quid autem ſit ſacramentum dicit Magiſter ſent.in 4.diſtinct.1.q eſt ſacræ rei ſignum, quæ diffinitio conuenit & eſt communis ſacramentis veteris & nouæ legis. Et Pet.de Pa.ſic declarat eam. Primo dicitur ſacræ rei.i ſacrans actu.i.adhibita ad ſacrandum ſpiritualiter propter quod nec ſerpens æneus poteſt dici ſacramentum: quia adhibebatur ſolum ad curam corporalẽ, nec crux Chriſti quæ eſt ad repræſentandum tantum, nec creaturæ quæ ſunt veſtigium Dei: poſſunt dici ſacramentum. Secundo additur rei, quia in ſacramento ſunt tria.ſ.aliquid quod eſt ſacramentum tantum vt ſignum exterius, ſignans & nõ ſignatum, vt aqua in baptiſmo. Aliud quod eſt res tantum vltra non ſignans aliud: ſed ſignata vt gratia. Aliud quod eſt medium.ſ.res & ſacramentum.ſ.ſignatum a primo ſignans aliud, vt character vel ornatus gratiæ reſpectu huiuſmodi. Tertio ponitur ſignum. Sũt autem tria genera ſignorum.ſ. demonſtratiuum rememorationem & pronoſticum, vt demonſtratiuum ſit reſpectu rei preſentes, rememoratiuum reſpectu preteriti. pronoſticum reſpectu futuri. Et ſacramentum dicitur rememoratiuum quantum ad cauſam quam rememorat.ſ. Chriſti paſſionẽ. Demonſtratiuum quantum ad effectum quẽ actu facit: quia ſanctificat. Et pronoſticũ quantum ad finẽ ad quem ordinat.ſ. futuram gloriam. Sed reſtringendo diffinitionem ſacramenti ad ſacramenta nouę legis tantum, quæ ſola ſunt perfecta ſacramenta, oportet addere, vt dicit ipſe Magiſter ſen. ad prædicta hoc. ſ. vt eius ſimilitudinem gerat & cauſa exiſtat. Vbi ſciendum quòd ſicut ſanum dicitur tripliciter.ſ. de habente efficiente & ſignante ſanitatem, vt puta de animali medicina & vrina, & ſic ſacramentum dicitur de habente formaliter & eſſentialiter ſanctitatem, ut de eucharistia continente ſanctum ſanctorum. Item de ſignante & efficiente ſimul non tñ habente, ſicut de cęteris ſacramentis nuuę legis. Item de efficiente tantum, & ſic incarnatio & paſſio & huiuſmodi dicitur ſacramentum. Item de ſignante tantum, vt de ſacramentis veteris legis. Eſt autem ſacramentum nouæ legis cauſa gratiæ & ſalutem operatur per ſe: licèt per accidens in ponente obicem impediatur: & ſic etiam intelligitur alia diffinitio.ſ. Sacramentũ eſt in quo ſub tegumento rerum viſibiliũ diuina virtus ſecretius ſalutem operatur. Pe.& habetur 1.q.1. multi, Et dicitur ſacramentum actiue a ſacrando ſicut ornamentum ab ornando. Sanant aũt ſacramenta effectiue quodammodo: quia diſpoſitiue: gratia aũt formaliter: & ideo non ſunt ſuperflua: ſicut nec medicinę quæ ſanant inſtrumentaliter: ſuperfluunt animali quod ſanatur formaliter per ſanitatem.

Sacrm quid ſit.

Tho. in 3.par.q. 9.ar.3.

vbi ſup. arti.1.

Alia diffinitio.

¶ Quomodo autem dicantur ſacramenta eſſe cauſa gratiæ. Sciendum quòd circa hoc eſt duplex opinio ſolemnis, quidam enim dicũt q̃ ſunt cauſa tantum: ſine qua non confertur gratia: quia ex diuina pactione vel ordinatione ſic fit quod recipiens ſacramentum: recipit gratiam niſi ponat obicẽ: & recipit gratiam non a ſacramẽto ſed a Deo, ita nulla virtus cauſatiua gratiæ nec characteris vel diſpoſitionis ſiue ornatus exiſtentis in anima eſt in ſacramentis ſecundum eos: ſed a Deo a quo ſola prædicta fiunt. Inducunt ad hoc ſimilitudinem de eo qui recipit denarium plumbeum facta tali ordinatione: vt qui recipit vnum de illis recipit eleemoſynam regis non q̃ denarius ſit cauſa eleemoſynæ ſed ſolum rex. Denarius autem ſolum eſt ſignum & cauſa ſine qua non: ſic in propoſito de ſacramentis reſpectu gratiæ, characteris vel ornatus. Sed iſtam opinionem reprobat Pe.de Pa. poſt Thom.in 4.& Ioan. Neapol. in quodlibet. per has rationes. Prima, quia ſacramenta perfecta debent aliquid agere ad ſanctificationem & non ſolum ſignare: quia ſacramẽtum dicitur a ſacrando actiue. Vnde niſi aliquid agat ad ſacrandum: non eſt perfectum ſacramentum. Sed ſacramenta nouæ legis ſunt perfectiſſima, ergo &c. ¶ Secundo quia videtur abſurdum quòd Deus non aliter agat in ſacramentis ad iuſtificandum quam diabolus in ſortilegijs ad maleficiendum ex pactione herba vel charta poſita ſub lecto vel lintheamine (aliàs limine) & nihil penitus agente: aut q̃ verba ſacramentalia nil plus faciant, nec miniſter

§.1.

Sacra qũo cauſa gr̃æ.

nister quam verba incantatorum aut ipse. Sed sicut illis dictis ex pactione dęmon agit in serpente trahendo, vel venenum mortificando, sic in proposito. ¶ Tertio quia sequeretur ſm hoc ꝙ sacramẽta veteris legis & præcepta veteris & nouæ legis sint magis causa gratiæ q̃ sacramenta nouæ legis præcipue aliqua, quia istud est causa gratiæ, sine qua non potissime quo solo proposito gratia aliunde non infunditur, & quo solo remoto & nullo alio posito infunditur. Sed nunquam est infusio gratiæ in adulto siue impletione præceptorum nec econuerso &c. Nec auctoritas magistri q̃ inducunt, quia. ſ. data sunt sacramẽta vt homo quęrat salutem nõ ab illis sed a Deo in illis, facit pro eis quia nõ a sacramentis quæritur salus principaliter sed instrumentaliter. Est alia opi. beati Tho. ꝙ sacramenta sunt causa gratiæ dispositiuè. Dicit enim. Et sacramentis duo consequuntur in anima, vnum quod est sacramentum & res, sicut character vel aliquis ornatus animæ quantum ad illa sacramenta in quibus non imprimitur character, aliud quod est res tm̃, sicut gratiam. Respectu igitur primi effectus sacramenti sunt causæ aliquo modo efficientes. ſ. instrumentaliter, sed respectu secundi sunt causæ disponentes tali dispositione quæ est necessitatis, nisi sit impedimẽtum ex parte recipientis, & hoc videtur magis theologis & dictis sanctorum conueniens, & inter alias rationes inducit auctoritatem Augustini dicentis. Vnde tãta virtus aquæ vt corpus tangat, & cor abluat per gratiã prima quæstione prima, detrahe. Hæc Thom. Et declarat eam Petr. de Pal. per tres conclusiones. Et ad ea quæ possent obiici diffuse respondet. In quarta distin. prima quęst. 1. Et prima conclusio est ꝙ sacramenta non attingunt ad productionem gratię. quod probat auctoritate. Dicit. n. Aug. in lib. de Natura & gratia, ꝙ quædam est Deus faciens per seipsum quæ illo solo digna sunt eo ꝙ sibi soli conueniant, sicut illuminare animas sed suprema illuminatio in vita præsenti est per gratiam, ergo &c. Confirmatur hoc ratione quia nisi sic gratia non esset gratia, nam effectus dicitur necessarius vel contingens per comparationem ad causam propinquam & immediatam non remotam etiam si illa nõ sit principalis, sed instrumentalis, sicut dicitur vnum cœlum moueri ab alio necessario quãuis non moueat nisi motum ab angelo contingenter & libere, quia mouet per suum motum qui est motus necessario agens, sic in proposito, si gratia immediate causaretur a sacramento, licèt per virtutem sibi a Deo gratis collatam. quia tamen illa virtus necessario ageret gratia non gratis nec libere, sed necessario daretur. Præterea Christus secundum quòd homo per potest item excellentiæ de qua dicit, hic est qui baptizat potest conferre effectum sacramenti sine sacramento, sed secundum ꝙ homo non potest conferre gratiam, quia non potest dare spiritum sanctum, ergo gratia nõ est effectus sacramenti, sic ꝙ ab illo essentialiter producatur, immo sicut dicendo paralitico dimittuntur tibi peccata tua, per hęc verba creauit in ipso dispositionem ad gratiam quam non habebat, quia magis salutem corporalem quęrebat quam animæ, sed per deitatem creauit gratiam, per quam formaliter peccatum dimisit. Et sicut filius hominis habet potestatem in terram dimittendi peccata sic per absolutionẽ sacerdotis disponitur confitens & a Deo gratia infunditur. Et ſm hoc intelligendæ sunt auctoritates quæ dãt causare gratiã. ſ. dispositiue & sicut homo est causa hominis disponendo, & ſm hoc dicimus ꝙ humanitas Christi non solum dispositiue vt sacramenta, sed etiam meritorie est causa gratiæ. ¶ Secunda conclusio est ꝙ sacramenta attingunt ad productionẽ dispositionis ad gratiam quæ est character vel ornatus, & pari ratione ad sacramentalem gratiã. Et istud probatur sic. Sicut per quæ quis peccat, per hæc & torquet, sic & quia homo peccauit per sensibilia, & per sensibilia torquetur in inferno & humiliatur, vt per illã iustificetur penitus in mundo, sed sensibilia fuerunt causa peccati non solũ sine qua nõ sed instrumentaliter, quia vidit mulier lignum & c. ita ꝙ fructus visus mouit sensum & per illum intellectum, & cum hoc appetitum quia est mouens motum ab appetibili, licet virtute intellectus agentis. Præterea cum gratia non detur secundum legem communem nisi disposito, oportet quòd recepturus gratiam disponat se per liberum arbitrium vel disponatur ab alio. Sed paruulus non disponit se, ergo disponitur a sacramento. Item in sacramentis nouæ legis in quibus datur gratia, nisi homo ponat obicem non requiritur per se quòd homo se disponat, sed solum quòd se non opponat, ergo per ipsum sacramentum disponitur, & sic est probabile in omni sacramento nouæ legis qđ iustificat ex opere operato ꝙ conferat dispositionem ad gratiam. In sacramentis autem veteris legis nõ solũ promittebatur gratia sed dabatur in illis a Deo, sed requirebatur dispositio quę sacramenta nõ faciebant

In 3. parte q. 62. art. 1.

Diuersitas sacramẽtorũ legis veteris & nouæ.

ciebant nisi circuncisio: sed ipsemet suscipiẽs. Vnde iustificabant ex opere operante nõ operato. Cum ergo ista iustificent ex opere operato sicut illa ex opere operãte: sicut opus operans sibi formaliter operabatur & causabat dispositionem, ita his opus operatum: vnde sicut hic homo suscipiens sacramentum se disponebat ad gratiam, sic nunc ipsa susceptio sacramenti vel sacramentum susceptum ipsum disponebat. Et si dicatur ꝙ corpus non agit in illud quod non tangit. Vnde & Aug. Vnde tanta virtus aquæ vt corpus tangat & cor abluat: sed in quibusdam sacramentis nõ videtur esse aliquis contactus. Respondet ꝙ in omni sacramento per se requiritur contactus formæ, puta quòd sonus verborum perueniat vsq; ad susceptionem, quando consistit in vsu vel vsq; ad materiam quando consistit in consecratione materiæ. Sed non requiritur ꝙ suscipiens sacramẽtum intelligat verba cum aliquando sit paruulus aliquando laicus, nec etiam ꝙ audiatur sonus verborũ cum aliquando sit surdus: quia non ex opere operante suscipientis, sed ex opere operato a se, & a Deo & passione suscipientis operatur. In matrimonio autem quod inter absentes contrahitur ipsa verba nuncij audiuntur & litteræ leguntur & sic est ibi quidam contactus sensuum, & est etiam contractus materiæ in eis vt in matrimonio. ¶Tertia conclusio est quòd sacramenta habent effectum per virtutem inhærentem: quia non minus potest corpus vt instrumentum diuinæ misericordiæ quod instrumentum diuinæ iustitiæ. Sed ignis purgatorij vel inferni habet per huiusmodi virtutem affligendi spiritum ergo & sacramentum iustificandi. Præterea non minus potest secundus Adam per regenerationem quam primus per generationem carnalem: sed ille transfudisset originalem iustitiam, quæ erat dispositio ad gratiam per virtutem seminis, ergo & huiusmodi talis virtus in sacramentis, & ita erat illa originalis iustitia dispositio necessitans ad gratiam sicut nunc est character vel ornatus. Et nota ꝙ virtus sacramentalis qñq; est in sola forma sicut in matrimonio: ita ꝙ cum sacramentum consistat in suscipiendo non in agendo: verba viri in muliere causant illam dispositionem & econuerso. Quandoq; in sola materia post consecrationem in Eucharistia in speciebus remanet virtus disponens ad gratiam suscipientem: quandoq; in forma materia & ministro sic in alijs. Et dicit Tho. ꝙ ista virtus nõ est ens completum habens esse fixum in materia: sed quoddam ens incõpletum sicut est virtus mutandi visum in aere vel colore & huiusmodi entia consueuerunt dici intentiones: & habens aliquid simile cum ente qđ est in anima quod est ens diminutũ: & est sacramento sicut in subiecto: per modum tñ intentionis nõ permanentis sed fluentis. Et est ista virtus: & efficacia sacramentorum ex tribus. Ex Dei institutione sicut ex causa principali agẽte. Ex passione Christi sicut ex prima causa meritoria. Et ex fide ecclesiæ sicut ex continuante instrumento principali agenti. 3. par. q. 6. art. 4.

¶De differentia inter sacramenta nouę legis & veteris & alijs remedijs contra originalia: & legalia quod ad collationem gratię. Nota ergo ſm Pet. de Palu. quòd sacramenta veteris legis non conferebant gratiam ex opere operante sicut ex causa per quam: sed ex opere operato sicut ex causa sine qua non. Econtrario autem sacra nouę legis per se quidem ex opere operato: sed per actiones ex opere operante sicut causa sine qua non in adulto. De sacramentis autem ante legem videtur ꝙ circuncisio conferebatur ex opere operato siue ex sola pactione seu ex causa sine qua non: quod idem est dicere ſm vnam opinionem vel dispositionem seu ornatum: quod idem est dicere secundum aliam opi. Reliqua verò quę erant cõtra originale per se ex opere operato: sicut ex pactione non aliter: quia in paruulis non poterat esse opus operantis. De fide quidem potest cõcedi: quia illa est a Deo. De signo vero exteriori idẽ: quia erat institutum a Deo per inspirationẽ: etsi non in speciali saltem in generali. Et sic ex diuina institutione poterat hoc habere. ¶Et pro maiori declaratione huius sciendum ꝙ vsq; ad passionem Christi in qua legalia amiserunt virtutem & remedium: contra originale in maribus populi Iudęorum erat circuncisio: quæ habuit initium in Abraham, vt patet Gene. 27. Et octauus dies quãuis esset de necessitate pręcepti: ita quòd etiam morienti ante non licebat dare: sed saluabatur in fide parentum: vt fęminæ paruulæ: non tamen erat de necessitate sacramẽti: sed solum incisio carnis in tali membro tali modo cum intentione faciendi quod faciebat ille populus. Alius autem vt fœminis illius populi & personis vtriusque sexus ante institutionẽ circuncisionis. Adultis subueniat contra originale fides, formata quidem continenter non antecedenter, quia effectus non præcedit suam causam. Vnde sicut nunc baptismus fidem formatam aliquando inducit in non ponente obicem, ita

§. 2.

Digna à notatione.

&

& illud remedium. Sed vtrum requiratur ali quod signum exterius protestatiuum illius, fidei dubium est, videtur tamen quòd vel ore remissionem petebat dices, ab alienis parce seruo tuo, vel fidem de remissione aliquo signo exteriori adhibito declarabat, probabiliter tamen posset dici sine aliquo signo exteriori, nec in re, nec in voto adhibito, adultos posse saluari. In paruulo autem erat, remedium fides, non cuiuscunque sed ecclesię, quæ semper est formata, hoc est q̃ si tempore legis naturæ vel tempore legis scriptæ intenderet facere quod faciebat fidelis pro paruulo circuncidendo vel offerendo, illud idem faciebat pro suo: fuisset verum sacramentum, sicut etiam nunc si quis baptizat paruulum intentione faciendi id quod instituit Christus & seruat ecclesia vel seruare debet, etsi ipse infidelis sit & nullus etiam in mundo esset fidelis verus baptizat quia baptizat in fide ecclesiæ, ista enim dicitur fides ecclesiæ in huiusmodi scilicet talis intentio, requirebatur tamen de necessitate signum exterius, sensibile, quod erat sacramentum vnde, quousque paruulo vel pro paruulo esset exhibita benedictio vel oblatio & huiusmodi non fiebat remisio originalis peccati. Sed non erat tunc determinatum signum sicut nunc baptismus, & ante circuncisio. Et quia non erat aliquid determinatum propterea. Grego. dicit, quòd paruulis valebat sola fides. Quod autem dicit Magister in 4. dist. 1. quòd circuncisio solum purgabat peccatũ, sed non dabat gratiam communiter nõ tenetur, quia ablatio peccati non potest esse nisi per gratiam & oppositum priuatiue oportet alterum in esse vt animal cęcum vel videns, pœnitentia vero matrimonium & alia sacramenta legalia non erant dispositiua ad gratiam ex opere operato, sed ex opere operante. ¶ Nota de circuncisione dicit Thom. in 4. sen. dist. 1. q. 2. art. 4. q. 3. q̃ ipsa sola inter sacramenta veteris legis conferebat gratiã tollendo culpam, sed non aperiebat ianuam vt baptismus, nec diminuebat fomitem. Sed idem in 3. parte q. 70. arti. 4. dicit contrarium corrigens quod dixerat in 4. quod circũcisio sicut nec alia sacramenta legalia non conferebant gratiam, sed fides cuius protestatio erat circuncisio, tollebat peccatũ & dabat gratia ex Dei pactione, & sic erat cã sine qua nõ.

Reprobatio opinionis magri.

§ 3. ¶ De opere operato. Ad declarationem huius locutionis, Nota secundum Pet. de Palu quòd cum nihil creatum conferat gratiã nisi dispositiue, secundum quòd opus operatum tripliciter disponi, dicitur ex opere operato tripliciter conferre gratiam. Vno modo causando effectum & dispositionem ad eam quæ dicitur character vel ornatus: & sic sola sacramenta nouę legis causant gratiã & forte circuncisio. Secundo modo sicut causa sine qua non sufficiens tamen per se sine opere operante, ex parte gratiam suscipientis, & sic omne sacramentum quod fuit institutum principale contra originale in pueris, vt circuncisio conferebat gratiam ex opere, operato, non quod aliquid efficere t in puero, sed quia ex hoc quod exibebatur puero vel pro puero sine aliquo alio Deus infundebat gratiam puero, & sic sacramenta anti qua pro adultis instituta, vt aqua lustrationis, vnctionis, sacerdotis, & huiusmodi gratiam nõ conferebant ex opere operato, sed tantum ex opere operante per se requisito, quia quamuis sine mortali essent, nihil cum hoc motum libẽri arbitrii in Deum actu haberent illa sacramenta suscipiendo, nil gratiæ suscipiebãt. Tertio modo dicitur conferre gratiam ex opere operato, nõ excludendo opus operans, & sic dicitur conferre gratiam ex opere operato, id quod de se est bonum mortaliter fine hoc quod accipiat bonitatem ex operante, sicut diceretur dare eleemosynam, & quodcunque de genere bonorum confert gratiam ex opere operante inquantum de se natum est conferre gratiam vel disponere ad gratiã, & sic econtrario diceretur id quod est de genere malorum auferre gratiam ex opere operato, & quæ sunt indifferentia de se dicerentur ex opere operante conferre vel auferre gratiam secundum intentionem facientis. Et sic sacramenta veteris legis & quæcunque legalia ex opere operato possent conferre gratiam, quia cum essent a Deo præcepta & ad Dei cultum ordinata iam eram actus virtutis obedientiæ & latriæ, & licsi non absolute ex sui natura, tamen poterant dici conferre gratiam ex iussu Dei ex opere operato & proprie tamen large dicitur huiusmodi opus operatum ante non excludendum opus operans. Et sic etiam baptismus. Ioannis, quia ex Dei mandato & inspiratione institutus erat, ex hoc erat bonus & sanctus de se meritorius aptitudine, cuius actu & forma erat ex opere operante, qui baptismus Ioannis erat sub forma verborum huiusmodi. Ego te baptizo in nomine venturi, tamen sub tali forma non baptizabat Christum erat autem in figuram propinquam sicut sacramentum largo modo & præparatorium & sub consilio,

& quia non conferebat nec characterem nec gratiam, ideo omnes ab eo baptizatos, oportuit postea iterum baptizari baptismo Christi. Vnde illa opin. quam ponit magister in quarto sen. distinct. 5 q. illos qui non credebant in venturum & ponebant spē in illo baptismo illos oportuit iterū baptizari baptismo Christi, & nō alios baptizatos baptismo Io. qui hoc non faciebant, communiter reprobatur a theologis. Et verba Hier. q̄ magister inducit ad probandum exponuntur aliter a Tho. & aliis. doctoribus. Vnde & Apostoli fuerunt baptizati baptismo Christi, vt de conse. dist. 4. ab Hierosolymis, & aliqui eorū fuerunt prius discipulis Ioannis, Vnde verisimile est eos fuisse baptizatos a Ioanne. ¶Sacramenta autem legalia primo quidem erāt purgatoria ab irregularitatibus illius legis quibus acerbatur aliquis ab ingrediendo castra, vt leprosus uel templum ut tangens immundum uel sancta immolando ut sacerdotes. Erant secundo meritoria, sicut sunt ea quæ sunt de genere bonorum, ut eleemosyna & huiusmodi, utpote quia erant materia & actus latriæ, & erant satisfactoria, quia a Deo accepta & pœnosa, sed non erāt dispositiua ad gratiam ex opere operato, (vt victum est.)

Reprobatur magistri opinio.

Pulcherrima differentia tēporū.

§ 4 ¶De institutione sacramentorum. Nota sm Tho. & Pet. de Pa. q̄ sacramenta debuerunt, institui non ex debito necessitatis absolute, quia aliter potuit Deus homines saluare, nec ex debito obligationis, quia nulli est obligatus, sed ex debito congruitatis qui eisdē contrario modo factis virtus corrumpitur, & fit qa homo per sensibilia deordinatus erat circa Deum, & quoad cognitionem, quia ita erat occupatus & offuscatus sensibilibus ut non crederent homines esse alia extra sensibilia, vel de spiritualibus ad modum sensibiliū iudicarent, & quo ad affectionem, quia in ipsis constituebat finem inordinate amando & Deo præponendo, & quoad actionem quia male vtebatur eis, & exercebatur in eis, ideo necessarium fuit necessitate congruentiæ, vt ex sensibilibus sacramentis ordinaretur in Deum, quantum ad hæc tria. Quoad cognitionem, quiam cum consistant in sensibilibus quæ ex suis naturalibus proprietatem habēt & similitudinem modo suo ad effectus sacramentorum, qui spirituales sunt, & sic per ea quasi manu ducitur & eruditur in cognitione spiritualem. Quoad effectionem, quia in ipsis effectus dirigitur in Deum, dum propter eius amorem & obedientiam subiicit se inferioribus se secundum naturam quærens salutem in illis, & sic humiliatur propter Deum. Quo ad actionem quia vtiliter & fructuose exercetur circa ipsa sacramenta corporaliter & spiritualiter imperfectū animæ. Hanc triplicem causam tangit Magister. Señ. in quarto distin. 1. Non autem debuerunt sacramenta institui in statu innocētiæ, nec propter eruditionē, quia nec a naturalibus erat cognitio supernaturalium sumēda, sicut nec nunc: sed per reuelationem, licēt posteriores a parentibus essent edocendi vt nūc, nec etiā propter curationem, quia nondum erat moribus. Tempore autem naturæ lapsæ debuerunt institui, quia nūquam debuit esse remedium, nec antidotum quam cito fuerit venenum, scilicet peccati: sacramenta autem sunt quædam medicinę spirituales. Debuerūt autem institui tempore legis naturæ, quia cum ea quę ab homine fiunt a cognitione ortum habent, aliter nō esse humana operatio, oportet q̄ operatio cognitioni rñdeat sicut effectus causæ. In lege autem naturę non sufficiebat sola cognitio naturalis ad salutē, sed exigebatur fides aliquorum quę sunt supra naturam, & post lapsum exigebatur fides de reparatione per quam erat medicina morbi, ideo in statu illo non tantum erant necessaria illa opera quæ sunt de dictamine legis naturalis, sed etiam aliqua quæ essent protestationes & signa eorum quæ ad reparationem pertinebant. Et hæc erant illius temporis sacramenta vt sacrificia, oblationes, decimæ & huiusmodi. Debuit aliquid superaddi tempore Abrahę, & legis scriptæ quando cæpit fides Dei augeri & populus Dei distīgui, qa & mysteria fidei magis fuerunt explicita. Tempore etiam gratię debent esse sacramēta, quia eadē est fides modernorū & antiquorum ideo cum sacramenta fidei correspondeant sicut ipsius protestationes ut ab ea uirtutem habētia, oportet quōd sicut antiqui patres fuerūt participes passionis Christi per sacramenta quæ erant redemptionis signa futuræ, ita & in nos redemptio eius perueniat mediātibus quibusdam sacramentis signantibus quod factum est. In statu aūt gloriæ debēt oēs figurę & sacramenta cessare. Sunt autem instituta sacramenta nouæ legis non solum in rebus q̄ sunt materia, sed etiam in uerbis quæ sunt forma sacramenti. Vnde Augustī. 1. quæstio. prima detrahe. dicit. Accedit uerbum ad elementum & fit sacramentum. Ratio autē cum quæritur quare rebus addita sunt uerba, est quia sacramenta non solum significant opus redemptionis quæ per Christum facta

cta est, sicut alia sacramenta veteris legis, sed ab ipsa Christi passione fluxerunt. Et ideo sicut effectus proximi suæ causę habent imaginem quantum possunt vt scilicet ex rebus & verbis consistant, sicut Christus ex verbo & carne. Item quia gratiam cõtinent ex sanctificatione quæ fit per verbum Dei.

§.5. 3.par.q. 64.ar.2. ¶A quo aũt fuerunt instituta ipsa ecclesię, sacramẽta, licèt quidam dixerint a Christo alij ab Apostolis instituta. Tho. tñ dicit communionem esse aliam opinionẽ dicentium Christum oĩa instituisse, sed quædã magis necessaria expręsse & explicite, quędam alia figuratiue & implicite promulgationẽ & expręssionem maiorẽ relinquens Apostolis. Pet. aũt de Pal. dicit ꝙ oĩa a Christo immediate fuerunt instituta, licèt non promulgata nisi quæ erant necessitatis, ut baptismum cum dicit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto &c. Io. 3. Et pnĩam cũ dixit. Pnĩam agite. Mat. 3. vel cũ dixit leprosis. Ite oñdite vos sacerdotibus. Et Eucharistiã cũ dixit. Nisi manducaueritis carnẽ filii hois &c. Io. 6. Extremã vnctionem cum misit apostolos prædicare, & oleo vngere infirmos. Confirmationẽ qñ benedicebat pueros eis manus imponens. Ordines in cęna vltima cũ dixit. Hoc facite in meã cõmemorationem Luc. 22. Matrimonium qñ nuptias miraculorũ initio cõsecrauit mutans aquã in vinũ, oñdens pręeminentiam matrimonij prout est sacrm gratię & prout erat naturæ vel legis scriptæ. Sed confessionẽ & vnctionem promulgauit expręsse per Iacobum. Iac. 5. cętera per doctrinã Apostolorum vt patet in actibus eorum. Et quãuis ipsa sacra habuerunt virtutẽ & gratiã in prima sui institutione Passio tñ Christi addit eis ad meritũ & satisfactionem. Et ex isto ẽt sequitur ꝙ oĩa ab ecclesia vel Papa vel concilijs instituta sacramentalia sunt non sacra, in quibus sicut ecclesia potuit instituere, ita põt destituere dispensare & mutare, vt benedictionem habituum virginum consecrationẽ altarium ecclesię, & hmõi, & hñt effectũ per modũ meriti, & fidei ex opere operato, & non ex solo feruore & deuotione vtentium, sed totius ecclesiæ. Sacramenta aũt nec Papa nec tota ecclesia mutare põt, nec in eis dispensare, quia seruus non potest tollere legem dñi sui nisi inquantũ Deus reuelat vel dispensat, sicut in primitiua ecclesia ꝙ baptismus daretur in noĩe Iesu Christi.

§.6. ¶De charactere vel ornatu prout est primus effectus sacramentorum. Nota ergo ꝙ character sic diffinitur. Character est distinctio a charactere æterno impręssa animæ rationali secundum imaginem consignantis trinitatem creatam trinitati increatę creanti, & recreanti distinguens a non consignatis fm statũ fidei. Est aũt character quædam potentia supernaturaliter infusa quæ est principium agẽdi vel patiendi spiritualia. Et dicit Pet. de Pal. ꝙ est in intellectu possibili sicut in subiecto, quia collatio & susceptio exterior sacramenti, debet dirigi & regi ab interiori intentione, ideo in intellectu qui est primum regulans & dirigens in dando & suscipiendo sacra, debet poni character vt. s. intellectus illuminatus per fidem dirigat intentionem ad conferendum & suscipiendum sacrm hoc vel illud, qđ non est sic intelligendum ꝙ character efficiat intentionem vel elicitam dirigat. Sed quia intentio per characterem habet virtutem quam alias non haberet, qui enim sacramenta ministrat debet intendere ꝙ faciat quod facit ecclesia, nec ad hoc iuuat character directè, sed facit ꝙ intentio habeat effectum. Per characterem. n. baptismalẽ intentio recipiendi alia sacra, facit eũ vere suscipere ea. Et character sacerdotalis facit ꝙ sacerdos conficiendo uel absoluendo, efficiat qđ intendit. Imprimitur autem character in illis sacramẽtis in quibus homo deputatur ad actiones sacras vel suscipiendas & sic baptismus est ianua sacrorum. ¶Secundo est in illis in quibus homo deputatur ad actiones exercendas contra infideles & sic est character confirmationis non absolutè, sed ex officio. Vnde ante exponebatur scilicet ad publicè confitendum Christum. ¶Tertio est in illis in quibus homo deputatur ad exercendum sacras actiones circa baptizatum fidelem, & sic est sacramentum ordinis. Et quia talis character est indelebilis, propter hoc tria illa sacramẽta in quibus imprimitur nullo modo iterantur ne fiat iniuria habentibus perpetuum effectum. Vnde & in mortuis damnatis & saluatis permanent perpetuo characteres & in his sacris tribus nõ est alius character & alius ornatus, sed est idem in re. Est. n. character ornatus seu dispositio ad gratiam, & cum hoc est signum distinctiuum & comparatiuum. quod non est ornatus simplex. In aliis quatuor sacramentis. s. pœnitentia, Eucharistia, extrema vnctione, & matrimonio, fm Tho. & Pet. de Pa. imprimitur ornatus. Et fm aliquos semper ista imprimunt ornatus sicut alia tria characterem, & hoc pp dispositionem ad gratiã sacralem etsi non pp alia, quia ad vtranq; disponũt. s. gratiam gratum facientẽ, & gratiã sacramentalẽ quæ ponitur esse alia realiter a prima. Sed ve-

rius videtur quod dicit Pet.de Pal. q̃ non solum attritus, sed etiam contritus, licèt nõ ita egeat, tñ recipiat ornatum, ex quo non ponit obicem non est causa cur priuetur effectu sacramenti, & tunc maior gratia infundetur, propter duplicem dispositionẽ, scilicet sacramenti & liberi arbitrij. Quando autem sic est fictus q̃ nec concurrit essentia sacramenti, puta in matrimonio, cum intendit decipere nec contrahere in pœnitentia, quia nullo modo pẽnitet vel celat aliquid, aut in alijs quando habet dispositionem mortalis, de quo nõ pẽnitet nullum ornatum recipit in quo differt ornatus a charactere, quia characterem recipit cõtritus vel attritus & fictus, dum tamen velit verum sacramentum recipere, ornatum vero non recipit, nisi attritus vel contritus, & istæ ornatus non est potentia, nec habitus, sed dispositio ad agendum, sed nõ recipiendum. Sicut enim per actum contritionis est homo dispositus naturaliter ad habendum gratiam gratum facientem, & sic ornatus a sacramẽto impræssus est ad gratiam gratum facientem & gratiam sacramentalem. Et per istum ornatum habemus nos bene non ad agendum, sed ad recipiendum gratiam. Et est dispositio necessaria & necessitatis nõ simpliciter, sed subcõditione. Suppositio. n. q̃ in suscipiente sacramentum non sit contritio, tunc est necessaria hæc dispositio ad gratiam gratum facientem, alias non est necessaria, nisi ad gratiam sacramentalem, si differat. Similiter supposito quòd suscipiens sacramentum non sit fictus est dispositio necessitatis, non q̃ ipsum Deum necessitate, sed q̃ ex Dei voluntate necesse est gratiam infundi. Et istæ ornatus secundum aliquos nõ solum manet amissa gratia, sed manet quandiu manet gratia, quia eũ non imprimatur, nisi vt sit dispositio ad receptionem intentionis gratiæ recepta gratia vel intensa euanescit, vnde nõ est habitus de difficili mobilis, sed dispositio transitoria, sicut est ipse actus contritionis in cuius supplimentum est maxime istæ ornatus. Ornat autem animam dispositiue, & est transitorius sicut & virtus sacramentorum, vel secũdum aliquos q̃ istæ ornatus sit aliquid manens. Nec propter hoc sequitur q̃ sacramenta quæ ipsum imprimunt, non possint iterari sine iniuria ipsorum, sicut baptismus, quia tunc quando sacramentum imprimit talem dispositionem q̃ per illã statim natus est sequi totalis & plenus effectus sacramenti, tunc sine iniuria non potest tale sacramentum iterari, vt in baptismo, cuius character disponit ad remissionem omnis culpæ quãtum est de se, similiter & de alijs imprimentibus characterem suo modo. Non sic autem est de alijs, puta pœnitentia, quia per vnam confessionem perfecta remissio non habetur quoad pœnam & sequelam. Vnde quando quis de eodem peccato bis confitetur, non alius numero imprimitur, sed primus intenditur & est vnus ornatus specie in vno sacramento qui intenditur per illius iterationẽ, & remittitur per illius tardationem sicut habitus qui acquiritur ex actibus principaliter, ita & ornatus qui acquiritur ex susceptione sacramenti instrumentaliter. Vnde & possunt intendi & remitti corrumpi, & iterum acquiri. hæc Pe.

Ornatũ & charactẽ differre.

¶ De secundo effectu sacramentorum qui est gratia. Ponit Pet.de Palu. duas opiniones dicens, q̃ opinio communis est q̃ gratia sacramentalis non differat, sed sit vna cum gratia, quæ est in virtutibus etiam donis sicut & eadem est sanitas per artem restituta & per naturam habita. Sed singularis opinio, beati Tho. est in contrarium, scilicet q̃ gratia sacramentalis differt a gratia quę est in virtutibus. Et ratio quia unumquodq; sacramentum est institutum in speciale remedium contra specialem defectum siue sit culpa siue sit pœna relicta ex culpa siue aliud. Vnde cum effectus particularis reducatur in causam particularem non vniuersalem immediatam cum commune sit sacramentis nouæ legis cõferre gratiam & virtutes, speciale vero sit vnicuiq; suppositа gratia remediũ præbere contra specialem defectum, videtur q̃ vnumquodq; sacramentum habeat specialem effectum contra suum proprium defectum, & hoc patet in singulis sicut pœnitentia contra omnẽ actualem, baptismus contra originalem, matrimonium contra concupiscentiam, confirmatio contra tumiditatẽ, in confirmatione ergo audacia magis formaliter est per gratiam sacramentalem, & non solũ per virtutẽ fortitudinis quę fortitudo virtus maior datur in sacro qã plus confert de gratia, vt in Eucharistia & ordine. Et similiter in Eucharistia maior temperantia infunditur q̃ in matrimonio, sed in matrimonio specialis gratia sacramẽtalis datur vt sciat vnusquisq; vas suum possidere in sanctificatione, ergo in confirmatione est aliquod robur gratia gratis data, supponens tñ gratiã gratũ facientẽ, & similiter in matrimonio aliqua tpantia. Non ergo est sacrãlis grã gratum faciens, sed nec gratia gratis data informis, sed gratia gratis data informata, sic virtures mortales infusę. Hęc Pe.de Pa. Dicit autem

§. 7.

in 3. parte q. 66. arti. 2.

dist.1.q. 4 art.5.

autem Tho.in 4.q sicut a gratia gratum faciente fluunt virtutes & dona quibus perficiũtur potentiæ animæ,quæ virtutes diuersificãtur secũdum diuersitatem actuum in quibus oportet perfici ipsas potentias,ita ab ipsa gratia fluit aliquid ad reparandum defectus animæ inflictos per peccatum,& hæc dicitur gratia sacramentalis,secundum autem q diuersificantur huiusmodi defectus,sic & diuersificãtur & græ sacramentales. Sed quia effectus eius non sunt nobis ita noti sicut actus virtutum,ideo nõ habent nomẽ speciale sicut virtutes,sed retinent sibi hoc nomẽ gratiæ sacramentales.Et virtutes & dona habent connexionem cum gratia gratum faciẽte,quia vna non potest esse sine aliqua,sed gratiæ sacramentales non:quia potest homo habere gratiam gratum facientem & virtutes,& nõ gratiam sacramentalem,sed gratia sacramentalis non potest stare sine illis.Item gratia sacramentalis opponitur peccato inquantum vulnerat bonum naturę,sed virtus quantum ad inordinationem actus.Idem in 3.parte q.62. art.2.& in 4.sent.di.2.q.2.art.2.q.2.q gratia ista sacramentalis vltra virtutes & dona ad duo ordinatur.Primo ad tollendum defectus peccatorum præteritorum inquantum itranseunt actu & remanent reatu.Secundo ad perficiendum animam in his quæ pertinent ad cultum Dei sm ritum christianæ religionis.

§.8 ¶ Quomodo vel quæ sacramenta sunt necessaria? Dicit Pet.de Pa. in 4.dist.9.q secũdum iuristas cum sint sacramenta septem contenta in his versibus.Ordinat & iungit baptizat chrismat & vngit.Peccatum plangit, in altare sacra tangit.Quinque ex ipsis sunt necessitatis & duo voluntatis.Vnde versus.Ordo voluntatis iungit dant quinq;necesse.Idem notat glo.1.q.1.§.notandum. Idem Ray. Sed theologi dicũt,q sacramẽta necessitatis sunt ista duo scilicet baptismus & pænitentia,alia quinque voluntatis,nisi de Eucharistia quæ propter præceptum de pæni.& re.ca. omnis, est semel in anno de necessitate sumenda.Et quod dicitur Io.6.Nisi mãducaueritis carnẽ filii hominis &c.intelligunt de manducatione spirituali,alias contẽneretur.Est alia opinio satis probabilis dicens q sacramẽtum eẽ necessarium ad salutem potest dupliciter intelligi.Vno modo ratione sui,alio modo ratione præcepti.Ratione sui dicitur sacramentum necessariũ,cuius effectus est necessarius ad salutem,& sic quædã sunt necessaria quo ad communitatem,ita qđ aliquibus vel ab aliquo sumantur,non autem a quolibet & sic

Sacra necessitatis.

sunt necessaria & ordo & matrimonium, qa nec pœnitentia quæ necessaria est posset ministrari, nec sine matrimonio posset numerus electorum debite compleri,sed ita hæc sunt necessaria communi saluti q non sunt necessaria personæ particulari, nisi constaret ei q sine ea contrahente vel ordinem suscipiente, non posset numerus electorum compleri, & tunc tenetur vnusquisq; sicut i principio humani generis,vel in medio post diluuium tenebãtur ad matrimonium.Necessaria autem ratione sui sunt baptismus & pœnitentia singulis personis actu vel voto,quãdo susceptionem impedit articulus necessitatis. Et sicut, post constitutionem aliam factam, omnis vtriusq; non sufficit semel ante mortem confiteri ad quod tantum obligat illud præceptũ. Confitemini alterutrum &c.Iac.5. sed oportet semel in anno confiteri.Sic post statutum de temporibus baptismi, scilicet in pascha & penthecoste,de pœni.di.4.non licuit vltra differre quamuis sufficeret semel in vita. Reliqua autem tria sacramẽta sunt necessaria nõ necessitate sui cum ad salutem sufficiat gratia non obstante originali quod ablatum est per baptismũ, nec actuali quod aufertur per pœnitẽtiam,sed ratione præcepti.Cum enim ecclesiastica consuetudo quæ habet vim legis dist.11.in his,sit ęgris dare viaticum & extremã vnctionem,alias si non peterent nõ reputarent boni christiani,ergo &c.Et per accidẽs possent hæc esse necessaria attrito nõ cõtrito nõ valẽte cõfiteri & petẽte cõicari & inungi virtute quorũ sacrorũ fit de attrito cõtritus, qa ex quo fictus nõ est, gra sibi infundit.Vñ habẽs mortale & nõ potẽs loq exponit se periculo si nõ communicatur & inungitur.Itẽ cũ sit eadem ratio de istis tribus,cum Eucharistia videatur esse in præcepto, ergo & alia De Eucharistia patet,quia Papa non potest, illam rem quæ per diuinam ordinationem cadit sub consilio tantum imponere generaliter & vniuersaliter sub præcepto,puta præcipere quod omnes teneantur ad virginitatẽ vel paupertatem & huiusmodi. Sed ipsæ potest præceptum diuinum sine tempore datum determinare quoad tempus,vt patet in cõfessione annua.Vnde & potuit præcipere communionem in paschate,ergo illa erat in præcepto secũdum tempus in cõsilio quod determinare potuit.Hæc Petrus.

§.9. ¶ Ministrator autem sacramentorum regulariter est sacerdos excepta confirmatione & ordinibus superioribus, quæ solus episcopus confert,secundum Ray.de consec.dist.5.Ma

nus,& sequentia. Item quantum ad veritatem sacramentorum non refert quo conficiantur sacramenta vel consecrentur 1.q.1. Dominus declarauit, peccant tamen qui indigne cõficiunt vel conferunt, peccant & qui scienter a precisis ab ecclesia vel suspensis suscipiunt. dist. 32. §. verum Item sacramenta talia fiunt vnicuique cum qualis conscientia quis accipit, & sic sunt bonis bona, & malis mala occasionaliter secundum Ray. & de cõse. dist. 2. Et sancta, & ideo dicitur dist. 95. illud, quod sacra impenitentibus non debet dari, quod tamen intelligendum de peccatis notoriis in quibus homines perseuerãt, nam pro occultis non sunt in publico neganda.

¶ *De sacramenti eucharistiæ institutione, communicatione, ministro, & affectu.* Cap. 12.

DEinde de singulis sacramentis agendũ est breuiter. Et quia multa iam dicta sunt supra de eucharistia in tractatu de missa, ideo de ipsa tractabitur quoad pauca, quæ restant & merito, quia est maximum sacra-
Tit. 13. cap. 6. mentorum quoad essentiam, licet quædam alia dicantur maiora secundum alios respectus, vnde versus. Maior in effectu baptismus corpus in esse. Coniugium signo maior, chrisma ministro. Continet enim eucharistia essentialiter auctorem totius sanctitatis vltra hoc quod significat, & causat sanctitatem quod est commune omnibus sacramentis nouæ legis. Sacramẽta alia vero disponũt ad sanctitatem sacramẽtorum ante vel post. Sacramenta veteris legis tantum significabant, homo autem sanctus habet in se sanctitatem formaliter & subiectiue. Est autẽ hoc vnum sacramentum non quidem ratione vel formę vel materiæ q̃ duæ sunt, & ad hoc refertur quod dicitur in collecta, perficiant in nobis domine tua sacramenta quod continẽt sed vnũ vnitate perfectionis & ordinis, quia omnia quæ hic sunt ad vnum ordinantur prę figurandum & causandum. s. corpus Christi & sanguis quæ sunt vnum præsuppositio & corpus. Christi mysticum quod est vnum ordine & per perfectam animę refectionem. Corporalis autem refectio fit cibo & potu quamuis vnum sit sacramentum diuersis tamen nominibus nuncupatur. Nam dicitur sacrificium, hostia, vel oblatio inquantum rememoratiuum dominicæ passionis. 12.q.2. Non estimemus, & de conse. dist. 3. Nihil. Dicitur eucharistia Græce, quod latine interpretatur bona gracia, 1.q.1. Multi, quia continet fontem, dicitur & communio quoad finem quia sicut cibus vnitur omnibus membris ad quę singula deferũtur, sic per hoc sacramentum non solum Christo capiti, sed omnibus membris eius vnimur, vt simus omnes vnum corpus in Christo. Dicitur et viaticum, quia sustentat in via, quousque perueniamus ad terminum, distinc. l. Pœnitentes. & 26.q.6.c. His qui.

¶ Debuit autem institui istud sacramentum §.1. secundũ Pe. de Pa. post Tho. in quo Christus continetur realiter & essentialiter, quia ad perfectionem membrorum requiritur vt capiti vniantur. Et quia sacramentis Deo iungimur Sacramentum autem est signum sensibile, sicut ad hoc q̃ omnia perficiantur sensibilibus, præter sensibilia quæ sibi coniungũtur per solam similitudinem. Distantia medio se parante vt color, odor, & sonus, quib. assimilantur sacramenta veteris legis quæ erant tãtum signa diuinæ gratiæ non tamen sunt sensibilia quæ per realem virtutem coniunguntur sensui, medium coniunctum quę per realem virtutem coniunguntur sensui, medium coniunctum quæ tamen non fiunt vnum eũ eo vt in tactu, quibus assimiliantur sacramẽta omnia alia nouę legis, in quibus diuina virtus interius operat. Est vlterius gustu, quo sensibile nobis realiter coniungitur & incorporatur, & vnũ efficit per conuersionẽ eius in nos & sic debuit sacr̃m hoc institui in quo capiti nr̃o Christo cõiugamur & incorporemur & eius mẽbra efficiamur, nõ per conuersionẽ eius in nos, sed econuerso. Vñ dñs dixit Aug. Crede & manducabis me nec tu me mutabis in te &c. Nobilius. n. trahit ad se ignobilius. Et quia cibus istæ est nobilior, quia Christus ideo trahit nos & cõuertit in se, nõ. n. in nos, sicut cibũ naturalẽ nobis ignobiliorẽ. Instituit aũt in vltima cœna, vt altius cordibus infigeretur, quod vltimo tradebat, tũ q̃a in memoriã imminẽtis passionis, tũ q̃a erat recessurus visibr, debuit manere spũaliter & hoc pulchre, de cõse. di. 2. q̃a corpus Cõicauit aũt tũc se Christus. Vñ Hiero. Ipsæ conuiua & conuiuiũ comedẽs & qui comedit, de cõse. di. 2. nõ tñ manducauit sacr̃aliter, quia non per fidem cum haberet visionẽ: sed quia verum sacr̃m sumpsit, nec spiritualiter ita q̃ augmentum, virtutũ inde susceperit cum non posset in gr̃a crescere, sed quia spiritualiter delectabatur, Communicauit etiam Iudam vt dicit Aug. j. q.1. Christus quid fecit, quia licèt sciret ipsũ malũ noluit ipsum pdere, cũ esset occultus in hoc dãs nobis exemplũ. 2.q.1. Vnus ex vobis.

¶ Quibus

§.2. ¶Quibus sit danda vel neganda communio. Et primo quoad peccatores. Vtrum sit eis danda communio, quos scilicet scit sacerdos ex certitudine esse in mortali Tho. 3.parte q.80.arti.6. simpliciter dicit sine distinct. quod pro peccato occulto non est deneganda petenti in publico cõio.vt de conse.di.2. Non prohibeat. Et hæc tum quia pro pctõ occulto pœnã publicã inferens esset reuelator criminis,tum quia scandalum esset si negaret,tum quia quilibet Christianus habet ius in perceptione eucharistiæ,nisi illud per mortale amittãt. Vnde cũ non constet in facie ecclesiæ illum amisisse ius suum non deberet in facie ecclesiæ negari.cõcor.Pe.& Alber. Et præcipue videntur ista verba de curato quo ad eius subditum. Pet.de Pa.in 4.di 9 respondet per distinctionem,quia aut est sacerdos talis qui non tenetur ei ministrare sacramenta,quia non est curatus eius,vel si curatus eius est,non tenetur §.2. tunc,quia non est dies paschatis nec est infirmus,& tũc debet ei denegare quia debet proximum a peccato prohibere mortali quando põt,potest autem hæc etiam nõ peccatori nõ tenetur dare in hoc casu.Vnde si nesciat etiã nisi per confessionem potest negare,quia nõ ex confessione ius illud acquirit, quia alias habet ius petendi ab eo.arg.extra de tpi. or. Ad aures. Si autem tenetur ei ministrare sacramenta sicut & curatus uicarius & est in pascharę,tunc aut crimen est occultum aut manifestum. Si occultum,tunc debet negare in occulto petenti non in publico,quia si negaret in publico esset proditor criminis aut reuelator,quod probatur de offic.or.c.2.vbi dicitur q̃ sacerdos qui nouit crimen occultum parrochiani debet eum arguere in priuato nõ in publico nominare.Sed petenti in occulto debet negare.Et hoc verum est de peccato occulto,aliter noto quam per confessionem q̃a si per confessionem solus nouit peccatum in pœnitente debet quidem eum monere in occulto vt desistat,sed instat & petit vt sibi debitum,non debet ei negare, quia scit ut Deus non ut homo, vt de offic.ar.c.2. Negat autem ut homo in foro contentioso, nec ex confessione acquiritur sibi ius negandi quod prius non habebat. Et quamuis repellendo in occulto nullo alio vidente non reuelaret confessionem, tamen ex confessione extra iudicium confessionis, nulla exceptio sibi datur plusquam si nesciret, quia non scit nisi ut Deus. Si autem peteret ab eo qui non tenetur, vel quando, non tenetur eum etiam peccatori posset negare sine peccato, multo magis peccatori. Si autem scit crimen eius esse notorium & manifestum, & in publico perenti curatus debet negare. Et ex his patet, quod meretrices & publici vsurarii sunt omnino ab altare arcendi, nisi pœnitentiam egerint ita quod post pœnitentiam priuatam possunt admitti ad eucharistiam secreto,non autem publice nisi post publicam pœnitentiam propter scandalum,nam manifesta delicta.i. nõ iunto occulte corripienda.de pæ.& re.c.j. Vnde vel sacerdos debet iniungere publicã pœnitentiam,vel publicare quod sunt uere pœnitentes. Ex his etiam patet,qd' suspectis de crimine præsumptione violenta debet negari secundum prædictam distinctionem, qd' habetur pro certitudine.Suspectis autem leui suspitione non est neganda immo nec suspectis suspitione probabili, quod patet ex hoc, quia nec per huiusmodi suspitionem debet maritus negare debitum vxori. extra de sen. excõ.ca.Inquisitioni. Sed histrionibus prohibetur dari. de conse.dist.2.Pro dilectione,quia tamen non intelligitur de omnibus cum licitè possit ars hæc exerceri, sed de vtentibus in ea magicis vel turpibus actionibus quæ sunt mortalia: sed nec pugnantibus in duello est danda.2.q.5.Monomachiã. in glo.

§.3. Quibus dãda Eucharistię

¶Non est deneganda communio occidendis propter scelera sua publica, si eos pœnitet, & confitentur nec etiam hæretico relapso,cum paratus est incendio, sicut habetur de hæbenti.ca.Super eo.li.6.Sed & excommunicato sicut in morte non negatur pœnitentiam si pœniteat,ita nec viaticum cum in pœnitentia includatur de pæ.& re. c. quod in te. Item habentibus lucida interualla furiosis vel fatuis freneticis, si antequam intrarent furiam vel frenesim habuerunt, deuotionem ad sacramentum & pœnituerunt, non est deneganda communio, ut 26.q.6. Si quis etiam si tales in sanitate non petierunt sibi dari quando.s.ex bona eorum conuersatione præterita verisimile est quod si præuidissent huiusmodi causam eam petissent, hñt enim tales deuotione habitualẽ interpretatiua q̃ sufficit,hoc tñ intelligẽdũ ẽ q̃ñ põt dari eis sine piculo expuitionis, vel alterius irreuerentiæ erga sacrm. Perpetuo autem furiosis & amentibus non est danda, quia nunquam habuerũt actualem deuotionẽ ad sacramẽtũ,licẽt sint baptizati & confirmati.Hoc enim sacramẽtũ requirit deuotionẽ dicente Apostolo.Probet aũt seipsum ho-

mo

In 4. p q 80. ar. 4. ad 2.

mo &c. ¶ Item demoniacis non est denegan-
da, secundum Tho. nisi constet eos pro crimi-
ne torqueri, quia tunc pro excommunicatis
sunt habendi. Impuberibus autem quæ ca-
rent omnino discretione, vt ante septemniū
non est danda, quamuis Græci eis dent. Sed si
habent aliquam deuotionem, vt circa 11. vel
12. annum potest eis dari, quia innocentia
recompensat ignorantiam. Nunquam autem
dari debet ad suspitionem probandam vel
tollendam, nec hostia non consecrata pro
consecrata, quia hoc esset idolatrare de cele.
mis. c. De homine. Hæc omnia Pet. de Pa. De
quibusdam aliis habes in 2. parte tit. 9. ca. 8.
vbi agitur de communione paschali.

§. 4. ¶ Quis autem habeat dispensare seu ministra
re hoc sacramentum? Nota secundum Petr.
de Pal. in 4. dist. 13. quod solus sacerdos est dis
spēsator eius sicut celebrator nullus inferior
eo habet ex officio aliquod sacramentum mi
nistrare. Diaconus autem ex officio partem,
eucharistię habet dare sic beatus. Laurentius
dixit. Cui commisisti dominici sanguinis di
spensationem, non autem corpus, quia san-
guis mediante calice sacrato dispensatur. Vn
de non oportet manus dispensantis esse sa-
cratas, corpus autem dispensatur immedia-
te manibus contrectantibus. Vnde a solo eo
debet dispensari cuius digiti sunt consecrati,
& manus scilicet sacerdotis, quæ etiam non
debet tangere, nisi duobus digitis sacratis.
Et eadem ratione inferior diacono vasa sa-
cra non debet tangere, quando in eis est cor-
pus & sanguis domini, quia diaconi est san-
guinem dispensare & corpus & domini ad sa
cerdotem deferre. Quando autem in eis non
est corpus vel sanguis, tunc tangit subdiaco-
nus vasa eius. Vasa autē reliquiarum & hu-
iusmodi acholiti & non laici quantumcunq;
nobiles. dist. 24. Nullus. Nota tamen quod
propter necessitatem præsbytero infirmo &
non valent vel etiam absente, licet diacono
infirmo eucharistiam portare, & de hoc di-
spensatur, non autem de inferioribus, cuius
tamen legitur contrarium in ecclesiastica hi-
storia de Serapice qui moriens misit puerum
suum ad præsbyterum petens viaticum, ille
autem quia infirmus erat per eundem pue-
rum partem eucharistiæ misit, nec verisimi-
le est quod ille puer esset diaconus. Sed non
quod fit Rome, sed quod fieri debet spectan-
dum est. Hęc omnia Pet. de Pal. Sed secundū
Henricum Boich super c. Decernimus de iu-

3. par q. 82. ar. 3.

di. In casu necessitatis etiam a laico potest
dari. Tho. & Pet. de Pal. dicunt simpliciter,
quòd in nullo casu debet eucharistia minis-
trari vel sumi per laicum, quia non habet
consecratas manus, & hoc non est sacramen
tum necessitatis, & hoc magis placet. Ab
hæreticis non debet sumi, etiam in morte
exemplo Hermigil, dicit 24. q. 1. c. 1. Cœpit.
Idem de schismaticis videtur ab excommu
nicatis & symoniacis secundum Petr. de Pal.
si est occulta excommunicatio vel simonia
eorum in occulto vitandi sunt quo, scilicet,
ad susceptionem eucharistię ab eis cum sci-
licet sine proditione occulti possunt talia o-
mitti. Si cum est manifesta eorum excom-
municatio vel symonia in publico etiam vi-
tandi sunt, extra de sen. excom. Cum ab ho-
mine. A notorio fornicatore etiam nō sunt
suscipienda sacramenta in publico. Excipiun
tur tamen baptismus & eucharistia quæ duo
in extrema necessitate possunt sumi etiam a
symoniacis & fornicatoribus notoriis, vt 32.
dist. §. Verum cum glo. de hoc tamen diffu-
sius habes alubi. Alios etiam malos mini-
stros quantumcunq; etiam publice scelera-
tos non debet quis vitare in susceptione sa-
cramentorum nisi essent irregulares, qui per
consequens sunt suspensi ab officiis suis, &
a suspensis non debent suscipi sacramenta 1.
quæstione 1. Si iustus. Siquis tamen in oc-
culto vitet huiusmodi malos in susceptione
sacramentorum & auditione diuinorum, vt
eis peccantibus ruborem incutiat vt vel sic
desistant, & hoc facit ex despectu dicit Petr.
quòd bene. Thom. autem dicit quod debet
quis cauere ne inducat quem certitudinali-
ter scit esse malum vt quia notorium ne in-
ducat talem ad executionem officiorum suo-
rum, ne sit occasio peccati illius, puta illa fa-
ciendo dicere missas, quia forte alias non di
ceret & huiusmodi, si tamen est subditus, sa-
cramenta quæ non potest ab alio accipere &
ad ipsa tenetur, debet suscipere nisi sit suspē-
sus. ¶ Quamuis autem non liceat laico eu-
charistiam ministrare, scilicet ex officio in-
uentam tamen in terra liceat reuerenter ele-
uare licèt non habeat manus consecratas,
quia hoc non fit ad dispensandum ad quod
requiritur consecratio: sed ad custodiendum
ad quod non requiritur consecratio, vnde pi
xis in quo eucharistia consecratur in taber-
naculo non consecratur nec benedicitur, qđ
tamen fit de corporali & de calice Petr. de
Pal. Item peccator aspiciendo corpus Chri-
sti nō peccat nisi sit prohibitus a visione eius
vt sunt excommunicati & interdicti qui ta-
men etsi proforando fores ecclesię ad aspi-

A qbus sumēd sint sa-- cramēta

ciendum

ciendum corpus Christi tempore interdicti malefaciant non credit Pet. de Pal. eos mortaliter peccare. Et quãuis secundum Thom. peccator benefaciat si ex deuotione quæ se indignum reputat non vult in sacramentum aspicere melius tamen facit secundum Pet. qui ex deuotione intuetur cum aspectu serpentis ęnei sanarentur a morsu serpentis igniti, &c.

§5. ¶Quantum ad frequentationem sacramenti. Sciendum secundum Petr. de Palu. in 4. dist. 12. post Tho. 9 in primitiua ecclesia omnes quotidie communicabant vt patet Act. 4. & ad hoc id c. Peracta de consec. distinct. 2. In processu temporis communicabant fideles singulis diebus dominicis. Et ad hoc hortatur omnes August. dicens de consecr. distinct. 2. Quotidie Eucharistiã sumere nec laudo nec vitupero, singulis tamen diebus dominicis communicandum hortor. Hoc de illo dico quem mortalia non grauant. Postmodum reductum est hoc ad trinam vicem in anno scilicet in paschate, in natali, & penthecoste ad quod facit c. Et si non frequentius, de consec. dist. 2. Tandem ex præcepto ecclesiæ obligatur quilibet saltem semel in anno, postquam peruenit ad annos discretionis, extra de pœni. & re. c. Omnis. Et dicitur annus diseretionis secundum Pet. de Pal. 12. in fœmina, & 14. in masculo, sed cum est doli capax, cum scilicet potest mortaliter peccare, tunc obligatur ad præceptum de confessione, & per continens de communione quæ simul dantur, de hoc habes in 2. parte titu. 9. de accidia cap. 8. & 9. Consulendum est tamen bene & deuote viuentibus vt frequenter sumãt hoc sacramentum, quia sicut diu abstinere a cibo corporali corpus debilitat & ad mortem disponit ita abstinere a cibo isto spirituali animam debilitat, feruorem consumit, & ad mortale inclinat. Et econtrario ex frequenti sumptione huius sacramenti multa bona consequuntur, vt dicetur in sequenti §. Et in hoc homine qui sentit per hoc deuotionem augeri, & reuerentiam non minui, secus de tepidis, hi quia nimia familiaritas parit contemtum debent aliquando abstinere Pet. Et quamuis qui ex timore & reuerentia non ita frequenter sumunt, sed abstinent benefaciant exemplo Centurionis, & qui ex deuotione & amore frequentat, beneficiat exemplo Zachei propter quod alter alterum iudicare non debet, de conse. dist. 2. Quotidie §. dixerit. Cæteris tamen paribus secundum Tho. in 4. melius facit qui ex amore communicat quam qui ex timore dimittit, quia melius est amare quam timere. Alber. in lib. de missa dicit: ꝙ præparantes se ad communionem per abstinentiam a coitu & viduæ seu in castitate manentes non debent prohiberi a frequenti communione præcipue de mense in mensem, quia iniuste arcentur qui digni sunt. Duram autem dicit debizotis & conuersis & huiusmodi de quindena in quindenam.

¶De effectibus huius sacramenti seu vtilitatibus. Nota secundum Thom. in 3. part. q. 79. per totum quòd multiplex est effectus eius in deuote sumente. Et primus est collatio gratiæ, quod sic declarat. Effectus huius sacramenti debet considerari primo & principaliter ex eo quod continetur in hoc sacramento, quod est Christo, qui sicut in mundum veniens contulit vitam gratiæ, ita in hominem sacramentaliter veniens uitam gratiæ operatur, secundum illud Io. 6. qui manducat me viuit propter me. Secundo considerat effectus huius sacramenti ex eo quod repręsentat per ipsum, & hoc est passio Christi, & ideo effectum quem passio Christi in mundo facit, hoc sacramentum facit in homine. Vnde Christus Matth. 26. Hic est sanguis meus qui pro vobis effundetur in remis. pec. Tertio consideratur effectus eius ex modo quo traditur, quia per modum cibi & potus. Vnde omnem effectum quem facit cibus & potus materialis quo ad corpus qđ sustentat auget, reparat, & delectat, & hoc totum facit hoc sacramentum quo ad vitam spiritualem. Vnde Io. 6. Caro mea vere est cibus &c. Quarto consideratur ex speciebus sub quibus traditur, quia sub speciebus panis & vini, ex multis namq; granis vnus panis conficitur, & ex multis vuis vinum confluit, unde significant vnitatem. Quia igitur Christus & passio eius sunt causa gratiæ & refectio spiritualis & unitas sine gratia esse non potest. Patet quia hoc sacramentum confert gratiam nec aliquis habet gratiam ante susceptionem huius sacramenti nisi ex aliquali voto ipsius vel per seipsum sicut adultus vel voto ecclesiæ sicut paruuli. Vnde ex efficacia virtutis eius est quòd etiam ex voto ipsius alicui gratiam cõsequatur per quam spiritualiter viuificetur. Restat igitur vt cum ipsum sacramentum realiter sumitur gratia augeatur & perficiatur. Et per coniunctionem eius ad Deum confert gratiam spiritualiter cum virtute charitatis. Vnde Damascenus comparat hoc sacramentum carboni quem Esaias vidit. Esa. 6. Carbo autem est signum vnitum

Primo.

Secũdo.

Tertio.

Quarto.

tum igni, quia significat charitatem. Et quia amor Dei nunquam est ociosus, secundum Greg. operatur enim magna, ideo per hoc sacrificium quantum est ex sui parte, nō solum habitus gratiæ & virtutis cōficitur: sed etiam excitatur in actum. Et inde est quòd anima ex hoc sacramento spiritualiter reficitur, per hoc quòd spiritualiter delectatur, & quodam modo inebriatur dulcedine diuinę bonitatis. Vnde Cant. 5. Comedite amici & bibite &c.

Quinto ¶Et quia Christus in sacramento contentus per passionem suam ibi repræsentatam aperuit ianuam gloriæ, & refectio huius cibi & vnitas signata habetur in præsenti imperfecte, perfecte autem in gloria ideo etiam competit huic sacramento effectus adeptionis gloriæ non quòd statim nos introducat. Oportet enim ꝙ prius compatiamur cum Christo hic, & postea simul glorificemur, sed dat virtutem perueniendi ad gloriam.

Sexto. ¶Per hoc etiam quandoq; remittitur peccatum mortale, non quidem illud cuius quis conscientiam habet cum accedit ad ipsum, sed talis aliud tunc committit mortale, sed illud cuius conscientiam & effectum non habet. Forte enim primo non fuit sufficienter contritus, sed deuote & reuerenter accedens per hoc sacramentum gratiam recipiet quæ perficiet contritionem, & sic consequēter remissionem, & sic intelligitur illud Grego. sit ablutio scelerum remittuntur per ipsum & venialia. Spiritualiter quotidie aliquid in nobis deperditur ex calore concupiscentiæ per venialia, sed restauratio fit per sacramentum quod per modū cibi sumitur, sicut cibus corporalis habet restaurare deperditum. Etiam per ipsum feruor charitatis excitatur in nobis & per feruorem tolluntur venialia, plus & minus secundum deuotionem sumentis.

Septimo ¶Per ipsum etiam remittitur pœna debita pro peccatis, & hoc quantum ad rationem sacramenti habet inquantum sumitur, & inquantum rationem sacrificii habet scilicet offertur. In quantum sacramentum remittit pœnam ex quadam concomitantia. Nam cum effectus principalis sit nutritio spiritualis per vnionem ad Christum quæ vnitas fit per charitatem, ex cuius feruore remittitur non solum culpa, sed & pœna, ideo ex concommitantia ad principalem effectum remittit pœnam non totam, sed secundum feruorem & deuotionem sumentis. In quantum offertur vt sacrificium satisfacit pro offerentibus & pro quibus offertur. Et quia in oblatione magis attēditur affectus offerētis quam quantitas oblationis, quamuis ex quantitate oblationis sit istud sacrificium ad satisfaciendum sufficiens pro tota pœna, tamen satisfacit secundum deuotionem offerentis, nō auferendo vel remittendo semper totam pœnam, sed secundum plus & minus, secundum maiorem & minorem deuotionem offerentis. ¶Per ipsum etiam homo præseruatur a peccatis futuris. Vnde Innocen. dicit quòd cauet mortalia. Est enim vt medicina præseruatiua contra corruptiua, & vt armatur contra hostes, quia passionis repræsentatiua. Vnde Chrysosto. Velut leones flammam inspirantes, & sic ab illa mensa domini discedimus diabolo terribiles effecti. Hæc omnia Thom. Et quia sacramentum istud comparatur ligno vitæ, quod Ioannes in Apocal. 22. capit. vidit producere duodecim fructus vltra octo prædictos quos ponit Thomas, Potest dici quòd nonus sit quędam mentis illustratio, & de agendis & de diuinis præcipue circa fidem in qua ipsa exercetur. Vnde Leo. Si Christum dignissime sumis fit tibi Christus clarior in intellectu &c. Decimus est quòd animas a purgatorio liberat vel pœnas mitigat. Figura in Abachuc, qui portauit prandium Danieli in lacum leonum confortans eum. Daniel. 14. Vndecimus dat robur contra tribulationes. psal. 130. Panis cor hominis confirmat. Figura Actuum 9. Accipiens cibum confortatus est. Duodecimus est, quia vt dicit Ambrosius de consecrat. distinctio. 2. valet ad tuitionem animæ & corporis quod sumimus sacramentum. Figura Exo. 12. de angelo exterminatore qui non valuit nocere in domibus super quarum ostijs vidit sanguinem agni. De forma autem materia & ministro, & aliis pertinentibus ad hoc sacramentum habes supra in c. de missa.

Octauo.

¶*De baptismo in particulari quoad materiam & formam ministrum & effectum. Cap. 13.*

DEinde de baptismo videndū est, de quo Christus. Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest videre regnum Dei, quod intelligitur actu vel proposito quoad habentes vsum rationis. In paruulis requiritur actus baptismi cum propositum habere non possunt. Verum cum sit triplex baptismus secundum Damasce. scilicet sanguinis, flāmis & fluminis. ¶Primus communis est martyrum tam in adultis quam in paruulis, quia si paruuli nondum baptizati occi-

Triplex baptismus.

occidantur pro Christo, puta in detestatione fidei Christianæ, quam tenent parentes saluantur secundum Thomam. Dicit etiam Pet. de Palu. in 3. quòd probabiliter videtur quòd puer in vtero possit martyrizari, sicut & sanctificari, licèt non baptizari. Vnde sicut iudæus filiam a Christiano imprægnatam ī de spectum Christi, pede eam in ventrem percutiens faciat abortiri, videtur quòd fiat martyr habens causam & pænam, licèt non voluntate sicut innocentes. Sicut & mulier prægnās propter Christum interficiatur & sic moriatur paruulus vterque martyr, efficitur. Et qđ Augustin. dicit. Periere qui moriuntur in vteris maternis. Intelligitur de morte naturali vel violenta, sed non propter Christum illata. Et baptismus istæ sanguinis æqualis est in virtute baptismo aquæ quo ad remissionem culpæ vel pœnæ si tamen sit contritus. Exceditur autem ab ipso, quia non imprimit characterem, sed excedit ipsum, quoad præmium, non solum accidentale propter aureolam martyrij, sed etiam secundum Petr. de Palu. essentiale, quia plus de gratia confert, quia maiori operi ad quod plus est necessaria gratia se exponit & Deus non deficit in necessariis. ¶ Secundum est baptismus flaminis, & istud est propositum suscipiendi baptismum modo debito antequam suscipiat. Vnde non congruit nisi habentibus vsum rationis de conse. dist. 4. Baptismi, vicem. Aequipollet aūt baptismo aquæ quo ad remissionem culpæ originalis & mortalis omnis & pænæ æternalis. Sed exceditur ab ipso quoad remissionem pœnæ temporalis debitę pro peccatis, quia non semper tota remittitur, sed secundum plus & minus secūdum quantitatem deuotionis ipsius. ¶ Item quoad remissionem venialium, quia nō semper omnia remittuntur, puta ea quæ in proposito habet. Item non imprimit characterem. Item talis priuatur sepultura ecclesiastica qua carent cathecumini, licèt pro eis oret ecclesia. Excedit autem ipsum quia iterari potest, & quia proprio merito soluat idest, ex opere operante iustificat, quia vbi in baptismo vero sufficit attrito, hic requiritur, contritio, sed non in confessione, quia baptismus est ianua sacramētorum distin. 32. §. veram. Vnde tali non baptizato nullum sacramentum concedendum est. ¶ Tertius qui est proprie baptismus est aquæ, de conse. dist. 4. Per aquam, & c. se. Et istæ communis est omnibus magnis & paruis, & istæ remittit culpam originalem & omnem mortalem, & sufficit secundum Pet. post Thom. vt dictum est attritio idest quędam displicentia peccati licèt imperfecta, quia non gratia informata adulto suscipienti. Remittit secundum Pet. de Pal. & venialia nisi ea in quibus persisteret. Remittitur etiam pæna ęterna & temporalis omnis debita in iudicio Dei, de conse. dist. 4. grandis in baptismo omnia gratis condonat. Amb. Sed non debitam in iudicio hominum, quia non tollit pęnam mortis debitam pro maleficio commisso. Nec pęnam ecclesiasticam irregularitatis contractā per bigamiam, dist. 26. acutius. Item nec pœnam spiritualem naturæ, quia baptizatus generat filium cum originalē, nec corporalem, quia pœnalitates remanet, vt compatiamur, & glorificemur, & fomes etiam remanet ad exercitium, vt pugnantes cōtra vitia ad quæ inclinat coronemur. Item per baptismum secundum beatum Tho. in 3. parte q. 69. art. 4. confertur gratia ac etiam omnes virtutes in paruulis, quo ad habitum, in adultis etiam quo ad vsum nisi ficti accedant. Aperitur etiam ianua regni, imprimitur & character in animam. Diminuitur etiam per ipsum fomes idest inclinatio ad malum & mens illuminatur, præcipue quantum de ea quæ sunt fidei. Et in adultis confertur gratia non æqualiter, sed plus, & minus secundum maiorem uel minorem deuotionem suscipientis, sicut plus participat de calore qui plus appropinquat ad ignem. Sed in paruulis secundum legem communem æqualis gratia confertur, aliquando ex speciali priuilegio alicui plus, ut Nicolao. Remigio, Dominico & huiusmodi, & dicit Pet. de Pa. quòd eos quos scit Deo ante usum rationis morituros diuersitatem gratiæ confert, alias uel plures sancti uni angelo æquantur, uel plures sunt sancti quam angeli, quod contra dictum Gregorii esset. ¶ De baptismi causa materiali. Dicto de causa finali idest effectu seu fructu baptismi tunc est uidendum de materia & forma, & ministro qui est causa efficiens sed instrumētalis. §. 1. ¶ Materia baptismi secundum Pet. de Pal. est duplex. s. remota & propinqua. Materia remota est aqua elementalis puta naturalis & hoc siue sit terrestris, vt maris, stagni, fluminis vel fontis, siue cælestis vt pluuialis, siue resoluta ex niuibus, glacie, rore, pruina vel grandine quæ omnes sunt veræ aquæ. Similiter de aqua sulphurea vel lixiuio. Dixit Petr. de Pal. quòd aquæ quæ veniunt in vsum nostrum sunt eiusdē speciei cum elemētali quę nō est susceptiua saporis vel coloris. Sapores

autem

tutē quos circa nos habent aquæ noſtræ dulcis, amarus, ſulphureus, & huiuſmodi nō ſūt in ipſa aqua, ſed in aliquo uapore admixto ſubiectione qui realiter differt ab ea. De brodio autem ſi eſt expreſſum ex carnibus vel piſcibus non eſt uera aqua, & ſic cum ea nō poteſt baptizari. Si autem eſt aqua impinguata ſic poteſt fieri, quia eſt vera aqua, niſi ſit nimis condenſata. Aqua artificialis non eſt conueniens cum materia, quia non eſt eiuſdem ſpeciei cum naturali, ſicut eſt aqua roſacea, aqua ardens, cereuiſia. Vrina etiam ſudor & ſaliua non eſt conueniens materia. Et quia de ſubſtantia materiæ eſt quòd ſit aqua quæ poſſit abluere immergere vel aſpergere. Hinc eſt quod glacies quamuis maneat infra ſpeciem aquæ durante tali diſpoſitione nō videtur conueniens materia. Fons tamen baptiſterii licèt in hyeme dum eſt congelatus non poſſit inde baptizari, niſi igne diſſoluatur liquefactus, tamen non oportet qđ iterum benedicatur. Hęc omnia idem Petr. De aqua per mixta dicit Thom. in 3. parte q. 66. art. 4. quòd quando eſt talis permixtio qđ tollat ſpeciem, ſicut cum per putrefactionem vel digeſtionem tranſit in vinum, aut per additionem alterius liquoris in tanta quantitate quod ſoluat ſpeciem, ſicut parum aquæ multo vino admixtum, tunc de ea non poteſt fieri baptiſmus. Sed quando eſt talis alteratio vel permixtio quòd non ſoluit ſpeciē ſicut cum calefit, vel cum aliquid ſolidum, ponitur in aqua quod non commiſceatur, vel ſi aliquis liquor commiſceatur, tamen in parua quantitate, vt parum vini in multa aqua, ſic poteſt ibi fieri baptiſmus. Idem Alber. qui etiam dicit, quòd melius eſt quòd faciat calefacere aquam tempore hyemali quàm frigida poſſit nocere paruulo, & cum illa aqua calefacta poteſt commiſcere partem de aqua conſecrata. ¶ De aqua quam faciunt alchimiſtæ ad mutandum metalla non poteſt fieri baptiſmus, quia mutatur ſpecies aquæ. Eſt autem conueniens materia aqua, & quia de facili vbique reperitur, & quia habet omnes proprietates congruentes effectibus baptiſmi. Sacramentum autem debet ſignare quod efficit. ¶ Materia propinqua baptiſmi ſecundum Pet. de Pal. eſt ablutio quæ ſecundum Tho. in 3. parte q. 66. art. 7. poteſt fieri & per modum effuſionis, ſicut baptizauit Laurentius & Iacobus apoſtolus Ioſiam, & per modū aſperſionis, ſicut baptizauerunt Apoſtoli vna die tria milia hominum, & per modum immerſionis. Et quia perfecta ablutio eſt per immerſionē, iſtæ vſus eſt magis & ſemper ſeruandus, niſi conſuetudo loci ſit in contrarium, quę in hoc ſeruanda eſt, vel niſi neceſſitas excuſſet, puta quia eſt parum de aqua, ita quòd non poteſt immergi ſed aſpergi, vel quia ſi immergeret timeretur de morte pueri, vel quia miniſter non poteſt ex debilitate immergere & eleuare, in huiuſmodi caſibus debet aqua ſuper baptizādū effundi vel aſpergi. ¶ Immerſio in aqua ſignificat (ſecundū Tho. in 3. parte q. 66. ar. 7. & 2.) cōſepultura cū Chriſto, p baptiſmū. n. cōſepelimur Chriſto. Vnde ponimur ſub aqua ſicut corpus Xpi ſub terra, & ex ea eleuamur quaſi reſurgentes cū Chriſto nouæ vitæ ſpirituali. Vnde paſſio Chriſti maxime operat in baptiſmo omnia remittens. Et iſta effuſio vel aſperſio debet fieri prēcipue ſuper caput, quia in capite vigent oēs ſenſus, & in ipſo manifeſtant opera animæ, quę purgatur culpa, ſecūdū Tho. in 3. parte p. 66. ar. 7. ad 3. Vñ cū nō poſſit baptizari in vtero de cōſe. di. 4. Qui in maternis, ſed natus ex vtero, ſi ſit periculū in partu de morte, ſi caput emiſit ex vtero aſpergi debet & baptizari a quocunq; & taliter baptizatus, cū debita forma nō eſt iterum baptizādus ex vtero natus, quia perfecte eſt baptizatus. Si aūt emiſit manū vel pedem, debet nihilominus illa pars aqua aſpergi cū forma baptiſmi & Deoicōmitti qui potentiā ſuā nō allegauit ſacramētis, & qa talis nō reputat baptizatus cōmuniter a doctoribus, ideo natus eſt baptizandus. Et ſi dicat q cū Apoſtoli baptizauerint tria milia aſpergēdo nō eſt veriſimile, qđ oēs in capite tangerent, ſed aliqui in humero vel alibi. Rñdet Pet. q dñs ſuppleuit, vel diſpēſatio dei tūc fuit in materia ſicut & in forma, qñ in nomine Xpi fuit baptizatū. Sed nota q mulier viuā nullo modo debet ſcindi, vt puer quē hēt in vētre baptizet, ēt ſi cōſtaret ipm moriturū alias ſine baptiſmo. Si autē ſit damnata ad mortē debet differri executio vſq; ad partū. Sed nec ēt matrē ſic damnatā licet occidere, vt puer viuus extrahat ex vtero cū timeret ne differēdo vſq; ad partū moriat. Dicit Pet. de Pa. qa nō inuenit expreſſū, ſed mortua pregnāte, nō debet ſepeliri quouſq; puer extrahat, ſicut accidit de Iulio Cęſare. Pe. De trina aūt immerſione vel vnica dicit Pe. de Pa. q debet qs cōſeruare cōſuetudinē eccleſię ſuę matricis, nō Metropolitanę vel Romanæ, niſi forte ſit exēptus, & ſm ordinariū ſuū in ſinodo correctū, cōtra q nō debet facere, ī neceſſitate tū pōt, immo & debet cōtra morē ſuæ eccleſiæ facere qñ mora piculū eſt

Immerſio q d ſignificat.

Nota de pregnātibus.

Nouela de trina īmenſione.

Materia propinqua.

est allatura, nec ecclesia vult in necessitate laqueum damnationis injcere. Vnde si presbyter vbi est consuetudo ter immergendi videt puerum morientem, nec posse expectare trinam immersionem, debet primam & solam facere cum intentione baptizandi, alias si secundam faciat cum intentione ad tertiam, & interim puer moriatur ante tertiam immersionem, puer damnabitur, ille erit eius dānationis causa, & irregularis efficitur. Vnica immersio vnitatem significat essentiæ & mortis Christi, trina autem trinitatem personarum, & triduum sepulturæ, vt dicit Greg. de consec. dist. 4. de trina.

§. 2. ¶ Forma autem baptismi est ista. Ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus sancti. Amen. vt habetur de bap. & eius effe. c. 1. Inuocatio trium personarum, secundum Pet. de Pal. post Tho. est de substantia sacramenti quod patet ex institutione Christi. Matth. vl. Docete omnes gentes, baptizantes eos. In nomine patris & filij & spiritus sancti. Et etiam ex determinatione ecclesiæ, de consec. dist. 4. In synodo. Quod autem in primitiua ecclesia baptizantur solum in nomine Christi, vt patet Actuum 8. factum est ex speciali reuelatione & dispensatione spiritus sancti sine qua fieri non potuisset. Causa autem fuit vt nomen Christi quod erat valde odiosum incredulis redderetur amabile ex eo quòd ad inuocationem nominis eius dabatur spiritus sanctus. Cessante autem causa cessauit & dispensatio. Vnde nunc non esset baptismus datus in nomine Christi. Et in prædicto articulo est intelligenda responsio Nico. papæ de consec. di. 4. a quodam Iudæo, & nō aliter. Vnde glo. Io. supra dicto c. & Bernar. de bap. & eius effec. c. 1. qui dicit q̄ baptismus datus in nomine Christi est verus, quia intelligitur in nomine Christi inungens inunctus & per quem ungitur. Quod Amb. dicit q̄ in nomine Christi intelligitur inungens pater, & inunctus filius, & inunctio spiritus sanctus non vult ex hoc dicere q̄ possit dari communiter baptismus in hac forma, sed vt dicit Tho. vult ostendere, quomodo fuit conueniens dispensatio spiritus sancti pro illo tempore, quo sic dabatur cum esset ibi non excluderetur trinitas. Expressio actus baptizandi & personæ baptizati est etiā de substantia sacramenti. Et ideo est, quia illud directè est de forma baptismi, & per consequens de substantia sacramenti quod directè repręsentat interiorē effectum baptismi, quia sacramenta efficiunt quod figurāt. Et causa effectiua & signatiua attribuitur potissime formæ. Sed effectus baptismi est ablutio suscipientis a peccato quam directè significat expræssio actus baptizandi, cum persona baptizatura cum dicitur baptizo te, quod idem est quod abluo te, patet hoc idem ex determinatione ecclesiæ, vt de baptismo & eius effec. c. 1. Expræssio autem personæ baptizantis non est de necessitate sacramenti: sed de præcepto ecclesiæ secundum formam latinorū, & hoc probatur ex eo q̄ Græci conferunt verum baptismum, & tamen non exprimunt in forma personam baptizantem dicentes sic. Baptizetur seruus Dei talis, in nomine patris &c. Causa autem quare non exprimunt personā baptizantem est error qui ponitur. 1. Cor. 1. quia quidam attribuebant ministris baptismum. Conuenientior tamen est forma nostra, vt dicit Tho. quia exprimit non solum causam efficientem principalem baptismi, scilicet inuocationē trinitatis, sed etiā causam instrumentalem, dum dicit minister, baptizo, sub quo intelligitur ego, etiā si non diceretur, sed dimitti non debet, quia sic statuit ecclesia dicendum, Amen nō est de præcepto ecclesiæ, sed de more quorundam ecclesiarum non vniuersali, & ideo vbi est de more dici debet quod ad confirmationem totius est non de necessitate sacramenti.

Baptismus primitiuæ ecclesiæ.

In 3. parte q. 66. art. 6.

§. 3. ¶ De mutatione huius formæ. Nota ſm Pet. de Palud. quòd aliquando tollit veritatem & uirtutem sacramenti baptismi, aliquando non. Sex enim modis potest fieri variatio. De primo quidem per vocum variationem. Sed hæc variatio potest dupliciter fieri. Vno modo quantum ad voces tantum & non quoad significata, & hoc non tollit baptismum. Et ratio est, quia verba sacramentorum habent efficaciam ex hoc quod significant. Vnde manente eadem significatione manet etiam eadem virtus & idem sacramentum, alioquin non possent sacramenta conferri nisi sermone hæbraico in quo Christus formam instituit. Nunc autem cōferuntur & conficiuntur in quocunq; idiomate Græco Latino Hębraico & vulgari & litterato baptizando in alio sermone quàm latino, vel alio quàm litterato. Vt in vulgari debet baptizans secundum Thom. vti vocabulis quæ magis proprie sint in vsu significandi ipsas personas diuinas & alia pertinentia ad formam. Alio modo potest fieri variatio vocum & significatorum simul, & si hoc fiat totaliter puta dicendo te balneo vt melius dormitas nil sit. Vel principaliter puta dicendo, te baptizo in nomine trinitatis, vel in nomine genitoris geniti, &

Primo.

ab vtroq; procedẽtis, nõ eſt verus baptiſmus, quia trinitas non ſignificat perſonas diuinas, ſed numerum perſonarum & genitor & genitus, ſed debet intelligere perſonas diuinas ſed tamen non ſignificant eas principaliter. ſ. vt per ſe ſubſiſtentes, ſed actus eorum notionales. Reſponſio horũ eſt, quia virtus ſacramentalis data eſt verbis ſignificãtibus ea quæ ſunt de integritate baptiſmi principaliter & non alijs verbis. Sed ſi fiat variatio non principali ſignificato, vt dicendo nos vbi ego, & baptiſmus vbi baptizo, & vos vbi te, nõ tollitur per hoc veritas baptiſmi licèt incurratur peccatũ, quia qñq, hoc fit ex cõſueto modo loquẽdi, vt ſi prælatus qui conſueuit dicere, nos facimus hoc vel illud dicat baptizamus. Similiter ſi dicatur magno viro baptizo vos, ſufficit. n. ꝙ maneat ſenſus verborum ex accommodatione vſus. Si autem dicatur in noibus vbi dicitur in nomine vitiatur, quia de forma eſt vnitas eſſentialis perſonarũ, quam repreſentat numerus ſingularis. ¶ Secundo modo poteſt fieri mutatio per corruptionem verborũ, & poteſt eſſe dupliciter. Vno modo quia profert verba corruptè ex induſtria, & ſic non videtur intendere quod intendit eccleſia, vnde non eſt baptiſmus. Alio modo, quia hoc facit ex ignorantia vel ex defectu linguæ, & tunc dr̃ ꝙ ſi eſt tanta corruptio ꝙ auferat ſenſum omnino locutionis non eſt baptiſmus. Si aũt maneat ſenſus locutionis ſaltem ex accõmodatione vſus, etſi non ex virtute impoſitionis eſt verus baptiſmus. Et hoc præcipue accidit, quando ſenſus non mutatur, quando fit corruptio ex parte finis dictionis vt grammatici dicunt, ſicut ſi vetula vel ſi alius ignarus linguæ dicat. Ego te baptizo in nomine patria & filia & ſpiritusſancta, eſt verus baptiſmus, vt expreſſe dicitur, de conſe. diſt. 4. Retulerunt. Sed ex parte principij variat ſignificationem. Vnde corruptio talis ſi ſit magna aufert omnino ſenſum locutionis, vt dicẽdo in nomine matris loco patris. Et quod Tho. dicit quòd licèt oratio corruptè prolata nil ſignificet ex virtute impoſitionis, tñ ſignificat ex accommodatione vſus, videtur eſſe contra eum qui non vult, quòd poſſet dici baptizamus. Cum tamen prælatus ex accommodatione vſus dicat licet peccet baptizamus, ſed ille qui neſcit, vel non poteſt ad plenum verba proferre, debet abſtinere niſi in neceſſitate. Et debet vti qui baptizat illo ſermone quem ſcit melius proferre vt mulier in vulgari gallicus in gallico, & cætera. ¶ Tertio poteſt fieri mutatio per additionem, & ſi quidem addit aliquid intendens illud eſſe de forma quaſi volens per hoc inducere nouum ritum in eccleſia nihil facit, quia non intendit proferre formam qua vtitur eccleſia. Si addit ex alia cauſa, puta ex deuotione non vitiat baptiſmum, vt ſi dicat, baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritusſancti, & Beatæ Mariæ inuocatæ per modum interceſſionis & intendens ꝙ per hoc interceſſio virginis profit baptizato eſt verus baptiſmus, ſecus ſi inuocaret virginem, intendens quòd virgo operetur ad baptiſmum ſicut trinitas. Ex parte autem eius quod additur eſt conſiderandum ſi ſit corruptiuum formę quod additur, & tunc vitiat vt ſi dicatur vt faciebant Arriani. Baptizo te in nomine patris maioris & filij minoris ſi non corrumpit fidem vel ſenſum verborum non vitiat. Si vero ſit dubium vtrum corrumpat vel non recurrendum eſt ad intentionem proferentis, & ſi intendit aliquod erroneum nil agitur, ſi non intendit hoc non vitiatur. ¶ Quarto poteſt fieri mutatio per ſubtractionem & ſi quidem ſubtrahatur quod eſt de ſubſtantia formæ, tollitur ſacramentum vt dimittendo baptizo te, vel inuocationem alicuius diuinarum perſonarum. Si ſubtrahatur quod non eſt de ſubſtantia formæ vt ego vel Amen & huiuſmodi nõ vitiatur baptiſmus. ¶ Quinto modo per tranſpoſitionem, & dicendum eſt ſicut dictum eſt de corruptione. Sed non videtur quibuſdam quòd in forma baptiſmi fieri poſſet aliqua talis tranſpoſitio quæ ſit contraria vero ſenſui ſiue dicatur in nomine patris & filij & ſpiritusſancti baptizo te, ſiue etiam ego baptizo te in nomine ſpiritusſancti filij & patris, quia licèt de fide non ſolum ſit numerus perſonarum, ſed etiam ordo, iſtæ tamen ordo non eſt durationis vel vocalis expreſſionis, ſed ſolius originis qui ſufficienter in nominibus perſonarum intelligitur qualicunq; ordine exprimantur perſonæ. Sed hoc non videtur, poſſunt eum verba ſic tranſponi ꝙ nullus ſenſus remanebit, vt ſi dicatur, baptizo in nomine te patris & filii & ſpiritusſancti nihil dictum eſt. Si etiam tranſponerentur ſyllabæ nullus eſt ſenſus, vt in nomine triſpa & huiuſmodi. Si etiam diceretur baptizo te pat. & fil. in nomine ſpiritusſancti eſſet corruptiuus ſenſus huius eſſentiæ. ¶ Sexto poteſt fieri mutatio per interruptionem. Vbi ſciendum quod ſi interruptio tanta eſt, quòd non ſolum actualis, ſed habitualis intentio interrumpatur vitiatur baptiſmus, puta poſtquam dixit baptizo te intetponat longam fabulam

Secũdo. Tertio. Quarto. Quinto. Sexto.

bulam & postea dicat in nomine patris & filii & spiritussancti, secus si interponat actualis quæ etiam sine interruptione vocum interrumpitur frequenter concor. Tho. & Pet.

§.4. ¶ De ministro autem huius sacramẽti. ¶ Nota secundum Petr. de Palu. quòd omnis homo clericus & laicus, vir vel mulier, fidelis vel infidelis, & etiam hermophrodita potest dare verum baptismum, non autem Angelus bonus vel malus, vel anima separata, vt. 1. q. 1. Dedit, & hoc dũmodo seruetur debita materia & forma. Vnde extra de summa tricap. 1. § fin. dicitur quòd baptismi sacramentum in forma ecclesiæ collatum ritè a quocunque proficit ad salutem. Vbi tamen plures repetiuntur in casu necessitatis, & maior debet minori cedere, quia potius baptizabit clericus quàm laicus & vir quàm mulier, & hoc nisi inferior melius scilicet formam, quia tũc ipsæ baptizabit. Non enim omnes tenentur scire formam, sed ille quibus incumbit ex officio, vt curatus & obstetrix cui sæpe incũbit vt in periculis. Et casu necessitatis non solum quilibet potest baptizare. sed tenetur ex præcepto & magis quàm teneatur quis subueni re famæ morienti. Vnde & laudabile est quẽlibet etiam scire & addiscere huiusmodi formam. ¶ Secũdo nota quòd ex officio solus sacerdos habet baptizare propter quod extra necessitatem nullus, nec laicus nec clericus, nec etiam diaconus cardinalis debet baptizare. Quod si fecerit quicunque vir non sacerdos extra necessitatem irregularis efficitur, vt decle. non or. mi. ca. 1. Nec etiam sacerdos debet baptizare, nisi parrochianum suum, vel de licentia curati, nisi super hoc habeat priuilegiũ a superiori, quia sacramenta a suis presbyteris parrochialibus sunt recipienda, vt. 16. quæst. 1. Interdicimus. Episcopus etiã inuito curato potest dare licentiam baptizandi alteri sicut & absoluendi, non curatus, tamen baptizans sine licentia non efficitur irregularis, quia non est expræssum in iure.

¶ Nota tertio quòd malus minister malitia moris ita confert sacramentum & rem sacramenti, idest effectum, idest gratiam sicut bonus, vt. 1. quæstio. 1. Si iustus fuerit, de conse. distinctio. quarta. Mulier. & cap. Romanus, & §. ego dico. Et ratio huius est, quia quod consistit in operæ operato non vitiatur ex demerito operantis, si tamen concurrunt, quæ sunt de necessitate operis. Sed omne sacramentum consistit in opere operato, ergo non vitiatur ex malitia vel demerito ministri operantis. ¶ Nota quarto quòd ipse minister malus seu qui baptizat vt minister ecclesię & cum solemnitate in peccato mortali, peccat mortaliter. Et ratio est, quia committit irreuerentiam erga sacramentum tractando vasa santitatis cum sit immundus. Istud etiam habetur. 1. questio. 1. Remissionem peccatorum. Et exponit glo. ibi & bene, ideſt non sunt digni dare. Idem etiam dicitur ea. quæstio. c. Per Esaiam. Sed circa hoc est duplex opinio. Thom. in. 4. sentent. distinct. 5. quæst. 2. arti. 2. quæst. 4 in corpore, quasi dicat, quòd malus baptizans in necessitate & sine solemnitate, quia non baptizat vt minister ecclesiæ sed vt vetula non peccat, quia excusat eum articulus necessitatis. Alii dicunt quòd in nullo casu potest malus minister baptizare quin peccet quia semper baptizat vt minister, cum in necessitate quilibet sit minister baptismi, nec casus necessitatis eum excusat vel facit perplexum quia potest habere displicentiam de peccato cuius est conscius ipsæ. Concordat autem Petrus dictas opiniones sic dicẽs. Qui in necessitate & solemnitate baptizat aut actu recolit de peccato, nec conteritur, sed vult in peccato remanere, & nihilominus baptizare, & tunc si talis qui scire debeat, quòd in huiusmodi a peccatoribus contingi non debeant quamuis non ex libidine, vel contemptu baptizet, sed intuitu necessitatis, non excusatur ab irreuerentia vel contemptu, & sic est vera secunda opinio, quia minister est, & necesse non habet cum peccato baptizare licèt necesse habeat baptizare. Si autem cum metu & tremore dolens de peccato in generali, licèt propter hoc sciat de peccato se non mundari, puta quia multa mortalia commisit, de quibus oportet singulariter dolere saltem dolore attritionis, sed tempus ei deficit ad recogitandum de singulis propter periculum vicinum baptizandi, sed proponit postea ad plenum conteri, vel quia est excommunicatus & non potest absolui, vel propter aliquod huiusmodi hoc facit & tunt excusatur & sic vera opinio Thom. Sed qui solemniter batizat ex quo periculum non est in mora prius se debet perfecta pœnitentia lauare, vel saltem si sacerdos non adest debet se lauare per perfectam contritionem alias peccat mortaliter secundum omnes. Ratio est, quia mentitur facto in eo quod est christianæ religionis ostendens se sanctum in vestibus sacris saltem stola cum sanctus non sit. Si autem non recoleret de peccato non facit irreuerentiam sacramento & excusatur tunc.

Opi. Tho.

§ 5. De potestate sacramẽtorum.

¶ Nota secundum Pet. de Pal. quòd triplex est potestas in sacramentis scilicet auctoritatis, excellentiæ, & ministerii. Potestatem auctoritatis habet Christus in quantum Deus, quę in hoc cõsistit, quòd principaliter & propria virtute remittat peccatum & conferat gratiam. Hanc potestatẽ nulli creaturę Deus communicauit nec etiam homini Christo. Sed nec communicari potest, quia infinitæ virtutis est, cuius creatura, cum sit finita nõ est capax sicut nec etiam possit creare. Vnde opinio magistri in. 4. distinct. 5. circa hoc non tenetur nisi dicatur quòd intellexerit, quòd hoc potest creaturæ communicari, quòd propria virtute conferat gratiam & remittat culpam, non tamen principaliter in virtute sua sed alterius scilicet Dei. Sed tunc ista potestas non est proprie loquendo autoritatis ex quo ab alia dependet. Potestatem ministerii habuit Christus, quia contulit sacramenta. Et hanc dedit non omnibus sed quibusdam, quia viris sacerdotibus tamen existentibus. Et ista est potestas cooperationis instrumentalis. sicut patet exemplum in creatione animæ rationalis quam immediate Deus producit, sed tamen homo disponit materiam ad animæ rationalis receptionem. Et quia creatio animæ recreationi eius respondet, ideo emundationẽ animæ Deus immediate operatur. Sed ad hoc homo cooperatur disponendo dupliciter animam. Vno modo ex opere operante siue docendo siue merendo, & hoc modo homines cooperantur Deo in remissione peccatorum. Alio modo ex opere operato sicut qui conferunt sacramenta quæ ad gratiam disponunt, & hæc est potestas sacramentalis de qua. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi &c. Potestas excellentiæ colata est homini Christo & non alteri, & hæc consistit in tribus. ¶ Primo quantum ad meritum, quia ex merito passionis Christi omnia sacramenta efficaciam habẽt non autem ex merito alicuius alterius. Secundo quia Christus poterat conferre effectum sacramenti sine sacramento quod nullus alius potest. Tertio quia ad inuocationem nominis eius dabatur baptismus in primitiua ecclesia, nõ autem ad inuocationem nominis alterius. Itam autem potestatem licèt Deus potuerit etiã alteri dare tamen non dedit, ne spes poneretur in homine. Aliqui tamen dicunt quòd cum non sit communicatum Christo secundum quòd est homo absolute, quòd eius meritum efficacia tribueret sacramentis, sed secũdũ quòd humanitas eius coniuncta est deitatis, ex qua coniunctione competit ei quòd eius meritum est aliquo modo infinitæ efficaciæ ideo istud non posset cõmunicari alii humanitati nisi assumeretur in vnitatẽ Dei & istud videtur satis rõnabile dictũ. Mors. n. Christi pro tanto fuit infiniti meriti, & satisfactionis quia fuit infiniti suppositi, omnia hæc Pe. Vtrũ aũt peccet petens vel recipiens baptismũ a malo ministro. Respon. Pet. de Pal. post Tho. & Pet. Aut minister maluse præcisus ab ecclesia vt quia hęreticus, ex cõmunicatus, suspensus, & hmõi, aut non. Etsi est præcisus. Si quis offertur ad baptismũ non habet vsum rõnis, non peccat ipse, nec ptiuatur gratia sacramentali. Sed adultus offerens eum peccat, in quo casu peccaret offerẽs seipsum. Si aũt baptizandus est adultus tunc aut latet eum probabiliter ministrum esse præcisum, & tunc non peccat, quia ignorantia probabilis excusat eum. Aut eum non latet & tunc peccat mortaliter, & per cõ sequens tunc nõ suscipit gratiã sacramẽti. Et ratio est quia eodẽ præcepto quo præcipitur præciso ab ecclesia ne se ingerat diuinis, præcipitur & cuilibet ne sibi communicet in eisdem. Peccat autẽ mortaliter faciendo contra præceptũ, & hoc est intelligendũ nisi in casu extremæ necessitatis, quia tunc a quolibet potest susciꝑi & fructuose. Si autem minister est tantum peccator: sed nõ præcisus non peccat recipiens ab eo baptismum. Si enim peccaret a tali petens baptismum, hoc esset ideo, quia indueret illum ad peccãdum, inducendo vt delicet ad ministrandum sacramentum. Sed hoc non oportet, quia cum malus minister possit in momento conteri, & dubia debeant in meliorem partem interpretari, potest credere illum pœnituisse, sed etiam si non pœniteat non inducit per hoc eum ad peccandum petens sacramentum, quia istæ petit ius suũ & si vult ille potest illum sine peccato exhibere. Concor. Ioan. Neapol. in quodliber. Si autem minister esset ita malus quòd non vellet baptizare nisi pro pecunia, cum illud sit symoniacum, & per consequens mortale etiã pro paruulo in extremis cõstituto baptizãdo nõ est danda pecunia. Sed de hoc plenius habes supra in. 2. parte tit. 1. c. 5. ibi. vide.

Malus minister.

Eminentia Christi.

¶ Quæritur vtrũ vnus possit simul plures baptizare, puta vel aspergendo plures simul, vel cum vna manu vnũ immergendo, & cum alia alium sub vna forma tantũ. Respon. Pet. de Pal. dist. 3. q. circa hoc est duplex opinio. Vna est q sic, & ista cõmuniter tenetur sicut & face. dos põt simul plures hostias consecrare &

§. 6.

re & quilibet potest simul plures de sacro fõte leuare. Et licèt in veritate in baptismo nõ sit nisi vna forma materialiter, sũt tamẽ plures virtualiter & realiter ita quòd formaliter non sunt in ea plures virtutes subiectiue, qa vna virtus numero, quia est in eodem subiecto & sic non potest multiplicari. Sed effectus est duplex secundum duo subiecta, sicut ab vno calore in igne est vnum calere, sed ab eodem duo in duobus calefactis. Alia opinio est quam Pet. dicit tutiorem & magis consonam doctrinæ communi, quod de lege communi non sunt plures baptizandi nisi pluribus baptismis formaliter & materialiter. Vnde super duos non sufficit dicere, baptizo vos vel baptizo te & te, cum distintus baptismus debeat habere explicita & distincta verba. Vnde & Tho. dicit in quodlibetis, quòd cum nascitur monstrum, puta habens duo capita & huiusmodi aut certũ est ibi esse duas animas rationales, vt quia ibi sunt duo capita, duo colla, duo pectora, & p consequens duo corda, & tunc baptizandi sunt vt duo. Et quamuis præsumatur, quòd plures possint baptizari simul dicendo. Ego vos baptizo, tutius tamen est eos baptizare sigillatim. Si autẽ non est certum eos esse duos, vt quia nõ sunt duo capita bene distincta & huiusmodi, tunc baptizetur vnus, & illo baptizato potest alter dubie baptizari dicendo. Si tu non es baptizatus &c. baptizo te.

7. ¶ Item quæritur vtrum in necessitate mutus & mancus possint vnum baptizare, ita quòd vnus dicat verba & alius immergat? Et videtur ꝙ non, quia neuter facit totum sed, partem tantum, & sic est contra decretũ. dist. 23. Quorundam. Et hanc opi. firmat Kay. & Hosti. dist. illum non esse baptizatum, & Tho. 4. scilicet dist. 6. q. 2. ar. 1. q. 1. Item. 3. parte q. 67. art. 6. quia sacramenta sunt ecclesiasticæ vnitatis, & diuidi non possunt. Sed Pet. de Pal. vbi supra videtur declinare ad partem affirmatiuam quòd scilicet sit ibi baptismus. Distinguit enim istud sacramentum necessitatis ab aliis quæ nõ sunt necessitatis in hoc, quia in illis vnus debet facere totum, sic in sacramento confirmationis, ordinationis, & extremę vnctionis. In dicto casu loquitur canon, quorũdam præallegato scilicet in sacramento ordinis vbi cęcus ordinabat & alius legebat & nulla fuit ordinatio. Melius enim omittitur in huiusmodi quæ non sunt necessitatis quam quòd inordinate conferatur. Sed in sacramentis necessitatis licitè potest omitti quicquid non est de substantia sacramenti propter necessitatem. Cum ergo ministri vnitas nõ sit de substãtia sacramẽti, vt dicunt cõmuniter oẽs ergo in necessitate licet duos cõcurrere, vt si vnus nõ põt facere totum, faciat quilibet ꝙ põt, ita tamẽ ꝙ non fit mendaciũ in forma vel materia, quia hoc est de substantia cuiuslibet sacramenti, quia sicut ex falsa & non vera materia nihil agitur, ita ex falsa forma & non vera. Dicet ergo mancus in forma Grecorum baptizetur seruus Christi &c. muto immergente, vel dicat, istæ te baptizat. Si. n. expræssio mininistri non est necessaria non refert in quacunque forma exprimatur in prima vel tertia, vel potest dici quod solus mutus baptizabit, & quod non potest verbo dicat nutu & sufficit, & probat per exempla de aliis sacramentis. Sed hoc ipse reprobat, quia sicut sine aqua in quacunq; necessitate nullus potest baptizari, ita, ne sine verbo formæ propriæ.

¶ Item quæritur si plures pñt baptizare simul? Resp. ꝙ sic, sed hoc põt esse multipliciter. Vno modo si ex contentione hoc faciant simul immergendo & dicendo quilibet formam, & intendendo quilibet per se baptizare, & est vnũ baptismа. Alio modo, quia vnus dicit prius ego te baptizo &c. & alter posterius & sic primus baptizat, secundus iterat, si ex cõtentione quilibet hoc intendit. Alio modo vt intendant simul immergẽdo & dicẽdo simul verba baptismatis, & tunc fm Tho. si dicunt, nos baptizamus nihil faciunt, qa mutatur forma. Et rõ est, qa homo non baptizat nisi vt minister Christi, & eius vicẽ gerens, sed Christus est vnus, ergo oportet & ministrum qui eum repræsentat esse vnũ, sed cum dicitur baptizamus, talis intentio exprimitur sic ꝙ plures vt plures cõueniunt ad vnũ sacramentum conferendũ ꝙ videtur esse cõtra rationẽ ministerii, debet ergo fm Thom. dicere quilibet, ego te baptizo. ¶ Et nota ꝙ Pet. de Pal. de generatione carnali dicit ꝙ possit dici, ꝙ si duo cõcurrerent ad carnalẽ generationem succesiue, ꝙ semen secundi viri sic posset superuenire ꝙ misceretur primo, & sic ex vtroq; cõiuncto formaret fœtus, & sic esset vnus filius duorũ parentũ. Vel si Dæmon succubus recipiet a duobus semina, & simul custodiens coniuncta postea fieret incubus, vtrunq; simul infundens in matricẽ forte tũc generaret gigantem, & esset vnus filius vtriusque viri. A simili videtur quòd plures possint concurrere ad regenerationem spiritualem quæ in baptismo. Alii dicunt quòd in dicendo baptizamus, esset verus baptismus,

Casus singularis. de Baptismo.

Similitudo pulchra.

quia non est de necessitate sacramenti, quòd minister exprimatur, vt patet ex forma Græcorum, qui vere baptizant, ergo non oportet quod minister exprimatur nec singulariter nec pluraliter. Sed ad hoc posset responderi quòd quamuis non requiritur, nec vnitas nec expressio ministri, tamē supposito quod exprimatur persona ministri, sic debet exprimi vt conuenit ministro, aliter non valet. Nam si diceret ego principalis baptizo te nō valeret, qa repugnat ministro, quod sit principale agens. Et similiter si dicatur, baptizamus, videtur ex forma innui quòd Christus non possit operari per vnum ministrum: sed tantum per duos. Tandem post multa dicta pro & contra Pet. de Pal. sic concludit. Non video supposito quòd duo simul possint baptizare, puòd non sit ita baptismus si dicant baptizamus sicut etsi quilibet diceret, ego baptizo te. Et addit quòd si duo ex contentione baptizant quilibet volens per se non cum alio baptizare habet proferre, ego te baprizo. Si autem ambo simul cōcorditer intendunt vnum baptizare, congruentius dicunt, nos baptizamus, vt notetur concors intentio, quam si dicant, ergo & ego per quod notatur diuisio. Est autem eadem quæstio. Vtrum plures simul possint confirmare, ordinare, & inungere, & quibus verbis. Da absolutione in confessione qñ plures absoluunt, dicetur infra.

§. 9. ¶ De intentione circa baptismum. ¶ Notandum primo in baptizando secundum Pet. de Pal. post Tho. & Pet. Aut habet vsum rationis actu aut habuit, sed modo non habet, aut nondum habuit. Et in primo casu est necessaria intentio recipiend baptismum aliàs nihil reciperent. Sed non requiritur rectitudo intentionis, ad hoc. Vnde & qui recipit baptismum propter quæstum sicut iudæi sæpe faciunt verum baptismum habent. Sed peruersitas intentionis aufert sibi rem baptismi

Prava intentio q̄d efficit. ideſt gratiam. Similiter etiam non requiritur voluntas seu intentio spontanea. Nam & voluntas etiam coacta coactione tamen conditionali recipit sacramentum baptismi, & qui sic recipit puta timore mortis eligens potius baptizari quam mori recipit characterē: sed non gratiam. Vnde cogendus est seruare fidem. Qui autem ad baptismum cogeretur coactione violenta seu absolute, nil reciperet nec etiam sacramentum, extra de bapt. c. Maiores. ¶ In secundo casu scilicet quando iam habuit vsum rationis: sed tunc nō habet quā do baptizatus propter furiam vel amentiam vel phrenesim vel dormientem, tunc si talis antequàm intraret amentiam vel phrenesim superuenientem vel poneret se ad dormiendum, vel dum habet lucida interualla, habet propositum baptismi & intentionem si baptizatur recipit sacramentum & rem sacramenti, & tunc habet intentionem habitu, etsi non actu, & vbi sit periculum mortis, talis debet omnino baptizari, etiam si renueret amentia ductus. Et ligari potest, si expedit vt baptizetur, & non obstante etiam irreuerentia quam committere vellet ad sacramētum, puta in mingendo in aquam, & hoc totum propter necessitatem eius. Sed si non est periculum mortis, tales non sunt baptizandi, sed expectandum est quòd reuertantur ad p̄ prium sensum, vel euigilent quoad dormientes. Si vero tales ante amentiam phrenesim, vel dormitionem contradixerunt non recipiunt sacramentum nec rem sacramenti si baptizantur, quia non habuerunt intentionem actu. Vnde nec tūc vel habitu habere possunt & ideò non sunt baptizandi. ¶ In tertio casu vt sunt paruuli ab infantia furiosi non in sua sed parentum vel offerentium vel baptizantis si illi duo soli essent intentione baptizantur. Et nota secundum bea. Tho. in. 4. sen. di. 4. q. 3. art. 2. Et 3. parte q. 68. art. 9. quòd paruuli fidelium quam citius sunt baptizandi, nec est expectandum secundū Tho. & hoc qa propter imbecillitatem naturæ de facili mori possunt & damnari. Secundo propter repri mendas infestationes dęmonum qui non habent tantam potestatem super eos baptizatos vt prius spiritualiter & corporaliter nocendo. Tertio quia a pueritia ad aliqua inducitur & firmius inhæret. Fides in baptizando si est sine vsu rationis nō requiritur: sed nec in adulto ad hoc quòd recipiat sacramentum, sed bene ad hoc quòd recipiat gratiam, aliàs esset fictus. Paruuli autem infidelium ante puberta tem cum sint in potestate parentum contra eorum voluntatem non sunt baptizandi secundum Thom. & Pet. de Pal. tamen si baptizentur inuitis parentibus sunt vere baptizati, & cogendi ad fidē seruandam secundum Thom. Sed Pet. de Pal. videtur dicere quòd tales non sunt baptizati. Opinio Thom. magis placet, quia posita causa sufficienti necessario sequitur effectus. Hinc autem concurrunt omnia quæ requiruntur ad baptismum, ergo ibi est baptismus. Et si dicatur quòd causa sufficiens non est solum materia et forma debita, sed etiam intentio seu voluntas baptizandi vera, vt in adultis, vel saltem interpretatiua in paruulis, quæ scili-

Cito baptizētur paruuli.

cet

ceteſt voluntas parentum. Sed hinc deeſt voluntas vera ideſt propria cum non habeant vſum rationis, & interpretatiua, quia contra voluntatem parentum. Sed reſpondetur voluntas interpretatiua paruulorum in baptiſmo intelligitur non ſolum parentum carnalium, ſed etiam ſpiritualium ideſt offerentium ſicut olim ſaluabantur in fide parentũ ideſt eccleſiæ quæ tamen non erat parentum carnalium ſolum, ſed etiam ſpiritualium. Et pro iſta opinione ſcilicet quòd recipiunt verum baptiſma faciunt. c. 28. q. 1. Iudæorum, & extra de iudæis, c. ſicut iudæi, vbi dicitur quòd debent tales cogi ad ea quæ ſunt fidei quod non fieret ſi non eſſent vere baptizati. Ad quod tamen reſpondent illi de alia opinione, quòd intelligitur c. quando de voluntate parentum ſunt baptizati, ſed iſta glo. ibi non reperitur. Item de conſe. diſt. 4. Paruulis, dicitur quòd paruulis ſufficit fides offerẽtium nulla facta mentione de fide parentũ. Ad quod reſpondent alii quòd intelligitur quando offerentes gerunt vicem parentum. chriſtianorum, aut eccleſiæ vt accidit in paruullis chriſtianorum, ſed c. iſtud non facit iſtam diſtinctionem. Pet. autem de Pal. dicit concluſiue quòd ſicut parentes non poſſunt cogi ad ea quæ ſunt pure fidei, & ſic coacti non conſentientes recipiant nil eſt actum, licèt ad ea quæ ſunt legis naturæ poſſint cogi. Sic filii ipſorum infidelium contra eorum voluntatẽ in his quæ ſunt legis naturæ poſſunt coerceri, vt ſcilicet eis non ſubticiantur. Sed in his quæ ſunt pure iuris diuini & voluntatẽ veram requirunt vel interpretatiuam non debet fieri nec factum valet. Sed quicunque parentum etiam ſi tantum mater conuertatur, tunc de voluntate eius contradicente parte poteſt baptizari & recipit baptiſmum, primum vt dixi magis placet. ¶ Quantum ſcilicet ad baptiſmum, vtrum ſcilicet poſſint baptizari paruuli infidelium iudæorũ ante puberſtatem inuitis parentibus, vide ſanctum Thom. 2. 2. q. 10. art. 12. qui reſpondet quòd non triplici ratione quam aſſignat in corpore q. ibi vide. Idem ſentit Card. Floren. de iudæis, in c. ſunt iudæi, & Alb. de Simo & Gaſpar. de Calde. in conſi. & glo. ſuper c. iudæorum. 18. q. 1. Archidiaconus autem ſuper c. Qui ſincera diſt. 45. contrarium ibi firmat ſcilicet quòd filii iudæorum paruuli inuitis parentibus poſſunt baptizari per illos qui ſunt domini eorum. Pro ratione aſſignat, quia tales ſunt ſerui principum & dominorum temporalium. Vnde ſicut poſſunt eos vendere & donare aliis, ita & filios eorum paruulos tanquam mancipia ſua vendere vel dare in ſeruitutem inuitis parentibus, & ita etiam eis auferre ad baptizandum. Et in hoc etiam mentirentur tales principes dum modo hoc non faciant propter compellendos hoc modo parentes ad fidem, ſed propter ſaluandos paruulos ad fidei ſacramenta. Quam opi. ſequitur Ant. de But. & hoc etiam dicit Dominicus de ſancto Gemi. Sed dominus Floren. euacuat motiuum iſtud Archid. dicens in d. c. Sicut iudæi, quod non eſt verum quòd iudæi ſint ſeruitaliter quòd vendi poſſint, & quiquid ſit de iure, tamen de conſuetudine ſeruantur q̃ habeantur pro ſeruis. Vnde quòd dicitur extra de iudæis c. etſi iudæos, quòd propria culpa eos ſubiecit ſeruituti, & 23. q. 8. Diſpar, large ibi ſumitur ſeruitus quoad quædam nõ ſimplicitur quoad omnia. Vnde prohibetur eis auferri ſua vel alias moleſtias inferri, & quod dicitur diſt. 45. De iudæis, quòd non debent inuiti ad fidem trahi, ſecus videtur ſi volentes ipſi & petentes etiam inuitis parentibus accedant. Reſpondet ibi Card. Floren. quòd cũ pueri ignorent quid faciant non proprie poſſunt dici velle, ſed voluntas eorũ eſt in voluntate parentum. Sed in his omnibus videtur valde conſideranda & ponderanda reſponſio beati Tho. in dicta q. quamuis enim ſimpliciter quærat vtrum pueri iudeorum inuitis parentibus ſunt baprizandi, non tamen ſimpliciter reſpondet, ſed cum diſtinctione ſaltem implicite. Nam in cor. q. & in reſponſione ad ar. dicit quòd non habentes vſum rationis pueri non ſunt inuitis parentibus baptizandi. Ergo per ar. cõtrarijs pueri habentes vſum rationis videtur quòd poſſint inuitis parentibus baptizari, quia tunc quantum ad ea quæ concernunt propriam ſalutem videntur ſui iuris eſſe, & ſic per libertatem arbitrium, ſi iam vſum eius habent poſſunt ſed dare diabolo per peccatũ multo magis Deo p̃ fidẽ & ſacra Tota ergo difficultas huius materiæ vẽ in hoc cõſiſtere. Vtrũ i pueritia exiſtẽs iudeus vel iudea habeat vſum rõnis vt ſic poſſit, vel nõ habeat vt ſic nõ poſſit inuitis parentibus baptizati. Et cũ pueritia dicatur durare p̃ ſeptemniũ poſt infantiam, q̃ quis in principio pueritiæ dicat habere vſum rõnis, ſicut in medio vel circa finẽ non videt rõtionabiliter dictũ. Vnde q̃ dicit glo. ſup c. Pueris, de delictis puerorũ, q̃ habẽt vſum rationis & peccare poſſunt cũ ſint doli capaces ſcilicet poſt ſeptemniũ infantiæ, experiẽtia docet, vt in pluribus hoc verũ non eſſe. Et q̃ dicit

Paruuli infideliũ.

Iudei nõ ſunt trahẽdi inuiti.

cit c. Pueris, quòd etsi peccata carnalia non possint perpetrare pueri, possunt tamen alia committere, vt mendacia, periuria, & huiusmodi. Aduertendum quòd tex. Pueris., dicit grandiusculi, grandes autem pueri dicendi sunt non a principio pueritiæ sed a medio vel circa finem, quod sentire videtur Petrus de Anch. quòd scilicet circa medium pueritiæ, vel vltra incipiat habere vsum rationis, & beatus Tho. in 4. dist. 11. q. vlt. ar. vlt. ad. 3. qu. dicit, q̃ pueri in. 11. 12. vel 13. anno possunt se communicare, si appareant signa deuotionis, quia præsumi potest in eis vsus rationis. Et Gaspar Calde. in dicto cõsilio suo questionem de puero iudei duodeni, de quo determinat inuitis parentibus posse baptizari, quia satis potest præsumi de aliquo vsu rationis in eo, & sic in fauorem fidei poterit baptizari etsi non claresçat omnino de vsu rationis. At vbi contrarium appareat scilicet de tali defectu non videtur baptizandus, quia nec in fauorem fidei fienda est alicui iniuria vel iniustitia. Accedit ad hoc dictum Senecæ dicentis. Errant qui putant seruitutem in totum hominem descendere mens sui iuris est, cum scilicet habet vsum rationis, corpora vero obnoxia sunt dominis. Clarius hoc probat dictum concilii Toletani. distin. 45. De iudæis, dicens. Sicut enim homo propria arbitrii voluntate serpenti obediens periit, sic vocante se gratia Dei propria mentis conuersione quisque credendo saluatur. Nec negatur quin alicui præter cõmunem cursum possit accelerari vsus rationis, sine ex complexione naturali vt accidit in puero quinquennio, quem refert Greg. ex blasphemia damnatum, in libr. dyalogo. Sicut etiam aptitudo ad generandum accelerata fuit in eo, quem refert Hiero. nouem annorum nutricem impregnasse. Vel ex specialis gratia Dei, sicut fuit in Ioanne Baptista ac celeratus vsus rationis in cognoscendo Christum in vtero. Thom. in. 4. distin. 6. in expositione literæ. Sed vna hyrundo non facit ner & quæ a communi iure exorbitant in cõsequentiam non sunt trahenda, de reg. iur. libro sexto. Sit ergo conclusio, vt secundum quòd existimari potest de dicta puella vtrã habeat vsum rationis vel non ita fiat. Notatur etiam quòd si puella iudæi efficitur Christiana, pater eius iudæus potest cogi ad dandum ei dotem cum nubit secundum facultatem suam de eo quod licite acquisiuit, non autem de vsuris, & aliis obligatis restitutioni.

Nota dicta Hieronymi.

¶ De intentione baptizandis an sit necessaria & qualiter. ¶ Nota secundum Petrus de Pal. distinct. 6 quòd circa hoc est duplex opinio. Prima est quod requiritur intentio in baptizante, non quidem actualis quæ semper & actu committetur actum baptizandi cum & in modico sermone vix sit possibile quin interrumpatur intentio, sed sufficit quòd ab intentione procedat, quia in operibus meritoriis in quibus tantum vel plus est necessaria intentio operantis non plus requiritur nec etiam requiritur rectitudo intentionis, vt scilicet baptizet ad purgandum peccatum illius. Nam & baptizans propter salutem conferendam vere baptizat, de conse. distinct. 4. Non illud. Sed requiritur intentio faciendi quod facit ecclesia in baptizando, quod non est sic intelligendum quod facit ecclesia Romana aut ista vel illa, sed quod Christus ordinauit & facit ecclesia catholica quæcunq; sit illa, quia sicut nos intendimus facere quod facit ecclesia nostra & nulla alia. Similiter intendunt facere Græci & hæretici quod facit ecclesia illorum & nulla alia. Ecclesia autem illorum est synagoga sathanæ, & tamen non rebaptizamus ab eis baptizatos. Et hoc quia intendunt facere quod Christus instituit & dare verum baptismum licèt putent nos non dare verum baptismũ, & hoc sufficit. Secunda opinio est quòd sola expressio verborum sufficit, quia sunt quædam sacramenta in quibus homo non est principale agens, sed instrumentale & tunc non requiritur eius intentio interior, sed sufficit exterior expressio per quam saluatur veritas verbi. Dicit enim baptizo te, confirmo te, inungo te, vel hoc est corpus meum, quæ omnia vera esse possunt, siue ille intendat siue non intendat. Et præcipue potest hoc dici de baptizante, vbi baptizans est sicut applicans formam ad materiam & causam sine qua non. Sicut etiam in applicante ignem ad ligna absque hoc quod intenderet comburere comburit. Sed in aliis sacramentis quæ requirunt characterem in ministro requiritur ministri intentio, vt in confirmando, in vngendo, in ordinando, absoluendo, conficiendo, in matrimonium contrahendo. Concedunt etiam isti de baptismo, quòd requiritur intentio in ministro proferendi verba & applicandi materiam sicut facit ecclesia, sed non requiritur intentio aliquid operandi. Vnde si baptizans intendit ludere vel deludere, vult tamen dicere & facere exterius quod facit & di-

§. 10.

& dicit ecclesia, scilicet immergendo & verba formæ dicendo & facit ac si intendit baptizare baptismum impetens vel petens pro paruulo, est vere baptizatus, quia ecclesia quæ eum posuit ministrum non intendebat decipere. Etsi ipsæ diceret, quòd intendebat ludere non baptizare non esset ei credendum ad rebaptizandum, immo nec ipsemet qui est certus de sua intentione debet rebaptizare, secus autem esset si etiam baptizatus intendebat ludere, quia tunc non est baptizatus. Dicit tatem ipsæ Petrus, q̃ prima opinio tanquam communior, & tutior est tenenda, quamuis etiam secunda sustineri posset. Fides autem non requiritur in baptizante, qa infidelis vere baptizat.

§. 12. ¶ De fictè accedentibus ad baptismum. Dicit Augustin. de consec. distinct. 4. cap. Tunc valere dicitur. Tunc incipit valere baptismus cum fictior recedit. Sed notandum primo q̃ secundum Per. de Pa. post Tho. quatuor modis contingit fictio. Primo modo qui non credit. Secundo qui indeuote accedit. Tertio q contemnit vt ridendo & iocando accedens. Quarto cum aliter celebrat, ideſt contra prohibitionem ecclesiæ suscipit, vt ab excommunicato vel cõtra communem ritum ecclesię, quod in omni sacramento obseruandum est ne aliàs celebretur, aliàs & fictio incurritur & fructus perditur. Dicitur autem aliquis fictus respectu susceptionis sacramenti quia cum prætendit se velle susc ipere sacramentum ipso facto ostendit se dispositum & paratum, & tamen non est cum sit in proposito peccãdi. Fictus autem primo modo nihil suscipit, qui scilicet non credit nec intendit aliquid suscipere, quia sicut ad sacramentum requiritur intentio ministri ad conferendum, vt dictũ est. §. præcedenti, ita & intentio suscipientis sacramentum si est adultus propria, si paruulus aliena. Vnde deficiente intentione suscipiencis perfictionem nullum est sacramẽtum. Recedẽte ergo tali fictione nullus effectus sequitur in baptizato cũ huiusmodi fictione, quia nil fuit factum, sed indiget talis baptizari ex quo nondum est baptizatus. Quod verum est si constaret: sed in foro exteriori nõ creditur volenti secundo baptizari. Nec ab irregularitate ei parcitur De aliis ergo modis fictionis intelligenda est auctoritas Augu. supra inducta non de isto dicto in quibus cũ est ibi peccatum mortale non recipit effectum baptismi tunc, sed recedente illa fictione per contritionem de ipsa fictione tunc recipit effectum baptismi. Sed vtrum per solum peccatum veniale possit homo esse fictus dicit Petrus. Certum est quòd si respectu aliorum sacramentorum sicut in communicando risus & iocus & vagato mentis faciunt hominem fictum, & per continens auferunt effectum, nisi quis dicat id quod aliàs esset veniale propter irreuerentiam ad sacramentũ fieri mortale. Quo modo autem recedẽte fictione baptismus habeat effectum ponit idem Petr. tres opini. Prima est Ioan. in glo. dicti cap. tunc valere, & iuristarum dicentium quòd non, scilicet virtute baptismi fit remissio peccatorum cessante fictione, sed virtute contritionis & pœnitentiæ. Sed hanc opinionem reprobat, quia glo. corrumpit tex. qui dicit quòd baptismus valet non contrito cessante fictione. Secunda opinio est quorundam modernorum dicentium quòd ex diuina ordinatione est hoc quòd ad characterem sequatur gratia infalliliter, vel tunc si desistit fictio vel postea fictione recedente, & hoc modo dicitur valere baptismus quoad characterem impressum, quia ex ordinatione diuina sequit gratia recedente fictione sicut a principio fuisset, si nõ fuisset fictus. ¶ Tertia opinione est Thomæ dicentis quòd baptismus recedẽte fictione tũc habet totum effectum suum, quia tunc recipit in baptismo characterem talem. Character enim est dispositio necessitãs ad gratiam nisi superueniat impedimentum prohibens eam, & istud est fictio qua remota remouetur effectus, ideſt impedimentum gtię quo ablato recipit effectum baptismi totum, & hanc opinio. firmat idem Pet. tanquàm veriorem addendo, quòd in sacramentis imprimentibus characterem est specialis necessitas quòd sortiantur effectum suum recedente fictione, aliàs non possit eorum effectus haberi, quia non possunt iterari, sed non sic in aliis sacramẽtis, quia cum possint iterari potest effectus eorum haberi, aliàs sumendo. Addit etiam q̃ sufficit attritio ad tollendum illam fictionem, & tunc virtute baptismi etiam fictio mortalis culpa & omnia alia sequentia delentur quoad culpam & pœnam æternam, quę habent connexionem, licèt aliàs mortale post baptismum commissum non remittitur sine contritione, sed hoc est per accidens, verum est tamẽ q̃ mortale commissum post baptismum confitendum est, non quia aliter non remittatur, quia remittitur per remotionẽ fictionis ex naturali cõcomitantia, sed pp præceptum de confitendo, vel posset dici ecõuerso, q̃ licèt aliàs attritio, nũc tñ mortale adiunctũ impedit ne sufficiat, & tunc pp vtrũq;

3. parte. q. 69. ar. 9.

Vbi supra art. vlti.

sacramentum præteritum & futurum baptismi & pœnitentiæ remittuntur omnia mortalia. Sed differunt quia baptismum præcedentia directè, sequentia autem ex naturali concomitantia, econtrario autem propter pœnitentiam in voto, quia & de fictione in baptismo habet confiteri, & solum de peccatis post baptismum. Sed de peccatis ante baptismum non habet confiteri. Hæc Pet. Quod si diceretur quòd effectus in actu requirit causam in actu, ergo &c. Respondet Pet. hoc esse verũ de causa in esse & de effectu immediato, non de causa in fieri, idest dispositiua. Vnde causa in actu gratiæ efficiens est Deus, disponens autem est character, vnde, sicut pater reliquit in vtero matris illud, virtute cuius eo mortuo generatur posthumus, quia pater est causa prolis non immediate, sed mediante dispositione cuius genus est causa in fieri & non in esse, vnde ipso mortuo virtus formatiua operatur. Si sic in regeneratione spirituali per baptismum sicut per causam in fieri producitur character qui recedente fictione est dispositio ad gratiam.

§. 12. ¶ De vnitate baptismi. Nota quòd baptismus non debet iterari. Et hoc secũdum Tho. in. 4. distin. 6. q. 2. art. 1. q. 1. in corpore. q. qua druplici ratione, tum quia imprimit characterem indelibilem, tum quia datur contra originale quod semel contrahitur, tum quia ibi homo configuratur morti Christi quæ semel facta est, tum quia est spiritualis generatio quæ semel facta est. Si ergo certum est omnia quæ sunt de substantia sacramenti concurrisse, licèt cætera quæ sunt de solemnitate defuerint, puta quia vetula verba vere & bene protulit & in aquam intermisit, sed defuerunt catechismus & exorcismus nullo modo est amplius baptizandus, secundum Petr. de Palu. nec simpliciter nec sub conditione, sed caute est supplẽdum quod ex necessitate vel in caute fuit omissum, puta exorcismus & catechismus Si autem constat aliquid de substantialibus defuisse, tunc oia substantialia quæ simul oportet concurrere sunt iteranda quæ iam fuerunt adhibita etiam alia quæ sunt de solemnitate secundum theologos, quia quando vnum sacramentum confertur & tempus patitur, debita solemnitas est adhibenda, & nil de concurrentibus est omittendum, nec est vis si repetuntur quę sacramenta nõ sunt, & etiam quæ sunt de substantia quãdo nihil est factum, & per continens non fuit sacramẽtum nec sacramento fit iniuria. Iuristæ vero dicunt ꝙ nihil est iterãdum, sed solũ est supplendum quod fuerat prætermissum. Sed pari ratione, nec si aliquid de substãtialibus fuisset adhibitũ, illud esset repetendum & sic non esset verum secunda vice propter omissionem eius quod nõ est adhibitum sicut nec fuerat prima vice, nec propter omissionem eius, quod nunc est suppletum. Si autem probabiliter est dubium, vt quia puer in nemore expositus inuenitur, baptizandus est sub conditione quæ habetur, extra eo cap. 2. Præmissa negatiua. Si tu es baptizatus non te baptizo &c. Idẽ dicit Ric. in. 4. de exposito de quo nescitur a quo sit expositus, & a quo sit baptizatus tenendum. ¶ Dicit etiam Rich. in. 4. ꝙ si existens in ponte cum paruulo, cum alias non habeat aquam ad baptizandum intendens saluti eius prouidere, cum videat ipsum mori, si proiiciat in aquam dicens formã baptismi cum intentione baptizandi talis non est baptizatus. Et ratio est, quia proxima materia baptismi est ablutio in aqua quod autẽ abluitur primo cooperitur aqua in toto vel parte postea discooperitur. Vnde per primũ baptismum repræsentat Christi sepulturam, per secundum resurrectionem, quãuis autem in casu prædicto puer per actũ illius qui proiicit in aquam mergatur, non tamen est actus ordinatus ex sui natura ad hoc vt puer ablatur, sed vt submergatur. Vnde si euadit baptizãdus est. ¶ De illo qui ex Christianis est natus & inter Christianos conuersatus non est in dubium reuocandum secundum Petr. de Pal. nisi non baptizatus euidentissime probaretur, extra de presbyno bapti. ca. fi. Si autẽ vno teste puta obstetrice asserẽte baptizatus probetur bene credendum est. ¶ Pœna rebaptizatis est, quòd qui scienter vel per ignorantiam iuris hoc faceret vel in faciendo iuuerit irregularis est, & non nisi per Papam dispensandus & non est dubiũ ꝙ peccat mortaliter, extra de apostat. c. 2. Si autem per ignorantiam facti probabiliter recusaretur, sed rebaptizatus ex eo, quia ignorabat se tunc fuisse baptizatum est irregularis, vt habetur de consec. dist. 4. Qui bis, sed per episcopum potest dispẽsari, immo etiam quidam dicunt talem non esse irregularem, quia ignorantia facti excusat eum. Illud enim fuit olim seruatum in odium rebaptizantium nunc non tenet. Tenendo primam opinionẽ, quę est magis cõsona textui, si quæratur quare rebaptizans in tali casu non sit irregularis cum pro eo facto illicito magis debeat puniri agens ꝙ patiens. Potest respõderi ꝙ hoc ideo est, quia non inuenitur in iure cautum, ꝙ baptizans, qui

& in. 3. parte q. 66. ar. 9.

Notãdũ de iuẽtiis pueris.

Pœna rebaptizãtis.

quí neſcit baptizatum, fiat irregularis, ſicut inuenitur de ipſo rebaptizato, & pœnæ non ſunt extendendæ, vel etiam de ipſo rebaptizato poteſt dici q̃ tunr ſit irregularis, ſi poſtquã ſciuit, ratum habuit ſecundum vnam glo. illius, ca. ¶ Item nota q̃ etiam in vtero ſanctificati ſunt baptizandi ſecundum Thom. in. 4. ſen diſt. 6. q. 1. arti. 1. q. 3. in corpore. q. & Pet. tum vt formentur aliis. Vnde ex baptiſmo recipiunt characterem, non autem emundationem ab originali, quia iam per ſanctificationem emundati ſunt nec de nouo accipiũt primam gratiam, quia iam receperunt in vtero materno & in tanto robore, vt nõ poſſint peccare mortaliter, ſed augmentum gratiæ percipiunt tenentur enim ad hoc de præcepto, q̃a ſanctitas non excuſat hominem ab obſeruatione præcepti ſicut nec a ieiuniis eccleſię.

Sanctificati in vtero ſunt baptizãdi.

§. 13. ¶ De adultis petentibus baptiſmum. Dicit Beatus Tho in. 3. parte. q. 68. art. 4. in corpore artic. quòd non ſtatim cum conuertuntur eſt eis baptiſmus dandus, ſed debet differri vſq; ad aliquod certum tempus, & hoc tripliciex cauſa. Primo propter cautelã eccleſiæ, ne decipiatur fictè accedentibus tribuens ſacramẽtum. Secundo vt ante baptiſmum de fide plene inſtruantur. Tertio propter reuerentiam ſacramenti, dum ſcilicet præcipuis ſolemnitatibus, vt paſchæ & pẽthecoſtes ad baptiſmum homines admittũtur ſi tamen plene eſſent inſtructi, vel infirmitas vel aliud mortis periculũ immineret, ſine dilatione eſſent baptizandi. Statuit autem eccleſia prædictum tempus ab ſolemnitatẽ baptiſini, non ad neceſſitatem eius, quia habet efficaciam ex virtutẽ ſpirituſſancti & paſſione Chriſti, cuius ſepulturę homo configuratur in baptiſmo vt patet Roma 6. & ideo in penthecoſtæ & vigiliis paſchæ. ¶ De iudeis autem & paganis dicit Hoſtien. in ſumma, q̃ ſi ex mora ſen dilatione baptiſmi imminet periculum, quia ſcilicet conuerſus timet ne alii iudæi vel pagani ipſum interficiãt, ſi hoc perpẽdunt, & tũc eſt citius baptizandus expoſita ſibi fide prout poteſt. Si autem non imminet periculum aliquod tunc ſunt per octo menſes vel aliàs arbitrariè inter cathecuminos retinendi, de conſecr. diſtinct. 4. Ne quod abſit, & cap. iudæi, & cap. ſequenti.

Nota de Iudęi & paganis.

§. 14. ¶ De catechiſmo dicit Petr. in. 4. quòd cum baptiſmi ſaluatio ſit per fidem merito requiruntur a baptizato ea q̃ ſunt de neceſſitate fidei. Et hęc ſunt tria, ſcilicet fides ſuſceptio, fidei profeſſio, & fidei obſeruatio. Et propter hec tria catechiſmus inuentus eſt in quo fit inſtructio de articulis communibus diſtincta ad fidei ſuſceptionem. Fit & ſponſio ad fidei profeſſionem, fit etiam ſponſio ad fidei obſeruationem. Et quia adultus peccatum proprium habet & per ſe credere poteſt requiritur hoc ab eo ex neceſſitate & per ſeipſum. Quia vero paruulus peccatum actuale non habet nec per ſe credere poteſt, requiritur hoc ab eo & de congruitate, & per vicarium, ſcilicet per patrinum, quia patrinus non reſpondet in propria perſona: ſed in perſona paruuli. Et eſt ſenſus, eredo, ideſt præſto ſum ſacramentum fidei ſuſcipere ſecundum Auguſt. expoſitionem vel intelligitur de obſeruantia fidei in futurum. Et ſic ſecundũ Tho. duplex poteſt eſſe ſenſus. Primus eſt, credo ideſt quãdo ad perfectam ætatem veniam fidei aſſentiam. Secundo eſt, credo ideſt operam dabo quòd ipſæ credat, & ſic obligatur puer ipſæ & patrinus, quia de illis ad quę omnes tenentur non eſt inconueniens quòd vnus obliget alium. Secus eſt in his ad quæ nõ omnes tenentur nec ex hoc ſequitur magnũ periculum in tenente ad baptiſmum quantum ad modernum tempus ſecundum Tho. quia parentes ſui ſunt chriſtiani & probabiliter æſtimari poteſt, quòd eum in fide nutriẽt & ab aliis quibus conuiuit fidem addiſcet. Secus autem erat in primitiua eccleſia vbi pueri cum infidelibus conuerſabantur, & ſimiliter eſſet nunc ſi parentes eſſent ſuſpecti de infidelitate, tunc enim diligentior cura eſſet a patrino adhibenda Idem Alber.

Duplex ſenſus verborũ

¶ De exorciſmo dicit Tho. & Pe. q̃ licèt circa hoc plures fuerint opiniones. Melius tamen dicendum videtur q̃ habet effectum in corpore & anima, quia minuit poteſtatem dęmonis ne tantum poſſit in hominem, ſicut ante baptiſmum & ne baptiſmum & alia bona impediat, ſed prædicta poteſtas totaliter in baptiſmo tollitur, de conſe. diſt. 4. ca. Ne quenquam. Ibi ponitur figura de Pharaone qui prius flagellatus eſt poſtea ſubmerſus.

§. 15. 3 parte. q. 71. arti. 3.

¶ De ſignificatione ſacramentalium quæ fiunt in baptiſmo ſic dicit Petrus. Ante baptiſmum, fiunt quattuor, quæ ſignificant quattuor fienda in baptiſmo. Nam exſufflatio & inſufflatio ſignificant ſpiritus maligni expulſionem, & ſpirituſſancti inſuſionẽ. Salis linitio gram & ſapientiam & præſeruationem a peccatorum futurorũ putredine. Saliuæ contactus circa aures & nares, ſenſuũ ſpiritualiũ apertionẽ. Vnctio olei in pectore, & inter ſcapulas legis Dei amorẽ & deuotam ſubiectionẽ. Alia tria fiunt poſt baptiſmum, ſcili-

§. 16.

ſcilicet chriſmatio ī vertice & ſignificat Chriſti gratiam & conformitatem in mēte Cerei impoſitio ſignificat fidei & morum claritatē. Veſtis candida ſignificat innocentiæ reſtitutionem.

De confirmatione & miniſtro eius, & materia, & forma, & effectu. Cap. 14.

SEquitur de confirmatione de qua dicitur Actuū. 8. Imponebant manus ſuper illos ſcilicet Apoſtoli, & accipiebant ſpiritum ſanctum. Et dicitur iſtud ſacramētum chriſma ratione materiæ, cōfirmatio ratione effectus, manus impoſitio ex modo dandi. Vnde dicitur de cōſe. diſt. 5. Omnes fideles poſt baptiſmum recipere debent per manus impoſitionem ſpiritum ſanctum, vt pleni Chriſtiani ī veniantur. Quod ſit ſacramentum probatur, quia omne ſacrans mentem cum ſigno viſibili ad ſpecialem effectum eſt ſacramentum, ſed cōfirmatio eſt tale, vt infra patebit. Vnde de conſec. di. 5. De his dicitur. Scitote vtrumque, ſcilicet baptiſmum & chriſma magnum eſſe ſacramentum. Inſtituit autem Chriſtus ſecundum Pe. de Pa. ipſum, cum paruulis manus imponeret. Lucæ. 18. Figuratiuē tamen, vnde non videtur q̄ eis contulerit illud ſacramentum, quia eius vſus non conueniebat ante miſſionem ſpiritusancti. Vel etiam aliās inſtituit illud ſacramentum, licēt non ſit ſcriptum, apoſtoli autem chriſmati fuerunt die penthecoſtes ſine chriſmate deſcendente ſpiritusācto in igneis linguis. Si enim Chriſtus ſecundum q̄ homo potuit dare effectum ſacramenti ſine materia ſacramenti multomagis ſpiritusſanctus, nec aliam cōfirmationem illi 120. habuerunt & characterem receperūt ſicut nec Apoſtoli aliam ordinationem receperunt quā illam, de qua dicitur Matth. 26. Hoc facite in meam commemorationem.

Ritus Apſtorū in cōfirmatione.

Quando autem apoſtoli cēteris manus imponebant confirmantes vel chriſmate vrebātur, vel ſi non vtebantur, quia tunc dabatur ſpiritusſanctus ſigno viſibili, hoc fuit diſpenſatione Spiritusſancti ſicut etiam diſpenſatiue baptizabant in nomine Ieſu. Sed quia ceſſat cauſa cum non detur ſpiritusſanctus viſibiliter ceſſat & diſpenſatio, nec modo Petr. ſi viueret ſine chriſmate confirmaret. Hęc omnia Pet. ibidem.

§. 1. ¶ De neceſitate huius ſacramenti. ¶ Nota ſecundum Petr. de Palu. q̄ non eſt ſimpliciter neceſſarium, vt dicunt iuriſtæ, nec ex inſtitutione propter effectum eius qui eſt robur ſpirituale, quia de facto & meritoriè poteſt homo cōfiteri fidem tempore perſecutionis per fortitudinem & charitatem quæ datur in baptiſmo, cum minima charitas ſufficiat ad reſiſtendum cuicunque tentationi. Item nō eſt neceſſaria ex inſtitutione Chriſti, quia Chriſtus non promulgauit hoc ſub comminatione damnationis vt baptiſmum & pęnitentiā. Nec ex preceptione ſicut euchariſtiam propter quod iſta tria dicuntur neceſſitatis. Sed hoc videtur neceſſarium ex ordinatione eccleſiæ, ita q̄ ſicut homo ex ordinatione eccleſiæ tenetur ſemel in anno cōfiteri & communicare, aliter peccat mortaliter, etiam ex eccleſiæ ordinatione, & ſi nunquā occurat confeſſio perſecutionis, tamen tenetur homo ſemel in vita confirmari & ſi poſſit & negligat, licēt ſacramentum aliter non contemnat peccat mortaliter & damnatur moriens, niſi confirmetur tunc ſimpliciter vel niſi pæniteat, & confiteatur de hoc quod in ſanitate potuit & neglexit. Similiter ſiquis bellū mortale intrat qui prius confirmare potuit & neglexit, debet de hoc confiteri vel confirmari ſi poteſt, & ſic intelligitur illud de conſecrat. diſt. 5. vt ieiuni. Non erit Chriſtianus qui nō fuerit epiſcopali vnctione chriſmatus ſupple ſi poterit.

¶ Materia autem huius ſacramenti eſt chriſma conſecratum ab epiſcopo. Chriſma autē illud oportet quòd ſit cōpoſitum ex oleo oluarum, quod deſignat nitorem cōſcientiæ & balſamo quod deſignat odorem bonæ famę, extra de ſa. vn. c. 1. Oportet etiam q̄ talis cōpoſitio ſit ab epiſcopo conſecrata. Quia enim Chriſtus non eſt vſus illa materia nec iſto ſacramento, ſic nec etiam oleo ſancto, ideo indiget cōſecratione huiuſmodi materia, ex quo per conctatum eius non eſt conſecrata, ſicut aqua baptiſmi & ſacramentum altaris, Chriſtus etiam actus omnium ordinum in ſua pſona exercuit, & ſic ex vſu ſacramenti illius etiam ſine materia conſecrauit materiam ſacramenti ordinis. Ad ſacramentum enim qđ habet materiam extra actum ſuſcipientis requirens miniſtrum conſecratum pręexigitur de neceſſitate ſacramenti materiæ exterioris conſecratio. Si ergo non fiat in vnctio chriſmatis ab epiſcopo nil fit. Item li ab epiſcopo & chriſmate ſed nō conſecrato non eſt ibi ſacramentum cōfirmationis, nec poteſt electus conficere chriſma, ſed oportet quòd ſit conſecratus epiſcopus. Non eſt autem de neceſſitate ſacramenti quòd ſit chriſma cōfectum die cænæ vel illo anno, ſed eſt hoc de neceſſitate

§. 2. Rō cōſecrationis materię cō firmationis.

præcepti,

præcepti, quia ſolum in die cænæ eſt cõficiẽdum & de chriſmate cõfecto conſecrato illo anno. ar. de conſecr. diſtinc. 4. Siquis de alio, & vetus eſt intra eccleſiam exurendum.

§ 3. ¶Formam etiam determinatam habet iſtud ſacramentum, quia licèt ſacramenta quę nõ habent materiam aliam extra ſuſcipientem, non ſic requirãt determinatam formam verborum ſicut pænitentia, & matrimonium, tamen quæcunque requirunt determinatam materiam exteriorem ſuſcipiẽtia applicãdã, requirunt etiam determinatam formam verborum, vt baptiſmus, extrema vnctio, euchariſtia, & confirmatio, & huiuſmodi. Non eſt autem forma conſecratio materiæ. Solum. n. ſacramentum euchariſtiæ eſt cuius eſſentia conſiſtit in conſecratione materiæ, cætera vero non. Eſt igitur forma iſta Conſigno te ſigno Crucis, confirmo te chriſmate ſalutis in nomine patris & filii & ſpirituſſancti. Hanc autem formam non habemus ab euangeliſtis ſed a traditione Romanę eccleſię, quæ etiam accepit ab apoſtolis qui eam a Chriſto acceperunt iuxta illud. 1. Corinth. 11. Ego accipi a domino quod & tradidit vobis. Et ſi apoſtoli non fuerunt vſi hac forma, hoc diſpenſatione fuit factum, ſicut tũc forma baptiſmi, Magis tamẽ vſi creduntur (licèt non legatur) qa occultabant formas ſacramentorum propter irriſiones gentilium. Et quia in ſigno Crucis omnia ſacramenta perficiuntur, de conſecra. di. 5. Nunquid, ideo dicit, conſigno te ſigno crucis, confirmo te chriſmate ſalutis, notatur ibi materia ſalutis, finis qui eſt effectus ſacramenti. In nomine patris &c. dicitur ad deſignandum cauſam principalem in effectu cõferendo ſacramenti de mutatione formæ idẽ ſentiendum erit quod de mutatione formæ baptiſmi, de qua ſupra.

Forma confirmaticis.

§. 4. 3. pte. q. 72. ar. 5. ¶Effectus autem confirmationis ſm Pet. de Pa. poſt Thom. eſt triplex. Primus eſt impreſſio characteris. Cum enim confirmatio ſit ſacramentum quo homo deputat ad aliquod ſacrum puta ad confeſſionem fidei & conſtãtem eius defenſionem, ideo characterem imprimit ſicut videmus q̃ his qui ad militiã eliguntur imprimitur aliquod ſignum permanens, puta q̃ aureis paramentis in armis & equeſtribus inſtrumentis vtuntur ad differẽtiam aliorum. Et olim militibus in brachio vel in alio loco cauterium imprimebant. Cõueniens eſt igitur & milites Chriſti aliquod charactere diſtingui & conſignari. Eſt autem diuerſus iſtæ charactere a charactere baptiſmali & ordinis, & præſupponit characterem baptiſmi ad eſſe, quia non baptizatus nõ eſt ſuſceptibilis confirmationis. Sed character confirmationis præſupponitur ad characterẽ ordinis ad bene eſſe, quia etiã ſine ipſo ſi quis ordinaretur reciperet ordinem, & quia charácter indelibilis eſt, iõ iſtud ſacramentum non eſt iterandum. 1. q. 1. c. Manus impoſitio. Reconfirmatus tamen ignoranter non eſt irregularis, ſicut rebaptizatus ignoranter. Et ratio eſt quia c. qui bis de conſe. diſt. 4. loquitur de rebaptizato & non de reconfirmato, & pænæ non ſunt extendẽdæ, & maxime irregularitatis, vt dicitur de ſenten. excom. c. Is qui. lib. 6. ¶Secundus effectus confirmationis eſt gratia ſacramentalis quæ eſt diſtincta a gratia ſacramentali baptiſmi. Quod enim per iſtud ſacramentum homo deputatur ad aliquod ſacrũ quod digne ſine gratia fieri non poteſt, quia nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. ¶ Item quia deputatur ad opus arduiſſimum, & maximæ charitatis, ſcilicet ponere animam pro Chriſto cum Deus nõ deficiat in neceſſariis. Ideo in hoc ſacramento datur gratia & plenitudo gratiæ præcipue ad robur, vt de conſo. diſt. 5. Nouiſſime, perficit autem gratia ſacramentalis confirmationis gratiam ſacramentalem baptiſmi, ſicut vna virtus perficit aliam a ſe differẽtem ſicut fortior minus fortem. Vnde de cõſecra. diſt. 5. De his, dicitur, q̃ vnum ſine altero perfici non poteſt, ideſt, baptiſmus ſine confirmatione, quando ſcilicet poteſt haberi ſicut nec liberalitas ſine magnanimitate. Gratia vero gratum faciẽs quæ eſt vna in omnibus ſacramentis, collata in baptiſmo ſi perſeuerat cõfirmatione perficitur, quia eſſentialiter augetur, & aucta mereatur perfici. Et propter hoc dicitur quis per cõfirmationem eſſe plenius Chriſtianus vt de cõſe. diſt. 5. Omnes. ¶Tertius effectus eſt cognatio ſpiritualis nõ ſolum impediens matrimonium, ſed etiam dirimens cõtractum. Et hæc cognatio in confirmatione contrahitur inter confirmatum, & eum vel eos qui tenent ad confirmationem. Item inter ipſum cõfirmatum et filios naturales tenentis ad confirmationem cum coniugibus ſuis. De hoc tamen vide ſupra tit. 1. c. xv. Sed inter ipſos tenentes ad confirmationem ſicut nec etiam inter tenentes ad baptiſmum non contrahitur adinuicem cognatio ſpiritualis. Et quamuis regulariter vnus tantum debeat tenere ad confirmationem ſicut ad baptiſmum, vt de conſe. diſtin. 4. Non plures tamen ſi plures tenentes ſint ad omnes extenditur cognatio iſta. Item non confirmatus non debet tenere cõfirmandum

Nota q patrini.

dum.ar.di.4 In baptizante. Item nec vir vxorem nec vxor virum alioquin iure perēdi debitum carebunt si scienter facerent, secus si ignorāter.30.q.1. De his, de hoc etiam supra titu. 1. Item consanguinei vel affines non debent se mutuo tenere, quia sufficit vinculum carnale vel naturale.

§.5. ¶ Quibus debet dari cōfirmatio,& de circunstantiis circa deuotionem eius Not. ſm Petr. de Pa. Primo quòd debet dari omnibus baptizatis non autem non baptizatis, & hoc dicitur de conse. di.5. Omnes fideles, qui omne dicit nihil excludit. Vnde & mulieribus sicut viris dandum est, quia & mulieres pro Christo dimicauerunt & mōstruosi & hermophroditi & surdi & muti. Item infirmi & morientes possunt & debent confirmari, quia tūc imminet pugna inuisibilis contra hostem, & q̄uis contra talē pugnā non det cōfirmatio, expēdit nihilominus vt morientes adnumerentur militiæ Christi,& inde magis nobilitētur ex tali signo. Est enim character quilibet ſm Tho. beatis ad augmentum gloriæ accidentalis sicut & damnatis ad augmentum pœnæ. 3.pte q. 63.ar.5. ad.3. ¶ Nota secundo q̄ paruuli etiam possunt confirmari, quia si non tunc tamen postea habebunt forte confiteri & minus habent de fictione tamen quia hoc sacramentum iterari,non debet, & non sic præsumitur de conuersato inter christianos, quòd sit chrismatus,sicut q̄ sit baptizatus,ideo non expedit q̄ paruuli cōfirmentur ante septennium vt possint melius recordari postea cōfirmati quibus & propter hoc solet dari alapa, saluantur tamen paruuli baptizati etiam sine confirmatione. ¶ Nota tertio q̄ est facienda tantum in fronte talis chrismatio seu inuncio, extra de san.vnc. c.1. Quia vt magis audacter & sine timore & rubore homo cōfiteatur Christum datur confirmatio, & ideo dotius in fronte fieri debet vbi magis apparent huiusmodi passiones. ¶ Nota quarto q̄ debet frons ligari quousq; chrisma deficcetur, non oportet autem q̄ pānus septem diebus ligato capite portetur, sed quòd septem diebus caput a lotione seruetur,& hoc propter reuerentiam chrismatis & propter septem dona spiritussancti. ¶ Nota 5. q̄ òd debet ab aliquo teneri qui cōfirmatur nec tamen ista tentio est de necessitate sacramenti, quia & sine ipsa daretur, sed ex præcepto si adsit facultas. Congruit autem tentio huic sacramento, quia confirmandus vt infirmus confirmari petit, & ideo alio vt baculo sustētatur quasi infirmus,& mulier etiam tenere potest. ¶ Nota sexto q̄ adulti admonendi sunt præmittere confessionem ante confirmationem, vt de cōse. dist.5. Vt ieiuni. Et hoc in omni susceptione sactamenti, post baptismum obseruandum est ab eo qui post baptismum peccauit mortaliter, quia secunda tabula post naufragium est pēnitentiæ,vt dicit Hiero de pæ.dist.1. Et ideo post naufragium, idest mortale post baptismum cōmissum ad eam priusquam ad aliud sacramentum recurrendum est. Vnde contritus antequam cōfessus si commode potest nec eucharistiam nec extremam vnctionem,nec ordinem nec confirmationem susciperе debet. ¶ Nota.7. quòd ieiunis & a ieiunis dari debet & susci pi, de cō se. di.5. Vt ieiunis,&c. 2. quod de omni sacramento intelligendum est. Vnde nec post prādium sine magna & iusta causa confessio facienda est maxime de mortalibus. Est autē iusta causa si homo timeat obliuiſci peccatum differens in crastinum vel se non habiturum tempus ita opportune, & similiter si episcopus debeat mane recedere, quia post prandiū paratus est cōfirmare. ¶ Nota octauo quòd in omni loco dum tamē decenti & honesto potest episcopus confirmare sine peccato, non solum in ecclesia, sed extra, licèt chrisma solū in ecclesia confici debeat, quia quod non est prohibitum est concessum, non tamē extra locum suæ diœcesis debet confirmare, sicut nec alia sacramenta vel sacramentalia ministrare etiā subditis. Nec archiepiscopus subditos suffraganeorum suorum dū visitat, sed nec in diœcesi sua debet alterius diœcesani subditos confirmare ar.16.q.1 Interdicimus & hoc nisi ex commissione vel licentia, tamē confirmando nō subditos, verè sacramētum præstat. Et licèt peccet, non tamen efficitur irregularis vel suspensus. ¶ Nota nono q̄ tempore interdicti dari potest, sicut & baptismus & chrisma confici, extra de sent.excom.c. Super eodem titu. quoniam lib.6.omnia idem Petrus.

¶ De ministro huius sacramenti. Nota q̄ solus episcopus potest ex officio confirmare sicut & chrisma conficere. Est autē magna qō inter doctores, vtrū simplex sacerdos possit confirmare, & omnes in hoc concordant, q̄ sine dispensatione seu commissione papę nō potest, etsi facit nihil agit, sed ex commissione papæ potest sacerdos conferre confirmationem & minores ordines vt tenet Tho. & Pe. de Pa. & gl. dist.95. Peruenit. Vnde Greg. Papa dispensauit & permisit ad tollendum scandalum sacerdotes chrismare, nec est credendum quòd in hoc dispensasset si non potuisset

§.6. in 3. pte q.73.ar. vlt.ad 1.

set nec dicendum quòd errauerit. Potest ergo committere papa, vt dicit Pet. de Pa. si est consecratus simplici sacerdoti conferre cõfirmationem & ordines minores, quia hęc sunt ordinata ad corpus Christi mysticum, super quod est plenitudo potestatis committentis. Et commissarius est capax potestatis perfectè super corpus Christi mysticum cum habeat potestatem super verum. Sed papa non potest committere sacerdoti potestatem conferendi maiores ordines, non quia commissarius non si capax, sed quia committens non habet plenitudinem potestatis respectu eius qđ committit, ideſt respectu corporis veri ad qđ habet actum quasi immediatum ad omnes maiores ordines. Gratia. di. 95. §. sed illud, dicit quòd forte in extrema necessitate & consuetudine in absentia episcopi possunt presbyteri chrisma conferre. Sed decretalis quanto de consuet. dicit contrarium, quia scilicet corruptela est & nil agitur. Idem dicit gl. super c. Peruenit dist. 95. & ita tenent theologi. Nota ergo in illo cap. peruenit, ꝙ Greg. ad tollendum scãdalum dispensauit quòd presbyteri conferrent chrisma. Item papa non pôt committere inferiori sacerdoti cõfirmare & ordines minores dare, nõ propter defectum committentis, sed quia commissarius non est capax potestatis perfectè super corpus Christi verum, scilicet ad conficiendum. Sed contra prædictam conclusionẽ ab aliis qui sunt contrariæ opinionis, arguitur sic. De integritate cuiuslibet sacramenti sunt materia & forma & minister, sed per papam non potest immutari materia & forma sacramentorum, ergo nec minister. Aut ergo minister confirmationis est episcopus, & sic alteri papa committere non potest, aut simplex sacerdos, & sic absq; papæ confirmatione hoc potest, sed istud ab omnibus negatur, ergo sequitur primum. Respondet idem Petrus quòd cum sacerdos fiat episcopus, & minister huius sacramenti sit sacerdos episcopus, quia non potest esse episcopus nisi sit sacerdos, immo nõ videtur alius character, sed idem tamẽ plenior character sacerdotis, hoc scilicet dispensando quòd simplex sacerdos confirmet non est mutare ministrum quoad substantiam. Sciendum est quòd forte ex dispensatione papæ ex chrismate non consecrato posset dari confirmatio & ex oleo non sanctificato fieri inunctio, quia illa consecratio est quid sacramentale & nil reale addi, sed puram relationẽ rationis dici. Vnde dici potest quòd Christus instituit materiam & sanctificationẽ ecclesiæ commisit, quia sic Christus instituit quòd oleum vel chrisma sit materia illorum duorum sacramentorum, eo modo quo fuit per ecclesiam determinatum. Vnde forte non est idem modus consecrandi apud omnes, & quia consecratio illa non est sacramentũ: sed quid sacramentale, ideo non videtur in dispositione ecclesiæ. Sed sicut nullum est matrimonium inter personas quas ecclesia reddit illegitimas, sic non esset cõfirmatio nec inunctio si fieret de materia contra ritum ecclesiæ præparata. Similiter si consecratio episcopi nõ sit sacramentum: sed sacramẽtale, videtur quòd papa possit circa illud dispensare, v:. s. minister conferens illa sacramẽta quibus afiquis præficitur corpori Christi mystico sit simplex sacerdos si sic est a Christo determinatum, quod sit sacerdos sm ꝙ placuerit ecclesiæ ipsum consecrare. Vnde ꝙ præest ecclesiæ toti potest ei committere sine hac consecratione. Sed quia generaliter statuit ꝙ episcopus hoc non faciat qui contra hoc agit nihil facit, determinationem. n. sacerdotis Christus ecclesiæ commisit, sed ꝙ sacerdos hic determinauit. Vnde papa forte posset facere quòd simplices sacerdotes episcopum consecrarent, sed respectu aliorum sacramentorum, quę respiciunt corpus Christi verum, Christus determinauit non solum ꝙ esset sacerdos sed etiam qualis sacerdos, quia episcopus secundum ritum ecclesiæ consecratus. Vnde modum consecrandi episcopum ecclesiæ commisit, sed eum consecratum voluit esse vlteriori ritu quàm simplicem sacerdotẽ & quamuis ista nõ probentur tamen isto modo eẽ potuit, & isto modo saluari potest quòd ecclesia Romana facit de qua supponẽt dum est ꝙ non errat. Dicit idem Petrus, ꝙ papa habet plenitudinem potestatis etiam quantũ ad consecrationem in qua etiam alii sibi non æquantur, quia licèt omnia sacramenta possint alii episcopi conferre sicut ipsæ, tamen in sacramentis conferendis alii tenentur ad modos consecrãdi ad quos ipsæ non tenetur in multis consecrationibus habet potestatẽ excellentiæ, quia sine illis potest res consecrare, ex quo consecratio est per institutionẽ ecclesiæ. Habet etiam secundum omnes plenitudinem potestatis quantum ad iurisdictionem i qua nullus ei æquatur, & ad istã iurisdictionem pertinet commissio omnis, quia ut dicitur. ff. de iur. omn. iud. l. eo. in iurisdictione cõtinetur

Eminentia potestatis Papalis.

tinetur iudicis dandi licentia. Vnde licet confirmare & consecrare sit consecrationis, committere tamen ista est iurisdi tionis.

De extrema unctione quo ad materiam, formam, ministrum, & effectum. Cap. 15.

EXtremæ vnctionis sacramẽtum instituit Christus, sed Apostolus Iacob. promulgauit dis. 5. c. suæ epistolæ. Infirmatur aliquis ī vobis inducat prosbyteros ecclesiæ qui orẽt super eum vngentes eum oleo in nomine domini & oratio fidei saluabit infirmum. vt di. 95. Illud dicit Gelasius q̃ nõ penitentibus vnctio ista fundi non potest, quia genus est sacramẽti. Et notandũ ſm. Pet. de Pa. in. 4. dist. 23. q̃ triplex est inunctio ecclesiæ. Vna quæ nec est sacramentum nec sacramentale, quia nec per se gratiam causat nec ad aliquod sacramentum susciendum vel perficiendũ ordinatur, & hæc est vnctio regũ. Vnde nõ oportet q̃ fiat de materia consecrata & multo minus cum chrismate, nec ī capite sit vnctio sed in humero vel armo. Secunda vnctio est sacramentalis: sed non sacramentum quia. s. ad sacramentum ordinatur vel suscipiendum vt olei vnctio ad cathecumenos vel perficiendum vel digne custodiendũ sicut vnctio qua baptizat̃ inungitur in vertice chrismate, & qa episcopus chrismate in capite & manibus & altare chrismate & presbyter oleo ī manibus vngit̃. Vnde & Host. reprobat opinionẽ Goss. qui dicit, q̃ manus presbyteri inungit̃ chrismate. Tertio inunctio est sacramentũ per se, & illa est duplex, quia vel chrismatis in fronte per episcopũ vel olei sancti per sacerdotem in organis sensuum infirmi per sacerdotem, & quilibet harũ est sacramentũ per se. De his vnctionibus & significatione earum habetur extra de sa. vn. c. 1. Et licèt fiant plures vnctiones, est tñ secundum Tho. vnum sacramentũ vnitate quæ est ex parte finis quia ad vnum causandum & significãdum ordinantur, scilicet sanationem spiritualem. Vltima tamẽ vnctio est formalis respectu præcedentium & agit in virtute earum, & tunc datur effectus sacramenti.

triplex vnctio.

In 4. di. 23. q. 1. arti. 10.

§. 1. ¶ Materia huius sacramẽti remota est oleũ oliuarum. Et licèt Papa posset facere quòd oleum nucũ fieret vnctio ad cathecumenos & vnctio manum sacerdotis, quia sacramentalia sunt, non tamen posset facere quòd oleum nucum etiam consecratum daretur extrema vnctio, quia sacramentum est. Vnde si misceatur balsamum vel oleum nucum vel alius liquor esset præcepti transgressio, & si mutaretur species propter mixturam, esset irritatio sacramenti. Habet enim oleum oliuarum maximã conuenientiam ad significã dum eius effectũ, qui est hilaritas & claritas mentis, vt declarabitur. Materia autem propinqua est, quòd illud oleum oportet quòd sit ab episcopo consecratum, nec refert quomodo sit benedictum oleum dummodo sit oleum oliuarum, & talis benedictio qualis a tota ecclesia vel Romana consuevit. Vnde papa posset mutare consecrationem olei, & alias huiusmodi, sed non posset inungere oleo nullo modo consecrato, sed posset consecrare sicut vult non autem inferior papa hoc posset, & potest cum consecrato commiscere non consecratum, dummodo sit de oliuis, & totum fit consecratum, extra de consecratio. eccles. quod in dubiis.

¶ De forma huius sacramenti dicit Thom. & Pe. in quarto, quòd est deprecatiua quam instituit Greg. scilicet per istam sanctam vnctionem & suam piissimam misericordiam &c. Indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum, auditum, &c. Et ista forma est de necessitate sacramenti. Alia est forma quam dicitur instituisse. Ambro. quæ est indicatiua scilicet vngo istos oculos oleo sanctificato, in nomine patris & filii, & spirituſſancti, hæc forma est de bene esse non de necessitate sacramenti. Vnde nec vsus eius est generalis, sed tantum apud quasdam ecclesias, & secundum morem illarum ecclesiarũ præmittitur ante formam deprecatiuam. Concord. Alber. quòd sit conuenientior forma deprecatiua, ostenditur ex verbis Iacobi Apostoli quinti capitu. & qui infirmus est propriis viribus destitutus vnde indiget subleuari orationibus. §. 2.

¶ De forma extremæ vnctionis, illa scilicet, vngo istos oculos &c. Contrarium sentit Pe. de Palu. dicens, quòd si aliquæ ecclesiæ habent solum formam indicatiui modi, sicut Ambrosiana saltem tempore Ambrosii vt dicitur, non videtur dicendum quòd nihil sit actum, & licèt conuenientior sit forma deprecatiua quàm modi indicatiua, nõ propter hoc est irritum sacramentum sicut in baptismo, econuerso Græci vtuntur forma deprecatiua & nos indicatiua, & vterq; vere baptizat. Nec est dicendum q̃ beatus Ambros. in hoc errauerit, quia sancti si non pepercissent in contradicendo, sicut nec pepercerunt Cypriano rebaptizanti ab hæreticis baptizatos, fatetur tamen quòd cum dicitur vtraque forma §. 3. Cænsura eccl̃æ equa.

ma simul tunc illa vngo &c. est dispositio ad sacramentum, & non forma, alias iteraretur sacramentum, & quia nulla forma harum, scilicet per istam vnctionem, vel illa vngo &c. vel vtraque simul est ab ecclesia Romana reprobata: sed tolerata & dissimulando approbata, ideò quælibet ecclesia debet tenere ritū sum sicut in trina vel vna aspersione vel immersione in baptismo. Et addit ī omni tamē debet inuocatio trinitatis addi & fieri signū crucis propter generalem regulam, de conse. dist. 5. Nunquid hæc Pe. de Pa. Sed forte illi qui sunt contrariæ opinionis dicerent Amb. cum illa sua forma seu per eum edocta vsum fuisse etiam alia forma deprecatiua substantialiter.

§. 4. di. 23. q. 1. art. 2. ¶ Effectus eius secundum Tho. in 4. est quædam sanatio spiritualis, quæ dat contra quādam debilitatem vel ineptitudinem quæ in nobis relinquitur ex peccato originali vel actuali contra quam debilitatem homo roboratur per hoc sacramentum. Et quia hoc robur gratia facit quæ secum non patitur peccatū, ideo ex consequenti si inuenit peccatum aliquod mortale vel veniale quoad culpam tollit ipsum dummodo nō ponatur obex ex parte recipientis. Secundarius autem effectus eius est sanitas corporalis, sed hunc non inducit nisi secundum q̄ expedit ad finem principalem, scilicet ad sanationem spiritualem, & tunc semper inducit nisi ponatur obstaculum ex parte recipientis. Sed Pet. de Pa. prædicta declarans sic dicit. Effectus spiritualis huius sacramenti est hilaritas mentis non actualis sed habitualis, quia imprimit ornatū disponentem ad gratiam gratum facientem, & cū hoc gratiam sacramentalem quę est quidam habitus habens specialem effectum ad fortificandum contra pugnam tunc imminentem, & ad remittendum pœnam quæ post omnia sacramēta impediret ingressum regni. Et infra hoc magis declarans dicit. Morte imminente imminet grauissima tentatio inimici qui insidiatur calcaneo. Et quia anima quæ naturaliter diligit corpus, magis intenta corpori minus intenta est sibi. Depræssio etiam ex memoria præcedentium delictorū ex quibus in desperationem labi posset, & visiones terribiles quas patitur & huiusmodi occurūt ideo tunc ex his omnibus anima debilior efficitur, & specialiter ex peccatis præcedētibus, ex quibus fit timida & infirma ad actus gratiæ non solum habitibus in contrarium inclinantibus, quia tunc prona non est inclinatio ad peccatum & forte graui infirmitate tales habitus corrumpuntur. Sed fit infirma meritoriè, quia quanto pluries & grauioribus assentit peccatis tanto magis meruit in tentationibus deseri, & tunc grauissima imminet tentatio, vnde & quasi pugil inungitur contra Dæmonem, sicut confirmando contra mundum. Hæc ergo est infirmitas ad actus gratiæ differens ab habitu peccatorum quæ est alia infirmitas spiritualis. Aliquando autem infirmus iam perdidit vsum rationis lapsus in phrenesim, ita quòd peccare nō potest nec pœnitere. Sed restat in eo infirmitas retardans ab actu gloriæ, & pœna debita peccato actuali. Et contra hanc etiam datur vt pugnans in fine vincat, & vincens purgatus sine alio purgatorio cœlum intret, & propter hæc duo inunguntur. Et est duplex infirmitas. Item declarans quomodo in aliquo casu istud sacramentum potest esse necessarium, & consequenter quomodo per ipsum dimittantur aliquando mortalia sic dicit. Laborans in extremis & non valens confiteri de mortali quod habet de quo attritus est inunctus saluabitur non inunctus damnabitur. Ponatur etiam eum fuisse confessum tamen potuit habere ita imperfectum dolorem, quòd fuit fictus respectu sacramenti pœnitentiæ qui tamen erit non fictus respectu extremæ vnctionis. Sicut aliquis non fictus est respectu baptismi qui tamen fictus est respectu pœnitentię. Maior enim deuotio requiritur in suscipiente respectu sacramēti ad quod per se requiritur actus susscipientis quā in eo in quo nisi per accidens. Item ponamus cum excommunicatum, adhuc forte remanet in peccato, quod delebitur per extremam vnctionem, quia maior deuotio requiritur in receptione eucharistiæ quàm extremæ vnctionis.

Virtus vnctionis extremę.

§ 5. ¶ De ministro eius dicit Petrus de Pal. quòd est sacerdos & solus sacerdos, ita quòd in nullo casu alius quam sacerdos in vngere potest etiam ex commissione eius & in quacunque necessitate. Debet autem esse sacerdos suus non alienus, & hoc non quoad essentiam sacramenti, quia, etiam si ab alieno inungeretur, sacramentum reciperet. Sed quoad necessitatem præcepti, quia sacramenta a suis sacerdotibus vel episcopis sunt recipienda. Quod si scienter aliquis ab extraneo reciperet pro eoipso peccaret, & fructui sacramenti poneret obicem, nisi licentiam super hoc haberet. Vnde nisi periculum mortis immineret ex mora proprii sacerdotis non suus sacerdos non debet eum communi-

care

care vel inungere, aliàs sic ponendo spem in ratihabitione, necessitas enim non habet legem. 1. q. 1. §. immo, sicut proprio sacerdote absente qui potest haberi tenetur eum audire & absoluere, si est pœnitens, si petat sicut de pane alieno, quem habet morientem pascere. Sic in omni casu inquo sibi licet absoluere a peccatis morientem non subditum, tenetur per consequens cõmunicare & inungere. Hæc petrus. Sed quia religiosis prohibetur sub pœna excommunicationis quam incurrunt ipso facto ne administrẽt, sacramentum Eucharistiæ, & extremæ vnctionis sine curatorum licentia, ideo nec etiam in mortis articulo nullo alio sacerdote existẽte licet eis dare sacramenta, aliàs incurrent dictam sententiam de priuilegiis, cap. Religiosis, in cle. de quo vide, sed audire confessionem cuiuscunque in huiusmodi necessitate, bene possunt in absentibus aliis qui ordinarie possent eum audire etiam religiosi, alii autem sacerdotes non religiosi & audire, confessionem & communicare & inungere possunt & debent in huiusmodi casu. ¶ Et nota secũdum Petr. de Palude quòd sacerdos rogatus a curato ministrare ecclesiastica sacramenta morienti in casu in quo non potest vel nou vult ire, si omittit ire reus est animæ illius quam quantum in se est damnari permittit, cum p acci dens ista sacramenta possint esse necessaria. Et videntur necessaria ratione præcepti ex consuetudine generali morentium. Peræcisi tamen ab ecclesia vt excommunicati, & suspensi ab officio non debent ministrare hoc sacramentum. Suspensus autem solum ab ingressũ ecclesię potest faciendo sibi deferre per alium extra ecclesiam quę sunt necessaria, quia si per se acciperet de ecclesia fieret irregularis. ¶ Item sicut de licentia excommunicati & sespẽsi a iurisdictione põt quis audire confessionem subditorum illius licèt excommunicatus non possit delegare, quia illud fit principaliter auctoritate iurisdictionis, hoc autẽ principaliter auctoritate ordinis. Sic ẽt de licentia excommunicati potest inungere. Item sufficit ad inungendum vnus sacerdos, extra de verbo. signifi. Quæsiuit, & si non potest habere adiutorem etiã solus hoc potest quia si essent plures sacerdotes vnus tamen debet esse adhibens materiam inungendo, & simul proferens formam. Deficiente autẽ illo qui inchoauit vnctionem debet suppleri per alium inspiciendo, vbi ille dimisit nisi in choando vnam exillis non perfeciſſet, quia tunc supplens inchoauit illam solam a capite prosequendo quæ testant.

Casus notãdus a Sacerdotibus

¶ Quibus debeat dari. Super hoc Pet. de Pa. quòd solum infirmis in periculo mortis constitutis habentibus vel qui habuerunt aliquã diu vsum rationis petẽtibus actu vel habitu. Vnde ingressuris bellum mortale vel decapitandis non datur, quia non sunt infirmi. Et ratio est, quia ea quæ in sacramentis geruntur interius debet repræsentari per ea quæ gerũtus exterius. Sed effectus exterius huius sacramenti est sanatio spiritualis, ergo debet repræsentari per sanationem corporalem, sed nullus est huiusmodi sanationis susceptiuus, nisi sit actu infirmus. Tamen ista ratio non est demonstratiua, quia nec materia patitur. Certum enim est q̃ in multis partibus sani inunguntur, & curatio & medicina adhibentur non solum contra morbum præsentem, sed etiam futurum. Non est danda inunctio quibuscunque infirmis, sed grauibus de quorum morte probabiliter timetur & magis creditur, quia sicut nomen sonat extremum sacramentum dicitur post quod aliud non speratur, non tamẽ per hoc tollitur quin postea adhuc possit & confiteri & communicare, si prius non potuit. Et dicit Petr. de Pal. quòd primo totum inungere & postea ad libitum currere & dicere scilicet formam est error & deceptio animarum, sicut si puer primo immergeretur & postea ex interuallo diceretur. Ego baptizo te &c. aut si episcopus traderet librum ordinando & huiusmodi, postea diceret. Accipe potestatem &c. quod est continuationem causæ diuidere. Solum enim hoc permissum est in sacramento pœnitentiæ vt interuallo facto horæ vel diei post confessionẽ quę est materiæ exhibitio possit absolui quę est formæ impositio. Secus in his quibus proponens materiam imprimit formam his de quibus dubitatur vtrũ sint mortui potest dari sub isto modo. Si es mortuus non te vngo, sed si non es mortuus, per istam sanctam vnctionem &c. Si autem inter ipsas inunctiones moritur apparenter ipso cæteræ quę restant sunt dimittẽdæ. Recepit tamen inunctus effectum eius etiam vna sola peracta. Pueris nondum vsum rationis habentibus, & perpetuo furiosis non debet dari, quia esset mẽdacium in forma dum dicitur, quicquid deliquisti p visum &c. cum non deliquerint. Sed habentibus lucida interualla & phreneticis debet dari, etiam si oporteret eos ligare vt permittant se inũgere, & hoc nisi ante furiam vel phrenesim essent manifeste impœnitẽtes. Ante renesim vel anteq̃ amiserit loquelam si non petierunt

§. 6.

tierunt vtrum debeat dari distinguendum, quia si talis erat excommunicatus vel malè vitæ notoriè, & non ostendit signa pœnitentiæ non debet tali dari, quia semel malus sem per præsumitur esse malus nisi probetur contrarium, de reg. iu. lib. 6. Sed si bonæ vitæ erat nō præsumitur immemor suæ salutis in morte plusq̃ in vita. Vnde præsumitur quòd petiuit licèt non probetur, vel q̃ petiuisset, si aduertisset & q̃ petere voluit, sed forte non potuit, nec actualis deuotio requiritur in illo, qui ēt habere non potest. Baptizatis in articulo mortis etiam est dāda, quia etsi per baptismum sit remissa omnis culpa & pœna, remanet tamen pugna contra hostem tunc contra quem armatur, nec est mendacium in forma, quia etsi post baptismum non deliquerunt remansit tamen in eis debilitas mentis quę non tollitur omnino per baptismum. delera omni culpa & pœna. Ex senio morientibus datur, quia senectus est eis pro infirmitate.

Notula singularis.

§. 7. ¶In quibus partibus corporis fit inunctio & quare. Dicit Pet. de Pa. post Tho. q̃ cum istud sacramentum detur per modum curationis, sicut in curatione corporali ponitur medicina in locis vbi radix est morbi, sic debet esse in extrema vnctione, vt scilicet fiant inunctiones in illis partibus solū in quibus sunt principia peccati mortalis vel venialis. Et quia radix & principium peccandi in nobis. Primo est vis cognitiua, secundo vis appetitiua, tertio vis motiua vel executiua. Vis autem cognitiua in nobis ortum habet a sensu, ideo in nobis debent inungi loca seu organa quinq; sensuum, scilicet oculi propter visum, aures propter auditum, nares propter olfactum, os pp gustum, manus pp tactum, qui in pulpis digitorum maxime viget. Sed pp vim appetitiuam inunguntur a quibusdam renes uel scapulæ pro renibus, & pedes pp vim motiuā. Sed quia primum principiū actuum nostrorum est uis cognoscitiua, ideo illa inunctio quæ fit in organis quinque sensuum est de necessitate sacramenti, & seruatur ab omnibus. Quod si aliqui sint mutilati in illis organis debet fieri inunctio in partibus magis propinquis ad organa amissa. Alię vnctiones, scilicet ad pedes & renes non sunt de necessitate sacramenti. Vnde in eis fiendis vel dimittendis consuetudo ecclesiæ suæ seruanda est. ¶De his qui nunquam habuerunt membra, vt cęcus natus videtur dicendum q̃ sit omittenda inunctio in tali sensu, quia nunq̃ deliquit per visum, vel potest dici q̃ cū peccatum sit essentialiter in voluntate non in sensu, dī peccare per visum cęcus natus non sm operationem imperatā sed elicitam, quia cōcupiuit videre inordinate. Et quia non imprimit characterem cū non deputetur per hoc homo ad statum spiritualē in hac vita, ideo iterari potest, & nō solum in diuersis infirmitatibus qñ in singulis timetur de morte. Sed ēt in eadem infirmitate qñ est diuturna, vt ethica vel hydropisis quotiescunq; ex tali infirmitate deducitur ad periculum mortis.

¶De ordine septemplici & per quem actum imprimatur character in singulis & de tempore & modo ordinationum & ætate ordinandorum & examinatione eorum. Cap. 16.

DE sacramento ordinis qđ diffiniens Magister 4. sen dist. 24. dicit q̃ est signaculū quoddā in quo spiritualis potestas traditur ordinato, q̃ diffinitionē sic declarat Pet. de Pal. Et primo dī signaculū quoddam, quia cum aliquo signo uisibili & distincto quilibet ordo datur. Et videtur necessarium q̃ vbicunq; est distincta forma in eodem sacramento siue in diuersis ibi sit & distincta materia, sine specie in eucharistia, siue numero vt in extrema vnctione. Vbi ad singulas vnctiones per distinctionem vel diuisionem adhibetur distincta materia numero. Sed si est unus liber in quo sunt exorcismi ex una parte, & prophetiæ ex alia parte & euangelia ex alia parte, tunc unus & idē liber potest esse signaculum imprimendi characterem in tribus ordinibus, scilicet exorcista, lectoratu & diaconatu quia differūt formaliter. Spiritualis potestas dicitur in qua ostenditur differentia inter characterem baptismi qui est potentia passiua & ordinis quæ est potentia actiua. Cum.n. potentia sit nomen commune ad actiuam & passiuam potētiam, potestas importat actiuam. Determinate traditur ordinato, quia dī ordinato accipe. Vnde nisi accipiat manu tangēdo videtur nihil agi, nec sufficit quòd episcopus porrigat materiā nisi ordinandus tangat, quia quod non tangit non agit. Vnde sicut aqua quæ non tangit corpus, non imprimit characterem sic nec liber vel alia materia ordinis qui non tangitur ab ordinando. In omnibus enim sacramentis habentibus materiam sensibilem oportet ipsam sensibilem applicari suscipienti sacramentum, maxime quando consistit in eius vsu essentia sacramenti, vt in baptismo confirmatione & extrema unctione. Non autem oportet q̃ tangat cū duabus manibus licèt se-

quid' sit ordo.

in 4. dist. 24. q. 1. ar. 1. q. 5. ad 3.

curius sit. Hæc Pet. cui concor. Tho. dicens q ipsa forma ostendit q cõtactus sit necessarius, quia dicitur accipe &c. Sed Alb. dicit q sufficit porrectio sacramenti.

§. 1. ¶ Quãuis ordo sacer distinctus sit in septem partes, scilicet ostiariatum, exorcistatum, lectoratum, acholitatum, subdiaconatum, diaconatum, præsbyteratum, est tamen vnum sacramentum tantum secundum Pet. de Pal. in 4. distinct. 24. ita quòd quilibet ordo est de essentia sacramẽti ordinis quasi continens in se essentialem partem. Et non solum quòd sex ordines inferiores sunt quędam sacramẽtalia disponẽtia ad sacerdotium, sed nec sunt septem sacramenta: sed vnum tantum, quia omnes actiones sacramentales quæ ordinantur ad vnum effectum principalem certo modo habendum ad quem nulla earum totaliter attingit, sed ex omnibus simul iunctis habetur ille effectus totalis. Omnes inquam sunt vnum sacramentum licèt quelibet earum sit pars essentialis sacramenti, & sic posset dici sacramẽta, sic autem est de omnibus ergo &c. Maior patet. In omni sacramento est materia & forma, quorum neutrum est vnum sacramentum, sed vtrunq; simul, ergo vnum tantum. Item in eucharistia vbi tam hostia consecrata quam calix consecratus licèt quodlibet per se contineat essentialiter sacramentum & integrum, tamen propter vnam perfectam animæ refectionem ad quam ordinantur sunt nisi vnum sacramẽtum. Sic in extrema vnctione vbi sunt plures vnctiones distinctæ materia & forma quarum vna nõ est dispositio ad aliam sicut sacramentale ad sacramentum, nec omnes ad vltimam, sed omnes in se habẽt aliquid de essentia sacramenti, sunt tamen vnum sacramentum propter vnam animæ sanationem ad quam ordinantur quæ non fit nisi per omnes simul. Minor apparet, quia sicut plures vnctiones ordinantur ad vnam perfectam animæ sanationem quam omnes simul faciunt & nulla earum, sic septem ordines ordinantur ex diuina institutione ad vnam missam celebrandam vel ad vnum corpus domini efficiendum non quocunque modo sed solemniter & reuerenter. Quæ solemnitas & reuerentia per septem ordinatos in officijs suis agentes completur. Et nullus ordo immo nec vnus ordinatus habens omnes ordines per se ad hoc sufficit, nec sacerdos licèt possit cõficere, non tñ potest solus conficere illo modo quoad conficiendum nati sunt cæteri ordines subministrare, propter quòd nec ipsæ ordo sacerdotij per se nec alius est perfectum sacramentum ordinis, sed omnes simul. Et quamuis in singulis horum ordinum ratio sacramenti consistat essentialiter nõ tamen æqualiter sicut ratio vitæ non consistit æqualiter in vegetatiuo, sensitiuo, & intellectiuo. Sed in solo intellectiuo totaliter & perfecte in alijs autem partialiter & imperfecte, sed tamen essentialiter. Sic in proposito quilibet ordo est sacramentum essentialiter, quia habet essentialia vtraque sed non perfecte nisi sacerdotium. Quod autem dicit Thom. quòd tota plenitudo huius sacramenti est in sacerdotio, est intelligendum quantum ad essentiam illius quod principaliter & finaliter quæritur in oibus ordinibus, non autem quantum ad perfectionem & integritatẽ accidentalem eiusdem nec quantum ad essentiam eorum quæ immediate vt proprius finis quæruntur in singulo ordine. Nisi enim sacerdos suscepisset ordinem diaconatus non licite faceret officium. 4. di. 24. q. 2. ar. 1. q. 1. ad 2.

¶ Quare ordines sunt septem. Et ratio est fm Tho. & Pet. de Pal. Omnis ordo ordinatur ad eucharistiæ sacramentum. Ordo enim ministrorum ecclesiæ qui sunt mediatores inter Christum & populũ est ad faciendum unionem populi cum Christo. Hoc aũt maxime fit per sacramentum eucharistiæ in quo Christus continetur totaliter, & a nobis sumitur. Vnde dr̃ sacramentum vnionis. Hæc autem vnio fit duplici actu, scilicet per sacramenti consecrationem, & per populi dignam præparationem. In primo actu deseruiunt quatuor ordines, scilicet acholitatus, subdiaconatus, diaconatus, & sacerdotium. Sed differenter, quia acholitus habet materiam cõsecrandam præparare in vasis non sacris. Subdiaconus autem ponit eam in vasis sacris in quibus fit consecratio. Diaconus vero offerre habet sacerdoti consecrandam & consecratam dispensare saltem sanguinem in uase, sacerdos autem habet consecrare. In secũdo vero actu scilicet in preparatione populi deseruiunt alij tres ordines sed differenter, quia duo eorum disponunt remouendo prohibẽs, vel malum hoiem vt ostiarius, vel malum angelum, ut exorcista. Secundo vero præparat lector offerendo bonã dispositionem quoad cognitionem veri, & dilectionem boni q fit legendo prophetias de Christo in ueteri testamento contentas. Et nota q omnes ordines aliquo modo dicuntur sacri, quia sunt sacrum. Sed tres superiores vt subdiaconatus, & supra dicuntur sacri etiam duabus alijs rationibus, tũ quia habent actus suos circa sacramenta uel § 2. 4. di. 24. q. 2. ar. 1. q. 2.

vasa.

vasa vel eucharistiam, tum ratione continentie quam habent annexam & continentie vo tum nos Deo sacratos reddit.

¶ Quod in omni ordine confertur gratia. Cũ enim Dei perfecta sint opera, cuicunque dat diuinitus aliqua potẽtia dantur ei ea per quę congrue potest exire in actus illius potentiæ. Sicut. n. videmus in naturalibus, animalibus enim data sunt membra per quæ possunt exire in actus potentiæ animæ conuenienter, vnde sicut gratia gratum faciens est necessaria ad hoc quod homo suscipiat digne sacramenta, sic ad hoc ꝙ homo exequatur actus. Confert etiã maiorẽ gratiã ordo in dispositio quam alia sacramenta. Et maior ordo maiorem gratiam, quia maior gratia requiritur ad actum ordinum digne exercendum quam ad actus communes & ad maioris ordinis actum maior gratia, vnde nihil sensibile tantum valet ad magnitudinem gratiæ impetrandum ex opere operato sicut sacerdotii ordo, nisi forte quis dicat de cõsecratione episcopi & susce

§. 4. ptione eucharistiæ.

¶ In quo actu imprimatur character cuiusli

Characterisim prẽssio. bet ordinis in ordinatione. Circa quòd sciendum est secũdum Pe. ꝙ in ordinis collatione per aliqua quæ ibi fiunt suscipiens disponitur & præparatur, vt per benedictionẽ, vnctionẽ, manuum impositionẽ, & vestiũ concessionẽ. Per vnicum vero actũ imprimitur character scilicet per instrumẽti traditionẽ. Character enim in ordine res & signum est: oportet ergo qđ aliquid habeat ꝑ signo exterius in quo cõferatur, illud autem potissime videtur esse quod magis cum illo habet similitudinẽ. Illud autem est traditio instrumenti apti ad officium ordinis, in quo fit potestatis ordinis significatio & expræssio verborum in quo fit ipsius officii determinatio, & primum est loco materiæ, secundum vero loco formæ. Hæc Pet. Sed nota secundũ Pet. de Pal. quod aliquorum ordinum est tantum vnus actus seu officium, aliorum vero ordinum sunt plures actus, quorum tamen vnus est principalior altero. In ordinibus ergo illis quorum actus est vnus character imprimitur in traditione instrumẽti pertinentis ad actum illum, sicut ostiario imprimitur character in traditione, clauium, lectori in traditione libri exorcismorum cum forma verborum singulis corre

4. di. 24. q. 2. art. 3. q. 1. spondente. Concor. Tho. & Alb. & Petr. In ordinibus vero quorũ sunt plures actus imprimitur character in collatione instrumenti pertinentis ad principaliorem actum. Ille autem actus est principalior qui immediatius ordinatur ad sacramentũ eucharistiæ. Cum ergo acoliti sint duo actus scilicet portare cereum, & porrigere aquã & vinũ in vrceolis ad sacramentũ eucharistiæ, quia istę secundus actus est principalior ob dictam rationẽ character imprimitur in traditione vrceoli q̃ uis denominetur ab alio actu qui est magis patens & frequentior. Tho. dicit quod imprimitur character in hoc ordine ex verbis episcopi & traditione vrceoli & candelabri ab archidiacono & magis in acceptione vrceoli quàm candelabri. Et ideo non sequitur quòd archidiaconus ordinem conferat, cum scilicet ipsæ non exprimat verba formæ, sed episcopus, Alber. &. Petr. dicunt imprimi characterem in acceptione candelabri. Sed dicit. Pet. de Pal. quod habet etiam subdiaconus, duos actus scilicet legere epistolam & materiam eucharistiæ, ordinare & præparare in vasis sacris. Et quia secundus actus est principalior primo vt de se patet ex ratione superius dicta ideo imprimitur character subdiacono in traditione calicis & patenæ vacuæ. Concor. Tho. Alb. & Pet. Sequitur in Pet. de Pal. de diacono est magis dubiũ, habet enim duos actus vnus est legere euangelium, alius est ministrare sacramẽtũ vasis mediantibus. Habet enim portare corpus domini in patena & ministrare sanguinem cum calice, nec est dubium quin actus secundus sit principalior primo. Et tamen diaconus in sua ordinatione non recipit aliquod instrumentum pertinens ad hunc actũ propter quod de impræssione characteris in diaconatu est duplex opinio. Vna quod imprimitur ei character in traditione libri euangeliorum, quia deputatio eius ad principalem actum non potest ex primi per traditionem rei corporalis. Cum enim diaconus habeat potestatem super contenta in vasis scilicet corpus & sanguinem nõ potuit hæc potestas exprimi per dationem vasis tantum quia super vasa habet potestatem sub diaconus, nec per dationem materiæ consecratæ, quia non habet eam immediate tangere. Vel ideo & melius, quia illud quod est completum sacramentum per se, vt eucharistia, non est materia sacramenti alterius, & maxime cum omne totum sit maius sua parte. Vnde omne sacramentum, est nobilius sua materia vel forma, eucharistia autem nobilissimum omnium. Oportuit ergo quòd ordinaretur per traditionem instrumenti pertinentis ad actum secundarium scilicet liber euangeliorum, & est hæc opinio Thomæ, & Guglielmi,

Vbi supra ad 6.

Alia opinio est quòd imprimitur in impositione manuum, per quod datur intelligi, q̃ applicatur ad magnũ ministerium eo q̃ manus est organum organorum diaconus autẽ per excellentiam dicitur minister, & hæc est opinio Pe. cui videtur concord. canon. di. 23. Diaconus, vbi dicitur qđ cum ordinatur diaconus solus episcopus ei manum imponit, eo qđ ad ministerium applicetur. Ipsæ autẽ Pet. videtur declinare ad primam opinionem Sacerdos simpliciter habet plures actus, sed principaliter inter oẽs est cõsecrare corpus & sanguinem, absoluere autem in foro pœnitentiç, est actus secundarius eius & in datione calicis cum patena cum materia imposita imprimitur character sacerdotalis. Hæc dicit Tho. vnde & primo dominus dedit hanc potestatem consecrandi discipulis in vltima cœna cũ dixit. Hoc facite in meam commemorationẽ. Et post resurrectionem dedit potestatem ad actum secũdarium cum dixit. Quorum remiseritis peccata &c. Sed Pet. dicit quòd sacerdotalis character imprimitur in impositione manuũ per episcopum. Pe. autem de Pal. tenet cum Tho. assignans rationem contra opinionem Petri quia impositio manuum non ita designat principalem actum sacerdotis sicut traditio vasorum cum materia. Itẽ quia præter actum ministri & suscipientis requiritur materia exterior aliqua in omni ordine, impositio autem manuum non est huiusmodi, ideo nec diaconatus character imprimitur per impositionem manuum. ¶ Item nota secundum Tho. & Alber. q̃ character confirmationis præexigitur characteri ordinis ad bene esse ita qđ sine confirmatione ordo suscipere tur. Sed characteri baptismi præexigitur ordini ad esse quia sine baptismo non ordinaret. Vnde Thom. ordinatus in sacerdotem nõ baptizatus non conficit, nec absoluit, nec si est episcopus ordinat. Pie tamen credi potest qđ quãtum ad vltimos effectus sacramentorum summus sacerdos supplet defectum. Et quod hoc non permitteret ita latere quòd ecclesiæ posset periculum imminere. Alber. autem dicit quod putat ipsum conficere non in potestate sua sed ecclesiç.

Ad hoc infra ti. 22. c. 2. §. 3.

Vbi supra.

4. di. 14. q. 1. art. 1. qõ. 3. ad 2.

¶ Quid agendum cum omittitur aliquid de forma statuta. Circa hoc sunt variæ opin. & Petrus dicit, quod quia non est determinatum expressse in quo actu fiat characteris impressso, ideo nihil semel ritè collatum debet in ordinib. repeti, sed quod omissum est supleri, extra de sa. non ite. capit. fina. Sed tutior est opinio. Ray. qui sic dicit. Inter alias opinion. circa hanc materiam intelligo tutiorem. Vnde firmiter teneas quod nihil (de quibus non constat quæ sint de substantia, quæ non inuenitur in iure) quod debeat fieri intelligas omnias esse de substantia, nisi in uenias expræssum in iure quod nõ sit de substantia. Vnde si aliquod tale de quo dubitatur vtrum sit de substantia fuerit omissum potest ordinatio iterari gloss. ex toto ac si nihil factum sit, non igitur intelligitur iteratum, quod nescitur factum de consecra. distinct. 1. capit. primo. Solemnitates. Si autem fuerit omissum id de quo expręssum est quod non est de substantia non debet ordinatio iterari, sed quod omissum est debet caute supleri & statuto tempore ad huiusmodi ordines conferendos, extra de sa. non ite. capitu. præsbyter. Concord. his Innocent. in glo. dicit capit. Presbyter. Est autem expręssum in iure quædam non esse de substantia. Vnde infans quocunque ordine promoueretur reciperet secundum Petr. characterem vt tempus, extra de tempori. ordinan. capitu. Sanè. Item ætatem distinct. 77. Subdiaconus. Item vnctionem extra. de sanct. vnctio. cap. primo. circa finem. Item qđ ordinãdus in presbyterum vel diaconum recipiat manus impositionem episcopi tactu corporali, licèt fieri debeat, non tamen de substantia est. extra de sa. non ite. capitu. fina. Item quod recipiat ordines a proprio episcopo aut quod non omnes simul, aut quod seruatis debitis circunstantiis non sunt de substantia. extra de tempori. ordinan. quod translationem. Sunt alia de quibus nescitur vtrum sint de substantia, vt missa & huiusmodi, quæ omnia intelliguntur esse de substantia, nisi reperiatur in iure contrarium. Concord. cum Rayn. Hostiens. in gloss & Goffre. consulentes, quod in dubio & vbi nullum ius est expræssum, quod debeat suppleri quod omissum est. Tutius, est quod præsumatur & iudicetur tanquam nihil sit factum & totum iterandum est. Item sentire videtur Petr. de Pal. in similibus. De ieiunio autem vtrum sit de substantia ordinis, ideſt, q̃ debeant esse ieiuni ordinator, & ordinandus, quamuis Ray. dicat esse in dubio. Guil. tamen Hugo. & Hostiẽ. dicunt non esse de substantia, sed de missa dicit Hostien. vtique dubium esse, licèt Guil. & Hugo. dicant etiam missam nõ eẽ de substantia. Item quod dicit Inno. de sa. non ite. in glo. super c. presbyter. quod cum in ordinatione alicuius in diaconũ vel præsbyterũ omissa est manus impositio & postea supplet, & oões sunt dicendæ

cendę quę præcipiuntur dici impositione manuũ, quia ipsæ orationes manus impositioni inhærent. Itẽ si pars orationis alicuius omissa esset, a capite inchoanda esset, tñ in ordinibus multæ orationes pñt esse quæ nõ sunt de substantia ordinis. Vnde si aliàs ordo rite collatus esset pp hoc non iteraretur. Item si tñ vna manus inuncta esset. Et vbi dr in plurali in orationibus manus istas, dicetur in singulari manum. Et si facta est inunctio in aliquo & nõ dicta oratio vel ecõuerso repetendũ est vtrũq; Item quod omissum est suppleri oportet per eum qui ordinauit, qđ si fieri potest per alium suppleri potest. Item si eps in ordinando deficiat ex infirmitate, per eum postea vel per alium inchoabitur vbi ille dimisit, nisi sit aliqua cohærẽtia, vt vnctio oratio & hmõi. Hæc Inn. ¶ Quod autem dictum est omissum debere caute suppleri exponit Host. in gl. super d. c. presbyter, q̃ fiat supplerio tpe ordinationis. Et veniat patiens defectũ quasi ministraturus epõ, nec erit intentio episcopi nec eius, q̃ orationes super ipsum reiterentur, & cum venit eps ad id quod omissum est, quod suppleat, & potest fieri vltimo post alios eiusdem ordinis vt magis coletur, potest etiam ei dicere eps, vade & porta mihi librum, vel aliam rem, quasi credant circunstantes q̃ pp mandatum sibi factum manus imposuerit. Vel ẽt in capella sua paucis & bonis vocatis secretarijs, priuatim poterit ordines celebrare. Dicit etiam Inno. super c. presbyter. de sa. non ite. q̃ non est iterandum, sed supplendum, vbi diuisi & diuersi sunt actus, sicut est in ordinatione sacerdotis, vbi alius actus est tenere manum super caput, alius dare calicem & patenam, alius vngere, quorum si aliquod fuerit legitimà factum nó erit iterandum. Quidam etiam dicunt q̃ hæc duo de patena & calice non sunt supplenda, quia non sunt de substantia, sed tutius est supplere. Hæc Inno. Sed cum traditione calicis & patenæ imprimatur character, & per consequens maximè sit de substantia vt materia ordinis, ſm Tho. & Pet. de Pa. vel saltem ſm oẽs alios sit dubiũ vtrum sit de substantia, non solum est tutius hoc si fuerit omissum supplere, immo est necessariũ quinimmo totum videtur iterandum etiam aliud factum, secundum Ray. & Pet. de Pal. & Hostien. Goffr.

§. 6. ¶ De prima tonsura. Sciendum ſm Thom. & Pet. q̃ non est ordo: sed dispositio ad ordines, & ſm Pet. de Pal. est dispositio congruitatis respectu ordinis, sed necessitas respectu beneficij, & respectu iurisdictionis ecclesiasticæ, qa ius spirituale non cadit in laicum. Vnde non tenet collatio beneficij vel commissio iurisdictionis facta non tonsurato. Non clericus. n. non est capax, de transactio. c. literas. Et rescriptum impetratum tacito q̃ sit laicus non valet, de testam. c. ex parte. Ratio autem quare prima tonsura non est ordo ſm Tho. est, quia ordo ptoprièest illud in quo solum deputatur ad aliquod consortium. Vnde quia per coronam solum homo deputatur ad chorũ vbi non habet speciale sed cõe, ideo non est ordo nisi sicut dr ordo religionum qui est dispositio ad aliquod collegium in quibusdam cerimonijs. Et sic intelligitur ſm Pet. de Pal. de ęta. & qualitate, c. cum contingat, q̃ per primam tonsuram clericalis ordo cõfertur, post septem annos potest quis tonsurari, & per consequens officium ecclesiasticũ possidere, non tñ curatum dist. 28. c. de his. Et potest dari prima tonsura omni die, quia sic seruatur de generali consuetudine, ſm Pet. de Palu. Potest etiã dari prima tonsura abeo qui potest conferre ordines, vt epõ vel abbate, nisi sibi specialiter interdicatur, sed non debet dari nisi a suo epõ vel de licentia eius ab alio, nõ autem debet dari infanti nisi religionem intrãti nec illiterato coniugato, nisi volenti religionem intrare, vel ad sacros ordines promoueri de consensu vxoris, de tempo. ordi. c. fina. lib. 6. nec bigamo, immo nec iam susceptam portare licet. de biga. c. 1. lib. 6. Et sub bigamo comprehenduntur etiam alij irregulares qui non debent tonsurari, licet etiam ſm Pet. de Palu. ptiori tonsurari facere nouicium tonsura monachali sub spe postea recipiendi ab epõ tonsuram clericalem. Videtur autem q̃ habens tonsuram monachalem etsi nõ clericalem ab epõ q̃ possit religiouem profiteri tanq̃ clericus, quia cum sit per essentiam in eodem ordine & in eadem religione clericorum & laicorum eandem regulam profitentiũ sicut posset profiteri illorum ordinem obligando se ad ordiné per modũ viuendi laicorum ita & clericorum, quãuis forte sic nõ esset de bigamo, quia qui non est clericus actu nec aptitudine non põt obligari solemni voto religionis clericorum, licet si ordinaretur reciperet characterem. Omnes presbyteri cardinales conferre pñt de cõi consuetudine ſm Petr. de Palu. minores ordines & primã tonsuram. Abbates simplices non exempti tñ primam tonsuram & primos duos ordines monachis si sunt sacerdotes & benedicti. dist. 69. qñ. Exempti aũt & mitrati pñt eam etiã dare secularibus in quos habent ecclesiasticam iurisdictionem. Debent

Prima tonsura non est ordo.

autem humõi tonſurati portare coronã. Vnde dicit canon q̃ clericus nec barbam nec comã nutriat, niſi ex cauſa, ſ. ad vitandum aliquod periculum ad tps dimittant, etſi contempſerint portare excõicandi ſunt, diſt. 23. c. ſi quis.

Clericus comã non nutriat.

Raſura aũt quæ fit ex parte ſuperiori ſignificat, quia debent hmõi habere mentem liberã ad contemplationem diuinorum. Tonſura ſuper aures deſignat, quia non debent habere ſenſus obuolutos & implicatos terrenis quæ per capillos deſignantur. Corona vero capillorum deſignat dignitatẽ regiam quã habent, & quia ſe & alios debent virtutibus regulare.

Additio ex ſacro Cõc. Tridẽtino.

¶ Prima tonſura nõ injcientur qui ſacrm cõfirmationis non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quiq; legere, & ſcribere neſciant, & de quibus probabilis coniectura non ſit eos non ſęcularis iudicij fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent hoc vitæ genus elegiſſe.

§. 7. ¶ De minoribus ordinibus vtrum abbates benedicti omnes poſſint dare quatuor ordines abſq; alio priuilegio aut tantũ duos, in c. qm̃, diſt. 69. dẽ lectoris manus impoſitionem licentia eſt vnicuiq; abbati in proprio monaſterio faciendi. Vbi dicit glo. vel etiam oſtiarij qui eſt prior ordo, non autem exorciſtæ vel acholiti ius habent faciendi licẽt ſit ar. contra. de eo qui reſigna. c. 1. Dominicus de Sancto Gemi. ſuper 1. poſt Inno. & Lapum idem tenet. Sed Archid. ſuper d. c. quoniã diſt. 69. dicit. Adde q̃ quãuis hic Hugo. & Lauren. & Barto. Brix. hoc dicant, & extra de ęta. & quali. c. cum contingat, dicatur de lectoribus tantum, idem tamen intelligas de alijs duobus minoribus, quia eadem eſt rõ & quod de vno dicitur &c. extra de conſtit. c. tranſlato & ſic de facto ſeruatur ſecundum Hoſt. & idem ſentit Ray. & Goffr. in ſummis ſuis. Ioan. And. in nouel. ſuper c. cum contingit, de ęta. & qualit. ſuper verbo lectores dicit. Nomine lectoris alios duos ordines minores qui ſequuntur comprehendit, cum ſit eadem ratio ſecundum Hoſt. qm̃ ſic de facto ſeruatur, extra de conſtit. c. tranſlato. Et eſt ſimile 28. diſt. de his, licẽt Bar. Brix. dicat cõtra. Et pro iſto facit hæc dictio ſolummodo ſi determinaret hoc nomẽ lectoris. Sed verius eſt q̃ determinet illud in proprio monaſterio, quaſi dicat, non in alijs. Hæc ille. Prima opinio tutior, ſecunda communior, propterea prima tutior, quia conſuetudo etſi det iuriſdictionem, nõ tamen dat poteſtatem conſecrationis vel ordinis.

§. .. ¶ De epiſcopatu quomodo ſit ordo. Nota ſecundum Pet. de Palu. quòd licẽt propriè non ſint niſi ſeptem ordines prout, ſcilicet ordo importat quandam poteſtatem & officium ordinatum ad conſecrationem euchariſtiæ, quod dicunt theologi, largè tamen ſumendo ſunt nouem quod dicunt iuriſtæ addẽtes quatuor minoribus pſalmiſtatum, & tribus maioribus epiſcopatum. Duplex enim eſt ordo eccleſiæ, ſcilicet militantis, & eccleſiæ triumphantis, diſt. 89 Ad hoc. Sunt autem in eccleſia triumphanti nouem ordines angelorum deſignati ſub nouem generibus lapidum prætioſorum, vt dicit Greg. de pœnit. diſt. 2. § quod ergo, & ſecundum hoc militans eſt exemplata ad imaginem triumphantis habens nouem ordines computandi pro primo pſalmiſtatum, quem tamen Petrus non dicit ordinem, niſi largè ſumendo ordinem pro officio ordinis. Et hic eſt officium lectoris, qui & legendo erudit intellectum & cantando ſeu pſallendo excitat affectum. Sed Pet. de Pal. dicit pſalmiſta eſſe primam tonſuram. Et epiſcopatus ponitur nonus ordo. arg. diſt. 23. c. Pſalmiſta, & diſt. 22. Seriatim. Sed ſumendo ordinem prout eſt ſacramentum ordinatum ad ſacramentum euchariſtię, ſic cum epiſcopus per epiſcopalem ordinationem non accipiat aliam vel maiorem poteſtatem ſuper ſacramentum euchariſtiæ, quam ſimplex ſacerdos non eſt ordo. Sed ſumendo ordinẽ propriè prout importat gradum poteſtatis reſpectu quarumcunq; ſacrarum actionum vel officiorum, ſic epiſcopatus eſt ordo. Tho. in 4. ¶ Dicit autem Pet. de Pal. quòd poteſt probabiliter dici, quòd epiſcopatus eſt ordo, ſed non diſtinctus a ſacerdotio, & eſt ſacramentum, ſed non diſtinctum a ſacramento ordinis, & imponit characterem, ſed non alium a charactere ſacerdotali. Sicut enim acholitus accipiendo candelabrum accipit poteſtatem ad vnum actum, & per conſequens characterem qui eſt poteſtas agendi. Et recipiendo vrceolum cum aqua & manili accipit poteſtatem ad alium actum, & per conſequens characterem. Sed quia vnius & eiuſdem eſt vtrq; actus vna eſt poteſtas, & per conſequens character habens hos duos actus ſubordinatus. Similiter in ſacerdotio eum accipit calicem & patenam cum pane & vno, recipit poteſtatem celebrandi: ex impoſitione manuum epiſcopi ſuper eum recipit poteſtatem ſoluendi & ligandi, & ſic de aliis, omnia hæc ſunt vnus ordo vnus character, vna pars ſacri ordinis, dicitur autem character imprimi in eo quod eſt principalius ſiue in eo quod illud eſt prius. Sed per ſequentia non imprimitur nouus ſed ampliatus prius

diſt. 24. q. 3. arti. 2. q. 2.

im-

impræſſus, ſiue qa illud eſt principalius. Et licèt per primum quo dicitur accipere poteſtatem imprimatur character in quolibet ordine, & per ſequentia non imprimatur: ſed intendatur character tamen a principaliori denominatur. Sunt ergo ſeptem ordines, ſed ſeptimus ſcilicet ſacerdotium habet duplicem poteſtatem in generali, ſcilicet ſacerdotalem proprie dictam & epiſcopalem. Et propter hoc vocantur aliquando epiſcopi præsbyteri & econuerſo. ¶ Quare epiſcopatus & ſacerdotium cum ſit vnus ordo nō eodem die cōferuntur ſicut cæteri ordines ſed diuidūtur? Ratio poteſt eſſe ad oſtendendum quòd aliquid poteſt epiſcopus quod ſacerdos non poteſt. Eſt enim maior poteſtas in epiſcopo quā in ſimplici ſacerdote, non ſolum iuriſdictiōis, ſed ordinis & conſecrationis, & nō ſolum ex ordinatione eccleſiæ, ſed ex naturā ordinis, & conſecrationis ſecundum diuinam inſtitutionem. Vnde eccleſia noluit quòd eadē die qua fit ſacerdos fit epiſcopus. Sed nec crederetur tanta eſſe diſtinctio inter ſacerdotium, & epiſcopatum ſicut eſt iter alios ordines voluit eccleſia q̄ in craſtino diei quo eſt factus ſacerdos poſſit cōſecrari in epiſcopum, quod non eſt ſic de aliis ordinibus in quibus diſtinctus character imprimitur. Item ſacerdos eodem die quo recipit poteſtatem conficiendi, recipit implicite poteſtatem abſoluendi, etiā ſi nihil plus fieret circa eum. In acceptione enim calicis & patenæ cum pane & vino ex ui ſacramenti accipit poteſtatem conficiendi. Sed conſecratio epiſcopalis nec ex vi ſacramēti nec ex naturali concomitantia datur in ordine ſacerdotij. Vnde ſimplex ſacerdos non poſſet ordinare vel confirmare antequam ſibi daretur conſecratio epiſcopalis. Quod autem quatuor minores ordines ſimul dantur licèt habeant diſtinctos characteres, hoc eſt quia omnes actus illorum licite vnus poteſt exercere ſine ordine aliquo.

§. 9. ¶ De officiis & actibus ſingulorum ordinum habes. diſtin. 21. Cleros in fine, & 25. diſt. per lectis, & 14 ſent. diſt. 14. ¶ Et de primo, ideſt oſtiario diſtin. 25. dicitur quod inter bonos & malos habent iudicium, quia bonos recipiūt & malos reſpuunt, vbi videtur ſecundū Petr. de Pal. quòd ſacrista qui habēt officium oſtiarii non prohibendo excommunicatum ab ingreſſu eccleſiæ, ex hoc ipſo recipiat ipſum ad diuina magis quā ille cuius miſſam audit, & per conſequens q̄ ſit ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ. ¶ De ſecundo, ideſt de lectore dicitur in dictis c. q̄ pertinent ad eos, ea quæ prophetæ vaticinauerunt populis prædicare, qđ intelligitur legendo ſimpliciter non prædicando nullus. n. debet prædicare niſi ad minus ſit diaconus, nihil tñ prohibet vt videtur q̄ magiſter in theologia vel baccalaureus in cathedra poſſit exponere vetus & nouū teſtm̄, quia ex quo eſt magiſter habet auctoritatē docendi, ſed nō p̄dicādi. ¶ De tertio, ſ. exorciſta dr̄ q̄ ad eū pertinet exorciſmos memoriæ tenere manuſque ſup energumenos & catechumenos exorcizando imponere. Et dicit Pe. de Palu. q̄ de exorciſmus Salomonis quibus dęmones pellebantur certum eſt, q̄ verba illa virtute inhærente non fugabant dęmone ſic nec aliqua verba alia niſi forte ſint ſacramenta. Nec iterum ex opere operato per idē. Et ſi ab hoie fuerunt inuenta nullo mō dęmonē expellebant niſi forte voluntariū vt verba magica. Si autē inſpirante dño illos exorciſmos inuenit, ſicut eccleſia ſuos, ſic poterat dœmon expelli per illos ſicut per iſtos niſi q̄ non efficaciter ſicut nec ſacramenta illorum erāt ita efficacia ſicut noſtra, maximè quia exorciſta noui teſtamenti habet realem poteſtatē ſpiritualem ſup dæmonē quā non habebat exorciſmus Salomonis. ¶ De quarto, ſ. acholito ibi dr̄ q̄ ad ipſum pertinet præparatio luminarium in ſacrario, ipſæ cereū portat, ipſæ ſuggeſta pro euchariſtia prępărat. Et dicit Petr. de Pal q̄ poteſt peracholitum epiſtola dici, vt de vi. & hon. cle. c. 3. Et actus omnium minorum ordinum licite poſſunt fieri per non habentem aliquem ordinem, quia ſic habet cōſuetudo generalis eccleſiæ, ex quo vr̄ q̄ non fiat irregularis, excommunicatus vel ſuſpenſus, ſi ingerat ſe diuinis exercens illum actū ſolū qui licitè ſine ordine pōt exercere de iure vel conſuetudine, vt actū minorū ordinū vel ſubdiaconatū ſine manipulo, vbi hoc habet cōſuetudo, quia nō eſt in ſuo officio agēs vt prius. Si autem incipit in choro ſolēniter. Deus in adiutorium &c. vbi hoc nō ſolet ſpecialiter fieri a conſtituto in ſacris non incurrit irregularitatē cū & laici ibi ſpalmodizent. Secus ſi de conſuetudine id pertinet ad ſacerdotem. De ſubdiacono ibi dicitur quod ad ipſum pertinet calicem & patenam ad altare. Chriſti deferre & leuitis tradere & eis miniſtrare. Vrceolum quoque & aquam, manile, & manutergium tenere epiſcopo præsbyteris & Leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere, (vt dicit Petrus de Palude.) Hic eſt primus ordo ex ſacris, quia ſacra vaſa habet tangere nuda manu, ſicut & diaconus quod nulli inferiori

tiori permittitur. ¶ Dicunt autem iuristæ quòd subdiaconatus tempore Apostolorum non erat sacer ordo. distinct.60. Innouamus & c.Nullus in episcopum, sed rempore Grego.& Vrbani fuit sacer ordo. Quod non sic est intelligendum, quòd ecclesia vel Papa nouum sacramentum vel ordinem instituerit, sed quia sacramento instituto in officio suo de nouo distincte vti cœpit. In primitiuis, autem temporibus quamuis ordines fuerint semper inter se realiter distincti & instituti, tamen propter paucitatem ministrorum diaconi faciebant officia omnium ordinum inferiorum, & sic in ipso diaconatu implicite habebantur omnes alij ordines inferiores propter eorum officium quod ipsæ agebat. Ipsis autem subdiaconibus sanctitas continentiæ inducitur quod fuit per Greg. institutum, vt scilicet nec etiam contracto ante matrimonio ipsis vti liceat, sic nec etiam ipsis diaconibus & sacerdotibus ecclesiæ occidentalis. dist.31. Ante triennium. Item subdiaconus ordinatus & præsentatus ab aliquo ad subdiaconatum &c. debet ab eis promoueri & de victu ei prouiden. de æta. & quali. c. accepimus. Et regulariter non debet quis ordinari ad aliquem sacrum ordinem nisi intitulatus, vel ad aliquod beneficium vel saltem, sufficiens habens patrimonium, & hoc ne habeat mendicare, & sic clericatus vilescat. Religiosis autem & pro titulo sporta, mendicantibus præcipue. ¶ De diacono ibi dicitur, quòd ad ipsum pertinet assistere sacerdotibus & ministrare in omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi oblationes offerre & disponere in altare, componere etiam mensam domini atque vestire, crucem ferre, prædicare euangelium ad populum, ad ipsum pertinet officium precum glo. 1. lectaniæ. Et dicit Pet. de Pal. quòd diaconi est actus prædicare, non quòd ex ordine habeat auctoritatem, sed solum habilitatem. Soli enim diacono & non inferiori committi debet, vnde nec. Stephanus ante officium diaconi legitur prædicasse, tamen simplicem exhortationem faciebant ad monachos antiqui patres nullum habentes ordinem. Et licet archidiaconus habeat ex officio prædicare qui non debet esse nisi diaconus. dist. 60. Nullus episcopus, & similiter curatus qui habet curam animarum, qui vero simplex sacerdos est vel diaconus non potest prædicare nisi de licentia episcopi 16 q. 1. Adiicimus, & de hæreticis c. cum ex inuncto. Item diaconus habet ex officio dispensare sanguinem domini, sed non corpus nisi in necessitate, quando scilicet infirmus moritur & sacerdos est absens, vel quando præsbyter mandat ei vt cum est impeditus, vel quia est infirmus, vel quia non sufficit in paschate omnibus ministrare. Vnde in paschate Iosiæ & Ezechiæ leuitæ iuuerunt sacerdotes. ¶ De præsbytero ibi dicitur quòd ad ipsum spectat corpus & sanguinem conficere, in altari orationes & benedicere dona Dei. Et vt dicit Pet. de Pal. Sacerdos ministrat sacramenta omnia præter duo scilicet confirmationem & ordinem. Itē benedicunt populis & gratia diuina datur, & peccata delentur 1. q. 1. distinctum, & 16. q. 1. sacerdotes. Quamuis etiam benedicant diaconi cardinales, sed hoc nullus archidiaconus præsumit. Et videtur quòd non solum sacerdos curatus, sed etiam simplex incomplecto rio & missa possit benedicere, quia episcopus etiam non subditis dat suam benedictionem. Sed si præsente episcopo sacerdos celebret in fine missæ illi tanquam maiori deferre debet & illo volente benediceere super sedeat ipsæ 22. dist. denique. Si autem nolit, sed sibi remittat tunc secure benedicat 95. dist. ecce, & ita de consuetudine obseruatur, quia nec benedictionem mensæ nec diaconi vel prædicaturi aut lecturi facit simplex sacerdos episcopo præsente nisi illo annuente. Est etiam sciendum quod absoluere in foro pœnitentiæ est actus sacerdotis ratione ordinis principaliter nō ratione iurisdictionis. Sed illa per accidens aliquando concurrit, quia oportet esse subditum, sed subditus est qui uult se subiicere nisi alij sit astrictus, & tunc de sola licentia eius potest se ei subiicere, nec tunc dat illi potestatem absoluendi, sed renuncians iuri suo dat illi licentiam se ei subiiciendi. Episcopus autem in consecratione sua inungitur chrismate caput & ponitur liber super ceruicem consecrandi & consecratur a tribus. Et dicit Hostien. quòd liber super ceruicem & numerus trinarius episcoporum est de substantia consecrationis episcopalis, ita quòd sine his non consecrare tur. Item Hug. dist. 66. porro, dicit quòd etiam si non esset modo nisi vnus episcopus in mundo vel duo, non posset consecrari episcopus, donec aliud constituerunt a Papa vel ipso mortuo posset generalis ecclesia mutare hanc formam ab Apostolis institutam & instituere quòd vnus solus posset consecrare episcopum, vel quòd si nullus esset episcopus quòd presbyteri consecrarent. Et secundum Host. vnus illorum trium est principaliter

Intitulatio requirit ad sacros ordines.

Notabile.

liter consecrans & alius duo consecrantes. Et licet oportet quòd vnus totam consecrationem perficiat, omnes tamen pronunciare debent consecrationem principaliter. Sed Petrus de Palude dicit in tractatu de potestate papæ, quòd numerus trinarius non est de substantia consecrationis, & quòd est de institutione ecclesiæ. Vnde & Gregorius legitur dispensasse in Anglia conuersa ad fidem, aliquando propter carentiam numeri, non tamen omitti debet.

§.10. Idem supra tit. 13. ca.5. §.5.in fi.

¶ De vestibus sacris. Nota secundum Pet. de Pal. quod sacerdos habet sex vestes necessarias ad celebrandum quoad necessitatem præcepti scilicet albam, cingulum, amictum, manipulum, stolam, & casulam. Sunt autē tres primæ omnibus communes ministris materialiter non formaliter. Non enim necesse est dyaconum vti veste benedicta, puta alba, sicut sacerdotem, cum omnino sine alba stola, manipulo, & superpelliceo etiam coram episcopo dicant euangelium dyaconus solemniter. Si autem alba nō est de necessitate præcepti multo minus alba benedicta. Et si non oportet hoc in diacono multo minus in inferioribus ministris. Sacerdos autem sicut non debet celebrare nisi in calice & in altari sacratis, sic nec nisi in vestibus sacris. Manipulum nulli licet portare inferiori subdyacono, sed tunicellam licet portare non subdyacono, quia non est propria vestis eius sicut manipulus. Stola quæ, & orarium dicitur, nulli inferiori dyacono vti licet 23. dist. Ministrum nec sacerdos debet portare infirmis eucharistiam nisi stola circumseptus in pectore in modum crucis, vt ibi dicitur. Dyaconus autem in sinistro humero stolam portat cum euangelium dicit dist. 25. ca. Vnum. Sacerdos autem in celebratione & sacramētorum exibitione, & in omni oratione solemni & episcopus in conferendo ordines etiam primam tonsuram hac vti debet, quia sic habet ecclesiæ consuetudo. Casula vtitur sacerdos & nullus inferior eo, nisi sicut habet consuetudo quod diaconus explicatam postpositam, vel in humero portat i ministerio, hac vti non debet sacerdos nisi in missa, sicut nec archiepiscopus pallio, de vestibus episcopi infra tit. 20. ca. 2. § 9.

Nota.

§.11. dist. 24. q.1. art. 3.9.3.

¶ De conferentibus ordinem indignis, secundum Tho. in 4. Episcopus conferens ordinem scienter indigno peccat mortaliter, quia infidelis est domino suo committens indigno ministeriū eius præcipue cum hoc vergat in detrimentum honoris diuini & ecclesiæ qui per bonos ministros promouetur. Et addit quòd si nō possunt tot ministri boni inueniri quot modo ministri sunt, melius est paucos ministros habere bonos quam multos malos, vt dicit c. dist. 23. Tales. Eadem ratione credo prælatos religiosorum qui faciunt scienter ad ordines promoueri indignum peccare mortaliter, & etiam consulentes & præsentantes tales, quia cooperantur ad malum 2. q. 1. Notum. Idem dicit Alb. addens quòd non solum ordinans indignum, sed etiam qui promouet ad curam pastoralem vel beneficium ecclesiasticum indignum mortaliter peccat. Nec nobilitas excusare potest, quia quanto nobilior tanto plus nociuior si malus est, nec puto sufficere quòd nō scit eum esse malum, sed necessarium est quoad vitandum peccatum scire esse bonum per talem rationē qualem possibile est haberi de homine. Et si dicitur quod alius nō ita erit vtilis omnino nihil est, quia omnis vtilitas spiritualis temporali præponenda est, nec excusat paucitas bonorum, quia melius est habere paucos bonos quam multos malos. Præterea quòd malis cōferantur ordines & beneficia hoc facit eos esse malos, quia sciunt talem habere locum in ecclesia & bonos expelli. Hæc Alb. Dicitur autem quis indignus dupliciter secūdum Alb. Vno modo priuatiue, quia scilicet priuatur dignitate seu beneficio, non tamen habens econtrarium dignitati vel beneficio, puta vitium vel impedimentum. Et in talibus propter necessitatem quarundam ecclesiarum quæ indignet literatis & defensoribus posset dispensari vt a communi. haberet de ecclesia donec addisceret. Dicit autem Ioā. in sum confes. quòd putat tali non posse conferri p̄bendam cum cura absque peccato mortali. Secundo modo dicitur quis indignus contrarie, vt cū q̄s habet cōtrariū ordini vel bñficio ecclesiastico, & tali nō debet cōcedi puta qa est vitiosus vel habet canonicū impedimentum, vt ignorantiā vel irregularitatē. Si tñ talis indignus iā obtinuisset dignitatē vel bñficiū cui est annexus ordo sicut archidyaconatui, dyaconatui, decanatui, vel archipræsbyteratui, vel bñficio curato sacerdotiū tūc si vitiū vel aliud impedimentū eēt occultū nō posset petēti denegare ordinē suus ep̄s, nec ep̄s peccaret conferēdo sciēter tali indigno, & sic pōt intelligi c. ex tenore, de tem. ordi secus si non eēt proprius ep̄s qui nō tenet ordinare nisi scđm beneplacitū, immo ēt & ꝓprius ep̄s nō tenetur nec debet dare ordinem clerico, quē scit habere mortale vel impedimētū, licēt occultum

cultum si clericus non habet beneficium cui annexus sit ordo ex quo habet ius petendi ip sum ordinem,& sic potest intelligi, cap. Ad aures,de tem.ordi.Si autem vitium esset ma nifestum vel impedimentum etiam publice potest & debet negare cuilibet & dicit.Host. q; qui reputatur dignus ad ordinem, vnũ vel honorem,non debet indignus reputari ad a lium,distinct.74.Gesta extra eo.Accepimus, sed Goffre.hoc intelligendum putat quando ordinatur antequam ad sacrum ordinem or dinauit per se examinauit. Nisi postquã fuis set ordinatus per aliquod vitium reddiderit se indignum,vt in ca.Accepimus,secus si per alium fuit examinatus.

§.12. ¶De scrutinio faciendo in ordine.Dicit Hostien.in sum.lib.1.rub.12.quòd circa ordinã dum duplex est scrutinium. Vnum quod fit ante ordinationem.Aliud quod fit in ipsa or dinatione quando ordinandus præsentatur episcopo coram altari.Primum diligenter fa ciendum est,de elec.ca.Nihil.§.2. Et illud de bet fieri feria quarta proxima ante sabbatum in quo ordines celebrantur. Forma huius est (vt dicit Host.)vt incipiat a quarta feria & p triduum,scilicet vsque ad sabbatum per Archidiaconum de iure communi diligenter in quiratur de vita ordinandi de genere, de patria,de ætate,de institutione, idest titulo ad quem ordinatur, de loco in quo cõuersantur de scientia,de fide & aliis quæ continentur in apostolica regula,& sic in sabbato qui probati sunt episcopo præsentantur,dist.24.quã do episcopus.Et dicit Goffre.quòd licèt secũ dum antiqua iura episcopus eligeret hos scru tatores seu examinatores, vt dicitur in d.cap. quando.Hodie tamen videtur spectare ad of ficium Archi.cap.ad hæc. Secundum scruti nium quod fit ante altare est cum Archidiaconus dicit.Postulat sctã mater ecclesia hunc subdiaconum vel diaconum ad onus diacona tus assumi & huiusmodi, & interrogãte ordi natore.Scis eum esse dignum?Respõdet quã tum humana fragilitas &c. Nec peccat præ sentator in illa responsione , dum tamen non loquatur contra conscientiam,vt eod.tit.c.1. quòd qui nescit indignum debet præsumere dignum,de præsumpt.ca.dudum, q; si Arch. remordeat conscientia de indignitate ordinã di studeat ordinatori secreto antequam ve niat ad hoc scrutinium nunciare. vt eod.tit.c. 1.Et si ordinator nollet desistere,debet se ab sentare si posset bono modo. Si autem hoc non posset sine scandalo,debet dicere verba, vt minister ecclesiæ,quæ non iudicat de occultis,quia nullo modo debet crimen fratris publicare.Hæc omnia Hosti.Idem Inno. quã tum ad vltimum dictum.

Extra de offi.archi.

¶De defectu scrutinii seu examinationis.No §.13.
ta secundum Hosti.& Goffr.quòd ordinatus sine examinatione,aut est dignus, aut indignus.Si dignus & notus in nullo peccatur, quia tales noti & digni non sunt examinãdi. art.dist.24.Nullus, fallit in consecrando epi scopum qui etiam notus examinatur.dist.23. Qui episcopus,si ignotus quamuis alias dignus deponendus est.23.di.cap vlti. Si indignus,siue notus siue ignotus deponẽdus est, quia crimẽ suum non prodidit, extra de cor. 6.ca.exposuisti.Et intelligitur de graui crimine quod impedit promotionem vel executionem.68.di.ca.1. Debet ergo ordinandus vel promouendus ad aliquam dignitatem & tenetur confiteri crimina notoria iuris vel facti & enormia & impedimenta quæ scilicet impediunt promouendum vel deiiciunt promotum nisi fuerit secum dispensatum,distin.50. ex pænitentibus. Si autem huiusmodi defectum subticet non habebit executionem ministerii sic susceptι,sicut nec ordinis sic recepti,extra de renun.cap.nisi,peccant etiã mortaliter. Alia autem crimina quæ non impediunt nec diiciunt, non tenentur manifestare,vt de tem.ord.ca.fin. Concor. Inno. & addit q; si confitetur & secum dispensetur per eum scilicet qui potest,secus est , vt vlterius, accusari non possit,aliàs secus,dist.33.ca.qđ si ordinãdus manifestauit esse defectum suũ, & ordinator non intendens dispensare ordinauit,postea detecto impedimento non recipitur ordinatus,& hic est casus illius.cap.distinctio.81.Si qui in examinatione. Hæc omnia Hostien.

¶De suscipiente ordinem aliquem vel exer- §.14.
cẽte officium ordinis in peccato mortali. No
ta secundum Thom.Petr.& Alber.in 4.quod Dist.24.
suscipiens vel exequens ordinem in mortali, q.1. art.
mortaliter peccat,quia facit contra illud præ 3.q.5.
ceptum,iustè quod iustum est exequeris.In Deute.
digne enim sacrum pertractat officium , nec 16.
in hoc potest aliquis dispensare,quia de iure naturali est,vt homo sãcta sanctè pertractet. Concordat Ray.probans hoc per iura. di.40. multi.& dist.95.Illud,& 1.q.3.audiuimus.Et addit Alber. quod si prælatus dispensat cum malis & indignis peccat mortaliter.Si autem patietur necessitate mali compulsus ne eueni at,peius non peccat mortaliter, tunc enim non dispensat,sed dissimulat ad tempus donec corrigi possit.Nec tamen dispensatio cũ

indi-

indigno excusat eũ a peccato administrationis dum scit quod est indignus, dñs.n. Papa relinquit vnumquemq; conscientiæ suæ, vt ipsæ dicit in quadã decretali, & vt dicit Tho. in 4. In quolibet actu cuiuscunq; ordinis q̃cunq; se exhibet vt minister ecclesiæ peccat mortaliter, & quotiens totiens hoc agit, quia vt dicit Dionysius. Immundis nec símbola, i. sacramẽtalia signa tangere phas est. Vnde q̃ tangit res sacras quasi officio suo utens, peccat mortaliter, secus autem esset si in aliqua necessitate aliquod sacramentum contingeret vel exequeretur in illo casu, in quo & laicis liceret. Concor. Alber. addens, q̃ si dr̃ hoc esse graue valde, rñdet q̃ lata est via quæ ducit ad infernũ & multi vadunt per eã. Matt. 8. & Tho. dicit q̃ quãuis subditus teneatur suscipere sacramenta a ministro ecclesiæ quandiu toleratur etsi sit in peccato mortali, quia adhuc est ei obligatus, tñ præter necessitatis articulum non esset tutum q̃ induceret eum ad aliquem actũ ordinis sui exequendũ durante tali conscientia quantũ deponere potest, quia in instanti homo a diuina gratia emendatur.

vbi supra ad 3.

vbi supra ad 3.

§. 15. ¶ De ætate ordinandorum. Nota q̃ aliqua iura sunt mutata. Nam secundum Ray. & Host. Si ab infantia quis tradebatur militiæ clericali a 7. anno vsq; ad 12. poterat recipere tres minores exinde acholitatum vsq; ad 21. & in 21. subdiaconatum, diaconatum in 26. presbyteratum, in 31. vt dist. 77. in singulis. Si grandeuus erat q̃ petebat ordinari in primis duobus annis recipere poterat oẽs minores ordines. In aliis quinq; annis sequentibus omnes maiores, dist. 77. Quicunq;. Dispensatiue rñ laicus grandeuus infra annum & dimidium oẽs ordines recipere poterat, & monachus infra vnum annum, dist. 77. Monachus, sed vt dicit Guil. ista hodie non seruantur, dicit aũt Tho. in 4. q̃ si necessitas est & spes profectus etiam ante annos discretionis possunt pueri ad minores ordines promoueri sine peccato, quia per assuefactionem efficientur idonei ad illa officia, & illud satis communiter tenetur.

dist. 25. q. 2. art. 1. q. 2.

vbi supra ad literam.

Sed de subdiaconatu dicit idem Tho. in 4. potest quis promoueri q̃n ad annos discretionis venerit vt possit cognoscere votum castitatis. Alber. vero dicit quod dicta tempora seruari non oportet in religiosis, quia morum grauitas supplet ætatem. Petr. autem dicit quod ex dispensatione episcopi potest tps anticipari ex idoneitate personarum. Sed omnes istæ opi. hodie ablatę sunt per cle. de ęta. & quali. c. 1. ibi determinatur q̃ ordinandus in subdiaconum debet esse 18. annis, in diaconum 20. ann. in sacerdotem 25. ann. & sufficit annum vltimum attingere, ordinandus autem in episcopum debet esse 30. anno. ita quod 30. impleuerit, extra de elec. c. Cum in cunctis, nec potest dispensari per episcopũ de minori ętate, sed solum per papam ſm Io. And. & communem opi. Nec scientia nec morum grauitas potest supplere talem ætatem a iure statutam. Vnde qui ante legitimam ætatem facit se vel subditum suum promoueri ad ordinem peccat mortaliter, quia contra constitutionem generalem ecclesiæ facit & etiam qui permittit se ordinari, nisi forte sit ita simplex q̃d ignorantia excuset eum. Qui ẽt ordinat talem uel consilium præstat peccat mortaliter. Et quãuis quidam dicant q̃ talis est suspensus verius est q̃ nõ est suspensus, sed suspendendus vsq; ad legitimam ætatem, extra de æta. & quali. vel non est compos secundum Ray. Anto. de But Franc. de Zab. & alios. Vnde si exequitur officium ordinis recepti ante legitimam ætatem si non est suspensus a superiore non propterea incurrit irregularitatem, sed videtur quibusdam q̃ peccet mortaliter quotiens exequitur officium suum ante legitimam ętatẽ, quod quia nullibi legi non affirmo nec nego tutum tamen est abstinere ab executione.

Additio ex sacro Cõc. Tridẽtino.

¶ Nullus in posterũ ad subdiaconatus ordinẽ ante vigesimũ secundũ, ad Diaconatus ante vigesimũ tertiũ, ad Pręsbyteratũ ante vigesimũ quintũ ętatis suæ annũ promoueatur. Sciant tñ Epi, non singulos in ea ętate cõstitutos debere ad hos ordines assumi, sed dignos dũtaxat & quorum probata vita senectus sit. Regulares quoq; nec in minori ętate nec sine diligenti Epi examine ordinentur, priuilegiis quibuscunq;, quo ad hoc penitus exclusis.

§. 29. ¶ De tempore ordinationum & simulate ordinum. Nota secũdum Ray. ordines maiores scilicet sacerdotii, diaconatus, subdiaconatus, & etiam minores conferri possunt sex temporibus anni, scilicet in sabbatis quatuor temporum, & in sabbato immediato ante dominicam passionis, & in sabbato sancto paschæ. dist. 75. c. fin. & extra de tempo. ordi. c. de eo. Possunt etiam conferri dicti ordines etiã maiores mane diei dominicæ immediatę sequentis dicta sabbata, ita tamen si continuetur ieiunium tam ab ordinatore, quam ab ordinando conferri, vt 75. dist. c. qd a patribus. Et tũc fictione canonica manæ dominicæ sequentis trahitur ad vesperam sabbati præcedentis, & ita conferri dicũtur sabbato secundum Ray. Host. in sum. & Innocen. de tempo. ord. c. literas, & glo. Innoc. 4. ibidem, qui Inno. dicit, q̃

die

die illo ſabbati & nocte dñicæ nihil celebrans ordinationes in dominica comedere vel bibere debet, niſi corpus & ſanguinē Chriſti ſi ſabbato celebrat. Addens ēt q̄ die dñica ordines maiores cōferre, ēt continuato ieiunio nō expedit niſi neceſſitas aſſit, puta quia in ſabbato non potuit ordines conferre ex eo q̄ infirmatus fuit vel tarde venit, nocte aūt paſchali, & p̄ñt ordines conferri, non tñ alijs noctibus, qa nec in illis poteſt miſſa celebrari. Ordines minores ēt in dñicis diebus & in p̄cipuis feſtis p̄ñt conferri, & non ſolum vni vel duobus vt dixit Ray. ſed etiam multis dummodo non videatur eps ex hoc ordinationē generalem facere vt dicunt Inno. & Hoſt. & Bern. Subdiaconatum ſolus Papa poteſt cōferre diebus dominicis & alijs p̄cipuis feſtis. Et ordinatus ab eo in ſubdiaconum nō poteſt ab alio ordinari niſi de licentia eius ſm Pet. de Pal. Conſecratio autē epiſcopalis ſm Ray. & alios fieri poteſt & debet die dñica & hora 3. diſt. 75. ordinationes, nec oportet ex hoc cōtinuare ieiunium ſabbati cum dominica, quia hoc conferetur in dominica non in ſabbato. Item quis poteſt in ſabbato ordinari in ſacerdotē & ſequenti dominica cōſecrari in epiſcopum, quod ſic non eſt in alijs ordinibus maioribus, vt. ſ. vnum poſſit in ſabbato & alium ſequenti dominica recipere etiam continuato ieiunio, & debet peti cōſecratio epiſcopalis, infra 3. men. electionis a tpe vel confirmationis, diſt. 100. quoniam, ſm Hugo. aliàs eſt puniendus niſi eſſet legitime impeditus. Qui autem recepit ordinem aliquem extra dicta tempora ſine diſpenſatione Papæ peccat mortaliter & ordinās & ordinatus. Similiter & qui recipit duos ordines maiores eadē die vel ſubdiaconatum vel minores ordines mortaliter peccat, minores etiam oēs ſimul non poſſunt dari, niſi conſuetudo illius eccleſiæ hoc habeat, quia tunc poteſt. Qui etiam ordinatur a prælato nō ſuo & ſine licentia eius aut etiā qui ordinatur per ſaltum oēs hi peccant mortaliter. arg. 25. q. 1. vbi dr. Violatores canonum a ſpiritu ſancto cuius inſtinctu conditi ſunt condemnantur. De irregularitate autem quam contrahunt vide infra. Dedicatio eccleſiæ de conſuetudine poteſt fieri omni die, & virgines diebus dominicis conſecrantur ſecundum Pet. de Pal.

§. 17. ¶ De loco vbi conferendi ſunt ordines. Minores ordines poteſt eps conferre in quacunq; eccleſia ſui epiſcopatus, ſm Ray. Archi. de tempo. ordi. c. Si archiepiſcopus, maiores vero conferri debent in eccleſia epiſcopali. diſt 65. c. 1. Sed dicit Guil. & Hoſt. q̄ hodie epi conferunt ordines etiam maiores vbi volūt de conſuetudine. Epiſcopi conſecrantur vbi elegerit metropoliranus ſm Ray. diſtin. 64. c. fin. niſi aliud obſeruandū ſit de conſuetudine approbata ſm Guil. Et ſi in alia eccleſia quàm metropolitana & in præſentia metropolitani fuerit conſecratus, debet ſe præſentare metropolitano infra tres menſes a tpe conſecrationis, diſt. 63. Cum longe. Patriarcha autem primas & metropolitanus & quilibet horū debet conſecrari in eccleſia ſua ſm Ray. niſi neceſſitas aut conſuetudo aliud inducat ſm Guil. 24. q. 1. prudenda. Papa vero in eccleſia ſua, i. vrbe ſi fieri poteſt, aliàs in quacunq; & extra vrbē ſm Hoſt. vt diſt. 23. In nomine, & ſm Goffr. conſecratur Papa ab epiſcopo Hoſtien. qui in hoc vicem metropolitani obtinet. Si tamen ante aſſumptionem ad papatum fuiſſet epiſcopus conſecratus non amplius conſecraretur ſecundum Pet. de Palu. Item ſecundum Ray. Inno. & Goffr. Siquis non ſacerdos conſecraretur in epiſcopum nil reciperet, quia fundamentum conſecrationis epiſcopalis eſt ſacerdotium. Vnde opi quibus di. contrarium non tenetur. Sed ſi eſſet ſacerdos quocunque alio ordine ſibi deficiente conſecratus in epiſcopum reciperet conſecrationem epiſcopalem, & omnes ordines conferret ſi ordinaret excepto eo quem nō haberet ſecundum Ray. & alios 1. q. 1. Gratia talis tamen non deberet exequi officium ſuum ante receptionem ordinis prætermiſſi.

¶ De coactione ad ordines vel prælationes. §. 18. Nota ſecundum Ray. & Hoſti. in ſum. quòd duplex eſt coactio. Vna abſoluta, puta ſiquis omnino inuitos per vim teneatur ſub manibus ordinatoris, & hac coactione ſiquis ordinatur non recipit characterem, vnde nec ordinem ſicut nec baptiſmum, extra de bapt. ca. maiores, & diſtin. 50. c. presbyteros. Et nullus hoc modo debet aliquem cogere ad ordinem vel aliud ſacramentum. Alia coactio eſt conditionata, quæ fit comminatione pœnarum & comminando mortem vel incarcerationē. ſi non permittat ſe ordinari. Et qui ordinatur hac coactione ductus, quia huiuſmodi coacta voluntas eſt ſaltem indirecta 15. q. 1. Merito, ideo talis recipit characterem ſecūdum Ray. & alios, ac etiam executionem illius ordinis ſi non obſtat aliud impedimentum ſecūdum Petr. de Pal. quia non eſt ius aliquod quod ipſum ſuſpendat, ſed gratiam non recipit, cum fictus & inuoluntarius accedat, nec etiam hoc metu ſcilicet pœnarum aliquis cogendus eſt ad ordines. ¶ De coactione autem conditionata

nata per pœnam iuris inferendam propter ecclesiæ vtilitatem dicit Pet. de Pal. Videtur q̃ quis possit cogi per superiorem per præceptũ & excommunicationem vt sit curatus vel episcopus sicut aliqui hæremitę per episcopum compulsi. Cum enim ad bonum regimen ecclesiæ magis sit obediendum præsidenti in spiritualibus quam ad bonum regimen in temporalibus præsidenti, sicut aliquis in temporalibus cogitur suscipere tutelam, vel curam pupilli vel furiosi quia huiusmodi reipublicę interest, & multomagis iudicandi in republica, cum sit hoc officium magis necessariũ, vt puta q̃ sit præpositus vel baliuus si respublica indiget, pro cuius salute bonus ciuis etiam morti se debet exponere, multomagis si ecclesia indiget possunt personæ cogi ad prælaturas & tenentur coacti obedire, quia secundũ Greg. Summum pastorem conuincitur non amare qui eius gregem renuit pascere, qui dicit Io. vlt. Pasce oues meas 7. q. 1. In scripturis. Pet. quod videtur intelligendum nisi sit ineptus euidenter. Dicit tamen idem Pet. quòd nullus est sponsus ecclesiæ idest episcopus vel curatus, nec abbas, nec prior nisi assentiat, quia quamuis legatũ acquiratur de iure ciuili ignoranti, tamen de iure canonico nullum ius vel beneficium ecclesiasticũ acquiritur homini quousq; assentiat. Vnde de præbendis c. si tibi absenti lib. 6. dicitur q̃ quando absenti beneficium confertur quousq; ratum habeat sibi nullum ius acquiritur. ¶ De coactione vero conditionata per subtractionem beneficii vel officii per sententiã hominis. Nota distinctionẽ in huiusmodi secundũ Ray. & Host. in summa. Aut enim episcopus cogit clericum ad suscipiendũ ordinẽ qui est annexus de iure vel consuetudine beneficio vel dignitati quam habet, aut alium ordinẽ. Et in primo casu puta cum episcopus vult cogere electum in archidiaconum vt fiat diaconus, & electum in archipresbiterum vel canum, vel præpositum, vel abbatem, vt fiat sacerdos vtiq; potest cogi per subtractionẽ beneficii vel dignitatis non existente in eo impedimento post debitam monitionem appel. remota dist. 60. Innouamus, & de elec. cum in cunctis, excepto eo quod ibi dicitur de episcopo. Si autem habet impedimentum Pet. de Pal. distinguit sic dicens, quia aut est temporale aut perpetuum. Si tẽporale quamdiu durat excusatur, puta quia infirmus illo cessante idem q̃ supra. Si est perpetuum, & tũc aut præcessit collationem beneficii, & fuit tale quod non est sibi ius acquisitum, & tunc si ue scijuit siue ignorauit priuandus est de facto sicut de facto tenet, puta homicida, vel illegitimus & nesciebatur aliquid de huiusmodi. Si fuit tale impedimentum quòd ius acquisitum est si sciuit & tacuit, debet auferri tanquam ab indigno, vt quia habet morbum caducum & huiusmodi. Si autem ignorauit tunc ita est ac si peruenisset, & quia bona fide & iusto titulo adeptus est sine sua culpa priuari non debet. Si autem impedimentum superuenit sine culpa sua, quia mutilatus fuit in naso aut oculo, aut factus leprosus, afflicto non est adiungenda afflictio, & tunc non debet priuari, sed de redditibus vicarius sustentari vel alius assignari, & ipsæ sic impeditus de ipsis redditibus sustentari. Si autem impedimentum superuenit culpa sua, vt quia se castrauit, vt Origenes, vel quia in stupro inuentus castratus fuit priuari debet, & sic intelligitur de cle. ægro, per totum. Hæc omnia Petrus.

¶ In secundo vero casu cum scilicet vult cogere ad ordinem non annexum beneficio, & tunc secundum Ray. & Host. aut hoc exigit necessitas vel vtilitas ecclesiæ, tunc si clericus excuset se sola voluntate, quia scilicet non vult & non alia rationabili causa debet cogi per subtractionem beneficii & officii, distinctione septuagesimaseptima, cap. secundo & cap. tertio, de æta. & quali. c. Quæris. Sed si excusat se clericus ratione criminis cõmissi, tunc vel dispensare potest si habet auctoritatem & alias est idoneus, vel ipsum remouet a beneficio quod obtinet in ecclesia nisi esset multũ vtilis & necessarius ecclesiæ. Si autem allegat aliud impedimẽtum proueniens sine culpa sua, vt infirmitatem suam non est excogendus, & similiter si non exigit hoc necessitas vel vtilitas ecclesiæ, non debet inuitos cogere ad ordines suscipiendos, alias puniendus esset dist. 74. c. 2. & admitteretur eorum appellatio. Dicitur autem necessitas cum nõ sint alii qui ordinentur & indiget, vtilitas autem cum etsi sunt alii ecclesia tamen indiget ordinatis. De sic coacto ad ordinem sacratũ vtrum teneatur continere? dicit Ioã. & Guil. quòd si coactus fuit metu qui posset cadere inconstantem virum non tenetur alias sic, extra quod me. cau. c. Perlatum, quia continentia non debetur nisi voluntaria. distinctione trigesima prima. Ante triennium, & maxime si est protestatus in secreto se nolle continere. Talis autem sic ordinatus si habeat vxorem gaudebit priuilegio clericali si vult viuere clericaliter, secundum Rayn. Guil.

Guil. & Hugo. ar. illius, ca. Si qui vero, distin. 23. & hoc nisi transiret ad actum contrarium. Vel aliter dicas vt dicit. Ray. scilicet quòd si coactus non teneatur continere quantum scilicet ad vsum matrimonii contracti ante susceptionem ordinis, etsi vxor continere non vult gaudebit priuilegio tamē clericali si clericaliter viuit, nō autem gaudebit si ipsa vult continere & ipsæ non vult. Sed si talis habeat vxorem tenetur præcisè continere, artic. 45. di. De iudæis. Regulares autem ordinari non debent contra voluntatem prælati sui secundum Ray. de tempo. ordi. Ad aures. Debent ergo præsentari a prælatis suis, vel de licentia eorum quæ appareat. Item secundum Ray. si episcopus cogeret aliquem ordinari exigente ecclesiæ necessitate quamuis peccat debet tamen clericus obedire cessante legitimo impedimento, quia non est malum quod ei præcipitur immo iustum. 11. q. 3. Quid ergo. De irregularitatibus quæ impediunt promouendum, habes infra titul. de irregular. per totum. De his, qui deiicitur vel suspendunt iam promotum, habes infra in titulo de suspensione.

Tit. 32.

Tit. 37.

¶ *De pœnitentia & effectu eius & diffinitione & impedimentis & remedijs eius. Cap.* 17.

DE pœnitentia ſquit Christus Matthę 3. Pœnitentiam agite &c. Hęc est virus & sacramentum, & inquātum sacramentū tria in ea considerantur sicut in aliis. Vnum scilicet quod est tantum sacramentum id scilicet quod exterius geritur vt est absolutio pro forma & confessio & satisfactio pro materia. Aliud est quod est sacramentum & res vt ornatus & pœnitentia interior. Aliud est quod tātum res vt remissio peccatorum. ¶ Quantū ad primum scilicet id quod est sacramentum tantum, sic pœnitentia non habet aliam materiam a susciente, sed solus actus verborū. Et ratio est secundum Tho in 4. quia cum sacramenta sint quædam medicinę spirituales sicut in corporalibus medicinis quædam cōsistunt in sola passione vel receptione curati, vt sectio vulneris & appositio emplastri. Et quædam consistunt in actu laborātis, vt exeeutiones & huiusmodi. Ita in sacramētis quę dam non requirunt actum eius qui sanctificatur quantum ad substantiam sacramenti, ni si per accidēs & sicut remouens prohibens, sicut in baptismo, cō firmatione, & huiusmodi. Et in his sacramentis materia quæ significat & causat est quid exterius appositum. Quædam vero sunt quæ per se & essentialiter requirunt actum eius qui suscipit sacramentū vt in matrimonio & pœnitentia, & in his nō est materia aliquid extra suscipientem, sed ip si actus exterius apparent & faciunt quod in alijs materia. Res & sacramentum est pœnitentia interior, idest contritio & ornatus, pœnitentiæ enim sacramentum non imprimit characterem, sed ornatum. Et contritio quidem est dispositio respectu actus liberi arbitrii & res & sacramentum respectu gratię gratum facientis. Ornatus autem respectu gratiæ sacramētalis. Et in attrito est ornatus etsi nō contritio. In contritio est etiam vnus ornatus & maior gratia infunditur respectu duplicis dispositionis scilicet sacramēti quæ fit per ornatum & liberi arbitrii quæ fit per contritionem. De ornatu, habes, supra eo. tit. ca. 1. Res tantum est remissio peccatorum. Vbi sciēdū secdm Tho. qđ causa principalis remissionis peccati quoad culpā est Dei causa meritoria remissionis, est passio Chri. Clausa formalis est gra. Causa instrumentalis est multiplex, qa & cōtritio inquantum est actus virtutis pęnitentiæ, est causa vt remouens prohibens, sed prout est pars sacramenti est causa instrumentalis pœnitentiæ, & similiter confessio & absolutio sacerdotis est causa instrumentalis sicut ad formationem cultelli multa concurrūt, quia & ars fabri & manus eius & malleus & incus & ignis & alia. Ad remissionem peccati etiam quoad pœnitentiam omnia prędicta operantur plus & minus secundum deuotionem & conatum pœnitentis remissa tamen prius omni culpa mortali, quia cum mortali non est homo capax remissionis alicuius pœnæ. Valet ēt ad remissionem pœnæ satisfactio iuncta, & oia bona opera facta in charitate, & flagella patienter tolerata & indulgentię, §. 1. ¶ Per pœnitentiam reuiuiscunt opera mortificata per peccata secundum Thom. & Petr. & Ray. quod etiam dicit Aug. de pę. dis. 5. Qui uult, quod sic declarat Pet. de Pal. in 4. Opera nostra dicuntur uiua & mortua & mor. & uiuifi. per comparationem ad ea quæ uiuunt naturaliter, sicut etiam illa dicuntur viua non solum quæ habent principium vitæ, sed operationem vt oculus videndo, pes ambulādo, mortua quæ neutrum habent, mortificata, quę habent principium vitę, sed non operationem propter aliquod impedimentum vel membrum putridum, viuificata per amotionem impedimenti operationis vitę redeunt ad suas operationes. Sic opera nostra spiritualiter dicuntur viua, quia procedunt a charitate

di. 14. q. 1. a rt. 1 q. 1 ad. 3.

ritate quæ est principium vitæ spiritualis, & per meritum possunt perducere ad vitã æternam quæ est vera vita. Istæ enim est finalis actus operum nostrorum. Mortua vero dicuntur quæ fiunt extra charitatem, & dicuntur mortua ex aptitudine, quia scilicet potuerunt fieri in charitate, & sic fuissent viua. Mortificata verò quæ facta fuerunt in charitate, sed per meritum non pñt ad vitam gloriæ perducere efficaciter propter impedimentum peccati mortalis superuenientis. Viuificantur autem cum impedimentũ mortificationis amouetur & hoc est mortale superueniens, sed nota secundum Thom. quòd resurgens per pœnitentiam a mortali non oportet quòd resurgat in eodem gradu gratiæ, & charitatis quam amisit, sed potest resurgere in ęquali maiori & minori secundum conatum ipsius pœnitentis. Et ex hoc oritur dubium quomodo viuificẽtur opera mortificata in eo qui resurgit in minori charitate, & in illo statu moritur, cum præmium recipiatur secũdum statum in morte, non secundum statum præteritum? Sed respondet Pet. de Pal. quòd per pœnitentiam reuiuiscere merita potest intelligi dupliciter vno modo quantum ad præmium accidentale, & sic non reuiuiscunt, nisi illius præmij sit talis conditio quòd requirat continuitatem & perpetuitatem sicut aureola virginitatis. Alio modo quantum ad præmium essentiale, & sic per se loquendo reuiuiscunt præsuppositò quòd moriatur cum tanto gradu charitatis, quantum amiserat, quia tunc non est tãtum ex merito vltimo primo & per se & ex pœnitentia sicut ex remouente prohibens & ex vltima charitate, sicut ex naturali dispositione necessaria recipit quantitatẽ præmij essentialis. Per accidens autem esse potest quòd non reuiuiscunt ex indispositione recipientis quoad integritatem, ideſt tantam quantitatem præmij, secundum enim Thom. super epistolam ad Roma. Quantitas præmij essentialis quod consistit in visione Dei respondet quantitati charitatis in via, & quantitas præmij accidentalis respõdet quantitati laboris bonorũ operum. Et de hac intelligitur illud Apostoli. Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Nota ꝙ pœnitentia & plures aliæ virtutes dicuntur fundamentum, sed diuersis respectibus. Cum enim fundamentum sit prima pars ędificij & sustentatio totius ędificij ratione prioritatis. In spiritualibus fides dicitur fundamentum virtutum simpliciter. Pœnitentia dicitur fundamentum ratione prioritatis non simpliciter, sed in genere eorum quæ pertinent ad effectum, & quoad fugam mali cõmissi. Timor etiam dicitur fundamentum quantum ad fugam mali committendi. Charitas dicitur fundamentum ratione prioritatis quoad prosecutionem boni, sed ratione sustentationis dicitur humilitas fundamentum in prosperis, & fortitudo in aduersis. Tho. in 4.

¶ Pœnitentia autem sic diffinitur secundum Grego. & Ambr. ꝙ est præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere, de pœni. dist. 3. quæ diffinitio datur per duplicem actum eius ſm Tho. Vnus præsens respicit. s. dolor de commissis. Fletus. n. sumitur pro dolore interiori. Alius respicit futurum, s. propositum non committendi vlterius. Et sic non committere intelligitur quoad propositũ pro tũc cum pœnitet. Non. n. requiritur ad veram pœnitentiam ꝙ aliquis vlterius non peccet, quia de essentia alicuius rei nõ est aliquid futurum. Illic ergo auctoritates, de pœni. dist. 3. Ille, & c. Irrisor, & aliæ quæ vidẽtur dicere ꝙ non est vera pœnitentia, sed inanis cum quis iterum & iterum peccat vel referuntur ad idẽ tempus secundum Ray. & Goff. quo quis pœnitet cum. s. etsi dolet de commisso, non tamen proponit abstinere, vel si vere pœniteat dicitur inanis recidiuando, quia priuatur fine seu fructu eius qui est absolutio propter peccatum superueniens. Quod autem dicit Hiero. ꝙ secunda tabula post naufragium est pœnitentia seu culpam simpliciter confiteri, de pœ. dist. 1. loquitur metaphoricè ad similitudinem nauigantis qui fracta naui auxilio alicuius tabulæ ducit ad portũ. Sic spiritualiter fracta innocentia baptismali per mortale quę est nauis & prima tabula non est alia via salutis, nisi pœnitentia quæ dicitur secunda tabula, quæ tabula est post naufragium, sed non secunda post ipsum. Quod autem de pœ. dist. 3. dicitur per Aug. ꝙ pœnitere est pœnam tenere ut semper puniat in se vlciscendo quod commisit, ut in § si Apostolus, vbi dicit ꝙ pœnitens semper doleat & c. Intelligendum est secundum Pet. non quidem pœnitentia exteriorẽ debere esse perpetua, nec etiam pœnitentiam interiorem actualem ideſt quòd semper actu doleat, sed habitualem ideſt semper debet habere hanc dispositionem in mente quòd cum menti occurrit peccatum commissum, nõ accepter sed secundum rationem doleat. Item quia dicit Aug. in dicto. §. Si Apostolus quòd pœnitens de dolore gaudeat. Sciẽdum quòd triplex est dolor & gaudium secũdum Pet. de Pal. Prima ipsa passio cõcupiscibilis, & sic simul non sunt

§. 2.

etiam.

etiam de diuersis dolor & gaudium. Secundo accipitur pro motu cordis, quia letitia est cordis latitudo, & tristitia cordis contristatio (aliàs cõstrictio cordis) quæ duo etiam simul esse non possunt. Tertio accipitur pro simplici actu voluntatis, & tunc prout sunt de eodẽ non sunt simul, quia contrariantur, & similiter si sunt de diuersis non subordinatis, sed prout sunt ordinati ita quòd vnum est ratio alterius sic stant simul, & sic est in proposito, immo forte sunt vnus actus sicut finis, & id quod est ad finem, quia vbi duo propter vnũ vtrobiq; tantum unum. Vnde quod dicit Thom. vtrunq; non posse simul esse æqualiter, intelligendum est quantum ad causalitatem & principalitatem non quantum ad intentionem & remissionem secundum rem si differunt, vel secũdum rationem si sunt vnius actus re: quia unum est ratio alterius, ad intentionem enim & remissionem causæ sequitur intentio & remissio effectus, quanto enim plus dolet de peccato, tanto plus gaudet de dolore.

§.3. ¶De effectu pœnitentiæ seu fructu. Nota secundum Pe. de Pal. dist. 14. q. pœnitentia delet omnem culpam actualẽ mortalem & venialem cui applicatur specialiter. Vnde Chryso. de pœ. dist. 3. Talis dicit, etiam si ad summum quis peruenerit malorum & inde reuerti velit ad virtutis viam, suscipit scilicet Deus libenter amplectitur & oĩa facit quatenus ad priorem reuocet statum. Hæc ille, & quia mortalia habent connexionem ex parte auersionis, quia omnia a Deo auertunt, vnum non dimittitur sine alio secundum Thom. Sed mortalia possunt dimitti sine venialibus & vnum veniale sine altero, quia non habent connexionem adinuicem secundum Tho. ¶Secundo nota q. pœnitentia tollit pœnam æternam, pœnam autem temporalem si perfecta sit totaliter tollit vel saltem minuit. Vnde dicit Pet. q. sicut qui hominem ita & qui Deum offendit peccat dupliciter, quia cõtra æqualitatẽ amicitiæ inquantum debitum affectum non impedit & contra æqualitatem iustitiæ inquantum rem uel hominem uel obsequium subtrahit, oportet ergo necessario vtrunq; restituere, & quia restituta amicitia non statim restituitur res ablata ideo post remissionem culpæ remanet reatus pœnæ satisfactoriæ, scilicet communiter, ar. de pœni. distin. 1. Si peccatum Dauid. ¶Tertio no. secundum Pet. de Pal. q. sequelam ad peccatũ, quod est trahere ad peccatum, & retrahere a peccato si pœnitẽtia quę est virtus & sacramẽtum sit perfecta totaliter delet istam sequelam & istas reliquias. Si aũt esset completa pœnitentia quæ est sacramentum & non quæ est virtus esset quidem deleta pœna, sed non sequela cum in momento possit esse deleta oĩs pœna, non aũt habitus malus acquisitus. Sed si pœnitentia virtus esset perfecta tunc sequela esset totaliter deleta, quia habitus vitiosus totaliter corruptus. ¶Quarto nota ſm Tho. & Pet. q. restituit pœnitentia oẽs virtutes necessarias ad salutem, quia remouẽdo prohibens restituit gratiam cum qua oẽs virtutes infunduntur, sed necessaria ad dignitatem non infunduntur nec restituit. ¶Quinto nota quod per pœnitẽtiam vitantur flagella temporalia. Ambr. Nouit dñs mutare sniam si tu nolueris mutare delictum, & de pœ. dist. 1. Sed continuo, & c. importuna, & c. Si agamus Vltimo nota q. pœnitentia non instituit impunitatem in foro contentioso, immo habens bullam de absolutione ab homicidio nihilominus suspenderetur nec liberat ab irregularitate. Item mortificata opera meritoria per peccatum, per pœnitentiam reuiuiscunt.

§.4. ¶De impedimẽtis pniæ. Dicit Pet. de Pal. post magistrũ sent. in 4. di. 16. q. hypocrisis & ludi & malitia & negociatio impediunt pniam. Et hypocrisis quidẽ impedit pp hoc: quia est habitus malus quo homo est prõptus facere bona opera pp homines, & sic inclinat vt opera quæ aliàs essent digni fructu pniæ non habeãt hunc effectũ. Ludi taxillorũ, chorearũ, histrionum, spectaculorũ, in hasti ludijs, venationibus, & hmõi impediunt, quia nimis distrahũt mentẽ a Deo, & dissoluunt uana lætitia, cũ tñ pœnitens debeat habere cor recollectũ ad Deũ & dolorẽ de peccato. Militia vero & negociatio ẽt impediunt, & quia mentẽ distrahunt & quia mentẽ multis peccatis cõiter implicant. Verũ qa ista aliqñ sunt uenialia, & aliqua ex his aliqñ licita, ideo nõ impediũt de necessitate pniam & fructũ eius nisi sint mortalia, vt vt de pœ. dist. 5. Negociũ. Et de his materijs habes in 2. par. in diuersis c. Sunt & alia impedimenta pniæ interiora, & ſm Ray. & Host. in sum. sunt quatuor. Primũ est pudor cõfitendi qui retrahit superbos dum nolũt uideri mali. Scd̃m est timor satisfaciendi. Timẽt. n. quidã q. nõ possent facere pniam quæ eis imponẽt. Tertiũ est spes vana, & hoc tripliciter, qa diu viuendi, qa diuitias acquirendi, & quia miseri cordiã cõsequendi finaliter. Quartũ est desperatio veniã obtinendi, vel post veniã in bono perseuerandi. Et desperationem venia inducunt tria, s. consideratio grauitatis peccati, sicut Cayn dixit. Maior est iniquitas mea q. ut

Impedimenta pniæ.

ueniam

ueniam merear &c. Gen. 4. Secundum est consideratio frequentationis. Cogitat enim peccator. Ad quid confitebor, cras iterum cadam in huiusmodi. Tertium consideratio diuturnitatis in peccato. Cogitat.n.tamdiu steti in hoc peccato q; de illo nunquam misericordiam obtinebo.

§.5. ¶ De remedijs contra dicta impedimenta. Nota secundum Raymun. & Host. contra pudorem est triplex remedium considerationis. Primum est consideratio rationis naturalis. Si enim non erubuisti peccare, quod malum & inhonestum est, non debes erubescere, id est propter ruborem dimittere confessionem peccatorum quod bonum & honestum est. Ber. O nimia insania hominum pudet ablui, & non pudet inquinari, abstergitur caliga & contemnitur anima. Secundum est virtus diuinæ intuitionis. Ad Hebrę. quarto capitu. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Tertium operatio futuræ confessionis. Naum.3. Reuelabo pudenda tua in cōspectu omnium nationum. Contra falsum timorem est etiam triplex remedium. ¶ Primum est per considerationem pœnæ præsentis paucitas, & econtrario in futuro pœnæ multiplicitas. psal.31. Multa flagella peccatoris: quia ignis sulphur aspectus dęmonum, tenebræ, vermis, & alia. Secundum est pœnæ preſentis leuitas & econtra futuræ acerbitas, Iob 6. Qui timet prunam, id est pœnam temporalem, irruet super eum nix, id est pœna futura grauior. Tertium est pœnæ præsentis breuitas econuerso in futuro æternitas. Matth. vigesimoquinto. Ite maledicti in ignem æternum. Contra spem vanam est triplex remedium. Nam contra spem diu viuendi est illud quod dicitur Iacobi quarto. Quæ est vita vestra vapor ad modicum parens & cætera, & huiusmodi. Contra spem diuitias acquirendi est illud. Iob vigesimoseptimo. Diues cum dormierit nihil secum aufert, & cætera. Exemplum diuitis dicentis. Anima mea habes multa bona, & cætera Lucæ 12. ¶ Contra spem misericordiam consequendi est illud, Ecclesiastici quinto capitu. Fili ne tardes conuerti ad dominum & ne differas, &c. Et illud Hieronym. Assidue peccantium nec miseretur Deus. ¶ Contra desperationem de venia est triplex remedium. Nam contra desperationem ratione grauitatis peccati est illud Iob 6. Vtinam appenderentur peccata mea, &c. passio enim Christi est fortior ad dissoluendum quam quantumcunq; peccatum ad obligandum. Contra desperationem ratione multitudinis peccatorum est illud. Matthæ. decimo octauo. Non dico tibi septies, sed vsq; septuagies septies, id est omnia peccata de pœniten. distinct. 3. Adhuc. Contra desperationem ratione diuturnitatis est illud Ezech. 18. In quacunq; die conuersus fuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor, de pœniten. distinct. 7. per totum. Contra desperationem perseuerandi in bono sunt tria remedia. Primum est meditatio mortis, vbi omnia ostenduntur vana. Eccles. iast. 11. Si multis annis vixerit homo, &c. Secundum est hostis debilitatio, quia debilis est hostis qui nō vincit nisi volentem imo nec in porcos intrauit nisi permissus. Et istam libertatem ostendit Ambro 15. quæstio. 1. Non est. Tertium remedium est hominis fortitudo, quæ prouenit ei ex quinque. Ex peccatorum remissione, ex lætitia spirituali, ex armatura spirituali, ex exercitio bonorum, ex Dei protectione.

¶ De partibus pœnitentiæ. Nota secundum §.6. Pet. de Pal. quod pœnitentia habet tria genera partium scilicet potentiales, essentiales & integrales. ¶ Primo quidem habet partes quasi potentiales, quarum conditio est, q; vna continet aliam & plus, sicut dicimus animam, vt torum potentiale diuidi in suas partes potentiales, in vegetatiuum, sensitiuum, & intellectiuum, & sensitiuum continet in se vegetatiuum & plus, & intellectiuum vtrūq; & plus etiam. Et secundū has partes accipitur diuisio pœnitentiæ data ab Aug. de pœni. dist. 1. Tres sunt actiones, s.q; est pœnitentia ante baptismum, & hæc requirit contritionem, pœnitentia post baptismum de venialibus, & hæc contritionem & satisfactionem, pœnitentia post baptismū de mortalibus, & hæc requirit contritionem & confessionem, & satisfactionem. ¶ Secunda pœnitētia habet partes subiectiuas quæ respondent toti vniuersali, sicut individua sunt speciei partes harum conditio est quælibet pars continet totam naturam totius, &c. sicut Petr. & Martia. totam hominis naturam. Et sic pœnitentia secundum Ray. diuiditur in solemnem, publicam, & priuatam. Pœnitentia priuata est illa quæ fit secreto confessori, extra de pœni. & re cap. Omnis, & vt dicit Alber. in 4. non tenetur homo pro quolibet peccato manifesto propter quod scandalizauit alios pœnitentium suam manifestare alij quam sacerdoti, sed qui fecit scandalum in cōi tenetur ad ostendendum bonū exemplum in communi, quia eoipso q; videt scandalizatus per malum opus eius bonum

exemplum vitæ eius, debet prę̃sumere emendatione eius. Pœnitentia publica secundum Rayn. proprie est quæ fit in facie ecclesiæ, non quidem cum obseruatione eorum quæ fiunt in solemni, sed cum iniungitur peregrinatio per mundum cum baculo cubitali vel scapulari, vel veste aliqua ad hoc consueta, & hanc pœnitentiam potest imponere simplex sacerdos, & potest etiam imponi clerico quando crimen est publicum secundum Tho. in 4. & Ber. in glo. de pœni. & remiſ. c. Quę̃situm. Licet Ray. & Host. contrarium dicant. Item di. Guil. Dur quòd pœnitentiam publicam fedes Apostolica nemini agendum indicit nisi vbi est curia, scilicet quòd vadat se verberando per ecclesias certis diebus. Pœnitentia solemnis, quia ablata est de vsu ecclesiæ ideo breuissimè pertranseo, hęc secundum Rayn. imponitur solum ab episcopo vel de mandato eius, & solemnis etiam reconciliatio eius reseruatur episcopo & imponitur pro crimine enormi, & vulgatissimo quod commouet vrbem vel villam, vt 15. q 6. c. fi. nec debet impoui clerico nisi prius depositio, quia ipsa inducit irregularitatem vt distinct. l. Confirmandum. Nec iteratur hæc pœnitentia solemnis nisi consuetudo sit in contrarium de pę̃. di. 1. Reperiuntur, modus autem quo imponebatur habetur dist. l. In capite, & dum durabat hęc pœnitentia nõ poterant intrare ecclesiam nisi a quinta feria in cœna dñi vsque ad octauam paschæ. ¶ Tertio pœnitentia habet partes integrales. s. contritionem, confessionem, & satisfactionem, inquantum, scilicet pœnitentia est sacramentum. Vnde Chrisost. Perfecta pœnitentia cogit peccatorum omnia libenter sufferre, in corde enim cõtritio, in ore confessio, in opere tota humilitas, scilicet satisfactionis. de pœni. dist. 3. Sed non secũdum Pet. de Palu. q̃ contritio dupliciter accipitur. Vno modo proprie pro actu gratiæ informato, & sic non est pars sacramenti, sed res sacramenti vel primus effectus eius, vt habiti in facto vel susceptι. Secundo modo accipitur pro actu liberi arbitrij dolẽtis de peccato qui non potest dici res, cum non sit effectus eius sed est primum principiũ eius, & sic est pars sacramenti prout exterius signatur actu vel habitu. Et figurata est pœnitentia per triduum quo Christus perditus requisitus inuẽtus est. Luc. 2. & per triduum de quo Exod. 3. Viam trium dierum ibimus in solitudine &c. & triduum mortis Christi.

¶ *De contritione & necessitate eius, & qualitate & quantitate, & causalitate.* Cap. 18.

DE contritione sciendum est q̃ sic diffinitur magistraliter. Contritio est dolor pro peccatis voluntarie assumptus cum proposito confitendi, & satisfaciendi, & dicit Pet. de Palu. dist. 17. in 4. q̃ propositum confitendi & satisfaciendi requiritur in mortali, quia quantum ad veniale non requiritur propositum confitendi nisi tantum per accidens ratione præcepti ecclesiastici, nec etiam propositum satisfaciendi. Sed qui hic non vult satisfacere pro mortali non videtur esse in statu salutis. Et nota secundum Pet. de Pal. post Thom. quòd cum ad veram contritionem cõcurrunt ista quatuor quę requiritur iustificatio impij. Primo infusio gratiæ. Secundo motus liberi arbitrii in peccatum detestando. Tertio motus liberi arbitrii in Deũ diligendo super omnia. Quarto remissio culpæ, quæ simul tempore & in instanti in vno sunt, vnum tamen præcedit alterũ ordine naturæ & intellectus, & secundum ordinem positum in motum liberi arbitrij ad destruendum peccatum includitur propositum confitendi & satisfaciendi. Hic non secundum Pet. illa quatuor quę cõcurrunt ad iustificationem impii, quæ notantur in illo versu. Commouisti dñe terram. i. peccatorem, & hoc per infusionem gratiæ, & conturbasti eam per motum doloris de peccato, sana contritiones eius. s. dando remissionem culpæ, quia commota est, idest, simul & totaliter mota a te diligendo super omnia secundum Petr. in 4. sicut in naturalibus dicitur durum id quòd resistit tactui vt lapis, molle quidem cedit vt caro & cera, frangi autem & alteri quando in grossas partes diuiditur, conteri quando in minutissimas & quasi in puluere. Sic specialiter cor dicitur durum quod non cedit diuinæ inspirationi quasi digito spiritussancti se tangenti sed resistit, molle cum cedit & assentit Ezech. 36. Auferam a vobis cor lapideum & dabo vobis cor carneũ. Frangi vero cum atteritum per grossam & imperfectam displicentiam peccati. Scindite corda vestra. Conteri vero cum peccatum secundum omnem sui partem displicet, & perfecte & totaliter resiliens a peccato. psalm. 50. Cor contritum & humiliatũ Deus non despicies. Ex his patet differentia inter contritionem & attritionem dupliciter. Vno modo ex parte liberi arbitrii, quia dolor imperfectus dicitur attritio, & dolor perfectus dicitur contritio. Secundo ex parte Dei, quia dolor gratia infor-

Contritio diffinitur.

Iohel 3.

Differẽtia contritionis & attritionis.

informatus est contritio quantumcunque sit modicus dolor, qui nō est gratia informatus non potest dici cōtritio, sed attritio. Nam dolor desperationis est maior dolore contritionis, & tamen non est contritio. Et dolor de peccato prout est vnus actus numero, & sic non potest attritio fieri, sed cōtritio, sed prout est vnus actus secundum speciem sic attritio potest fieri contritio, sicut ex mane fit meridies, & vnum est dispositio ad aliud sicut in naturalibus proceditur de imperfecto ad perfectum. Quamuis autem per contritionem, solam habeatur remissio peccati. Nihilominus tamen talis tenetur postmodum confiteri tēpore suo & satisfacere, Et secūdū Thom. tum ratione dubii, quia certus non est, si est contritus, tum etiam ratione præcepti de confessione facti. Si autem hoc omittit facere tēpore debito, peccata quidem iam dimissa nō redeunt, sed secundum Hug. tunc peccat mortaliter illud omittendo, de pē. dist. 1. Magna. Obiectum autem. 1. materia circa quā est dolor contritionis, secundum Pet. de Palu. post Thom. est malum non naturæ nec pœnę cum contritio agat in peccatum ad destruendum ipsum, sed malum culpæ nō quidem originalis, sed actualis contra quod est. Est etiam malum culpę proprium non alienum, quamuis n. quis debeat de peccato proximi dolere, non tamen est ille dolor contritio. Est & malum præteritum seu commissum non futurū, qa de futuro est cautela non dolor, & de venialibus sufficit dolor in generali, quamuis & vtilior sit etiam in particulari. Sed de mortalibus in particulari si recordatur & ad recordandū debet adhibere studium & conatum. Si est oblitus in generali & in particulari doleat de negligentia sua ad pœnitendum propter quā est oblitus.

§. 1. ¶De necessitate contritionis. Sciendum secūdum Pet. ꝙ de omni peccato actuali mortali necessario requiritur contritio. Ratio est, quia in omni peccato mortali est actualis auersio voluntatis a Deo ad peccatum, & ideo cum contraria contrariis curentur, oportet qđ in omni remissione peccati mortalis sit actualis auersio a peccato ad Deum, hæc autem auersio appellatur cōtritio. Durita. n. voluntatis, manentis in peccato non tollitur nisi per voluntatis fractionem omnimodam quæ appellatur contritio. Concor. Rayn. de reg. iur. cap. venia. lib. 6. Vbi dicitur venia non datur nisi correcto, & de pœn. dist. 1. Neminem. Sed nota secundum Pet. ꝙ licèt de peccatis oblitis, de quibus quis post conatum debitum ad recordandum non recedit specialiter sufficiat generalis contritio, tamen de peccatis quorum memoriā habet requiritur specialis contritio de singulis si tempus habet quo possit de singulis, dolere, specialiter, sed si tempus non habet, quia Deus non requirit ab homine nisi quod potest & in momento potest homo conuerti, sed non potest in momento de singulis confiteri, ideo sufficit tunc vna generalis contritio. Thom. autem dicit ꝙ quantum ad principium cōtritionis. s. cum quis cogitat de peccatis suis & dolet, & si non dolere cōtritionis saltem dolore attritionis, sic oportet quod de singulis peccatis quę habet in memoria conteratur, sed quantum ad eum dolorem qui est iam gratia informatus, sic sufficit quòd sit vna communis contritio de omnibus. Tunc enim ille motus agit in virtute omnium præcedentium dispositionem, & quod dicit Aug. de pœn. dist. 3. oportet pœnitentem simul dolere de omni crimine, dicit. Pet. quòd hęc cōtritio generalis est dispositio immediata ad gratiam. Nam dolere de vno sine alio non sufficit ad salutem.

¶Quando teneatur quis ad contritionem. dicit Pet. de Pal. ꝙ tota vita ista est tempus contritionis quoad habitum, sic scilicet quòd homo semper debet esse promptus ad dolēdum de omni mortali si ipsum committeret nisi a liàs doluisset, immo dicunt aliqui quod quotiens recolit de mortali tenetur dolere & conteri, quod est durum & videtur falsum, quia præceptum affirmatiuum nō obligat ad semper, & si semper. Vnde licèt siue recolat peccatum siue non recolat semper teneatur ad hoc non sibi complacere in peccato, non tenetur actu odire peccatum, sicut non tenetur Deū actu diligere quotiēs de Deo recolit alioquin nullus posset iudicare de Deo speculatiue quin peccaret mortaliter, quia non potest diligere Deum nisi cogitet de Deo practice, vnde pōt dici quòd est verum debito congruitatis nō necessitatis. Vel si intelligatur de debito necessitatis dicē dū ꝙ sicut præceptum de charitate quātum ad actum interiorē, videtur magis ligare q̄ affirmatiua quæ obligant in tēpore necessitatis solum. Istud aūt quandocunq; eius materia occurrerit practicè non speculatiuè, vt cum. s. consideretur Deus vt diligēd⁹ vel non diligendus tenetur homo iudicare vt diligendus & diligere. Sic & peccatum cōmissum si mēti occurrit practicè, vt. s. materia delectationis vel detestationis, tenetur hō iudicare detestandū & detestari. Hæc Pet. De peccatis quidē cōmissis de quibus iam quis habuit

§. 2.

buit vel credit se habuisse contritionem videtur sufficere quod dictum est. Sed quantum ad peccata mortalia de quibus nondum quis habuit contritionem, videtur quòd semper teneat quando peccatum menti occurrit ad actu odiendum & detestandum peccatū, aliàs peccat mortaliter peccato omissionis, quousque conteratur Dicit enim Thom. Pe. & Bon.& Duran. quòd post mortale peccatū non tenetur quis ad statim confitendum, tenetur tamen ex necessitate ad statim conterendum, nec enim per momentum licet stare in peccato. Vnde Eccles. 21. dicitur. Quasi a facie colubri fuge peccatū. Imminet enim tali maximū periculum, cum enim nulla necessitas excuset a contritione, si moriatur ante contritionem etiam si non potuit conteri, quia subito moritur, nihilominus damnatur quod non sic est de confessione.

§.3. ¶De qualitate contritionis. Nota secundum Petr.in 4 quòd duplex est dolor contritionis scilicet intellectualis qui est displicētia & detestatio volūtatis de peccato,& sensibilis qui est quædā afflictio insensitiua & tristitia constringens cor & alterizans. Primus semper requiritur de necessitate, & est sufficiens ad delendum culpam cum Dei gratia. Ratio est secundum Chryso. Vnumquodque per quascunque causas contrahitur per easdem dissoluitur,de reg. iur. Sed peccatum mortale sufficienter committitur voluntate seu per actum voluntatis,vt de pœn.distinct. 1.Si cui, ergo & sufficienter per actum volūtatis cum adiutorio diuinæ gratiæ distrui potest ipsum detestando,& displicentiam de commisso habendo voluntate deliberata. Secundus dolor scilicet sensibilis non requiritur de necessitate ad contritionem habendam & remissionem consequendam. Et ratio est, quia Deus non requirit ab homine impossibile,sed possibile. Sed habere istum dolorem sensibilem non est in potestate hominis etiam præsupposita in eo gratia, sed bene primus cum adiutorio gratiæ: Vnde non requiritur dolor sensibilis de necessitate, sed de congruitate sufficit si mens sit flebilis etiam si actu flere non possit, vt dicit Ambrosi. & vtilis est ad remissionem. Et istæ dolor communiter inducit lachrymas exteriores, & de quibus August. de pœniten. distinct. 1. cap. Quem pœnitet. Sciat se culpabiliter reum qui deflet damna amici vel temporis, idest temporalia & non deflet peccata, quod intelligitur secundum Thom.quando hoc accidit ex insufficientia vel paruitate doloris de peccatis secus si hoc prouenit ex duritia complexionis vel ex magnitudine doloris vel intentione humiliationis:quia scilicet non vult ab alijs videri cum scilicet est in conspectu aliorum, quia tunc non est reus. Petr. de Palu. etiam dicit, quòd velle conteri conteri est, quod intelligitur de voluntate efficaci, votum enim pro opere reputatur, de pœniten. dist. 1. Magna.

§.4. ¶De quantitate contritionis. Nota secundum Pet.de Pal.quòd dolor intellectualis debet esse maximus non quidem respectu doloris alterius,quia hoc est impossibile quia nec mors Christi quæ excessit omnem dolorem vitæ præsentis non attingebat ad minimum dolorem inferni vel purgatorij, nec etiam respectu doloris inordinati,quia maior est dolor se desperantis secundum quosdam quam uis pœnitens debeat optare quòd plus sibi displiceat peccatum ad expiandum quam illi ad augendum. Nec debet esse maximus respectu alterius seu cuiuscunque, quia maior magis debet secundum Pet. Et habitualiter quantum ad dolorem contritionis generalem de omnibus peccatis suis, inquantum sunt offensa Dei qui dolor est dispositio immediata ad iustificationem & actualiter quātum ad dolorem specialem quem habet recogitando de singulis, quia maius peccatum habet maiorem rationem dolendi, & ideo de maiori debet magis dolere, sed debet esse maximus respectu mali naturæ & pœnæ. Propterea autem debet esse maximus secundum Petr.de Palude,quia de maiori malo, scilicet culpæ quod est maximum,& de amissione maioris boni quā sit.scilicet Dei & gloriæ suæ.Et secundum Thom. non potest esse dolor istæ nimius sicut nec charitas vnde procedit potest esse nimia.Debet etiam contritus magis velle pati quantamcunque pœnam in generali, quam peccare mortaliter secūdum Tho.in quodli.1.q.5. articu.5. Et ratio est, quia contritio non potest esse sine charitate. Charitas autem dictat vt homo magis diligat Deum. Peccare autem est facere contra Deum pati autem est cōtra seipsum,ergo &c. sed in particulari descendere ad hanc pœnam vel illam non tenetur, immo stultè faceret si quis se vel aliū super huiusmodi sollicitaret, cum terribilia in particulari cōsiderata plus terreant.Concor.Alber.Innoc.Petr. de Palu, di. quòd non debet se quis tentare super his, nec confessor pœnitentem ad sumendum experimentum nec in sermonibus debet tendere laqueos tentationis simplicibus dicendo,

do, quòd plus homo debet velle excoriari & huiusmodi quæ sensus horret sed hoc a pœnitente requirat si pœniter. Et si dolor eius insufficiens est an vellet dolorem sufficientem habere & si non habet hoc sibi displicet & hoc sufficit. Dolor autem contritionis sensibilis licèt de peccato maiori debet etiã esse maior, tamen nõ requiritur de necessitate sicut nec ipsę dolor. Et quia corpus affligit posset esse nimius quando scilicet inde sequeretur læsio notabilis corporis, vnde secundum Tho. in 4. dist. 17. q. 2. art. 3. oportet ipsum secũdum debitam mensuram sumere, & mensura in ipso est sicut in ieiuniis & aliis afflictiuis conseruatio subiecti, & bone habitudinis ad operandum quæ sibi incumbunt secundum statum suum, arti. ad hoc, de consecratione distinctione quinta. Nõ mediocriter. Et quamuis secundum Pet. de Pal. non oportet quòd sit maximus hic dolor, quia nõ est in potestate hominis plus dolore sẽsualiter de peccato quam damno sensibili, debet tamẽ plus optare lachrymas & dolorem sensus pro peccato quàm pro quocumq; damno temporali, & secundum Hier. Apud Deum non tamen valet mensura temporis qnàm doloris, & abstinentia ciborum quàm mortificatio criminũ, de pœniten. dist. 1. Mensuram. Et secundum Pet. de Pa. illud gaudium quod est admixtũ contritioni ex spe veniæ quod ad maximum non minuit dolorem, quia non est ei contrarius: sed est eius effectus vel causa & ratio, vn de potius auget dolorem.

§. 5. ¶ De causalitate contritionis. Nota quòd licèt Deus sit causa principalis contritionis p gratiam suam, tamen ex parte nostri dispensatiue sex sunt causæ eius secundum Raynu. Prima est recogitatio peccati. Esa trigesimo octauo. Recogitabo tibi omnes annos meos & cætera. Et Chrysostom. Nullum delictorum tale remedium, sicut eorum continuata memoria, scilicet, ad dolendum, de pœnit. distin. 1. Secunda est ex recognitione pudoris. Prouer. 12. Putredo in ossibus eius qui cõfusione res dignas gerit. Tertia vilitatis eius detestatio. Hier. 2. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas, & Ioan. 8. Qui facit peccatũ seruus est peccati. Senec. Si scire deos ignoscituros et homines ignoraturos adhuc dedignarer peccare. Quarta timor de die iudicii & pœna inferni. Hierony. Quotiens diem illum considero totus contremisco. 1. Petr. 4. Si iustus vix saluabitur. Iob. 10. cap. Vadam & non reuertar ad terram tenebrosam, &c. Quinta est consideratio amissionis patriæ & offensa tanti patris. Apocal. 3. Tene quod habes vt nemo accipiat coronam tuam. Et secundum Bernardu. debet hic dolor esse acer, quia offendimus Deum creatorem omnium, acrior, quia offendimus patrem nostrum spiritualem qui nos pascit multipliciter, acerrimus, quia offendimus redemptorem nostrũ qui nos redemit a crudelitate dæmonum a vinculis peccatorum & acerbitate tormentorum. Sexta est spes quæ est triplex scilicet veniæ consequendæ. Act. 3. Pœnitemini vt deleantur peccata vestra. Spes gratiæ recipiendæ. Apoc. 3. Ego sto ad ostium & pulso, &c. Spes gloriæ. Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum. Matthæ. 3. Siquis autem nõ vult hic conteri conteretur in inferno sine fine, iuxta illud Psalmus. 23. Contritio & infælicitas in viis eorum. De vtilitate contritionis pertinet illud quod habes supra eo. §. 3.

¶ *De confessione & eius necessitate, & de sexdecim eiusdem conditionibus diffuse declaratis. Cap. 19.*

DE secunda parte pœnitentiæ scilicet confessione. Et primo de diffinitione eius. Ab Augustin. sic diffinitur quòd confessio est per quam morbus latens spe veniæ aperitur. Ad cuius euidentiam nota quòd confessio tripliciter fit secundum Petr. in. 4. aut in foro animæ interius coram Deo, aut in foro pœnitentiæ exterius coram Dei vicario, aut in foro contentioso coram iudice. In prima confessione peccatum non aperitur, quia Deo apertum erat, in vltima non aperitur in spe veniæ, in media peccatum aperitur latens spe veniæ. Vnde conuenienter describitur confessio sacramentalis & per materiam quæ est peccatum, & per actum qui est aperire, & per finem qui est spes veniæ. Vnde de pœnitentia distinctione prima, dicit Ambrosius. Confessio spem saluandi tribuit. Quare autem fienda est, homini confessio. Petrus assignat hanc rationem. In omni iudicio bene ordinato, oportet alterum esse iudicem, alterum reum esse, in pœnitentia autem est quoddam iudicium, decet ibi alterum esse reum & alium iudicem, iudicium autem contra reum procedit, aut per probationes contra inuitum aut per confessiones propria sponte factas. Cum ergo iudicium pœnitentiæ sit spontaneum oportet

tet procedere ex confessione rei, non ex aliis probationibus, in iuditio vero non debet esse iudex principalis nisi qui potest absoluere & condemnare. Et ideo illud iudicium pœnitentiale in quo intenditur remissio culpę, solum Deo principaliter cõpetit, qui solus peccata põt relaxare de conse. dist. 4. Nemo. Ipsę vero quia in veteri testamento Deus erat, & non homo tunc contentus erat mentali confessione, licèt enim ab his qui erant de populo iudæorum ex mandato legis fieret aliqua manifestatio peccatorum: illa tamen erat generalis & solum pro quibusdam peccatis, nõ autem specialis & distincta & vocalis vt nũc. Sed post susceptionem naturæ nostræ in nouo testamento vocalem confessionem quę fit homini requirit ab homine. Et quia in forma humana nobiscum vbiq; præsens esse nõ potest, ideo vicarios constituit homines quibus debemus confessionẽ facere de pę. dist. j. Multiplex, in hoc autem q; potestatem suam iudiciariam ligandi & soluendi dedit confessionem eis fieri debere tãquam iudicibus insinuauit, ipsæ ergo Christus instituit cõfessionem tacite. Apostoli autem promulgauerunt expræsse. Iaco. 5. Confitemini &c. ideſt habentibus potestatem, vt sunt sacerdotes.

§. 1. ¶ De necessitate confessionis sacramentalis. Nota quòd magister in. 4. di. 17. & Gratianus de pæ di. 1. per totum quærunt. Vtrum absq; cõfessione sacramentali actu vel proposito p solam cõtritionem, ideſt dolorem de peccatis cum proposito abstinendi, etsi non confitendi possit haberi remissio peccatorum? Et multa dicunt pro & contra. Et tandem Gratia, dicit i fine di. illius, q; quia vtraq; opinio habet viros sapientes & religiosos, quid magis tenẽdum relinquit iuditio lectoris. Et in fi. illius dis. The. dicit Græcos tenere cõfessionem vocalem non esse necessariam sed Tho. in. 4. dist. 17. expositionem literæ dicit, q; hoc quod ponitur pro opinione, scilicet confessionem vocalem non esse necessariam, nunc est hæresis. Non q; explicite sit contra aliquẽ articulum vel præcedens vel sequẽs ad ipsum, sed implicite aliquid contrarium fidei contenet, quia sequitur quòd claues ecclesiæ non sunt necessariæ ad salutem. Et in talibus antequam determinetur per ecclesiam quòd ex eis sequitur aliquid contrarium fidei, non iudicatur hæresis esse sed opinio, & sic magister & Gratianus pro opin. hoc ponunt. Sed nunc post determinationem ecclesiæ sub Innocent. tertio factam. s. extra de pœniten. & remissio. cap. Omnis hæresis reputanda eẽt. Confessionem autem esse necessariam. Petr. in. 4. sic declarat. Omnis peccati originalis vel actualis remedium esse passio Christi, illius autem passionis virtus in sacramentis ecclesię est impræssa. Vnde non possumus a peccato siue originali, siue actuali sanari sine ecclesiæ sacramenti susceptione vel in re cum adest oportunitas, vel in proposito cum articulus necessitatis excludit sacramtum, & non contemptus religionis. Confessio vero pertinet ad remedium institutum contra peccatum actuale, vnde necessario tenemur confiteri. Est autem confessio de iure diuino non naturali. Sed de iure naturali est confessio quæ fit Deo mente. Concordat Thom. nec Papa potest dispensare quòd aliquis non teneretur confiteri peccatum suum, quia non habet potestatem tollendi ius diuinum: sed posset dispensare quod aliqui non tenerentur annuatim confiteri, quia hoc de iure humano est Tho. Amb. de pęn. di. 1. non meruit iustificari qui peccata sua noluit confiteri.

¶ De conditionibus quas debet habere cõfessio. Nota sm Tho. in. 4. sen. dist. 17. qõ. vlt. art. 4. ad. 4. q; debet habere. 16. conditiones quæ in his versibus cõtinentur. Sit simplex, humilis, confessio pura, fidelis. Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecũda. Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata. Fortis, & accusans, & sit parere parata. Et duæ ex his conditionibus sunt ad bene esse confessionis, sed nõ necessariæ scilicet frequens & festina. Alię sũt necessariæ. De qualibet igitur earum videndum. Et primo de illis quæ non sunt necessariæ. Dicitur autem confessio secundum Ray. quasi cordis vndiq; fassio, ideſt ex toto manifestatio. §. 2.

¶ Prima conditio confessionis est quòd sit festine, ideſt q; cito post peccatum commissum mortale confiteatur. Et quærunt doctores. Vtrum sit necessarium confiteri peccata mortalia statim habita oportunitate? Respondet Petrus in quarto dicens quod duæ sunt circa opinio. Vna dicit quòd tenetur statim habita oportunitate, nec capi. de pœnitent. & remis. omnis, excusat quia intendit arctare tempus non ampliare propter negligentiam hominum. Alii dicunt communius, quòd cum sit præceptum affirmatiuum nõ obligat nisi pro loco & tempore, ecclesia vero in hoc potuit determinaret tempus cũ sit præceptũ disciplinæ non naturæ. Vnde regulariter non tenetur homo nisi semel in anno confiteri, scilicet in pascha, quando necesse habet communicare, hanc opin. dicit Thom. esse probabiliorem §. 3.

biliorem quam sequitur Pet. de Pal. Richar. & Duran. & Ioann. Neapol. in quodlibeto.

Casus q̃ bus tenetur quis confiteri ante terminum taxatum ab ecclesia secundum Tho. & Pet. de Palu. & alios. Primus est ratione sacramenti, quando scilicet vult suscipere eucharistiam vel ordinem sacrum, de his duobus dicit Tho. in quodli. 1. q. 6. art. 2. & Ioan. Neapol. Talis. n. non sufficit q̃ fit cõfessionem.

Primus. ¶ In quatuor tamen casibus tenetur quis confiteri ante terminum taxatum ab ecclesia secundum Tho. & Pet. de Palu. & alios. Primus est ratione sacramenti, quando scilicet vult suscipere eucharistiam vel ordinem sacrum, de his duobus dicit Tho. in quodli. 1. q. 6. art. 2. & Ioan. Neapol. Talis. n. non sufficit q̃ fit cõfessionem. Primus. tritus, sed oportet q̃ confiteatur si habet copiam confessoris, vel nisi necessitas vrgeat, aliàs peccaret mortaliter. Aliquid dicunt idẽ esse de omnibus aliis sacramentis, q̃ scilicet non sufficiat contritio de mortali, nisi & confiteatur si, potest, cum accedit ad sacramentũ aliquod, vt sicut baptismus est ianua simpliciter respectu omnium sacramentorũ, ita pœnitentia est secunda tabula post baptismum la pso respectu aliorum sacramentorũ ar. de pç. di. 1. c. 2. Post. naufragium. Nec est contra de consec. di. 5. Vt ieiunent, quia etiam ecclesia frequenter admonet fideles ad seruandum præcepta naturalia & diuina. Administrãdo autem sacramenta, puta communicando alios, audiendo confessionem, faciendo dyaconatum & huiusmodi, quamuis debeat esse contritus de mortalibus ex debito necessitatis, aliàs peccaret mortaliter (vt dictũ est supra.) Confessus tamen debet esse ex debito honestatis tantum, ita q̃ non confessus, attamen

eo. c. 16. §. 14. contritus non peccaret mortaliter, secundum Pet. de Pal. Aliquibus videtur q̃ ẽt ministrãtibus sacramenta, non sufficiat contritio de mortali, sed de necessitate requiritur confessio si potest haberi. Vnde Tho. & Petr. dist. 17. in. 4. q. 3. dicunt quod prælatis incumbit dispensare sacramenta, quæ non nisi mundi tractare debent, ideo est eis concessum a iure quod possint sibi eligere confessores proprios quòd intelligunt eos loqui de munditia pnię sacramentalis perfectę, quę in absolutione facta confitenti consistit. Quamuis autem ista sit tutior via, tamen nullum doctorum scriptum legi hoc dicere clare. Secundus casus

Secũdus ratione periculi. saltem enim sacramentum in necessitate in hac vita suscipiendum est. Et dicitur hoc periculum quando frequenter homines ex tali casu moriuntur, secundum Petrum de Palude, vt patiendo naufragium, intrando bellum, aut patiendo acutam febrem vel grauem infirmitatem. Et sic intelligitur quòd quilibet potest absoluere ĩ mortis periculo constitutum de offic. ordin. cap. Pastoralis. in glo. Non autem est hoc periculum ex hoc solum q̃ intrat mare vel flumen. Tertius est ratione dubii quando, scilicet probabiliter dubitat, q̃ amplius pro illo anno Tertius. non occurreret sibi copia confessoris, seu valentis eum a peccato absoluere reseruato, vel ab excommunicatione si ea est ligatus. tunc enim tenetur confiteri cum habet oportunitatem. vbi enim periculum imminet auferenda est mora. dist. 5. baptizari. Quartus casus quartus est ratione scrupuli, cum scilicet aliquis est illius opinionis quòd teneatur statim confiteri, & sic sibi forma conscientiam, tunc mortaliter peccat si nõ facit, quia omne quod est contra conscientiam, ædificat ad gehennam. 28. q. 1. §. ex his, & addit Tho. quod quamuis (vt dictum est) nõ teneatur quis statim confiteri ex necessitate, bonum est tñ & consulendum nõ differre, & præcipue quamuis doleat de peccato, nescit tamen si est dolor sufficiẽs ad cõtritionem, sed in confessione fit homo de attritio contritus, nisi ponat obstaculum. Si quis tamen differret expectans aptius tempus & liberius, vel vt habeat peritiorem cõfessorem laudabiliter faceret, ita tamen quòd propter hoc non transeat annus qui est termĩnus a iure statutus.

§. 4. ¶ Secunda conditio confessionis est quòd fit frequẽs, quod potest intelligi dupliciter, ſm Ray. Vno modo vt qui frequenter cadit, frequenter resurgat per confessionem, de pœn. dist. 2. Septies, &c. Adhuc perfidi instant. Secundũ modo intelligitur vt eadem peccata pluries confiteatur, & vt dicit Augu. Quanto pluribus cõfitebitur turpitudinem criminis, tãto facilius inuenit gratiam remissionis, de pæ. dist. 1. Quem pœnitet. Et quamuis in prima confessione si fuerit contritus, habuerit plenam remissionem omnium peccatorum mortalium valebit nihilominus secunda & tertia, & deinceps confessio de eisdem, etsi non ad remissionem culpæ ex quo iam deleta est, tamen ad remissionem pœnæ. tum ratione actus de se boni, tum ratione erubescentiæ, tum ratione & virtute clauium valebit & ad augmentum gratiæ & aliquando ad remissionem pœnæ. cum scilicet in præcedenti non fuerat contritus. ¶ Nota tamen de peccato de quo quis fuit rite confessus & absolutus non tenetur de necessitate iterũ confiteri, nec tenetur quis obedire alicui præcipuenti sibi confitendi de quo est confessus, nec Papa posset condere legem ad hoc astringentẽ, secundum Pet. de Pa. ¶ Nor. tamen quod aliqui casus in quibus tenetur quis iterare con Casus reiterandi cõfessionis. fessionẽ, & sunt quatuor ſm Pet. duo sunt ex parte confitẽtis, & duo ex parte cõfessoris. Pri-

Primus. mus secundum Pe. Tho. Ray. & Hostiū & oēs alios. ſ. quando aduertenter tacet aliquod qđ eſt mortale, vel credit vel probabiliter dubitat eſſe mortale, ex verecundia vel alia iniuſta cauſa, tunc peccat mortaliter cōmittēdo fictionem in ſacramento & notabilem irreuerentiam, & iterare tenetur illam confeſſionē. Si tñ talis cōfitetur eidem cui prius & ille habet in memoria peccata eius, ſufficit dicere illud occultatum & illā fictionē ſecūdum Dur. mi. in ſum. confeſ. ēt ſi non haberet in memoria, vt patet in ſi §. Sed ſi dimitteret ex aliqua iuſta cauſa, puta quia dubitat probabiliter cōfeſſorem eſſe ſollicitātem ad malum de quo confitetur vel reuelatorem confeſſionis vel dicendo illud cum ſit confeſſor manifeſtaret peccatum quod audiuit, puta ſi iniuſte abſoluit cum nō debuit, & in his caſibus nō habendo copiam niſi talis confeſſoris, cui confitendo aliquod prædictorum ſequeretur tunc ſatis videt quōd excuſetur, dicit etiam prædictus Dur. q̄ ſi ex ignorantia craſſa & ſupina aliquod reticuit mortale, quia noluit cogitare de peccatis ſuis, tenetur totum iterare, ſecus ſi ex ignorantia probabili, quia tunc ſolum illud quod dimiſit. ¶ Secūdus eſt ſecundum Pet. & Thom quando non impleuit pœnitentiam ſeu ſatisfactionem iniunctam pro mortalibus ex contemptu vel negligentia et eſt oblitus eius. Si enim recordaretur adhuc poſſet perficere, & tunc perficiendo iterare non tenetur, & præcipue quando non eſt ſibi terminus prefixus quem poſſit tranſgredi. q̄uis ſibi ſit declaratum in quo ipſam debet iacere vel in alio tempore ipſam ſupplere coipſo autem q̄ facit ſibi propoſitum implēdi pœnitentiam ſibi iniūcta pro mortalibus ex negligentia vel contemptu peccat mortaliter, quia tenetur ad illam ſub præcepto. Secus de pœnitentia iniuncta de venialibus ad quam non tenetur de neceſſitate ſecundum Thom. vel etiā ſi pœnitentiam pro mortalibus iniūctam dimitteret ex impoſitione, puta infirmitate & huiuſmodi poſſet tū pnia iniuncta ab vno confeſſore mutari ab alio cui confitetur, etiam ſine audientia confeſſionis peccatorū illorum pro quibus erat impoſita, ſecundum Tertius. Pe. de Pa. de hoc tñ vide infra. §. 19. ¶ Tertius caſus ſecundū Tho. Pe. & Hoſt. eſt ex parte cōfeſſoris, videlicet qñ eſt notabiliter ignorans ſacerdos, ita q̄ neſcit diſcernere inter mortale & veniale de peccatis omnibus, & præcipue cū pœnitens habet caſus itricatos & difficiles. Concor. Dur. or. mi. & addit, & hoc niſi pœnitens ſit peritus & confeſſorem inſtruat, cum autem vadit ad eum quem ſcit idiotā & ignorantē, tenetur iterare, hæc Duran. Quod vñ intelligendū q̄n pōt habere aliū ſufficiēte. Nam ſi alium habere non pōt, multomagis cum in periculo mortis eſt, poteſt & debet cōfiteri ei quē habet. Vnde Aug. dicit de pœ diſ. 6. Cui autē dicitur. Qui vult confiteri vt inueniat gratiam ſacerdotē quærat ſcientē ſoluere & ligare &c. ¶ Quartus caſus etiam ex parte confeſſoris eſt impotentia abſoluendi, ſecundū Tho. Pe. Ray. & Hoſti. Quod poteſt eſſe dupliciter ſecundum Pe. & Dur. or. mi. vel quia habet poteſtatem abſoluēdi arctatā, quia. ſ. ab aliquibus peccatis non poteſt abſoluere ſuperiore ſibi reſeruante illos, & tamen ab illis de facto abſoluit, & confeſſus illi, cum hoc ei conſtat, tenetur iterum confiteri, non quidem omnia, ſed ſecundum Pe. de Pa. illa tantum de quibus non potuit abſoluere. Aut hoc eſt quia, nullam habet poteſtatem, & hoc vel quia non ſacerdos erat quamuis reputaretur, vel quia non ſubditus, vel quia intruſus aut excommunicatus aut ſuſpēſus ab officio & hmōi, & abſolutus a tali cum hoc illi conſtat tenetur iterum confiteri, quia realiter nō eſt abſolutus, quamuis ignorātia facti excuſet eum in conſpectu Dei, ac ſi eſſet abſolutus dum neſcit ſecundum Tho. in quodlibet, ſed Pet. de Pa. in 4. ſic diſtinguit & notabiliter, quia aut impedimentum qđ habet abſoluens eſt iuris diuini aut humani. Si iuris diuini, puta quia nō fuit baptizatus talis vel non ordinatus Et in hoc caſu abſolutus a tali tenetur iterum cōfiteri hoc ſcito, nec papa poſſet de contrario diſpenſare. Si eſt impedimentum iuris humani, puta quia excōicatus ſuſpenſus & huiuſmodi, tūc aut impedimentum eſt notoriū aut occultum. Si notoriū, puta quia manifeſtē & publicē verberauit clericum, propter quod notorie eſt excōicatur, vel manifeſtē intruſus, ideſt, p conceſſionē ſecularium poſitus in eccleſia curata non per canonicā conceſſionē propter qđ titulū non habet nec poteſtatē ſuper parrochianos illius eccleſiæ, & tali confeſſus tenetur iterū cōfiteri hoc ſcito, ſed ſi impedimētum eſt occultum. tunc aut confitens ipſe ſcit illud impedimentū aut neſcit. Et ſi ſcit confitendo ſibi tenetur iterum confiteri & mortaliter peccat cōicando illi in diuinis. Si neſcit impedimētum qđ aliis etiam occultum eſt, & hoc ignorātia facti, tūc tenet iterare. arg. de ſnia ſerui qui putabat publicē liber & prætor q̄ rata eſt, ſed ſi hoc neſciret ignorantia iuris puta ſcit illū percuſſiſſe clericū, ſed credit nihilominus ipſum

Secūdus

quartus

d. 17. q. 6

poſſe

posse audire confessione, non excusatur per
Quint°. hoc quin teneatur iterare. ¶ Et est quintus casus in quo quis tenetur iterare confessionem secundum Pe de Pal. videlicet impedimentū ex parte cōfitentis scitū vel oblitum vel ignoratum probabiliter puta quia erat excommunicatus maiori vel minori excommunicatione, licèt nesciret cum postea sciuerit tenetur iterum confiteri absoluēdus, quia ligatus excommunicatione absolui non potuit a peccatis & probabiliter ignorantia præseruat a culpa & a pœna irregularitatis, sed non facit eū non esse excommunicatum, propter quod si tunc eligeretur vt sibi beneficium cōferretur ignorantia non faceret q̄ sibi aliquod ius acquireret, vt in c. apostolice, de cle. excō. mi. in glo. Est autem minus capax sacramentorū a quorum participatione directè excluditur q̄ quorumcunq; aliorum, ideo absolutio nulla. Et dicit idē Petr. q̄ in hoc casu & in aliis in quibus quis tenetur iterare confessionem, si confitetur eidem, non oportet iterare peccata explicitè, sed solum implicite dicendo in illis quæ vobis aliàs dixi sicut si nulla fuisset absolutio de facto. Dilata enim absolutio per multos dies fieri potest, etiā si istæ oblitus fuerit dum tamen prius pœnitentiam ei innotuerit, quia si non taxasset pœnitentiam, tunc oportet ad memoriam reducere vt moderetur iuste. Hæc Pet. Guil. etiam dicit q̄ pœnitentia non requirit tantam continuitatem agendorum & dicendorum sicut alia sacramenta. Sed in vna die poterit fieri pars vna confessionis, & in altera alia, vel in vna die audire confessionem & in alia impendi absoSæxtus. lutio & pœnitētia iniungi. ¶ Sextus casus est quando quis facit confessionem in mortali vel sine proposito abstinendi. Sed quia istę casus habet varias opiniones, & est satis difficilis declarabitur in sequenti. §.

§.5. ¶ Tertia conditio confessionis est q̄ sit lachrymabilis, ideſt cum dolore seu displicentia de peccatis saltem secundum rationem. Vnde quærunt doct. vtrum confessio facta ab eo q̄ non est contritus, quia scilicet nō dolet sufficienter, vel non proponit abstinere a peccatis valeat, ita quòd non teneatur eam iterare. Et respondit Pe. de Pa. in. 4. distinct. 17. quòd circa hoc est triplex modus dicēdi. ¶ Primus est quòd nō valet ad remissionem culpę nec pœnæ, nec tunc recedente fictione, vnde & tenetur iterare, & hæc est opinio Goff. in quod li. Ray. Host. in sum. Bon. in. 4. & Durā. or. mi. Rober. Holchot. & Vincen. in spe histo. ¶ Secundus modus dicendi quòd talis confessio valet ad remissionem culpæ quando impœnitens confitetur & absoluitur, licèt tunc non recipiat fructum absolutionis, tamē recedente fictione recipiet sicut dictum est de baptismo. Et ratio huius fortè est, quia sicut in baptismo imprimitur character, ad quem recedente fictione sequitur gratia, ita in pœnitentia imprimitur quidam ornatus, ad quem recedēte fictione sequitur gratia, & hæc est opinio. Thom. Pe. Rich. or. mi. in. 4. & Io. & Bern. in glo. in videtur etiam esse Gratia. De pœni. dist. 1. mensuram. in. §. seq. dicit enim quòd non est necesse q̄ peccata quæ semel sacerdoti confessi fuimus, eadem denuo cōfiteamur. ¶ Est & tertius modus dicēdi declarans & cōcordans ambos, aut etiam talis non habet intentionē confitendi sacramentaliter & absoluendi, sed deridēdi, aut habet intentionem confitendi. In primo casu non liberatur a pręcepto diuino de confessione, quia sine intentione non potest suscipi essentia sacramenti, quę consistit in vsu, vnde tenetur iterum confiteri. Si autem intendit tunc distinguēdum, quia aut intendit implere præceptum & suscipere verum sacramentum quod ecclesia confert, aut nullā habet de peccato suo pnia aut aliquam. Si nullam, tunc pnīæ sacramentum non suscipit, quia pars essentialis sacramenti huius quod cōsistit in actu suscipientis est actus interior, vnde sine eo non est, sicut nō esset verum matrimonium, si quis intēderet verum sacrm suscipere, non tn cōsentire nisi in carnalem copulam et ad tēpus, sed si aliquā pœnitentiam habet de peccatis suis, tūc iterū distinguendum, quia aut talem habet pnīam q̄ sufficit cum sacramento, puta attritus accedit ad confessionem, exquo ibi fit contritus, vnde fugatur fictio, & sic non habet dubium, qa & sacrm suscipit et effectum eius. s. remissionē peccatorum, v n non tenetur iterare. fit sīr immo fortius si accedit cōtritus. Si vero habet talē pnīam q̄ nō sufficit cum sacro ad gr̄am qua nec ēt attritus accedit tūc est vera opi. Tho. s. q̄ fictione recedente, tunc incipit valere confessio, & non tenetur cōfiteri nisi fictionē suam. Pōt igit opi. Tho. multis modis saluari. Vno modo loquendo de eo qui fictus est priuatiuè, non positiuè, quia scilicet habet dolorem, sed ita imperfectum quòd nec cum sacramēto actu suscepto sufficit ad contritionem, nihilominus tamen hāc imperfectionē quæ est fictio non confitetur, quia credit sufficienter esse dispositus, & sic nō scienter celat pctm quod fuit in hoc q̄ nō examinauit conscīā suā sicut debuit, & sic qa erat error iuris.

diuini

diuini non tollit fictionem respectu vltimi effectus sacramenti, quia improbabilis, vnde non excusat, sed eo ipso quo error fictionem tollit quæ excludit essentiam sacramenti. Tali ergo qui verum sacramentum suscipit ornatus imprimitur, sed gratia non datur, sed postea quando rediit ad cor & recolit se non bene feciſſe debitum & ex negligẽtia aliqua oblitum, tunc incipit valere confessio, & nõ tenetur confiteri illa quæ prius confessus fuit sic fictus, quia non fuit dimidiata ex intẽtione, sed solum illam fictionem tenetur confiteri. Si autem fuisset fictio positiuè, quia scilicet non doleret & scienter celata fuisset cõfessio est nulla, vel si fictio fuisset confessa non debuisset dari absolutio, sed si data fuit, dubium est vtrum ornatus impressus esset. In quo casu Tho. non potest intelligi. ¶ Secundo modo potest opi. Tho. intelligi, quando est positiua fictio quantum ad hoc q̃ non dolet, nec abstinere proponit, tunc ista fictio non occurrit sibi vt confitenda nec actu cogitat quòd teneatur eam confiteri tunc enim sicut de peccato quod occurrit quidem, sed non credit quod sit peccatum, aut quòd sit mortale, & de necessitate confitendum, per inde est ac si fuisset oblitum per negligentiã, nec fuisset debitum suum de scrutando conscientiam, in quo casu solum illud est confitendum, & est verum sacramentum, licet sit hæc ignorantia iuris diuini facti. Et hoc modo potest sustineri dictum. Tho. 21. dist. vbi dicit quòd ignorantia iuris diuini non excusat a fictione, & sic talem vocat fictum. ¶ Tertio modo potest sustineri opi. Tho. loquendo de illo qui confitetur ei cui prius, & tunc non oportet iterare confessionem prius ei factam, licèt fictam etiã si sacerdos non recoleret peccata sibi prius dicta, quia nec quando confessio est integra oportet quòd recolat actu de principio vsque in finem. Et maxime quia hic sufficit absoluere ab omnibus & in vngere pœnitentiam profictione & pro aliis quòd faciat penitentiam, tunc sibi iniunctam. ¶ Itẽ paulopost dicit idem Pet. de Palu. quòd cum confitens exprimit fictionem suam, puta dicens non proponere se abstinere in futurum. Sacerdos quamuis nullo modo debet absoluere, a liàs peccat aburens claui nec valet sibi tunc illa absolutio, tamen ex quo intendit absoluere & sacramentum verum conferre quod conferat. Et si tunc non habet effectum ptopter illius indispositionem, habebit postea quando conteritur, vel ex pactione vel ex dispositione ornatus manente. Et si dicatur quòd quamuis ibi sit forma non tamen materia, ergo nec sacramentũ Materia enim est peccator contritus. Respon. quòd materia est peccator sed immunda, nec est confessio dicenda dimidiata quam oportet iterare, nisi quando occurrit fictio vt confitenda.

¶ Quarta conditio confessionis est quòd sit integra, vt scilicet omnia dicat quæ habet in memoria de quibus nõ est rite confessus. Vnde Aug. de pe. dist. 4. c. si. Caueat ne verecundia ductus diuidat confessionem, hoc est enim ad hypocrisim tendere & semper venia carere. Et hoc intelligendum est de mortalibus, nam de venialibus: quia non habent connexionem, nec quoad contritionem, nec quoad confessionem, nec quoad absolutionẽ, secundum Pet. de Pal. ideo absq; præiudicio salutis potest de hoc dimidiari confessio quã uis non sit ita honestum nisi fiat ex causa rationabili, & aliquando mortalia sunt quæ putantur venialia, & ideo periculosum. Omnia igitur mortalia vni de necessitate sunt dicenda de pæ. dist. 3. sunt plures. Rationem huius assignat Thom. in. 4. dist. 17. q. vlt. art. 4. q. 2. Nam sicut in medicina corporali oportet q̃ medicus non solum vnum morbum contra quem medicina dari debet cognoscat, sed etiam vniuersaliter totam habitudinem ipsius infirmi, eo quòd vnus morbus ex adiunctione alterius aggrauatur & medicina quæ vni morbo conferret præsidium alteri nocumentum præstaret. Cum quandoq; quis cõtrariis peccatis sit infectus, & ideo de necessitate confessionis est, vt omnia peccata quæ quis habet in memoria confiteatur sacerdoti, quæ scilicet aliàs non est confessus. Quæ autem est oblitus cum eorum postea recordatur sufficit quòd illa sola confiteatur quæ ex obliuione dimiserat alia autẽ in generali vt sub ista forma, vt cum de multis aliis sum cõfessus, horum vel huiusmodi sui oblitus, & hoc siue illi qui priorem confessionem audiuerat siue alteri, quòd si confessor a quibusdam peccatis non posset absoluere per episcopum retentis, debet nihilominus pœnitens dicere totum confessori, secundum Thom. in quodlib. Qui debet eum absoluere a quibus potest, & de reliquis de quibus non potest remittere ad superiorem absoluendum. arg. 33. q. 2. latorem, & extra de pæni. & re. c. si gnificauit, quòd si de facto absoluit non est absolutus secundum Thom. quòd intelligitur secundum Petr. de Palu. ab his in quibus non potest, quia sententia est a non suo iudice in illis. Tamen quia vtile per inutile non

§. 6.

vitiatur

vitiatur in his quæ capiunt diuisionem ab aliis est absolutus de quibus poterat nec plus oportet ad eum redire. Excusatur etiam pœnitens in illo in quo absoluit confessor non valens propter ignorantiam facti, sed non excusatur sacerdos cui non licet ius ignorare secundum Thom. Sicut ergo ecclesia Romana hunc habet vsum, vt dicit Pet. de Pa. quòd ab soluit a maioribus remittens pro minoribus absoluendum. In quo facto supponitur quod ita potest fieri, ita pari ratione potest fieri econuerso, quia de mortalibus non potest minus remitti maius sine minori quam econuerso, propter quod qua ratione superior potest absoluere de retentis non absoluendo de concessis, eadem ratione inferior de concessis tantum, quia exquo ista est absolutus quo ad Deum, vt supponitur ex contritiome quã ostendit id quod est ex parte ecclesiæ potest dimidiari in foro pœnitentiali, sicut in foro iudiciali potest quis absolui ab vno iudice & ab vna sententia, & ab alio ab alia, immo ẽt si non esset contritus sed attritus idem est, quia dispositio ad gratiam potest dimidiari. Et sic ex confessionibus factis diuersis causatur dispositio ornatus perfecta ad gratiam. Vnde exemplum clauium quando completa est vltima absolutio tunc sequitur effectus & non ante. Exemplum de extrema vnctione in qua sunt multę formæ & mutato ministro propter defectum primi in vltima tantum recipitur effectus. Potest igitur superior absoluere de omnibus, si tamen velit omnia audire, aliter non potest & pro his quæ audiuit reseruatis sibi absoluendum remittere ad inferiorem cui pœnitens omnia debet dicere, etiã superiori reseruata potest de potentia absoluta maiora sine minoribus committere, sed non de potentia ordinata. Inferior autem non potest absoluere a reseruatis, quod si facit nihil facit, sicut nec etiam si absolueret ab excommunicatione aqua non potest, debet tamen pœnitens vni omnia dicere, vt c. Omnis dicit. Omnia sacerdoti nõ sacerdotibus, & dicit Pet. ibidem quod ratio Thom. quare omnia vni sunt dicenda, non est demonstratiua, quia nec materia sacramentorum est demonstrabilis, sed est ratio probabilis, & sic intendebat Thom. scilicet persuadere non demonstrare.

§. 7. ¶ Quinta conditio est quod sit nuda vt non inuoluat obscuritatem verborum. Sic ergo confiteatur quòd sacerdos intelligat eum, non tamen debet loqui in materia turpi vt ribaldi, vt dicit Guil. sed honestiori modo quo potest in illa materia, ita tamen quòd credat confessorem intelligere eum, debet etiam confiteri circunstantias peccatorum, iuxta illud Trenorum. 2. Sicut aquam effunde cor tuum. Et illas quidem circunstantias quæ trahunt peccatum in aliam speciem de necessitate oportet confiteri, secundum Tho. & Per. & alios Doct. Alias circunstantia confiteri cum non sint venialia perfectionis est & non necessarium. Petr. de Palu. in. 4. dicit dist. 16. quòd numerus circũstantiarum comprehen dit hoc versus. Quis, quid, vbi, quibus, auxi, liis, cur, quomodo, quando. Ray. addit octauam scilicet quotiens & vbi. In versus dicit quibus auxiliis, ipsę dicit per quos quotiens. Dicitur ergo quis, pro varietate personę, status, ætatis, sapientię, ordinis, & sic fuit grauissimum peccatum Adæ, quia quãto gradus altior, tanto casus grauior, & ingratitudo maior. Quid, vtrum malum quia prohibitum vel ex genere suo vtrum mortale vel veniale, vtrum occultum vel manifestum & quantum ad hanc conditionem grauius fuit peccatum Cayn quàm Adæ, quantitas enim generis homicidii grauior est quàm gulę vel superbiæ. Vbi, quia in loco sacro, grauius peccatur, p quos quia traxit alios ad peccatum, quod proprium est diaboli, vel quos posuit mediatores ad malum perpetrandum, quia peccatorum illorum est particeps, vel cum quibus pro quibus & contra quos. Quotiens non solum quantum ad consuetudinem, sed etiam quantum ad numerum, qui numerus refertur ad actionem non ad obiectum actionis. Verbi gratia. Si homo iniusta contritione accipiat saccum plenum mille flo. vnũ furtum est, si autem tres flo. accipiat diuersis actibus successiue erunt tria furta, quia in ipso actu essentialiter est peccatum, & ideo non potest esse vnum in pluribus actibus. Cur. an ex infirmitate vel ex ignorantia vel electione vel quali intentione fecerit, quia mortalia trahunt speciem ex fine, ideo hoc explicandum, qui enim furatur vt mechetur, magis dicendus est mechus quam fur, est tamen vnum peccatum in vno actu sed habens plures deformitates. Quomodo, naturali vel in naturali, quia semper grauius in eodem genere agendo vel patiendo. Quando, si in sacro tempore vt in diebus festiuis vel alio tẽpore, vt de perseuerantia in peccato. ¶ Ad declarationem autem huius quando sunt circunstantiæ confitendæ. Dicit Pet. de Pal. circunstantiæ sunt in quimtuplici genere. Primæ sunt quæ nec alleuiant nec aggrauant, sicut

De circunstantiis peccati.

cut ille quæ non important aliquam conuenientiam vel disconuenientiam ad rationem nec ex se nec ex suppositione, sicut furari cũ dextra vel sinistra, & istas confiteri est super flumin. Secundæ sunt quę alleuiant, quę iam portant conuenientiam vt facere malum ex bona intentione vel ex ignorantia, & istas cõfiteri est imperfectum, nisi quis timeat scandalum confessorum. Tertiæ sunt quæ important disconuenientiam ex suppositione, vt furari multum, & istas quia peccatum aggrauant confiteri est perfectum, nisi vt patet propter sui periculum vel confessoris vel tertij, sed quia non mutant speciem, nec aggrauãt in infinitum, sed non est necessarium eas confiteri, secundum Tho. sed Pe. dicit quòd quãuis ista sit communis opinio, tamen alia est tutior scilicet quòd confiteatur eas cum notabiliter aggrauant puta vt furari centum flo. multo grauius est quam furari vnum. Sunt quartæ quæ aggrauant & mutant speciem, non tamen in infinitum grauant, vt quando vtrunque est veniale, vel quando primum est mortale secundum veniale, vt in speciebus gulæ, quarum vna aduenit alteri, & sunt quandoque mortales quandoque veniales, & istas cõfiteri non est necessarium, nec est illud contra hoc quod dicit Tho. & alii communiter scilicet quòd quæ mutant speciem sunt necessario confitendæ, quia loquunt de illis quæ sunt mortalia. Ratio quare non est necessarium eas confiteri. quia circunstantia est confitenda necessario non quia mutat, vt patet in veniali, sed quia mutat in infinitum, vt patet in mortali. Sed circunstantia non mutans in infinitum nunquã aggrauat in infinitum, quia intendit pænam & non extendit. Extensio enim est infinita, nec potest crescere, sed intentio est finita, & semper potest crescere, nulla ergo talis quæ non mutat seu aggrauat in infinitum est necessario confitenda. Quintæ mutant & grauant in infinitum, vt quando actui veniali, puta vt lautè & studiosè præparationi additur ebrietas vel notabilis anticipatio horæ in ieunio sine causa. Sed vtrum religioso sit mortale quod alteri sit veniale. Dicendum quòd non vt verbum occiosum & huiusmodi. Hæc Petr. de Palu. Et nota secundum Tho. in quadam epistola quòd circunstantiæ ille dicuntur trahere peccatum ad aliud genus, & ideo de necessitate confitende quæ habent specialem repugnantiam ad aliquod præceptorum diuinæ legis, sicut furtum simplex repugnat huic præcepto. Non furtum facies, si vero fiat furtum in loco sacro ex circunstantia illa loci habet repugnantiam ad aliud præceptũ, quod est de veneratione sacrorum, & sic additur noua species peccati & sic de aliis. Dicit Nico. de Ly. super Exo. quòd peccatum mortale commissum in die festo habet specialem repugnantiam ad illud præceptum de sanctificatione sabbati, quia magis est opus seruile opus peccati quam opus manuale, opus autem seruile prohibetur ibi, & sic mortale vltra propriam deformitatem suæ materie, ex eo quòd committitur in festo habet aliam deformitatem ex ista circunstantia quam oportet confiteri, & in fine dicit idem Tho. vbi supra quòd illud quod dicitur circunstantias non trahentes peccatum in aliud genus seu speciem non esse de necessitate confessionis, nõ est referendum ad numerum peccatorum, etiam eiusdem speciei, quia numerum confiteri tenetur si potest, quia non est vnum: sed multa & hoc nota diligenter.

§.8. ¶Sexta cõditio est quòd sit pura ideſt vt cõfiteatur ad placandum Deum & obedie ndũ ecclesiæ, non ad hoc vt bonus reputetur, ne vel malus Christianus iudicetur, vel principaliter hac intentione vt euadat flagella, aut de infirmitate corporis sanetur quamuis secundario possit hoc sperare, Pura etiam sit ne admisceat in ea falsitatem, vnde secundum Thom. nec peccata debet dicere se fecisse quæ non fecit aliàs peccat. Vnde auguſt. Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentiris, mentiendo efficieris quod euitaueras. 22. q. 2. Cum humilitatis, nec debet negare vel tacere quæ fecit, aliàs aduertenter hoc faciendo præcipue de mortali nõ confessõ peccaret mortaliter propter fictionem qua vtitur in sacramento, nisi taceret aliquod tale ex rationabili causa, puta quia ex hoc posset verisimiliter sequi scandalum, ut quia ille est reuelator confessionis vel ex hoc sollicitaret ad malũ & huiusmodi, & alium pro tunc confessorem non potest habere. Ea autem de quibus dubitat vtrum in ipsis peccauerit mortaliter secundũ Thom. tenetur confiteri, aliàs periculo se committit si negligit confiteri & mortaliter peccat, sicut & quicunque aliquid committit vel omittit in quo dubitat esse mortale peccatum, & intelligitur de dubio probabili q̃ habet rationem non magis ad vnam partem quàm ad aliam, hoc est proprie dubitare, secus est de dubio scrupuli, tamen sic dubitãs non debet asserere illud in confessione esse

mor-

mortale, sed factū narret & iudiciū sacerdoti relinquat, sed nec sacerdos debet asserere illud esse mortale, si nō est certus ne iniiciat ei laqueū, nec tenet sacerdos de singulis q̄ audit determinare si sint mortalia vel venialia, nisi de quibus est clarū. Sed nō alia de quibus sint varie opi. vel ēt ipsæ pēnitēs nescit exprimere mētē suā circa afsēfum, vel morā peccati.

§.9. ¶Septima conditio est quòd sit verecunda. Aug. quoniam verecundia magna est pœna fit dignus venia qui pro Christo erubescit scilicet confitendo, de pē. dist. 6. c. 1 Et ista verecundia principaliter debet esse respectu offensę diuinæ maiestatis saltem secundum rationem, naturaliter enim erubescit quis & confunditur defectuosus reperiri coram magnis personis dignis reuerentia. Exemplum in Maria Magdalena quæ vt dicit Greg. quia graui ter erubescebat intus nihil putauit esse qđ verecundaretur foris, vnde & flere inter epulas non erubuit. Erubescentia tamen quæ est etiam respectu sacerdotis non nocet, sed est satisfactoria pœnæ. Vnde cum quæritur vtrū possit quis confiteri per aliam personam vel per scripturam transmissam sacerdoti? Respon. Thom. in 4. quod inquantum confessio est pars sacramenti, habet determinatum actum, sicut & alia sacramenta determinatam materiam, & istæ actus est ille quo maxime consueuimus manifestare mentis conceptum scilicet proprium verbum, alii modi inducti sunt in supplementum, vt per nutus quo ad nutum vel per interprætem quo ad hominem alterius linguæ, quia Deus non requirit ab homine plus quam possit, igitur quando quis vti potest per seipsum verbo, non sufficiunt alii modi, vnde Aug. super illud. Ostendite vos sacerdotibus ideſt qui per uos peccastis, per vos erubescatis, de pæ. dist. 1. c. quem pœnitet. In absentia autem proprii sacerdotii non oportet quòd per scripturam fiat confessio missa sacerdoti, sed potest etiā laico confiteri non tamen ad hoc tenetur. Dicit tamen Pe. de Pa. quòd cum est claudus pēnitens & ire non potest nec sacerdos ad eum venire, quia forte infirmus, licet ei scribere peccata sua, si vult & numerum dare, & sacerdos illi rescribere & mandare absolutionem, sed nō tenetur ad hoc, immo aliquādo posset esse scandalū, quia posset charta ab aliis reperiri. vnde nō multū consulēdū scdm Rich. Dicit ēt Guil. post Hug. super c. oēs. 30. 1. q̄ sacerdos nō debet audire confessionem eius cū qua peccauit ex eo qa tollit ei erubescentiā, quæ est maxima pars satisfactionis, idē in omni peccato in quo confessor fuit cō sentiens vel cooperatur, si tamen audit & absoluit, valet absolutio. Concor. Tho. in 4.

¶Octaua conditio est quòd sit fortis scilicet quòd propter verecundiam vel timorem pēnitentiæ iniungendæ non dimittat aliud dicendum Iob 31. Si erubui peccata mea in cōspectu populi confiteri. Et no. secūdum Guil. quòd cum quis accedit ad confessionem cū hac dispositione & proposito quod peccata quæ recolit commisisse nullo modo diceret per se verecundia ductus propter turpitudinem ipsorum nisi quatenus interrogetur de his a sacerdote, talis & si confiteatur de illis interrogatus a sacerdote ficte confitetur nec fructum recipit confessionis nisi pēniteat eū infra ipsam confessionē talis fictionis, & mutat propositum, vt scilicet disponat quod etiā non interrogatus a confessore diceret quod ipsæ scit. Vnde peritus confessor cum hoc perpendit debet sibi ostendere periculum suum & rectificare conscientiam suam & declarare quomodo hoc procedit ex superbia. ar. de pē. di. 7. c. 1. versi. fi. & doleat de illa fictione, q̄t autem peccator petat inquiri de peccatis a cōfessore vt plenius omnia dicat, & respondeat vere ad interrogata dicens nihilominus & alia de quibus recordatur, non est malum q̄uis laudabilius esset diceret per se omnia. §.10.

¶Nota cōditio vt si accusatoria. i. vt se accuset nō excuset. 31. Dixi cōfitebor &c. Nō autē debet accusare seu dicere aliorū crimina. Vñ cū q̄rit vtrū pœnitēs debeat dicere i cōfessione circunstātiā illā peccati sui, qua expſſa cōfessor intelligit pſonā illā q̄ vel cū qua peccauit Rñ. Tho. in 4. q. pēnitēs debet custodire famā alterius in q̄tū pōt, sed suā conscientiā magis purgare debet, & ideo circunstātia q̄ ducit in cognitionē pſonę si sit de necessitate cōfessionis, vt qa trahit in aliā spēm peccati mortalis debet cōfiteri sem p tñ si pōt occultādo pſonā, puta nō nominādo & hmōi, vel ēt pōt petere licentiā ab illo parrochiali vel superiori suo cōfitēdi alteri, q̄ ex circunstātia q̄ oportet de necessitate exprimere nō veniat in notitiam pſonæ. Idē dicit Pe. de Pa. addēs q̄ si nō posset habere licentiā confiteatur ille suo parochiali & illā circunstātiā, sed si illa circunstātia nō sit de necessitate cōfessionis, q̄uis aggrauās debet dimittere ne pēt̄m alterius, pdat, si tñ exprimat cū bona intētione, nō vt pdat vel se excuset, sed vt pœnitentiarius oret p ea vel cū secrera admonitiōe corrigat non peccat sed meret 22. q. 5. hoc videtur, si cōfessor sm Ray. nō debet interrogare specificationem. §.11. Quo cognitio pfone cōfitētis cadit sub cōfessione.

tionem perſonæ cum qua pœnitens peccauit, niſi inquantum eſſet circũſtantia neceſſaria dici, ſed ſi interroget non ex curioſitate, ſed ex charitate vt prouideat, puta quia prælatus non credo quòd malefaciat, non tamen debet cogere vel moleſtare illum ad dicendum ſi non vult & nec illud eſt neceſſarium confeſſori.

§.12. ¶Decima conditio vt ſit ſimplex vt dicantur præciſe peccata cum circunſtantiis & dimittantur aliæ materiæ, nec immiſceantur ſuperflua, quia tamen difficile eſt, & præcipue idiotis dicere peccata ſua quin addant multa ſuperflua, non tamen hoc habet vitiare cõfeſſionẽ ex quo dicant hac intentione vt declarent factum ſuum, prudens tamen confeſſor debet quantum commode poteſt huiuſmodi narrationes ſuperfluas facere reſecare, & quæ indigent conſolatione propter tribulationes vel conſilio propter dubia & huiuſmodi conſulit Guil. vt poſt confeſſionem ſacram & abſolutionem talia dicantur & non miſceantur in confeſſione, quia quamuis ſolum peccata cadant ſub ſigillo confeſſionis, & non aliæ materiæ quæ ibi dicerentur, tamẽ etiam alia debent taceri & non de leui narrari, quia ſimplices putant per hoc fieri reuelationem confeſſionis & ſic ſcandalizantur. ¶Et nota quòd diſt. Guil. quod ſi quis in confeſſione reuelat ſacerdoti debita & credita, & depoſita & huiuſmodi, & ſit inquiſitio de huiuſmodi, quantum ad ea confeſſa in quibus, commiſſum eſt peccatum, vt quia habuit illa per furtum, fraudem, vel vſuram & huiuſmodi, nullo modo debet ſacerdos hoc reuelare quantumcunque fieret ſuper hoc præceptum vel etiam excommunicatio etiam a Papa cõtra ſcientes & non reuelantes, quia non ſcit vt homo, vnde non reuelans nullam ſententiam incurrit, & ſi diceret eſſet reuelator cõfeſſionis. Sed quantum ad alia vbi non eſt peccatum, puta credita vel depoſita, tunc eſt diſtinguendum, quia ſi ſuper huiuſmodi ſit inquiſitio per epiſcopum vel alium qui habet ſuper hoc poteſtatem, tenetur veritatem dicere, quia etſi recepit in confeſſione, de hoc caſu non cogitauit, vel etiam ſi cogitaſſet, vel etiam promiſiſſet, immo ſi iuraſſet non reuelare illicitum fuit promiſſum vel iuramentum, nec obſeruandum in præiudiciũ iuris alieni. 22. q 4. inter cætera, ſed ſi iniuſte fieret inquiſitio per tyrannum tunc ſubterfugere debet, vel ſophiſticè reſpondere & non reuelare.

§.13. ¶Vndecima conditio quòd ſit humilis, & hoc interius & exterius. Exterius quidem vt flexis genibus & capite diſcoperto ſi eſt vir, velato autem ſi eſt mulier & cum veſtibus humilibus erit cora presbytero, iuxta illud Eccle. 3. Præsbytero humilia animam tuam, iſta tamen non ſunt de neceſſitate ſed congruitate quando ſeruari poſſunt commode, nam aliàs & iacendo & ſedendo & ambulando poteſt quis confiteri. Debet etiam eſſe humilis in modo loquendi vt non dicat cum iactantia mala vel alleuiando vel etiam narrando bona quæ facit. Per maxime humilitas debet eſſe in corde, vt ſibiipſi aſcribat peccata ſua, non Deo ipſum non iuuanti, vel diabolo impugnantis, vel homini incitãti, vel cõſtellationi ſenſitiuam inclinanti 25. q. 1. nõ eſt. Et cum quæritur vtrum quis teneatur cõfiteri peccata manifeſta ipſi ſacerdoti. Reſpõdeo. Tho. in 4. quòd tenetur quia non ſufficit aliquid eſſe motum iudici niſi ſit ei notum in forma iudicii. ar. 21. q 1. c. nos in quẽquam, & ideo quamuis peccata manifeſta ſint nota ſacerdoti, tamen quia non ſunt ei nota in forma iudicii pœnitẽtialis in quo proceditur ſolum per confeſſionem, ideo etiam illa debet humiliter confiteri. Item conſulit Hoſt. quod non variet quis ſeu mutet confeſſorem quando poteſt habere copiam eius quæm ſumpſit, & eſt idoneus, ſicut etiam non eſt vtile infirmo variare medicos quamuis ad hoc non teneatur quis, ſit tamen variat ex humilitate vt plures ſciant defectus ſuos, & vt plenius ſibi prouideat laudabile eſt, ſicut & pluries confiteri idem peccatum quamuis ad hoc nullus poſſit cogi, vtile eſt & fructuoſum, de pœ. di. 5. c. 1. ſed ſi variat ne vnus plene ſciat totam malitiam eius repræhenſibile eſt, tamen ſi totum dicit quòd habet dicere nõ priuatur fructu eius, niſi eſſet adeo obſtinatus quod etiã ſi non haberet alium & caſu neceſſitatis prior non vellet confiteri propter erubeſcentiam de ipſo tunc eſſet fictus.

§.14. ¶Duodecima conditio eſt quòd ſit diſcreta ideſt quòd confiteatur diſcreto ſacerdoti qui ſciat cognoſcere peccata & adhibere cõgrua remedia & declarare dubia vel ſaltem conſiderare vt valeat ab aliis interrogare. Auguſt. de pœ. diſt. 6. c. 1. Diſcreta etiam ideſt quòd diſtincte peccata mortalia reddendo ea ad numerum inquantum poteſt recordari, quotiens ſcilicet aliquo commiſit. Diſcreta autem debet eſſe vt cum maiori ponderoſitate dicat maiora (aliàs grauiora) & clarius, & cum maiori dolore mortalia quam venialia. Et cum quæritur vtrum teneatur quis etiam

venialia

Venia-le confi-teri.

venialia confiteri. Respondetur ex iure diuino non. Et ratio est secundum Tho. in 4. quia confessio ad hoc est necessaria vt pœnitens satisfactionem accipiat secundum modum delicti. Venialibus autem non debetur pœna taxata, quia pœna illa esset proportionata pœnæ peccati mortalis, a quo veniale distat in infinitū. Vnde per solam intentionem venialia remittuntur. Ex iure autem humano, id est ratione illius præcepti ecclesiæ quòd quilibet annuatim confiteatur, extra de pœ. & remis. Omnis. Vtrum teneatur quis confiteri nō habens nisi venialia Thom. ponit opin. aliquorum, aliqui enim dicunt, quòd talis tenetur ratione præcepti ecclesiæ. Alij dicunt quòd non, sed sufficit se præsentare sacerdoti vt ostendat se immunem a mortali, ut ad communionem possit admitti, præceptum enim illud obligat eos qui habent quæ teneantur confiteri scilicet mortalia. Petr. de Palu. in 3. dicit quòd talis non tenetur, immo & quòd nec papa posset suo præcepto talem obligare ad confessionem si vellet, quia hoc esset mutare sacramenti materiam, scilicet de venialibus facere materiam pœnitentiæ necessariam q̄ Deus non fecit. Sed & si posset uidetur quòd hoc velit, tamen quia non debet esse melioris conditionis malus quam bonus, sed malus habens mortalia non tenetur ad venialia confitendum, ergo multo minus non habens mortalia. Tum quia c. dicit. Omnia peccata sua, quod non est possibile de venialibus quia innumerabilia. Hæc Pet. ¶ Quamuis autem non sit necessarium, tamen multum fructuosum, non solum semel sed pluries in anno venialia confiteri, vt plenius remittantur, & quia aliquando forte mortalia sunt quæ credimus venialia. Per confessionem enim generalem sacramentalem delentur non solum venialia: sed etiam mortalia oblita facta discussione conscientiæ confessione in speciali de scitis mortalibus, secundum Pet. de Palu. distinct. 21. Etiam si quis non sit contritus sed attritus, q̄ia ex vi clauium fit in confessione de attrito contritus, sed confessionem generalem non sacramentalem sine contritione nūquam dimittitur culpa mortalis etiam oblita vel per aliud opus operans. Et dicitur confessio generalis sacramentalis cū quis post dicta in confessione sacerdoti quædam peccata quæ recolit mortalia, vel etiam tantum venialia in fi. dicit in multis aliis offendi cogitatione, locutione, opere & huiusmodi. Confessio autem generalis non sacramentalis dicitur illa quam dicit sacerdos in principio missæ & prædicator & populus cum eo in fine prædicationis & huiusmodi, & ista valet ad remissionem venialium secundum Thom. in toto vel in parte, & hoc ex contritione ipsam facientis & humilitate confessionis & oratione sacerdotis. Et hoc secundum Petr. de Palu. ad remissionem debite pro mortalibus, remissa tamen primo culpa. Et in huiusmodi confessione generali quamuis dicat se commisisse omnia peccata & huiusmodi, non tamen dicit mendacium, quia secundum Rayn. taliter confitens, loquitur in persona omnium fidelium, uel secundum Augustī. in vno peccato possunt plura notari, vel intelligitur non de singulis generum, sed de generibus singulorum. Nota secundum Thom. quòd ex oblitione peccatorum quæ quis non confitetur & conteritur nisi in generali, eo quòd particulariter non recordatur non reportat quis commodum, quia nec tantum remittitur sibi de pœna nec tantum meretur sicut si in particulari fuisset confessus.

Ad q̄d valeat cō fessio ge neralis.

¶ Tertiadecima conditio est quòd sit voluntaria seu libens. Non enim debet quis confiteri timore, ne videlicet arceatur ab ingressu ecclesiæ & huiusmodi, sicut pueri timore verberum, alias non facturi, quia modicum vel nihil iuuaret, sicut etiam non valeret ad remissionem culpæ quod quis confiteretur principaliter timore pœnæ infernalis. Oportet enim (vt ait Augu.) non solum timere Deum iudicem, sed etiam anxiari pro gloria, de pœ. dist. 7. c. fi. Et propter hoc a doct. ponitur dubia pœnitentia in extremis; sic autem principaliter propter Deum & obedientiam Dei & ecclesiæ secundario & propter timorem pœnarum valet. Et quamuis (vt dictum est) cum quis non confiteretur peccatum nisi interrogatus propter verecundiam ficta fit confessio nihilominus debet confessor interrogare, vt dicit Augustī. de pœni. dist. 6. c. 1. de his quæ ex se ille non dicit, immo & quæ perpendit illum velle occultare & quadam discreta cautela de ore eius educere necessaria, tamen di. etiam Pet. de Palu. in 4. quòd si confessor scit vel probabiliter credat quòd ille non recolit aliqua peccata, quia non sufficienter discussisset conscientiam, vel si recolit errando non credit illud esse mortale, debet illud ad memoriam reducere, vel conscientiam de illo facere, alioquin scienter indignum absolueret. Sed si confessor dubitaret vtrum illud de quo non pœnitet alius esset mortale, & ille diceret quòd de consilio peritorum illud §. 15.

faceret,

faceret, de quibus ex vita & conscientia probabile est, quòd non consuleret nisi bene posset se illorum iudicio conformare. Secus autem si esset certus de opposito. Hæc ille. Si confessor audit duos & vnus dicit se peccasse cum illo alio, ille autem cum cõfitetur hoc non dicit, & si in generali possit sacerdos interrogare vtrum aliud commiserit peccatum, non tamen debet dicere quòd ille alius confessus est, nisi prius super hoc habuisset licentiam ab illo, quòd si habita licentia hoc dicendo ille negat, non debet magis vni credere quam alteri, unde propter hoc non debet negare absolutionem. Item si plures circunstantias dicit vnus quod alter negat & ne-
§.16. cessaria confiteri.

¶ Quartadecima est quòd sit fidelis id est fiat in fide ecclesiæ, & vterq; scilicet tam pœnitens quàm sacerdos sit uerus fidelis non hæreticus, & quòd ea fide fiat vt speret inde consequi veniam peccatorum. Vnde Ambr. Nemo potest digne agere pœnitentiam nisi qui sperauerit veniam, de pœni. dist. 1. vnde cum quæritur vtrum liceat confiteri hæretico vel scismatico vel excommunicato etiam in casu necessitatis. Respon. Tho. Ray. & Host. quòd non, sed doleat de peccatis & quod tantum distulit confessionem & sufficit sibi, hoc etiam videtur dicere Augustinus, de pœniten. distinct. 6. 1. quòd si tali scienter quis confiteatur peccat mortaliter communicando ei in diuinis, & tenetur iterum confiteri etiam secundum illos qui dicunt quòd ficte confitens non tenetur iterum confiteri, quia verum est defictione per subtractionẽ necessarij quæ est in attrito non per positionem contrarij, quod impedit potestatem absoluentis, non tantum habilitatem recipientis secundum Petrum de Palude, in 4. distinct. 15. in fine, primæ quæst. quod in articulo mortis si quis confiteatur hæretico nescienti ipsum esse hæreticum certum quòd recipit veram absolutionem, nec est necesse conualescenti iterum confiteri, sed si sciat ipsum hæreticum & in nullo hæresi suæ velit assentire, sed sacramentum necessitatis recipere cum detestatione suæ hæresis, videtur etiam vera absolutio, nam & de manu hęretici licet baptismum recipere, quare non etiam pœnitentiam cum & ipsum sit sacramentum necessitatis & ibi aliquando fiat homo de attrito contritus, hæc Pet. quod tamen non esset fiendum nisi pœnitens esset intelligens & fortis in fide propter periculum erroris.

§.17. ¶ Quintadecima est quòd sit secreta. Non enim publicè: sed secretò quòd non audiatur ab alijs debet quis confiteri sacerdoti quòd si quis aduertenter staret ad audiendum cõfessionem alterius grauiter peccaret, & confessor etiam debet secundum Pet. de Pal. secretò iniungere pœnitentiam ne ab alijs audiatur. Pœnitens sicut liber est si vult peccata quæ confessus est dicere alteri, ita liber est ad dicendum alijs pœnitentiam sibi impositam nisi forte ex hoc alij sumerent scandalum. In nullo tamen casu etiam extremæ necessitatis est in præcepto confiteri laico cum non habeat claues secundum Pet. Guil. & Pet. de Pa. sed est de consilio ar. de pœnit. distinct. 1. sufficit, & confitendo laico tenetur iterum confiteri sacerdoti cum omnibus illis culpis cum potest quod ergo dicit Aug. de pœni. distin. 6. cap. si. tanta est vis confessionis quòd si deest confessor confiteatur proximo, consilium est & bonum. Et in tali articulo necessitatis quilibet sacerdos non præcisus potest absoluere a qualibet sententia & a quolibet peccato. Et si habuisset casus episcoporum tantum episcopis reseruatos, non tenetur si euadit periculum de illis iterum confiteri ei scilicet qui poterat ordinarie absoluere secundum Petr. de Pal. sed quo ad excommunicationem oportet quòd vadat ad illum qui poterat absoluere extra casum necessitatis alias reincidit. Sed & postquam quis semel absolutus etiam extra casum necessitatis in casibus reseruatis ab eo qui poteret etiam si confessio fuisset ficta, si iterum & pluries vult confiteri de eisdem casibus reseruatis absolui a quocunq; etiam si non haberet potestatem absoluendi in illis, secundum Pet. de Pal. Item secundum Tho. recidiuans directe non tenetur confiteri peccata dimissa seu rite confessa, nec in generali nec in speciali cuicunq; confiteatur, sed indirectè sicut illud sine quo non potest sciri debitus satisfaciendi modus. Quantum ergo sufficit ad hoc quòd sciatur quæ satisfactio ei congruè posset imponi, tantum recidiuans tenetur notificare peccata dimissa, vt si frequenter lapsus est in lapsum carnis est aliqua occa casione, illa occasio per satisfactionem præcidatur & similitet de alijs peccatis. Et ad hoc sufficere videtur confessio dimissorum in generali, tamen quandoq; ad aliqua specialia oportet descendere secundum q̃ confitens viderit oportunum, non enim potest in his aliqua. certa mensura præfigi.

¶ Sextadecima conditio cõfessionis q̃ sit con §.18.
fitens paratus obedire confessori in his quæ sibi imponentur. Vnde Aug. Ponũt se in pote-

state

ſtate iudicis in iudicio ſacerdotis nil ſui reſeruans ſibi, vt oĩa faciat eo iubente pro recuperanda animæ vita, quæcunq; faceret pro euitanda corporis morte, & hoc cũ gaudio, quia vitam recuperat infinitam, de pẽ. diſt. 5. c. 1. Et quia confeſſio eſt quoddã iudiciũ pẽnitentiale, vbi pẽnitens eſt reus, & confeſſor eſt iudex, & quaſi ſnĩa datur in abſoluẽdo & ligando ad certam pnĩam, quia nullus põt eſſe iudex alterius niſi habeat auctoritate ſuper eum, ideo nullus põt alteri confiteri q̃ proprio ſacerdoti. Vnde & Decret. Omnis, dicit q̃ confiteatur proprio ſacerdoti, ꝑꝑ q̃ ſi quis confiteretur ei qui non de iure tenet beneficiũ, puta quia eſt intruſus, vel per ſimoniã adeptus dicit Hoſt. q̃ cũ talis non poſſit ſoluere vel ligare decipit alios, & ſic confeſſus tenetur iterum confiteri. Et quantũ ad aliũ qui ſcienter acceſſit ad talem ſciens. ſ. ipſum ſic impeditũ oĩno eſt verũ. Sed Inno. dicit idẽ eſſe ſi ignorauit, quia tenetur iterum confiteri cũ poſtea audit illũ fuiſſe impeditũ, interim excuſatur ſed Pet. de Palu. vĩ dicere q̃ ignorans abſoluitur, ita q̃ non tenet iterũ confiteri (vt dictũ eſt ſupra.) Sed not. q̃ vt dicit Hoſt. & Pet. de Palu. quilibet habet tres proprios ſacerdotes ordinarie. Primus eſt papa quo ad oẽs fideles. Secundus eſt dioceſanus quo ad eos qui ſunt de ſua dioœceſi. Tertius eſt curatus ſeu ſacerdos parochialis quo ad ſuos parochianos. Per cõmiſſionem autem fit proprius ſacerdos alterius qui habet licentiam ab aliquo prędictorũ ſiue habet licentiã ille qui confitetur ſiue qui audit, ſed ſacerdos parochialis non poteſt dare licentiã hanc niſi quo ad ſuos parochianos. Eps quoad eos qui ſunt de domicilio ſuæ dioœceſis. Papa quoad oẽs. Sed in articulo mortis rõne neceſſitatis quilibet ſacerdos non præciſus ab eccleſia reputatur proprius ſacerdos vt poſſit quælibet audire auctoritate iuris, de offic. ord. paſtoralis, immo vĩ etiam de pręciſo (vt ſupra dictũ eſt.) Et quia mendicantes ex priuilegio habẽt quòd poſſint audire poſtq̃ fuerint dioœceſanis pręſentati homines tm̃ illius dioœceſis vbi morantur, ideo & ipſi etiam reputantur proprij ſacerdotes quoad confiteri ſibi volentes. De hoc plenius in fra tit. de confeſſore.

tit. 17. c. 8. §. 19.

¶ Quamuis aũt dicant Hoſt. Guil. q̃ cum eſt de morte alicuius eccleſiæ, vt vnus ſacerdos audiat alium ſacerdotem & abſoluat, & eps ſioc ſciens fieri cõiter tolerat poteſt fieri, quia eo ipſo præſumitur tacite approbare, & licentiam dare. Non vĩ iſta opinio multum tuta quia poſtea declaratũ eſt per nouum ius, extra de pẽn. & re. ſi eps lib. 6. q̃ nulla conſuetudine põt introduci q̃ aliquis pręter ſuperioris ſui licentiam poſſit ſibi eligere confeſſorẽ quĩ cũ poſſit abſoluere vel ligare. Et nota ſm Tho. in qd̃ lib. 1. q. 5. ar. 3. quod ſacerdos parochialis debet credere parochiano ſuo dicenti ſibi ſe alteri fore cõfeſſum vt ei det euchariſtiam, quia in foro pœnitentiali creditur vnicuique pro ſe, & contra ſe, ſed ſi parochianus haberet impedimẽtum quod pertineret ad forum iudiciale, vt excommunicationis non tenetur credere quem excommunicatum nouit niſi conſtet ei de abſolutione. Idem Petr. de Palud. addens quod dicetur, quia expedit quòd confeſſi alteri ſaltem debent dare aliquod ſignum curatis de ſua confeſſione, vel quòd petant nomen illius, vel quòd ſcribant & huiuſmodi ſignum primum, quia poteſt eſſe materia deriſionis ſacramenti, alias eſſet retrahete plures a confeſſione qui ſunt uerecundi, qui ideo ad extraneos vadunt quia nolunt a ſuis cognoſci, erubeſcunt ſuis curatis confiteri, & eis ſcientibus ad alios ire. Pœnitentiam autem ſeu ſatisfactionem quæ ſibi imponitur a confeſſore facere debet, nam ſi ex negligentia omittit cui propoſito non ſatisfaciendi id quod ſibi eſt iniunctum pro mortalibus mortaliter peccat, & ſi eius eſt oblitus tenetur iterum confiteri, ſed ſi eius recordatur adhuc ſi vult eam facere, non tenetur iterum confiteri. Sed ſi non videtur ſibi poſſe facere vel nimis difficile, propter quod petit ſibi commutari, poteſt fieri etiam ſi alteri confiteatur q̃ ei qui eam impoſuit nec tenetur propter hoc iterum confiteri illa peccata, vt dicit Pet. de Palu. quod vĩ intelligendum ſi pœnitentia fuit data pro peccatis, a quibus iſtę abſoluere potuiſſet. Nam data pro caſibus reſeruatis, ſm Guil. non poſſet commutare niſi in caſu neceſſitatis, puta impletio illius pœnitentiæ poſſet illi eſſe periculoſa, vel cauſa infirmitatis vel ruinæ ſpiritualis, & ipſæ pœnitens, non commode poſſet habere recurſum ad illũ qui primo iniunxit, tunc enim pręſumẽdum eſt q̃ eſſet contentus de hmõi permutatione pœnitentiæ. Non autẽ leuiter & ſine cauſa ſm Ray. ſunt permutandæ pœnitẽtiæ ſibi impoſitæ, vnde ſi pœnitens dubirat nõ poſſe implere, debet declarare confeſſori, & confeſſor debet iniungere talem q̃ credat eum ſeruaturum. Tripliciter autẽ confeſſor imponit pœnitenti aliquid. Vno modo per modũ conſilij & exortationis, ſicut cum admonet eum vt quotidie oret, det indigentibus eleemoſinas &c. ad iſta non tenetur ex neceſſitate. Alio modo per modum declarationis communis obligatio-

nis, sicut declarando q restituat ablata, cõicet in pascha, satisfaciat læso, & illa si non obseruat, euacuat sibi fructum factæ confessionis, non tñ propter hoc tenetur iterum confiteri, nec cõmittit peccatũ inobedientiæ spirituale non obediendo sacerdoti. Tertio modo per specialem satisfactionem, per cõmissionem, & ad istã tenetur ex præcepto, alias est transgressor & cõmittit speciale peccatũ inobedientiæ, si tñ iniungeret sacerdos alicui q intraret religionem vel non contraheret & hmõi, non teneretur eam acceptare. Sed si sponte se obligaret ad hoc, tenetur non ratione pœnitentię, sed suæ promissionis, q si sacerdos credit vel dubitat q confitens non aget pœnitentiam, vel istud ad q alias tenetur, vt restituere & hmõi. Dicit Guil. q nõ debet pp hoc confessor exigere promissionẽ vel votum vel iuramẽtum, sed sufficit non dicat se habere propositum faciendi, & sic debet absoluere simpliciter & sine conditione, facta tñ protestatione si suspectus habetur, q si non faciet illud, euacuabit sibi fructum confessionis. Hæc Guil. Sed quia multi decipiunt seipsos in omni confessione promittentes restituere, & hmõi, & semper differunt postquam confessor perpendit tales pluries hoc fecisse, forte esset bona cautela talibus dicere q prius restituat & postea veniat ad confessionem seu pro absolutione vel assignare eis aliquod congruum tps infra q illud debet expedire. De confessore ordinario vniuscuiusq; & de modo iniungendi pœnitentias, & modo interrogandi & de casibus reseruatis episcopis, & de commissione audientiæ confessionis & de sigillo confessionis & alijs multis habes infra tit. de confessoribus.

¶ *De satisfactione & operibus eius.* *Cap.* 20.

SEquitur de satisfactione. Dicit August. q satisfactio est peccatorum causas excidere & earum suggestionibus aditum non indulgere, de pœn. distinct. 3. Ansel. sic diffinit. Satisfacere est honorem Deo debitum reddere. Istas diffinitiones exponens Petrus sic dicit. Satisfactio curat peccata præterita recompensando & præseruat à futuris cauendo, & ideo per actum primum diffinitur ab Ansel. cum dicit reddere honorem Deo debitum scilicet quod per peccatum ablatum fuerat. Sed per actum secundum diffinitur ab Augu. scilicet causas excidere &c. per quæ fit præseruatio a futuris, & vocat causas intrinsecas radices ex peccato relictas suggestiones vocat opportunitates extrinsecas vt tempus & locum. ¶ Et nota sm Pet. de Palu. in 4. distinct. 15. Cum satisfactio sit actus iustitiæ, & ideo æqualitas quædam requiratur inter offensam, & opus satisfactionis, quia iustitia consistit in quadam æqualitate, homo secundum se non possit Deo satisfacere de offensa cum sit infinita, & opus eius finitum, quòd ergo possit satisfacere, prima possibilitas est ex gratia gratum faciente quæ est valoris infiniti, & reddit opus eius Deo acceptum. Secunda est ex merito passionis Christi, quia licèt humanitas eius non possit Deo reddere æquiualens, tamẽ suppositum quod est Deus potuit, alias pro alio satisfacere non potuisset si se totum debuisset. Fit autem satisfactio per opera pœnalia, quia secundum Petr. fit per huiusmodi absolutio emendæ debitæ pro offensa præterita & præseruatio a futura, & secũdum Ray. tria sunt genera operum satisfactionis, omnia alia ad ista reducuntur scilicet eleemosyna, oratio, ieiunium, vigiliæ, disciplinæ, peregrinationes & alia corpus affligentia reducuntur ad ieiunium. Misericordię autem opera spiritualia ad orationem. Misericordiæ opera corporalia ad eleemosynam. Eleemosina est contra auaritiam, oratio contra superbiã, ieiunium contra luxuriam. Et per eleemosynam ordinatur homo ad proximum, per orationẽ ad Deum, per ieiunium in seipso, per eleemosynam satisfacit Deo de bonis temporalibus, per orationem de bonis animæ internalibus, per ieiunium de bonis corporis. ¶ Sed nota bene quod dicit Pet. de Palu. quòd illa opera pœnalia ad quæ quis tenetur ex debito, vt scilicet ieiunia ecclesię eleemosynę factę ex præcepto, puta cum quis dat eleemosynam indigenti in extrema necessitate, & superfluo de se non sunt satisfactoria, quia tunc dare tenetur, & si non daret mortaliter peccaret. Vnde quasi non est suum quòd dat cum ad id tenetur. Cum ergo peccator ad satisfaciendum teneatur ad aliquid ad quod tenetur qui non peccauit nunquam satisfacit de illo ad quod etiam non peccans tenetur, & quando cõfessor iniungit omnia bona quæ faciet pœnitens &c. intelligitur quæ gratis sponte & non ex debito, alias si iuncti sunt 40. dies ieiunii acquitaret se cum ieiunaret in 40. ad quam alias tenetur, q nullus dicit, sed qñ eleemosyna est in præcepto nõ simpliciter absolute, sed per hoc ipsum vt per eam satisfaciat, vt qñ sacerdos iniungit dare eleemosynas pauperi, tunc eleemosyna est satisfactoria & etiam si ex se dat eleemosynam in eo casu cum est sibi in consilio non in præcepto, vt cum dat non

extre-

extremam neceſſitatem patiēti nec habet ſu perflua. Ex hoc apparet & aliquid eſſe meritorium q̄ nō eſt ſatisfactorium, ſicuti impletio cuiuslibet præcepti charitate formata, quia oīs actus virtutis charitate formatus eſt meritorius, præcepta autem dantur de actibus virtutum ideo &c. non autem iſtæ eſt actus ſatisfactorius, ſi alias debebatur, quia aliud eſt facere dignos fructus, aliud eſt facere dignos fructus pœnitentiæ, econtra autē omnis actus ſatisfactorius eſt meritorius, quia eſt bonus & charitate informatus, quia ſatisfactio addit rationē pœnæ ſupra rationē boni, accipiēdo pœnale quicquid eſt priuatio alicuius boni, quāuis placeat voluntati. Hæc Pe. de Palu. quod dicit Pe. quod opera bona ad quæ quis tenetur ex debito præcepti non eſſe ſatisfactoria, de præceptis eccleſiæ non videtur verum, nam dicit Th. in 4. diſt. 15. q̄ præceptū eccleſię poteſt ad idem ordinari ad q̄ ordinatur ſatisfactio, & ideo ieiunium q̄ cadit ſub præcepto poteſt eſſe ſatisfactoriū. Hæc Tho. Non tamen ita q̄ ieiunia eccleſiæ pœnitens, computare poſſit in numero eorum quæ ſibi iniunguntur a ſacerdote in pœnitentia, quia de per ſe tenetur ad illa: ſed de præceptis legis naturæ. Et huic ſententię videtur concordare. Tho. diſt. q̄ cadit ſub præcepto legis naturę non eſt ſatisfactorum, ſed exigitur ad ſatisfactionem. Vnde dicit ipſę illarum eleemoſynarum ad quas quis tenetur ex debito, puta cum videret pauperem in extrema neceſſitate illarum largitio non eſt ſatisfactoria, ſed preambulum ad ſatisfactionem, & hoc eſt verum ſecundum rigorem iuſtitie. Nam ex largitate diuinæ miſericordiæ etiā talia ad quę quis tenetur ex debito ſunt ſatisfactoria ſecundum opi. quorundam quam ponit Tho. in 4. & frater Egidius Romanus nec eam reprobat, hanc etiam ſequi videtur Ric. or. mi. in 4. ſen. Flagella quibus a domino flagellamur ſecundum. Tho. ſi fiat aliquo modo ipſius patientis in quantum ſcilicet ea acceptat ad purgationem peccatorū eis utens patienter accipiunt virtutem ſatisfactionis. Si autē ſuſtinens ea omnino eis per impatientiā diſſentiat, habent ſolum vim vindicationi & non ſatisfactionis. Reſtitutio autem alieni ſecundum Tho. eſt pars ſatisfactionis eius ſicut præambulum eius, & ſicut id ſine quo non valeret alias ſatisfactio, ſed non eſt ita pars q̄ per ipſam homo ſatisfaciat ſoluēdo de pœna debita peccatis. Ricar. dicit q̄ reſtitutio ſit pars ſatisfactionis, vt dicunt quidam, & hoc magis ex Dei miſericordia quam ex iuſtitia.

¶ Satisfactio fieri non poteſt per opera extra charitatem facta ſecundum Tho. & Petr. quia ſatisfactio eſt amotio offenſæ, & reſtitutio amicitiæ. Hęc autem fieri non poſſunt ſine gratia & charitate. Vnde 1. Corin. 13. dicitur. Si diſtribuero omnes facultates meas &c. charitatem non habeam nihil mihi prodeſt, ſcilicet ad meritum & ſatisfactionem. Talia enim opera non ſunt Deo accepta. Et licèt homo non habeat certitudinem quòd ſit in charitate, & per conſequens certus eſſe non poſſit de ſatisfactione, ſufficit tamen certitudo probabilis coniecturæ. Item ſecundum Tho. non poſt quis ſatisfacere de mortalibus niſi pœniteat omnium quia ſatisfactio (vt dictū eſt,) eſt amotio offenſę, & reſtitutio amicitię. Vnde ſi aliquid ſit in homine quod impediat reſtitutionem amicitię etiā apud homines non eſt ſatisfactio. Quodlibet autem mortale impedit amicitiam hominis ad Deum quę per charitatem eſt. Vnde eſt impoſibile quod ſatisfactio fiat de vno mortali ſine alio, ſicut ſi quis peteret veniam domino læſo, & exinde daret ei alapam, ſecundum Anſel. Veniale autem ſecundum Pet. de Pal. non impedit ſatisfactionem, nec de mortali nec de aliis venialibus quia veniale non tollit Dei acceptationem propter perſonę indignitatem, ſed in directe veniale tollit ſatisfactionem ex parte operis operati, ſicut & meritum tollendo, ſcilicet bonitatem actus, puta ſi fiat oratio & eleemoſyna & huiuſmodi in ſtatu gratiæ, ſed ꝓpter uanā gloriam talis actus nec eſt meritorius nec ſatisfactorius. Vtrum autem unus poſſit pro alio ſatisfacere. Reſpondet Pet. q̄ cum ſit duplex effectus ſatisfactionis, unus ſolutio debiti peccatorum commiſſorum, alius exciſio cauſarum peccatorū futurorum. Quantum ad ſecundum effectum non poteſt unus ſatisfacere pro alio, quia per ieiunium unius non maceratur & refrenatur caro alterius. §. 1.

¶ Quantum ad primum effectum diſtinguendum quia ſi quis eſt per ſe impotens ſatisfacere, tunc alius qui eſt in charitate poteſt ſatisfacere ſicut & confiteri pro eo. Si uero eſt potens tunc oportet quòd ipſę ſatisfaciat pro ſeipſo, poteſt tamen iuuari per alterum, & addit. Tho. quòd ēt ſi ſit potens pōt alius ſatisfacere pro eo, ſed non eſt permittendum quòd aliquis pro alio ſatisfaciat niſi appareat aliquis defectus a pœnitente, vel corporalis per quem ſit impotens ad ſuſtinendum, vel ſpiritualis per quē non ſit promptus ad portandum pœnam. Auguſt. etiam de pœni. diſt. 6. capi. 1. Conſulit confeſſori quòd adiuuet

pœnitentem portare onus pœnitentiæ vt sit particeps laboris si vult esse particeps & gaudii. Et quantum ad satisfactionem quæ imponitur in confessione dicit Petr. de Palu. q̃ si confessor imponit aliquid ad fiendum per se vel per alium, vt ieiunium & orationem, vel alia secundum omnes quæ per se siue per aliũ illud faciat, pœnitens satis facit Deo & ecclesiæ dummodo illud fiat in charitate, siue sit viuus siue mortuus. Sed si imponit sibi p se fiẽdum, tunc nõ potest satisfacere per alium q̃n per se potest, sed si nõ pòt per se siue quia infirmus est, siue quia moritur, tũc si imponit ipsæ pœnitẽs alteri, & ille susciat onus & facit in charitate, vtiq; satisfacit, quia ista videt fuisse voluntas imponentis, qui noluit ad impossibile obligare, nec voluit ad purgatorium mittere. Pòt ẽt ille qui promisit pro eo satisfacere alteri volenti illud imponere & valebit in charitate factũ, nec oportet eum qui satisfacit, pro alio siue viuo siue mortuo plus aliquid addere, immo si ille qui pro aliquo satisfacit est in maiori charitate quam ipsę pro quo satisfacit, magis opus eius erit satisfactiuum. Et ideo qui pœnitentiã suam alteri imponit debet satagere, vt non solum ipsę sit bonus, sed q̃ melior se. Ponit idẽ Pet. duos alios modos quibus pœnitens potest sibi pœnitentiam iniunctam alteri acceptanti imponere, de quibus tamen non est ita certum. Primus est dum se occupat interea in his q̃ sunt magis Deo accepta & magis iuuantia ĩ remediũ contra peccatum, & propter hoc alteri imponit & non propter amorem carnis vt nõ fustineat laborem, vt opus prædicationis bellã di contra hostes fidei & huiusmodi. Secũdus est cum vult magis satisfacere, & ideo imponit homini magis Deo accepto. In omni casu satisfaciens pro alio viuo vel mortuo pro se meretur, sed pro se tunc non satisfacit. Hæc Petrus.

§. 2. ¶ Vtrum vero pœnitentiam seu satisfactionẽ impositam post absolutionem debitã factam in peccato mortali, vel in toto vel in parte tenetur homo iterare. Super hoc sunt varię opi. in hoc tamen omnes concordant, quòd satisfactio facta in mortali, sicut nec alia opera valent in foro Dei ad tollendum (vel minuendum debitum pœnæ pro peccatis ad quod ordinatur omnis satisfactio, quia cũ non sit in amicitia cum Deo, non potest deo esse acceptum tale opus. Sed vtrum valeat in foro ecclesiæ militantis ita quòd non tenetur iterare, quia cum nõ potuerit satisfacere Deo, nec etiam potuit satisfacere sacerdoti qui in persona Dei sibi illud iniunxit. Sed Pet. de Tar. & Ioã. Parusi. videntur simpliciter dicere sine distinctione quòd talis non tenetur iterare ta lem satisfactionem quia satisfacit in foro ecclesiæ militantis in quo data sunt, & vbi non iudicatur de dispositione ĩteriori. Idem videtur sentire. Vincen. in spe. hist. lib. 10. & dominus Hanibal. in 4. Et pro ista opi. satis videtur facere imposito pœnitentiæ septennis, quæ fiebat regulariter pro quolibet mortali, vt 22. q. 1. prædicandum, & non valenti dare eleemosynã propter paupertatẽ, nec ieiunare propter debilitatem iniungi oportebit orationes & verisimile est quòd in tanto interuallo aliquod mortale committebant, vt si oportuisset iterare, fuisset hoc laqueũ inijcere animabus. Thom. cum Alber. Magno distinguit de satisfactione in 4. dicit enim quòd sunt quędã satisfactiones ex quibus remanet aliquis effectus in satisfacientibus etiam postquam actus satisfactionis transit, sicut ex ieiunio remanet cõporis debilitatio, ex eleemosyna diminutio substantiæ. Et tales satisfactiones in peccato factæ non oportet q̃ iterentur quia quantum ad illud quod de eis manet per pœnitentiam sequentem acceptæ fiunt. Alię satisfactiones sunt quæ non relinquũt effectũ in satisfaciente postquam actus transit sicut in oratione & huiusmodi. Actus enim interior q̃ toraliter transit nullo modo viuificat, vnde tales oportet quòd iterentur. Eandẽ opinionem tenet. Pe. de Pa. magis declarans. Dicit enim q̃ in satisfactionibus habẽtibus effectum relictũ post opus sicut baptismalis character habet effectum recedente fictione, sic & istud derelictum ex sacramento quod operatur ex opere operato, incipit valere ex sequẽti eius approbatione & sacerdotis ratihabitione cum illum vere pœnitet & non ex simplici viuificatione, quia opus operans mortuum nunquam viuificatur, & sic ista pœnitentia satisfacit non solum in foro ecclesiæ, sed etiam in foro dei quantum ad illud derelictum vt non oporteat iterare sicut ieiunium eleemosyna & huiusmodi, sed si nõ habet effectũ derelictum vt est oratio talis pœnitentia facta in mortali in nullo satisfacit, quin hic vel alubi oporteat satisfacere. Hæc ille. Quod videtur intelligendũ in foro Dei, quia nec rõne ipsius operis cum facit, nec ratione derelicti cum postea pœnitet, cum non habet effectum derelictum, sed in foro ecclesiæ satisfacit, quia non est necesse ipsam iterare, si vult esse in statu salutis postea pœnitendo, sicut necesse habebat ipsam adimplere cum fuit sibi impo-

impoſita, vnde idem Pet. dicit paulo ſuperius q̃ qñ homo de oibus eſt contritus & confeſſus & recipit pẽnitentiam cum abſolutione, ſi rediuans peragat eam in peccato mortali, ipſæ quidem ſe liberat ab iniunctione ſacerdotis, nec incurrit peccatum inobedientiæ q̃ incurreret ſi eam non perfeciſſet quia non eſt fortius vinculum confeſſoris q̃ Dei vel eccleſiæ, ſed in mortali exiſtens implendo præceptum Dei de honore parentum, vel eccleſiæ de ieiunio eccleſiæ ab illo abſolute ſe liberat, ergo &c. Hæc Pet. Cum ergo pœnitentia iniuncta ordinetur ad tollendum vel diminuendum debitum pœnæ tpalis, talis qui pœnitentiam ſibi impoſitam non habentem effectum derelictum, vt orationes perfecit in mortali, ſi reuertitur ad pœnitentiam & tandẽ moritur in ſtatu gratiæ ex quo illam non iterauit, cũ per ipſam nil ſit ſolutũ de debito pœnæ temporalis, ſoluet eam in purgatorio niſi per alia bona opera hic ſatisfecerit, q̃ ſi non reuertatur ad pẽnitentiam, qui pẽnitentiam fecit in mortali quantumcunq; ſiue habentẽ ſiue non habentem effectũ derelictum ſoluet illud debitum in inferno ſemper, ſicut ille qui moritur cum mortali & venialibus, de vtriſq; ſuſtinet pẽnam ẽternam in inferno. Quãuis.n. veniali debeatur pẽna tpalis quæ finem habet, tñ per accidẽs eſt, q̃ veniale in inferno puniatur, pẽna ẽterna. ſ. ratione ſtatus, quia in inferno nulla eſt redẽptio. Non.n. eſt ille ſtatus expiandi culpam ad quã ſequitur pẽna, & ideo ſemper remanente culpa veniali durat & pẽna, ita tenet Tho. in 4. diſt. 22. Sed de pœna temporali debita pro mortali poſt contritionem. Pet. de Palu. ſic declarat in 4. peccator poſtq̃ eſt Deo reconciliatus eſt debitor pẽnę finitę, nõ qualitercunq; ſoluẽdæ, ſed in ſtatu gratiæ in quo eſt ſolum Deo accepta. Alioquin eſt debitor tantæ pẽnæ quantam meretur culpa, & illa eſt infinita, vnde peccatori per ſe quidẽ debebatur pẽna infinita ſi erat mortale, ſed mutata fuit in temporalem ſuppoſito q̃ perſeueraret in amicitia. Acceptauit.n. Deus abſolutionẽ a pœna æterna & impoſitionẽ pœnæ finitæ ſub conditione ſi in gratia fieret. Et ſi queratur quare Deus magis acceptauit abſolutionem a culpa ſine conditione q̃ abſolutionem a pẽna. Dicẽdum q̃ culpa tranſit & macula tranſit, & gratia in momento aduenit, ſed ſatisfactio futura eſt. Futuris aũt ſolet conditio apponi, nõ aũt præſentibus nec præteritis vel ſi apponatur certa. Talis ergo dimiſſa culpa punietur in inferno pœna infinita, non propter commutationem finitæ in infinitam, ſed quia debitor eſt pœnæ infinitæ ex quo nõ ſoluit pẽnam finitam ſub conditione quam debet ſicut perdens priuilegium cleri incidit de foro miti ad forum ſanguinis, ſic qui declinat forum eccleſiæ, incidens in mortale ad forum iuſtitiæ exterminantis inuenit pœnam æternam. Hoc quod dicit Pet. vſ intelligendum de eo qui pẽnitentiam iniunctam non habẽtem effectum derelictum factum in mortali ſcito ab eo vel de quo dubitat contẽnit iterare, vel etiam cũ credit vel dubitat ſe debere iterare, ex negligentia dimittit & ex labore recuſans hoc & in purgatorio facere emendam de eo habet, ſed ſi quis dimittat iterationẽ talis pœnitentię ex impoſſibilitate, quia eis deficit tempus, vel etiam ſi habet tẽpus, credit ſe eam feciſſe in ſtatu gratiæ, cum tñ fuerit in mortali incognito ab eo vel etiã ſi ſcit ſe feciſſe in mortali iterare facit per illum quẽ credit bonum, vel etiam etſi nec per ſe nec per alium iterat, credat ſibi ſufficere ad ſalutẽ quod impleuit ſibi iniunctum intẽdens quod minus hęc fecit ſatisfacere in purgatorio, & ſic Deo facere emendam per hmõi omiſſionem talis damnatur, vnde & ipſe Pet. diſt. 45. dicta q̃ qui fecit pœnitentiam ſibi iniuncta in mortali pro ſe, pro tanto non tenetur iterare, quia poteſt in purgatorio ſatisfacere. Et ſi dicatur q̃ vſ inconueniens q̃ tñ quis puniatur pro peccato dimiſſo ſicut pro non dimiſſo, quia pẽna ẽterna, & ſic non vſ profuiſſe in aliqua contritio & cõfeſſio. Reſpon. Pet. q̃ licẽt tñ puniatur extenſiue, non tñ intenſiue, ſicut pro vno peccato tandiu q̃ pro mille: ſed non tam acerbe. Si etiam partẽ pẽnitentiæ fecit. ſ. in ſtatu gratiæ, & vnus dies remanſit pro illa die, ẽternam pẽnam luet ſi non pœnitet & non tñ ita acerbe ac ſi nunquam cõtritus & confeſſus eſſet, nec in aliquo ſatisfeciſſet, aliàs peccatum rediret. Hæc Pet. Nota tñ q̃ dum quis facit pẽnitentiam iniunctam ſi labatur in mortale, quãuis bonum ſit quam citius confiteri, tamen cum per ſolam contritionem peccatum dimittatur, & gratia reſtituatur, quam cito iſtæ moriatur etiam antequàm cõfiteatur pro ſequendo dictam pẽnitentia, etiam ſi ſit talis quę nõ relinquat effectum poſt factum, in foro Dei realiter ſatisfacit quia in ſtatu gratiæ eſt, vnde in nullo tenetur iterare. Ad tollendum aũt omne dubium tutius videtur, q̃ confeſſor, & ſi dat pœnitentias diutinas ieiuniorum eccleſiarum peregrinationis & huiuſmodi, prout requirant peccata, non tñ iniungat diuturnas pẽnitẽtias orationum & præcipue his de quibus poteſt dubitare de recidiuo celeri.

¶Quid autem sit magis satisfactorium eleemosyna, oratio vel ieiunium? Respon. Tho. in 4. quod eleemosyna magis alijs & hoc duplici ratione. Prima quia eleemosyna cõstituit debitorem eum cui datur ad orandum & ieiunandum & alia bona faciendum pro datore. Secunda quia eleemosyna habet vim orationis, quia eleemosyna data pp Deum est quædam oblatio Deo facta. Oblatio quæ fit Deo habet vim orationis, habet & vim ieiunij, quia per ipsam subtrahuntur temporalia quibus sustentatur corpus, quod maceratur per ieiunium, vnde eleemosyna magis inducitur sicut medicina magis vniuersalis. Thom. in 4. Eleemosyna ab omni peccato liberat & c. Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime. & de pẽi. dist. 1. Dicit Chryso. Medicamentum fortius qđ maxime operatur in pœnitẽtia est eleemosyna & c. de pẽ. di. 1. medicina & §. quamobrẽ. Post eleemosynam magis satisfactorium est oratio quam ieiunium quia oratio continet virtute ieiunium, nam extensio intellectus ad Deum debilitatem parit. Item ſm Tho. in 4. quia quanto opus satisfactionis est magis difficile, ita q̃ difficultas sit ex qualitate operis, per respectum ad condictionem satisfactionis & non ex tepiditate ipsius tanto est magis satisfactorium cæteris paribus, sicut ieiunium magis cholerico quam flegmatico, sed vbi difficultas in opere satisfacientis procedit ex remissione volũtatis est minus satisfactorium, sicut econuerso. Si opus in se difficile reddatur facile propter feruorem faciẽtis sit ex hoc magis satisfactorium, quia in omnibus huiusmodi attenditur ad voluntatẽ vnde procedit. De eleemosyna habes, supra in 2. par. ti. 1. c. 24. de humanitate. De ieiunio etiam in 2. parte de oratione in 4. parte.

§. 4. ¶De operibus quæ sunt de genere bonorum operum extra charitatem factis. Dicunt omnes q̃ non reuiuiscunt, nec quo ad meritum per respectum ad premium gloriæ nec quo ad satisfactionem ex se, sed mortificata per mortale, reuiuiscunt per sequentem pœnitentiam. Peccatum tamen mortale secundum Petr. de Palu. etsi impediat meritum condigni respectu omnis præmij, & meritum congrui respectu præmij æterni immediate percipiendi, quia non decet Deum dare gloriam nisi gratiam habenti, sed non impedit meritum congrui respectu alterius præmij. Vnde secundum Ray. talia de genere bonorum facta in mortali valent ad quinque. Primo ad temporalem prosperitatem, de pœniten. distin. 3. cauendum, & 22. quæstio. 2. si quælibet. Secundo vt quam citius per hoc illustretur ad pœnitentiam, de pẽ. dist. 5. falsas, in fi. Tertio ad assuefactionem bonorum operum sicut baptismus Ioan. de consec. dist. 4. non regenerabantur. Quarto ne diabolus habeat in eo tantam potestatem. Exemplum in iudẽo qui dormiens in templo idolorum, quia se signauerat dæmones non poterant ei nocere. Quinto ad tolerabilius iudicium subeundum, de pẽ. dist. 3. siquis autem, sed hoc vltimum est sane intelligendum, non enim intelligitur secundum Thom. & Pet. de Pal. vt per illa opera minuatur pœna iam debita, sed quia si non fecisset illa bona aliquando fecisset interim aliqua mala pro quibus habuisset specialem pœnam quam vitauit non faciẽdo illa mala, puta honorauit parentes, si non honorasset, de honestasset, fecit eleemosynam extremam necessitatem patienti, si non fecisset incurrisset peccatum crudelitatis, & ex his habuisset specialem pœnam.

TITVLVS DECIMVSQVINTVS.
De statu beneficiorum.

¶*De dignitatibus præbendis & beneficijs, & de collatione eorum, & de pluralitate & dispensatione super pluralitate & residentia, & absentia in beneficijs.* Cap. 1.

DEinde videndum de dignitatibus prębẽdis & beneficijs clericorum, & pro declaratione horum nominum. Nota primo secundum Innocen. & Hostien. quòd dignitas ecclesiastica est quædam præeminentia in gradu & quasi pro eodem sumitur dignitas & personatus, vt archidiaconatus, præsbyteratus, decanatus, & huiusmodi. Et intelligitur esse dignitas vel personatus secundum institutionem vel consuetudinem ecclesiæ, nam posset esse q̃ aliquis in ecclesia aliqua exercet officium archidiaconi cognoscendo de causis clericorũ & aliis, non tñ ob hoc est reputandus esset in dignitate nisi vocetur nomine quod dignitatẽ sonat, quod si vocatur alio nomine dignitatis, uel pro persona in dignitate cõstituta reputetur, licet nullum dignitatis ministerium faceret, reputandus est in dignitate dum eam perpetuo obtineat, extra de sta. mo. c. 2. & fin. Sed Pe. de Ancho. post Guil. & Lau. dicit q̃ dignitas est quædam præeminentia quo ad forum contentiosum in ecclesia gradum tenens quæ quandoque dicitur personatus ad honorificentia dignitas est.

centia, in quo ponit personam, quandoq; officiũ ab ipso officio quod exercet denominatur, vt de cõstitu. c. cũ accessissent, quãdoq; assumit sua propria & specialia nomina, sicut hoc nomen custodia, succẽtoria, decanatus, præpositura & similia. A nomine autem non debent ista iudicari, sed ex effectu qui colligitur ex actibus exercitiis in quibus uersatur & ex talibus iudicatur, vtrũ sit dignitas necne, extra de verbo. sign. intelligibilia. Et sufficit ad hoc quod sit cẽsenda dignitas q̃ in modicis causis habeat iurisdictionẽ sicut habent in ecclesia Pictauien. archipræsbyteri, nã ex communicant, suspendunt & absoluũt, & sic propter talem gradũ dicuntur habere dignitatem etiam sunt excusi a pœna si licèt canonis de elec. c Statum, lib. 6. Si autem nullam iurisdictionem habẽt, sed tantum visitant & vt pice referunt episcopo, sicut testes synodales de quibus. 35. q. 6. Episcopus, tunc cẽsetur habere simplex officium & non dignitatem.

§. 1. ¶ De præbenda & canonica quid sit. No. secundum Host. quòd præbenda est ius percipiendi prouentus in ecclesia competens tanquam vni de collegio, & nascitur ex canonica, sicut filia ex matre, q̃a ex quo quis habet canonicam debet habere præbendam, extra eo. ca. relatum. Præbenda igitur proprie cõsistit in fructuum perceptione. Canonica autẽ in iure alicuius qui in canonicum est receptus, ad quod ius pertinet præbenda, stallus in choro, uox in capi. vt in di. c. relatum. Et nota q̃ in receptione canonicorum & in collatione præbendarum absentes canonicis uocandi sunt si commode fieri ualeat, nisi consuetudo habeat eos ad talia non uocari, aliàs quod in absentia eorum fieret eis instantibus irritari debet, extra eo. cum ecclesijs, li. 6. De officiis uero ecclesiasticis, archidiaconatu, præpositura, decanatu & huiusmodi, dicit Ray. quia fere quot sunt ecclesiæ, tot sunt consuetudine, extra de consue. cap. cum olim, quæ in huiusmodi seruandæ sunt. Si tamen scire uis, quòd iura dicant de talibus vide, vigesimoprimo, di. cleros, & vigesimoquinto, di. perlectis, & extra de offic. archidiaco. per totum, dicitur etiam præbenda redditus deputatus & assignatus deseruientibus clericis in ecclesiis cathedralibus vel collegiatis in officiis, quãuis illi clerici non sint canonici, sed celebrant vel etiam interfunt diuinis officiis, siue redditus ille sit ex decimis seu ex possessionibus, vel per alium modum.

§. 2. ¶ De beneficiis siue ecclesiis. Nota primo quòd aliud est simplex, quòd scilicet non habet curam animarum, aliud curam, quod scilicet habet curam animarum, dicit autem regula iuris, in 6. de re. iuris, quòd beneficius ecclesiasticum non potest siue institutione canonica possideri, pertinet autem ad institutionem canonicam ut non solum conferatur ab eo qui de iure potest conferre, puta prælato ecclesiastico, non domino temporali vt faciunt quotidie tyranni, sed etiam quòd per modum debitum & iuridicum non per simoniam & huiusmodi, ei scilicet qui sit habilis ad hoc, puta vt non sit irregularis vel infra legitimam ætatem & huiusmodi, aliàs quando iniuste tenet beneficium, vt per intrusionem vel per simoniam, vel quia aliàs inhabilis talis secundum Ray. cum nõ intret per ostiũ est fur & latro, nec habet viam salutis nisi resignando, vel si est dispensabile suum impedimentum, petat dispensationem a b eo qui potest, & si non posset obtinere oportet q̃ omnino dimittat, & in vtroque casu agat pœnitentiam de peccato commisso & fructus peceptos tenetur restituere nisi sibi remittantur a superioribus. Idem de dignitatibus ecclesiasticis. Et no. quòd cum scit quis possessorem ecclesiæ vel dignitatis non esse verum prælatũ, quia in aliquo prædictorum inuolutus, talis sciens etsi subiiciatur illi ecclesiæ vel dignitati, tamen in foro conscientiæ non tenetur ei obedire, nec ei soluere debet quod ecclesiæ vel dignitati debet nec soluendo liberatur, extra de sentent. excom. inquisitioni. In foro contentioso secus videtur quando res est occulta. ar. 8. q. 4 ca. 1. & quamuis non absoluat talis absoluens de facto ignorantem, quia nõ est prælatus de pœ. di. 6. c. Placuit, non tamen animæ pereunt, sed excusantur ignorantia facti, tamen quia quantum in ipso fuit eos peredidit sanguis illorum ab eo exigetur, extra de off. ordi. irrefragabili, & talis semper peccat mortaliter exequẽdo officium illius ecclesię, vel etiam fructus percipiendo ut fur.

¶ De ætate beneficiandorum. Nota secundum Petr. de Palude, quòd ad hoc ut ualeat habere simplex beneficium vel præbendam sufficit quòd maior sit septemnio, quia pupillus potest esse canonicus etiam in ecclesia cathedrali, licèt nõ habeat uocem in electione, extra de electio. ca. ex eo. lib. 6. tamen quamuis iure humano non irritetur talis collatio iure tamen diuino illicitum est dare talia beneficia talibus, nisi quando alii non inueniuntur, quia contra iustitiam distributiuam est si detur minus digno, quãuis autem istæ, puer non sit indignus positiue propter defectum,

§. 3.

quia est innocens respectu tamen illius est indignus, quia alius est dignior vnde contento meliore sanctiore iustiori dare alteri est graue peccatū vt di. Augustī. super epistolam Iaco. De dignitate vero nō habēte curā animarum post episcopus dispensare cum illo qui compleuit. 20. an. de ætā. & qualit. c. 1. lib. 6. Et sic etiā archidiaconatus potest dari tali, quia non habet curam animarum in foro pœnitentię, vt oporteat esse sacerdotem, quod requirit. 25. an. sed solum in exteriori foro, & oportet eum tantum esse diaconum ad quod sufficiunt. 20. an. sed quamuis alius minor. 25. an. non debeat esse iudex, potest tamen esse archidiaconus quod est esse iudicem de consuetudine. Vel dicendum quòd hoc nō est de iure communi, sed de dispensatione episcopi a Papa permissa. De ecclesia autem vel dignitate consequente curam animarum. No quòd debet quis habere. 25. an. ad episcoparum tū 30. nec potest in hoc episcopus dispensare scilicet quòd minor. 25. an. habeat ecclesiam parrochialem siue beneficium cum cura, sed talis collatio ipso iure est nulla, immo etiam cō menda facta illi qui nō habet dictam ętatem non valet, extra, eo. licet canon li. 6. Papa vero licèt possit dispensare, non tamen intendit nisi exprimat. Vnde qui imperauit beneficiū cum cura uel sine cura, nisi tempore rescripti impetrati haberet. 26. ann. non potest sibi prouidere de beneficio cum cura. extra de rescri. cā. si ex eo tempore, lib. 6. Tenetur etiam talis infra ānum ad sacerdotium promoueri, alias esset ea priuatus. Item no. quòd potest per episcopum dispensari cum curatis, ut litterarum studiis insistentes infra annum non teneātur nisi ad subdiaconatum promoueri, sed post septennium tenentur ad sacerdotium promoueri, ita quòd nisi primo anno fuerit ordinatus in subdiaconum, & infra octauum ānum in sacerdotem, episcopo sic dispēsante, vacat ipso iure ecclesia. Sed etiam nisi episcopus cū eo dispensaret, vel si dispensaret & ille in litterarum studio non persisteret cum aliter episcopus non habeat auctoritatem dispensandi tenetur infra annum ordinari vsque ad sacerdotium inclusiue aliàs de iure est priuat⁹, de elec. c. Cum ex eo. lib. 6. ¶ Item nota q⁹ quamuis tantum transeat de tempore quòd illo anno non potest fieri subdiaconus vel sacerdos, non tamen vacat vsque anno elapso & facit fructus suos si habuit a principio intentionē ordinem recipiendi, alias nō, nisi mutato proposito fecerit se ordinari. Et qui ū scienter sic affecto dedit tenetur ecclesiam seruare indēnem. Annus autem pro subdiaconatu vel sacerdotio nō currit nisi a tempore quo fuit in possessione pacifica, uel per eum steterit, ex tunc etiam est annus utilis, quia non currit iusto impedimento cessante. Nō potest autem sibi conferri ecclesia, sit uacans illa uice & illa vacatione, si enim detur alicui non acceptanti, adhuc uacat prima uice uacandi, & sic ei non potest conferri, similiter si facit illi dari qui statim renunciabit in fraude, sic licet secundo uacet isto regnāte non ualet quoad Deū, sed si bona fide alteri collata illo mortuo aut deposito aut renunciante uacauerit secundo, tunc potest ei conferri, quia non est ei hoc ꝓ hibitum, de elec. c. commissa. lib. 6.

¶ De cura autem non simplici in ecclesijs collegiatis, vt sunt decani in collegijs, priores & abbates in conuentibus. No. quod isti non ligantur isto statuto, de elec. ca. statutum, lib. 6. quia non erit tantum periculū si isti non sunt sacerdotes, quia multi sunt in collegio sacerdotes qui ex concessione curati non sacerdotis facerent quod ille faceret, non autem sicin simplici cura sunt parrochiani sacerdotes q̄ habent ecclesiastica sacramēta ministrare prōpter quod fuit magis necessarium ibi apponere pœnam Collegium vero hic large accipitur, etiam pro plebania sub se habente capellanias in qua sunt sacerdotes per quos poterit suppleri vt dictum est. Hæc Petr. ¶ Item si ad ecclesiam parrochialem præsentetur qui non est in sacris dum alias est idoneus, & possit infra tempus statutum ordinari, admittendus est extra. de iusti. c. si is lib. 6. & tamen secundum Ioan. Andr. talis non præsentatus non posset in tali ecclesia institui. extra de ætat. & qualitat. capit. præterea, nisi dispensatiue, vt ibi. §.4.

¶ De collatione beneficiorum, scilicet infra, quod tempus debet conferri beneficium vacans. No. q̄ ecclesiastica beneficia seu ecclesię seu quælibet officia non debent vacare vltra sex menses, alioquin si collatio pertinebit ad episcopum deuoluitur ad capitulum & econuerso, & si fuerit negligens per alios sex menses deuoluit ad metropolitanum, & postea ad pa. extra de concess. præben. c. nulla, & intelligas solum pro illa vice, extra de sup. neg. p̄la. c. sicut nobis. Et siquis prædictorum elapso tē pore cōferat, non valet extra de sup. neg. præla. c. fi. & incipit currere prædictum tempus, non a tempore vacationis, sed a tempore noticiæ, extra de concess. præben. c. quia diuersitatem, & de dictis sex mensibus subtrahitur tē pus suspensionis & peregrinationis, & requiri §5.

tur

tur q̃ per suam culpam distulerit vel negligẽ tiam. Secus si per impotentiam iuris vel facti etiam ex culpa contingente nisi fuisset negligens in petendo absolutionem, vt in d.c.quia diuersitatem. Et si talia essent officia & administrationes, quorum collatio ad regulares pertineret, & ipsi negligerent diocesani prouidere dicunt, non obstante si ipsi regulares exempti fuerunt, vt de sup.neg.præla.cap.q̃ regulares, in cle.porro si fuerit ecclesia cathedralis vel regularis, habebunt electores solum tres menses infra quos si iusto impedimento cessante electio non fuerit celebrata, eligẽdi potestas ad proximiorem superiorem deuoluitur, extra de elec.c.ne pro defectu, & intellige cũ aliis conditionibus nunc dictis. Itẽ no. q̃ qui habet conferre beneficia vacantia scilicet prima exceptione: sed cum quis recipit secundum beneficium curatum, vacat primum vt dicetur infra debet illa conferre infra sex mẽses, aliàs potestas prouidendi deuoluitur, ad alium (vt supra dictum est) Incurritur ẽt alia pœna ab alio qui habet conferre nisi conferatur infra dictum tempus videlicet q̃ ipse tenetur assignare in vtilitatem ecclesiæ vacatis de prouẽtibus suis, nõ de illis ecclesiæ suæ tantum quantum a tempore vacationis perceptum fuit a quocunque detinente ipsum & si proprium non habẽt punietur alia pœna ad arbitriũ iudicis. 16.qõ.6.illud, & 14.qõ.6.si res, vel repetẽtur qui percepit quia ipse tanq̃ inuasor omnes fructus restituere tenetur.

§.6. ¶ De pluralitate beneficiorum vel præbendarum. No. q̃ quinque casus sunt vt dicitur in summa Pisana, & quasi idem dicit Archi.20.q.1.clericus, in quibus potest quisabsq; dispẽsationes duas vel plures ecclesias vel prębendas habere & intelligitur hoc de ecclesijs nõ habentibus curam animarum, & de pręben. in diuersis ecclesijs. Nam in eadẽ ecclesia non potest absq; dispensatione plures præbendas habere. Vnde quod dicitur in primo casu & tertio quantum ad ecclesias curatas fieri non potest per episcopum, nisi per modum vnionis vniendo plures ecclesias quam vnionem potest facere episcopus vel simpliciter & in perpetuum, vel ad vitam eius cui conferuntur, de consensu tamen eorum qui ibi habẽt aliquod ius vt patronorum, & q̃ fiat ex causa rationabili, vt propter tenuitatem. Primus est quando ecclesiæ sunt ita tenues q̃ neutra sufficeret ad sustentationem 10.q.3.Vnio.extra de reli.do quia monasterium. Secundus est si vna pẽdet ex altera extra, de æta. & qua li.c.Eam te. Tetius est propter raritatem clericorum. 21.q.1.clericus, in fin. Quartus est si ecclesia est præbendæ annexa vel dignitati, in quo casu cum ipse teneatur in maiori ecclesia personaliter deseruire tenetur in ipsa parrochiali habere idoneum & perpetuum vicarium qui congruentem habeat de illius ecclesiæ prouentibus portionem extra de præben. c.extirpandæ. Quintus si habeat intitulatam & aliam commendatam. 21.q.1. qui plures. Sed talis commenda parrochialis ecclesiæ nõ potest fieri nisi ei qui attingit.25.annũ. & sit sacerdos, & tali non potest committi nisi vna pro euidenti necessitate vel vtilitate, & non durat nisi per sex menses, extra de elec. cap. Nullus, lib.6.

¶ Dispensatio super pluralitate beneficiorum non prodest in his casibus. Primo videlicet, quando impetrans subticuit aliquod quantũcunq; modicum beneficium, q̃ etiam conceditur, vt quis duo beneficia habentia curã animarũ possit habere simul, intelligitur de duobus primis beneficijs post concessionem. Itẽ si mãdatur alicui prouideri de beneficio non obstante quòd aliud habeat, per hoc non est dispensatum vt habeat ambo simul, extra de præben.ca.si motu.li.Item si Papa motu proprio alicui aliquod beneficium obtinẽti aliud conferat non habita intentione de priori nõ propter hoc inualida est gratia dummodo in littera propria æstimatur q̃ Papa motu proprio concedat. Secus si ad petitionem alterius gratiam facit, extra de præben. cap. Si motu proprio, lib.6. §.7.

¶ De pluralitate prębendarũ sine cura absq; dispositione habenda, vtrum hoc sit peccatum mortale? Respon. ad hoc Thom. in quod li.8.qõ.7.quòd omnis quæstio in qua de peccato mortali quęritur nisi expresse eius veritas habeatur, periculosè determinatur, quia error quo non creditur esse mortale, quod est mortale non excusat a toto, licet forte a tãto. Error vero quo credit esse mortale quod non est mortale, conscientiam ligat ad mortale. Præcipue vero periculosum est vbi veritas aliqua est quod etiã in hac quęstionæ accidit. Cum enim hæc quæstio pertineat ad theologos, inquantum dependẽt ex iure diuino vel naturali, & ad iuristas inquantum dependet ex iure positiuo, inueniuntur theologi theologis & iuristæ iuristis contraria sentire. In iure tamen diuino non inuenitur expręsse determinata, cum in sacra scriptura de ea non fiat mentio, quamuis ad eam ex aliquibus auctoritatibus, scripture argumenta possent induci, quæ tamen, non dilu- §.8.

cidam

Actus humani sūt multiplices.

cidam veritatem ostendunt. Considerando eam vero sm ius naturale sic videtur dicendum quod actionum humanarum multiplex est differētia. Quædam enim sunt quæ habēt deformitatem eis inseparabiliter annexā vt fornicatio, adulteriū & alia huiusmodi quæ nullo modo bene fieri possunt. Et de numero talium non est habere plures præbēdas, quia quod est de numero illorum in nullo casu dispensationem recipere potest quod nullus dicit. Quędam vero sunt actiones quę de se sunt differentes ad bonum vel malum, vt leuare festucam de terra, vel aliquid huiusmodi inter quorum numerum quidam computant hoc, s. habere plures prębendas & dicentes ita licitum esse habere plures præbendas sicut habere plura poma. Sed hoc nō videtur verum esse cum habere plures præbendas in se inordinationem contineat vtpote quia nō est possibile aliquem in pluribus ecclesijs de seruire in quibus est præbendatus, cum prębēdæ videātur esse ordinatæ quasi stipēdia Deo ibi ministrantium. Sequitur etiam diminutio cultus diuini dum vnus loco plurium constituitur. Sequitur & in quibusdam defraudatio voluntatum testatorum qui ad hoc ecclesijs talia bona contulerunt, vt certus numerus Deo seruientium ibi haberetur. Sequitur &inæqualitas, dum vnus pluribus beneficijs abundat, & alius nec vnum habere potest, & multa alia huiusmodi quę facile est considerare. Vnde non potest contineri inter differē

Tertio.

tes actiōes, & multominus inter ea quę sunt secūdum se bona vt dare eleemosynam & huiusmodi. Sūt vero quędam alię actiones quæ absolute considerate quandam deformitatē & inordinationem important, quę aliquibus circunstantiis aduenientibus bonę efficiunt, sicut occidere hominem vel percutere, etiam de se deformitatem quandam important, sed si addatur malefactorem propter iustitiā delinquentem causa disciplinę, non erit peccatum sed vrtuosum. Et in harum actionū numero videtur esse plures præbendas habere, quamuis inordinationes aliquas contineat: tamen possunt aliæ circunstantię superuenire, ita honestantes actum quòd prædictę inordinationes totaliter euacuātur, vt puta si sit necessarium in pluribus ecclesijs eius obsequium, aut possit plus seruire ecclesię, vel tantūdem etiam absens quam alius præsens & siqua alia sint huiusmodi, & tunc istis conditionibus cum recta intentione superuenientibus non erit peccatum ēt nulla dispensatione interueniente. Si consideretur secundum ius naturale tantum, quia dispensatio ad ius naturale non pertinet, sed ad ius positiuum. Si vero hac intētione quis plura beneficia habeat, vt sit ditior vel lautius viuat, vel vt facilius ad episcopatum valeat promoueri in ali qua ecclesia vbi præbendatus existit electus non tolluntur prædictæ deformitates: sed augentur, quia cum tali intentione etiam vnū beneficium habere, quod nullam deordinationem de se importat, est illicitū. Et sic quidem dicendum etiam secundum ius naturale nullo iure positiuo superueniente, nunc autem certum est per antiqua iura esse prohibitum. Patet etiam huic prohibitioni consuetudinem esse contrariam, pp quam quidā dicunt illa iura esse abrogata. Nam per contrariam consuetudinem iura humana abrogantur. Quidam autem dicunt, per hanc consuetudinem antiquo iuri non derogari, eo quod quædam decretalis dicit. Multa per patientiā tolerantur. quæ si fuerunt in iudicium deducta iustitia cogente cessarent. Et hæc controuersia iuristis, est relinquēda. quamuis videatur probabile, q iura illa antiqua inquantū continet ius naturale, abrogari non possunt per contrariam consuetudinem, vtputa irrationabilem. Sed quantum ad hoc quod de iure naturali continet, solum possunt esse abrogata, præcipue si dissimulantes hanc cōsuetudinem contrariam in quorum potestate est ius illud mutare, intendunt per hanc dissimulationem antiqua iura mutare. Si igitur antiqua iura quæ hoc prohibent in suo vigore, maneant contraria consuetudinem non obstante certum est aliquem plures præbendas non posse habere absque dispensatione etiā illis circunstantiis superuenientibus, quæ secundum cōsiderationem iuris naturalis actū poterant honestare. Si autē antiqua iura sunt per consuetudinem abrogata, tunc prædictis circunstantiis superuenientibus etiam sinedi spensatione licitum est plures præbendas habere, sine quibus circunstantiis illicitum est, quantumcunque dispēsatio superueniat, eo q dispensatio humana non aufert ligamen iuris naturalis, sed solum ligamen positiuū, quod per hominem statutum, per hominem dispensari potest. Hæciomnia. Thom. Sed hodie (vt dictum est supra) recipiendo secundū præbendam si sit canonicalis vacat prima. Et non secundum Tho. quòd si quis habet plures præbendas, innitens opi. illorum magistrorum qui dicunt simpliciter hoc esse licitū. illa opinio non est vera non propterea excusantur a peccato. Sed etsi est vera opinio quā

sequitur

sequitur, s. tenere prębendam esse licitum, si tamen ex contrarietate opi. dubitat de veritate opinionis quam sequitur, nihilominus tenet plures prębendas peccat mortaliter, quia diserimini mortalis sic se exponit, sed si non dubitat & vera est eius opi. non peccat.

§.9 ¶ De pluralitate prębendarum, sic dicit Ioan. And. in c. cum iam dudum. de prębend. Non pluralitatem prębendarum non prohiberi. Vnde in isto. c. non dicit uel prębendas, sed atq; prębendas, quod approbat generalis consuetudo. Sed contra. 80. distinctio. episcopi. 16. quæstio. 1. presbyteros. super eod. cum non ignores. Sol. dicunt quidam, quòd hodie de iure communi potest quis habere plures prębendas cum pluralitas dignitatum beneficiorum cum cura tantum prohibetur hodie infra eo. de multa. Vnde cum de illis specialiter prohibetur. videtur hodie concessa pluralitas prębendarum. ar. supra de præsum. c. nonne. cum suis concor. Si enim Papa aliud de prębendis non intellexisset hoc idem de ipsis excepisse, infrà de deci. ad audientiam, cum suis concor. Nec ob. c. superius in contrarium allegata vel alia similia, loquuntur enim secundum sua tempora, sed hodie secus, vel potest dici ꝙ restringitur illud ad beneficia curam animarum habentia, vel ad alios qui habent non solum pluralitatem prębendarum, quia illa non prohibentur, sed ad nimiam multitudinẽ quæ sonat in vitium & ambitionem, quia hoc prohibetur, vt hic, & suprà eo. quia in tantum. Et est verum, nisi vtraq; requirat residentiam, de quo dic vt scripsi de cle. non resi. c. fi. Ibi autem plenè ponit Inno. quæ habet in sum. ꝙ habere plura beneficia non curata, & quæ de consuetudine vel statuto residentiam nõ requirunt non est peccatum, nec contra iura sic refert glo. in c. gratia. de reseri. lib. 6. sequitur Inno. Ioan. And. vbi suprà. Sed Host. debiles sunt istę rationes & potest ad eas faciliter responderi. Remittit autem ad no. infrà de concess. pręb. c. literas. Vbi pro hac parte. s. ꝙ liceat habere plures prębendas vel beneficia arguit, & inter alias rationes has induxit, quia nimia multitudo damnabitur, si dicatur esse mortale, & qui nimis emungit &c. distinct. 4. deniq;. Nec iura contraria sunt recepta. dist. 4. §. leges. & per consuetudinem vt papa dispensare quasi tacite ad hoc facit. c. de multa. Gostr. dicebat quòd per hoc dictum & sequaces palpabant crimina & ea insana relinquebant. dist. l. siquis diaconus, & ibi tenet Hostiẽ. quòd nullus potest plures prębendas habere in titulum. ar. distin. 2 acutius. nec in hoc ſm eum possunt dispensare prelati. dist. 70. sanctorum. Et est ratio ſm eum, quia singulæ prębendæ requirunt singulos actus & ministros, & tenẽtur canonici ad residentiam vt Assisij & ad cõtraria põt de facili respondi ſm eum ꝙ loquuntur ex dispẽsatione sufficienti, vel notant factum non ius, quod non est considerandum, de elec. cap. cum causam. tamen ne inde tanta multitudo damnetur. dicit episcopum posse dispẽsare in pluribus prębendis habendis in beneficiũ non in titulum. Et ꝙ possit hanc dispensationem facere, etiam ob prærogatiuam meritorum, vt in duplicibus sit adepta, in simplicibus non. Et si in diuersis episcopatibus habeant illa conueniant inter se episcopi quis sit prælatus & ambo dispenseut. de senten. excom. c. cum illorum. Exponatur talis vicarius qui tam bene vel melius seruiat ecclesiæ, sicut faceret canonicus, habeat sufficientem portionem, infra eo. exposuisti, maxime cum talis est in ecclesia consuetudo vel statutum factum ex causa. de consti. c. cum omnes. hoc no. Host. in c. prælleg. literas. Pro hoc dicto facit quod no. Vincen. qui exponit atq; pro vel ff. de verb. sign. sæpe. dicẽs hanc expositionem probare supra cum cęnam. Sed Alb. hic dicebat ꝙ magister suus tenebat contrarium, hæc omnia Ioan. And. Goff. dicit quòd plures prębendas non potest quis simul habere dummodo una per se sufficiat. aliàs etiam de iure cõmuni potest quis habere plures prębendas. vt de cle. non resi. c. conquęrente. quod dictum recitat Io. And. in c. Quia nonnulli. eo. tit.

§.10 ¶ De dispensatione circa beneficia curata uel non curata quis possit dispensare. no. quę ponit Io. And. in nouel. sup c. de multa. de pręb. in gl. vlti. vbi sic dicit Ber. in c. dudum, & Tancre. Bart. Brix. dist. 70. c. sanctorum. Innoc. hic tenet ꝙ circa duo beneficia curata dispensat solus papa, circa duo simplicia dispensant episcopi, vt no. Ber. in c. dudum. Et etiam circa curatum & simplex. Goff. in summa huius generaliter, ꝙ circa plura beneficia dispensat solus papa, hic tamen in apparatu recitando opin. Io. eos eandem potestatem habere quam olim habebant dicebat. Pe. concor. opin. ꝙ in prębendis quæ requirunt residentiã, non dispensant episcopi contra ecclesiæ consuetudinem. 25. q. 1. quæ ad perpetuam. In his vero quæ non aliter requirunt residentiã, nisi quia non residens fructus non percipit in his dispensat episcopus in canonica, in prębenda non. ad hoc de app. c. peruenit, & sic loquitur, c. sanctorum. In his quę non aliter nisi de consuetudine

tudine requirunt residentiam dispensat episcopus in canonica & de præbendis. de constit. c. cum omnes. Hostien. Pet. de Zab. & Alber. dixerunt hic q̃ aut dispensatio circa beneficia duo curata habet fieri propter euidentem vtilitatem, vel vrgentem necessitatem ecclesiæ, & in his casibus possunt dispensare episcopi, nam si expressè diceret cõstitutio contrarium esset onerosa ecclesiis & abiicienda. de consue. c. 1. Et fortius est vinculum Dei q̃ hominis, & tamen iuramentum cuius Deus est auctor in hoc casu seruandum est, de his quę fi. a ma. parte. cap. 1. multominus constitutio humana seruanda esset, si hoc diceret. Si autem habet fieri prærogatiuam meritorum tunc solus papa dispensat, vt in isto. c. in fi. Fatetur tamen Host. q̃ primam opi. seruat curia, sed sibi non placet. Et de hoc Guil. in spe. ti. 2. §. videndum restat. ver. illud, hæc omnia Io. And. Et no. q̃ ista decre. de multa, non dicit simpliciter dispensandum cum sublimibus literatis, sed addit cum ratio postulat, quæ ratio est triplex ſm Gost. in dispensando. Necessitas, vtilitas, & euidens prærogatiua meritorum. Et habetur hic magis ratio literaturæ q̃ bonitatis in dispensatione obtinenda. alias tamen bonitas præfertur litteraturæ. dist. 38. sedulo Ioan. & ponit hic Io. And. de dispensatione quod di. Tho. 1. 2. q. 9. subdens, q̃ si dispensans nuda voluntate mouetur, non habens intutium ad aliquod præceptorum non meretur dici dispensatio sed dissipatio. Ex quo sequitur q̃ quoad Deum non est tutus cum quo dispensatum est, sic ad hoc 11. q. 3. Si is qui præest.

§. 11. ¶De habente personarum vel beneficium curatum. Nota quòd si talis recipiat secundum beneficium curatum vel personatum vacat primum. hoc dicit c. de multa. de præben. vbi no. ſm Inno. & Host. vt alle. ibi Io. And. in no. q̃ cum dr̃ beneficium curatũ seu curã habens animarum intelligitur largè cura animarum, siue in foro pœnitentiali curam habeat siue alias, siue sit ecclesia parrochialis uel cathedralis, siue capella curam habens parochianorum, siue de iure, siue de facto, dummodo parochiam habeat in qua parochiale ius exerceat, siue dignitas, siue officium, siue ecclesia, sicut sunt multi presbyteri archidiaconi, & decani qui nullam ecclesiam habent cui præsunt vt Pictauis & Paduæ, qui tamen habent iurisdictionem super multa loca. Personatus, vt dicit Inno. & dignitas ferè semper pro eodem ponũtur, ideo autem dictum est ferè secundum Io. And. quia in Anglia rectores parochiales dicũtur personæ, de app. c. personas. In alijs regionibus dicuntur curati siue rectores & tamen tales non dicuntur in dignitate constituti. Similiter abbates, episcopi & alij superiores non dicuntur personæ, & tamen sunt in dignitate cõstitui, & q̃ñq; superiores, supra eo. c. Nisi essent. Intelligas ergo dignitatem vel personatum secundum institutionem vel consuetudinem ecclesiæ. Ioan. And. ¶Sed nota plures casus in quibus fallit dicta regula in prin. §. dicta. Primo quando hoc fit cum sufficienti dispensatione, vt dicit in isto. c. de multa. in fi & de elec. c. dudum. 2. Secundo q̃ñ primum beneficium, vel secundum est curatum habitu non actu. secũdum Hostien. idest quando actu non haberet parrochianos, puta quia derelictus est locus ab habitatoribus. de elec. c. licet canon. lib. 6. Inno. tamen & Abbas videntur tenere contrarium. Tertio fallit q̃ñ alterum dictorum beneficiorum curatorum non habet curam ex se, sed per vnionem alicuius curati, vt de præben. super eod. lib. 6. Quarto quando etsi habebat tale beneficium, tamen se ignorabat. tunc enim sibi datur optio, vt de reser. Et Gratia. lib. 6. Si autem habebat sciens se habere ipsum de iure. etsi non de facto habebat, vt quia erat spoliatus primo stat regula secundum Vin. Qui notat de elect. dudum 2. repetit tamen fructus primi quos percipere poterat vsq; ad receptionem secundi. Quinto cum alios fructus secundi beneficij ad tempus ex causa p̃cipit, vt de præben. c. tibi concesso. lib. 6. pro illo enim tempore quo debentur alteri vel pertinent ad alterum fructus secũdi beneficij, non censetur primũ uacare. Et dicit Henri. Boych. q̃ est verum secundum Innoc. And. & Archi. quantum ad perceptionem fructum ipsius primi beneficij, vacat tamẽ ad hoc vt postquam pacificam possessionem administrationis secundi beneficij habuerit debito tempore conferatur, vel habebit locum cõcilium Lateran. de concess. præben. cap. Nulla. Sexto fallit si secundi beneficij pacificam possessionem administrationis nondum habuerit, nec per eum stat quo minus haberet: quia tunc non vacat primum secundum Innocen. & Hostien. & Henr. Boych. Septimo fallit in episcopatu. Nã episcopatus non vacat per adeptionem secũdi beneficij: siue sit superius siue inferius siue æquale. Ista enim constitutio de multa non habet locum in episcopatibus quibus nec expresse nec tacite sine voluntate papæ renunciari potest. de transac. episcopi. inter corporalia. ſm Henr. Boych. Inno. Host. Vin. etiam ponit alios duos casus super c. dudũ. de elect.

Sit

Sit ergo octauus casus eiusdem fallentiæ, vt no. Ber. in c. dudum. in beneficiis vnitis vel dependentibus vel cõmendatis. Nonus secũdum Vincen. si colore & non animo beneficij perpetui recepit secundum: posset tunc eũ pœnitere de pœn. dist. 1. diuortium. Idẽ si incontinenti fuit deiectus. Decimo si recipit secundum in alio episcopatu sine licentia sui episcopi a quo reperitur, quamuis enim priuatus sit primo quantum ad se, non tñ quãtum ad prælatum suum, si sine licentia ipsius transfit hoc no. Io. An. in 21. q. 1. si quis iam translatus concor. Goff. & Host. Et dicit Host. q̃ reputat prælatum simplicem, & si det sibi licentiã quãdiu de iure & de facto renunciet primo & tunc statim conferat. Vndecimo in eo q̃ expẽsas de proprio fecerat in primo ꝓpter quas competit sibi retentio primi. 12. qõ. 4. quicunq;, & hoc de expensis quas fecit ante receptionem secundi, secus in his quas fecit postea insti. de re. diui. §. certe. Duodecimo in eo qui protestatur q̃ non vult dimittere primum, & tunc fatue agit prælatus qui sibi concedit secundum, & posset in casu hoc habere locũ concilium Later. s. q̃ non tenet collatio secundi, supra tit. proxi. quia nonnulli. vn de secundum. Host. si quis recipit secundũ minus pingue non videtur vacare primum cum non videatur habere animum deferendi primum propter secundum, & maxime cum errauit, ar. distin. 74. quorundam, & licèt dicat hanc opi. veram in scholis. fatetur tamen eam falsam in iudiciis & in curia non seruari. Extras hos casus si quis retinere primum contenderit etiam secundo priuabitur, vt dicitur in d. c. de multa, sed hodie per extrauagantẽ Io. quæ incipit execrabilis, si recipiens secũdum primum quo priuatur absque morte dispendio, verbo, vt facto in manib. ordinarij sub testimonio publico non dimittat priuatus est secundo, & inhabilis ad sacros ordines & beneficia. Hæc omnia Ioan. An. in no. super dist. c. de multa, sed non eo ordine quo ipse ponit, & his paucis exceptis quæ aliquando ponuntur. Henr. Boych, Dicit etiam Host. q̃ si episcopus eodem verbo & momento dat alicui, duas ecclesias cum cura nec constare potest cuius possessionem primo sit nactus, talis vtraque carebit, quia non valuit collatio, sicut nec aliquis potest simul habere duas vxores, vel secundum alios datur ei optio de altera earum infra sex menses. Item no. quod Goff. dixit idem esse in præbendis cum recipiũtur vt titulus, non vt stipendium, vt de concessa præben. literas quod dicebat Ioan. & Vincen. verum cum prior præbenda erat sufficiens, vt scilicet recepta secunda vacat prima, sed subdit. Ioan. And. tu dic contra secũdum Inno. & Host. ad decretalem, literas, dic quod loq̃tur cum habens præbendam in vna ecclesia, recipit secundam in eadem, idem iuris est cũ recipit aliquod officium cui annexa est cura animarum cum prius habebat aliud simile. Et eodem modo vacat seu perditur primum beneficium, si quis violenter occupat secundũ vel se scienter intrudit in eo, vt de prẽben. c. eum qui lib. 6. Et tales violenti occupatores, ipso facto si habebunt aliquod ius in ipso beneficio si occupato perdunt illud, & sic vacat. Et nota quod omnia talia beneficia sic vacantia apostolicę sedi reseruantur, & si alius disponat de eis non valet, vt patet in extrauagante illa. Ioan. 22. Execrabilis.

¶ De tenentibus beneficia non canonicè habita ex tolerantia seu tacito consensu prælatorum, vtrum ex dicta tolerantia habent aliquod ius in ipsis beneficijs. Respon. Henrich Boych. super c. dilecto. de præbend. sic distinguit. Aut prælatus patiens & tolerans seu tacitè consentiens ignorabat ipsum tenentem beneficium minus canonicè fuisse in ipso beneficio institutum, & tunc non obest prælato, etiam si expræsse consensisset nec acquirit aliquod ius ipsi tenenti, quia non consentit, qui erat ff. de iur. om. iudi. l. si per errorem. secundum Inn. & Hosti. hic. & Arch. 63. dist. cum Adrianus. Aut prælatus patiens & tolerans sciebat ipsum tenẽtem beneficium fuisse minus canonicè in ipso beneficio institutum Et tunc quæritur aut de papa aut de aliis prælatis inferioribus. Si de Papa, aut tunc de huiusmodi patientia & tolerantia fit expręsse ab eo vel alio de mandato suo, & sic est tolerantia approbationis, & talis tolerantia & patientia dat ius in beneficijs, ita intelligo supra de suppl. neg. præla. litteras. vbi Host. ien. exponit illud verbum patientia, scilicet expræssa. nec mirum quia Papa qui est supra ius & habet plenitudinem potestatis non astringitur illa forma conferendi eligendi vel prouidendi, per quam acquiritur ius in beneficijs. 9. q. 3. cuncta &c. per principalem per talem enim tolerantiam Papa ratam habet talem detentionem, sicut habet ratam reconciliationem ab initio nullam, & incipit valere vt nunc, vt de consec. ecc. c. aqua. Et ideo circa talia ꝑt Papa dispẽsare & facere quicquid sibi placet, vnde postquam de sua voluntate & intentione apparet & constat sufficit. Aut ista patiẽtia & tolerantia vbi nõ fuit expręssa

§. 12.

nec

nec eſt approbationis, & tunc ſola patientia non ſufficit. ſecundum Hoſti. in d.c. litteras, & ita intelligo quod ibi no. Inn. ſcilicet q̃ re tinere non poteſt ſine noua toleratione. Si quæritur de aliis prælatis, tũc dic. q̃ talis patientia etiam expreſſa ſeu approbationis non dat ius bñficijs niſi interueniat canonica electio vel prouiſio, vt hic in gl. q̃ approbat Hoſt. dicen. quòd ſi quis minus canonicè adipiſcat beneficium, ſ. ſymoniacè vel per fraudem, vel ſurreptionẽ aliquam in perpetuum non præſcribit, ex quo conſtat de hoc in iudicio contentioſo condemnatur ad reſtitutionem omnium præceptorum, in iudicio vero animæ, ſuæ conſcientiæ dimittitur, & non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, ſecũdum Hoſtien. Ioan. And. & Inno. & Archid. Hæc Henricus Boych.

§. 13. ¶ De clericis non reſidentibus in beneficio ſuo. Not. q̃ huiuſmodi ſi moniti iuſta cauſa ceſſante non redeant poſſunt beneficijs ſpoliari, vt in c. vlt. de cle. non reſidẽ. & dicit idẽ Ioan. And. quod intelligitur de beneficijs curatis vel etiam ſimplicibus ſi reſidentiam exigant ex priuilegio vel ſtatuto, vel conſuetudine. Verum ſi eſſent beneficia quæ reſidẽtia non exigunt, tunc niſi eſſet neceſſitas vel utilitas eccleſiæ de nouo ſuborta non poſſent cogi beneficiati ad reſidentiam, quia tunc hoc percipere nõ ſpectat ad ſuperiorem officium ar. 17. q. 1. quia fratres. Et de talibus poteſt intelligi quòd vnus poteſt habere plura beneficia. Nec ob. ſi dicas quòd vnus non poteſt ſeruire duabus eccleſijs, q̃a omnes eccleſię ſunt vna ſecundum Inn. 21. diſtin. quamuis. Dicit Hoſti. melius reſpondendum, ſ. quòd vbi agi nus de beneficio quod non exigit reſidentiã nec de reſidentibus, ſed officio eſt quærendũ. Et poteſt quis præſentialiter & alteri in abſentia deſeruire. Nec obſt at ſecundum Inno. infra c. cum ſecundum, de præben. & dig. Vbi a contrario innuitur quod qui non ſeruit altari, non debet viuere de altari. Nam abſens & præſens ſeruire intelligitur dummodo bene uiuat & bene expẽdat quòd inde percipit hoc tamen dicit Hoſt. reprobari poteſt. 1. q̃. 3. ex multis, igitur qui male accepit vt bene diſpenſet, grauatur potius quam iuuetur. Vn de dicit. c. cum ſecundum. intelligendum de beneficijs q̃ exigunt reſidentiam, ſecus de collatione obtentu perſonæ cauſa pietatis & eleemoſynæ tantum. Vnde ſi debili confertur beneficium ad ſuſtentationem precipiet etſi non ſeruiat. Nec habet conqueri eccleſia cum quicquid habet ſit deputatum pietati. 12. q̃. 2. aurum, putat tamen Inno. omne beneficiũ requirere reſidentiam, niſi probetur contrarium. hæc Ioan. And. Ibi dicit tamen Vinc. vt refert Ioan. An. eo. ti. c. ex parte, quòd verbũ reſidentiæ non eſt ita amarè ſumendum, vt nunquam inde diſcedat. pro hoc facit. ff. de ſerui. l. ſi cui. quod legitur & notatur. diſt. 37. de quibuſdam de confec. diſt. 5. c. ſint tibi. Et dicit hoc cõcedẽdum præcipuè de conſtitutis in dignitatibus, & in his qui habent diuerſa beneficia, vnum intitulatum & aliud commendatum. Item in his qui habent beneficia dependentia a præbendis. Strictius autẽ accipitur verbum reſidentię vbi præbenda habet onus annexum in c. Significatum, de prẽben. & digni. Item vbi eccleſia habet tantum vnum miniſtrum. diſt. 6. teſtamẽtum. latius vero accipitur vbi eccleſia habet plures miniſtros qui ſeruiunt per ſeptimanas 82. diſtin. Propoſuiſti. 74. diſtin. conſuluit. Ita tamen quod per omnes prædictos caſus reſidẽtiæ ceſſet fraus & negligentia, ſecundum Vincen. Hæc Ioan. And. Et dicit Hoſtien. q̃ debet epiſcopus quolibet die dominico diuinis officiis intereſſe niſi iuſta cauſa impediatur, vt de conſecr. diſti. 3. epiſcopi. Similiter ſi ſit modicum beneficium, debet beneficiatus intereſſe præcipue in veſperis & matutinis, alias ſi eſt incorrigibilis poteſt deponi. vt diſt. 92. c. vlti. & debet ſeruire eccleſiæ in ordine ſuo, vt de ſi. præsby. c. Propoſuit.

§. 14. ¶ De his qui reſidere intelliguntur vt ſ. priuari non poſſint beneficiis, ſed licite percipiant fructus, quamuis in veritate non reſideant. Et primo quidem de eo qui extra eccleſiam eſt ſeu ſe abſentat pro negociis eccleſiæ vt de cle. non reſi. c. ex parte, vbi dicitur, quod talis etiã ſi iurauit reſidere, licite ſe abſentat pro negociis eccleſiæ abſque periurio. Recipit. n. iuramentum legitimam interpretationem. ſecundum Inn. Item ſi alias eſt iuſta cauſa abſentiæ ſuæ, vt propter inimicitias & huiuſmodi vt eo. tit. inter quatuor, & tunc debet deſeruire per vicarium. Secundo ſeruientes quibuſdam prælatis, vt dicetur non obſtante conſtitutione contraria præbendæ ſuæ fructus in abſentia percipiunt familiares videlicet papæ, ut eo. tit. cum dilectus, quod intelligitur ſecũdum Hoſti. de ſeruientibus ei & aſſiſtẽtibus, vt capellani & ſimiles ſecundum Io. An. Non tabelliones conducti qui contenti debent eſſe ſuo lucro. Dicit tamen Hoſti. quod omnes qui moriantur in curia ex præcepto Papæ habent hoc priuilegium, etſi ſcriptores ſint ſecus ſi ibi morantur ex propria voluntate.

te. Residentes etiam cum legato habebunt hoc priuilegium quo ad prouinciam sibi commissam, quia hoc non est priuilegium: sed ius cui participare debet legatus saltem eo iure quo participat episcopus, secundum Io. And. Residentes etiam cum cardinali dicitur super hoc constitutio promulgata, quòd habeat hoc priuilegium & de consuetudine sic seruatur secundum Host. Sed verius est omnibus cardinalibus priuilegia conceduntur. Ioan. And. Item duo ex canonicis seruientes episcopo, absentes percipiunt fructus præbendarum, vt dicit cap. ad audientiam, eo. tit. & idem putat Petr. de alijs non canonicis etiam curam habentibus, de consec. dist. 1. Iubemus & 2. q. 7. cum pastoris. ¶ Tertio studentes in theologia, vt de magistris, c. super specula, & hoc etiam sine licentia prælati cum habeant a iure licentiam, & hoc nisi essent religiosi, in alijs autem scientijs requiritur prælati licentia, vt c. tuæ, de cle. non resi. ubi dicit Ioan. And. quod sola licentia quam dat episcopus existenti in studio non sufficit, nisi esset studium priuilegiatum in hoc vt nunc est istud, scilicet Bonon. Dicit etiam quòd ex litera argui potest, quòd intelligatur de generali non particulari studio, quando trium & quadrium theologiæ & sacri canones leguntur, putat tamen Hostien. hoc ad arbitrium boni viri reducendum trigesima septima distinct. Si quis grammaticam. Et videtur quòd duo tantum clerici sint priuilegiati ratione studij & non vltra eo. tit. ad audientiam. Et durat hoc per quinquennium, non tamen isti percipiunt distributiones quotidianas quæ dantur præsentibus. Et idem est de seruientibus prælatis, sed solum infirmi hoc habent. ¶ Quarto infirmi. vt eo. tit. c. ad audientiam. Vbi dicit Io. And. Non puto q; omnis infirmus percipiat præbendam vel distributionem de quibus loquitur. c. eo. ti. li. 6. Sed his qui alias erat residens & per infirmitatē impeditur residere percipiat præbendam. Et is qui alias erat deseruiens pp infirmitatē impeditur deseruire percipiet distributiones, & sic intelligo prædicta iura. Idem no. ipsę Io. And. in c. vnico eo. titu. lib. 6. in nouell. vbi ponit exemplum. Canonicus Bononiensis continue moratur Mutiue, quia est de Mutiua, modo infirmatur ibi nunquid rōne infirmitatis istæ habebit distributiones? Certe non quia non infirmitas: sed absentia iam pristina fuit causa principalis quare non interest diuinis officijs. Idem dico si esset præsens & sanus & non intererat diuinis nec consueuerat venire ad diuina, quia non prætextu infirmitatis si vellet habere quotidianas distributiones nō habebit eas, nec cum salua conscientia potest recipere, se in foro conscientiæ tenetur ad restitutionem, ex quo si esset sanus non interesset diuinis. Et iura quę volunt fructus & quotidianas distributiones dari dicunt intelligi quādo infirmitas est proxima & immediata causa non interessendi diuinis, alias secus. Hæc Ioan. And. forte tamen si gratis canonici conferrent & non ex debito tanquam elemosynam non teneretur ad restitutionem.

¶ De clerico absente cum nescitur vbi sit No. §. 15.
quòd talis tribus publicis edictis citabitur ad ecclesiam, etsi postea expectatus per sex menses non veniat, priuabitur ecclesia quam habet, hoc dicit c. ex tuæ. de cle. nō resi. & secundum Ioan. And. non sufficit vnum edictum licèt peremptorium nec intelligitur istud de episcopis habentibus secundum Hostien. Et dicit idem Host. quòd si latitat clericus, sufficit edictum publicari per domos vel ecclesias. Sed si infra prouinciam copiam suam faciunt, procedi non posset ex edicto quod non peruenisset ad eos. Nec contra latitantes ex edicto solemniter proposito. Dicit etiam Innoc. & Host. quòd etiam ex probabili causa non licet abesse nisi de licentia prelati vel nisi illud permittat consuetudo. Tamen cōsuetudo non posset inducere quòd sine iusta causa vagentur, esset enim contra bonos mores & læsiones ecclesiarum, vnde non valeret de consuetudine. Interea autem dum clericus vagatur diu, deseruiatur ecclesiæ de fructibus eius secundum Ioan. And. c. 1. No. etiam quòd si papa mandat ei ad quem spectat quòd beneficia alicui conferat, collatio per eum alteri facta tenet, ipsę tamen ex transgressione punitur, hoc summatim dicit c. Dilectus filius de præbend. vt ponit Io. And. Habet tamen hoc dictum multas exceptiones. Primo videlicet nisi literis esset appositа clausula quod si secus fieret sit irritum & inane. vt eo. ti. inter cereta. Secundo nisi papa alias suam insinuauerit voluntatem, vt no. hic glo. Tertiò quando papa non mandat conferri, sed ipsæ confert præbendam. tunc enim collatio facta alteri de illa non valeret, vt infra eo. tit. si postquam lib. 6. Quartò nisi istæ pro quo scribitur fuerat receptus in canonicum ante illum cui facta est prouisio præbendæ tunc enim posset reuocari collatio alteri facta, quamuis ipso iure teneat. Item nisi datus esset executor ad compellendum, qui insinuasset & interdixisset ordinatio nec alteri conferat præbendam, quia tunc

collatio

collatio alteri facta non tenet. Item nisi datus esset executor non ad compellendum sed ad prouidendum, quia tunc per solam prēsentationem literarū factam ei ad quē diriguntur, ad quem pertinet collatio effecta est prēbenda, vt nō valeat collatio facta alteri, vt de concess. prēben. li. 6. c. executor. Item nisi Papa inhibuisset hoc, vel sibi ipsam reseruasset, ſm Henr. Boich. in ſi. istius c. Canonici aūt qui tali ſimplici mandato in ipsius elusionē prębendā alij contulerunt tenent̄ de cōibus redditibus isti prouidere, vt dr̄ in ipsa decretali, Dilectus, Et sic est istud in pēnā clericorū qui cum nullā excusationē haberent obedire mandato apostolico contēpserunt, nec est pœna conuenientior q̄. vt puniantur in quo deliquerunt, de tem. or. c. vel non est. Non. n. posset ei sine iniuria conferri prębenda, alij iam collata, q̄a in ea nullum ius habet ipsæ impetrans quod apparet ex ipsa decretali Io. And. & infra. eo. Idem dicit q̄ ſm stilum curæ raro fit monitio sine prēcepto, cū dicat̄ monemus per apostolica scripta. nec in talibus refert si dicatur mandamus vel prēcipimus. ff. man. l. 1. ſm Hostiē. ¶ Nota q̄ si ad vnicū canonicatum & prębendam vacantem in ecclesia quo canonici sunt electi, non tenet receptio, ēt si auctoritas legati sedis apostolicæ interuenerit, hoc summatim dicit decret. dilecto. de præben. vt notat Io. And. vbi dicit Inno q̄ prēlato non licuit infringere priuilegium canonicorum, sed si canonici ad quos spectabat receptio auctoritate propria hoc fecissent, tenuisset receptio, quia potuissent renūciasse fauori suo, sed tenuit diuisio prębendæ, supra eo. pro illorum. Et est ratio diuersitatis ſm Host. quia primum censetur de iure priuato cui non pōt renunciari, ſm de iure publico cui non potest renunciari, vt de fo. compe. si diligenti. Item per primum fit melior conditio ecclesiæ, quia vbi cōsilium ibi salus, crescit. n. numerus consiliariorum. Per ſm posset induci mendicitas clerici. Dicit enim Inno. q̄ si in ecclesia vbi non est certus numerus sunt plures canonici ex quibus vnus moritur nō valent literę si impetrantur super canonicatu illius alieri conferendo, quasi vacet, quia non vacat sed desijt, vt hic dr̄, vbi vero certus est numerus, non desijt sed vacat. ¶ Nota ēt q̄ si aliquis eligat vltra numerū in ecclesia in qua numerus est iuratus non tenet electio, idem si numerus sit confirmatus per Papam cū decreto, aliàs secus & in concordia. Secus si quis iurasset non vendere librū, quia tenet venditio, dicūt speciale in spiritualibus q̄ valeat quod fit contra iuramentum, & hoc placet Archid. Alij dnt q̄ receptio facta cōtra iuramentum tenet. Et subdit̄ Io. And. Satis potest defendi q̄ valet talis receptio, licèt illi sint periuri, sicut tenet matrimonium contractum contra iuramentum, licèt cōtrahens sit periurius, hoc tn̄ non procederet in illo qui se eligi procurando fecit recipientes deierare. Et hoc vr̄ placere Pet. & plus Egi, ſm quem non obest q̄ sint periuri, & sic infames, & sic repellendi a legitimis actibus, & sic ab eligendo, quia tępore electionis adhuc non erant periuri nec infames. Sicut etiam regulariter qui iurat non mutare testamētum, faciendo ſm, fit periurus. Posset tamen casus contingere quo non esset periurus. Sic in proposito dico q̄ fortius valebit receptio, vbi dicas recipientes non esse periuros, puta quia erat q̄ propter augmentum facultatum poterat statutus numerus augeri ex vi tacitę conditionis sine pēna periurij, & id etiam factum fuit collegialiter, & ab his qui poterant, aliàs secus. Dicit etiam in isto c. Innoc. quòd vacante vna prębenda, plures possunt eligi in canonicos hoc expręſſo quòd vnus habeat prębendam integram & aliis prouidea tur cum se facultas obtulerit. Sed si simpliciter nec recipiantur uno iure, vacante non valet electio, quia intelliguntur electi ad vnam prębendam. Nec obstat de consti. c. cum m. Dicit enim q̄ ibi fuit expręſſum. Dixerat autem Inno. in eadem gl. q̄ in ecclesia habente certum numerum prębendarum vel canonicorum vel vtrumq; eligendo canonicum vltra numerum valet electio, sed rumpitur priuilegium quoad numerum canonicorum, sed durat in numero prębendarum, eo. tit. dilectus. Ratio autem quare teneatur electio in canonicis, & nō in prębendis est quia sic statutū est in canonicis. Dicit etiam Ioan. And. quòd in his & in omnibus confirmationibus & priuilegijs ecclesiæ quibus adijcitur hæc clausula quòd si quisicontra id fiat non valeat, hoc operatur q̄ canonici suo facto contrario non possunt rumpere priuilegium vt hic, quod dicit Host. sibi non dubium, quando apponitur a Papa. Et recitat Innoc. & Host. quosdam dicere q̄ non solum Papa: sed quilibet iudex potest apponere hoc decretum in his quæ pertinent ad suam iurisdictionem, immo & quilibet priuatus. Sed sciendum quòd hoc decretum habet maiores vires quando fit cum causæ cognitione secundum Inno. & Host. qui tandem dicunt q̄ nulla videtur esse ratio, quare canonici non possint venire cōtra priuilegium sibi concessum, quando est talis clausula, sicut q̄n non est nisi

dicatur

negatur q̄ hoc faciat virtute clausulæ, vel q̄ sit de nouo statutum in fauorem ecclesiarum. Host. tñ dicit q̄ licèt sit clausula augmentatis facultatibus possit numerus augeri non augmentatis non possit, ex quo est ibi clausula. Hæc oĩa Io. And. in d. c. ¶ De vna præbenda vacante possunt fieri duæ, si eius suppetunt facultates, alias diuidens integritate tenetur, sic summat c. vacante. de præben. Ioan. And. vbi dicit Host. prout ipsæ recitat, q̄ ad hoc q̄ valeat talis sectio quatuor requirũtur. Primum est vt diuidentes intendant de nouo creare & numerum prębendarum augmentare. Secundum quòd fiat de communi consensu eorum ad quos spectat & diœcesani & capituli. Tertim q̄ fiat ex causa irrationabili. Quartum q̄ sint duo sufficientes. Si aliquod horum defuerit, non valebit. ¶ Quæritur si papa de plenitudine potestatis possit priuare clericũ beneficio sine causa. Et videtur q̄ sic in c. quãuis. de resc. lib 6. Secus in castro quod donauit secundum Pet. de Anch. in c. 1. de proba. Tancre. tamen dicit quòd si Papa priuat aliquem beneficio sine causa, tenetur ei ad aliud simile beneficium. Aliqui dicunt contra q̄ papa non possit hoc facere sine causa. in 10. colum. de natura feu. in prin.

§. 16. ¶ De vacantibus beneficiis. No. q̄ beneficia & oẽs dignitates & personatus vacantia in curia Romana non possunt cõferri nisi per papam. Similiter beneficia curialium seu accedẽtium vel recedentium de curia, si discedant in locis vicinis curię ad duas dietas legales, oĩa hęc ad papam pertinent nisi post mensem pñt conferre ea illi, ad quos pertinent, per seipsos tantum vel ipsis agentibus in remotis per vicarios generales quibus hoc sit commissum in eorum diœcesi existendo, vel nisi sint ecclesiæ parrochiales & vacassent vacante sede apost. aut etiam si vacauerunt ante, sed antequam conferrentur papa est defunctus, probantur hæc oĩa de præben. c. licet. li. 6. & c. statutum, &c. præsenti, & c. si apostolica. ¶ Capitulum sede vacante non potest cõferre illa beneficia quæ ad collationem epi pertinent, sed bene põt admittere præsentatos a patronis & eos instituere in beneficiis ad quæ fuerunt prę sentati, licèt ad epm si viuerer pertinuisset. extra de instit. c. fi. lib. 6. Potest etiam capitulum epo defuncto vel suspẽso a collatione beneficiorũ cõferre prębendas, quæ ad epm & capitulum cõiter pertinent, etiam si eps interesse habeat collationi tali tanq̄ prælatus, & idem potest eps si capitulum sit suspensum vel singulariter oẽs excõicati. Sed si pertinent ad epm cum consilio capituli, vel consensu defuncto epo vel suspenso, non potest capitulum se intromittere, nisi eps suspensus fuerit in mora de petenda relaxatione suspensionis. Vbi autem de speciali consuetudine beneficiorũ collatio ad aliquem cum consilio epi pertinet, sublato de medio epo, cum consilium non possit peri, non erit collatio differenda. Similiter si eps egerit in remotis, ita q̄ nõ possit in breui eius prę sentia haberi. extra ne sede vacant. c. si ad epm, li. 6. Item si per epm conferatur beneficium alicui absenti, licèt nõ fiat suum donec assentiat, tñ eps non potest conferri alteri donec ille recuser, nec valeret collatio. Secus si eps notificata ipsa collationem competentem terminum assignet consentiendi, & ille non consentiat infra terminum potest etiam consentire q̄cunq;, dũmodo antequam ipsum beneficium alteri conferat. extra de præb. c. si tibi. lib. 6. Si Pauper clericus cui mandabatur de beneficio prouideri iuxta eius merita, quia nullum habebat postea assecutus est, non tenetur amplius episcopus prouidere, extra de præb. c. Si pauper. lib. 6.

¶ Beneficium non vacans nulli promitti po- §. 17.
test, nec in generali vt promittendo cum potuerit prouidere, vel se facultas obtulerit, aut sub qua uis forma verborũ, alias promissiones dicte nec valent nec obligãt, extra de concess. pręb. c. detestanda. lib. 6. Ordinatus ad titulum sui patrimonii fm Bern. post Tancre. extra de pręb. c. tuis. põt ipsum patrimonium suum vendere & donare. nam & beneficio ecclesiastico potest renunciare. Licèt Vin. dixerit contrariũ. De beneficiis patrũ non habendis a filiis. habes infra. in 4. par. De permutatione beneficiorum & renunciatione habes supra 2. part. tit. 1. c. 5. §. 7 & plenius infra c. 3. de permutationibus beneficiorum. De simonia in beneficiis ibi vide. & de pœna talis simoniç. Quomodo beneficiati seu ordinati teneantur ad horas seu ad officium dicendum. habes supra in tit. 13. c. 4. De testamentis clericorum, supra titu. 10. c. 3. §. 14.

¶ De fructibus beneficiorum. Fructus bene- §. 18.
ficiorum iam percepti clarum est quòd alienari possunt, nec requiritur illa solemnitas quę requiritur in alienatione rei ecclesiæ immobilis, de qua habes infra sequen. cap. Sed & fructus percipiendi possunt locari. etiam si sint decimæ vel alia. extra de locat. c. vestra. Sed hæc locatio non extenditur vltra tempus vitæ locantis, quia clericus in beneficio vsufructuario comparatur 16. quæst. 6. illud. Et de locatione beneficiorum, vide supra 2. par.

ctu primo. ¶Item nota quòd canonici & alij beneficiati qui diuinis officijs non interſunt non poſſunt percipere quotidianas diſtributiones, nec conſuetudo valet, alias nõ faciant eas ſuas, ſed ad reſtitutionem tenentur, niſi excuſet eos infirmitas vel alia rationabilis & iuſta cauſa neceſſitatis corporalis. extra de cleri. non reſi. c. vnico. lib. 6. ¶Item nota ſecundum Guil. quòd illi clerici qui non reſident in beneficio ſuo, nec implent in eo officia ſua: ſed voluptatibus vacant nil iuris habent in rebus eccleſiaſticis, & ſi recipiunt tenentur reſtituere. Redditus. n. eccleſiarum ſunt ſtipendia eccleſiæ ſeruientium. Vnde iura indixerunt perſonalem reſidentiam clericis, quæ tamen in certis caſibus permittunt abſentiam, vt infra dicetur, tamen quicquid ſit de foro contentioſo ſufficere videtur ad ſalutem, ſi ipſæ ſua cura & impẽſis prouideat, quòd eccleſia decenter officietur, & populus ſufficienter regatur. Et ipſæ honeſtæ vitæ & morum bonum exemplum ſubditis oſtẽdat, & interdum per ſe ad locum accedat, & de prædictis certificetur, & quandoq; officium per ſe exoluat. Tutius tamen eſt ſi per ſe continue faciat. ¶Item nota ſecundum Guil. & Hoſt. quòd clericus licèt habeat ſufficiens patrimoniũ, ſi deſeruit eccleſiæ poteſt licitè ſuſtentari de bonis eccleſiæ 12. q. 2. charitatem. & c. eccleſiaſticis, ſed ſi non deſeruit & in malos vſus expendit multipliciter peccat, & ſacrilegium committit 16. quæſt. 1. quoniam, & 1. q. 2. Clerici, & de huiuſmodi debet intelligi. c. paſtoralis. & filia. q. eod. Fructus autem beneficiorum vacantium tempore vacationis debent in vtilitatem ipſarum eccleſiarum expendi, vel futuris ſucceſſoribus fideliter reſeruari, alias in cathedralibus eccleſiis & in regularibus & collegiatis ſi fiant cõtra per c. conuentus. collegia vel ſingulas perſonas ipſius eccleſiæ ſunt ſuſpenſi ab officio, non obſtante priuilegio, conſuetudine. extra de electio. c. quia ſæpe, lib. 6. ¶Item ſimilis prohibitio fit generaliter de omnibus eccleſijs, ne earum bona occupentur a prælatis quibus ſubſunt, ſeu ad quorum cuſtodiam pertinent, niſi de ſpeciali priuilegio vel conſuetudine præſcripta, vel alia rationabili cauſa id faciat, alias epiſcopi & ſuperiores ſunt ſuſpẽſi ab ingreſſu eccleſiæ, & alij ab officijs & beneficijs, donec ſatisfecerint, de offic. ord. c. præſenti, lib. 6. Item indulgentiæ de percipiendis fructibus beneficiorum in abſentia conceſſis perſonis non eccleſijs vel dignitatibus ſunt caſſæ & irritæ. de reſcr. c. ſi. lib. 6.

¶De bonis ſeu fructibus beneficiorum quæ dant clerici conſanguineis vel perſonis turpibus. Vtrum in dando peccent, & an teneantur ad reſtitutionem. Super hoc dicit Ray. q̃ clerici qui cõſanguineis potentibus, vel meretricibus & hiſtrionibus & ſimilibus bona eccleſiaſtica pauperibus debita tribuunt raptores ſunt, quia quicquid clerici habent pauperum eſt, dicit Hiero. 16. q. 1. c. ſi. Nam pauperibus debentur, vnde ad reſtitutionem tenentur omnium pauperibus vel in vtilitatem eccleſiæ 12. q. 2. c. gloria. & t. ſi illi, & peccant mortaliter, non ſolum qui pauperibus ſubtrahunt, ſed qũ turpibus perſonis tribuunt 86. diſt. qui venatoribus. & c. donare. Et quod dictum eſt de conſanguineis intelligendum eſt quando datur eis non vt pauperibus, ſed vltra ſtatum conditionis eorum, ſecundum Guil. argum. 86. diſtinct. non ſatis. verſic. eſt & alia. Idem videtur ſentire Thom. 2. 2. quæſt. 185. dicit enim loquens de epiſcopis, quòd ſi ſunt diſtincta bona quæ debentur in vſum eccleſiæ ab his quæ ſunt pauperibus erroganda & miniſtris, & epiſcopus aliquid ſibi retinuerit de his quæ eroganda ſunt pauperibus, vel in vſum miniſtrorũ, vel cultum diuinum expendat, non eſt dubium q̃ mortaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur, de his vero quæ ſunt ſpecialiter vſui ſuo deputata peccat ſi immoderatè ſibi retineat, & aliis non ſubueniat vt requirit debitum charitatis, non tamen tenetur ad reſtitutionem. Si vero prædicta bona non ſunt diſtincta eorum diſtributio ei committitur. Et ſiquidem deficiat in modico vel ſuperabundet, poteſt hoc fieri abſq; bonæ fidei detrimento, quia non poteſt homo punctaliter accipere in talibus illud quod fieri oportet. Si vero ſit multus exceſſus, latere non poteſt. Vnde videtur fidei repugnare: ideo non eſt abſq; peccato mortali. Idem iudicium eſt de bonis aliorum clericorum, vt ponit idem Thom. in quodam quodli. Petr. vero de Palud. in 4. diſtinctione vigeſimaquarta, quæſtio. tertia. dicit quòd quidam dicunt quòd illud quod clerici in malos vſus conſumunt de patrimonio Gieſu Chriſti non tenentur reſtituere de proprio, quia ſunt domini eius quod percipiunt, aliter teſtari non poſſent. ¶In re autem propria quilibet eſt moderator, & arbiter vt patet argumen. etiam ad hoc eſt. extra de cle. non reſid. capitulo primo, vbi dicitur, quòd qui non intereſt horis ſine cauſa rationabili, ſi recipit diſtributiones quotidianas, quę pro huiuſmodi dantur, nõ facit eas

§. 9.

ſuas

suas, sed tenetur ad restitutionem, ergo a contrariis si interest horis facit eas suas, etsi malè expendit non tenetur ad restitutionē. Alii dicunt quòd non habet fructum fauore sui sicut pater in bonis filii aduentitiis, quorum fructus si male consumit, non tenetur restituere, sed pro bono ecclesiæ & pauperum facti sunt administratores & tutores q̄ sunt quasi domini, sed non quando pupillum spoliant. Et ideo sicut illi possunt sibi victum & vestitum retinere & bene meritis dare. Sed si male expendunt, tenentur restituere, & sic & isti. Et istud magis consonat dictis sanctorum & iuri canonico. Hæc Petr. Vnde Hier. Tibi o sacerdos de altario viuere, non luxuriari permittitur dist. 44. §. 1. Et Aug. dicit. Non illa nostra sunt quorum procurationes quodammodo gerimus non proprietatem nobis vsurpatione damnabili vendicamus 12. q. 1. Si priuatum, vbi dicit glo. quod loco domini habentur prælati cum bene administrant, loco prædonis cum male. ff. pro emp. l. qui fundum. §. si tutor. Cui concor ipsæ Pet. dicens quòd prælati sunt domini sub certa lege scilicet si bene vtantur, alias restituere tenentur, sicut in his quæ dantur ob certam causam in legatis relictis sub certo modo, quibus deficientibus licèt dominium translatum fuerit, repetuntur. ¶ Item nota quòd clericus seu prælatus tenetur de bonis ecclesiæ suæ amissis sua negligētia, dolo, culpa, siue lata siue leui, vl not. de offi. ordi. ea q̄ Idem Hostien. Male autem recipientes a personis ecclesiasticis de bonis ecclesiarum, videlicet de fructibus & eleemosynis beneficiorum, vt fornicariæ & hystriones & consanguinei, non ratione indigentiæ, sed parentelæ & lusores & huiusmodi & aliis, domini potentes per fraudes minas & importunitates, secundum Ray. tenentur restituere. Non quidem illi qui turpiter dedit, sed auctoritate superioris conuertere in vtilitatem illius ecclesiæ vel pauperibus errogare 17. q. 4. siquis in atrio. Sed si clericus dedisset redimendo vexationem suam, puta tyrannis vel molestantibus eum iniuste & huiusmodi, tunc deberet restitui ipsi clerico. Qui vero recipiunt intuitu necessitatis eleemosynæ vel ecclesiæ, quia impenderunt seruitium vel patrocinium, in nullo tenentur nec peccant, immo ecclesia ad hoc tenetur dist. 86. non satis, & 12. q. 2. quinq; suffraganeo.

¶ *De transitu clericorum de una ecclesia ad aliam. Cap. 2.*

HAEc materia diffusè tractatur. 7. q. 1. c. per plura, & in c. scias, dicitur q̄ nō mutat iedem qui non mutat mentem. Et aliud est mutare, aliud mutari, & quia vtilitas plurium, vtilitati vnius, præferenda est. Nota ergo quòd clericus quinque de causis potest transire de vna ecclesia ad aliam. Prima est causa necessitatis, puta propter hostes & huiusmodi. Et in hoc casu etiam si quis propria auctoritate transit, non punitur 7. q. 1. pastoralis. Secunda est causa vtilitas scilicet quando potest esse magis vtilis in ecclesia alia, & tunc potest transire auctoritate superioris 7. q. 1. mutationes, cum tribus capitulis sequen. Tertia causa humilitatis seu sanctitatis, puta cum transit ad religionem, & tunc cum professus est non potest petere primam ecclesiam aut ad sæculum redire. 7. q. 1. hoc nequaquam. Quarta causa cupiditatis. Quinta causa ambitionis, & in vtroque casu cum temere transeat de vna ad aliam, debet vtraque carere scilicet habita, quia eam superbe contempsit, & ambita quia eā auare concupiuit 7. q. 1. si quis episcopus, & c. si quis de ordine, extra de transla. c. Quanto. Sed tamen ecclesia potest eum repetere 12. quæst. 1. non oportet, & c. si quis vero. Hæc Ray.

¶ De modo transeundi de vna ecclesia ad aliam. ¶ Nota quòd si est episcopus non potest transire sine speciali licentia Papæ 7. q. 1. mutationes, & hoc siue sit consecratus siue electus & confirmatus extra de transla. c. Inter corporalia. Si autem sit inferior & transit ad aliam ecclesiam eiusdem episcopatus, sic sufficit consensus episcopi argum. 33. q. 5. Qui vxorem. Si vero subest inferiori prælato, & transit ad ecclesiam non subditam illi, tunc consensus expressus requirendus est. ar. 57. dist. c. 2. Qui autem transit ad ecclesiam alterius episcopatus, tunc est necessarius consensus expressus episcopi & etiam alterius si habet alium supra se præter episcopum 71. dist. per totum 7 q. 1. episcopus, de loco extra de regu. Admonet, hodie tamen de consuetudine licentia non petitur. De transitu autem clerici non episcopi ad religionem a nullo oportet petere licentiam. De transitu autem de vna religione post professionem ad aliam, dicetur infra. ¶ Item nota quòd qui transit de vna ecclesia ad aliam, de minori ad maiorem debet tran- §. 1.

sire dist. 53 Legimus, extra de transla. c. Dicitur autem prælatus translatus cum est confirmatus, & obtinuerit possessionem corporalem 21. q. 2. si quis iam translatus, & tunc nil debet habere cum priori ecclesia, vt ibi dicitur, secus si non habet corporalem possessionem dist 93. Si qui episcopi, & de le. c. Cũ in cunctis.

¶ *De permutantibus beneficia vel præbendas. Capitulum* 3.

DE permutatione ecclesiarum vel præbendarum, sic ait Vrbanus. 3. Quęsitum est ex parte tua, si commutationes fieri valeant, præbendarum cum commutatio dignitatum in concilio Turonensi fuerit interdicta. Respondeo generaliter itaque teneas quòd commutatio præbendarum de iure fieri non potest præsertim compactione præmissa, quæ circa spiritualia vel connexa spiritualibus labem semper continet simonię. Si autem episcopus causam inspexerit necessariam, licite poterit de vno loco ad alium transferre personas, vt quæ vni loco minus sunt vtiles, se alibi valeant vtilius exercere, de re. permu. & dicit glo. super verbo simonię, quod in spiritualibus, puta in beneficiis & ecclesijs & annexis spiritualibus, vt iuspatronatus nulla pactio vel conuentio debet interuenire ut 1. q. 2. quam pio alias esset simonia, & de hac simonia quæ fit in permutatione, habes supra in 2. parte tit. 1. c. 5. in glo. super uerbo vni loco, dicit enim canon dist. 81. valet interdum conuersis mutatio loci, quia præbendum mutatur locus, mutatur mentis affectus. Et de hac materia permutationis habetur etiam 10. q. 1. §. sed & permutare 12. q. 2. diaconi, &c. episcopus qui mancipium. Et repetitur materia huius in 6. & cle. vbi est tit. de re. permu. & dicit Ioan. Andr. in nouel. in dist. c. quòd illud est verum in spiritualibus & annexis spiritualibus scilicet qđ non potest fieri pactio. Secus autem de corporalibus & realibus ipsis annexis. Item & de his annexis in corporalibus quæ a spiritualibus separari possunt vt possessionibus. Nam super talibus ex causa & pacisci & permutari & vendi possunt. ¶Et circa permutationem ecclesiarum idem Ioann. Andr. in nouel. dicit quod bene posse clericus episcopo dicere. Cum non possim secure morari vel proficere in tali ecclesia propter inimicitias, vel diuersitate linguæ vel alia iusta causa supplico vt de mea prębenda vel ecclesia prouideatis alteri, nihil de altera prouidendo, posset etiam exprimere sic. Tali melius, competeret ecclesia mea & mihi sua arg. de præben. c. inter cætera secundum. Hostien. ita tamen quòd inter se non paciscuntur, nec fiat aliquid ex partium pacto vel contractu, sed ex officio & iussione iudicis vt de pac. c. cum pridem. Et subdit ibi. Io. Andr. cum habui per tempora formare contractus permutationum super ecclesiasticis beneficiis feci per hanc decretalem quæsitum inchoare contractus ab episcopo hoc modo. Venerabilis pater episcope, talis Io. considerans quòd A. clericus talis ecclesię vtilius se possit habere in tali ecclesia, pro eo quòd &c. requisiuit eũdem an consentir vellet, permutationi & trãslationi fiendæ cum tali &c.

¶Et nota quod circa hanc materiam permutationum, eximius doctor Feder. de Senis, fecit tractatum plurium quæstionum quæ hic breuiter ponuntur. Et primo quæritur an permutatio facta per ordinarium de beneficiis reseruatis per Papam valeat cum effectu? Respon. quod non, quod probat per declarationem Benedicti quę incipit dudum. Et per constitutionem Io. 22. quæ incipit execrabilis in fine. Nec obstat. c. 1. de re. permuta. lib. 6. quia sicut literæ beneficiales sunt odiosæ, & restringendæ, vt c. si motu proprio, & c. se. de præben. lib. 6. sic & reseruationes, pro executione gratiarum ad alterius instantiã restringi debent & stricte interpretari, ad hoc de offic. dele. li. 6. c. si sup gra. Sed reseruationes q̃ fiũt p papã ꝓprio motu generaliter vel spãli non odiosæ: sed fauorabiles & plenã recipiũt interpretationẽ, vt de pben. si plurib. li. 6. nec ẽt negari pót quin in pmutatione vacatio intercidat, & hinc & inde collatio, vt no. Io. And. de rescriptis, si pp li. 6. & ꝓbat in Cle. i. de re. pmu. Et cõsuetudo seruat q̃ pmutare volẽtes primo renunciãt, & postea fit collatio ¶Exinde quæritur posito q̃ papa cõcessit legato q̃ auctoritate apostolica possit recipe reũgnationẽ bñficiorũ a volentibus illa resignare ex cã pmutationis, & illa ẽt eadẽ auctoritate conferre, quæritur an talis legatus possit bñficia reseruata pmutare? Rñ. credo q̃ nõqa generalis nõ se extẽdit ad ea q̃ papa sibi spãliter reseruauit, vt de offi. dele. c. Qđ trãslationem. Habeat ergo illa cõcessio locũ in bñficiis nõ reseruatis, secus oĩa bñficia essent reseruata in illa prouincia. Nã eo casu vt cõcessio sit aliq̃d allatura poterit ẽt reseruata pmutare ad hoc de ver. sig. c. Abbate, & de priuil. si Papã. lib. 6. ¶Sed quæritur an in prædictis duobus

§. 1.

Qõ. 1.

Qõ. 1.

Qõ. 3.

duobus casibus præcedentibus licèt permutatio non valeat saltem valeat renunciatio facta ex causa permutationis vt licèt collatio fieri non possit ipsius permutare volentibus per ordinarium saltem remaneat firma renũciatio ex causa prædicta. Rñ.q; sic tenet vtiq; renunciatio. Nã licèt reseruatio impediat prouisionem per ordinariũ fiendam, tñ nõ impedit vacationẽ. Vnde beneficiatus cuius beneficiũ est reseruatũ põt renunciari & mori, ac si reseruatio nõ esset facta, & est simile quod notatur de confirma. vti vel inuti. c. 1. Tenet ergo renunciatio & fit hinc inde prouisio per pa. ar. de ren. c. cum quidam. Sed melius dr̃ p distinctionem, quia aut ista reseruatio erat talis quæ verisimiliter potuit sciri, puta q̃a erat generalis in vna prouincia & pluribus nota, aut secreta & particularis quæ diuinari non poterat. In primo casu dicendum q; manet renunciatio firma, & veniet permutatio fienda seu expedienda & perficiẽda per papã, quia hic non põt ignorantia prætendi. In secundo casu põt licite allegari ignorantia, & ideo relinquatur in optione eorũ an velint redire ad sua beneficia. ad hoc facit. de consti. c. 2. & de re iud. præsumitur. lib. 6. An velint suis sumptibus & laboribus ad papam accedere pro expeditione suæ permutationis. Sed certè in isto casu posset etiam distingui, an de facili & sine grandi præiudicio posset per papam expediri permutatio, an cum difficultate. Et in secundo casu detur electio, vt supra in primo non, quia semper vrget rõ de renun. c. quidã.

Qõ. 4. de offor. c. 1. ¶ No. vtrum permutatio facta p papam vel aliud ex speciali eius commissione de beneficiis certis & expressis, sed reseruatis, non facta mentione de reseruatione valeat? Ad cuius dubii solutionem videndũ est primo an collatio facta per papam de beneficio reseruato, non facta mentione de reseruatione valeat. Et dicẽdũ q; si reseruatio erat vt plurimũ generalis & notoria in curia, ita q; verisimile est papã sciuisse sicut ius scriptũ: valet collatio non facta mentione de reseruatione, sic in simili no. de const. c. 1. lib. 6 & no. gl. Si vero erat particularis & secreta de certis & nominatis beneficijs, tunc non valet collatio, nam vr̃ papam nõ fuisse recordatum de reseruatione & causa eius. Et si dicatur q; non est verisimile q; papa ignoret factũ propriũ. Rñ. q; veritas in contrarium tollit illam verisimilitudinẽ de præsum. c. quia verisimile nõ est, & de præscri. c Veniens. cum simi. Si ergo potest constare quòd papa reseruauit sibi cõ templatione Titii. & postea eidem Titio. contulit valet collatio, non facta mentione de reseruatione. Item si papa reseruauit sibi prouisionẽ beneficii vel beneficiorũ solũ in odium conferentium forte quia conferebant beneficia indignis valet collatio facta per papã non facta mentione de reseruatione, quia in vtroque casu reseruationis causa non violatur. In dubio autem præsumatur quod ad instantiã alicuius reseruauit sibi certũ beneficiũ, quia vt plurimum reseruare consueuit alicuius cõtemplatione. Ad propositũ rñdo in casu permutationis vbi dixi valere collationẽ, nõ obstante reseruatione &c. In eo casu valet permutatio cum effectu. At vbi dixi collationẽ non tenere vel non valere, non valeat permutatio hinc inde facta, sed firma maneat renunciatio. Sed quid facient permutare volentes in casibus in quibus renũciatio tenuit, sed collatio non tenet? Respon. dicant sic Papæ. Pater scé. ex quo renunciatio facta ex causa permutationis tenuit licèt non collatio, quia de reseruatione non fecistis mentionem placeat S. V. Ex quo certificatus estis de reseruatione quæ tunc erat occulta dare nobis licentiam redeundi ad nostra beneficia vel perficiatis permutationẽ collationẽ hinc inde faciendo, quia scitis pater sancte quod ista beneficia reseruata aliis conferri non possunt. Et tunc papa alterũ illorum faciet Et quia verisimile est quod renunciatio non fiebat corã papa nisi ex iusta causa papa bene faciet si permutationem perficiet nisi causa quæ induxit eum ad reseruationem suadeat contrarium, puta quia papa intendit de illis beneficiis vel illorum altero prouidere cum vacare speret in proximo. Sed pone quòd in casu supradicto, vbi renunciatio tenuit, collatio non tenuit. permutantes credentes permutationem tenere, administrarẽt in beneficiis sic permutatis. deinde moriuntur sic permutantes & nunc apparet quòd collatio non tenuit. quæritur an ista beneficia vacent per mortem an per renunciationem. Et videtur quòd vacent per renunciationem, quia beneficia iam vacabant per renũciationem, & collatio & institutio sequens non facit eos rectores, & sic remanserunt beneficia in eodem statu. in quo erant per resignationem. Sed contrarium videtur verum, videlicet quod vacent per mortem, quia illa renunciatio fuit facta sub conditione tacita, vel expressa, vel saltẽ ob cãm q̃ non fuit secuta vel impleta. Etsi cũ permutatio non fuerit impleta ante mortem, proinde est ac si nil fuerit factum, & hoc sentire vr̃ Io. And. in pdicto. c. j. de re. pmu. super gl. 1. opi.

obtinuit in tota. addit Lap. hoc verũ. ſ. q̃ vacent per mortem q̃ nõ fuerũt in dolo. Nam ſi fuiſſent in dolo ambo vel alter eorũ, vt q̃a ſcribant reſeruationẽ vel aliud impedimentum permutationis, tunc ſecus: quia ſic vacaret beneficium dolofi per renunciationẽ, non per mortẽ. ¶ Sed pone q̃ permutantes beneficia fuerunt in culpa, vt quia ſciebant vel ſcire debebant illa eſſe reſeruata vel permutationẽ non poſſe compleri ex aliqua alia cauſa ſaltem per illũ corã quo fiebat. Et hoc non obſtãte ſe intruſerunt in illa beneficia, & mortui ſunt. Queritu, quomodo vacent? Reſpon. q̃ nec per mortem nec per renunciationem, ſed per iuris priuationem, vt patet de præb. c. Eum qui. lib. 6. Adde ſm Lapum hæc habere locum in beneficiis in quibus habet locũ. c. De multa dicta ergo per renunciationẽ va-
Sexta. cauerunt ſimpliciter, ſi non fuerunt de illis. Lapus. ¶ Sed cum dictum ſit ſupra q̃ ſi permutatio non tenuit, & culpa non poteſt aſcribi alicui quod licitum eſt ei qui non fuit in culpa ad ſuum beneficium redire. Modo quæritur an poſitum propria auctoritate redire, an indigeat noua collatione vel iſtitutione? Reſpon. Ioan. An. in nouell. di. quòd de æquitate illius. c. Si beneficia. de præben. lib. 6. poteſt redire ad ſuum beneficium auctoritate propria allegat. C. de re. permu. l. cum præcibus. Alii autem contradicunt dicentes, quòd c. ſi beneficia, non loquitur de renunciatione expreſſa, ſed in priuatione iuris quæ effectũ non habuit ex quo non tenuit adeptio ſecundi beneficii, vel fuit ibi diminutio facti ſine expreſſa renunciatione, quæ facti diminutio nõ habuit vim tacitæ renunciationis, ex quo nõ fuit cum effectu ſecuta adeptio ſecundi beneficii. Et pro iſto dicto facit quod no. in d. l. cũ præcibus. Si ergo in caſu noſtro per renunciationẽ amiſit dominium, ergo eſt ſibi reſtituendum. Sed iſta reſtitutio non poteſt fieri ſine canonica inſtitutione. de regu. iur. lib. 6. Nam ſeipſum quis inſtituere non poteſt. de inſtit. c. fin. Opinio Ioann. And eſt æquior quia per eam vitatur vacatio & circuitus, & incommoda beneficiorum ad hoc cle. aud nor, de reſcr. & non debet grauari iſtæ ſumptibus & laboribus, & quia bona fide & forte propter beneficiorum vtilitatem iſtæ ad permutationem procedebat, vnde per legem non debet iſti
Septia. laqueus inici, 27. q. 1. De viduis. ¶ Quæritur an ſi vnus ex permutantibus adinuicem beneficia, ſi non habeat ius in beneficio, puta q̃a eſt illud ſimoniacè adeptum, vel alias nõ habet titulum, non tñ iſtud beneficiũ pertineat ad alium nunquid acquirit ius in illo beneficio quod aſſequitur ex cauſa permutationis? Et dicendum eſt quòd non duplici ratione. Prima quia ex hoc ſequeretur abſurdum, ſcilicet quod quis per phas & nephas acquireret beneficium & videns ſe non poſſe tenere illud ſalua conſcientia permutaret cum habẽte ius in alio. Secunda quia hic non contrahitur permutatio, quia rem alienam dans non contrahit permutationem, vt notatur de excep. Cum venerabilis in glo. 4. ¶ Item epiſcopus qui confert & beneficiũ intendit ſibi hoc conferre loco eius quod dimittit, ſed iſte nil dimittit, ex quo ius non habebat in illo beneficio. Vnde puto potuiſſet epiſcopus huic ſimpliciter conferre beneficium, quia tamen non contulit ſimpliciter: ſed ex cauſa permutationis, ille nihil conſequitur, & habet locũ quod potuit noluit &c. de offic. deleg. c. cum ſuper. Sed quid erit in caſu iſtorum ſecundæ perſonæ cum hoc fuit patefactum? Reſpon. quod ille qui ius habebat redibit ad beneficium ſuũ quod permutauerat cum alio, & iſtæ qui nõ habebat ius non poterit beneficium retinere quod aſſecutũ eſt (vt dictum eſt.) Nec poterit recuperare antiquum, quia nullũ ius ibi ha-
Octaua. bebat. ¶ Sed queritur vtrum permutatio fieri poſſit cum interualo temporis verbi gratia. Ego & tu habemus beneficia in diuerſis diœceſibus, volumus ea adinuicem ex iuſta cauſa permutare, via expedita eẽt quod vnus epiſcopus committeret alteri vel ambo vni, & omnia fierent in inſtanti. Sed pone q̃ hoc fuit omiſſum, quia vadimus ad epiſcopum meum, & ei dicimus. Domine epiſcope, ego & iſte intendimus beneficia iſta permutare. Ego ſum paratus renunciare beneficio meo ex cauſa permutationis fiende, & conferatis beneficium meum ſibi poſtea ibimus ad epiſcopum iſtius, & ipſe ſimiliter faciet mihi de beneficio iſtius. Et epiſcopus dicit ſe eſſe contentum, & ſic recipiet renunciationem meam ex cauſa permutationis, & confert beneficiũ meum ſic renunciatũ tibi, & te mittit in poſſeſſionẽ. Et tu dicit q̃ es paratus ſimiliter facere de beneficio coram epiſcopo tuo. Quæritur ergo an ſimile interuallum poſſit interuenire? Reſpon. Io. nul. & Io. An. ſuadent q̃ omnia iſta fierent in inſtãti, vt ſcilicet ambo ſint præſentes qui tunc pro vno reputabuntur, extra de præben. c. pro illorum, alias poſſent difficultates & ſtricatiões inſurgere. Nã eo ipſo quo vnus renũciabit beneficio ſuo, & ponit alium in pacificã poſſeſſionẽ ſi eſt curatum, vr iam vacare ſm beneficiũ qđ erat ſuũ,

quod

qđ intendit renunciare vt detur alteri per. c. De multa. de præb. E contrario vr qa ex quo renunciauit,& tibi collata est possessio beneficii mei, non hoc simpliciter: sed ex casu permutationis fiendę &c. propter hoc ad tollenda dubia vtilius est oia in instanti fieri, facit ad hoc quod no. Io. An. in gl. 21. q. 2. Si quis iã. Itẽ pone q̃ permutatio est cõpleta ex parte unius, sed ex parte alterius cõpleri nõ põt. Verbi gratia. Titius habens ecclesiã parochia lẽ permutauit cũ habente canonicatũ, vel apparet reseruatum. Nunquid Titius põt ad ecclesiam redire? Rñdetur q̃ sic, dum tamẽ probabilis error facti excuset eum per. c. Si beneficia. de præb. lib. 6. ¶ Vtrum habens duo beneficia possit illa permutare cum vno, vel habens duo possit illa permutare cum habente alia duo? Rñ. Io. An. in c. Cum venerabilis de excep. super verbo, & ecclesiis, dicit q̃ sic in primo casu, sicut ratione proprietatis duæ ecclesiæ pñt pro vna permutari sicut rõne tituli. allegat ẽt in argumẽtum qđ no. de mu. pet. c. 2. & dicit quòd hoc de facto vidit. Sed certe plenius est hoc examinandum. pone. n. q̃ quis habeat duo beneficia curata ex dispensatione, vult permutare cum curato vel simplici certe hoc fieri non poterit, quia dispensatio illius est personalis & non transiret ad illum cum quo vult permutare, vt de priuile. Sane. cum si. Nec episcopus in hoc põt dispẽsare. Sed dico q̃ si is qui habet duo curata ex dispensatione vult illa permutare cum habẽte vnum curatũ, vtiq; potest. Sed caueas quia recipiendo aliud curatum vacabit ẽt id curatum quod retinet per c. non potest. de præbẽ. lib. 6. & in cle. Si plures. eo. ti. Sed si permutet vnum de suis curatis cum simplici, certe poterit, & etiam poterit retinere illud simplex cum suo curato saltem ex dispensatione episcopi, qui circa talia potest dispensare de ele. Dudum. 2. ad fi. Est ergo verum in vtroq; q̃sito q̃ siue ex vna parte siue ex vtraq; beneficia teneantur ex dispensatione papali, ibi nõ põt permutatio interuenire, nisi id fiat per papam, reuocando ẽt dispensationẽ de persona ad personam. Si vero potest talia aperte tenere ex dispensatione episcopi, fiat per epm si voluerit dispensare. Si vero hinc inde poterat tenere beneficia iure coi res est expedita. Lapus etiam dicit q̃ oportet quòd habens duo curata etiam cum dispensatione vt aliud possit recipere quòd ambobus prius renunciet. ¶ Sed quæritur vlterius an habens solum ius ad beneficium possit ius illud permutare cũ habente beneficium, & nunquid duo habentes solum ius ad rem, possint adinuicem permutare dicta sua iura? Respõdet Io. And. eo. ti. c. 1. lib. 6. in nouel. & dicit quòd non, quia beneficiorum adinuicem debet fieri permutatio, quod hic non est, allegat ff. eo tit. lib. 1. in fi. ¶ Item quia cesat istis casibus ratio decretalis quæsitum, eod. ti. quod declaro per literas apostolicas. Mihi debetur beneficium, & illud expecto. tu vero habet beneficium. quo modo meę literæ apostolicę possunt ad te trã sire cum sint personales nisi papa mediante, vt de offi. deleg. c. C. & B. ¶ Item executor apostolicus datus mihi quomodo prouidebit tibi cum non habeat in mandatis, & sic excederet formam mandati. Addit Lapus quòd existentes canonici auctoritate apostolica, licet vltra numerum expectantes præbẽdas vacaturas, tamen possunt permutare canonicatus inter se vel cum aliis etiam ad alia beneficia, & hoc poterunt auctoritate diœcesani. nec erunt postea canonici auctoritate apostolica, nec habebunt ius ad vacaturas præbendas, nec habebit in eis locum reuocatoria. de præben. Quod im lib. 6. Secus esset si nõ eẽnt canonici, sed expectarent canonicatus & prę bendas vel alias existerent expectantes, licẽt cum decreto. tales enim permutare non possunt quod non habent. Sed nunquid beneficium cum hospitali vel præstimonia põt permutari. Respondet Ioan. And. in. 6. & in cle. eo. tit. dicit quòd sic. dummodo hospitale vel præstimonia concedatur in beneficium clericis, secus si laicis. Sed pone quòd hospitale nõ sit concessum clerico in beneficium, sed bono viro commissum quia commissionem nõ prohibet concilium Vien. Sed nunquid talis clericus nõ potest permutare cum beneficio. Certo non video quod prohibeat, quia licẽt hospitale non sit beneficium, non tamen est titulus totaliter prophanus, sed ecclesiasticus nec posset vendi sine vitio simoniæ, per id q̃ notatur de simo ca. Consulere. Addit Lapus super id quod dictum est non video quod p̃ hibeat cum non permittatur permutatio spiritualium & temporalium, sed beneficiorum ecclesiasticorum inter se tantum, vt. 16 qõ. 7. Nemini. Et de rerum permut. capitulo Quæsitum, & eodem titulo capitulo primo, libro sexto. Et in clementi. eodem titu Nec concessione, vt sic fiat permutatio de spirituali ad spirituale, de beneficio ecclesiastico ad beneficium ecclesiasticum, & de temporali ad temporale tantum, & non de temporali ad spirituale, vel de non beneficio ad beneficiũ. Dico tamen quod de beneficio curato ad non

Nota.

Decia.

curatum;& econtra potest fieri permutatio.

Vndecima. ¶Sed quæritur vtrum habens beneficium in commendam secundum formam nemo de inceps de elec. lib. 6. possit permutare cum beneficiato? Respon. forte dici posset quòd sic, cum titulus commendæ sit canonicatus, nec interim vacet ecclesia, vt di. c. Nemo,& forte eo modo duo commendatarij poterunt sibi inuicem permutare ecclesias parochiales sibi commendatas. ¶ Sed nunquid habentes beneficia manualia possint ad inuicem permutare, cum ipsi possint pro libito a suis beneficiis remoueri? Respondetur quòd sic, q̃ licet sint reuocabiles, tamen interim sunt rectores, & per ipsorum reuocationem vacant beneficia, vt in cle. 1. de sup. neg. præla. in glo. magna. Et si velles tenere quòd solum beneficiati perpetui permutare, adhuc isti possunt permutare, quia possunt non reuocari. Et hoc sufficit, facit quod not. de rescrip. cap. fi. lib. 6. ¶ Sed nunquid habentes beneficia immanualia, si illa permutent auctoritate papę, possint postea pro libito ab illis beneficiis reuocari, sicut prius? Respondetur q̃ sic, quia papa permutando intendit alterum in locum alterius substituere, & ideo solet apponi clausula i litteris apostolicis & nõ plus iuris eis acquiratur permutantibus quã primo eis competeret, ad hoc facit regula. Is qui in ius lib. 6. Nec papa intendit consuetudines religionum & ecclesiarum tolere, & iuri prędictarum derogare, nisi hoc exprimat, de consti. c. 1. lib. 6. Et hoc verum nisi quando papa ex certa scientia intendit illum suum obedientiarum facere, & a potestate sui prælati auferre & hoc exprimit in literis.

Duodecima. ¶ Quæritur an in permutatione fieri debeat mentio de alijs beneficiis quæ obtinent permutantes. Respon. quòd si permutatio fiat auctoritate diœcesani, non est necesse quòd fiat mentio. Nam nec necesse est quando impetratio fit ab ordinario quòd fiat de hoc mentio. de offi. ordi. c. 2. Sed in legato & in papa contrarium videtur, quia maior idoneitas personæ requiritur. Pone enim quòd habens duo beneficia simplicia permutat vnum ex illis cum curato. Certum est quòd facilius permittitur quòd quis habeat duo beneficia simplicia quàm vnum simplex cum curato. Sed certe istud non obstat, quia licèt illæ loco simplicis recipiat curatum, non tamen cum ipso intelligitur dispensatum vt retineat vtrunque, de præben. non potest lib. 6. Et ad illud quod dicitur, quòd forte ille non est idoneus, quia superior non consentiet permutationi. Super hoc quidam distinxerunt inter permutationem quę fit fauore personarum, & illam quæ fit ob necessitatem vel vtilitatem ecclesiarum, vt in prima debeat fieri mentio, in secunda non. Alii dicunt quòd recipiens pingue loco tenuis, debet facere mentionem quasi de ambitione notetur, secus econtra indistincte credo permutationem factam non habita mentione de aliis beneficiis valere, & hoc cum non fit impetratio nec collatio saluo simpliciter stilo curiæ. ¶ Item si duo prælati collegiatarum ecclesiarum volunt permutare an possint hoc facere inuitis suis capitulis & conuentibus? Respondetur sic, si permutatio fiat per papam. Nam ex quo papa potest prælato inuito ecclesiam auferre, etiam potest eis inuitis scilicet subditis eum transferre ergo & permutare, & de hoc non est dubium. Item de episcopo qui habet de consuetudine vel priuilegio liberam ordinationem ecclesiarum, quia in illo casu non interest collegiorum ad permutationem vocari, ex quo ad collationem non vocarentur. Remanet ergo dubium quando ad capitulum pertinet collatio, & ad superiorem confirmatio. Et tunc omnes de hoc tractantes dicunt quod illi quorum est electio collatio & præsentatio habent consentire. Et ratio est, quia nec episcopus nec prælatus possunt auferre collationem collegio, sed si permutatio fieret eis inuitis, iam indirecte haberent prælatum sine sua collatione, & priuarentur potestate eligendi, nec episcopus potest auferre suis subditis ius conferendi vel præsentandi, de excef. præla. c. 2. & 16. q. 7. c. decernimus, hoc est enim priuilegium principis & papæ, vt de reli. do. c. Constitutus scilicet vt possit quemlibet suo iure priuare. Ecclesiasticus enim ordo confunditur si sua vnicuique iurisdictio non seruatur. 11. q. 1. c. Peruenit. Sed nunquid legatus de latere de consensu capitulorum ecclesiarum collegiatarum earum prælatos possit permutare. Fredericus videtur sentire quòd sic, & ita communiter obseruatur. Sed contra quia qui non potest conferre, non potest permutationem facere, de re. permu. c. Quæsitum, & eod. tit. c. 1. lib. 6. Sed legatos tales ecclesias conferre non potest, nec de ipsarum dispositione se intromittere, vt de offi. le. c. penult. lib. 6. Vnde videtur etiam sic esse prohibitum a dispositione ipsarum, quòd etiam cum consensu capitulorũ & eorum quorum interest non potest hoc facere secus in diœcesano, qui

hoc

hoc potest de eorum consensu secundum Io. An. sed Archid. contra in dicto. c. vnico. Et secundum hoc potest diœcesanus quod nō pōt legatus ad idem c. fi. eo. tit. lib. 6. Dicēdum videtur circa hoc quòd in nō collegiatis potest legatus permutationem facere sine alicuius consensu cuius interfint, nisi essent patroni laici, quia tunc non posset plus quam diœcesanus, de offi. leg. dilectus, & de iure patron. dilectus. In collegiatis vero non poterit etiā cum consensu illorum quorum interest. Sed diœcesanus in collegiatis & aliis hoc poterit cum consensu aliorum, alias non nisi forte aliud dicatur in diœcesano quando illud vult facere non in fauorem personarum, sed propter necessitatem vel vtilitatem ecclesiarum. Et facit quod not. Io. And. post Host. & post c. fi. Lapus. Exinde quæritur an sufficiat consensus maioris partis eorum, quorum est consentire in huiusmodi permutatione. Et dicēdum quod sic, quando per necessitatem vel vtilitatem ecclesiarum fit permutatio, secus si permutatio fiat voluntaria per illud quod notatur de constit. c. Cum omnes. Io. And. in nouel. cum huiusmodi concor. ¶ Sed quæritur si episcopus non habeat collationem vel confirmationem in ecclesia: sed capitulū vel alius prælatus, an episcopus possit expedire permutationem sine illo? Respondetur quod non, vt not. Io. And. eo. tit. c. 1. lib. 6. Sed nunquid ille inferior hoc potest sine episcopo? Host. Io. An. & Archi. eo. tit. c. 1. lib. 6. dicunt quod non, quia cum permutatio sit regulariter prohibita, de præben. ca. maioribus, & in casibus inueniatur episcopis concessa ergo inferiores episcopō sua auctoritate hoc attentare non debent. ¶ An inferior episcopo possit sibi hoc ius præscribere puta archidiaconus vel abbas in ecclesiis sibi subiectis? Et dicendum quod sic, quia istæ non est actus qui ad ordinem pertineat episcopalem, sed potius ad dignitatem vel iurisdictionē & talia bene præscribuntur per inferiores episcopo, vt de præscrip. c. Auditis, & de excess. præla. c. accidentibus, & eodem modo etiam præscribunt ius vniendi, vt not. Ioan. And. de stat. relig. c. 1. in cle. idem dicendum de illis qui habēt episcopalem iurisdictionem vel quasi in loco, & maxime de quibusdam abbatibus qui non dicuntur esse in aliquo episcopatu, vt Faren. Glubacen. ad hoc facit de priuileg. Abbas libro sexto. ¶ Item si summe sit vtilis permutatio, & illi quorum interest nolunt consentire an episcopus cum consensu capituli possit permutationem inuitis illis facere? et videtur quod sic, quia episcopus cum capitulo suo potest maiora facere scilicet vnire & diuidere ecclesias & perpetuam subiectionem vni facere ecclesiæ & alteri dare, de excess. præla. sicut, & de rebus eccle. non alie. ca. 1. in cle. & eod. titu. c. 1. lib. 6. Credo tamen contrarium scilicet quòd non possit. Iura autem allegata vendicant sibi locum casibus suis. Item non est proprie alienatio si de vna ecclesia ad aliam transferatur, de his quæ fi. a præla. Cum apostolica, sicut non est in casu nostro. Item aliter potest consuli vtilitati ecclesiarum quam cum præiudicio iuris eligentium, puta quòd inutiles renuncient & alii eligantur, & sufficit quod eligatur bonus, licet meliores inueniantur, de elect. Cum nobis. Sed nunquid aliqui inuiti cogi possunt ad permutandum? Et videtur quod non, quia nemo inuitus cogitur accipere beneficium vel dignitatem ecclesiasticam, licēt illud sit in honoribus secularibus, ut no. Inno. de his quę fi. a ma. parte cap. c. 1. Et hoc pōt probari iure, de elect. c. Quod sicut, & in cap. Si compromissarius eo. tit. lib. 6. Sed in permutatio accipitur beneficium de nouo & dimittitur antiquum, ergo inuitus non cogitur accipere ad idem 74. distinc. Ista. Sed contraria, quia inuitus quis cogitur accipere ordines, vt de æta. & quali c. Quæris, & 7. q. 1. Scias, melius de re. permu. cap. Quæsitum, dicitur dari potestas episcopo transferendi personas de loco ad locum, si ei videtur expedire, vbi Host. quòd illa permutatio est condēnabilis, & eam inuiti compelluntur, & ad hoc facit dist. 40. Ante omnia. & 23. q. 4. Displicet, & 8 q. 1. In scripturis, & quod ibi not. Hoc etiam videtur innuere Innoc. & Host. de renun. c. Nisi. Vbi dicitur quod si periculum destructionis ecclesiæ & magnum scandalum imminet, nisi prælatus cedat cogitur cedere, dum tamē bonum cambiū alterius prælaturæ vel dignitatis assignetur, allegat de reg. iur. Licet & 7. q. 1. Mutationes. Et sic dicunt posse intelligi illud de re. permu. Quæsitum. Super hoc dicit. Io. 7. q. 1. remoto, quòd non potest cogi quis per episcopum transire ad maiorem locum, quia nemo cogitur cedere inuitus. Bar. ibi contra q̄ potest, quia maiora potest, allegat de excess. sicut Pau. placet opi. Io. dicens, q̄ ad æqualem beneficiū transire pōt inuitus, non aūt ad maius. Dominus Guido in quadam sua disputatione dicit q̄ nō credit q̄ episcopus possit cogere clericū ad renunciandum suo beneficio vt vilius recipiat. Archid. autem

Tertia decima.

autem de reſcrip. ca. Si propter, in ver. Vocabunt, lib. 6. innuit quòd quædã permutatio eſt voluntaria, quædam neceſſaria quæ fit ſuperioris officio quaſi fiat iſta ſecunda inuitis beneficiatis, idem videtur nominare Io. An. in ca. Si propter. Satis ſuſtineri poteſt quòd ñ nec datione coadiutoris, nec alio modo poteſt conſuli vtilitati eccleſię quòd inuitus poſſit transferri, ita quòd fiat ei bona compenſatio de aliquo beneficio, vt ſic publica vtilitas præferatur priuatæ, vt de maio. & obe. c. Cum inferior. Nec mirũ cum ipſe beneficiatus non ſit dominus, ſed quidam diſpenſator & ꝓcurator, de dona ca. 2. Epiſcopus vero eſt præordinator in cũctis. 25. di. c. Perlectis, & cura totius diœceſis ad eum pertinet. 11. q. 1. per totum. Hinc eſt quòd ſit vnio non diminutio, de re eccle. non alie. clemen. vnica. Et ſiue fiat permutatio, ſiue tranſlatio fiat cum conſenſu capituli ſui, quemadmodum hoc ſeruari debet in collatione & inſtitutione, de his quæ fiunt a præla. ſine conſen. ca. c. Nouit & hoc niſi hæc vt ſolus faceret præſcripſiſſet, eo. tit. Ea noſcitur, & c. 3. de conſue. lib. 6. Intelligendo tamen hoc non ꝓciſe, ſed vt de nolente fiat volens per fructuum ſubtrationem, & finaliter per priuationem, vt in cap. Quæſitum eod. tit. ¶ An vero vicarius vel officialis epiſcopi qui aliàs poteſt inſtituere & confirmare, vt notatur de off. vica. c. fi. li. 6. ſed non cõferre, ut no. poteſt permutare duos prælatos, quorum electionẽ ſi de nouo eſſent electi poſſit confirmare? Dicendum quòd non duplici ratione ſecundum opinionem Innoc. & quia confeere non poteſt, & in renũciatione cum permutatio ſit habet interuenire renunciatio & colla. de re. permu. in clemen. 1. Sed cum dictum ſit quòd in permutatione debet iterue nire renunciatio & collatio. ¶ Quærit ſi ſufficiat præſentibus permutare volẽtibus & petentibus renunciationem admitti & collatione hinc inde fieri dicant placet nobis & permutetis vos. Et videtur quod ſic quaſi breuiloquio, videantur renũciaſſe & epiſcopus acceptaſſe. ff. de vulg. & pup. l. nam hoc iure. Vnde dicit Innoc. quod permutantes habent ius in beneficiis permutatis ſtatim cũ ſuperior interponit ſuam auctoritatem. Optime facit quod notat Hoſt. & Ioan. And. poſt ipſum, de his quę fiunt a maiori parte ca. Ex ore. vbi dicit, quod ſi epiſcopus confert beneficium de voluntate beneficiati, valet collatio, quia ille videtur renunciaſſe & epiſcopus acceptaſſe. De ſubtilitate iuris poſſet ſuſtineri, hęc opinio tamen tutius eſt vt conſulit ipſæ Hoſti. quod fiat renunciatio expreſſa & collatio. & ſic ſeruat conſuetudo, & in clemen. j. de re. permuta. ¶ Sed nunquid in prębẽdis permutatis habet locum optio de qua loquitur. ca. fi. de conſue. lib. 6? Et videtur quod ſic, quia in permutatione interuenit renunciatio tacita (vt dictum eſt) ergo et locum habet ẽt optio, quia ſuperior etiam Papa qui permutationem facit vel fieri mandat non videtur velle iſtam conſuetudinem tollere, vel preiudicare rationabilibus ſtatutis vel conſuetudinibus eccleſiarum, vt de conſtit. ca. 1. lib. 6. Ergo nec ꝑ collationem quæ in ipſa permutatione interuenit, debet præiudicari directæ conſuetudini. Item permutantes ſciuerunt, vel ſcire debuerunt dictam cõſuetudinem eccleſię, & ſic non poſſunt ignorantiam allegare, nec debet impugnare quod defendere tenetur, de natis ex libro. ven. ca. 1. In contrarium videtur ꝙ non habeat locum, per ca. 1. de re. permu. li. 6. & eo. tit. clemen. 1. Dominus Guido concordat diſputans hãc quæſtionem dixit, quod le rigore iuris habeat locum optio. Paulus vero tenet contrarium. Ioan. Aud. in ca. fi. de conſue. in nouel. lib. 6. nõ eligit alteram harum, ſed dimittit quaſi dubiam. Sed ego ſemper teneui & teneo quod non habeat locum hæc optio, quia intentio fuit concilii Vien. ꝙ bene ficia ex cauſa permutationis reſignata, nedũ non conferantur aliis, ſed ẽt ꝙ conferantur ipſis qui ex ipſa cauſa reſignauerunt. Omnis ergo modus & via per quam permutationes fruſtrantur ſuo voto in perpetuum, vel ad tẽpus in toto vel in parte prohibentur, alias illuderetur eis contra mentẽ & verba concilii, & facit quod ibi notat. Io. in gl. penul. ¶ Quæritur exinde infra quantum tempus ſuperior in cuius manibus beneficia ſunt reſignata teneatur illa conferre? Super hoc dicit Paul. in præal. cle. vnica, ꝙ circa hoc non eſt tps ꝑfixũ a iure, ſed cõpellitur per ſuperiorẽ cõferre ſi ſit negligens, ar. de iurepa. nullus. Idẽ dicit Pau. in cle. de relig. do. ꝙ non eſt tempus prefixũ a iure infra quod comutãtur hoſpitalia, et idẽ in electoribus imperatoris, vt no Io. An. poſt Hoſt. Et in hoc tenendum eſt, ſcilicet ꝙ non eſt tempus expreſſum a iure, infra quod commutantur hoſpitalia, & ideo compelletur per ſuperiorem. Et ſi monitus nõ expediat infra terminum competẽtem ſibi aſſignatum, hoc faciat ſuperior ad hoc, de off. ordi. ca. Irrefragabili. ¶ Item quæritur an permutatio facta per epiſcopum contemptis his quorum intereſt, puta collatoribus vel patronis ſit nulla ipſo iure vel annullanda? Reſponſio Pau. in cle.

Decima. xiiij

Decima. xv.

Decima. xvj.

Decima. xvij

Decia xviii.

1. eo tit. dicit quòd consensus horum potest intervenire ante & postea, ex quo datur intelligi quòd non sit nulla: sed annullanda. Nam si fuisset nulla, non potuisset ratificari per cõsensum supervenientem, de elect. ca. auditis, cũ simi. & quòd sit annullanda per sentẽtiam videtur per. ca. quod sicut, de elec. Sed contra de his quæ fiunt a præla. c. 1. & 12. q. 2. sine exceptione, & 16. q. 7. decernimus. Quod enim in præsentia aliquorum necesse est fieri si illud non fiat, non valet quod agitur, vt not. de offi. deleg. ca. causam matrimonii. Placet mihi quòd sit annullanda non omnino nulla per prædicta iura. Et ratio quod sit annullanda est, quia iste actus permutandi seu autorizandi principaliter ab episcopo dependet, quamuis collatio ad eum non pertineat, licèt malefaciat contemnere illos. Nec obstant iura quæ dicunt collationem nullam fore, quia loquuntur in eo casu in quo episcopus debet requiri, & in quo episcopus nõ habet collationem, sed in permutatione secus. Nec obstat. c. sine exceptione quia potest dici quòd ibi sit casus specialis ad hoc vt bona ecclesiæ melius seruentur, vel secundum Host. non est nulla sed annullando. Lapus tamen videtur tenere contrarium scilicet quòd sit nulla. ¶ Sed quæritur infra quantum tempus possunt hi qui sunt contempti in permutatione agere de contemptu? Et idem potest quæri de eo qui fuit contemptus in collatione. Dicendum quòd si primo tacite vel expræsse consenserunt non audientur, de his quæ fi. a ma. parte ca. Ex ore, alias audientur infra sex menses a tempore scientiæ computandos, secundũ Host. allegat de concess. præben. quia aduersitatis. ¶ Deinde qnæritur an in permutatione beneficiorum quorum collatio & institutio pertinet ad inferiores episcopo, renunciatio eorum & collatio & institutio pertinet ad inferiores episcopo, renunciatio eorum & collatio debet fieri in manibus episcopi, ad quos pertinet collatio, & sola auctorizatio permutandi spectet ad episcopum? Respon. Io. And. & Pnu. in cle. 1. eo. tit. & dicunt quòd episcopus totum expediet consentientibus tamẽ his quorum interest, & hoc videtur probari per ca. quæsitum in fi. eod. tit. Et ex hoc sequitur hoc nouum & mirabile quòd ecclesia consueta reformari per viam electionis & confirmationis vel p viam psæsentationis & institutionis nunc reformabitur per viam collationis per episcopũ, qui alias non habebat confirmare vel instituere, sed certe ex hoc nullum inconueniens sequitur, ex quo ille assentiat cuius interest. Et simile quod not. Host. in sum. de iure pa. vbi dicit quòd patronus potest recipere ecclesiam vacantem ab episcopo, licèt ad illum non pertineat collatio illa sed institutio. Et illud quod not. Io. And. in c. per nostras, de iurepa. post eum. Sed nunquid cum sint duæ ecclesiæ vnitæ mensæ cuiusdã monasteriis, si illarum rectores volunt eas permutare an possint, & maxime monasterio non consentiente? Et est dicendum quòd nõ quia cũ ille ecclesiæ sint factæ de mensa & ad modũ vacare non possunt, de excess. præla. c. 1. ergo nõ potest interuenire permutatio cum in ea fiat beneficiorum vacantium collatio, & ex contrario sequeretur absurdum, quia si isti possunt permutare ergo & alii, & sic deinceps. Et sic vnio non haberet desideratum effectum, & non subiiceretur mensæ monasterii, cuius tenuitas fuit causa vnionis, & idem dicendum est de beneficio extincto. De hoc vltimo not. Io. An. eo. tit. c. 2. lib. 6. in no uel. ¶ Quæritur insuper si numerus canonicorum, qui erat trigenarius est restrictus ad duodanarium, & hęc restritio facta est legitime & iurata, ordinatum est in illa quòd cedentibus vel decedentibus canonicis, nullus substituatur, donec sit deuẽtum ad numerum duodenarium. Modo aliquis de numero isto excessiuo vult permutare auctoritate legati, nunquid potest? Respon. credo quod sic, dum tamen ex causa legitima velit permutare. ar. eorum quæ notantur vt lite pen. ca. ecclesia. Itẽ per hoc derogatur statuto & mens debet inspici, de elec. c. Si postquam lib. 6. Io. And. tenet contrarium. Sed retento eodem themate, si permutatio fiat, permutatio fiat per illos qui fecerunt statutum an valeat permutatio quasi per actum contrarium videantur resuscitasse numerum antiquum de consti. c. cum accessissent, in fi. Respon. Sol. huius quæstionis dependet ab illa quæstione, an teneat receptio canonici cõtra numerum iuratum. Et archi. dicit quod non, vt not. de præben. Si istud, & Io. And. dicit quod sunt periuri, sed receptio tenet quasi recipiendo capitulariter, tacite reuocent statutum, & sublato statuto iuramentum non ligat. Sed obiicit contra dictum Pauli, quia cũ istud statutum non potuerit vires habere nisi auctorizante episcopo, de consue. ca. penult. quomodo poterunt canonici per actum contrarium reuocare statutum, quia non possunt expræsse, vnde videtur æquior Archid. Et quicquid sit contra licitium iuramentum sit nullum, de

Decima nona.

Vigesima.

Vigesima prima.

præscrip.

præscrip.c. si diligenti. Et sic in hoc non videtur permutatio non valere. De hoc no. Ioan. And. de re. permu. in nouel. Sed si volumus receptionem canonici valere contra iuramentum, vt dicatur ordinatio tacite fuisse sublata, ex hoc quòd permutationi consenserunt qui permutationem fecerunt tunc dicamus permutationem volere quasi permutatio iuris, & numerus trigenarius sit per actum contrarium restitutus, vt in ca. cum accessissent, de consti. ¶ Quæritur an etiam capitulum sede vacante possit recipere resignationem beneficiorum ad solam episcopi collationē pertinentium ex causa permutationis faciendæ. Et videtur quòd non, quia cum non possit talia beneficia conferre sic nec permutationem perficere, vt notat Ioan. And. eod. tit. ca. 1. in cle. Sed contrarium videtur verum. Vnde & capitulum tanquàm vices gerens episcopi, potest priuare beneficiatos, & per consequēs beneficiorum resignationem recipere. Episcopus vero successor perficiet permutationem, quam ex causa licita capitulum tanquàm vices gerens inchoauit. Ad hoc facit quod per Innoc. & per compostel. no. de rescrip. ca. eam te. Aut recurretur ad superiorē episcopi. Caueant tamen sibi permutantes ne ante collationem sibi factam administrent ne pœnam incurrant. arg. de elec. qualiter. ¶ Sed nūquid duo volētes permutare possint vnum solum procuratorē constituere ad sua beneficia permutāda? Respō. credo quòd possint & sic practicabitur. Dicet procurator. Domine episcope ego vt procurator Merlini renuncio talem ecclesiam suam in manibus vestris ex causa permutationis fiendæ cum Timotheo de tali ecclesia sua. Et ego vt procurator Timothei, renuncio talem ecclesiam suam ex causa permutationis fiendæ in Merlino de tali sua ecclesia. Quibus resignationibus receptis episcopus confert eidem procuratori vnam ecclesiam pro tali & aliam pro recipienti. Et ēt sine procuratore recipiente valeret collatio de preben. in ca. Si tibi absenti. ¶ Sed pone q̄ quidam tranctantes de permutatione suorū beneficiorum quā sibi utilem fore credebāt, promiserunt sibi inuicem fide data procurare permutationem dictorum suorum beneficiorum perfici ab illis quorū interest, & qui auctorizare possunt. Alterum vero huius promissionis pœnitet & non vult resignare. Quæritur an instante altero possit ille ad permutationem cogi? videtur quòd non, quia in talibus debet cessare omnis pactio & conuentio, vt de pac. ca. fi. & 1. q. 2. quàm pio. Sed cōtra, quia non simpliciter conuenerunt, sed p̄ miserunt dare operam vt permutatio fieret p̄ eos qui eam facere poterant, quod non videtur de resti. spo. c. Olim. Item fidei datio & iuramentum æquipollent, vt de his quæ fiunt me. ve. cau. c. ad aures. Item ista sunt seruāda quæ sine interitu salutis ęternæ seruari possunt, vt in ca. si vero. de iureiur. Respon. videtur dicēdum quòd istę qui instaret permutationem fieri vel perfici non potest petere iure actionis illum compelli ad permutationē qui est pœnitens. Nam etsi ambo instarent p̄ permutatione facienda, non cogeretur superior eam facere, sed totum pēdet ex arbitrio suo, eod. tit. cap. quęsitum Sed malefaceret superior permutationi eorum non consentiēs, si sit expediens & necessaria ecclesiis, de iurepa. ca. nullus. Sed superior potest illum compellere, vt de nolente fiat volens. Nā ipsæ cō tradicere non potest ex quo promisit fide data, scilicet ad dandum operam permutationi ar. de spon. ca. requisiuit. Nec obstāt iura quæ prohibent pactionem quæ loquuntur de pactione illicita allegat huiusmodi Lapus hic, facit qd̄ nota. de re. permut. cle. 1. Iura enim quæ prohibent permutationem prouenientē ex pactione partium sine auctoritate superioris, istud non prohibent quin superior possit ipsum compellere ad permutandum. ¶ Sed pone. quòd vnus ex permutantibus est grauatus debitis nomine ecclesiæ, & tale debitum quoad absoluendum ecclesia est efficaciter obligata, vult quòd ille cum quo debet permutare promittat quòd si contingit permutationem perfici soluet debita prædicta forte debitores consanguinei, & non vult quòd patiātur contradictionem ex debitis illis. ¶ Quæritur an talis promissio possit iure fieri? Et videtur q̄ sic & sine promissione, ad hoc tenetur, scilicet soluere debita ecclesiæ, & quod subintelligitur videtur posse deduci in pactū. Ad hoc facit quod no. de præben. significatū, & de elec. c. significasti, cum si. Item hic nulla cupiditas ex parte accipientis promissum cū nil applicetur. Et nil deperit promittēti, quia ecclesia obligata est, alias sufficiens ad soluendum, & sic de suo nil soluet. Sed contra quia pars altera aliter nō renunciaret nisi istæ hoc ei promitteret. Renunciatio autem debet esse puta nulla pactione præcedente, de pac. c. fin. Sed posset respōderit quòd intelligitur de pactione illicita. Dicendum est quod quicquid sit consulendum est abstineri ne fraus committatur, quia abstinendum est etiam a re licita quando habet speciem mali, vt de simo. audi-

Vigesima. ij.

Vigesima. iij.

Vigesima. iiij.

Vigesima.v. audiuimus,& i. qõ. i. emendari. ¶ Quæritur demum an sola inæqualitas beneficiorum ratione redditum siue onerum incumbẽtium beneficio & alteri reddat permutationẽ nullam quasi fraude probata? Respõ. credo quod non,& semper fui in hac opinione, non tamen nego quin sit aliqualis præsumptio fraudis, quia non est præsumendum quòd aliquis velit descendere, vel res suas iactare, de renũ. super hoc, sed non est sufficiens probatio. Et in hoc summè placet quod no. Io. Mo. & Ioã. Andr. eod. tit. cap. 1. lib. 6. Vbi habetur etiam quòd non est permutatio, si renuncio beneficio meo vt habeas. illud & tuum detur nepoti meo. ¶ Vtrum episcopus etiam de consensu capituli sui ecclesiam eximendo vel alteri cõce dẽdo, puta abbati vel decano pro sua dignitate recipiẽti possit dato quod velit & hoc exprimat in ea iurisdictionem episcopalem a se in totum abdicare excutere vel mouere. De commissione enim per viam allegationis non dubitatur in qua semper remanet idem ius pènes ipsum,& maius per ius reuocandi & resumendi, de præben. dudum, lib. sexto 16. quæstio. secunda. Visi in glo. plena. Ioan. Andr. mouet hanc quæstionem, extra de cen. in nouel. & dicit quòd gloss super dicto capitulo de dona. pastoral. in gloss. penult. aperte innuit quòd non potest quo minus retineat hæc quattuor scilicet visitationem, procurationem, propter visitationem, correctionem & cathedraticum idem Hostien. in summa Sed ad prędicta quattuor possunt addi alia quattuor, scilicet de reuerentia, vt nota Hostien. & facit quod no. de transact. Præterea. Secundum de charitatiuo subsidio, vt dixi in tex. post Hostien. Tertium secundum eum de auctorizabili institutione, vt dixi in cap. pastoralis. Quartum de his quę sunt ordinis episcopalis, vt no. sextadecima. quæsti. secunda, in summa. Et scripsi post Innocen. de præben. cap. de monachis. Rationes glosarum,& quæ eas coadiuuant inter prædicta sunt. Episcopus non potest alium ordinarum facere in diœcesi sua, sed sic transferendo ille in quem fieret talis translatio haberet ordinariam episcopalem, ergo & cætera. De primo dixi, vndecima quæstione prima, experientiæ,& extra ne prælat. sexto, suas, capitulo secundo, in glosa secunda. Item iurisdictio episcopalis est iuris publici, distinctione prima, ius publicum. Et ea quæ sunt iuris publici non remittunt. ff. de pactis. l. ius publicum,& nota. de foro competente, capitulo si diligenti, in principio. Item in consecratione episcopus se obligat ex toto ad curam animarum & ecclesiarum vt de renunciatio. capitul. Nisi. §. verum & patet primo, Tit. quarto. Illud autem votum sic inhæret ossibus eius, quòd illud excutere non potest. extra de stat. mo. Cum ad monasterium Hinc est quòd zelo spiritus ad religionem, transiens, non renunciat sine licentia Papæ, de regularibus, capitulo. Licet. Item subditus episcopi non potest se reiicere iurisdictionem eius, vt de foro competen. capitu. si diligenti, ergo nec episcopus iurisdictionem quam habet in subditum facit. C. de pa. po. l. abdicato. Item episcopus non potest facere exceptionem in præiudicium inferioris, puta archidiaconi, de excess. præla. capitulo secundo, ergo multo minus in præiudicium paris, vt successoris, extra de electio. Innotuit, nec mirum quia episcopus non potest, facere alienationes, nisi vt meliora prospiciat, vt duodecima quæstione secunda, non liceat, ergo inec hoc fieri potest. Et quamuis ad partem contrariam arguatur per capi. Constitutus, de religi. do. ibi tamen respondetur in glo. & ad alias obiectiones quæ fieri possent. Respondet Ioan. Andr. hic & postea concludit. Ex prædictis collige tres modos quib. procedit plena abdicatio. Primo quando interuenit papalis confirmatio ex certa scientia, vt in dicto capitu. Constitutus. Secundo quando sic iudicatum est nec appellatum, vt in c. cum inter uos, nec restitutio petita, de resti. in integr. ca. 2. lib. 6. Tertio quando sic præscriptum esset, alterius tamen nomine, vt dixi post Host. super ea. gl. allegata, alias teneo me cum gl. & his quæ addidi ad dictam gl. scilicèt quòd modo tenent plene renunciatio, remissio, vel exẽptio quoad casus quos in prin. dixi. Tamen hoc puto q; vbi per episcopum cum consensu capituli ex causa etiam prędicti casus excepti concederentur, excepto cathedratico reuerentia & charitatiuo subsidio ualeret concessio, nedum personalis (de qua dictum est in principio) sed etiam realis cõperẽs dignitati, ita tamen q; per id non fiat abdicatio, sed quædam vicarię commissio licèt perpetua, & facit quod notatur in d. c. Cõstitutus, per Inno. Vnde singulos casus resumẽdo dico quòd si visitationem, procurationem & correctionem abbatię vel alterius dignitatis concesserit abbas vel eius vicarius facier, prædicta, sed per hoc non erunt abdicata ab episcopo qui poterit saltem negligente abbate visitare. Sed dico de institutione, q; licèt illam faciet abbas tñ & illam facere posset eps.

Vigesima.vj.

per

per quærelam, vel per appellationem aditus, & sic non erit abdicata vel excusat a. De cathedratico vero dicit Archid. ca. 1. de præbē. lib. 6. quòd licèt generalis remissio non extendatur ad id possit, tamen specialiter remitti. Ioan. And. in glo. 16. quæstio. 7. Quicunque, contrarium tenet dicens primo non licèt in eius quātitate currat præscriptio, nō tamen in toto cum non possit remitti. De reuerentia & charitatiuo subsidio satis placet quod dictum est illas scilicet non posse remitti. De institutione auctorizabili, licèt Hostiē. tenet illam non posse præscribi in prædicto cap. cum satis, de offic. Arch. Contrarium tamen seruari videmus. Et tamen dato quòd id uerum esset, non tamen sequitur quin posset remitti per modum prædictum, vt alius vice episcopi auctorizet, non tamen propter hoc dicetur abdicata cum episcopo petenti fidem fieri oporteat, facit quòd notatur de re. iu. ca. 1. lib. 6. De receptione eorum quæ sunt episcopalis ordinis idem dico quòd scilicet valeat licentia cum consensu capituli ex causa dante prælato vt clerici vel monachi sui possint illa recipere a quo voluerint episcopo nec per hoc dicuntur abdicata cum illa sit accumulatio tantum. Constat enim quòd ipsæ episcopus concedens sine alterius licentia uel dimissoriis illo suo iure poterit ordinare vel alia episcopalia conferre, hæc Ioan. And. vbi supra. Dicit Hostien. quòd ipsum ius visitandi, & procurandi nulla consuetudine contraria tolli potest, quia talia nec remitti possunt nec præscribi. Quod videtur intelligendum quantum ad hoc quòd non visitetur ab aliquo sed bene potest præscribi quòd non visitetur ab ordinario, sed ab alio.

TITVLVS XVI. DE STATV RELIGIOSORVM.

¶ De essentialibus religionis, scilicet paupertate, castitate, & obedientia, & ceremonialibus & transgressionibus, & variis regulis & constitutionibus eorum. Cap. 1.

Religiositas custodiet & iustificabit cor. Eccles. ia. 1. Statutus religionis denominatur uirtute a quadam mortali quę dicitur religio. cuius officiū seu actus est exhibere debitum cultum & ceremoniam aliqua offerendo vel faciendo ad Dei honorē vtfacrificia, oblationes, inclinationes & huiusmodi. Et no. secundū. Ioā. And. super rub. de regularibus, quòd religio sumit quadrupliciter. Vno modo solum pro debito cultu veri Dei quoad fidem, & sic comprehēdit totā christiani tatem quæ exhibet cultum vero Deo Iaco. 1. ca. Siquis putat se religiosum esse & cætera. Et hinc dicit religio christiana. De qua acceptione habet disti 98. c. 1. & extra de diuor. ca. gaudem, & extra de sum. tri. circa princ. Secundo sumitur religio pro cultu veri Dei, non solum per fidem: sed etiam per bona opera. Et sic sumitur. Act. 2. Erant Hierosolymis viri religiosi ex omni natione quę sub cœlo est &c. Et sic religio comprehendit vniuersitatem bonorum christianorum. Et de hoc. 16. qō. 1. iuxta, & de consti. c. Ecclesia. Tertio sumitur pro statu clericali, quia sunt magis debiti cultui diuino, & de hac acceptatione habetur. 1. q. 3. Saluator, & 12. q. 1. ca. 1. Et in auct. de sanc. epi. §. damus. Quarto sumitur strictissime pro statu illo qui per emissionem professionis subiicit se prælati imperio totum se dedicans Deo extra de vo. c. ex multa. Et secundum hanc acceptionem vltimam hic tractatur de religione de qua potest intelligi dicta auctoritas. Et deriuatur religio a religando, quia vltra commune ligamen prę ceptorum Dei religiosus est astrictus etiam vinculo votorum. Vel dicitur a religendo, quia frequenter & firmiter debet eligere, idest proponere obseruationem promissorum, etiam in minimis. Vel dicitur a relegendo, quia sæpe debet legere & meditari quid debeat obseruare. Ipsa autem religio obseruata custodit, cor a plurimis malis & in bonis conseruat. Dicit enim Bern. quod ibi homo cadit rarius surgit velocius, purgatur citius, incedit cautius, viuit quiētius, irroratur frequētius, moritur confidentius, & remuneratur cōpiosius. Horum expositionem habes, infra in vlt. cap. In quo consistat perfectio simpliciter quę est finis religionis. Sciendum primo quòd perfectio importat quandam vniuersitatem. Nam secundum philosophum perfectū dicitur cui nihil deest, vt vult Arist. in 3. phi. & in 5. metha. Et Commentator ibidem commēto. 21. & Thom. 1. parte. q. 4. art. 1. in corpore articuli. Consistit autem perfectio in adeptione charitatis iuxta illud Coll. 3. Super omnia charitatem habete quæ est vinculum perfectionis. Amor enim habet virtutem transformatiuam & vnitiuam diligentis in dilectum p intellectum & affectum, & in hoc perficitur creatura quòd vniatur per affectum cum creatore, cui nil boni deest. Est autem triplex perfectio

se. se. q. 81. ar. 2.

Se. se. q. 81. ar. 1.

Perfectio in quo consistit.

Triplex pfectio.

fectio secundum Thom. 2.2.q.184.artic.2.in corpo arti. Vna absoluta quæ non solum attenditur secundum totalitatem ex parte diligentis sed etiam ex parte diligibilis, vt scilicet diligenter Deus quantū est intelligibilis, & talis perfectio non est possibilis alicui creaturę, sed soli Deo conuenit, in quo est bonum integraliter & essentialiter. Secunda perfectio est absoluta secūdum totalitatem absolutam ex parte diligentis, prout. s. affectio secūdum totum suum posse semper actualiter feratur in Deum, & talis perfectio non est possibilis in via, cum homo & dormiat & alijs occupetur in quibus mens actu non fertur in Deum, sed est perfectio patriæ. Et de hac dicit Hieron. ꝙ perfectissima charitas in hac vita haberi non potest, de pę. dist. 2. Charitas est. Tertia autem perfectio est, quæ neq; attenditur secundum totalitatē ex parte diligibilis, neq; secundum totalitatem ex parte diligentis, vt scilicet semper actu feratur in Deum. Sed quantum ad hoc quòd excludantur ea quæ motui dilectionis in Deum repugnant. De qua dicit Aug. in lib. 83. quæstionum. Venenum charitatis est cupiditas, perfectio charitatis vbi nulla cupiditas. Et hæc potest haberi in præsenti vita. Et hoc dupliciter. Vno modo inquantum ab effectu hominis excluditur omne illud quod charitati contrariatur, sicut est peccatum mortale, vt scilicet nihil cogitet vel velit deliberate, quòd sit diuinæ dilectioni contrarium. Et sine tali perfectione charitas esse non potest. Alio modo vt homo studium suum deputet ad vacandum Deo & rebus diuinis prætermissis alijs nisi quantum necessitas vitæ præsentia requirit. Et ad istam ordinatur religio vt ad finem nec in omnibus bonis reperitur sed in paucis. Vnde August. in epi. ad Hiero. dicit. Charitas in quibusdā perfecta est, & in quibusdam imperfecta. Perfectissima autem in hac vita haberi non potest, de pę. dist. 2. charitas. Dilectio etiam proximi in via necessaria, sed imperfecta dicitur illa qua excluditur ab affectu & effectu omne quod est contra dilectionem proximi, vt

Perfecta charitas ad proximum.

odiū, iniuria & huiusmodi. Sed perfecta eius charitas dicitur tripliciter secundum Thom. 2.2.q.183.art.2.in respon.ad 3.argu. Primo modo fm extensionem, vt scilicet non solum diligat amicos & notos: sed etiam extraneos & inimicos, scilicet speciali actu dilectionis vel beneficij non solum generaliter. Secundo modo secundum intentionem quę ostēditur ex his quæ homo contemnit, vt scilicet non solum contēnat exteriora bona propter proximum, sed etiā afflictiones corporales, etiam ipsam mortem. Tertio modo quantum ad effectum dilectionis, vt. s. non solum impendat proximis temporalia, sed etiam spiritualia. Et istæ videtur esse finis religionis prædicatorum. ¶Item nota secundum Thom. 2.2. q.184 arti.3.in corpo.arti. quòd perfectio per se & essentialiter consistit in præceptis, secundario & instrumentaliter in consilijs, & tam præceptorum quàm consiliorum finis est charitas. Aliter tñ præcepta ordinantur ad charitatem quàm consilia. Nam precepta Dei ordinantur ad remouendum ea quæ sunt contraria charitati, cum quibus esse non potest ipsa charitas. Sed consilia ordinantur ad remouendum impedimenta actus charitatis, quæ tamen charitati non cōtrariantur vt matrimonium & occupatio rerum secularium. Non ergo in paupertate, abstinentia & huiusmodi consistit perfectio charitatis essentialiter, sed dispositiue. Vnde & Christus. Matth. 19. & Luc. 18. & Marci. 10. c. non dixit solum. Si vis perfectus esse, da pauperibus omnia &c. Sed addit & sequere me, scilicet mentis affectu, quod fit per charitatem. ¶Item nota secundū Thom. vbi supra quod perfectio ipsa dilectionis cadit sub præcepto. Sed cum ipsa perfectio habeat multos gradus, quocunq; modo quis attingat ipsam perfectionem secundum aliquem gradū etiam infimum non est transgressor precepti. Est autem infimus gradus vt nil supra Deum vel contra (alias citra) Deum vel æqualiter Deo diligatur, qui hoc non seruat, transgreditur præceptum & perfectio patriæ includitur etiam in ipso præcepto dilectionis.

¶De statu perfectionis. Nota ꝙ status prius pertinet ad conditionem libertatis vel seruitutis. Spiritualis autem libertas uel seruitus potest in homine attendi dupliciter. Vno modo secundum id quod agitur interius. Et sic accipitur conditio status spiritualis in homine per comparationem ad iudiciū Dei qui scrutatur corda, vt dicatur in statu seruili peccator, & in statu libertatis iustus. Alio modo accipitur status spiritualis secundum ea quæ exterius geruntur per comparationem ad ecclesiam, & sic nunc est sermo de statibus prout si ex diuersitate statuum quędam pulchritudo ecclesiæ consurgit. Et ad adipiscendum hunc statum requiritur obligatio absoluta facta cum quadam solemnitate, sicut & in cęteris quæ inter homines obtinent perpetuam firmitatem, quædam solemnitas adhibetur. Sic igitur in statu perfectionis dicitur esse aliquis §.1.

quis proprie, non ex hoc quòd habet actum diſectionis perfectę: ſed ex hoc quòd obligat ſe perpetuo cum aliqua ſolẽnitate ad ea quæ ſunt perfectionis. Contingit autem quod aliqui ſe obligant ad ea quæ non ſeruant, & aliqui implent ad ea quæ ſe non obligauerunt. Iſto igitur modo ſunt in ſtatu perfectionis religioſi & epiſcopi, quia ad ea quæ ad perfectionem pertinent ſunt obligati perpetuo & cum ſolemnitate profeſſionis vel conſecrationis, non autem alij curati, quia non habent huiuſmodi obligationem, nam renunciare poſſunt eccleſijs. Magis tamen epiſcopi dicuntur eſſe in ſtatu perfectionis quam religioſi, aſſumunt autem homines ſtatum perfectionis, non quaſi profitentes ſe eſſe perfectos, ſed quaſi profitentes ſe ad perfectionem tendere, vnde non committunt mendacium vel ſimulationem ex hoc quòd nõ ſunt perfecti qui ſtatum perfectionis aſſumunt, ſed ex eo q̃ ab intentionem perfectionis animum reuocant. Thom. 2.2.q.184.ar.5.in reſpon. ad 2. ar. ¶Ad perfectionem pertinet aliquid tripliciter, ſecundum Thom. 2. 2. q.186. Vno modo eſſentialiter, & ſic ad perfectionem pertinet perfecta obſeruantia præceptorum charitatis. Secundo modo conſequenter ſicut illa quæ conſequuntur ex perfectione charitatis, puta quòd aliquis benedicat maledicenti, & alia huiuſmodi impleat Quæ etſi in præparatione animi ſint in præcepto, vt ſcilicet impleantur quando neceſſitas requirit, tamen ex ſuperabundantia charitatis procedit, quòd etiam extra neceſſitatem talia impleantur. Tertio modo pertinent ad perfectionem aliquid inſtrumentaliter & diſpoſitiue ſicut paupertas, continentia, abſtinentia, & huiuſmodi. Ipſa autem perfectio charitatis eſt finis religionis. Status autem religionis eſt quædam diſciplina & exercitium perueniendi ad perfectionem, ad quã aliqui peruenire nituntur diuerſis exercitijs, ſicut medicus ad ſanandũ uti poteſt diuerſis medicamentis. Manifeſtum autem eſt quòd ille qui operantur ad finem non ex neceſſitate conuenit quòd iam aſſecutus ſit finem, ſed requiritur quòd per aliquam viam tendat ad finem. Et ideo ille qui ſtatum religionis aſſumit non tenetur habere perfectam charitatem, ſed tenetur ad hoc tendere & operam dare vt habeat perfectam charitatem. Et eadem ratione non tenetur implere ea quæ perfectionem charitatis conſequuntur, ſed tenetur vt ad ea implenda intendat, contra q̃ facit contemnens, unde non peccat ſi ea prætermittat, ſed ſi ea contemnat. Similiter non tenetur ad omnia exercitia quibus ad perfectionem peruenitur, ſed ad illa determinata quæ ſunt ei taxata ſm regulam quã profeſſus eſt. ¶Item nota ſecundum Thom. 2. 2.q.186. q̃ omnes tam religioſi quam ſeculares tenẽtur aliqualiter facere quicquid boni poſſunt. Omnibus enim dicitur illud Eccle. 9. Quicquid poteſt manus tua inſtanter operare. Eſt tamen aliquis modus hoc præceptum implendi quo vitatur peccatum ſcilicet ſi facit homo quod poteſt ſecũdum quod requirit conditio ſui ſtatus, dummodo contemptus non adſit agẽdi meliora, per quem animus firmatur contra ſpiritualem profectum. ¶Status religionis poteſt tripliciter conſiderari ſecundum Tho. 2.2.q.186. Vno modo ſm quod eſt quoddam exercitium tendendi in perfectionem charitatis. Alio modo ſm q̃ quietat humanum animum ab exterioribus ſollicitudinibus. Tertio modo ſm q̃ eſt quoddam holocauſtum per quod aliquis ſe & ſua offert Deo, & ſm hoc in tribus votis integratur ſtatus religionis. Primo quidem quantum ad exercitium perfectionis requiritur q̃ aliquis a ſe remoueat illa per quæ poſſet impediri, ne totaliter affectus eius tendat in Deum, in quo conſiſtit perfectio charitatis huiuſmodi aũt ſunt tria. Primum quidem eſt cupiditas exteriorum bonorum quę tollitur per votum paupertatis. Secundum eſt concupiſcentia ſenſibilium delectationum, inter quas præcellunt delectationes venereæ quæ excluduntur per votum continentiæ. Tertium eſt inordinatio voluntatis humanæ quæ excluditur per votũ obedientiæ. Similiter ſollicitudinis ſecularis inquietudo præcipue ingeritur homini circa tria. Primo circa diſpenſationem exteriorum rerum, quę amputatur per paupertatis votũ. Secundo circa gubernationem vxoris & filiorum quæ tollitur per caſtitatem. Tertio per diſpoſitionem propriorum actuum quę tollitur per obedientiæ votum. Similiter holocauſtum dr̃, cum aliquis totum quod habet Deo offert, habet autẽ homo triplex bonum. Primum eſt rerum exteriorum quas totaliter offert Deo per paupertatem. Secundum eſt bonum proprij corporis quod offert Deo præcipue per votum caſtitatis quo abrenunciat maximis delectationibus carnis. Tertiũ eſt bonum animę q̃ totaliter offert Deo propriam voluntatem, per quã homo vtitur omnibus potentijs & habitibus animæ. Conuenienter ergo ex his votis ſtatus religionis integratur. Omnes autẽ aliæ obſeruantiæ religionum

ar. 2. in corpore art.

Status religionis.

ar. 2. in rñ. ad 2.

ar. 7. in cor. ar.

gionum ordinantur ad prædicta tria vota. Nam labor manuũ & mendicitas ad paupertatem, vigiliæ & ieiunium & disciplina ad castitatem, & alia exercitia, vt lectio, oratio, visitatio infirmorum & hmõi ad obedientiam. Determinatio autem habitus pertinet ad oĩa tria prædicta tanquàm signum obligationis. Vnde habitus regularis simul datur vel benedicitur cum professione. Interiores aũt actus virtutis, vt humanitas, patientia & huiusmodi, ideo non cadunt sub voto religionis, quia omnium virtutum mater est charitas, ad quã ordinatur status religionis vt ad finem. Inter ipsa aut tria uota principalius & essentialius religioni est obedientia. Et hoc triplici ratione, secundum Thom. 2.2.q.186. Primo quia per eum maius quid Deo offertur quàm per alia scilicet propria voluntas. Secundo quia votum obedientiæ continet sub se alia uota, sed non conuertitur. Tertio quia votum obedientiæ proprie se extendit ad actus proprios propinquos fini religionis, quanto autem aliquid est propinquius fini, tanto melius. Præfertur etiam ipsæ status religionis virginitati ex voto seruatæ, secundum August. in lib. de virginitate, & ſm Thõ quodlibet. 3.q.5.ar.2. in corpore arti. in fine.

art. 8. in cor. art.

§. 2. ¶De prœminẽtia vnius religionis ad aliam. Nota secundum Thom. 2.2.q.188. quòd excellentia vnius religionis ad aliam potest attendi dupliciter. Vno modo ex parte finis. Et sic illa religio dicitur perfectior alia quæ ordinatur ad potiorem finem. Et secundum hoc inter religiones illa quæ ordinatur ad docendum & prædicandum tenet summum gradũ. Et ratio est, quia quãuis prædicare & docere sit actus vitæ actiuæ, procedit tamen ex plenitudine contemplationis, secundum Greg. vnde præfertur simplici contemplationi, sicut maius est illuminare quam lucere solum. Et de hoc intelligitur, cap. licet, extra de regu. vbi dicitur. Sicut maius bonum minori præponitur, ita vtilitas communis speciali, & in hoc rectè præponitur doctrina silentio, sollicitudo contemplationi, labor quieti, vnde religionis ad ista deputatæ sunt propinquissimæ perfectioni episcoporum. Secundum gradum tenent ille quæ ordinantur ad contemplationem. Tertium quæ ordinantur circa exteriores res. ¶Secundo attenditur excellentia vnius religionis super aliam, secundum quòd in eodem genere finis vnius ordinatur ad altiorem actum quam altera, puta si religionum quę ordinantur ad contemplatiuam, vna ordinetur magis ad orandum, & altera magis ad legendum, erit perfectior prima, quia altior contemplationis est oratio q̃ lectio. Et inter opera vitæ actiuæ potius est redimere captiuos quam recipere hospites. Et ideo religio quæ ordinatur ad redimendum captiuos erit excellentior quam quæ ordinatur ad hospites suscipiendos cæteris paribus, Potest etiam attendi ista excellentia si una illarum ad plura ordinetur quam alia, vnde si ordinatur una ad legendum & ad orandum, potior erit quam illa quæ solum ad legendũ, vel etiam si conuenientiora statuta habeat ad consequendum finem propositum, dicetur perfectior alia quæ huiusmodi non habet. ¶Tertio attenditur prœeminentia religionis vnius ad aliam ex parte exercitij nõ quidem quantum ad quantitatem, sed quantum ad proportionem eius ad finem intentum. Vnde in colla. 2. Moysi beatus Antonius præposuit discretionem quæ omnia moderatur vigilijs, ieiunijs, & alia huiusmodi. Non ergo ex hoc q̃ religio aliqua habet arctiores obseruantias debet iudicari potior, sed quòd ex hoc maiori discretione sunt eius obseruantię ordinatæ ad finem intentum religionis, sicut maceratio carnis per abstinentiam cibi & potius efficacius ordinatur ad continentiam q̃ per subtractionem vestium vel corporalem laborem. Ioan. And. in c. sane, extra de reg. & transf. ad reli. in nouel. post q̃ posuit prædictas præeminentias vnius religionis ad alteram, ſm Tho. subdit. Nos canonistę nõ ponderatis his subtilitatibus solum solemus aduertere vbi sit arctior, strictior, durior, vel fortior modus viuendi. Vnde in c. licet, de reg. & transf. ad reli. dr̃ de arctiori vita & sanctiori ad quã licet transire ex laxiori licentia petita, & sic oẽs religiones sint ordinatæ ad summum finem, qui est charitas per quam coniungimur Deo, vt in extrauag. Ioan. 22. ad conditorem dicitur, & sic cum finis sit idem, solum ponderamus arctiorem modum viuendi, vnde si in vna religione sit sola contemplatio cum arctissimo modo viuendi, possibili tamẽ sine deficiendi periculo, non admittemus transitum ad religionem in qua esset contemplatio & actio etiam prędicationis officium cum laxo vel minus arcto modo viuendi, quod tñ theologi admitterent, secundum notata per Thomam secunda secundæ, quæstio. vltima. artic. 8. in corpore articuli, & addit post Thomam, quòd paupertas religionis ex hoc quòd est maior, non propterea facit religionem perfectiorem simpliciter alijs. Hæc Ioannes Andr. ibi.

art. 6. in cor. art.

§.3. ¶De habendo aliquid in communi quòd minuat perfectionem religionis probatur 12.q. 1.c. Illi autem, vbi dicit Prosper. Satis ostenditur & propria debere propter perfectionem contemni & sine impedimento perfectionis ecclesiæ posse facultates quę sunt perfecto cõmunia possidere. In religione autem illa quæ est ordinata ad tractandum contemplata per doctrinam & prædicationem congruit permaxime illa paupertas quæ mobilia pro tempore reseruat in communi, quia non requirit multam sollicitudinem, & talis paupertas, scilicet habere mobilia tantum in communi, seruata fuit a Christo & discipulis. Vnde dicit August. super Ioan. 12. & transumitur in canone exẽplum domini accipite conuersantis in terra, quare habuit loculos cui Angeli ministrant, nisi quia ecclesia ipsius loculos habitura erat 12.q.1. Et ibidem postea.c.habebat. dicit dñs loculos a fidelibus oblata conseruans vt suis & aliorũ necessitatibus subueniret, & per Ioan.22. in extrauagan. fuit pro hæresi damnatum dicere & pertinaciter asserere Christum non habuisse aliquid in cõmuni quæ est hæresis Fraticellorum. Pro horum declaratione dicit Thom.2.2. q.188.arti.7.in corpore, quòd perfectio non consistit in paupertate. Sed vt dicitur in 1.colla.Moysi, paupertas, vigiliæ, lectio, ieiunia & huiusmodi, sunt instrumenta perfectionis. Vnde & Christus Matth. 19. non dixit solum. Si uis perfectus esse vade & vende oĩa quæ habes & da pauperibus, sed addidit sequere me. Paupertas autem dicitur instrumẽtum perfectionis, inquantum per eam tolluntur impedimenta quædam charitatis quę sunt tria. Primum est sollicitudo quam secum afferunt diuitiæ. Secundum est amor qui ex diuitijs possessis augetur. Tertium est inanis gloria vel elatio quæ ex diuitiis nascitur. ¶Primum a diuitiis separari non potest siue sint magnæ siue paruę, necesse est hominem aliqualiter solicitari de rebus exterioribus acquisitis vel cõseruandis. Sed si res exteriores non quærantur nisi in modica quantitate quantum sufficiat ad simplicem victum, talis sollicitudo non multum impedit hominem nec repugnat perfectioni vitæ Christianæ. Non enim omnis sollicitudo a domino interdicitur Matth.6.c.Luc.12. c.ad Philip.4.c.sed superflua & nociua. Alia uero duo, scilicet amor & glorificatio uana consequuntur nisi magnas diuitias & abundantes. ¶Differt vtrum diuitiæ quæ habentur abundantes vel moderatæ habeantur in proprio vel communi. Nam sollicitudo quę circa proprias diuitias adhibetur pertinet ad amorem priuatum quo quis diligit seipsum temporaliter. Sed sollicitudo quæ adhibetur circa res communes pertinet ad amorem charitatis quæ non quærit quę sua sunt, sed communibus intendit. Et quia religio ad perfectionem charitatis ordinatur, quam perficit amor Dei vsq; ad contemptum sui habere aliquid proprium repugnat perfectioni religionis. Sed sollicitudo quę adhibetur circa communia potest pertinere ad charitatem, licèt per hoc possit etiam aliquis altior actus charitatis impediri, puta contemplationi diuinę aut instructionis proximorum. Ex quo patet ꝙ habere abundantes diuitias in communi, siue in rebus immobilibus siue in rebus mobilibus est impedimentum perfectionis, licèt non totaliter excludat: sed habere in cõi siue in rebus mobilibus siue immobilibus quantum sufficit ad simplicem uictum non impedit perfectionem, & hoc si consideretur paupertas in comparatione ad cõem finem religionis qui est vacare diuinis obsequiis. Sed si consideretur paupertas per speciales fines religionum tanto vnaquęq; religio erit secundum paupertatem perfectior, quanto habet paupertatem magis proportionatam suo fini. Manifestum est autem quòd ad opera uitæ actiuę corporalis, indigne homo copia rerum exteriorum, ad contemplationem pauca sufficiunt. Ad contemplandum autem & contemplata aliis tradendum per doctrinam & prędicationem requiritur maior sollicitudo spiritualiũ quàm in illa, quæ ordinatur ad contemplandum solum unde talem religionem decet talis paupertas, quæ minimam sollicitudinem ingerit, manifestum est autem ꝙ minimam sollicitudinem ingerit conseruare res vsui hominum necessarias tempore congruo procuratas. ¶Sic igitur tribus gradibus religionum triplex gradus paupertatis competit. Nam religionibus ordinatis ad opera corporalia vitæ actiuæ competit habere abundantiam diuitiarum communium. Illis quæ sunt ordinatę ad contemplandum competit habere possessiones moderatas. Illis quę ordinantur ad cõtemplata aliis tradendum competit uita, maxime ab exterioribus sollicitudinibus expedita. Quod fit dum modica quę sunt necessaria uitę, congruo tempore procurata conseruantur. Hunc modum paupertatis scilicet habere pecuniam, vel quascunque res communes ad sustentationem religiosorum eiusdem congregationis vel aliorum pauperum tenuere discipuli post resurrectionem Christi,

Triplex gradus paupertatis.

Christi,a quibus omnis religio sumpsit originem, nam precia prædiorum conseruabant & distribuebant vnicuique prout cuiq; opus erat. Actus. hæc Thom. ¶ Potest enim dici sic,quod sunt tres gradus paupertatis. Primus qui est renunciare cum effectu tam mobilibus quam immobilibus in particulari,sed in communi vtraq; possidere moderate tamen est monachorum habens aliquid viscositatis vel tenacitatis in terra propter amorem immobilium rerum,cum a viris nondum perfectis nō possit Deo tota mēte vacari,& possessionum curis intendi. Sicut dicit Archi.duodecima quæstione prima,certe ergo,& per ca.diuersis fallaciis,de cle. con iug.¶ Tertius gradus qui est renunciare cum effectu tam mobilibus quam immobilibus, tam in communi quam in particulari exceptis minimis vtensibilibussine quibus humana vita sustentari non potest est fratrum minorum habens aliquid tarditatis & anxietatis,cum omni die oporteat corporalem viati cum quæri,quia granum, vinum, oleum & denarios etiam per tempus breue tenere non possunt vt in clem. exiui. de verbo. signifi. ¶Secundus tanquam medium tenens habet multum facultatis & libertatis in Deū & proximum & ideo cæteris perfectior. Nam habere aliquid in communi,moderate tamē quod sufficere possit ad victum & vestitum pro aliquo tempore non prolixo,perfectioni pauperatis non derogat,cum nec curam exigat magnam,nec ad sui trahant amorem, quæ vsu consumuntur, vt granum, vinum, denarii & huiusmodi,vt not. Ioan. Andr. in nouel. super ca.sane, de reg.& transl.ad relig.Et hęc est paupertas fratrum prædicatorum secundum constitutiones eorum, & talis fuit paupertas primitiuorum christianorum in eccle siis qui religiose viuebant, vt habetur.12.q. 1.dilectissimis.

2.2. qō. 188.art. 2.in corpo.art.

§.4. ¶De triplici genere religiosorum. Nota secundum Hier.& Benedictum in regula quòd triplex est genus monachorum,q̄ omnes dicunt se Christum sequi.¶ Primi dicuntur Serabitæ discurrentes hinc inde & viuentes in spiritu libertatis qui dicunt se Christum sequi in eo quòd circumibat per ciuitates & castella,dicuntur etiam Circumcelliones, hi satis vituperantur a doctoribus & in iure, vt 6. q.1.quidam monachi,& c.qui vere. ¶Secūdi dicuntur Anachoritæ.i.solitarii uiuentes, q̄ dicunt se Christum imitari in eo quòd solus agebat in desertis.Matth.4.Et in montē ascēdit solus orare. Matth.14.Hi traxerūt initiū ab Helia vel a Ioanne.Bap.de his dicitur.16. qō.1.qui vere,& pure solitariam uitam eligunt,& digni sunt conuenienti honore, ubi dicit glo.quod subsunt episcopis,vt 94. di.c. nulla ratione,& gaudent priuilegio clericorum.Et possunt vocari ad prælaturam monachorum,extra de elec.cum monasterium,trā sic enim a minus stricta ad maius strictāin hoc q̄ monachus abrenunciet ppriis non autem hæremita,vnde & potest hęremita facere testamētum.19.q.1.§.sed aliud est. Et secūdū.Tho.quamuis vita solitaria si debite assumitur,præemineat uitæ sociali, sicut quod iā perfectū est huic quod ad perfectionē exercet tū si vita solitaria absq; præcedenti exercitio assumatur est periculosissima,nisi perdiui nā grām suppleatur,quod in aliis per exercitium acquiritur,sicut in benedicto & Antonio.Vita.n.socialis necessaria est ad exercitiū perfectionis,quia mutuo se instruit uerbo & exemplo & correctione,& ad perfectum perducunt.Solitario competit iam perfectis qui aliorū regimine non indigent,sed solum spū Dei agūt. Vñ Hier.in epistola ad Rusticū.Tractandū est vtrum solus an cum aliis in monasteriis uiuere debeas. Mihi placet ut habeas sanctum contubernium.i.societatem,nec ipsæ te doceas,& absq; doctore ingrediaris uiā quam nunquam ingressus es.16.q.1.Si clericatus De hac uita Anachoritica seu solitaria participant satis Carthusien.& hæremitæ Camalduleñ.licèt etiam participant de cœnobita,quia simul qñq; conueniunt. ¶ Tertii dñr Cœnobitę.i.in congregationæ uiuentes, hi uidētur exorti sub Helisęo qui cōstituit cuneū prophetarum.i.religiosorum ſm gl.Sed fuerūt renouati a Christo qui discipulos habuit pariter habitantes & in communi uiuētes cū quibus in monte ascendens docebat eos.Matth.5.Et vt dicit Io.Do. ipsos in principio habuit ut nouitios docēs eos in doctrina de beatitudinibus quid debeant agere in religione & plura alia.Secundo quasi uoluit eos profiteri cum quibusdam ex discipulis recedentibus dixit ad Apostolos.Nunquid & uos uultis abirę?Et Petrus respondit pro omnibus. Domine ad quem ibimus &c. Ioan. 6.q.d. non.Tandem eos ad statum perfectionis perduxit quando in ultima cœna eos episcopos fecit & consecrauit,vt dicit gl.di.21.in nouo. Sed perfectissimos fecit die penthecostes.Habuit ēt Christus quosdā ex discipulis deditos uitæ actiuę,vt Martham & alias mulieres q̄ ministrabāt ei ā facultatib.suis, quosdā cōtemplatiuæ deditos,ut matrē suā & Magdalenāquos

Triplex generi religiosorū qui dicūt se se qui Chr̄m.

Se se.q. c.88.ar. 8.

dã mixtę, vt apoſtolos & plures alios. Cœnobitæ habent diuerſos modos viuẽdi, & ad diuerſa deputatur vel actiuam vel contemplatiuã vel vitam mixtam ſecundum regulas & conſtitutiones eorum quas profitentur, & ſecundum Iſid. regula dicitur eo q̃ recte ducit, nec aliquando aliorſum trahit, vel ſecundũ alios eo quod regat vel normam bene viuẽdi præbeat, vel quod diſtorum prauumque eſt corrigat. diſtin. 3. canon. Et ex his patet quòd cõſtitutiones etiam poſſunt dici regula, quamuis communis vſus loquendi hoc habeat ar. di. 29. regulæ, & extra de regu. & tran. ad reli. c. porrectum, dicitur q̃ habitus non facit monachum, ſed obſeruantia regularis, quod intelligitur ita de conſtitutionibus ſicut de regula. fit autem quis propriè & perfectè religioſus per profeſſionem quæ in diuerſis religionibus diuerſis modis exprimitur. Et ſecũdum hoc arctius vel leuius obligantur. Nam in aliqua religione promittit profitens ſe ſeruare regulam, vt in regula & religione minorum. In alia cautius dicitur viuere ſecundum regulam, quod intelligitur ſecũdum Thom. 2. 2. quæſtione 86. ar. 9. in re. pri. art. & primo quolibet queſtione 9. artic. 4. in cor. art. quòd intendat ad hoc quod mores ſuos informet ſecundum regulam ſicut ſecundum quoddã exemplar, hæc tollitur per contemptum. In alia adhuc cautius promittitur, ſcilicet obedire ſecundam regulam, ita quòd profeſſioni non contrariatur, niſi id quod eſt contra præceptum regulæ in aliis tranſgreſſio vel omiſſio obligat ſolum ad veniale. In aliqua tamẽ religione, ſcilicet prædicatorum talium tranſgreſſio vel omiſſio ex ſuo genere non obligat ad culpam, ſed ad pœnam, quia per hunc modum ad talia obſeruanda obligantur ex ſua profeſſione. Qui tamen poſſent peccare venialiter ex negligentia, vel mortaliter, vel ex libidine, vel contemptu. Hęc Thom. ¶ No. etiam ſecundum Ioan. An. in nouel. quod iſta eſt differentia inter regulas quatuor approbatas & conſtitutiones religioſorum, quia regulæ mutari non poſſunt niſi per papam, ſed cõſtitutiones mutari poſſunt per prælatos religionum, qui ſunt tantæ auctoritatis quantæ fuerunt eas inſtituentes, vt de reg. iu. omnis. Et no. q̃ Greg. decimo, extra de reli. do. c. vnico. lib. 6. ſi ait. Diſtrictius prohibemus ne aliquis de cætero nouum ordinem, aut religionem inueniat vel habitum nouæ religionis aſſumat. Cunctos ordines & religiones mendicantium poſt dictum concilium, ſ. Laterañ. quod fuit celebratum ſub Inno. 3. adinuẽtos qui nullã confirmationẽ ſedis apoſtolicæ meruerunt perpetuę prohibitioni ſubiicimus & quatenus proceſſerant reuocamus. Inſtitutos aũt ordines poſt dictũ concilium & confirmatos a papa mendicantes ex inſtitutiõe ſuæ regulæ vel cõſtitutione ſi ordinat q̃ profeſſi in eis maneant, ſed nullum amplius recipiãt, ad profeſſionem in dictis ordinibus loca noua non emendo & vetera non vendendo ſine licentia ſedis apoſtolicę, irritans, cõtra facta, & excommunicans contra faciẽtes ab his tamẽ excipit prædicatores & minores ob euidentem eorum eccleſię vtilitatem. Hæremitas autem S. Auguſtini & Carmelitas, quia ipſum concilĩ præceſſerunt, & dicit ibi glo. Io. An. hoc intelligi pluribus ſimul in eodẽ collegio habitantibus & eandem religionẽ profitẽtibus, ſ. quod dictum eſt de habitu nouo nõ ſumendo, alias ſingularis perſona ſectam nõ inueniens & ſeorſum habitans nouum habitum ſibi aſſumere poteſt. Item dicit q̃ mendicantes dicunt qui ex regula vel conſtitutionibus ſuis hoc profitentur, vt prædicatores & minores. Dicit ẽt Arch. q̃ iſta conſtitutio de mẽdicantibus non extenditur ad non mendicãtes qui, ſ. ex regula vel conſtitutione habent qđ teneant in mobilia in communi, licèt actu mendicent. Tales enim religiones permanẽt & poſſunt recipere alios ad ordinem & profeſſionem, ex quo non ſunt ex regula ſua mẽdicantes, poteſt tamen papa quotidie approbare nouas religiones. Et plures poſtea inſtitutæ confirmatæ ſunt religiones.

Profiteri regulam.

Dſia inter quatuor regulas approbatas.

¶ Nota quòd quatuor ſunt regulę ab eccleſia approbatæ, ſub quarum aliqua militant omnes religioſi eccleſiæ catholicæ. Prima fuit Baſilij. Secunda Auguſtini. Tertia Benedicti. Quarta Fcanciſci. Carthuſi tamen non militant ſub aliqua iſtarum, ſed habent ſua ſtatuta pro regula, & habentur in magna veneratione ab eccleſia. Sub regula Beati Auguſti. militãt omnes canonici regulares, fratres prædicatores, Hæremitani, ſeruitæ, ordo S. Brigidæ, ordo S. Hieronimi de nouo inſtituti ſub Eugenio 4. ordo Scopetini ſub Greg. 12. inſtituti. ordo Sancti Ioannis. Hieroſolymitani qui dicuntur vulgariter Ferieri. ordo hoſpitalariorum. Sancti Antonii. ordo Cruciferorũ ¶ Differunt autem inter ſe per cõſtitutiones varias additas regulæ & in habitu. Et de regula beati Auguſt. ex eo quòd in principio dicitur, hæc ſunt quę vt obſeruetis præcipimus, &c. Aliqui dixerunt q̃ omnia quæ erant in regula, erant in præcepto, quam opin. reprobat Vmbertus ordinis prędicatorũ in expoſitiõe regulæ.

§. 5.

regulę,& do.Ioan.Do.ordinis predicatorum.

Intentio regulę p̃ dicatorum.

Dicit autem ipsæ Vmbertus q̃ in sacris scripturis reperiuntur quædam quæ habent modum & intentionem præcepti vt illud. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicē &c. Ioan. 15. Quædam alia quæ habent præceptum in intentione licèt non in modo, vt illud. Non furtum facies. Exod.20. Quædam alia quæ habent modum præcepti, sed non intentionem, vt illud de sanatione surdi. Mar.7. Præcepit eis ne cui dicerent. Non.n. dicendum est quòd intenderet dominus eos ligare ad mortale illud miraculum prædicando,& tale est hoc quod hic dicitur in regula. Non enim videtur probabile quòd vir tam sapiens, etsi per modum præcipiendi loquatur intenderit omnia ponere sub præcepto, & tantam materiam damnationis accedentibus ad regulam suam pro solute ministrare. Et licèt non intendat omnia ponere sub præcepto, quia tamen suę intentionis est quòd multum vult omnia seruari, ideo vtitur uerbo præceptorio non ad generandum scrupulos., sed ad exprimēdum suam intentionem, & ne ex tenui modo loquendi daretur pigritiæ humanæ occasio minus curandi de mandatis regulæ, quamuis autem nullum præceptum sit in regula ex uirtute illius verbi præcipimus, tamen multa sunt in intentione, etsi non secūdum expressionem in modo loquendi, sicut in diuina scriptura cum loquitur nobis eodem mœdo. Quædam reputantur exhortationes, vt illud Matth.5.& Lucæ 6.cap. Siquis te percusserit in dexteram maxillam &cętera. Quædam præcepta vt Illud. Mutuum dare nihil inde sperantes. Luc. 6. cap. Et si quęratur quomodo possunt distingui & cognosci. Respondetur per rationem bene dispositam, q̃ maxime per vnionem potest de facili iudicari quod intendit obligare de ea, quę pertinent ad obedientiam, castitatem, vnitatem & huiusmodi, non autem ad ea, quę pertinent ad vltimam domationem carnis vel cauendum omnem mobilitatem in omni motu & gestu, sicut in scripturis diuinis docemur per rationem & doctrinam sapientum quę sunt ibi præcepta,& quę consilia. Hæc Vmbertus.

§.6. De obligatione regulæ b. Augustini.

¶De regula beati Augustini quomodo obliget sic dicit dominus Ioan.Do.quòd in regula quędam supponuntur vt substantialia, & omnia præcepta Dei & ecclesię, & tria uota principalia, & ista obligant ad mortale transgrediendo. Quędam apponuntur in regula vt media & declaratoria, & illa sunt quæ determinant principaliter qualiter præsuppositа debent seruari vt de rixis non habendis & in iurijs non faciendis, aut quam celeberrime finiendis pro præcepto charitatis seruando, q̃ præposito, idest priori, vel presbytero, idest episcopo obediatur, declarat modum obedientiæ, q̃ fœminas appetere vel appeti velle criminosum est, exornat votū castitatis. Sed maxime videtur textus regulæ instare circa perfectissimam expropriationem in particulari, vt quòd habeant victum sub vno cellario, vestitum sub vno vestiario, libros sub uno librario. Et quòd nullus accipiat occulte litteras uel quodlibet munus. Et ista similiter videntur cadere sub præcepto, nec licere alicui inferiori regulam sine causa ineuitabili dispensare, alia vero in regula apponuntur, vt iuuatoria ad ornatum religionis. Et ista nō obligant nisi sicut consilia, vt illud. Carnem vestram domate &c. Et illud codices singulis diebus perantur & huiusmodi. Hæc ille.

§.7. ¶Sub regula beati Benedicti militant multi ordines vt monachi nigri, de quibus in clem. de sta.mo.cap.Ne in agro Qui cum essent relaxati reformati sunt in speciali congregatione quę dicitur sanctæ Iustinæ habentes speciales constitutiones & exemptiones per Eugenium 4.confirmatas. Cisterc.ien.multipliciter priuilegiati, quos b.Bernar. mirabiliter dilatauit. Camaldulen. instituti per b.Romualdum ordinis Vallis vmbrosæ, quos instituit beat. Ioannes Gualbertus ordinis humiliatorum. Ordo Cluniacen. Cęlestini quos instituit bea. Petrus de Murrone qui fuit papa Cęlestinus, sed renunciauit papatui, ordo montis Oliuarum, ordo montis Fani seu Syluestrini, omnes hi sub regula beati Benedicti differunt in constitutionibus & aliqui in habitu,& omnes sunt exempti, nisi Syluestrini. ¶Et de regula beati Benedicti quam profitentur omnes monachi exceptis Carthusiensibus, si quęratur vtrum omnia contenta in ea sint in præcepto, ita q̃ ex transgressione alicuius ex contentis in regula peccat monachus mortaliter. Rñ.do.Io.de Turrecremata cardinalis S. Sixti ordinis predicatorum eximius doctor in expositione quam fecit super regula beati Benedicti circa principium quòd nō, sed quędam sunt ibi vt præcepta obligantia ad mortale quędam vt monitiones non obligantes de se transgressores ad mortale: sed ueniale. Ea autem quę obligant ad mortale quę sunt ibi præcepta, sunt illa q̃ se habent vt finis regulę, vel essentialiter facientia ad finē regulę,& sine quibus finis religionis haberi nō po-

Expō regulę S. Benedicti.

teſt,huiuſmodi ſunt oēs actus interiores virtutum de quibus agitur in regula, vt de charitate Dei & proximi, de patientia,humilitate, manſuetudine, iuſtitia,& hmōi ſeruandis non ſolum religioſi, ſed etiam laici tenentur ad iſta non ñ perfecto modo habenda: ſed taliter q̄ ſaluetur virtus in eis. Non.n. tenetur monachus de neceſſitate ſalutis ad omnes illos 12. gradus humilitatis qui ponuntur in regula,ſed ad ea ſine quibus humilitas haberi non poteſt,& ſic de alijs virtutibus. Similiter etiam quæ ſunt ſubſtantialia religionis ſine quibus religio conſtare non poteſt vt voluntaria paupertas, caſtitas, obedientia, ſ. quoad præcepta regulæ vel prælati. Adde quia etiam tenetur deferre habitum ſuę religionis ab extra ſeu patenter cum prodit in publicum, qđ eſt proteſtatiuum ſuę profeſſionis, aliàs peccaret mortaliter, vt infra dicetur. §. ſeq. Alia vero quę ſunt in regula poſita, quæ non ſunt ſubſtantialia religionis vt obſeruantię de ieiunijs certis temporibus taxatis in regula de abſtinentia ab eſu carnium, de camiſeis lineis non habendis de culcitris non tenendis, de ſilentio certis locis & temporibus ſeruando & huiuſmodi non ſunt præcepta, nec obligant tranſgreſſorem de ſe ad mortale. Signanter dictum eſt de ſe quia per accidens poſſet eſſe mortale ratione contemptus, quando.ſ. quis illa tranſgrederetur ex contēptu. Hoc autem probat prefatus doctor multipliciter. ¶ Primo ex dictis b. Thom. 2.2.q.186. art. 9. idem Tho. in quodlibet. 1.q.9. arti 4. dicit q̄ ſtultum eſt dicere q̄ monachus frangens ſilentium poſt completorium peccet mortaliter. Idem in eodem quodlibet. e q.eo. art. dicit monacho comedere carnes extra infirmitatē non eſſe mortale. Idem habetur extra de ſtatu mona. cap. Cum ad monaſterium, niſi faceret in contemptum vel contra præceptum quando contrarium ſibi a prælato ſuo præciperetur. Idem videtur dicendum de alijs obſeruantiis, cum hæc ſint præcipua. Et de ſimilibus idem eſt iudicium, extra de ſtatu mona. cap. Ecclesiæ. ¶ Secundo idem probat per dictum Io. And. Nam in nouel. ſuper illud, cap. extra ne cle. vel mo. neg. ſe. ſe immiſceant, cap. Relatum, dicitur. Relatum eſt nobis quòd monachi de. N. viuunt ſeculariter, & alios exemplo ſuo corrumpunt. Ideoq; mandamus quatenus ad obſeruantiam regulæ appellatione reſecata compellas. Sic ait Ioan. Andr. ſuper glo. argum. quòd regula eſt in præcepto, quod intelligas indiſtinctē quoad tria ſubſtantialia vota. Alia autem non credo eſſe in præcepto, alias vnus de mille monachis non ſaluaretur. ¶ Tertio hoc patet per id quod dicitur in principio regulę ipſius. Auſculta ō fili præcepta magiſtri & admonitiones pij patris excipere, inquit Benedictus. Non dicit ſimpliciter præcepta, ſed addit & admonitiones vt intelligatur non omnia eſſe præcepta, ſed quędam præcepta, & quędam vt monitiones & ſimplices ordinationes. Quę autem ibi in regula ſint præcepta, & quę monitiones ſimplices, ex forma verborum regulę haberi non poteſt. Sed ſicut vbi ſacra ſcriptura uniformiter loquitur in veteri & noua lege, vt ex proprietate & forma verborum ipſius non poſſit bene diſcerni quę ibi ſint præcepta & quę ſimplicia monita, non obligantur ad mortale, ſed per rationem & doctrinam ſapientiam docetur iſta diſtinctio, ita dicendum eſt de regula b. Benedicti. ¶ Et per rationem quidem cognoſcitur tales obſeruantias non eſſe ſub præcepto, ſed ſolum ſubſtantialia religionis, ſcilicet expropriatio, caſtitas, obedientia, quia nō eſt veriſimile quòd vir ſapiens & expertus humanam fragilitatem plenus ſpiritu Dei voluerit filios ſuos oneribus importabilibus grauare; hoc enim non eſſet regulam tradere & compendioſam viam facere ad regnū cęleſte, ſed inijcere laqueos profeſſoribus, & deicere eos in profundum quę pietas patris hęc eſſet cum tamen dicat admonitiones pij patris excipe. ¶ Beatus quoque Gregor. in lib. dialogo. dicit de beato Benedicto, quòd edidit regulam diſcretione præcipuam. Sed quę diſcretio eſſet ut ad omnia cerimonialia tenerentur ſub præcepto? Item in moralibus aſſimilat religionem portui tranquillo, & ſecularem vitam mari propter pericula, ſed maiora pericula tranſgreſſionis & damnationis eſſent in religione quàm in ſęculo, ſi omnia ordinata regulę eſſent ſub præcepto. Per doctrinam ſapientum hoc paret. Nam doctores in theologia & canoniſtę approbati, hoc dicunt, ſcilicet obſeruantias regulę, vt abſtinentiam ab eſu carnium & ſilentij non eſſe præcepta, nec de ſe obligare ad mortale horum tranſgreſſorem. In cap. etiam cum ad monaſterium, extra de ſtatu monach. prohibetur in virtute obedientię ſtrictiſſime, quòd nullus monachus habeat proprium, quia hoc eſt contra paupertatem, quod eſt eſſentiale religionis. Alia vero vt abſtinentia ab uſu lineorum, eſu carnium, ſilentium in dormitorio, in refectorio & oratorio & clauſtro non præcipiuntur eodem modo: ſed iniunguntur vel ſimpliciter ſtatuuntur. Poſſunt autem con-

Probatio regulæ.

Secūdo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

Argumenta contra.

tra prædicta fieri quædam obiectiones quib. de facili respondetur. Et primo sic. Qui uotum transgreditur peccat mortaliter quia cõtra præceptum agit secundum Tho. & alios. Sed monachus in professione uouet obseruare regulam, vnde & contenta in ea, ergo frangens silentium vel ieiunium regulę, vel abstinentiam a carnibus & huiusmodi, cum ista prohibeantur in regula facit contra uotum, vnde & mortaliter peccat. Ad quod respõdet idem doctor beat. Thom. in 1. quolibet. qõ. 9. arti. 4. in corpore ar. & 2. 2. q. 186. art. 9. in respon. ad primum, quòd monachus faciẽs professionem non vouet seruare regulam beati Benedicti, sed viuere secundum regulam, id est tendere ad hoc quòd mores suos formet secũdum regulam sicut secundum quoddam exemplar, unde ex voto obligatur ad seruandum ea quæ sunt in regula tanquam præcepta, & quæ prælatus secũdum tenorem regulæ præcipere voluerit. Cætera quæ non continentur in regula vt præcepta non cadũt sub voto directè, vnde prætermittens ea non peccat integraliter. Non autem omnia quæ sunt in regula sunt præcepta (vt dictũ est) sed multæ sunt simplices ordinationes quę transgredi non est cõtra votum nec mortale, nisi qs ea faceret ex contemptu, quia & hoc etiam esset agere directè contra uotum. ¶ Secundo arguitur sic dicit beatus Benedictus in regula, cap. 118. Si quis suscipiatur in congregatione, Et paulo post suscipiendus promittat coram omnibus de stabilitate sua & conuersione morum ꝙ obedientia, & si aliquando aliter fecerit sciat se esse damnandum. Cum ergo promittat talis cuncta seruare, ergo videtur transgressor voti & promissionis, & damnandus per mortale commissum. Respondit idem quod illa promissio large sumitur, non pro obligatione per modum voti sed pro ostensione voluntatis, & est sensus si ostenderit se uelle cuncta seruare, eo scilicet modo quo habentur in regula scilicet præcepta vt præcepta, & monita vt monita. Et subditur, si aliter fecerit, sciat se esse damnandum, intelligitur de his quæ sunt cõtraria voto promissionis, & contra substantialia regulæ. Et de stabilitate intelligitur vouere, ita scilicet quod non apostataret a religione & de morum conuersione, scilicet ꝙ viuat seculariter. Nã per hmõi vtiq; damnaretur. ¶ Tertio arguit ex dictis Ber. in lib. de dispen. & præcepto. Omnia instituta in regula S Benedicti ait non profitentibus monita seu consilia sunt censenda, nec grauant non seruata cum tũ professitẽbus præcepta præuaricantibus in crimina fiant, & necessaria dicit esse ipsa instituta, ergo &c. Rñ. idem ꝙ be. Ber. non accipit ibi præceptũ propriè & strictè. s. pro iussione superioris cũ intentione ligandi in virtute obedientię: sed large pro quacũq; iussione, ordinatione, vel prohibitione alicuius rei, sicut præcepto grãmaticæ dñt quędam instituta circa illam artem. Similiter necessarium non sumit propriè pro eo sine quo nõ potest salus esse, sed accipit necessarium prout distinguitur contra liberum pro eo. s. quod nõ est amplius in optione eius facere vel nõ facere sine culpa aliqua vel pœna. Vnde idem ait in eodem lib. Regula beati Benedicti oĩ homini proponitur, imponitur autem nulli. Si quis aũt ex ꝓpria volũtate se mel promiserit deinceps tenendũ in necessariũ sibi conuertitur, nec iã liberum habet dimittere quod ante suscipere liberum fuit. Idẽ in eodem. Hęc minima ut in dictum silentiũ si contra mãdata non veniũt, nec peccata sunt, accedente mandato si quo minus fiant in peccatum reputantur, nõ tñ in crimine ita tñ si per surreptionem vel obliuionem, nõ aũt per contemptum horum transgressio fiat. Hæc ille. ¶ Quarto arguitur Monachus que trãsgreditur aliquid eorum quæ in regula continentur, aut est transgressio voti aut nõ. Si sic mortaliter peccat, si non, tunc illa transgressio nõ videtur esse culpabilis, cum nulla ratio alia sit ibi offensæ nisi quia cõtra promissũ agit: sed non est dicendum quòd ibi sit nulla culpa, ergo mortalis ex quo frangit votum. Respon. idem quòd sicut in his quę indicãt nobis voluntatem Dei sine transgressione præcepti potest esse offensa, vt cum aliquis venialiter peccando, id quod Deus dissuadet cõmittit vel quod suadet omittit, sic sine transgressione uoti potest esse culpa circa hęc quæ indicant voluntatem patris spiritualis Benedicti, Augustini vel abbatis sui, vt cum monachus monitum abbatis vel statutum regulæ transgreditur, quod probabiliter creditur nõ esse præceptum. Et sicut qui venialiter peccat circa ea quæ sunt de iure naturali vel diuino, non dicitur simpliciter obediens, sic qui venialiter peccat circa ea quæ in regula continentur vel quę ab abbate ordinantur non dicitur simpliciter transgressor voti, nec simpliciter inobediens dicitur qui mandatum factum sine præcepto transgreditur. Nec etiam sequitur quòd si monachus frequenter tales ordinationes transgrediatur vt fractionem silẽtii & huiusmodi, quod facit illud ex contemptu, quia ex fragilitate & negligentia potest hoc agere,

ficut dicere ociosa est veniale. Et si hoc quis agat quotidie & pluries, nō tamen dicitur de se agere ex contemptu vt peccet mortaliter. Hæc omnia ille. Quæ autē habentur de statu mo.ne in agro. in cle. quātū ad ea quæ sunt in principio capituli vsq, ad §. sanè tangūt monachos nigros tantum secundū Io. An. Quantum ad ea quæ habentur in dicto §. sanè. s. q̄ monachi in quolibet mense semel conficeāt, & communicent, nisi de licētia & cōsilio sui abbatis vel cōfessoris abstineant, dubitat Io. An. vtrum extendantur ad omnes monachos quod dicit satis honestum. Quæ autem habētur in §. Quia vero, vsque ad fi. vt non eundo ad curias principum sine licentia suorum ab batum de non portando arma intra septa monasterii, contra quæ est ibi lata sententia excommunicationis, de prioritatibus abbatiarum, de ætate priorandorum monachorum, & huiusmodi. dicit Ioan. An. extendit ad omnes monachos. Et in fi. illius cle. confirmātur decretales ille cum ad monasterium, & in singulis, de statu mona. quæ dicunt de abstinentia a carnibus a camisijs & de silentio & huiusmodi, quæ tamen non videntur esse in præcepto nisi illud de proprio non habendo.

§. 8 ¶ De regula Beati Francisci sub qua militāt fratres minores. Hic Sanctus Franciscus incepit ordinē suum, Anno Domini 1210. sub Inn. III. &c confirmatus fuit ordo permissiue, sed solemni approbatione ab Honorio post confirmationem ordinis prędicatorum. ¶ Nota q̄ in clemen. exiui de paradiso. de verbo. signifi. declaratur quæ ibi sunt præcepta vel æquipollentia præceptis, obligantia ad mortale transgressores, ibi enim dicit quòd vltra tria vota essentialia religionis, ordo ipse minorum communiter sensit tenet & tenuit ab antiquo quòd vbicunque in regula ponitur hoc verbum teneantur, obtinet vim præcepti & obseruari debet a fratribus sicut mortale. Cum votum determinatum cuiuslibet habeat cadere super certo, vouens regulam non potest dici, teneri ex vi voti huiusmodi, ad ea cōsilia euāgelica, quæ in regula non sunt posita, quāuis dicatur in principio regulæ. Regula & vita fratrum minorum hęc est, scilicet domini nostri Iesu Christi. Sanctum euāgelium obseruare. In obedientia viuere sine proprio & in castitate. Et in fine regulæ dicitur, humilitantem & paupertatem & sanctum euangelium quod promittimus obseruemus. Declaramus tamē quòd dicti fratres non solum ad illa tria vota ex professione regulæ obligantur, sed etiam ad omnia implenda tenentur quæ sunt pertinentia ad illa tria vota quæ regula ipsa ponit & in eadem cle. dicitur. Quæ videri possunt æquipollentia præceptis ex vi verbi vel saltē ratione materiæ, de qua agitur vel etiam ex vtroq; sub compendio habeantur. Declaramus quòd illud quod ponitur i regula de nō habendo plures tunicas quam vnam cum caputio & aliam sine caputio. Item de non portandis calciamentis, de non equitando extra casum necessitatis. Item quòd fratres vilibus induantur. Item quòd ieiunare a festo omnium sanctorum vsque ad natale & in omnibus sextis feriis teneantur. Item quòd clerici faciant officium diuinum secūdum ordinem Romanæ curiæ. Item quòd ministri & custodes necessitatibus infirmorum & fratribus in duendis sollicitam curam gerant. Item quòd si quis fratrum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debent ei seruire. Item quòd fratres, non prędicant in episcopatu alicuius episcopi cū ab eo illis fuerit interdictum. Item qđ nullus audeat populo prædicare nisi a generali ministro, vel aliis quibus secundum prædictam declarationem id cōpetit, fuerit examinatus approbatus & institutus ad hoc. Itē quòd fratres qui cognoscerent se non posse regulam obseruare spiritualiter debeant & possint ad suos ministros recurrere Item omnia quæ ponuntur in regula ad formam habitus tam nouitiorum quam professorum, nec non ad receptionis modum ad professionem spectantia, nisi recipientibus quoad habitum nouitiorum sicut dicit regula, secūdum Deū aliter videatur hic inquam omnia sunt a fratribus tanquam obligatoria obseruanda. Hæc ibi. ¶ Duo tamen ex prædictis scilicet de habendo vnam tunicam cum caputio & aliam sine caputio quoad professos. Et quod fratres vilibus induātur sicut ibi modificantur, quod quamuis ista sicut alia æquipolleant præceptis, tamen determinant quantum ad numerum tunicarum, quòd pluribus vti non licet, nisi in necessitatibus quæ haberi possunt ex regula secundum quòd hunc passum declarauit prædecessor suus, scilicet. Nicol. Quomodo autem ad vtilitatem vestium tam habitus quam interiorum tunicarum illam debere intelligi dicimus quæ secundum consuetudinem vel conditionem patriæ debeat quantum ad colorem panni, & precium vtilitatis merito reputari, huiusmodi autem vilitatis iudicium ministris seu custodibus & guardianis committit conscientias eorum onerans.

¶ De pecuniis non habendis dicit quòd

Sanctus

Sanctus Franciscus præcepit firmiter, scilicet fratribus in regula cunctis, q denarios vel pecuniam non recipiant per se nec per interpositam personam. Istam particulam prædecessor suus, scilicet Nico. declarans casus & modos posuit quibus a fratribus seruatis, a fratribus non possunt dici, nec per se debent vel per alium pecuniæ receptiones contra regulã vel contra ordinis puritatem, sed si pro alio quã ponat dicti prædecessoris nostri, scilicet Nic. declaratioad dantes pecunias, vel ad deputatos nuncios recurrant transgressores regulæ præcepti dici possunt. Quocirca quæ sunt omnis pecuniæ & oblationum peccuniarum receptio in ecclesia vel alibi cippi seu truncior dinati ad offerentiã seu donantium pecunias reponendas, necnon & quicũque recursus ad pecunias se habentes ipsis per declarationẽ prædictam non cõceditur, hæc omnia sunt eis simpliciter interdicta. Cum etiã recursus ad amicos speciales expræsse tantum in duobus casibus concedatur ſm regulam, videlicet pro necessitatibus infirmorũ vel pro fratribus in
21. § duendis, atque pie considerata necessitate vitæ ad alias necessitates fratrum pro tempore occurrentes cessantibus eleemosynis sæpe dictus prædecessor duxit extendendum. Sed p nullis causis quam pro prædictis vel simlibꝫ in via vel alubi recurrere eis licet ad amicos huiusmodi, siue sint dantes pecunias siue deputati per ipsos seu nuncii seu depositariis siue quouis nomine appellentur. Et infra ꝑcipere q & qualiter pecunia & expendatur, cõputumque exigere de expensa, eamque quocunque deponere, aut de poni facere vel recipere, facere capsulam pecuniæ vel eius clauẽ deferre hos actus & similes fratres sibi illicitos esse sciãt, ꝑdicta enim facere ad dominos pertinet. Declarando enim dicimus q successione huius, ideſt hereditatum quæ etiam ex natura sua indifferenter ad pecuniam & etiã ad alia mobilia & immobilia se extẽdũt, nullatenus sunt capaces, nec licet eis valorem hereditatum talium vel tantam eorum partem quòd præsumi possit hoc in fraudẽ fieri, quasi sub modo & forma legati dimitti sibi facere vel sic dimissa recipere, quia potius ista fieri ab eis simpliciter prohibemus. Cumq; annui redditus inter mobilia censeantur a iure ac huiusmodi redditus obtineri pauptati, & medicitati repugnet, nulla dubitatio est q dictis fratribus redditus quoscunque sicut & possessiones, vel eorum vsum cum eis non reperiatur concessus recipere vel habere considerata eorum cõditione non licet. Item ibi dicitur q nullo modo debent fratres ipsis curiis & litigiosis actibus se immiscere. Debent etiam sei re sibi interdictum q huiusmodi inquisitionibus alias excutionibus & dispensationibus scilicet rerum temporalium se exponãt, cum hęc vt sæpius absq; litigio & cõtractione pecuniæ vel administratione eius non valeãt expediri. Veruntamen in his possunt dare consilium. Item & infra habere hortos vt colantur ac holera & alia horalicia precio distrahantur, & vineas necnon repugnat suę regulæ, sedm q prædecessor declarauit & ordinauit. Et infra supfluitas aut nimia prcciositas vel quæcũq; curiositas in his sædificiis ecclesiasticis paramẽtis vasis altaris seu aliis quibuscunq; nec põt eorum professioni & statui cõuenire. Demum traditur de ministrorum electione prouincialium, si habent dispẽsationes vel alias declarationes a pa. ignoro. ¶ Sub regula Basilij quæ prima fuit, militant omnes monachi orientalis ecclesiæ seu Græci ac etiã in occidente fratres Carmelitæ aliquãdo sub ea fuerunt quibus anno domini 1247 dominus Inno. IIII. addidit quasdã ordinationes per modum regulæ traditas eis a quodam patriarcha. Hierosolymitano dicto Alberto, extracta ex regula Basilii cum quibusdam additis declarantes & mitigantes regulam illã per dominũ Hugonem Cardinalem ordinis prædicatorum dictatas, vbi determinat q abstineant ab æsu carnium, & ieiunent ab exaltatione sanctæ Crucis usque ad resurrectionẽ, Dominicis exceptis. Et teneant silentium nocturno tempore q habeãt vnum priorem cui promittant obedientiam cum castitate & abdicatione proprietatis, scilicet in professione & de modo officii. Quod omnia habeant in communi, quòd comedant in communi refectorio cum lectione in mensa, & quòd vacẽt lectioni & labori manuum ne sint ociosi, pauciſſima alia ponit. Sed habent multas alias cõstitutiones per capitula sua adiũcta sicut alij ordines. Sub ipsa etiam Basilii regula fratres Ermeni, seu Ermenii, vulgariter dicti antiquitus militabant, nũc autem audiui eos sub regula Augustini viuere, quæ autem in dicta regula Basilii sint præcepta vel non extra essentialia religionis, non inuenio a quoquam declaratum. Et nota secundum. Thom. 2. 2. quæstione 136. articulo decimo, in corpore artic. quòd in eodem genere peccati mortalis vel uenialis quod cõmittitur, grauius peccat religiosus quam laicus in tribus casibus, videlicet si faciat contra uota religionis, quia si fornicatur agit & contra præceptum &

Reg. Basilii.

Reg. carmelitar.

con-

contra votum. Secundo propter scandalum quod habet locū in peccatis manifestis, quia magis tales scandalizant. Tertio si peccat ex contemptu & malitia, quia tunc est magis ingratus. In aliis scilicet quæ fiunt ex infirmitate vel ignorantia leuius peccat religiosus, qa si veniale quasi absorbetur ex multis bonis operibus quæ facit si est mortale facilius resurgit. Primo propter intentionem quam habet ad Deum directam: etsi ad horam intercipiatur de facili ad pristinam reparatur. Item scit etiam delicta corrigere. Item iuuatur a sociis ad corrigendum.

§.9. ¶ De tribus votis essentialibus religionis. Et primo de obedientia quomodo quis in ea offendat. Obedientiæ transgressionem esse mortale ostenditur ex illo textu. 1. Reg. 15. quasi peccatū ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere, idest nō obedire. Super quo verbo dicit Grego. Obedientia sola est quæ fidei meritū possidet sine qua quis infidelis esse conuincitur, etiam si fidem tenere videatur. 7. q. 1. c. Sciendum. Sed nota q̄ non omnis transgressio ordinationis factę a regula vel constitutione vel a prelato quā facit religiosus est proprie inobedientia & p̄ consequens mortale, alias status religionis esset plenus laqueis & periculosior statu seculari. Nec est aliqua religio in qua quis uoueat omnia puncta seu ordinata quæ ponuntur in regula vel constitutione & quæ dicent ei a p̄lato seruanda, sed aliqua ex ipsis plus & minus secūdum formam professionis in qua fit votum solemniter. Sciendum ergo quod tripliciter quis agit contra votum obediētiæ, & per consequens peccat mortaliter transgrediendo ordinationes regulæ constitutionum vel prælatorum. ¶ Primo per contemptū quā cunque illud quod agit per contemptum de se sit patuum ordinatum a regula cōstitutione vel prelato. Nam quod contemptus sit mortale patet Nume. 15. vbi contemnens mā datur morte puniri. Bern. etiam in lib. de dispen. & precepto dicit. Neglectus vbiq; culpabilis, contemptus vbique damnabilis. Hoc ét dicit Tho. 2. 2. q. 186. qui declarās quid sit cō temptus. dicit quod est renuere subiici ordinationi regulę vel legi. Dominus Io. Do. hoc declarat per exempla dicens. Puto in constitutione ordinis prædicatorum dici contemptū voluntariam sine causa continuatam aliquan diu trāsgressionē, puta cum quis habeat cappas regales, lineis vtitur, repletur pecuniis ēt ad prodigalitatem sequendam, & cum sanus sit propter gulositatem tantum vult ferè continue carnibus vesci, & cum ieiunare valeat saltem aliquotiens in hebdomada, nec sextis feriis a cœna vult abstinere, nulla insuper petita licentia vel obtenta & similia facit quæ constitutiones vetant, in hisque per seuerare intenditi nō video quomodo a damnabili cō tēptu talis ualeat excusari. Vñ dicit, q̄squis inordine prædicatorum ritè professus tacitè vel expressè ex deliberato animo statuta principalia non seruat cum intentione transgressionem huiusmodi continuandi apostata est apud Deum. ¶ Secundo modo agitur contra obedientiam & fit contra votum, & per consequens est mortale, quādo religiosus facit cō tra præceptum sui prælati sub quacunq; verborum forma factum dūmodo intelligat ipse p̄ceptum sibi fieri, obligans s. eum de necessitate ad faciendum, & præceptum si de re in qua tenetur ei obedire, nam multa sunt in quibus non teneretur. Et primo si præciperet contra Dei mandata, vt crimen occultum reuelari sibi non seruato ordine fraternæ correctionis, vel præter mandata, vt mendaciū officiosum, non enim debet in huiusmodi obedire. vt 11. q. 3. Si dominus. Secundo si cōtra ordinationes ecclesiæ vt q̄ non ieiunet die statuta ab ecclesia vel celebret pro hęreticis, tūc non obediet. 11. q. 3. si episcopus. Tertio si cōtra ordinationes suę regulæ vel cōstitutiones vt in ordine prædicatorum cum sit sanus q̄ comedat carnes vel lineis vtatur, etiam infirmus in huiusmodi tamen dubio debet obedire. argu. 23. quæst. 1. Quid culpatur. Quarto si præcipit ea ad quæ se non extendit prælaturæ auctoritas vt in interioribus, puta si præciperet cōtinuam attentionem ad orationes sibi iniunctas. ar. di. 32. erubescāt. Vel etiam q̄ manifestaret aliquod peccatum suum omnino occultum, vel iterum confiteretur iam cōfessum peccatum. Pet. de Pa. Vel etiam si mandat quod non loquatur superiori suo, vel faciat contra ordinationes maioris prælati sui. distin. 8. quæ cōtra morem. Quinto si præciperet vt ieiunaret vel austeritates faceret vltra regulam non imponendo ei per modum pœnitentiæ seu punitionis alicuius defectus qa teneretur, vt no. Hug. 20. quæstio. 3. Præsens, & distin. 73. Gesta. Laudabilius tamen est in huiusmodi obedire. ar. 11. q. 3. Quid ergo. Sexto si aliquid præciperet qd̄ habet speciē mali, vt q̄ nudaret se coram hominibus, qa obedientia intelligitur in licitis & honestis, vt dicitur in gl. 11. q. 3. non semper. Septimo si p̄ciperet ei q̄ colligeret festucam de terra, vel aspiceret tota die aues volātes. Pet. quamuis

Tripl'r a gitur cō tra obedientiā.

art. 9. ad 3.

lauda-

laudabilius esset obedire in huiusmodi 33. q. 2. admonere vbi dicitur cuidam. Ingredere monasterium, humiliare sub manu abbatis & cuncta facito simplici animo quæ tibi fuerint imperata. Et Gre. per obedientiam nunquam debet malum fieri, debet vero per obedientiam bonum quod agitur intermitti 11. q. 3. Quid ergo loquit de illo bono opere ad quod quis non tenetur ex necessitate salutis. ¶Insuper nota quòd religiosi non tenentur episcopis suis obedire, etiam in his quæ non sunt contra Deum vel suum ordinem secundum Guil. nisi saluis priuilegijs & indulgentijs & constitutionibus suis extra de simo. c. ne Dei. Vnde si præcipiat prælato quòd vadat ad papam vel regem pro ipsis vel alijs aut recipiat commissiones in causis, aut alias commissiones testamentorum & huiusmodi, non credo quòd tales teneantur obedire, licèt possint episcopi suis subditis laicis talia demandare, & illi debeant obedire. Ad prælaturam autem sibi impositam a superiori vtrum teneatur obedire præcepto super huiusmodi? Respond. Petr. de Palu. quòd tenetur & in 4. dist. 19. q. 1. potest quis ad suscipiendum cogi etiam si nō habeat sufficientem scientiam sicut fieri consuevit in religione, & quod dicit Greg. quòd indignus nō debet obedire & dignus vix debet obedire intelligendum est de illo qui est indignus ratione defectus, qui est irregularitas, tunc enim non debet obedire nisi amoueatur impedimentum per dispensationem. Sed non habens huiusmodi impedimentum debet obedire, alioquin quilibet bonus qui reputat se indignum refugeret & soli indigni promouerentur. Qui igitur inuitus & coactus suscipit officium prælaturæ non habens sufficientem scientiam non peccat, secus si sponte & non coactus. Et idem dicit de audientia confessionum, scilicet quòd post cogi, etiam non habens sufficientem scientiam & debet obedire. Hæc Petr. Idem videtur sentire Guil. dicit enim quòd obedientia est necessaria in his sine quibus religionis professio non posset seruari, vt facere officia, conuiuia, & mutua obsequia. Idem Pet. de Tharan. in scripto quod intelligit dummodo sciat saltem communia peccata, & de alijs dubitare vt habeat recursum ad peritos nec immineat ei probabiliter periculum animæ suæ, vel si subditis quibus præficeretur essent obstinati nec posset eos corrigere. ar. 2. q. 1. si peccauerit. § quando vero cum cap. sequen. Quod autem quis cogi possit ad prælaturam per præceptum & alios modos, patet exemplum in August. qui fuit coactus ad episcopatum. Vis inquit ipsæ mihi facta est distinctione 40. ante omnia, & 24. quæst. 4. displiceret, vbi Aug. Multi vt episcopatum suscipiant tenentur inuiti producuntur, includuntur, patiuntur mala, quæ nolunt donec eis adsit voluntas suscipiendi boni operis, & 8. q. 2. in scripturis. dicit Grego. quòd is qui valet oues domini pascere & renuit conuincitur dominum non amare. Hoc tamen scias quòd nisi assentiat quantumcunq; aliquis electus sit & confirmatus & sibi præceptum factum de acceptatione, nunquam est prælatus nec episcopus nec abbas nec prior nec curatus nec aliquod ius ei acquiritur, vt dicit idem Petr. distinct. 5. 25. in 4. ar. 3. quæst. 1. in scripturis, in glo. Consueuerunt autem prælati quando intendunt ad aliquid præceptorie subditos obligare, & ad peccatum mortale contrarium faciendo, vti tali modo loquendi. Præcipio tibi in virtute obedientiæ vel in virtute spiritus sancti, vel sub pœna excommunicationis vel alterius cēsuræ ecclesiasticæ vel sub pœna carceris. Vnde Hierony. in epistola ad Iouinianum 14. q. 1. c. Quod debetur. §. Quisquis. Quod præcipitur imperatur, quod imperatur necesse est fieri. Aliæ ordinationes prælatorum vel sunt exhortatoriæ tantum, & sic transgredientes non peccant. Vnde Gratia. distin. 4. c. Deniq; sacerdotes. §. hæc etsi. Decretum de necessitate facit glo. id est præceptum vel statutum exhortatio liberam voluntatem excitat, vel sunt mandata, & sic peccat venialiter non seruando. Dicit enim Archi. post Hug. 14. q. 1. §. quisquis. Mandatum est medium inter præceptum & consilium, quia est infra præceptum & supra consilium. Sepe tamen in iure ponitur mandatum pro præcepto & econuerso.

¶De castitate quomodo quis contra eā agat. §. 10.
Vbi nota quòd dicit August. de fide Christiana & in regula, & habetur 32. q. 5. nec solo : f. fectu. Nec solo affectu & tactu, sed aspectu quoque appetitur & appetit concupiscentia fœminarum. Et infra. Sed etiam tacente lingua conspectu mutuo se inuicem corda nunciant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiā intactis ab immunda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus. Hæc ibi. ¶Primo igitur sciendum quòd non solum commixtio venerea, sed etiam aspectus, tactus, locutio, missio litterarum vel munerum, conuersatio, accessus, affectus ad mulieres vel viros cum fuerit ea libidine & amore car-

re carnalis luxuriæ omnia sunt mortalia, & quod libet eorum de per se si diuersis temporibus fiant: & dicitur sacrilegium. Et communiter prælati in religione eorum solent sibi reseruare absolutionem ab isto casu & alijs quæ sunt contra vota principalia. quod videtur intelligendum cum proceditur ad aliquem actum exteriorem, non cum præcise corde committuntur, nisi aliter ipsi prælati declararent. ¶Secundo nota ſm Humbertum in expositione regulæ, quòd cogitatio de muliere in se non est peccatum, delectatio autem in huiusmodi cogitatione potest esse mortale & veniale secundum diuersas circunstantias, appetitus vero mulieris semper est mortale, quod intelligo de appetitu rationabili, idest secundum determinationem rationis & libidinoso, & actiuè & passiuè idest amare vel velle amari carnaliter vir mulierem vel a muliere vel econuerso, & multo magis gloriari de hoc vel facere aliquid propter hoc vt ametur, hoc autem patet ex verbis ipsius Augustini in regula dicentis, appetere scilicet fœminas vel ab eis appeti velle criminosum est, crimen autem hic importat mortale, secundum Humbertum, prout sumitur a Gratiano dist. 25. §. alias ea. Videant ergo qui habent deuotas in monasterijs, & mutuo delectantur carnis ardore, propter q̃ eas si sæpe possunt visitant, quot mortalia committant etiam si non adderent alias turpitudinis verborum & actuum. Attendant & prælati eorum qui tales permittunt accedere ad monasteria esse participes damnationis eorum 2. q. 1. notum, & 83. dist. c. 1. ¶Nota tertio secundum Humbertum, quòd tria sunt genera fœminarum quæ tentantur facilius de bonis viris quam aliæ. Primum est continentes maxime iuuenes, cum enim tentatio sit continue in earum natura, facilius tentantur istæ quam coniugatæ vel aliæ fœminæ male agentes cum alijs. Et ideo Apostolus reddit cautum Thimotheum contra istas 1. Thimo. 5. Secundum genus est fœminæ ille quæ inter continentes viuunt sub specie vel habitu sanctitatis, & ideo cum non audeant habere familiaritatem cum mundanis propter votum sanctitatis, facilius effundunt suas tentationes in viros sanctos cum quibus frequentius cõuersantur. Vnde Aug. Non ideo minus cauendum est, quia sunt bonæ indolis & piæ conuersationis cum sub effectu pietatis se supponat viscus libidinis. Tertium genus est fœminæ inter continentes speciem sanctitatis habentes quæ sunt vilis conditionis, quæ facilius cadunt quam nobiles vel magnę auctoritatis matronę quæ propter honorem suum hoc attentare dedignarentur, & ideo ab his cauendum. Vnde Hieron. Fœminam quam videris bene conuersantem mente dilige, scilicet secundum Deum non corporali conuersatione dist. 32. hospitiolum. ¶Et nota quòd extra de sta. mo. cap. cum ad monasterium, circa finem, quòd abdicatio proprietatis sicut & votum castitatis, ita sunt annexa regulæ monachali, vt nec contra eam summus pontifex valeat indulgere. Vnde vt dicit Pet. de Palu. in 4. quòd in præceptis negatiuis quamdiu durat obligatio ad non faciendum nunquam licet facere, & cum obligatio ad non coeundum sit essentiale religioni quamdiu durat religio quod est vsq; ad mortem nunquam est sibi licitum coire, nec papa potest dispensare ipso remanente religioso. Sed forte papa potest facere de religioso non religiosum, & tunc cessabit obligatio, quia ipsæ potest destruere omnem religionem sicut destruit aliquas, quia nec reputatur religio nisi approbata a papa, quia in approbando non potest sibi legem imponere, a qua non liceat recedere sicut nec testator in testando. ff. de leg. si quando. ¶Nota de vitandis occasionibus quibus causatur & augetur amor carnalis ad mulieres & mulierum ad viros secundum Humbertum in expositione regulæ. Prima occasio est accessus ad eas sine causa vrgente & modestia. Fœminę sunt multum curiosę ad videndum viros etiã bonos. Gene. penult. Filiæ discurrerunt per murum, scilicet ad videndum Ioseph. Sicut ex visu mulieris inardescit concupiscentia viri, ita ex visu viri inardescit concupiscentia mulieris. Exemplum de S. Bernardo quantum ad hospitam suam &c. Et ideo sancti viri, & præcipue qui sunt aspectu gratiosi & pulchri caueant sibi apparere inter mulieres vel accedere ad eas. Secunda occasio est frequentatio cum eis. Solent enim ex huiusmodi frequentia corda earum inflammare in viros. Exemplum Gene. 39. de domina quæ iniecit oculos in Ioseph, & ideo cauendum est ab huiusmodi frequentatione, vnde propter huiusmodi vitandum monasteria duplicia. s. virorum & mulierum simul habitantium instituta a beato Basilio mandantur separari & non amplius fieri 18. q. 2. diffinimus. Tertia familiaritas quæ causatur ex multa & priuata locutione familiaritas enim in omni re præbet audacia, audacius enim petitur aliquid a familiari quam ab extraneo. Sic & mulier

Tria genera fœminarũ.

De occasionibus vitãdis.

Secũda.

Tertia.

mulier audacius prorumpit in tentationem in familiarem. vnde decimaoctaua quæstione secunda. Peruenit. Prohibentur monachi facere sibi commatres ad tollendum familiaritatem huiusmodi. ¶Et nota quòd præceptorie hoc prohibet Gregor. in dicto capitulo, dicit tamen gloss. quod si monachi habent ecclesias curatas, non prohibentur baptizare sed leuare de sacro fonte, quia ibi maior familiaritas contrahitur. ¶ Quod extenditur ad omnes religiosos, quia vbi eadem ratio ibi idem ius. Hinc & Hieronym. Omnes puellas vel virgines Christi, aut çqualiter dilige. vnde decimaoctaua quæstione secunda. In decima dicitur. ¶Ea circa monachos cautela seruata, vt remoti a familiaritate monialium, nec vsque ad vestibulum habeant accedendi familiare permissum. Sed nec abbatem vel qui præficitur extra eam quæ præest virginibus. Christi loqui aliquid, quod ad institutionem earum pertinet licebit, nec cũ ea sola quæ præest frequenter loqui eos oportet, sed sub testimonio duarum vel trium sororum, ita vt rara sit accessio & breuis omnis locutio. Quarta est ostẽsio affectionis per munuscula & dulces literas, affectus, ergo mulieris erga bonos viros, licèt sanctus de facili degenerat in carnalem, quia fragilis est naturæ & ideo boni viri si ex aliqua causa vrgente habent ostẽde re familiaritatem caueant sibi a verbis blandis & actibus ex qbus possit augeri affectus earum circa se. Vnde Hier. Crebra munuscula, sudariola, & dulces literas sanctus amor nõ habet. Et loquitur nõ de literis honestis & informatoriis ad bonum, sed solum ex affectione sensuali, & cum verbis blandis scriptis, vt patet in sequentibus. Quinta est decor & cõpositio corporis. Exemplum de Ioseph Gen. 39. Et ideo boni religiosi deturpant corpus suum per mortificationem. Quod'si sentiunt se diligi a mulieribus fugiant eas, & aspere & dure loquantur ad eas, & si ex hoc turbentur non curent de reconciliatione earũ, melius est, enim eas esse turbatas contra eos quã carnaliter affici. Vnde Augstinus. Sermo breuis asper & rigidus est cũ huiusmodi habendus. Sexta est aspectus earum. Impudicus oculus (ait Augst.) impudici cordis est nuncius. trigesima secunda quæstione quinta Nec solo. Exemplum Dauid in videndo Bersabeæ & dominæ respicientis in Ioseph. Et ideo vt dicitur. 6. quæstione 1. capit. ex merito, officium singulorum sit oculos habere castos. Vitandum est ergo quantum possibile est cõ

Quarta.

Quinta.

Sexta.

sortium mulierum. ¶Primo propter periculum. Augst. Quanti & quales episcopi clerici simul & laici post magnalia & signa mirabilia naufragati noscuntur, cum volunt in naui fragili nauigare, hoc est in carne fragili se exponere consortio mulierum periculoso. ¶ Secundo propter infamiam quæ inde sequitur quæ cauenda est. argum 11. quęst. 3. non sunt audiendi. ¶Tertio propter notam exempli. Cum enim perfecti viri & securi in hærent familiaritatibus prędictis dant occasionem minoribus idem faciendi, qui cum sint infirmi de facili corruunt in istis. Et declarat Augusti. in libro de singularitate clericorum, quod nec propter vtilitatem clericorum temporalem quæ ex hoc euenit est habenda cum fœminis nimia familiaritas, nec propter charitatem ad salutem earum nec p̃pter quædam exempla Christi & sanctorum. Nam etsi Christum sequebantur mulieres q̃ ministrabant ei & Apostolis, & Helyas pastus sit a vidua, non se debent homines fragiles tantis viris æquare, vt credant hoc ita pure agere sicut illi & tamen multum moderata & maxime modesta fuit illa familiaritas & ex causa magna facta.

Mulierũ cõsortia sunt vitanda.

¶De paupertate religiosorum secunda siue proprietate particulari non habenda qualiter circa hoc quis offendat. Vnde August. in regula dicit. Non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia cõmunia, duodecima quæstione, primi capituli, non dicatis. Et Vrbanus Papa inquit. Quicunque vestrum vitam communem susceptam habet, vouit se nil proprium habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat, sed quod domino pollicitus est fideliter custodiat ne damnationem: sed præmium sibi acquirat, duodecima quæstione prima. Scimus, & extra de statu monac. capit. Cum monasterium dicitur. Prohibemus directè in virtute obedientiæ sub obtestatione diuini iudicii, ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat. Et in capitulo monachi eodem titulo dicitur. Hoc de vniuersis religiosis præcipimus obseruari, scilicet quòd non habeant peculium seu proprium. Vbi primo nota secundum Ioann. Andr. in nouel. super dicto capitulo cum ad monasterium, quòd proprium dicitur quicquid celatur abbati seu alii. suo, prælato, vel tenetur contra voluntatem prælati. Si autem abbas quædam monacho concedit, vt eis possit vti ad libitum non videtur dici proprietas, quando de quãtitate & qualitate nil celat abbati, nec sine ipsius scientia

§. 11.

aliquid

aliquid recipit vel expendit paratus totum reddere & dimittere ad iussum abbatis. Et dicitur proprium secundum abbatem quasi porro priuatum separatum a communitate. Et secundū Hostien. importat proprium dominium rei iustis modis acquisitum. ¶Secundo nota quòd habere proprium est peccatum mortale religioso cuilibet, tum quia est contra votum principale, scilicet paupertatis, tū quia est contra præceptum iuris canonici, vt patet per allegata c. Et religioso in morte reperto cum proprio, mandatur in dictis c. negari ecclesiastica sepultura, cum ergo religiosus vel religiosa, quia idem iuris omnino est in monialibus, in hoc aliquid recipere multum vel parum mobile vel immobile contra voluntatem superioris vel receptū de licentia prælati non est paratus ponere totum in manibus eius ad placitum & requisitionem ipsius prælati, vel ei aliquid celat ne ab eo accipiat vt proprietarius peccat mortaliter, & similiter si sibi ad vsum concessa contra voluntatem superioris, vel sine licentia vendit vel donat vt dominus rei nisi poneret spem in ratihabitione prelati. ¶Tertio nota quòd prælatus non potest dispensare cum religioso vt habeat proprium, vt scilicet aliquid habeat simpliciter in sui dominio, vt facere possit quicquid velit sine voluntate superioris propria auctoritate, immo vt dicit Innoc. in c. Cum ad monasterium, in fi. nec summus pontifex in hoc valet indulgere ideſt dispensare, & quamuis Archi. Host. & Io. And. dicant quòd papa potest cum monacho in proprietate & castitate dispensare, hoc volunt dicere quòd ex iusta causa & maxima vrgente necessitate vt est bona dispositio vnius regni potest papa monachum laicum facere, & vxorare, sed pro certo tenetur quòd non valet dispensare cum monacho vt proprium habeat & sit monachus secundum Thom. & Pet. de Pal. quod patet per id quod narrat Archi. 32. q. 2. solet, de quadā ablata muliere. Vnde nota quod si prælatus dispensat cum religioso in proprio, vt scilicet aliquid habeat & ad placitum illud distrahat, dissipet & disperdat, vt sibi videtur etiam in damnum monasterii non videtur posse excusari a peccato graui & mortali, cū exponat ouem suā morti, & damnificet monasterium & vsurpet potestatem quam non habet. ¶Quarto nota quòd cum prælatus concedit quædam subdito ad vsum, quia tamen res periculosa est & inuidiæ exempli mali causa. Consulit Host. abbati quòd nisi ex magna & euidenti causa talem licentiam nō det monacho non habenti administrationē. Addit ad hoc dominus Io. Do. dicens, quia consilium hoc est latissimum & propter malitiam modernorum odiosum, quia religioni damnosum, ideo restringendum per regulam illam. Odia restringi & fauores conuenit ampliari, de reg. iuris. lib. 6. Item quia ad maiorem paupertatē obligantur fratres prædicatores quam monachi, cum illis sit licitū habere possessionem in communi & per consequens abbas potest committere possessionem monacho, quod non potest prælatus ordinis prędicatorum cum dictus ordo possessiones habere non possit, sed eis renunciauit, hæc Io. Do. Moniales autem vtriusque ordinis mendicantium in communi possessiones & redditus habere possunt, vt monachi. Concessorum autem sibi per prelatum religiosus ita habet vsum, quòd non habet vsufructum. Est autem hæc differentia inter vsum & vsufructum, quia secundum tex. glo. extra de pigno. Cum constet. Vsufructus dicitur ius vtendi & fruendi rebus alienis, salua rerum substantia Sed usus dicitur ius vtendi licèt non fruendi rebus alienis &c. Vnde de re cuius quis habet vsum accipere debet præcise suam necessitatem, nec aliquid dare potest. Sed in vsufructu vltra suam necessitatem potest residuum illius vsufructus donare vt vult, quia eius rei dominus est. Religiosus de concessis sibi ad vsum nil potest donare etiam eleemosynaliter, nec de eo qđ acquirit per industriam aliquam nec de bonis paternis quando sibi committerentur ad vsum vel fieret procurator, quia omnia sunt monasterii vt 12. q. 1. non dicatis, nisi super hoc habeat licentiam dandi, & tunc bene utatur, aliàs dissipatio erit non dispensatio, & concedens & vtens peccabit & recipiens sine causa rationabili. arg. 12. q. 2. Gloria, & tenetur restituere monasterio recipiens ex turpi causa etiam si habuisset dans licentiam dandi. Ex dono etiam excipiens si dans non habebat licentiam, & multo magis si non habet indulgentiam. ¶Nota quinto secundū Vmbertū in expositione regulę super illud, sint vobis omnia communia 12. q. 1. non dicatis, quod cum duplex sit vsus, quia certus & incertus, circa certum vsum, qui scilicet non potest auferri, dispensari non potest. Semper enim voluntas religiosi debet esse subdita prælato ut resignet quando voluerit. Sed circausum in certum qui est in voluntate alterius vt ei auferatur cum ei placuerit ex causa ra-

Habere proprium.

Notent religiosi

Differunt vsus & vsufructus.

Vsuscertus & incertus.

sa rationabili dispensari potest. Causa autem rationabilis dispensationis est duplex, scilicet vtilitas & necessitas, vt 1. quęst. 7. §. nisi rigor. Vtilitas autem potest esse duplex, scilicet priuata & communis. Priuata vt cum conceditur religioso liber aliquis vel ad addiscendum vel ad informandum animum suum in pertinentibus ad salutem. Communis vtilitas est vt cum conceditur alicui vsus libri qui potest studio suo aliis proficere. Similiter necessitas est duplex scilicet priuata vt cum in monasterio paupere in quo non possunt habere de communi victualia moniales, conceditur moniali vt aliquid habeat ad usum necessitatis suę cum proposito tamen semper totum resignandi cum voluerit superior. Necessitas communis est, vt cum conceditur alicui officiali procuratori cellerario & huiusmodi aliquid ad expendendum in vsus communes. Et quamuis huiusmodi necessitates vel vtilitates sint sufficiens causa dispensandi, non tamen omnes: sed solum quę sunt valde rationabiles & euidentes fieri debent, vt in necessitatibus quotidianis victus & vestitus, vt in vtilitatibus circa pertinentia ad salutem animæ & est valde cauendum ne in huiusmodi faciliter dispensetur, tum propter sequelam exempli, tum propter speciem mali, de vita & hone. cle. Cum ab omni.

Procurator monasterii.

¶ Nota sexto de habentibus bona monasterii vel conuentum administrationem pro communitate vt procuratores, custodes, idest librarii, vestiarii, sacristæ, & huiusmodi. Procurator igitur cum habet administrationem rerum iuridicè in ministrando res ecclesiæ vel conuentus, conditionem eius meliorare potest, deteriorare non debet, vt dicitur extra de dona. cap. fraternitatem vbi dicit glo. quòd etsi episcopus aliquid modicum donare possit si sit de consuetudine, non tamen procurator etiam generalissimam habens administrationem. ff. de procu. l. procurator. Et hoc est contra abusionem modernorum religiosorum, secundum dominum Io. Do. quòd constituti procuratores & sindici a conuentibus suis in totum vel in partem bonorum patrimonialium vendunt, donant, commutant, dissipant, & disperdunt dicentes se facere licitè, quia cum licentia suorum maiorum cum nec ipsi prælati possint donare vel distrahere bona monasterii seu conuentus.

Custodia.

Custodia autem dicitur rerum commissarum solers cautela & discreta administratio, extra eo. per totum. Et sicut dicuntur custodes librarii, celleratii, vestiarii, quorum officium est res sibi commissas conseruare cum diligentia a latronibus a corruptionibus & necessaria vnicuiq; prout regula vel ordinatio domus iubet distribuere, & fideliter ad bonum commune eas tractare. Magna quoq; abusio est vt fratres velint habere salaria pro officiis suis, cum omnia opera sua sint in manibus prælatorum ac etiam voluntates 12. q. 1. non dicatis. ¶ Nota septimo quòd si religiosus teneat ad superfluitatem res vt pecuniam, cappas & tunicas pompositas triplicatas & huiusmodi, cum licentia tamen prælati sui, & sit paratus semper totum resignare ei in manibus eius, quòd tamen raro contingit quamuis talis non possit dici proprietarius, tamen secundum Vmbertum in expositione regulæ peccatum est dispensante & dispensato sic sine causa rationabili. Et in dispensante est peccatum infidelitatis seu iniustitiæ cum abutitur potestate, cum data sit ei in ædificationem, & ipsæ vtitur ea in destructione. In recipiente huiusmodi dispensationem est auaritia, cum teneat sine rationabili causa. Hæc ille. Et satis credo quòd qui se reperiunt in monasteriis & conuentibus vbi non viuitur in communi, si prælati sunt & non faciunt quantum eis est possibile sine notabili scandalo, vt viuatur in cõmuni eos non esse in statuto. quia fauent rei destructiuæ religionis, arg. distin. 83. Error, & in aliis. cap. Si sunt subditi & resistunt huic bono cum attentatur, non quia non possent sufficienter viuere, sed quia volunt abundare & de suis suo modo facere uidentur esse in malo statu cum seculariter viuant & velint in malo perseuerare. Prohibetur autem religiosis viuere seculariter, extra de reg. & transl. ad reli. c. Relatum.

¶ De habitatione & retentione possessionum §. 12.
reddituum annualium in communi in ordine prędicatorum, vtrum sit licitum. Horum declaratione sumo ex libello venerabilis virĩ domini Io. Do. Cardinalis, qui leuauit seu suscitauit primus in Italia vitam regularis obseruantiæ in ordine prædicatorum scientia & vita famosi quem fecit super huiusmodi materia. ¶ Primum ergo scilicet esse peccatum probat sic, filii seu successores tenentur patrum prædecessorũ promissa & statuta seruare, quod patet extra de immu. eccle. aduersus & de testa. Si hæredes. Vnde & regula iuris in 6. dicit quòd rationi congruit vt succedat in onere qui substituitur in honore. Sed institutor & pater ordinis prędicatorum b. Dominicus & sui successores, qui constitutio-

Primũ possessiones hęreditarias prædicatoribus peccatũ est.

tutionibus formam & auctoritatem dederunt ordinauerunt & ipsi seruauerunt sine possessionibus & annalibus redditibus viuere, vt patet in constitutionibus in cap. de capitulo generalissimo & per ipsum beatum Dominicum hoc summis pōtificibus promiserūt, nec aliter summus pontifex ordinem approbauit, quod patet in bulla confirmationis ordinis Honorij 3. in bulla canonizationis beati Dominici, & in bulla Clementis quæ incipit. Virtute conspicuos & in multis aliis bullis, quæ omnes testificantur fratres ordinis prędicatorum elegisse viuere in arctissima paupertate. Igitur posteri in dicto ordine renentur de lege communi, non solum priuata quę obligant non tantum ad pœnam, sed etiā culpam integralem omnium possessionum reddituum annualium abrenunciationem seruare Quamuis enim regula beati Augustini (cuius prædicti sunt professores) non prohibeat possessiones habere in communi, sed permittat, tamen huic permissioni renunciauerunt in manibus summi pontificis obligantes se ad abdicationem earum per constitutiones regulæ superadditas, quarum ipsi sunt professores. Et regula iuris dicit. Quod semel placuit amplius displicere non potest, extra de regu. iur. lib. 6. Quod verum est in his quæ non per errorem, sed per scientiam placent & non solum mente, sed uerbo uel opere, ut glo. ibi. Ioan. And. sic est in proposito. Annunciantibus enim actiones suas non est dandus regressus, vt 7. q. 1. quam periculosum, & distinct. 92. Si quis episcopus, & de reg. & transc. Ad apostolicam. Sed & ipsę pater Dominicus quem debent imitari qui volunt esse filii, vt dicitur distinct. 40. non est, nunquam uoluit possessiones accipere quæ non statim venderentur. Et quasdam conuentui Bononien. oblatas & a quibusdam fratribus receptas repudiauit, de quo non parum scandalizati sunt qui obtulerant ciues deuoti, maluit autem eos scandalizari, quam possessionum sceno ordinem sędare. Qui tāmen tandem in extremis in suo testamento maledictionem Dei & suam cuilibet ad ordinem suum tales redditus inducenti delegauit quæ maledictio patris effectu clamare non cessat. ¶Secundo nota quòd ex prædictis & multis aliis iurium allegationibus & rationibus infert, quòd fratres particulares duorum ordinum mendicantium, scilicet prædicatorum & minorum, qui vetantur possessiones habere pertinentes ad illos conuentus qui patenter aut sophistice de redditibus viuunt communem vitam non debent recipere nisi sicut vxor vsurarii quæ tenetur de proprio labore aut eleemosynis vitam suam ducere posito quòd omnia bona viri sui sint de vsuris. Si enim fratres tales possunt viuere de communibus eleemosynis quas conuentus illi recipiunt bene est cum eis, sin autem procurent a fidelibus, caute tāmen cauendo scandala quantum possunt & a diffamatione fratrum suorum simpliciter abstinendo: quia tales redditus, vt perfertur rapina sunt & nullius iuris existunt. Vnde & allegat Host. & Ioan. dicentes prædicatorum statum fore perfectum ex electione altissimę paupertatis, dummodo caueant ne furentur. Et quid est furari nisi reuerti ad possessiones redditus prohibitos, addit alias peccarent mortaliter, sicut & frangendo castitatem & huiusmodi, hæc omnia intelligo cum fuerit absq; debita dispensatione super huiusmodi, & per papam fienda secundum ipsum, ut infra dicetur. Et in fine tractatus concludit quòd si frater singularis in dicto ordine prędicta facere non posset ad aliquem conuentum sue religionis in quo religio uigeat liberam transeundi habeat facultatem licentia tamen petita, etsi non fuerit obtenta, ne obedientię bonum depereat. ¶Nota tertio quòd in contrarium possent induci tres rationes quas elidit & destruit ipsæ. Et prima est talis transgressio eorum quæ continentur in constitutionibus non obligat fratres ad culpam: sed ad pœnam nisi propter præceptum vel contemptum, vt habetur ex prologo constitutionis. Sed non habere possessiones in communi est ordinatio constitutionum & sine prędicto formata, ergo non est peccatum saltem mortale vt dictum est. Ad quod prefatus dominus Io. respon. hanc ordinationem seu inhibitionem, quę habetur in c. de do. conce. & constru. sic possessio aut redditus annuales nullo modo recipiantur ac tenta solemnitate circunstantiarum, quibus facta est, de quibus habetur in c. de capitulo generalissimo, non sit statutum quasi principale, & ablata sit potestas quibuscunq; in ordine dispensandi in hoc vt ibi patet habere; vim prędicti, quamuis ibi non fiat prędictum in forma. Sed dicit sensisse & determinasse famosos doctores Lapum de castellis, & Franciscum de Aretio. Asserit etiam quędam quę in constitutionibus prohibentur simpliciter, nulla adhibita pœna taxata vel taxanda absq; graui peccato committi non posse, sicut est illud de possessionibus non habendis,

dis obligant enim constitutiones aliquando transgressores ad culpam, & non solum venia lem, sed aliquando mortalem, etiam sine prę cepto formato, vel contemptu adhibito, q̃ in fra declarabitur in alio. §. satis concordat Guil. qui dicit quòd aliqua statuta sunt sub præcepto, etsi per uerba præceptoria non exprimantur si constat, quòd tanquam principalie fundamenta ordinem illum in spe teligionis constituenda, sicut statuta vt inuiolabiliter obseruentur. ¶ Secunda ratio est talis. Consuetudo non solum constituit ius, ut dicitur distin. 11. in his & aliis c. sed etiam tollit ius positiuum, ut patet per exemplum de ieiunio in quinquagesima a clericis inchoando dist. 4. statuimus, & de ieiunio in festo die rum rogationum, de consec. dist. 3. rogationes, & de quibusdam diebus feriatis, de conse. dist. 3. c. pronunciandum, quæ omnia per contrarium consuetudinem sunt abrogata se cundum glo. ipsorum c. Sed iam per antiquã consuetudinem a 50. annis & vltra introductum est conuentus habere possessiones, & redditus, cuius prohibitio est de iure positiuo, ergo &c. Sed ad hoc respondetur quod ad hoc quod consuetudo præiudicet iuri positiuo, requiruntur multa præcipue, ut sit rationabilis & prescripta, extra de consuetu. cap. fi. Sed ista consuetudo quæ potius dicenda est corruptela non habet has conditiones, nam interrupta est frequenter per prohibitionem capitulorum generalium. Requiritur etiam quod res præscriptibilis & præscripta, de qua agitur extra de testamen. cap. 2. qualis non est status religionis, vnde contra cõstitutionum puncta principalia nulla consuetudo potest introduci, ut de æsu carnium de equitando, & huiusmodi, & multo magis de possessionibus habendis, quod est strictius prohibitum. Vnde & Ioan. And. in cap. Cum ad monasterium, extra de statu mo. dicit, quod sicut contra vota non valet consuetudo, sic nec contra religionem, & concludit Hostien. quod monachi debent abstinere ab æsu carnium non obstante consuetudine, vel scandalo fratrum. Oportet etiam quòd consuetudo sit rationabilis, & quod contineat naturalem æquitatem extra de consuetu. cap. expaste. Sed hoc non habet talis consuetudo, ergo non tollit in hoc consuetudo dictum ius. Tertia ratio est quòd cum papa omnia iura in scrinio pectoris sui censeatur habere C. de testamen. l. omnium, & extra de consti. cap. 1. lib. 6. quo scilicet ad interpretationem & mutationem in positiuis, & cum omni lege humana possit dispensare secundum omnes, papa dispensauit in hoc quod est positiuum ius, quod patet per plurima priuilegia ordini indulta, & præcipue in priuilegio a pluribus summis pontificibus renouato, quod communiter dicitur mare magnum, vbi indirecte & impublice uidetur hoc haberi. Sed ad hoc respondet præfatus dominus Io. Do. quòd hæc priuilegia si qua essent non valerent pluribus rationibus & præcipue priuilegium contra consuetudinem, vel constitutionem impetratum uigore caret, nisi de ipsa consuetudine & constitutione expressam faciat mentionem, extra de consti. c. 1. lib. 6. & extra de his quæ fi a maio. parte c. cum nos. Sed in dictis priuilegiis, nec de constitutione, nec de consuetudine fit mẽtio, igitur non sunt valida in hoc. Item priuilegium per surreptionem obtentum uigore caret, de rescrip. capi u. super literis. Sed tale priuilegium fuit subreptitium, quia causæ friuolæ assignatæ, puta quia eleemosynæ fideliũ sunt attenuatæ, & non quia hoc est ideo, quia male uiuunt, & tacentur illa uera scienter, quæ si papa sciret nunquam talia daret. Vnde Lapus de Castel. doctor consultus super hoc dixit quod si hoc esset concessum ordini per modum priuilegii expectanda esset secunda iussio. Non enim præsumitur a curia emanasse, quia contra statuta est religiosorum, extra de confirmatione vtili vel inutili c. porrecta. Non enim præsumitur quòd papa vnico verbo tollere voluit tot laboribus & vigiliis statutum firmatum mendicantium, extra de elec. c. ecclesia 2. Idem post eum confirmauit Io. de Ligna. profundus doctor utriusque iuris dicens dictum priuilegium non valere, & esse subreptitium, quia tacuerunt impetrantes maledictionem bea. Dominici & constitutiones prohibentes. Constitutiones autẽ cum sint facti, & de facto consistant, præsumuntur a principe ignorari, extra de consti. c. 1. lib. 6. ergo, &c. ¶ Nota quarto, q̃ in eo casu dicit idẽ dominus Io. licitum esse habere possessiones, & annuales redditus posse fratres viuendo regulariter, & uitando superfluas expensas in ędificiis, in conuiuiis, in uestibus in promotionibus & hmõi, ac etiam uacando saluti proximorum prædicationi, audientiæ confessionũ, & hmõi experti fuerunt in suis oportunitatibus non iuuari seu uiuere posse sine redditibus, q̃ non credit ipsæ euenire, tunc possessiones acceptent moderate ex earum vsu viuentes, & nullum peccatũ erit, qa necessitas non habet legẽ 1. q. 1. remissionẽ, & extra de obser ua. ieiu. c. cõsiliũ, qa & rem alienã accipe licet

Nota de marima gno prædicatorum.

in neceſſitate,& vti ea.extra de furtis,c. ſiquis propter neceſſitatem,& hoc quia tunc omnia ſunt communia,diſt.48 cap ſicut,in fin. cum ſcilicet ſibi aliter prouideri non poſſit,de cõſecr.diſt.5.diſcipulos.Hæc ipſæ.Tutius tamẽ eſſet quod etiam in neceſſitate quando non eſſet extrema accedat diſpenſatio ſuper hoc ſuperiorum,immo requiritur. ¶ Nota quinto,q̃ tenet idem Ioan.q̃ in hoc non poſſit diſpenſare niſi ſolus papa , non autem prælati ordinis,nec magiſter ipſæ,nec capitulum generale , nec generaliſſimum niſi auctoritate papę illud celebraretur,quòd ſi dicatur quòd par in parem non habet imperium, extra de elec.ca.innotuit,arg.diſt.19.c.nulli, cum glo ſis ſuis , ergo capitulum generaliſſimum non potuit ligare manus alteri ca. generaliſſimo , quod fieret ſi in huiuſmodi diſpẽſaret ſeu dictam conſtitutionem tolleret.R ñ.q̃ illud capitulum generaliſſimum primum fuit auctoritate papæ celebratum , in quo ſtatuit,& dicit ipſum capitulum,imò papa , nolo q̃ aliud capitulum etiam generaliſſimum poſſit reuocare iſtam conſtitutionem de poſſeſſionibus non habendis, ſequitur q̃ quodcunque aliud capitulum generaliſſimum ſit inferius alio primo,& non par,& per conſequens non poſſit reuocare conſtitutionem illam,niſi etiã ipſum fuerit auctoritate papę celebratũ.Item totus ordo renunciauit auctoritati quorumcunque capitulorum in hac parte nominaliter,& expræſsè quæ poſſent ordini poſſeſſiones concedere aut redditus annuales, ergo talis auctoritas neque eſt in toto ordine, nec poteſt eſſe niſi per ſpãlem licentiam nõ ſubrepti tiè impetratã , ſed ſpontè & de certa ſcientia cum legitima cauſa a ſummo põtifice datam. Hæc Io.Do. ¶ Nota ſexto, quòd ſi conuentus poſſet competenter viuere in decenti numero,& exercitio ſuæ uocationis ſine poſſeſſionibus,& redditibus annualibus , ſicut de facto experientia docet in piuribus,locis,tunc pete re diſpenſationẽ ſuper hmõi, uel uti obtenta durante tali conſtitutione non excuſarentur a peccato,quia hoc eſſet retro aſpicere , quod prohibetur,de pœ.diſtinctione ſecunda,pennata.Hoc enim eſſet declinare, & minui a ſtatu perfectionis & paupertatis Chriſti & Apoſtolorum,& tollere ab ordine ſtatum mendicantium.Vnde Lapus de caſtel. dicit quòd in hoc differunt mendicantes ab aliis religioſis, nec qa in cõmuni , nec in particulari poſſunt habere proprium,ideſt immobilia , & redditus quantum ad ordinem prædicatorum, & glo.extra de elec. quorundam, lib.6. dicit, q̃ mendicantes proprie ſunt quibus ad congruam ſuſtẽtationem redditus,aut poſſeſſiones habere eorũ profeſſio, vel regula, vel cõſtitutio vetat. Sed per quæſtum publicum tribuere victum ſolet incerta mendicitas , vt habetur extra de reli.do.c.1. Et Ioan. And. poſt Arch.dicit mendicare eſt ægere, & ab aliis ne ceſſaria quærere.Vnde mendicus dicitur qua ſi manu dicens.Et Ioan. And glo.in no. illud in arctiſſima paupertate, extra de priuil. Nimis prave, dicit,loquens de prædicatoribus, quia nec poſſeſſiones habẽt,nec redditus,ſed ex ſolis eleemoſynis ſuſtentantur. Hinc deuotus Ber.in lib. de diſpenſatione & præcepto, dicit de prælato . Vota mea nõn augeat ſine mea uoluntate, nec minuat ſine certa neceſſitate,alioquin non erit diſpenſatio:ſed diſſipatio. Et peccabit concedens & v tens. ¶ Nota ſeptimo quòd ſi ad conuentus peruenium bona ímobilia,ut poſſeſſiones, redditus annuales iure legati,vel ex hæreditaria ſucceſſione. Nam & fratres noſtri adire poſſunt hæreditatem parẽtum ex priuilegiis Cle. 4. immo nec poſſunt exhæredari,ut 19.qõ.2. cap. fin. Non negat dom.Ioan.Do. quin poſſint fratres ſuſcipere.Sed hoc dicit eſſe ſeruandum , quia ſi liberè dimittuntur quàm citius debent vendi,non cauillando diu tenendo pro precio habendo maiori , ſicut faciunt ſeculares auari, ſeruetur dictum Hiero.ad Paulinum . Si habes rem in poteſtate tua vende , ſi non habes proiice. De precio vero prouiſo neceſſitatiuus cõuentus non ſuperfluitatibus reſiduum pauperibus erogetur,vel propinquis legantis detur ſi indigent,arg.12.q.1. quia tua, & c.expedit. Nec debet ſine neceſſitate,quæ caſum reſpiciat de propinquo multa pecunia ſub depoſito ſeruari,arg. 12.q.1. nolo. Si autem legantur cum conditione hoc poteſt eſſe multipliciter.Et ſi conditio eſt talis,videlicet quòd precium conuertatur in fabricam , vel ornamentum eccleſiæ,vel veſtes & lectiſternia, & huiusmodi,hoc fieri debet quàmcitius cõmode poteſt, dummodo non ſit contra cõſtitutiones,& humilitatem ordinatã, ar.13.q.1.c.ult. Sed ſi conditio ſit talis, q̃ non poſſit uendi ſiue alias alienari , ut quia de redditibus debet annuatim prouideri fabricæ tectis infirmis,pitãtiis,veſtibus fratrum,& huiuſmodi , credo tenere legatum,& cõditionem pro non adiecta haberi , ſicut poteſt a ſimili inueniri in c. tua nobis,extra de teſti . Nam conditio illa,q̃ fratres ſemper teneant illam poſſeſſionẽ, eſt contra conſtitutiones eorum & profeſſionẽ , & ideo obligant eos ad peccãdum . Et ex alia

De bonis immobilibus.

parte

parte hoc facit contra ad orādum pro se. Sed cum peccatores Deus non audiat, patet quod testator petiuit contraria, vnde non est audiē dus. Simile notat Arch. 23. q. 7. c. 1. & 2 Et qa vt dicit regula iuris de reg. iur. li. 6. Nō debet vtile per inutile vitiari. Et priuata dispositio testatoris non potest generalem dispositionē legis vel canonis immutare, ut de testa. c. requisisti, & ff. de legibus. l. nemo potest. Valebit legatum & conditio non tenebit & sic uē datur, q̄ si hoc non admittatur a iuristis, vel permittatur ab executoribus, vel etiam si fiat prohibitio alienationis sub certa pœna, puta q̄ deuoluatur ad aliū in casu alienationis vel incurrat aliam pœnam, nullo modo propter hoc faciendum est contra constitutionem, & ideo si non possunt vendi abiiciantur seu dimittantur. ¶ Nota octauo q̄ si legatas nō sūt facta in fraudem fratres possunt illas eleemosynas petere ut aliàs spōte oblata. Sed caueat per se uel per suos procuratores contra nō dātes ciuiliter placitare quoad immobilia. Qđ si dicatur q̄ ex hoc dabitur occasio personis non soluendi legata, sed detinēdi iniustè alienā. Rñ qđ peccatū iam interius commissum nō euadit talis a quo repetū tur, & ultra hoc multa alia adduntur in placitatione, ut odia, rixæ mendacia, periuria, detractiones, iniusti tie, & ultra istud scandalum commune laicorum videntium mēdicātes litigare, qui aliàs consilia prædicare non cessant, laici autem si in iudicio suo reputant non scandalizāt laicos inquantum litigantes & sua repetentes, quin etiam clericus petens debita bona eccle siæ suę nō peccat, sed debet hoc facere, ut notat Archi. 10. q. 2. eps, ideo est quia ecclesia hoc ei mandat, nec ēt tenetur ad statum pfectionis ut religiosi. Mendicantibus non mandat, sed potius interdicit p cōstitutiōes suas & magis ut prius debet quis prouidere saluti suæ seruando regulam suam & constitutiōes quam aliorum procurando ne retineant legata eorum. Hęc Ioan. Do. Cōsilium est & optimum, tamen si etiam in iudicio exigerētur & quamcitius uenderentur, non videtur esse contra constitutiones uel iura communia Petr. autem de Palu. in quadam epistola, respōsali ad magistrum ordinis fratrem Hugonē super ista materia possessionum & redditiuū dicit magistrum ordinis & prouincialē ex causa rationabili, puta i casu necessitatis quę legem non habet, posse cum aliquibus conuentibus dispensare, sicut ex causa rationabili dispensare ualent in carnibus comedēdis. Sed si quis bene aduertit casus sunt multum dissimiles. Nam per constitutiones declaratur quod prelati possint de carnibus dispensare, non sic de possessionibus, immo expræsse prohibetur eis dispensatio. Et ideo tutior & rationabilior videtur opin. Ioā. Do. supra posita. ¶ Nota nouo quod de anniuersariis perpetuis sic dicit idem Pet. in dicta epistola. Mihi videtur quod sicut non est contra ordinē, immo de ordine recipere quotidianas eleemosynas ita etiam anniuersaria ppetua nec hoc est habere redditus in recipiendo gratis, & in petēdo extra iudiciū, nec in hoc est necessaria dispēsatio, sicut nec in quotidie mendicando. Sed repetere ea in iudicio tanquam redditus sibi debitos non licet absque dispensatione. Quæ dispensatio fieri non debet, nec illud is simulari nisi ex causa necessitatis, puta in locis vbi ita refriguit charitas quod fratres seminantes spiritualia non possunt aliter metere temporalia. Hæc Petr. Et idem videtur dicendum, immo & fortius de certis eleemosynis annualibus, quas reges & principes aliquando ordinant dari fratribus de gabellis & aliis introitibus. Nā talia sunt puræ eleemosynæ, nam ipsæ concedens ad placitū potest reuocare talem dationem, cū spōte det & non ex aliqua obligatione ad illos non obstante quod illi qui sunt super dictis gabellis teneantur ex debito dare fratribus ratione ordinationis domini. Idem dicit ipsæ Petr. de cænsibus annuis, ac etiam de redditibus fratrum ad vitam, quia scilicet non licet exigere ea absque dispensatione quę fieri non debet nisi propter necessitatem, sed oblata licet recipere. Et addit quod istud priuilegiū quo conceditur quod fratres possint recipere legata perpetua ad cultum diuinum, non exprimit de legatis perpetuis factis pro pitantiis aut iudumentis quod possint ea recipere. Timeo etiam ne illud priuilegium parum ualeat ad propositum, quia ibi non exprimitur contraria constitutione vel consuetudine nō obstante. Hæc ipsæ. ¶ Nota decima quod cum aliqui docti uiri aliter sentiant, ideo simplices fratres, ideſt illiterati qui in dicto ordi ne degunt in cōuentibus possessionatis, aliàs religiosè viuentes, cum videant peritos & bonos sic uiuere, satis videntur excusari. Similiter qui ex obedientia ordinis assignantur in huiusmodi cōuentibus ratione studij uel prædicationis & sine scandalo non possent se subtrahere, etiam videntur posse excusari remanendo in conuentibus possessionatis non dispensatis super huiusmodi. Similiter & alii doct. qui manent in huiusmo-

De legatis.

De ppetuis anniuersarijs.

dī cōuentibus & quantum in eis eſt ſunt parati quod poſſeſsiones vel redditus huiuſmodi alienentur & operam dant, ſed alij non, cō ſentiunt cum alienatio habeat fieri per maiorem partem capituli conſentientem excuſari uidentur. Et multo magis ſi, prælatus ſuperiori hoc pronibet ſcilicet fieri alienationem. Satis vtile & rationabile eſſet quod exquo in multis religionibus de eleemoſynis uiuere non poſſunt fratres etiam religiosè ſe habentes, tum propter grauamina laicorum multiplicata ex guerris, tum propter diminutionem charitatis refrigeſcentis, tum propter multiplicationem pauperum quęſtuantium procuraretur diſpenſatio a papa per prę latos ordinis & papa ſatis rationabiliter diſpenſaret, & præcipue in locis ubi per experientiam uidetur quod eleemoſynæ non ſufficiunt.

§ 13. ¶ Quantum autem ad conſtitutiones fratrū prædicatorum. Si frater aliquam tranſgreditur ordinationem prohibitam ſub præcepto in uirtute ſpiritus ſancti uel ſub pœna excommunicationis uel carceris, clarū eſt qđ mortaliter peccat, non autem aliter tranſgrediendo ſine contemptu propter id quod dicit in prologo. Conſtitutiones noſtrę non obligent nos ad culpam vel ad pœnam niſi propter præceptum uel contemptum. ¶ Sed pro horum declaratione nota ſecundum Io. do. quod in conſtitutionibus aliqua ſupponuntur ut per ſe nota ut forma, habitus, & color & obſeruatio caſtitatis & huiuſmodi, & tranſgreſſio horum eſſet mortale, quia cōtra uotum & ordinationem eccleſiæ. Alia ponuntur in conſtitutione & ſub triplici differentia, quia quædam ſimpliciter negatiuè, quædam ordinatiuè, & ornatiuè. ¶ Prima ſunt ut ieiunia ab eccleſia inſtituta & alia huiuſmodi. Et iſta talia, tranſgrediendo facta pœnitentia conſtitutionum vel prælati vel non facta adhuc culpa remanet niſi per confeſſionem delatur & contritionem. Datur & nihilominus pœnitentia ſecundum conſtitutiones, non quia egit contra eccleſiam: ſed etiam quia fecit contra conſtitutiones, & ſic multa ſunt in conſtitutionibus quæ tranſgreſſores non ſolum ad pœnam conſtitutionis, obligant, ſed etiam ad culpam vel mortalem, ut percutiendo fratrem, vel contumelioſa uerba dicendo & huiuſmodi, vel uenialem ut dicendo uerba ocioſa. Illa uerò quę ponuntur ſimpliciter & negatiue nulla adhibita pœna taxata uel taxanda non recompenſantur pęna, unde ipſa tranſgrediendo a graui peccato excuſari nō poſſunt vt ſunt quæ exiſtunt contra omnem obediē tiam & ex tra omnem auctoritatem, & exemplificat de poſſeſſionibus non habendis uel redditibus annualibus, & illa dicit eſſe mortalia. Illa autem quæ ponuntur in conſtitutionibus ordinatiue, ſunt quæ de ſe non exiſtunt de genere bonorum aut malorum, ſed de ornatu & decentia religionis ſicut ſunt ieiunia, æſus carnium, negatus modus dicendi uel cantandi officium, ſilentium, inclinationes & huiuſmodi, pro his taxantur pœnæ in conſtitutionibus uel committūtur taxandæ a prelatis, quæ qui fecerit & a tranſgreſſione ceſſauerit ſine culpa erit, puta ſi comedit carnes ſine licentia & magna neceſſitate, ſi ueniam petat, etſi inducitur quod doleat de culpa commiſſa faciendo pœnitentiam taxatam, mundatur a culpa, & ſatisfacit tranſgreſſionibus eorum quæ pertinent ad ornatum religionis. Et poteſt non eſſe culpa, puta ſi fiat ex rationabili cauſa, vel forte ex inaduertentia & obliuione contra huiuſmodi ſtatuta, & propterea dicitur non obligent nos ad culpam, quod ſi non diceretur etiam in dicto caſu nō obligarent ad culpam. Et poteſt in ipſis tranſgreſſionibus eſſe culpa uel leuis ſi ex leuitate & fragilitate frangantur huiuſmodi ſtatuta, & propterea ponitur capitulum de leui culpa, vel ſi ex malitia fiat parua, vel grauior ſi ex grauiori malitia, & propterea ponuntur, capit. de graui culpa, & capitu. de grauiori. Similiter capitulum quotidianum dicitur, capit. de culpis. Hęc ille. Thom. etiam ſecunda, ſecundæ quęſtione centeſima octuagintaſexta, dicit quod in huiuſmodi tranſgreſſionib. poteſt eſſe culpa uel uenialis ſi fiat ex negligentia, vel etiam mortalis ſi fiat uel ex contemptu uel ex libidine, ideſt complacentia fruitionis, ſic ſumitur vigintiquinque diſtinc. §. alias ea. Siquis autem non fecerit pœnitentias taxatas a conſtitutionibus vel taxandis a prelatis pro huiuſmodi tranſgreſſionibus obligatur tunc ad culpam. Et ſi in hoc perſeuerat, non paratus emendare ſe, nec pœnitentias pro huiuſmodi cōſtitutionis uel prę latorum ſubire debitas hic ſic agendo contenit ſecundum do. Io. Do. ¶ Vtrum fratres ordinis prædicatorū tenentur facere cōtenta in regula & conſtitutionibus ipſius ordinis dato quod prælatus ſuus non mandet ſeu dicat ei quod ſeruet. Et primo uidetur quod non, quia non tenetur ea ſeruare obligatione communi ſibi & alijs Chriſti fidelibus, qui non ſunt

Conſtitutiones fratrum pdicatorum.

Fratres pdicatores tenē tur ſeruare oīa cōtenta in regula.

sunt obligati ad seruandum ipsa, nec etiam non videtur obligatione speciali quam fecit in professione, quia in ea non promisit seruare regulam & constitutiones seu contenta in eis & in ea, sed promisit solummodo obedire prælato suo secundum regulam & constitutiones, ergo si prælatus non mandat, & non dicit ei, quòd seruet ipsa non videtur, quòd teneatur ipsa seruare. Sed contra, idem iudicium est de fratribus prædicatorum & alijs religiosis, sed alii religiosi tenentur seruare regulas & statuta suæ religionis absq; hoc quòd prælatus eorum dicat uel mandet eis quòd talia seruent, ergo & fratres prædicatores. ¶Respondeo secundum Ioan. Neap. in quodlibeto quartodecimo quæstione sextadecima, quòd fratres prædicatores tenentur seruare omnia cõtenta in regula & in constitutionibus sui ordinis, prout sunt in eis & in ea contenta hęc præcepta vt præcepta & statuta simplicia, dato etiam quòd prælatus suus nõ mandet nec dicat ei quòd seruet ipsa. Quod potest probari ad præsens multipliciter. Primo quia quilibet tenetur seruare pertinentia ad statum suum, sicut prælatus quod pertinet ad gradum prælationis, & sacerdos ad gradum ordinis sacerdotalis. Et similiter quilibet religiosus tenetur seruare regulam & statuta suæ religionis. Secundo probatur per rationem, quòd quilibet existens in aliquo gradu vel statu ecclesiæ tenetur facere impositia exitentibus in tali gradu vel statu a superiore potente ei imponere. Sed papa tanquam vicarius Christi & suprẽmus prælatus totius vniuersalis ecclesiæ potuit imponere, & de facto imposuit statuendo vel saltem approbando vel confirmando existentibus in omni statu & gradu ecclesiæ omnia spectantia ad talem gradum seu statum, ergo quilibet existens in quocunq; gradu seu statu ecclesiæ tenetur facere ea quæ spectant ad talem gradum seu statum. Sed dicetur ad hanc rationem quòd maior est vera de fratribus prædicatoribus. Et ratio est, quia secundum decretalem, extra de reg. & transl. capit. porrectum. Habitus non facit monachum, sed professio regularis. Idem ergo iudicium de professione alicuius religionis per quã aliquis efficitur religiosus & de religione ipsa seu de statu ipsius religionis. Sed frater ordinis prædicatorum ex professione sua tenetur solum obedire prælato suo secũdum regulam & constitutiones, & non tenetur seruare regulam & constitutiones, quia quando professetur promittit primum scilicet obedire, & non promittit secundum, scilicet seruare, ergo ex statu suæ religionis obligatur ad primum non ad secundum. Sed hæc responsio non valet, quia etiam prælatus per electionem & confirmationem & consecrationem fit prælatus, factus prælatus tenetur seruare spectantia ad statum prælationis, quæ tamen seruare non promisit expresse quando factus est prælatus. Et similiter sacerdos tenetur seruare spectantia ad gradum ordinis sacerdotalis, quę tamen seruare non promisit quando factus est sacerdos. Et similiter Christianus tenetur seruare omnia statuta Christianorum, quæ tamen non promisit expresse in baptismo quando factus est Christianus. Sed eoipso q; aliquis suscipit baptisma vel sacerdotium per prælationem & vult esse christianus vel sacerdos vel prælatus vult implicitè, & ex consequenti promittit seruare omnia spectantia ad Christianos, seu sacerdotes, seu prelatos. Et similiter dicendum est in proposito, quòd eoipso quòd aliquis professetur ordinem fratrum prædicatorum & promittit esse & est frater prædicatorum, promittit ex consequenti seruare spectantia ad ipsum ordinem, licèt in tali professione hoc non promittat expresè. Sed contra ista potest argui, quia transgrediens votum peccat mortaliter, sed si ex voto professionis suę frater tenetur seruare contenta in regula & in constitutionibus transgrediendo quodcunq; eorum transgrederetur votum, ergo semper peccaret mortaliter omittendo vel transgrediendo quodcunq; tale quod est inconueniens. Ad quod dicendum est quòd uouens aliquid simpliciter seu absolute & transgrediens seu omittens illud peccaret mortaliter. Sed si voueret illud non absolute, sed sub hac conditione q; si omitteret vel transgrederetur illud, non incurreret culpam uenialem, sed pœnam aliquam determinatam, quam pęnam si omitteret incurreret culpam venialem tantũ & non mortalem, talis omittendo vel transgrediendo illud quod vouit, non peccaret mortaliter, sed pœnam illam subire deberet & eam omittendo peccaret venialiter tantum & non mortaliter, quia solum istam promisit in voto suo, & ad istam solum se obligauit, & sic est in proposito. Idem videtur dicendum de constitutionibus aliarum religionum quæ non sunt in præcepto.

¶*De ingreſſu ad religionem tria poſſunt conſiderari. Cap. 2.*

DE ingreſſu ad religionem. Et primo vtrum ſit habenda magna deliberatio circa huiuſmodi? Reſpondet Thom. quòd diuturna deliberatio & multa conſilia requiruntur in magnis dubiis, vt dicit philoſophus in 3. Eth. In his autem quæ ſunt certa & determinata non requiritur conſilium. Circa autem ingreſſum religionis tria poſſunt conſiderari. Primum eſt ipſæ ingreſſus religionis ſecundum ſe, & ſic eſt certum quòd eſt melius bonum. Et qui de hoc dubitat quantum in ſe eſt derogat Chriſto, qui hoc conſilium dedit. Secundo poteſt conſiderari religionis ingreſſus per comparationem ad vires eius qui eſt ingreſſus, & ſic non eſt locus dubitationis, quia illi qui ingrediuntur religionem non confidunt de virtute ſua: ſed diuina ſecundum illud Eſa. 40. Qui ſperant in domino mutabunt fortitudinem &c. Si tamen eſſet aliquod ſpeciale impedimentum, puta infirmitas corporalis vel onera debitorum vel aliquid huiuſmodi, vbi requiritur deliberatio & conſilium cum his quibus ſpectatur quòd profint & non impediant. Eccleſiaſt. 37. Cum viro religioſo tracta de ſanctitate & cætera. Et eſt locutio yronica in quibus non eſt diuturna deliberatio habenda, iuxta illud Hieronym. Hærenti in ſalo nauiculæ funem magis præſcide quam ſolue. Tertio poteſt conſiderari ingreſſus religionis quantum ad modum, & quam religionem quis ingredi debeat, & in talibus poteſt haberi conſilium cum his qui non impediunt, hæc Thom. Sed penè omnes quæ ſua ſunt querunt, non quæ Ieſu Chriſti, ſuam religionem omnibus præferentes, & plerunq; quod peius eſt aliis derogantes, non attendentes ad quam vocentur a domino, quærentes ſuſcitare ſemen nō fratri Chriſto mortuo, ſed ſibi contra legem Dei 8. quæſtio. 1. olim. Et vbi quis ex ignorantia vel errore intenderet illam ingredi in qua non bene viuitur, crudelitas eſſet non reddere eum cautum & a propoſito ſuo reuocare, diſtinct. 38. §. 1. Sed vbi inſtigatur & multum inclinatur ad vnam quæ ſit bona non ſine magna cauſa reuocandus eſt ab ea, & ad aliam inducendus, vt enim dicitur, 20. quæſtio. 3. præſens. Quod quis non eligit vel optat profecto non diligit. Quod autem non diligit, facile contemnit. De inducendo ad religionis ingreſſum. Nota ſecundum Thom. ſecun. ſecun. quæſtione vltima, articu. nono, quòd inducentes ad hoc non ſolum non peccant immo magnum præmium merentur. Iuxta illud Iacob. quinto. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, liberabit animam eius a morte propter multitudinem peccatorum. Ad hoc etiam facit quod dicitur diſtinct. 45. cap. tria ſunt. Poſſet tamen contingere triplex inordinatio circa hanc inductionem. Prima eſt ſi violenter aliquis alium ad religionem cogeret quod prohibetur, vigeſima quæſtione tertia, præſens. Et Hieron. dicit de conſecratio. diſtinctio. quinta. Quicquid neceſſitate fit ſoluitur cito, quòd voluntate arripitur perſeuerat. Secundo ſi aliquis ſimoniace alium ad religionem trahat muneribus datis propter hæc quod prohibetur, prima quæſtione ſecunda, quam pio. Nec tamen ad hoc pertinet ſi quis alicui pauperi neceſſaria miniſtret in ſæculo nutriens eum ad religionem, vel ſine peccato aliqua munuſcula tribuat ad captandam familiaritatem. Tertio ſi mendaciis eum alliciat. Imminet enim ſic inducto periculum. Ne cum ſe deceptum inuenerit, retrocedat, & ſic fiant nouiſſima illius peiora prioribus. Thomas. Sed etiam abſque hoc periculo, non licet ſe inducere, quia vt dicit Auguſt. ad ſalutem ſempiternam nullus ducendus eſt oppitulante mendacio, 22. q. 2. primum. Et loquitur de officioſo mendacio quod eſt veniale. Ingreſſus religionis non ſolum congruit q̄ expedit exerciteris in obſeruantia præceptorum, vt ad maiorem perfectionem perueniant, ſed etiam non exercitatis & peccatoribus, ſecundum Tho. 2. 2. q. vlt. Nam & dominus Matthęum publicanum qui non erat exercitatus in præceptorum obſeruantia, vocauit ad obſeruantiam conſiliorum, facilius enim qui fuerunt peccatores peccata vitant in religione, vt patet quia per ieiunia, vigilias, obedientiam, & alia opera religioſa tolluntur occaſiones peccatorum, gulę, luxuriæ & huiuſmodi. Thom. ad quod facit quod habetur 23. q. 2. admonere, vbi Stephanus papa conſuluit cuidam vxoricidæ quòd ingrediatur monaſterium dicens. ¶Relinque hoc malum ſęculum quod tetraxit ad tam immaniſſimum peccati facinus ingredere monaſterium &c.

2.2.q.6.

Inducē ad religionē.

¶Ingreſſus religionis vel opera obedientię in §.1.
ipſa vtrum ſint prętermittenda pp obſequia exhibenda parentibus? Rñdet Tho. in quodlibe. 4. q. 6 art. 2. & dicit q̄ aliter dicendū eſt de eo qui nondū intrauit religionē, aliter de eo qui iā intrauit & profeſſus eſt. Nā ſecūdo caſu

cum

cum per professionem sit mortuus mundo, deobligatur a cura impendenda parentibus, sicut deobligatur per corporalem mortem, & ideo non peccat nec facit contra Dei præceptum si in claustro remaneat ad præceptū prælati prætermissa cura parentum. Est enim factus impotens ad reddendum debitum parentibus absque propria culpa. Debet tamen inquantum potest salua ordinis obedientia satagere vt per se uel per alios suis parentibus subueniatur si necessitate fuerint. In operibus vero spiritualibus & orationibus tenetur eis seruire in religione. Si autem nondum intrauit tunc distinguit, quia aut videt se posse in sæculo remanere absque imminenti periculo peccati mortalis, aut videt se non posse sine peccato mortali remanere. Et in secundo casu tenetur magis saluti animæ suæ prouidere quam corporali necessitati parentum, & ideo non oportet retardare ab ingressu religionis propter prouisionem parentum. ¶ In primo casu iterum subdistinguendum est, quia aut sine eius obsequio parentes eius nullo modo viuere possunt. Et sic tenetur eis seruire, & alia perfectionis opera prætermittere, & peccaret dimittendo eos, aut sine eius obsequio possunt eius parentes sustentari, quamuis non ita honorifice & abundanter, & tunc non tenetur dimittere ingressum religionis & alia opera perfectionis, & idem est dicendum si parentibus in quantacunque necessitate constitutis posset procurare quòd eis prouideretur per aliquem, tunc enim potest ingredi religionem. ¶ Ioann. Neapol. in quod libet, omissa distinctione de periculo peccati mortalis vel non periculo simpliciter dicit, quòd non solum habens propositum ingredi religionem, seu etiam habens de hoc votum tenetur differre impletionem uoti, ideſt ingressum religionis in duplici genere indigentiæ parentum uidelicet in maxima, puta quando parentes sui nullo modo sine eo possunt uiuere vel morerentur fame vel nuditate & similibus, quia scilicet sunt infirmi uel in carcere uel alia simili calamitate. In mediocri indigētia, puta quia sine eo possent uiuere, sed cum notabili iactura seu detrimento sui status vel conditionis suæ, puta quia oportet eum mendicare, uel aliis seruire cum magna indecentia status sui. In his duobus modis indigentiæ debet differre ingressum quousque cesset indigentia, quod si nunquam cessat debet ex toto dimittere. Et ratio est secundū eum, quia ea quæ sicut necessitatis & præcepti non debent dimitti propter ea quæ sunt superogationis & consilij. Sed obsequi parentibus est necessitatis & præcepti iuris diuini & naturalis, de honore parentum, qui honor magis consistit in eorum sustentatione & corporum obsequij præstatione quod in reuerentiæ exhibitione. Ingressus autem religionis est opus consilii & superogationis, ergo debet differri propter obsequia parentum in dictis casibus. Sed autem dicatur quòd implere uotum est necessitatis & præcepti non consilii, sed talis fecit uotum de ingressu, ergo &c. Respon. Io. ipsæ & dicit quod necessitas est implere uotum licitum, non autem illicitum, suppositā autem indigentia parentum in dictis duobus modis filius uouendo ingredi religionem faceret uotum illicitum. Et ratio est, quia res alteri obligata non potest alteri promitti licite, persona autem filii in illis casibus est obligata parentibus ad subueniendum, ideo &c. Si autem uouisset ante indigentiam parentum, & postea incurrent talem indigentiam, tale uotum est implere illicitum & ratio est, quia res alteri obligata, etiam alteri promissa debet illa alteri tradi, quia per promissionem non transfertur dominium rei quæ promittitur. Et si post uotum emissum mutatur conditio personę uouentis, non debet uotum adimpleri, vt si quis sanus existens uoueret ieiunare in pane & aqua, & postea infirmaretur ita quod illud ieiunium esset sibi periculum mortis, tale uotum non debet impleri, quia iuramētum & uotum non sunt uinculum iniquitatis, vt 22. q. 4. inter cætera. Sic in proposito quia post uotum emissum de ingressu religionis persona uouens propter nouam indigētiam superuenientem de nouo est obligata parentibus ad subueniendum, ergo &c. Sed si indigentia parentum esset parua, vt quia non ita honorabiliter & ample uiuere possunt, sicut uellent & sicut uiuunt alii equalis conditionis, propter hoc non debet filius dimittere ingressum religionis propter huiusmodi indigentiam parentum. Hæc Ioan. Neapol. ¶ Si autem esset iam ingressus religionē: sed nondum professus, uidetur idem dicēdum, quod de eo qui nondum est ingressus, quando scilicet indigentiæ parentum, præcipue & maxime non posset aliter subueniri, nec monasterium uellet illi prouidere quod pium esset si posset. ¶ Parentes autem quia habent rationem principij, inquantum huiusmodi per se eis conuenit vt filiorū curam habeant

Et propter hoc non liceret alicui filios habẽti prętermissa cura filiorum omnino religionem ingredi ideſt non prouiſo qualiter educari valeat. Dicitur enim 1. Thi. 5. Siquis ſuorum & maximè domeſticorum curam nõ habet fidem negauit Tho. ſe. ſe. q. 189. Et ad hoc facit c. ſi quis reliquerit filios di. 30. vbi hoc ꝓhibetur ſub pęna excommunicationis, nec obſtat huic diſt. 30. c. 1. vbi dicitur Si quis filii deſeruerint. parentes maximè fideles occaſio ne cultus Dei anathema ſint, quia vt dicit Gratia, illud fuit ſtatutum in deteſtationem hæreſis quorundam. Qui vt dicit glo. dicti c. putabant hoc eſſe neceſſarium ad ſalutem ex eo quòd Chriſtus dixit. Qui non reliquerit patrem & matrem &c.

§. 2. ¶ De ingreſſu ad religionem quoad epiſcopos, archidiaconos & alios curatos. Nota ergo ſecundum Tho. ſe. ſe. ſi. quòd obligatio voti perpetui ad vacandum diuinis obſequiis competit propriè epiſcopis & religioſis. Præsbyteri autem curati & archidiaconi non obligantur voto perpetuo & ſolemni ad curam animarum retinendam, ſicut epiſcopi obligantur, vnde epiſcopi præſulatum deſerere non poſſunt abſque auctoritate Romani pontificis extra de re. iur. licet. Archidiaconi & præsbyteri curati poſſunt libere renunciare epiſcopo curam eis cõmiſſam abſq; licentiæ papę, qui ſolus poteſt in votis perpetuis diſpenſare, vnde manifeſtum eſt quod archidiaconis, præsbyteris, curatis, licet ad religionem tranſire etiam epiſcopo contradicente, vt 19. q. 2. c due ſunt. Beneficia autem alicuius talium toto tẽpore probationis non debent alteri conferri niſi de ipſius conſenſu vel niſi conſtet quòd abſolute voluerit vitã mutare vel profeſſionem fecerit vel habitũ profeſſorum receperit, interim ſeruietur beneficio per alium cui de portione ipſius beneficiis prouidebitur, extra de reg. iur. c. beneficium lib. 6.

§. 3. ¶ De ingreſſu ad religionem quoad obligatos. Nota ſiquis eſt obligatus ad ratiocinia reipub. non eſt recipiendus in religione niſi prius ſe expediat de ratiocinii diſtin. 53. §. 1. Obligati ad ratiocinia priuatorum honeſtũ eſt etiam quòd prius ſe expediant. Obligatus ad aliquid ſoluendum ſecundum Ray. ingredi poteſt non obſtante obligatione vel iuramento, dummodo non ex leuitate nec intentione ſubtrahendi debitum hoc faciat, ſed ex feruore charitatis nec faciat iniuriam creditori, qa facit auctoritate ſpiritus ſancti cui reſiſtere nemo poteſt 19. q. 2. duæ ſunt, & extra de reg. c. licet. Sed monaſterium tenetur ſatisfacere de his quæ contulit monaſterio, 19. q. 3. ſi qua mulier. Quod ſi nihil contulit monaſterio: quia nihil habeat, inanis eſt actio quam excludit inopia debitoris 14. q. 6. ſi res. Si tamen poſt ingreſſum eius monaſterium aliquid acquireret occaſione eius, puta per ſucceſſionem hæreditariam donationem; vel ex teſtamento, tenetur monaſterium quãtum ad illud arg. in d. c. ſi qua mulier. Concor. Innoc. & Thom. ſe. ſe. q. vlt. ar. 6. ad 3. Poterit ẽt ſm Ray. in monaſterio aliq d ſcribere vel aliud honeſtũ opus facere ad liberãdũ ſe, dũmodo p hoc non negligat diuinum officiũ diſt. 91. c. clericis. Et deducentur expenſę ne ſit oneroſus monaſterio; vt dicitur 16 q. 6. c. de lapſis. Aliqui tamen dicunt non deducendas expenſas quod probabilius eſt dummodo non impediatur obſeruantia. Pe. de Pa. in 4. dicit ſimpliciter, quod talis non tenetur in religione operari vt ſoluat debita. ¶ Item obligatus ad aliquid faciendum, vt ſcribendum vel pinguendum ſecundum Hoſt. nihilominus ingredi poteſt, & perficiat quod promiſit. Et ſi hoc non poteſt ſaltem per alium niſi in manus eius ſpecialiter eſſet electa, quia tunc non poteſt per alium facere niſi de licentia eius cui promiſit. extra de offi. deleg. c. ſi. Poteſt etiam ſatisfacere ei cui promiſit, ſiue de bonis quæ contulit monaſterio, ſiue operando aliquid vt ei ſatisfaciat, (vt dictũ eſt.) Obligatus eſt iuramento ad regendum ciuitatẽ per annum, vel magiſter ad legendum, vel capellanus ad ſeruiendum in capella ſecundum Ray. non obſtante iuramento poſſunt ingredi ad religionem. Non enim iuramentum violat qui illud in melius commutat de iureiur. c. Peruenit, 2. Idem Innoc. Goff. & Hoſt. qui tamen addit. Conſulo tamen prius impleat quod promiſit, extra de iereiur. debitores. Hoc enim tutius niſi ab illis quibus iurauit poſſit licentiam obtinere.

¶ De obligante ſe per votum ad ingreſſum religionis, ſecundum Tho. ſe. ſe. q. 189. ar. 2. hoc de ſe laudabile eſt, qa idẽ opus bonũ factũ ac voto laudabilius eſt quã factum ſine voto. Sed nota quòd obligans ſe ad hoc aut eſt impubes vel pubes. Et ſi impubes ideſt minor quatuordecim annis completis quoad maſculum, vel duodecim quoad fęminas, ſi habet vſum rationis, quia poteſt ſe obligare Deo per votum, ſicut & diabolo per peccãtum, ideo ſi pater uel tutor non irritat: ſed ratificat, tenetur ad intrandum. Si uero irritat nõ tenetur nec debet intrare ante puber §. 4.

tatem

ratem. Quod si intrauerit siue ex voto facto siue sine voto inuitis parentibus, possunt eum extrahere etiam contra voluntatem suam de religione vsq; ad vnum annum & vnũ diem 20.q.2.puella. Est autẽ aduertendũ secundũ Pe. de Pa. quòd pater vel tutor non debet cũ violentia propria auctoritate extrahere, sed auctoritate eius, qui habet potestatem in monasterio, nec etiam magister filii familias hoc potest, nec quicunq; alius custos, licèt autem pater vel tutor possit pupillum inuitum disciplinare etiam clericum, non tamẽ possunt eum corrigere aliis iniuriã in ferendo, quod fieret si habitum disrumperent, vel dẽ monasterio vi extraherent, quod iam erat in eius, possessione. Hæc Petr. de Pal. Si autem est adultus tenetur implere etiam contradicente patre & præcipienti patri in hoc non tenetur obedire 11.q.3.c. Si dominus. Et si vouit simpliciter & absolute tenetur quam citius potest commode intrare, alias ex mora peccat. Si vouit conditionaliter, ideſt sub certa conditione & certo tempore tunc aduenient tẽpore & conditione tenetur, aliàs non. Si autem religio illa esset reprobata, vel illi nolunt eum recipere, si obligatio fuit absolute ad religionem, licèt non intendisset de ista ea refutante vel pereunte obligatus est ad aliã, quia obligatio non fuit certæ speciei sed generis, sicut qui promittit dare equum licèt non intendat emere alienum: sed dare suum si omnes sui pareant, tenetur tamen dare alium. Si autem non intendebat se obligare nisi ad istam religionem præcisè, videtur qui busdam quod illa refutante liberatus est, quia per eum non stat, & sibi impossibile factum est quod vouit, & similiter si ipsa totaliter reprobetur. Sed istud non videtur, quia ille qui vouit certam religionem, quia cum hoc non stat vita sæculi, per consequens videtur vouere dimittere sæculum, vnde si illam religionem non potest habere, vel quia ipsa non vult, vel quia prohibiti sunt recipere ad professionem: quia tenetur non redire ad sæculum, videtur per consequens quod in alia religione debeat remanere. Per. de Palu. in 4. Sed Thom. se. se. q. vl. ar. 3. ad 2. tenet priorẽ opinionẽ, scilicet qđ non teneatur ad aliã. Et licèt Pet. si tutior. Tho. tamen rationabilior. Obligatus autem ex vinculo matrimonij consummati, quomodo possit intrare religionem, & quomodo non, habes supra titu. 7. huius tertiæ partis. Item qui vouit vel iurauit intrare religionem minorem determinate licitè potest intrare maiorem, quia in maiore includitur minus. Et licitè potest per alium ad hoc induci, nisi sit aliquid speciale quod impediat, puta infirmitas vel spes maioris profectus in minori. Sed ille qui obligatur voto vel iuramento ad ingressum maioris, non potest licitè intrare, nec debet induci ad minorem nisi ex aliqua euidenti causa & cum dispensatione superioris. Thom. se. se. quæst. vltima art. 9. ad 3. ar. Item Thom. se. se. q. fi. vouẽs intrare religionẽ si intẽdit se obligare non solũ ad ingressum, sed etiam ad perpetuo remanendum tenetur perpetuo remanere. Si autem intendit se obligare ad ingressum causa experiendi, sed cum libertate remanendi vel non remanendi, manifestum est quod non tenetur. Si autem inuouendo nihil de hoc cogitauit, videtur obligari ad ingressum secundum formam iuris communis, quæ est vt ingredientibus detur annus probationis. Vnde non tenetur perpetuo remanere. Si tamen tali intentione intraret vt exiret statim, non videtur satisfactum voto, quia in vouendo hoc non intendebat. Et ideo tenetur vt saltem velit experiri an ei expediat remanere. Possunt etiam parentes offerre filios impuberes monasteriis ad suscipiendum habitum, sed cum peruenerint ad annos pubertatis est in libertate eorum si volunt remanere vel non. Non enim possunt cogi ad hoc 20.q.1.c. illud, vnde 20.q.1.c.1. dicitur quod cum sunt in quintodecimo ãno qui est annus probationis debẽt interrogari si volunt remanere. Et si hoc elegerint per confessionem expressam vel tacitam per lapsum anni, tunc coguntur remanere nec pñt redire ad sæculũ, & sic intelligunt c. Addidistis, cum capitulis duobus sequentibus, &c. Quæ progenitores, vt dicunt gl. Quãuis aũt liceat tales recipere q; ẽt bea. Benedictus fecit, tñ experientia rerũ magistra docet, quia non expedit modernis temporibus in quibus & corpora & merita nostra defecerunt, dist. 34. c. Fraternitatis. Sic seruant omnes cuiuscunq; professionis regulariter viuentes. Coguntur enim multas inuenire medicinas multorum experimenta morborum 50. dist. Vt constituerunt. Beatus Thom. in quolibet 3.q.5.arti.1. & se. se. q.189.art.5. probat per plura argum. licitè & laudabiliter pueros recipi posse, quod intelligendum est nisi per constitutionem alicuius religionis prohibeatur vt in pluribus reperit, vt in Carthusien. & ordine sancte Brigidæ. Quod autem in cõstitutione prædicatorum cauetur q; nullus recipiatur ante decimum octauum annũ, illud intel-

De pueris recipiẽdis.

intellige de conuersis in illo ordine, non de clericis prout fuit declaratum, per acta capitu li generalis. Ingressus aliquam religionē quā diu est nouitius in probatione positus redire potest ad sæculum liberè infra tempus nouitiatus seu ānum præter quam in his casibus. De probatiõe. ¶ Primus est si scienter receperit habitum q dari profitentibus consueuit. Et in illo habitu triduo voluntarius perseueret. Quod habet locum in illis religionibus vbi habitus nouitiorum est distinctus ab habitu professorum, quia per talem successionem intelligitur professus tacitè, & obligatur religioni in genere, non illi specialiter, extra de regula, c. Constitutionem. lib. 6. ¶ Secundus est si fecit professionem infra annum expræssam, & si hoc facit in ordinibus mendicantium est obligatus religioni in genere, non illi quam professus est in specie. Sed in aliis ordinibus est etiam in specie illi obligatus quam professus, extra de regu. c. non solum. lib. 6. ¶ Tertius si euidenter apparet quòd talis voluerit vitam mutare, quod tamen non præsumitur nisi clara probatione, vel competentibus indiciis ostendatur, puta quia forte donationē fecerat de suis & huiusmodi. ¶ Quartus est cum suscipit habitum alicuius religionis non animo probandi, sed cum firmo proposito permanendi tunc hoc equipollet voto simplici ex vi statuti ecclesiastici. extra de reg. c. statuimus. secundum Pe. de Palu. & Francis. de Zab. obligatur autem religioni saltem in genere, de hoc etiam habes supra lib. 2. tit. pen. ¶ Pro pleniori declaratione duorum casuum vltimo positorū exceptis a regula illa supradicta. Nota, idest, tex. illius, ca. vbi sic ait Gre. 9. Statuimus nouitios in probatione positos ante susceptum religionis habitum qui dari profitentibus consueuit, vel ante professionē emissam ad priorem statum posse redire libere infra annum, nisi euidenter appareat quòd tales absolute voluerint vitam mutare & in religione perpetuo domino deseruire, cum quilibet renunciare valeat iuri quod pro se noscitur introductum. Et post addidit quòd religionibus vbi nō est distinctus patēter habitus nouitiorum ab habitu professorum, in professione vestes eorum, scilicet scapulare, huiusmodi debent benedici, vt sic sit distinctus habitus professorum ab habitu nouitiorum, saltem per hoc quòd est benedictus habitus professorum, non autem habitus nouitiorum, prout fit in ordine prædicatorum. Et his uidetur hoc debere seruari q nouitiis quando recipiuntur ad habitum ordinis non detur scapulare benedictum sed nouum, vel saltem non aliàs benedictum professi autem quando de nouo sibi faciunt scapularia debe rent a platis suis ea facere benedicere, quia scapulare benedictum est habitus professorū sit tamen quotidie contrarium per ignorantiam & abusum. ¶ Sed reuertamur ad dubiū principale. vtrum, scilicet libere possit reddi re ac sæculum infra annū qui intrauit animo & proposito firmo remanendi in religione & possit contrahere matrimonium vel sit uoto astrictus ad religionem, & si uoto simplici uel solemni obligetur ad religionem. In capitulo consulti. eo. tit. di. Inn. 3. in text. q in principio suæ receptionis debet recipiendus publice protestari, an animo probandi auste ritates religionis ingrediatur, vt sit liber ad egrediēdum si sibi placuerit exire, an animo perpetuo ibi remanendi. In primo casu libere poterit egredi & contrahere matrimonium. In secundo non possit: sed ad religionē sit obligatus in genere. Et quamuis ista vera sint, tamen Io. An. in nouell. super dicto. c. refert Inn. quartum & Host. post glo. ibi dicere hoc non esse necessariū, si facere talem protestationem, nec fieri consueuit. Et assignat Inno. quadruplicem rationem. ¶ Prima quia secundum id omnes protestarentur pro egressu, & sic multi possent postea habere occasionem exeundi sine rubore, & de facto exirent, aliàs forsitan remansuri. ¶ Secunda quia permitti debet in dubio de sua conscientia testificare nec aliter probari posset. de homi. c. Significasti. In hac ergo vita sit sibi iudex & testis, caueat tamē sibi in futuro iudicio. ¶ Tertia quia præsumitur quod ex rubore omiserit protestari. ¶ Quarta quia timere potuit ne propter talem protestationem sibi probationis habitus non daretur. Hæc ibi. Si autē per prælatum recipientem ad habitum assignetur sibi annus probationis infra quem libera est religio. ad emittendum cum & ipsæ liber sit ad exeundem vt sit in ordine prædicatorū secundum constitutione, si tamen hoc non obstante is qui habitum recipit intendit remanere tenetur ad religionem, ut declarabitur, & multo magis si nec prælatus aliquid dicit, nec ipsæ protestationem facit q intendit esse liber ad exeundum. Et multo magis obligatur ad religionem si fecit uotum etiam occultum permanendi in religione. Quod ergo tex. illius c. statuimus. dicit nisi euidenter appareat q absolute uoluerit uitam mutare & in religione perpetuo deseruire. Gl. ibi posuit duos modos huius euidētiæ uidelicet qñ De redi tu ad sæculum.

in

in sua receptione dicit se uelle seculũ dimittere, vel quia tunc recipit scienter vestes quæ dantur profitentibus. Ioan. And. in Nouel. ibi post gl. ponit alios modos euidentiæ, videlicet si nũc cum vult exire religionem, vel cum est egressus confitetur, q̃ tempore ingressus habebat firmum animum dimittendi seculũ secundum Innoc. etsi nil de hoc tunc dixit, q̃ si in ingressu illud expressit. Vem ſm Host. quia se & sua expresse monasterio obtulit, vel quia proprijs omnino renunciauit, vel castitatem & obedientiam promiserit. Hæc enim, & similia sunt signa euidentia ſm eum quòd quis dimittat seculum. Quærit enim ibi Io. And. Quid de his quæ legauit vel dimisit monasterio in ingressu eius? Respon. quòd si nil protestatus est non est quæstio. quod per hoc patet quòd voluit vitam mutare. Sed si protestatus fuit q̃ conditionaliter intrabat omnia recuperabit, quia præsumit causa mortis donasse, nisi aliud in donatione fuerit dictũ secundum Host. Non obst. quod habetur in c. non solum, eo. ti. lib. 6. vbi dicitur q̃ potest infra annum ad seculum libere redire, nec potest inuitus teneri a recipientibus eum, quia illud habet locum quando non apparet manifestis indicijs eum voluisse seculum mutare, non enim potest tunc inuitus detineri, ex quo probari non potest de obligatione eius. Et vt dicit glo. Ber. si non apparent manifesta indicia præsumitur ab ecclesia q̃ animo probandi intrauerit, si contrarium propriè non asserat, qa nemo præsumitur immemor proprię salutis, vt dicitur 1. q. 7. Sancimus. & sic cogi non potest intrare religionem. Sed quantum ad Deum & in foro conscientiæ si firmũ propositum habuit permanendi obligatur ad religionem in genere. Sed & obligetur voto solemni ad hoc durum videtur dicere cum laqueus magnus videatur animabus iniici, qđ ecclesia non facit 27. q. 1. de viduis. vnde mihi magis placet opi. supradicta. Pet. de Pal. & Fran. de Zab. videlicet quòd obligetur ui voti simplicis, quod vtiq; impedit: sed non dirimit matrimonium contractum. Communiter tamen canonistę videntur dicere quòd illud habeat vim voti solemnis q̃ si esset matrimonium contractum & consummatum dirimeret. verum quia hoc esset ex statuto ecclesiæ, sicut & de voto continentiæ in ordinibus sacris, ideo papa posset cum talibus dispensare in contrahendo, quod aliquando facit & aliquando nõ facit. Ingressi monasterium se & sua dedicant Deo, omnia enim eorũ bona intelliguntur monasterio esse collata. C. de episc. & cle. l. ingressi. & 19. q. 3. qui ingredientibus. Sed no. ſm Pet. de Pal. in 4. quando iura loquuntur de ingressu religionis, loquuntur de ingressu per possessionem tunc enim perfectè fit religiosus & moritur mundo, & tunc habet locum quod dictum est de bonis eorum si aliter de eis non disposuit. In nouitiatu tamen habet plenariam libertatem disponendi de eis, nõ autem post professionem etiam tacitam, vt no. per glo. dicti. c. In quibusdam autem locis est cõsuetudo, q̃ ex quo quis ingressus est religionem propinqui eius bona immobilia occupant nisi quatenus de illis dedit monasterio. Alicubi etiam fit circa mobilia secundum consuetudinem regionis Et ſm Ray. si dicta consuetudo est approbata & obtenta per 40. annos. Nam & a minori tempore non currit contra ecclesiam præscriptio. ¶ Item nota quòd vitium ingratitudinis propter quod potuisset filius vel filia exhęredari a patre vel matre tollit per ingressum religionis, ita quòd talis non potest exhæredari, vt 19. q. 3. c. fi. cum gl. & in c. Si qua mulier. cum glo. plura habentur de dispositione bonorum ingredientiũ religionem. ¶ Illi qui construunt hospitalia mutant habitum & accipiunt certum signum si hoc faciunt auctoritate episcopi, & promittunt obedientiam, & castè viuere cum vxore & ea mortua aliã non ducere, & proprium non habere ecclesiasticæ sunt personæ, & quodammodo religiosi dici possunt. Nec obst. quòd vxorem talis habet. Nam intelligitur castè viuere. distinctio. 31. Nicena. Item non obstat q̃ quasi proprium habet quia illud potest habere ratione administrationis. Non tamen religiosus proprie dici potest, nisi promittat aliquam approbatam regulam, extra de relig. do. c. fi. Nec potest tali committi administratio spiritualium si laicus est. Sed si hæc prædicta facerent sine auctoritate episcopi, nec religiosi nec personæ ecclesiasticæ dicendæ sunt. dist. 94. nulla. Status quarundam mulierum quę canonicæ appellantur, nec sunt professæ & habẽt propriũ, immo & matrimonium contrahere possunt ſm Innoc. & Ber. satis reprobatur 18. quęst. 2. Pernicios. i. nec sunt cęnsendæ religiosæ nisi forte aliud ostendant. Et debent per ordinarios visitari auctoritate propria, vel si sunt exemptę auctoritate Papę, vt in cle. de sta. mo. c. attendentes. circa fi. Quædam aliæ, quæ dicebantur Beguinæ & Beghardi assumentes certum habitum nulli promittentes obedientiam, nec renunciantes proprijs nec regulam habẽtes, licèt religiosis quibusdã adhęrent,

quæ

quæ etiam habentes certos hæreticos errores, sunt excommunicatę ipsæ & religiosi qui fouent eas in illo Beguinaggio, de hære. c. Ad nostram. in cle. nec sub his includantur vestitę de pœnitentia Beati Dominici, nec sorores de tertio ordine Beati Francisci, & vtraq; regula approbata est.

¶ De professione expræssa & quòd in ordine mendicantium requiritur annus probationis continuus. Cap. 3.

DE professione. Et primo de professione expręssa quæ fit verbis admodum homagii quibus aliquis promittit obedientiam vel conuersionem morum secundum regulã approbatam. Et fit talis professio expręssa in manu abbatis seu alicuius prælati recipientis eũ, vel in manu eius quem prælatus ad hoc mittit, extra de reg. c. ad apostolicam. Nota ergo secundum b. Tho. 2. 2. q. 88. arti. 7. quòd professio est solemne votum, quod facit aliquem esse monachum vel religiosum, quod quidẽ subditur ordinationi ecclesiæ propter solemnitatem quam habet annexam. Et quia ecclesia respicit illud quod est in pluribus. Professio ante tẽpus pubertatis facta quantuncunq; aliquis habeat vsum rationis plenum, vel fit doli capax non habet suum effectum, ut faciat profitentem esse religiosum, hoc statutũ ecclesiæ habetur 20. quæst. 1. c. 1. vbi dicitur. Firma tunc erit professio virginitatis ex quo adulta iam ætas esse cęperit, vbi gl. dicit, non intelligas cum cęperit attingere quartumdecimum annum masculus vel fœmina 12. sed cum iam est in fi. 14. vel 13. Et quãuis Ray. dixerit quòd in hoc malicia potest supplere ætatem, ita quòd etiam pubes si esset doli capax poterat profiteri & tenebit professio, quã opi. etiam videtur sequi Pet. de Palu. in 4. arguens a simili in matrimonio carnali, extra de despon. impub. c. Pauperes. hoc verum fuit quando currebat prior compilatio decretaliũ, quia hoc trahebatur ex verbis decretalis postulasti extra de reg. Sed nunc de illa decretali particula illa sublata est. vt dicit gl. summaria 20. q. 1. Et hanc sententiam Thom. firmat glo. super cle. eos de reg. vbi dicitur q̃ requiritur ætas consummata. s. 14. anno. in viro. & 12. in muliere. nec sufficit quòd prudentia & malicia suppleat ætatem. ¶ Professio expręssa in religionibus mendicantium recipi non potest ante legitimum tempus probationis, s. nouitiatus, quod est tempus vnius anni integri, qui annus non potest incipere ante 14. annum completum. vnde vir ante 15. annum completum non potest profiteri valide, nec oportet quod addatur vna dies vt quidam dicunt, quia hoc nusquam legitur, & summa est ratio quæ pro religione facit ita dicit Pet. de Palu. in 4. & ita firmat Io. And. in clem. eos de reg. Si qui autem receperunt aliquem infra annum probationis ad professionem, suspensi sunt a receptione cuiuscunq; ad professionem & peccant mortaliter facientes contra præceptum ecclesiæ. quod habetur de reg. cap. non solum lib. 6. & c. constitutionem, & debent puniri pœna, quæ solet infligi pro grauioribus culpis. Ille vero qui sic est receptus per illam professionem non obligatur illi ordini in spẽ, sed religioni in genere, ita q̃ ad sęculum redire nõ potest. Et nota quòd mendicantes hic dicuntur tantum prædicatores, & minores secundum Pet. de Pal. in 4. quibus non habentibus possessiones nec redditus ex sua professione incerta mendicitas victũ prębet, vnde secus est de illis ordinibus qui ex sua professione redditus & possessiones habẽt vel habere possunt & nihilominus mendicãt. In talibus enim religionibus & aliis quibuscunq; exceptis vt dictum ordine prędicatorum & minorũ potest fieri professio expręssa infra annum probationis, quæ ligat illi ordini in specie, & per consequens fieri potest post completum 14. ¶ Item no. secundum Pet. de Pal. in 4. dist. 38. quòd, istud quod dictum est de ordinibus prędicatorum & minorum non habet locum in monialibus dictorum ordinum, quia non sunt mendicantes. Et quãuis concessa sint eis omnia priuilegia fratrum, tamen non propter hoc obligantur ad istud cum hoc non sit priuilegium. Et quia conuenit fratribus vt sint mendicantes in quo distinguuntur ab eis qui habẽt redditus & possessiones, vnde infra annum probationis pñt expræsse profiteri. ¶ Professio expræssa cum mala intentione vel expressione illiciti facta, aliquando tenet aliquando non. Si enim profitendo intendit esse religiosus, sed cum hoc intendit furari vel fornicari vel rebellare, vel ideò profitetur & intendit esse religiosus, vt sic possit fieri episcopus vel aliquid male facere professio tenet, quia intendit se obligare ad vota licèt intendat non soluere quod promittit, tamen consentit in promittendo. Sola autem obligatio ad vota non impletio est de essentia religionis. Item si exprimat in professione aliquid quod non sit contrariũ essentiæ religionis, puta quia de licentia prælati custodiat pecuniã vel aliquid tale valet professio.

feſſio. Si vero non ſolum non intendit caſte uiuere, immo nec intendit ſe obligare ad hoc tũc nõ eſſet profeſſus, quia hæc intẽtio repugnat eſſentiæ religionis & idẽ eſt de aliis uotis. Si uero exprimat aliquid repugnans & inhoneſtum eſſentiali, puta quod nõ intẽdit ſe obligare ad caſtitatẽ vel aliquid tale, nõ ualet profeſſio, ſicut nec ualet pp ſolam intentionẽ. Et idem eſt ſi dicat. Non intendo ſeruare caſtitatem promiſſam quantumcunq; promittam. Et hæc expreſſa nocent, non expreſſa nõ nocẽt ad ſimilitudinẽ matrimonij carnalis. Hæc oĩa pet. de Pal. Sed ſicut in matrimonio carnali eccleſia iudicat ſecundũ actus exteriores non interiores qui ſibi nõ poſſunt innoteſcit, vnde quantuncunq; quis nõ intẽdat cõtrahere matrimoniũ, tñ exprimẽdo uerba matrimonij cõtrahẽdi iudicabit illud matrimonium & cogetur cũ illa habitare, ita in religione quantuncunq; nõ intẽdat ſe obligare uotis religionis, ex quo ſponte profiteẽ, & non proteſtatur aliquid in cõtrarium, eccleſia coget illum ſeruare profeſſionẽ, pręſumitur. n. ſolemniter uouiſſe, vnde ſicut excõicat eum qui eſt tacitè profeſſus ad hoc ut remaneat in clauſtro, ita hũc Guil. dicit quod ſi exprimatur conditio cõtra particularẽ auſteritatem, ut quod liceat ei comedere carnes ſi ſcit hoc cõtineri in regula ſeu conſtõnibus quas profitetur tenetur ſecus ſi neſcit id cõtineri in eis. ¶ Profeſſio facta per marẽ in monaſterio monialium vel econuerſo per fęminam in cõuẽtu fratrum, puta ſimulato ſexu. quamuis Mattæus dicat quod non teneat per text. capit. diffinimus. de cimaoctaua quæſtione ſecunda tamen Franciſ. de Zabar. dicit quod tenet, quia licèt ibi eſſe non poſſit, & hoc eſt quod dicit c. diffinimus tamen cum moniales profiteantur ſubſtantialia obligatus eſt ex tali profeſſione. ar. ad hoc 37. di. qđ interrogaſti, vbi tenet Arch. poſt Bar. Brix. qđ qui fingens ſe fęminã intrat monaſteriũ monialiũ ut corrumpat moniales compellendus eſt ad monaſterium monachorum. Poteſt ẽt fieri profeſſio expręſſa ab aliquo ſeculari habitu non mutato quæ in aliis ordinibus nõ mẽdicantibus non obligabit ad illam religionẽ determinate, ſed fieri nõ debet niſi præſentibus duabus partibus cõuentus & maiori parte cõſentiente, aliter tñ facta tenet. Sed in ordinibus mendicantiũ non debet talis profeſſio recipi, ſecundũ Pet. de Pal. Item faciendo talẽ profeſſionem expręſſam in religione p̃ habita quamuis illi non obligetur. obligatur tñ religioni in genere. Item quod dicit Tho. quod in quibuſdam locis nõ fit profeſſio ante. 18. annum ſecundum quandam decre. Dicit Pet. de Palu. illam decretalem reuocatam per prohœmium Sexti.

In 4. di. 26. q. 3.

¶ De profeſſione tacita quæ fit pluribus modis. §. 1.

Vno modo ſi portat per annum cõtinuũ habitum nouitiorum poſt quartũ decimũ annum completum in quacunq; religione, vbi non eſt diſtinctus habitus nouitiorũ ab habitu profeſſorum diſtinctione patenti, puta in ſciſſura vel colore, quamuis eſſet diſtinctus diſtinctione occulta, vt in ordine prædicatorũ, vbi differentia eſt inter habituũ profeſſorũ, & nouitiorũ, qa habitus profeſſorũ eſt benedictus, habitus nouitiorũ non eſt benedictus, quæ diſtinctio occulta eſt. Et non oportet ãno addere diem ſecundi Pe. de Pa. niſi in ãno biſexti, ſed hoc eſt quia ille annus excedit alios annos in vna die, tñ de integritate illius anni eſt illa dies. Profeſſio autem hmõi tacita obligat ẽt illi religioni in ſpẽ ſeu determinate, extra de reg. c. Eos. in cle. Et hoc intellige niſi infra annũ facta fuerit proteſtatio in contrariũ: ſ. quod per lapſum anni non intelligatur eſſe profeſſus, quia tunc nõ eſſet. Sed in illis ordinibus vbi eſt diſtinctus habitus nouitiorum ab habitu profeſſorũ diſtinctione patenti, ſ. in colore, vt quia nouitii habitum album, profeſſi nigrum vel griſeum, & ut moniales nouitiæ velum album, profeſſę velum nigrum conſueuerunt portare, uel in ſciſſura, ut in ordine minorum in quo nouitii portant cum caputijs aliquantulum haſtę, quod non deferunt profeſſi, tunc quã tocũque tempore deferatur talis habitus nouitiorum non inducit profeſſionem, ut in dicta clemẽtina. ¶ Item in illis ordinibus vbi eſt diſtinctio habitus nouitiorum ab habitu profeſſorum, etiam ſi indiſtinctus ſit habitus eorum ab habitu aliorum, cum is vitam ducentium communem, ſicut ſi eſſent canonici regulares, & clerici ſeculares cum eis in choro, & refectorio vtentes ſuper pellicijs, delatio habitus per annum integrum poſt quartum decimum inducit profeſſionem tacitam. Sed ſi nulla ſit diſtinctio habitus nouitiorum, & profeſſorum, & laicorum cum eis degentium, ſicut forte apud illas moniales, quæ ſe dicunt canonicas regulares, tunc delatio talis habitus in huiuſmodi religioſis per annum non inducit profeſſionem ſecundum Petrum de Palude. ¶ Item ſuſcipiendo habitum profeſſorum in aliis ordinibus quam mendicantium infra annũ ſuſcipiens ſi eſt ætatis aptæ ut ſi fuit ſciens

De profeſſione tacita obliget ut non.

&

& voluntarius & in illo habitu professorum triduo perseuerat, talis obligatur religioni in genere, non autem in specie, id est illi cuius habitum sic sucepit, extra de reg.c. constitutionem, libro sexto. Hæc etiam Ioann. in glo. illius cle.

§.2. ¶ De professione tacita eorum qui impuberes sunt religionem ingressi. Nota ergo quod si impubes patre vel tutore inuito vel ignorante intrauit infra unum annum & vnā diē iuste repetere possunt. 20.q.2. Puella & reddi debet etiam inuitus. Sed si ab eis sciētibus infra annum & diem non est extractus, quantū ad illos professus est tacite, etiā impubes existens quia videlicet ipsum amodo extrahere non possunt vel petere, sed quātum ad se nullam professionem tacitam vel expræssam facere potest ante. 14. annum completum masculus, vel ante completum. 12. si est fœmina quæ valeat vt solemnis, quod si de facto fecerit tunc factus pubes si ratā habes vel de nouo ꝓsiteatur, vel professorum habitum p triduum portet si sit professus. Item si per totū. 15. annum remaneat vbi non est distinctus habitus nouitiorum ab habitu professorum, est tamen distinctus ab habitu secularium cū eis degentium, sit professus tacite. Hæc Pe. de Pa. Annus igitur probationis est 14. secūdum Ioan. An. Et huius ratio est, quia tempus probationis datur ad probandam austeritatē religionis, vt extra de reg.c. ad Apostolicam. Inter quas est præcipua custodia castitatis q̄ communiter loquendo non est aptus antea probare. ¶ In quibusdam locis est consuetudo quod nobiles puellæ in monasteriis nutriuntur multis annis & vtuntur vestibus nouitiarum, non est tamen intentio profiteri, nec prob ant, sed postquam fuerunt bene instructę eas maritari, & hæc est consuetudo quod non intendunt profiteri, sed contrahere, sicut olim in templo nutriebantur puellæ uirgines vsque ad annos nobiles, etiam esset consuetudo quod passim nunc istæ maritantur nunc istę profitentur, lapsus temporis nunquam eas obligat. Sed vbi nulla inuitur nisi animo probandi & profitendi si possit sustinere vel aliàs placeat & in recipiendo hoc ipsum ei dicitur in capitulo, & si recepta si stat per annum integrum, reputatur vere professa, etsi nunquam consensit. nihilominus vi statuti ecclesiæ est ligata. Et similiter quæ intrat animo remanendi & perpetuo Deo famulandi, etsi non sit ligata ui uoti, quia non promisit, sed solum proposuit, est tamen ligata ui statuti in religione aliqua viuere, vt extrade reg.c. Consulti. Et quod hoc non sit uoti apparet, quia uotum est promissio nō propositum tantum vel intentio, & qui hēt propositum in ista remanendi si ui propositi remaneret, in ista remaneret nec ad latiorē trāsire liceret. Hæc omnia in quarto. di. 38. ar. 3. q. 1. ad 5. Professus tacite secūdum Tho. in 4. tenetur in omni casu ad tria uota religionis principalia, sed ad alias obseruātias quarum transgressio ex dissimulatione prelatorum in ducitur. qui dum videntes non corrigunt in dulgere videntur non obligatur præcipue si sit simplex qui talia discernere sufficiēter ne sciat. Idem Albertus. Ad professionem tacitam per deportationem habitus annualē inducendam vel ad possessionem expręsse faciendam in ordine mendicantium, oportet quod annus probationis sit continuus. Nam si stetisset quis in religione per sex menses, & postmodum egrederetur reuersus ad religionem ipsam in capite sex aliorum mēsium nō dicetur professus tacite nec in ordine mendicantium poterit recipi, tunc ad professionē, sed in capite vnius anni integri continui. Ita tenet Ioan. de lig. extra de reg.c. Ad Apostolicam. Et Pet. de Anch. super c. his qui de regu. lib. 6. & Bar. ff. de publica. l. fi. & Bonocorsius filius Ioan. And. in q. disputat per eum. Et ratio est secundum eos, quia iura statuerunt annum propter hoc ad probandum austeritates religionis, ut extra de reg.c. ad apostolicam. Sed regularis austeritas pro sui maxima parte in continuatione consistit. Nā alt quis posset faciliter ieiunare vna die vel mē se qui non poterit cōtinuare. Et ideo ad ueram probationem cōtinuatio requiritur, puta quando iura loquuntur de annuali spacio, de continuo intelligendum est, vt no. Ioann. An. de elec.c. 1. lib. 6. & est tex. clemen. cupiētes, & ad hoc facere. ff. de his qui no. infam. l. generosus. Nec est contrarium quod notauit speculator in rub. de sta. reg. Nam errore scriptoris de manu eius fuit mutatum. Casus autem speculatoris est qñ quis integro anno probationis in monasterio stetit & antequā faceret professionem exiuit, & postea redijt vtrum probationis annus sit ei de nouo concedendus, & tenet ꝙ non, qui casus est dissimilis a nostro. Et quod speculator talem casum posuerit patet, quia dicit ipsæ hanc esse quæstionem Bar. Brix. in quęstione venerabili cum tamen Bar. nihil ibi dicat de nostro casu, scilicet de prędicto, secundo, quia probatur solutionem suam per c. Fraternitatis. dis. 34. quod c. de nostro casu nihil dicere Ioann. de

di. 38. q. 1.

De ętate q̄ pti net ad faciēdā ꝓfessionem.

de Imo. tamen ſuper cle. eos, qui dicit de reg. tenet contrariũ cum Matthęo & Arch. Hi dñt non eſſe dandum annũ integrũ probationis, ſed computandũ tps quod prius ſtetit in religione in nouitiatu. Et hoc niſi religionis condõ ſit mutata, vel monaſterium, vel niſi defectus pſonæ interuenerit. pp qđ timeat ſe non poſſe pati auſteritates. tunc. n. dabitur ei modica dilatio ad probandũ ſm Bar. Brix. Arch. ſuper c. non ſolũ de reg. iur. lib. 6. In antiquis rotæ deciſionib. idem dr. ¶ Prima tñ opin. tutior vr & rationabilior. Io. An. de reg. lib. 6. ſuper regula eum qui certus eſt. in fi. dicit, qđ is q ingreſſus eſt religionẽ, & in fine anni exiuit, ſi iterũ, & de nouo eandẽ religionem ingrediatur, an debeat habere annũ, ſ. iterum & de nouo ad probationem? Satis uidetur, qđ non per iſtam regulam: ſcilicet eum qui certus eſt certiorari vlterius non oportet. Et hoc niſi cõditio perſonæ, vel religionis ſit mutata. Additio & ſacro conc. Trid. In quacunque religione tã virorũ quam mulierũ profeſſio nõ fiat ante ſextũdecimũ annum expletũ, nec q minore quã per annũ, poſt ſuſceptũ habitum in probatione ſteterit ad profeſſionẽ admittatur, profeſſio aũt antea facta ſit nulla, nullãque inducat obligationẽ ad alicuius regulæ, vel religionis, vel ordinis obſeruãtiã, ad alios quoſcunq; effectus. ¶ De fructu ſeu vtilitate [§. 3. pfeſſionis. Dicit Tho. 2. 2. q. 189. ar. 3. ad 3. qđ rõnabiliter dici pt, qđ p ingreſsũ religionis cõſequitur qs remiſſionẽ oĩum peccatorũ, ſicut p aſſumptionẽ crucis. Si enim aliquib. eleemoſynis factis hõ põt ſtatim ſatisfacere de peccatis ſuis, ſm illud Dan. 4. Peccata tua eleemoſynis redime. Multo magis in ſatisfactione pro peccatis ſuis ſufficit, qđ aliquis totaliter ſe diuinis obſequiis mancipare per religionis ingreſſum qđ excedit oẽ genus ſatisfactionis ẽt publicæ pœnitẽtiæ, ut habetur. 33. q. 2. admonere. Vnde in vitaſpatrum legitur qđ eandem gratiã conſequuntur religionẽ ingredientes q & baptizati. Si tñ non abſoluerentur ab omni pœnæ reatũ per ingreſſum religionis, tamen vtilior eſt ipſæ ingreſſus religionis quã peregrinatio terræ ſanctæ quantum ad promotionẽ in bonum qđ præpõderat abſolutioni a pœna. Hæc Tho. Pet. de Pal. intelligit per hũc ingreſſum ipſum profeſſionẽ, quia tunc totaliter ſe tradit per votũ & irreuocabiliter. q Pet. in 4. di 4 q. 3. ſic dicit. Põt probabiliter ſic diſtingui. Sicut obligatus ex delicto cedẽdo bonis nil lucratur, vt carcerẽ euadat, ſed qđ non põt ſoluere luit in corpore, & exigitur uſque ad nouiſſimũ quadrantẽ, ſed obligatus ex cõtractu, vel quaſi cedẽdo bonis euadit carcerẽ ne poſtea cõueniatur, vltra quã facere poſſit deducto ne egeat, cum. ſ. poſtea venerit ad pinguiorẽ fortunã. C. qui bon. ce. po. l. 1. Sic religionẽ profitentes cedit omnibus bonis ſuis de quibus ſatisfacere quis põt pro peccatis. ſ. exterioribus per paupertatẽ, corporalibus per caſtitatẽ ad quã ſeruanda ſunt inſtituta ieiunia, & aliæ auſteritates, & interrioribus per obedientiã. Vnde profitentes ſi non ſunt contriti & confeſſi ex delicto obligati, & ſic morientes tradũtur exactori mittendi in carcerẽ inferni donec totũ reddant, quod nunquam erit. Si aũt ſunt contriti & confeſſi remittitur eis oĩs pœna pro tali ceſſione bonorum, & ſic pñt intelligi aliquæ uiſiones quæ hoc ſonãt, vt in vitaſpatrũ, & in legenda Beati Antonii. Et Anſ. in lib. de ſimilitudinib. circa fi hoc tñ eſt ſub hac condõne, vel modo, ut ſi ſuperuiuant qđ eſt peruenire ad pinguiorẽ fortunam ſatisfaciant. Quòd ſi fecerint bene quidẽ. Si aũt non ſatisfaciunt: ſed ſunt negligentes, in carcere purgatorii ſatisfacient. Et ſic intelligi poſſunt quædã alię uiſiones, de quibus religioſi qui mortui ſunt reuelauerunt ſe eſſe in purgatorio, ẽt pro peccatis in ſæculo factis. Sed ſi ante negligentiã moriãtur, qa in iudicio cõfeſſionis quaſi cõtrahit, ex ceſſione illa quaſi gra Dei oĩa gratis cõdonat, iuxta ẽt quaſdã viſiones. Ad hoc ẽt facit qđ dr in auth. de monachis, ſ. qđ monachat⁹ oẽm macula abſtergit. ¶ De profeſſione ſeruorũ receptorũ in religione. Nota q ſeruus non debet recipi in religione niſi de licentia dñi ſui, ſeu oĩno factus liber. Qđ ſi receptus fuerit ſcienter uel ignoranter ſi infra trienniũ a tpe ingreſſus repetatur a dño ſuo, & nondũ fecerit pfeſſionẽ, debet reſtitui cũ oĩbus quæ attulit monaſterio fide accepta de impunitate ipſius, poſt trienniũ vero repeti non poſſet, niſi eſſet tã longè q inueniri non poſſet, ut 18. q. 2. c. Si quis incognitus. Et currit dictum tps triennii a die ſcientiæ. Et intelligitur hoc in omni gñe ſeruorũ ſiue ſint originarii ſiue aſcripticii. Si uero talis ſeruus ante fecerit profeſſionẽ, ſi uſus eſt fraude in ſui receptione, quia. ſ. cũ eſſet incognitus probauit per falſos teſtes ſe liberũ ſi dñs ipſũ repetit debet reſtitui nõ obſtante profeſſione facta. extra de ſer. non or. c. Oz. Ray. & Hoſt. Si aũt reſtitutus dño poſt profeſſionem poſtea manumiſſus fuerit, ideſt liber factus tenetur ſm Guil. redire ad monaſteriũ, qa quantum in ipſo fuit monachus eſt factus. Si autẽ monaſterium fuit in culpa recipiendi, puta ſciebat ipſum eſſe ſeruum, vel quia neglexit

Nota diligniſſimum.

§. 4.

Seruus non debet recipi in religione.

inuestigare cum esset incognitum, ex quo p̃fessus est debet remanere in religione & monasterium debet domino satisfacere. ar. dist. 54. Si seruus Ray.

§.5. ¶ De professo in monasterio splendidè uiuente, & non secundum regularem vitam. Dicit Ray. quod si erat peritus, & sciebat quando professus est quę fienda seu obseruanda erant, intelligitur obligasse se non ad id quòd fit, sed ad id quod fieri debet. Idem si erat simplex, sed exposita fuit sibi austeritas regulæ, & conditiones ordinis. Idem etiam si cum esset simplex non fuit sibi explanata regula, & id ad quod tenebatur, nec expræssit in professione vel ante se sic velle uiuere, & non austerius. In omnibus his casibus debet remanere, & regulariter uiuere. Nec potest si simplex fuit etiam si dolo inductus fuit ad talem religionem, ut puta quia cum mendaciis allegare dolum, cuius conditio melior est facta, extra de his quæ vi me. cau. fi. c. Cum dilectus & de conuer. coniu. c. ex parte. Si autem tem expræssit se uelle uiuere illo modo, & nõ in maiori austeritate, tunc ad seculum quidẽ redire non potest si est professus, sed transibit ad alium ordinem secundum regulam laxiorem quem sustinere possit Ray. ¶ Sicura ecclesiarum spectantium ad monasterium, vel negligatur aliquid ab officialibus monachis. Dicit Tho. in quodlib. quòd ipsi monachi debent supplicare abbati, & debent mouere verbum in capitulo, & si videtur quòd nõ adhibeatur remedium debent appellare contra abbatem, sicut contra aduersarium uerita tis nec auderem consulere quòd aliquis eligeretur in tali collegio monachus. Et ratio est, quia nullus potest exigere uel recipere tẽporalia, aliàs & maxime precia nisi feminet spiritualia prædicando, orando, vel saltem salutem eorum a quibus recipit pro uiribus procurando. hæc Tho. Arg. etiam ad hoc 2. quæstio. 7. capitu. Admonendi, & c. Negligenter.

¶ *De transeuntibus de una religione ad aliam religionem.* *Cap.* 4.

DE transitu de vna religione ad aliã. Nota secundum beatum Tho. 2.2. q. fi. ar. 8. qd̃ transire de una religione ad aliam nisi propter magnam vtilitatem, vel necessitatem, non est laudabile. Tum quia plerunque scandalizantur illi qui relinquuntur. Tum ẽt quia facilius proficit aliquis in religione quã consueuit quam in alia quam non consueuit cæteribus paribus. Vnde in collationibus patrum abbas Nestorius dicit. Vnicuique vtile est quod secundum propositum quod eligit summo studio ac diligentia ad operis incępri perfectionem peruenire festinet, & nequaq̃ a sua quam semel elegit professione discedat. Et postea rationem assignans dicit. Impossibile nanque est vnum eundemq; hominem simul vniuersis fulciri virtutibus, quas siquis uoluerit simul attentare, in istud incidere eum necessarium est, vt dum omnem sequitur nullam integre consequatur. Diuersæ enim religiones præeminent secundũ uirtutum diuersa opera. ¶ Potest tamen aliquis de vna religione transire ad aliam triplici ex causa. Primo quidem ex zelo perfectionis religionis in qua non attenditur excellentia secundum arctitudinem vitæ, sed principaliter secundum id ad quod religio ordinatur, & consequenter secundum discretionem obseruantiarum fini proportionatarum, de quo habes supra eo. ti. c. 1. §. 2. Et in hoc casu debet qs pp humilitatem petere licentiã quæ tñ ei negari non potest dummodo constet illam arctiorem esse. Si vero de hoc probabiliter dubitetur, est in hoc superioris iudicium requirendum, ut de reg. Licet. Quod si etiam non petita licentia transiuit non potest repeti secundum Gui. maxime si professionem in hac secunda iam fecit. ¶ Secundo propter declinationem religionis a debita perfectione, puta si in aliqua religione arctiori incipiant ipsi remissius uiuere laudabiliter, tunc transit ad religionem etiam mitiorem si melius obseruetur. Et in hoc casu etiam requiritur superioris iudicium. ¶ Tertio uero propter infirmitatem uel debilitatem ex qua interdum prouenit quod non potest quis arctioris religionis statuta seruare, qui posset seruare statuta laxioris. Et in hoc casu dispensatio necessaria est. Concor. glo. summaria 19. quæst. 1. vbi dicit Io. quòd quilibet potest transire ad arctiorem religionem petita licentia, licet nõ obtenta, sed ad parem nemo potest transire siue dispensatione papæ, ut de regu. Sane. Et ratio est, quia de minore ad maius transeundum est, & non econuerso, dist. 93. Legimus. Non enim licet a meliori proposito recedere, de pœ. distin. 2. Pennata. Monaldus tamen dixit quod abbas poterat de consensu capituli licentiare monachum ad parem, etsi non ad minorem. argum. 12. q. 2. c. Sine exceptione. Sed primum tutius, sed & secundum Innocẽ. etiam ad arctiorem non licet transire si etiã sit certum tam esse arctiorẽ si ex suo transitu incur-

Triplici de causa põt quis transire de una religionẽ ad aliam.

incurreret prior religio grauem iacturam vel infamiam. arg. 11. q. 3. Si quis vero. de reg. Licet. Nam non debet esse causa scandali, & cõmuuẽ vtilitatem, puta vnius monasterii debet priuatè prẽferre. Abbas quoq; qui immediatè subest papæ non potest transire sine licentia eius de consue. c. Cum venerabiliter.

§. 1. ¶ De transitu canonicorum regularium ad monachatum vel ecõuerso quomodo liceat. ¶ Nota secundum Tho. secunda secundę. q. 189. quòd vtraque religio, scilicet canonicorum regularium & monachorum ordinatur ad opera vitæ cõtemplatiuę. Inter quę præcipua sunt quæ aguntur in diuinis mysteriis ad quę ordinatur directè ordo canonicorum regularium quibus p se competit quod sint clerici, vt habetur. 16. q. 1. §. Illud Hieronymi. Vbi etiam recitat monachos Scithiæ conueniſſe in vnum vt sacerdotem sibi eligerent. Et ideo quamuis ordo monachorum sit arctioris obseruantię, liceret eis transire ad ordinem canonicorum regularium si monachi sunt laici non econuerso, vt 19. quæstio. 3. ca. mandamus. Sed si monachi sunt clerici sacris mysteriis seruientes, vt communiter est hodie, quia monachi sunt clerici, habẽt id quod est canonicorum regularium, & cum maiori arctitudine. Et ideò licet de ordine canonicorum regularium transire ad ordinem monachorum petita licentia superioris & nõ econuerso, vt decimanona quæstione tertia. Statuimus. Thom. Et dicit glo. dicti capit. credo quod si non petit licentiam cogitur redire. Nec obst. cap. Sane. de reg. quia ibi dicit permittas, & sic est dispensatio, & præcipue cum causa leuitatis transit.

§. 2. ¶ De transitu monachorum ad regendum ecclesias seculares. Nota secundum Ioannem in glo. summaria, 16. quęstione prima, quod secundum antiqua iura monachi non poterant præesse ecclesiis parrochialibus nisi ex necessitate tantum quanquagesimaquinta distinctione Priscis. Hodie verò possunt vtilitate etiam suadente, quia magis probati sunt esse vtiles quam seculares. Sed secundum Hostien. in ecclesiis quę ad monachos pleno iure non spectant, non possunt præfici sine episcopi auctoritate nec possunt monachi in illis curam committere, nec monachum præsentare inuito episcopo, & multo magis in ecclesiis quę nullo modo pertinent ad eos, & sic intelliguntur illa. cap. 16. quęstione 1. a principio vsque ad § Ecce in hoc. Sed concurrente volũtate episcopi & assensu abbatis præfici possunt, & sic intelliguntur alia. ca. c. §. Ecce in hoc, vsque ad. §. In his omnibus. Vbi autem episcopus assentit & abbas dissentit & abbati obediendum est decimasexta quæstione prima. Cum pro vtilitate. In ecclesiis autem, quæ ad monachos pleno iure pertinent, non est dubium quod possunt præfici monachi & sufficit sola auctoritas abbatis & conuentus, decimasexta quæstione secunda. Visis. Ioann. ¶ Item nota quod monachus non potest esse canonicus secularis secũdum Ioannem, quia, non est arandum simul in boue & asino, idest, homines diuersæ professionis in vno simul officio non sociabis. Nam coercere & coniungi non possunt, quorum studia & vota sunt diuersa, decimasexta quęstione septima. Noua. Circa hanc materiam hæc notat Ioann. Andr. in nouell. super capitulo. Quod Dei timorem. de statu monacho. Hostien. dicit se tenere cum Hugon. Bernar. & Goff. scilicet quod monachus cum licentia vel consensu abbatis possit hodie præfici ecclesię parrochiali etiam seculari per episcopum, quod intelligo si episcopus etiam verbis dispensationis non vtatur, quinquagesimaoctaua distinctione capi. primo, & secundo. Et idem in canonicis regularibus, vt in hoc capitu. quod Dei timorem. Dicit etiam Hostiẽ. quod abbas cogitur consentire si non inueniuntur idonei clerici & monachus qui petitur est prędicator, & honestus in vita, vigesimaprima quæstione prima, capitu. primo. Et in hoc est priuilegiatum officium prędicatorum ratione regiminis competentis. Non poterit autem abbas cogi ad consentiendum per episcopum si sit exemptus, secus si non sit exemptus. Ex quo talis monachus est translatus & per episcopum institutus est ab abbate absolutus, & solus episcopus est sibi abbas. Et hoc casu propter salutẽ animarum & vtilitatem cõmunem præfertur Lya Racheli. vt de reg. c. Licet. Est enim eadem ratio quę & in episcopali dignitate de qua iure loquuntur, vt in d. capi. Licet. Tenetur autem talis monachus ad diuinum officiũ parrochiale non monachale, & quantum bono modo põt se cum presbyteris & collegiis cõformabit i licitis. di. 41. Quisquis, absolutus est. n. ab omnibus obseruantiis regulę quas commodè obseruare non potest saluis substantialibus. 18. quæst. 1. c. 1. Dicit. Hostien. quod in ecclesia collegiata canonicorũ secularium non potest habere præbendam nec personatum, vt præposituram & decanatum ipsarum ecclesiarum collegiatarum, nisi ob necessitatẽ curę id fiat & dispensatiuè, & qui

dispensare habet eam probet. Et cum dispensatio sit de maioribus fiat de consilio & consensu capituli. Debet tamen talis habere socium monachum si tamen commodè potest, & idem est de canonicis regularibus scilicet quod habeat socium canonicum regularem. Dicit Host hoc præcipie obseruandũ, si ecclesia non est curata scilicet quod habeat socium, vel si est claustralis ecclesia. Hæc omnia Ioan. And. ibi. Et quod dictum est quòd absolutus est ab obseruantijs regule non dicit hæc simpliciter, sed quæ commode seruare non potest. Vnde cum commode possit abstinere a vestibus lineis & culcitris & carnibus tenetur ista seruare secundum regulam suam & multo magis habitum ordinis sui gestare manifeste, vt dicetur infra. Ex his colligè quòd religiosus non potest habere beneficium simplex vel capellam non curatam sine dispensatione Pape intitulatam, nec episcopus in hoc potest dispensare, nec abbas vel alius prælatus alicuius ordinis. ¶ Si quis regularis impetrauit licentiam transeundi ad aliquam artiorem religionem, & postea penitet eum. Quæritur si primi tenentur eũ recipere. Dicit Guil. quod si non inuenit artiorem vbi recipiatur, vel si non poterat sustinere asperitatem illius & reuerti vult ante factam professionem non potest repelli prætextu prioris licentie vel renunciationis cum facta fuerit ex causa, vt scilicet trãsiret ad artiorem & causa subsecuta non est. Secus autem si professionem fecerit in secunda. Si autem abbas & conuentus licentiauit aliquem simpliciter & illæ renunciauit simpliciter nõ ex aliqua causa nisi forsitan ex odio secundũ Guil. non valet licentia, quia hoc est dare licentiam vagandi quod prohibetur. 18. q. 2. c. Abbates, tamen secundum Aug. expelli potest, quando non vult facere penam de culpa quam commisit.

§. 3. ¶ De bonis transeuntium de vna relligione ad aliam. ¶ Nota secundum Host. quòd si aliquis exit de vna religione ad aliam ante professionem non est dubium quod cum omnibus rebus suis exiit, extra de reg. Statuimus. Intellige nisi ea absolute & irreuocabiliter donasset. Sed si post professionem trãsit & sine licentia, res sue remanent priori monasterio, & qui ipsum recipit imputet sibi. Si uero cũ licentia vel inuitus ex aliqua causa vadit ad secundum monasterium, tunc vsufructus rerum quas contulit priori monasterio, debetur secundo quamdiu vixerit, ne ei existat onerosus. Et sic intellige. 16. q. 6. c. Cognouimus, & 27. q. 1. c. Siquis rapuerit. Religiosi mendicantes si transeunt ad ordinem non mendicantium, etiam de licentia pape, non habent vocem vel locum in capitulo, etiam si ab aliis eis concedatur. Nec possunt habere prioratum nec aliquam administrationem, nec quecunque officia, etiam annua, nec tanquam vicarii vel ministri, vel loca eorum tenentes possunt quodcunque regimen animarum exercere, vt de reg. c. Vt professores, in clemen.

¶ De transitu de vna religione ad aliam. §. 4.

¶ Nota quòd Pet. de Pal. in. 4. dist. 19. sic dicit. Religio mendicantium est perfectior omni non mendicante, quia in voto paupertatis omnes sunt æquales, quanto ergo artior est paupertas, tanto essentialiter est perfectior religio cæteris paribus. Similiter in perfectionibus est obedientia taxata, tanto religio est artior id est perfectior. Quia ergo corporalis exercitatio ad modicũ vtilis est, nullum autem sacrificium est Deo magis acceptum sicut zelus animarum, quia ad prædicandum fuit Christi religio essentialiter & principaliter & nominaliter instituta est perfectior aliis. Et ex omnia alia ad eam licet trãsire, etiam si in paupertate & austeritate alia excellat, qa hæc est perfectio & religio Christi, etiam si loculos habeat quod alia non habet religio quæ prædicationem essentialiter non habet annexam, sed accidentaliter post institutionem per austeritatem sibi commissam per accidens ad hanc perfectionem attingit. Hæc Pet. Concordat dominus Ioan. dicens, quòd cum vnicuique ob frugem melioris vitæ ad altiorem statum liceat transire vt 19. q. 2. c. Duæ sunt, de reg. c. licet. Non solum Carthusien. sed cuiuscunque ordinis fratres ad ordinem prædicatorum possunt transire regulariter ad vnguem viuentem, & quòd si perfectior aliis probat eadem ratione qua Pet. de Pal. & subdit. Et econuerso dico fratres prædicatores ad aliorum ordinum obseruantiam non posse discendere, nisi in ordine prædicatorum foret remissa religio. Tunc enim liceret transire ad alium ordinem artius viuentem cum proposito & facto sic arte viuendi & non laxe, sicut in ordine priori, alias censetur apostata qui causa libertatis vagandi aut fugiendi ordinis sui disciplinam ad artiorem aut altiorem transierit nomine tantum. Hinc Ioan. And. super c. Sane de reg. dicit. Non est inspiciendum principium fundationis regule transeũtis & recipientis, sed satis est quòd nunc sit strictio-

ſtritioris vitæ illud ad quod nunc tranſiuit, licèt fortè tempore fundationis fuerit laxioris, ſecundum Innoc. non enim licet deſcendere. Et hoc contra apoſtatas fratrum prædicatorum qui profitendo in aliquo monaſterio ſancti Benedicti, vbi fortè non ſeruatur religio putant ſe euadere apoſtaſiam contra eos eſt litera hæc in dicto c. ſane, Conſtitutiones enim prædicatorum vltra regulam ita arctant eos quòd vita eorum eſt aſperior quam vita monachorum, vnde cogendi ſunt redire ad primum ordinem. Hæc Ioan. And. Quidam etiam Monaldus nomine magnus canoniſta & theologus, (vt refert Ioan. Do.) dixit ſe vidiſſe Pariſius determinationem factam per doctores vniuerſitatis eiuſdem, quòd frater Carthuſien. poteſt tranſire ad ordinem prædicatorum regulariter viuentem de iure communi. Conſil. etiam refert Ioã. Do. ſe vidiſſe Franc. de Zab. & cuiuſdam magni pertti determinans monachum ſancti Benedicti obſeruantiæ laxioris. Et idẽ dicit Ioan. Do. de ordine minorum, hoc in tractatu de poſſeſſionibus. Olim fiebat tranſitus ab ordinibus mendicantium ad ordines monachales quoſcunque ſine diſpenſatione papæ. Et reputabatur licitus in foro iudiciali eccleſiæ tanquam tranſitus ad perfectiorem ſtatum ſcilicet contemplationis, cum tamen in rei veritate non hoc intenderẽt tranſeuntes, ſed vt maiori libertate ad malum vterentur, vt apparebat in conuerſatione eorum. Sed per conſtitutionem Martini quinti decretum eſt, vt de ordine mendicantium nullus poſſit tranſire ad aliquem ordinem monachalem niſi Carthuſien. cum licentia ſui ordinis niſi ſuper hoc haberet diſpenſationem a papa in qua bulla diſpenſationis fieret mentio de conſtitutione Martini aliàs eſſet illæ apoſtata, nec poſſet manere in illo ordine ad quem tranſit, vt habes infra tit. de excommu. circa finem. Verum ſi quis propter ſua merita expelleretur de ordine mendicantiũ quod fieri poteſt, tunc videtur quòd talis poſſit tranſire ad ordinem monachalem quemcunque volentem eum recipere, quia extra religionem & habitum religionis eſſe non poteſt, & ſic non videtur tunc neceſſaria diſpenſatio papæ, ſic vidi conſilia peritorum hæc tenentia.

¶ *De eiectis & fugitiuis.* *Cap.* 5.

DE eiectis & fugitiuis dicit canon quod monachi qui fuerunt peruagati vbi inuenti fuerint cum auxilio epiſcopi tanquam fugaces ſub cuſtodia reuocentur. Et reum ſe illè abbas cognoſcat futurum qui in huiuſmodi perſonis non regulariter animaduerterit, vel qui monachum ſuſcepit alienum decimaoctaua quæſtione ſecunda. Ab abbates, & de apoſta. c. A nobis, dicitur tales fugitiui vel apoſtataræ ſi nolunt redire vel habitum reſumere debent capi, & ſub graui cuſtodia carcerari. Nota ſecundum Anton. de But. quòd monachi eiecti & fugitiui reuerti volentes admittendi ſunt ad religionem, niſi regula contradicat, & regula contradicente non ſunt tamen in derelicto habendi, ſed ſunt recipiendi, vt apud loca ſua vel aliter ſubiecta alimententur vt eis tollatur vagandi occaſio. ¶ Nota quod regula vt authentica poteſt allegari & diſponere poteſt quòd monachus vagabundus non recipiatur. ¶ Nota quod monaſteria etiam ſi ordo repugnet in re admiſſione fugitiui poſſunt arctari ad præſtandum alimenta fugitiuis & eiectis vbi velint ad cor reuerti. Monachus vagabund' an recipi debeat

¶ Quæro quis dicatur fugitiuus? Reſpondeo iuxta dicta doctorum qui per ſe exiuit & ſteterit extra monaſterium, & celat ſe abbati licèt poſtea pœnitentia ductus ad abbatem redeat ff. de ædil. ædicto. l. quid ſi fugitiuus. Et dicunt quidam quod quicquid talis acquiſiuit interim dum eſt in fuga acquirit primo monaſterio ſicut & ſeruus domino. ff. de acquireu. poſſeſſio. l. prima. §. per ſeruum. Saluo niſi diu fuerit in poſſeſſione libertatis, quia tunc acquirit ſibi, allegat. ff. de acquiren. poſſeſſio. l. per eum. §. fina, & intelligunt diu ideſt decennio. ff. a quibus ma. lib. non fiant. l. ſed & ſi fideiuſſor. §. Ariſto. quod notat hic Innocen. immo quòd in monacho nullum tempus excuſat quicquid quærit. Quæritur primo monaſterio, alleg. de teſtam. cap. quia, nec eſt vis in tempore, ita quòd hoc non habet locum in monacho, cum nullo tempore excuſetur, extra de teſtam. cap. quia. Et hoc omnino verum eſt ſi de monachatu conſtat, alia ſecus, extra de teſtam. nuper nec eſt uis in tempore, ſed ſolum an hoc conſtet vel non. Et ex quo conſtat omnia reuocat monaſterium decimaoctaua quæſtione ſecunda. Abbates, & debent talia de plano & ſine libello expediri, quia ſeruos Dei &c. infra de accu. c. Olim vndecima quæſtione prima ſi quis cum clerico. Eiectus autem dicitur qui eiicitur ab alio. Quid ſi monachus fugitiuus promouetur ad aliquam ec- § 1. Quis dicat fugitiuus.

cleſiam, & ibi aliquid acquirit ad quam iniuſtè eſt promotus? de teſta. c. Cū in officiis. Si contemplatione perſonæ quærit monaſterio in dubio. Si relinquitur ab extraneo præſummitur ratione eccleſiæ, de teſta. c. Requiſiſti, & ſic diſputauit Ioan. Cord. Quid ſi monachus fugitiuus vnius monaſterii ingreditur aliud laxioris regulę, an ſi quid quærit, quærat primo an ſecundo in toto vel in parte? Dicit dominus Ant. de. But. ſi tranſiuit il licitè, ut quia ſine licentia ad laxiorē religionem, quærit primo monaſterio, quia remanſit eius monachus ſupra eod. cap. Ioan. Si vero ad ſecundum tranſiuit arctius & licentia petita, quęrit ſecundo, quia nihil commune cum primo. argum. decimo octauo quæſtione ſecunda cap. 1. De ſanct. epiſ. §. ſi monachus colla. nona, & de mona. §. Si vero reliquæ, & extra de renum. Ex tranſmiſſa, & ſupra eod. Licet. Nam & ſeruus a domino pro derelicto habitus, domino non acquirit l. quid ſeruus ff. de ſtipu. ſer. & l. 1. C. de lati. liber. tol. l. 2. & quod notatur de priuil. Cum olim. ¶ Interim autem ſi licentiatus eſt vt tranſeat ad arctiorem, ſi antequā tranſeat aliquid acquirit, cui aquirit? Tan. & Bar. Brix. dicunt, quia antequam ſit ingreſſus ſecundum non eſt plene translatus vigeſima prima queſtione ſecunda. Siquis, & ff. de teſtam. mi. l. Ex eo. Ideo quærit primo monaſterio cuius eſt monachus. De hac materia per Spe. in titulo, de ſta. mo. ver. 41. & decimaoctaua quæſtione ſecunda cap. Abbates. Quando eſſet ſcandaloſus & periculoſus aliis & non apte poteſt corrigi capi vel detineri, forte non tenetur prælatus vel conuentus ſeu monaſterium talem reducere ad monaſterium ne aliis noceat, ſi non ſperatur poſſe coerceri & emendari. Vtilitas enim communis præponenda eſt vtilitati vnius, quæ etiam non ſequeretur in tali incorrigibili decimaquarta quæſtione tertia re ſecandæ. Si autem ſperatur correctio vel impeditio malorum eius, ſi coerceatur vel detineatur, tenetur prælatus vel monaſterium eum corrigere & cogere ad reddendum, extra de apoſta. c. A nobis.

§. 2. ¶ Quæritur de exmplo quando fugitiuus non poteſt recipi ſalua ordinis diſciplina, ponunt doctores in regula ſancti Benedicti exemplum ſcilicet quod qui eſt egreſſus monaſterium non debet recipi ad monaſterium vt in capitulo vigeſimonono regulę bea Benedicti. Quæ ſunt iſta loca competentia in quibus ponuntur quando habent regulam quod non debent admitti. Dic ſecundum Anton. de But. non admittentur vel non ponentur cum aliis monachis, ſed cum aliis cō ſeruientibus, vel ſecundum Hoſtien ponentur in ergaſtulis de quibus exire non poſſint infra de pœnis tue. Quando dicetur graue ſcandalum, vt quando dicunt alii quòd potius exirent quam vellent ſtare cum illo, qa non poſſent erare cum eo. Et ſic dicit Hoſtien. ſe videre de facto. Et etiam ego vidi Florentiæ in quadam moniali.

§. 3. ¶ Quis miniſtrabit expenſas huic qui detruditur ad aliud monaſterium an abbas primi monaſterii, an abbas ſecundi monaſterii. Glo. dicit quod abbas primi, vt ſi habuit aliquid de ſuo de illo prouideat decimaſexta quæſtione ſexta de lapſis. Et etiam ſi non habuit aliquid prouidebit monacho ſuo tempore pœnitentiæ, aliàs monaſterium ſecundum grauaretur. Et hoc placet Innoc. poſt glo. Hoſt. dicit quod ſi incluſus a principio habuit bona prouidebitur de illis. Si non habuit vel habita non ſufficiunt, & vtrunque monaſterium ſufficit ad miniſtrandum expenſas vtrunque miniſtrabit, quia ſuus monachus eſt vel ſaltem fuit forſitan ſecundum ſatis de ſola incluſione grauatur. Primum ergo hoc faciat in memoriam priſtinæ fraternitatis. ar C. de quæſtionibns l. ſeruos. ff. de pac. do. l. Cum tibi ſocerum. §. conueni. Si uero alterum ſolum monaſterium ſufficit id prouideat. ar. de inſtit. cap. 1. 86. diſt. Paſce. Si neutrum contribuit, tenebitur capitulum generale extra de ſta. mon. In ſingulis, & c. ſi. §. hæc etiam. In ſubſidium recurrendum eſt ad epiſcopum nonaginta diſtinctione cap. primo, duodecima quæſtione prima præcipimus, & quæſtione ſecunda eccleſiarum. Et hoc etiam ſecundum Hoſt. potuerunt præſidentes exequi auctoritate papę ſibi commiſſa. Hoc ſaluo quòd epiſcopum nequeunt coercere, extra de ſtatu mona. in ſingulis & cap. ſecundo. §. quod ſi abbas, de maio. & obe. cum inferior, & facit de hære. c. Inquiſitores. lib. 6. Faciunt hæc ad quæſtionem. Reformato monaſterio collapſo ad nouam regulam data optione monachis antiquis ibidem remanendi, modo eligunt ibidem non, remanere, ſed alibi extrinſecus viuere a quibus debent alimentari. Et certe de iure a primo monaſterio. Et hæc tu vides, & ita de facto conſuli. Hæc Antonius de Butrio. Et nota quod non debet iudicari apoſtata ſine fugitiuus ſecundum iura, etiam ſi diu ad longinqua uagetur,

getur nisi postquàm sic viuit quòd animum redeũdi depositisse ostendit. ff. de re milita. l. Desertorem, tamẽ per solam temerariam habitus dimissionem, cum hoc facit excommunicatus est. Quòd si redierit recipietur in monasterium secundum quòd in regula continetur, hoc intelligitur si monasterium regulariter viuat, alias in districtius monasterium cũ vsufructu rerum quas contulit primo monasterio, quæ res postea ad primum monasteriũ redibunt. 16. quæstione 1. si qua. Alii vero dicunt quòd res erunt simpliciter secundi monasterii. Quod si nullum monasterium vult eum recipere. dicit Inn. quòd iectus taliter nulli acquirit, nec tenet contractus eius, posset tamen dici q̃ acquirit episcopo a cuius iurisdictionem nõ absoluitur, & tales iecti qui non inueniunt religionem in qua recipiantur debent nihilominus viuere regulariter & honestè secundum Ray.

Et 16. q. 6. de lapsis.

§. 4. ¶ De bonis quæ acquirunt apostatæ. ¶ Nota secundũ doctores quòd si abbas noluit eum recipere vel etiam neglexerit eum reuocare, & sic decesserit denegabitur monasterio repetitio bonorũ illius ex quo malitiosè denegauit alimenta extra de infan. & langui capitu. primo. Et pertinebunt illa bona ad ꝑm monasterium si ingrediatur, alias ad episcopum. Et hoc intelligendum est si conuentus totus deliquit in hoc, alias delictum personę, scilicet, prælati non debet in damnum ecclesiæ redundare, decimasexta quæstione sexto ca. Si episcopum. Si vero non renuit eum recipere quicquid acquisiuit suo monasterio acquisiuit, sicut seruus domino. 8. quæstione secundo cap. Abbates.

§. 5. De excõmunicationib⁹ quas incurrere possunt religiosi

¶ De excommunicationibus variis quas incurrunt religiosi, habes, infra titu. de excom in diuersis capitulis. Incurrunt enim inducẽdo personas ad vouendum vel iurandum vel promittẽdum de non mutando supulturam apud eos electã vel ad eligendum apud eos. Item conferendo sacramenta eucharistiæ & extremæ vnctionis vel solemnizando matrimonium absque licentia proprii sacerdotis. Item absoluendo a sententiis per statuta sino dalia vel prouincialia promulgatis vel excõmunicatos a canone in casibus non concessis. Item inquisitores qui odio gratia vel amore vel lucro contra iustitiam & conscientiam omiserunt procedere contra aliquem hæreticum, vel alicui imponerent hæresim ipsam, vel imponerent q̃ impediret officium inquisitionis. Item mendicantes professi transeuntes ad aliquem ordinem monachalẽ nisi Carthusi. sine dispensatione Papæ hæ omnes sunt papales. Item sepelientes corpora in cimiteriis vel locis sacris tempore interdicti in casibus nõ concessis, vel excommunicatos publicè vel nominatim interdictos vel vsurarios manifestos scienter sepeliunt. Item audientes leges & physicam. Item dimittentes habitum temerariç. Item accedentes ad studia generalia sine licentia sui prælati cum consilio maioris partis capituli. Item nõ habẽtes administrationem conferẽtes se ad curias principum sine licentia prælatorum, vt inferant damnum monasteriis vel prælatis suis. Item portantes arma infra septa monasterii sine licentia. Item contrahentes matrimonium de facto. Item non seruantes interdictum quod seruat matris ecclesia. Item dicentes aliqua, vt retrahant audientes a solutione decimarum. Item recipientes de nouo loca vel domos ad habitandum vel recepta mutantes. Item non facientes conscientiam confitentibus sibi de decimis soluendis scienter hoc omittendo. si prædicant postea antequam faciant prædictis conscientiam, si hoc commodè possunt. Item minores qui tempore interdicti recipiunt ad diuina fratres vel sorores, scilicet de tertio ordine. Item ingredientes monasteria monialium ordinis prædicatorum vel minorum nisi in certis casibus, de his omnibus habes diffusè, infra in ti. de excommunicatione maiori in suis, c. ibi vide.

¶ De multis pertinentibus ad religionem, vt de habitu, de studio, de mendicatione, de labore manuum, de esu carnium, de contractibus & obligationibus eorum. Cap. 6.

DE quibusdam cõcernentibus religiosos. Et primo de habitu religionis necessario deferendo a religiosis. Not. q̃ quilibet religiosus, tenetur deferre patenter habitum suæ religionis cum prodit publicum, alias ipsum dimittendo peccaret mortaliter nisi iusta causa illum dimitteret, puta ad euitandum aliquod periculum, vt capturæ & insidiarum cũ transformaret habitũ, vel cum esset in balneis vel stuphis vel huiusmodi. Si autẽ dimitteret vel occultaret habitũ ne deprehenderetur in scelere perpetrando nõ euaderet mortale & excommunicationẽ, de qua infrà in ti. de excõ. Sed qõ est vtrũ religiosus p̃cipue hñs curã animarũ i ecclesia secundi, vt

de habitu.

se conformet cũ aliis clericis secularibus posſit licite vti habitu clericorũ secularium ab extra. subtus chlamydem tenẽdo habitũ suę religionis. Et si hoc faciẽdo incidat in canonẽ illum temerariè dimisso habitu. Ioan. And. in nouel. super regula certum est 26. dicit quòd Guil. de pe. la. disputas hanc quõnem determinauit q̃ deferens habitum monachalem coopertum habitu clericali est apostata, qđ vr̃ hodie approbatum per clem. Qũ, deut. & hon. cle. Et post multa arg. pro & contra. tandem concludit. Solutio. cum talis religiosus iustam causam transformationis sui habitus non alleget indubitanter dico ipsum eẽ apostatã. Et quia tali habitu non vteretur in claustro, vt in extrauagãte. de. cle. vel mo. Grauis q̃ hodie rõ habemus, licèt meus eius habeatur in parte, nec cleri. vel mo. c. 2 Et quia deferri debet desuper. de vi. & hoc. cle. c. Clerici. 2. Et quia publicè debet ab aliis distingui. de iudæis. c. In nonnulis. Et quia non dicit portare, non portando vt debet. de re iudic. Qui ex timore. Et quia recipit habitum quem nõ potest habere cum primo priori renũciat ipso facto. ar. de præben. c. De multa. Idem Io. And. in nouell. super c. quod dei timorem. de sta mo. dicit q̃ monachus assumptus ad curã ecclesię secularis, non absoluitur ab habitu, s. monachali deferendo: quia illud nõ est contrarium ecclesię seculari, quia non habet determinatum habitum pro clericis suis, licèt debeat esse talaris. 23. dist. non liceat. Et cęteri colores vestium vt virides, rubei, & huiusmodi sunt prohibiti. de vi. & hon. cle. c. Clerici. Et idem dicit Archi. dist. 23. Sanctimonialis. Quod autem dicit gl. 16. q. 7. noua. q̃ tales possunt mutare habitum quoad habitum intrinsecum licèt ex toto nõ debeant. dicit Archidi. esse verum quando inde esset scandalũ ex delatione talis habitus monachalis inter clericos, vt de vita, & hon. cle. c. Deus q. Sed nullum scãdalum vr̃ oriri ex eo q̃ religiosus deferat habitum suum inter clericos seculares. Idem dicit Dominicus de S. Gemi. quòd ob scandalum vitandum licet monacho assumpto ad curam in aliquo se cõformare habitui clericorum secularĩ, quod fieri potest portando chlamydem, sed clansam in antea cum fenestris in lateralibus, vt faciunt honesti sacerdotes seculares, & caputium, & si nõ totum saltem quoad illam partem qua cooperitur caput appareat ab extra chlamiculũ retro. Sed si huiusmodi monachi vtantur habitu clericorum secularium vt non appareãt monachi de hoc erubescentes, vel vt cognoscantur propter vanitatem non euadunt mortale peccatum & censuram excommunicationis. Idem de monialibus dimittentibus habitum suum etiã si expellãtur de monasteriis suis & datur eis licentia extra monasterium manere, tenentur habitum deferre, quod est notandum, quia frequenter in hoc offendũt religiosi & religiosę.

§. 1. ¶ De studio in religione Her. 16. q 1. dicit. Multo tempore discas quod possis docere, ne sis miles antequam tyro, & magister anteq̃ discipulus. Mihi place vt neque teipsum doceas. Et Augu. in reg. Codices singulis diebus certa hora petantur. Vbi nota secundũ Tho. 2. 2. q. 188. art. 5. quòd studium comperit religioni tripliciter. Et primo quantum ad id qđ est proprium contemplatiuę vitę. [Nã ipsum studium adiuuat contemplationem directè & indirectè. Et directè quidẽ illuminando intellectum. Ordinatur enim contemplatio ad cõsiderationem diuinorũ, in qua dirigitur p studium. Indirectè autem, qa studium remouet cõtemplationis pericula. s. errores qui sę pe in contemplatione accidũt his qui scripturas ignorant. Vnde Greg. lib. 6. mora. dicit q̃ nonnulli dum plus exquirunt contemplãdo quàm capiant vsque ad peruersa dogmata erumpunt. Secundo, studium est necessariũ religioni institutæ ad prædicãdum & huiusmodi alia exercendum. Vnde ad Tytum. 1. dicit de episcopo cuius est huiusmodi actus exercere vt potẽs sit exhortari in doctrina sana & eos qui cõtradicunt arguere, vnde dist. 38. dicitur. Ignorantia quæ mater est cunctorũ errorum a cunctis vitanda est & maxime ab his qui officium docendi in populo susceperunt &c. Nec obst. q̃ Apostoli absq; studio literarum ad prædicandum sunt missi. Quia (vt dicit Hieron) Quicquid aliis quotidiana in lege domini exercitatio tribuere solet, hoc Apostolis suggerebat spiritusanctus. Tertio, studium literarum congruit religioni quantum ad id quod est commune omni. valet enim primo ad vitandum carnis lasciuiã. Vnde Hiero. Ama studia literarum & carnis vitia non amabis de consec. dist. 5. Nunquam. Secundo valet ad auferendum cupiditatẽ diuitiarum. Hier. Socrates ille Thebanus cũ ad philosophandum pergeret magnum auri põdus abiecit. 12. qõ. 2. Gloria. Tertio valet ad obedientiæ documentum. August. Quæ peruersitas est illa lectioni nolle obtemperare dum vult ei vacare. Docetur etiam de modo & ordine obediendi. de quo octaua quæstione prima. Sciendum. Non obstat quod

Studiũ literarũ valet.

ait

ait propheta. Psal. 70. Quoniam non cognoui literaturam introibo in potentias Domini ideſt in virtutem Chriſtianam, ſed hoc maxime congruit religioni, ergo eis non conuenit vacare literaturę. Nam (vt dicit Ioā. An. in nouell. ſuper c. Sane. de reg.) Illud pſal. nō intelligitur de quacunque literatura ſeu doctrina, ſed de literatura iudeorum, de qua Apoſtolus. 2. Corinth. 3. ait. Litera occidit, obſeruare ſcilicet cerimonialia ſecundum literam quæ nunc ceſſant. Sed literatura ſanctarum ſcripturarum bene intellectarum, & aliarum ſcientiarum iuuat ad introeūdum in potentias domini ad contemplandum. Vnde Hieron. ait. Diſcamus in terris quorum ſcientia nobis perſeueret in cęlis Hęc Ioan. And. Et addit quæ ſupradicta ſunt per Thom. Ad uertendum tamen quod non omne ſtudium congruit omnibus religioſis. Nam in religionibus non deputatis ad prędicandum & legēdum & diſputandum, vt in monachalibus Chamaldulenſibus magis congruit ſtudium ſeu lectio literarum ſacrarum & deuotorum librorum q̄ ſeculares ſcientię, vel ſcię iuris. In religionibus deputatis ad prædicandum, vt ſunt mendicantes quamuis liceat in ſcientiis ſecularibus ſtudere, non tamen debent in illis quieſcere, & per totum tempus vitæ ſuæ his vacare, ſed ſtudio ſcripturarum, & his ex quibus poſſint conſulere in foro animarum cauendo ſibi ſemper a curioſitate & inani gloria. Et ex his non ſolum aliis, ſed etiam ſibi ſumere documenta vitæ.

§. 2. ¶ De eleęmoſynis viuere religioſis aliquo modo licet, & aliquo modo non licet. Pro cuius declaratione dicit Thom. ſecunda ſecundę quæſtionę centeſima octuageſima ſeptima, articulo quarto, quòd vnicuiq; viuere licet de eo quod ſuum eſt vel ſibi debitum. Fit autem aliquid alicuius ex libertate donātis. ¶ Sunt autem donatæ monaſterio multæ poſſeſſiones & dantur quotidie & bona mobilia, de quibus ſuſtentantur religioſi. Et quia huiuſmodi beneficia religioſis videntur eſſe collata vt liberius religioſis actibus inſiſtere poſſint. Quorum cupiunt ſe foro participes qui temporalia ſubminiſtrant, redderetur eis vſus prædictorum donorum illicitus ſi ab actibus religioſis deſiſterent, quia quantum eſt de ſe defraudarent intentionem illorum qui talia beneficia contulerunt.

¶ Debitum autem eſt aliquid alicui duplici ter. Vno modo propter neceſſitatem quę facit omnia communia, vt dicit Ambroſi. diſtinctione quadrageſimaſeptima. Sicut hi, & ideo ne religioſi neceſſitatem patiantur, licitè poſſunt de eleęmoſynis viuere quę neceſſitas poteſt eſſe tripliciter. Primo quidem propter corporis neceſſitatem & infirmitatem ex qua contingit quòd non poſſint ſibi labore manuum victum quærere. Secundo ſi id quod ex opere manuum acquirunt non eis ſufficiat ad victum. Tertio propter priſtinam conuerſationem eorū qui nō cōſueuerunt manibus laborare, & de his duobus loquitur Auguſt. in lib. de operibus monachorum. ¶ Secūdo modo fit aliquid alicui debitū ex eo q̄ ipſæ exhibet, ſiue illud ſit ſpirituale, ſiue temporale ſecundū illud Apoſtoli primæ Corinthio. 9. Si vobis ſpiritualia ſeminauimus, non magnum eſt ſi carnalia metamus. Et ſecundum hoc poſſunt religioſi quadrupliciter de eleęmoſynis viuere quaſi ſibi debitis. Primo ſi prædicent. quamuis enim eis nō competat hoc ex officio ſicut prę latis, poteſt tamen competere ex commiſſione prælatorum, vt dicitur ſecunda ad Thomo. ſecundo. Laborantē agricolam oportet percipere de fructibus. Secondo ſi ſint miniſtri altaris, quia vt dicitur, primo Corinthior. nono. Qui altario deſeruiunt cum altari participant. Sacramentum altaris vbicunque agatur cōmune eſt toti populo fidelium. Tertio ſi inſtant ſtudio ſacræ ſcripturæ ad vtilitatē totius eccleſiæ. Vnde Hiero. Vſque hodie perſeuerat conſuetudo non ſolum apud nos, ſed etiā apud hæbreos, vt qui in lege domini meditantur nocte ac die, & patrem non habent in terra niſi deum orbis ſoueantur miniſtris. Quarto ſi bona temporalia quæ habent in ſeculo monaſterio largiuntur, poſſunt de eleęmoſynis factis monaſterio viuere, vt etiam dicit Auguſt. in lib. de operibus monachorum. Religioſi autem qui abſque neceſſitate vel vtilitate quam afferant, volunt otioſi de eleęmoſynis viuere quæ dantur pauperibus hoc eſt illicitum. Vnde Auguſt. in dicto libro. Nullo modo decet vt in ea vita, vbi ſenatores fiunt laborioſi, fiant opifices otioſi. Hæc Thom. Et ad hoc facit dictum Hieronym. duodecima quæſtione ſecunda. Gloria. Natus in tugurio in ruſticana domo qui vix rugiētem ventrem milio, & cibario pane ſaturare poteram, nunc ſimilam & mellam faſtidio. Et tales, vt dicit idem decimaſexta quęſtione ſecunda. Quoniam. Quicquid eſt pauperum accipiunt, per abuſionem talium iudicium ſibi manducant & bibunt.

Quòd licitum eſt de eleęmoſynis uiuere.

§. 3. De mendicatione religiosorum.

¶ De mendicatione religiosorum quomodo licet vel non. Nota secundum Thom. 2.2.q. 188.circa mendicitatem duo possunt considerari. Vnum ex parte actus ipsius mendicationis, quæ habet quandam abiectionem sibi cõiunctam. Illi enim videntur abiectissimi inter homines esse qui non solum sunt pauperes, sed in tantum egentes quod necesse habent ab aliis victum acquirere. Et secundum hoc causa humilitatis aliqui laudabiliter mẽdicant quasi efficacissimam medicinam contra superbiam hoc sumentes, quam vel in seipsis vel etiam in aliis per exemplum extinguere volunt. Vnde de pæ. dist. 2. dicitur. Si quis semel notatus fuerit inuidiæ vel contentionis, vel elationis vitio, debet eum per contraria curari ideſt per humilitatis exercitiũ. Exercitia verę humilitatis sũt si se vilioribus officiis subdet & ministeriis ignioribus tradat. Ita namq; arrogantiæ & humanę gloriæ vitium poterit curare. Competit etiam mendicare religiosis vt Christum imitentur qui dicit. Ego autem mendicus sum & pauper, psal. 39. In persona. n. Christi loquit ibi psal. secundum Hiero. Sed quia humilitas sicut & cæteræ virtutes absq; discretione esse non debent, ita oportet discretè sumere mendicitatem ad humiliationem, vt inde notam cupiditatis non incurrant vel cuiuscunque alterius indecentiæ. Alio modo potest considerari mendicitas ex parte eius quod quis mendicando acquirit. Et sic ad mendicandum potest homo induci ex duobus. Vno modo ex cupiditate habendi diuitas vel victum otiosum. Et talis mendicitas est illicita. Alio modo ex necessitate vel vtilitate. Ex necessitate quidẽ sicut cum aliquis non potest aliunde habere vnde viuat, nisi mendicet. Ex vtilitate autem vt cum aliquis intendit ad aliquid vtile perficiendum, quod sine eleemosynis fidelium facere non potest, sicut petuntur eleęmosynę propter constructionis potestatis vel ecclesiæ vel pro quibuscunque aliis operibus ad communem vtilitatem, & hoc modo mendicitas est licita sicut secularibus ita & religiosis.

§. 4.

¶ De labore manuum in religione vel extra quomodo & quando sit necesse. Nota secundum Thom. se. q. 187 quod sub opere manuali cum manus sit organum organorum, intelligitur omnis operatio, & omnia humana officia ex quibus licitè homines victum lucrãtur siue manibus siue pedibus siue lingua fiant vt vigiles custodes, aduocati, & huiusmodi. Ordinatur autem labor manualis ad quattuor. Primo & principaliter ad victum quærendum. Vnde & primo homini dictum est. In sudore vultus tui vescris pane tuo. Et secundum hoc labor manualis ad dit sub necessitate præcepti, prout scilicet necessarium est ad talem finem. Et ideo qui non habet vnde possit aliunde viuere tenetur manibus operari cuiuscunque sit conditionis, & hæc signant verba Apostoli dicentis. Qui non vult operari non manducet q. d. ea necessitate tenetur aliquis ad operandum manibus, qua tenetur ad manducandũ. Et eadem ratio est de illis qui non habent aliàs vnde licite possint viuere. ¶ Secundo ordinatur labor manualis ad tollendum otium ex quo multa mala oriuntur. Vnde dicitur. Eccle. 33. Mitte seruum in operationem ne vacet. Multam enim malitiam docuit otiositas, & secundum hoc opus manuale secundum se consideratum non cadit sub necessitate præcepti, si aliis modis potest tolli otium, ut per meditationes scripturarum & laudes diuinas & huiusmodi, & ideò propter hanc causam non tenentur religiosi ad opera manualia, sicut nec seculares nisi forte ad hæc per statuta sui ordinis obligentur sicut Hier. dicit ad Rusticum. Aegyptiorum monasteria hunc tenent modum vt nullum absque opere aut labore suscipiunt, nõ tam propter victus necessitatem quam propter animæ salutem, ne uagentur perniciosis cogitationibus & habetur de conse. dist 5. Nunquam. Tertio ordinatur labor manualis ad eleemosynas faciendas, vt dicitur ad Ephe. 4. Laborent operando manibus suis, scilicet fideles, quod bonum est vt habeant vnde tribuant necessitatem patienti. Et secundum hoc labor manualis non cadit sub necessitate præcepti, nisi fortè ex necessitate in aliquo casu i quo aliquis eleemosynas facere teneretur & non posset aliàs habere unde pauperibus subueniret. In quo obligarentur similiter religiosi & seculares ad opera manualia exequenda. Quarto ordinatur labor manualis ad concupiscentiam reprimendam inquantum per hoc maceratur corpus. Vnde. 2. Cor. 11. dicitur. In laboribus, in ieiuniis, in vigiliis, in castitate, & secũdum hoc etiam labor non cadit sub necessitate præcepti, quia multis aliis modis potest caro macerari, vt per ieiunia, vigilias & huiusmodi, nec tenentur religiosi ad alia quam seculares nisi propter regulæ professionem, & ideò si in statutis regulæ non contineatur aliquid de opere manuali, non tenentur aliter ad operandum

Ordinatur labor manualis ad quattuor.

randum manibus religiosi quam seculares. Quod autē Apostoli manibus laborauerunt aliquando fuit necessitatis, quia aliundè victum inuenire non poterant, aliquando supererogationis, vt patet 1. Cor. 9. Et quantū ad istud secundum non tenentur religiosi in hoc Apostolum imitari, sicut nec quoad omnes supererogationes. ¶ Quæ autem opera congrauant religiosis ostendit Hier. de cōse. dist. 5. dicens. Nunquam de manu aut oculis tuis liber psalteriis discedat, dicatur ad verbum oratio vbi dicit glo. ideſt iuxta verbum vt intentio ad id quod dicitur dirigatur, vel ad verbum ideſt non transcursè, sed tractim singula dicendo, & infra. Semper aliquid boni facito vt diabolus te inueniat occupatum. Fiscellam texe iunco vel canistrum lentis plectę uiminibus, seratur humus, areole æquo limine diuidantur in quibus cum holera iactata fuerint semina vel plantæ per ordinem positæ aquæ ducantur irriguæ, inserantur fructuosæ arbores vel gemmis vel surculis, vt paruo tunc tempore laboris tui dulcia poma decerpas, apum fabrica aluearia, texantur & lina capiendis piscibus scribantur & libri & vt manus operetur cibos & anima satietur lectione. Hæc ille.

§. 5. ¶ De æsu carnium in religione. Nota quod dicitur de consec. dist. 5. Carnem cuiquam monacho nec gustandi nec sumendi est concessa licentia, non quod creaturam Dei iudicemus indignam: sed quia carnis abstinentia & vtilis monachis æstimetur (seruato tamē moderamine pietatis erga ægrotos) Hęc ibi. Et idem dicitur de sta. mo. Cum ad monasterium. ¶ Sed quærit Thom. in quodlibet. 1. q. 9. ar. 4. Vtrum monachus sine rationabili causa scilicet infirmitatis, & licentia prælati comedens carnes, peccet mortaliter, & arguit quòd sic, ex isto. c. Carnem in fin. vbi ponitur pœna carceris & pœnitentiæ per sex menses contrarium facienti. Sed talis pœnitentia non imponitur nisi pro mortali ergo &c. Respondet idem Thom. quod de se non est mortale, sicut nec etiam frangere silentium, cum huiusmodi ceremonialia communiter non sint in precepto. Posset tamen hoc esse mortale ratione contemptus, vel cōtra præceptum cum fieret a prælato faciendo huiusmodi, & sic intelligitur in tali casu pœnitentia imponenda in d. c. secundum ipsum. Et quia in regula beati Benedicti dicitur, quod carnium quadrupedum omnino ab omnibus abstineatur comestio. Ex hoc arguunt aliquid quod carnibus bipedū vel gallinis & aliis auibus vti licet per ar. a contrariis quod est fortissimum regulariter quod tamen aliquando fallit, sicut. C. de epi. & cle. l. conuenticulam. Et similiter fallit ar. hoc secundum Io. And. quia contradicit tali intellectui ratio naturalis, & c. 36. ipsius regulæ. Nota præponit Io. And. in nouel. de obseruatione ieiunii. Consilium in defensione ordinis Carthusien. qui etiam in extrema necessitate positi carnes nullo modo comedunt, propter quod quidam æmuli eorum dicebant statum illū periculosum ex defectu charitatis, contra quos magister Arnoldus summus medicus & Theologus dicit, quod hoc asserere est falsum & fantasticum, probat quòd sic sapiat hęresim, nam aduersatur approbationi & tolerantiæ Romanę ecclesię, & fingit nouum dogma in pertinentibus ad vtilem statum fidelium ponendo quandoque mortis periculo non posse tunc vsu carnium liberari, & sic ad vitę longitudinem carnium vsum necessarium quod est falsum. Nam (vt dicit) virtus vitalis deficit, aut per maliciam morbi illam resoluentis, aut propter defectum alimenti per quod habet conseruari & restaurari. Primo casu pbat per dictum Hypocratis dicentis, quòd si prę furia morbi cibus exhibeatur suffocationis vel alterius grauamine superaddito coguntur vitam finire celerius, deficientibus autem propter penuriam alimenti si denegetur cibus & medicationi subdantur, expirant velocius tabefacti patet per id quod deficienti propter morbi magnitudinem non prosunt, sed nocent carnes. Sed deficientibus propter alimenti penuriam prosunt. Sed probat plus competere vinum mediocriter maxime aromaticum & vitella ouorum mediocriter mollia, ideò quod velocissima digestione conuertuntur in laudabilem sanguinem & multum & quasi sine fecibus. A carnibus autem & cæteris alimentis aliqua prędictarum conditionum deest. Concludit ergo quod ad virtutem vitalem vel cognitiuam plus cōferunt supradicta q̄ carnes licèt fateatur q̄ ad confortandū virtutē motiuam plus competant carnes, q̄ dicit inducē do Galienū scilicet confortationem virtutis motiuæ nō esse in ęgris necessariā, quia modicum egent ipsius operatione, ergo nec egent necessario vsu carniū, sed bene vsu vini. Apostolus modico uino vtere propter stomachum &c. Vinū enim lętificat cor hominis. Cor aūt est principiū virtutis vitalis quæ cō fortatur p cordis lętitiā Sed & in dicto ordine multi senescunt & viuunt ēt octogenarii.

Nota de æsu carnium.

Et

Et ante diluuium non comedebantur carnes dist.35.ab exordio, & longius viuebant. Hęc omnia Ioan. And. ibidem. Et hæc scripta. s. vt religiosi qui secundum regulam suam vel cō stitutiones suas, non debent carnibus vesci, credant per talem abstinentiam carnium nō sibi abbreuiare dies si obseruāt, nec pro quacunque debilitate carnes comendat, & contra illos qui hoc non obseruant ad excusandum excusationes in peccatis, allegantes sine ęsu carnium sanos non posse viuere. ¶ Religiosus simplex iudex esse non potest. ff. de iudi. l. Cum prætor, nec per compromissum potest recipere arbitrium, quia non debet esse disceptator forēsium negociorum. 16.qō. 1. Monachi, &c. de præsentium, sed arbitrator seu amicabilis compositor esse potest. 11.q.3. Iniustum. Et hoc intelligendum est de imperio sui prælati, vt extra de postu. ca. 1. Hęc est sententia Guiliel. Duran. & Hostien. Religiosus si est ordinis minorum nō potest esse executor, vt in cle. Exiui. de verbo. signific. Si est alterius ordinis non potest esse executor nisi petita licentia & obtenta, vt de testa. religiosos, lib. 6. talis quoque etiam si sit exemptus vel prælatus tenetur reddere rationem ordinario, & ordinarius tenetur exigere, de testa. cap. religiosis, in cle. Religiosus quoque secūdum Ioan. And. super ca. vt officium de hęre ticis, lib. 6. non potest exercere officium tabellionatus in aliis quam contra hæreticos. Sed Guil. in speculo dicit quod vetera instrumenta complere potest, non autem assumere noua. Testis quoque esse potest si requiratur ad liberādum hominē a morte iniusta vel qua cunque pœna vel falsa infamia vel aliquo dāno, & debet, in huiusmodi testificari dūmodo nō sit in causa sanguinis. 11.qō.3. Quisquis. Vide n̄ de hoc plenius, supra tit. 9. c. 11. §. 1. Religiosus factus episcopus vtrum tenea tur ad obseruātias regulares? Respondet sanctus Thomas de aquino 2.2.q.185. q̄ ea quę

religiosus facti ep̄s.

sunt in regularibus obseruantiis quæ nō impediunt pōtificale officium, sed magis valēt ad perfectionis custodiam, vt paupertas & castitas, ad hæc remanet obligatus, & per consequens ad portandum habitum suę religionis qui est huiusmodi obligationis signum. Et quamuis habeat redditus, possessiones, & huiusmodi ecclesiæ, non tamen habet illa vt ꝓpria, sed vt dispensator omnium bonorum ecclesiæ. 12.q.1. si priuatum. Vnde non est absolutus a voto paupertatis sicut nec a voto obedientiæ. Nam per accidens est quòd obedire non tenetur si nō habet superiorem, sicut abbas monasterii qui tamen nō est absolutus a voto obedientiæ. Ea vero quę ab officio pontificali repugnant sicut solitudo, vigiliæ, silentium, abstinentiæ graues, ex quibus impotēs redderetur ad exequendum pontificale officium ad hæc non tenetur. In aliis etiam quę non repugnant potest dispensatione vti secūdum quòd requirit necessitas personę vel officii & conditio hominum cum quibus viuit per modum quo & prelati religionū secum dispensare possunt huiusmodi. Satis his videtur concor. Hostien.

¶ De contractibus, obligationibus, vel promissis factis cum aliis vel maleficiis. Nota secundum Inno. & Hostien. quòd ex contractibus initis cum monacho vel abbate obligatur quis monasterio, quia potest monachus actionem acquirere, sed nō potest obligare monasterium. Vnde quamuis abbas seu monasterium possit agere, tamen non tenetur respondere, nisi de eo quod ad eum peruenit. Et licèt omnis cōtractus prohibitus monacho sit, nisi imperante abbate. 12.q.1. Non dicatis, & 16.q.1. sunt nonnulli, hoc intelligitur, inquātum monasterium obligetur, sed obligatio alterius ad monasterium potest per monachū acquiri, & similiter possessio per monachum fugitiuum. ff. de acquire. possl. l. 1. Si tamē monacho sit commissa administratio, tunc ex cō tractu ipsius monachi obligatur ipsæ, sed nō cogitur soluere, quia non habet vnde, extra de so. Odoardus, secus de maleficio commisso per monachum vel abbatem secundum Innocen. & Hostien. quia delictum personę i damnum ecclesię redundare non debet, vt de regu. iur. cap. Delictum, lib. 6. nisi quantum ad monasterium peruenisset vel in eius vtilitate versum esset, artic. 10. quęstio. 2. §. hoc ius. §.6.

¶ De rebus ablatis monacho, dicunt Innoc. & Hostien. quòd si res erant monasterii, vel etiam alterius & monasterium ad restitutionem tenebatur tunc aget monasterium, si vero nec eius erant nec ad restitutionem tenebatur, tunc aget ille qui est dominus rerum, ita tamen quod si res erāt depositę apud monasterium, & abbas vidit eas subtrahi & facile erat abbati eas liberare, satis credit Innoc. quòd abbas tenetur in solidum propter dolū sed si non vidit nec prohibere potuit, non videtur etiam si monachus abstulisset, quia nō obligaretur ex eius maleficio, (vt dictū est:) Item dicit Ioan. in glo. 12.q.1. non dicatis, q̄ monachus agere non potest nec conueniri ratione cōtractus sicut ille qui cessit bonis. Et §.7.

de

de hoc notatur in glo. 11. qõ. 1. De persona. Item agere non potest de iniuria sibi illata, sed tamen eius prælatus agere potest nisi præ latus absit vel nisi reliquerit procuratorem instar filiifamilias. ff. de iniuriis. l. sed vnus, habent tamen monachi ius eligendi & ius ac cusandi suum abbatem sine licentia eius, quia hoc eis a iure conceditur.

§.8. ¶Monachus fact° rector ecclesiæ secularis se cundum Hostiens. si talis ecclesia pleno iure spectat ad monachos præfectus monachus re manet in ea subiectus abbati,& seruabit om nia vt prius,præter tria scilicet ieiunium,silẽ tium,& vigilias, quæ commodè seruari non possunt in ecclesia seculari, arti. 16 qõ. 1. Ne mo potest ecclesiasticis obsequiis deseruire & in monachorum regula ordinatè persistere,vt ipsæ districtionẽ monaste rii teneat, ait Greg. Si ecclesia nõ spectat ad monachos:sed ad episcopum, tũc monachus institutus a tri bus substantialibus non absoluitur simpliciter, nam & continentiam seruare tenetur, & si ab obedientia abbatis absoluitur, tamen Imperio episcopi subiicitur q̃ de cętero erit abbas suus, & talia dispensabit ratione com missę administrationis. Et si habet socium ñ excusatur ab ęsu carnium, de sta. mona. cap. Quod Dei timorem, & hoc nisi sit infirmus de consecr. dist. 5. Carnem, vel nisi imperante episcopo qui abbas suus est. Si autem socium non habet cõformare se potest cum his cum quibus viuit, arti. dist. 41. Quisquis. In omni tamen casu habitum deferre debet nec potest dimittere temerariè,alias esse excommunicatus(vt dictum est supra in primo. §. huius cap.)Et dicit Inno. quod talis rector factus nõ debet esse sine socio monacho, quod intelligitur si cõmode fieri potest, de sta. mo. Quod Dei timorem,& hoc vtique melius & tutius, sed si non potest commodè tunc non tenetur habere socium. Hostien.

¶ *De prælatis religiosorum abbate, abbatissa, & quomodo debeant instrui nouicij. Cap. 7.*

DE prelatis religiosorum. Nota quòd nõ per episcopũ, sed per monachos debet abbas seu prælatus institui ordinariè, vt dicitur. 18. quæstio. 2. per totum nisi in suis constitutionibus aliud caueatur. Vnde greg. Abbatẽ cuilibet monasterio non alium: sed quẽ degnum moribus & actibus monasticæ disci pline communi consensu congrega tio popo scerit ordinari volumus. Monasteria tamẽ & monachorum disciplina pertinent ad episcopum in cuius tertiorio sunt, vt dicitur. 18. q. 2. Ad ipsũ enim pertinet cura omnis dioecesis 9. q. 3. ca. 2. Et hoc est verum nisi sint exempti vel in hoc priuilegiati, vt sunt mendicantes & multæ aliæ religiones monachorum & alii, quia tunc de his in quibus sunt priuilegiati non habent se intromittere. Qui enim non sunt exempti possunt ab episcopo a dignitate abbatiæ deponi,si non benè se habẽt. Vnde. 18. q 2. dicitur. Si quis abbas cautus in regimine,humilis,castus,misericors,discretus,sobriusque non fuerit ac diuina precepta verbis & exemplis non ostenderit ab episcopo in cuius territorio consistit, & a vicinis abbatibus,& cæteris Deum timentibus a suo arceatur honore, etiam si omnis congregatio uitiis suis consentiens abbatem eum habere voluerit. Et in sequen. cap. dicitur. Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant,& si quid extra regulam fecerint, ab episcopo corrigatur. Si autem episcopus voluerit monachum instituere in ecclesia seculari,et abbas noluit,monachus obe diet potius abbati quam episcopo. 16. q. 1. cũ pro vtilitate. Si tamen ecclesiæ vtilitas hoc exigit cogendus est abbas per suum superiorem vt consentiat. Item si monachus velit cõ fiteri episcopo vel pœnitentiario eius,nõ potest abbas prohibere, cum episcopus sit ordinarius omniũ sue dioecesis,& hoc nisi essent exempti vel cõtrarium sit in eorum constitutionibus confirmatis a papa vel hoc habeant ex priuilegio. Abbas in collatione alicuius prioratus non potest aliquod onus nouũ imponere,de sup. ne. præ. quia regulares, in cle. Abbas & quilibet prælatus conuentualis debet requirere monachos fugitiuos & ad claustrum reducere, salua ordinis disciplina, de reg. cap. Ne uagabundi religiosi Quos ordines possit abbas conferre & quomodo, habes supra tit. 14. c. 16. §. 7. Abbas vnus nõ potest p̃sidere in diuersis monasteriis, de reli. do. c. fin. Itẽ nulli monachi vel religiosi possunt p̃esse pluribus prioratibus vel pluribus ecclesiis habẽtibus curã animarũ, ẽt si ea dẽ cura non per episcopos,sed per præsbyteros ad eorum præsentationem institutos p episcopos habeat exerceri nisi auctoritate sedis apostoli cę, vel si vna ex eis ab alia dependet, vel si sint annexæ adinuicem. Et quicunque talem prioratum vel ecclesiam obtinens susceperit aliud, primo priuatus est ipso iure & stati tenetur dimittere,vt per eum ad quem spectat liberè conferatur,& nisi dimittat fit ineligibilis & debet penitus repelli ab vtroque,extra

de

de præbē. Cum singula. lib. 6. ¶ Item priora tus ecclesię aut administrationes seu officia vnius monasterii consueta per eiusdem monachos gubernari non debent committi monachis alterius monasterii sine licentia papę, & contra hoc ordinantes sunt priuati potestate prouidendi de ipsis, & recipientes sunt ineligibiles ipso iure, de pręben. cap. Cum singula lib. 6.

§. 1. Prælati cōditio. ¶ De abbate suo quocunque nomine prælato, dat doctrinam August. & Benedictus in regula. Dicit enim August. Seipsum bonorum operum præbeat exemplum corripiat inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos patiens sit ad omnes, disciplinam libens habeat metuendus imponat & tamen magis amari a subditis appetat quam timeri. Quæ omnia pulchrè & diffusè Vmbertus declarat in expositione regulæ. ¶ Nam cum primo habeāt prælati Deo reddere rationem de subditis, secūdum illud ad Hæbr vlti. Ipsi perui gilant quasi rationem reddituri pro animabus uestris, & cum aiæ sint præciosæ & Deo caræ, Christi sanguine redemptæ & tam facilè & multipliciter pereant, ideo multum habent timere in reddenda ratione. Et ideò August. Quanto in loco superiori tanto in periculo maiori versatur. Grægo. in mora. Miseri cors Deus quem tenere diligit ab exteriorib. prælationis occupationibus abscondit, tamē impositū onus a superiori pertinaciter recusari non debet, ne diuinę ordinationi videatur resistere, sed inuigilet ad curam. Et primo dando bonum exemplum, secundum illud Christi Ioan. 13. Exemplum enim dedi uobis vt quemadmodum ego feci omnia scilicet Dei placita implendo, ita & vos faciatis. Positi enim sunt prælati ut signum ad quod subditi sagittas operum suorum debent dirigere. Vnde secundum Gregorium tot morti bus digni sunt, quod exempla perditionis ad subditos transmittunt. Nec enim exempla sufficiant, sed corripiat inquietos. Inquieti dicunt qui ociositate vel curiositate deuicti secum cōsistere nō possunt, modo intus modo extra, modo cum fratribus, modo cum extraneis, sine causa hinc inde vagantur. Vitiū autem aliquod est corrigendum, vel quia est manifestum, vel qa conturbat alios, vel quia dissimulatione nullum, uel leuius reputetur, & quia inquietudo omnia ista facit, ideò corrigenda, & si hoc vitium quod paruū multis videtur est corrigēdum, multo magis graviora, a liàs prælatis imputantur, dist. 86. Inferiorum. Consolari debet pusillanimes. Pusillanimitas ex animi paruitate procedit, dū scilicet quis timet esse peccatum vbi non est, vel ibi esse periculum vel nimis arduum, & quasi impossibile quod non est & huiusmodi. Isti ergo consolandi sunt verbis & exemplis sanctorū, ait Christus Luc. 12. Nolite timere pusillus grex, quia cōplacuit patri meo dare vobis regnum. Debet etiam suscipere in firmos. Sed secundum Vmber. est multiplex infirmitas vt corporalis languor, debilitas cō plexionis. Primum debet suscipere in procurando remedia. Secūdum in dispensando in ieiuniis & huiusmodi. Est tertia infirmitas carnis, scilicet lubricum cum est occultum, & hunc debet suscipere occultè admonēdo, nec ipsum repellere debet ne vitet confessionem. Est & quarta infirmitas morum seu passionum, vt sunt iracundi, impetuosi, & quærulosi, & hi suscipiendi sunt animando eos ad bonum inter brachia patiētiæ, dant enim prela to & alliis causam exercitii & meriti, tamē & corrigendi sunt aliquando cum alios offendūt. Est autem infirmitas instabilitatis & hi suscipiendi sunt, confortando eos ad perseuerandum. Est etiam infirmitas dubii de fide vel de scrupulo conscientiæ, & hi suscipiendi sunt animādo eos ad bonum. Est etiam infirmitas imperfectionis & his compatiendum est, nec cogendi sunt ad aliquid vltra statum suum, sed exortandi ad vtiliora, quod etiam dicit Benedictus in regu. Debet & patientia uti ad omnes, quamuis sit in loco superiori, & habeat onus regiminis & sit distractus in multis occupationibus, quæ omnia præbent sibi occasionem impatientiæ, tamē quia multa inde sequuntur & iniustitia eum lædit ab ea semper debet cauere. Hieron. Iram vince patientia &c. de consecr. dist. 5. Nunquam, nō tamen dimittat correctiones, sed cum patienti & trāquillo animo faciat & clementia Vnde & rex apum dicitur non habere aculeum ad pungendum, sed ad infinuādum, secundū Sene. quōd rector debet vti clementia nō vindicatione nisi pro bono communi pro vt expedit. Debet etiam exponere disciplinam, id est regulæ obseruantiam facere obseruari in quibus omnibus primus debet esse. Et vt dicit Benedictus in regula, debet cogitare abbas quòd de singulis in quibus dispensat, habet Deo reddere rationem vt videat ne sine causa rationabili dispenset, aliàs dissipatio erit & peccatum. Debet facere set imeri, ne contemnatur auctoritas eius. Caueat autem dicit Benedictus, ne sit nimis suspitiosus, qa sic nunquam bene sibi erit, nec quies subditis.

Primo

Secundo

Tertio.

Quarto infirmitas multiplex.

Quinto.

Sexto

Septimo

tis. Debet tamen diligenter inuigilare, & occasiones malorum tollere. Magis autem debet quęrere se diligi quam timeri, quod inducit præcipuè humilitas. Vnde Beatus Franciscus in regula specialiter prælatos ad humilitatem hortatur.

§. 2. ¶ De abbatissa. Hæc nec aquam benedicere, nec confessiones audire, nec pœnitentias sacramentales imponere potest, nec aliquem actum sacramentalem exercere, vt de pœn. & remiss. capitu. Noua Item nec ipsa nec aliqua fœmina prædicare potest, vel publice docere potest tamen suas subditas exhortari & informare, nec potest ordinem suscipere, nec super spiritualibus iudicare.

¶ Item nec excommunicare potest nec ab excommunicatione absoluere, de maiorita. & obedien. Dilecta. Sed addit Guiliel. Credo q̃ possit præcipere suis præsbyteris quòd excommunicent. Per maxime oportet eã habere curam de clausura monasterii, & quòd die noctuque clausum sit, & claues teneat ipsa secum, nec indifferenter alicui det, nisi prudenti, & conscientiatę. Cum aliqua monialis vocatur ad locutorium, vel cum ea vadat, vel alias mittat maturas & honestas. Nõ permittat ingressum etiam mulierum cõsangui nearũ sine causa necessaria, faciat euitare omnem familiaritatem monialium cum quibuscunque, & ipsa sit prima. Procuret eis de sacramentis pluries in anno sumendis, scilicet confessionis & communionis, & auditionis Missæ diebus festis, & præcipuè attendat q̃ quærat confessorem qui sit timens Deum, & intelligat necessaria religioni, vt faciat eis cõscientiam de substantialibus religionis, nec tamen domesticus alicui fiat. Attendat quod uiuant in communi & de vna bursa, ita quòd omnia lucra in communi habeantur. Ad abstinẽtiam etiam ab ęsu carnium, lineis & cucitris & ad ieiunia inducat quantum potest, si sunt sub regula, quæ ad ista obliget, similiter de silentio. Teneat frequenter capitulum de culpis semel ad minus in hebdomada, in quo exhortetur moniales ad obseruantiam religionis suæ. Reprehendat & puniat defectuosas plus & minus secũdum defectum & qualitatem personæ. Non faciat dispensationem contra regulam sinè magna causa. Prouidere faciat diligenter infirmis, sed multomagis nouiciis de bona magistra. Caueat a pactionibus in receptionibus alicuius ad habitum, quia symoniacum est, sollicitari faciat ad officium, & ipsa sit prima, & vt dicatur debito modo, & sine locutionibus vanis, exinde in exercitiis ne sint ociosæ, honestis tamen & non vanis rebus: lectiones librorum deuotas & singulares faciat eis legere & in omnibus sit vigilans.

¶ De monialibus, nota primo quòd in mona- §. 3.
sterio monialium non mendicatium non debent recipi, nisi quæ possunt de prouentibus monasterii absque penuria sustentari, aliàs nulla est receptio. Item nulli honestę vel etiam honestæ personæ debet patere accessus vel ingressus ad moniales, nisi ex rationabili & honesta causa & de illius ad quem spectat licentia speciali. Prælatis præcipitur vt in omnibus monasteriis monialibus etiam exemptis prouideant de clausura ad expensas monasterii, vel de eleemoysinis fidelium. Et idẽ præcipitur abbatibus & aliis inferioribus prę latis, quoad monasteria sibi subiecta. ¶ Item moniales debent manere sub perpetua monasterij clausura nisi pro tanto & tali morbo, quòd non posset absque graui periculo, vel scandalo morari, & quando abbatissa vel priorissa debet alicui temporali domino alicuius feudi occasione homagium facere vel pręstare fidelitatem iuramenti, non possit facere apud ipsum, quòd per procuratorẽ præstet, poterit exire cum honestate & decenti societate, & præstito iuramento eodem vestigio reuerti debet, ita quòd in fraudem residentiæ nil fiat. Domini temporales non debent abbatissas, priorissas & alias moniales habentes officia monasterii permittere litigare coram eis, ne oporteat eas euagari, prostatuendis procuratoribus & ipsi domini si contrafecerint, per suos ordinarios compellantur. Episcopis & aliis prælatis iniungitur quod negocia & causas monialium dictarum faciant coram eis fieri & tractari per procuratorem earum, siue etiam sint homagia, siue fidelitates, siue iuramenta, vel quicquid aliud. Hęc omnia a principio. §. sunt, extra de statu monachorum. Periculoso. libro sexto. Monasteria quoque monialium etiam si sint exempta, debent singulis annis per ordinarios visitari, vt de statu monachorum capitulo. Attendentes, in clementina, vel p alium eo sciente vel ratum habente. Monasteria quoque puellarum longe a monasteriis monachorum, aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum collocentur sicut habetur, decimaoctaua quæstione secunda capitu. In decima. vbi dicitur. Tunc salubria Christo dicatis virginibus probamus, quando eis spirituales patres eligimus, quorum non solum gubernaculis

tueri,

tueri, sed ēt doctrinis ædificari possint, ea tū circa monachos cautela seruata, vt remoti a familiaritate earum, nec vsq; ad vestibulum accedendi habeant familiare permissum. Et ea.q.c. diffinimus dicitur. Si aliquam suā propinquam monachus videre voluerit, in præsentia abbatissæ huic cōfabuletur, ideſt collo quatur modica & compendiosa verba & in breui ab ea discedat. Fœminæ etiam quantūcunq; Deo sacratę vt moniales vasa & pallas sacras, aut vestes q̄bus domino ministratur contingere non debent, vel incensum circa altare deferre. dist. 23. Sacratas. de consec. dist. 1. c. Vestimenta. Et quantum ad corporalia quę aliquando dicuntur per alle. hoc vtiq; seruā dum est & seruatur communiter, quia per ordinatos in sacris lauandæ sunt & etiam exterioria calicum. Quantum autem ad alias pallas altaris quæ etiam dicuntur tobelliæ & 've stes sacras vt canices, planetas, dossalia, & huiusmodi non videtur illicitum eas tāgere & reparari & lauare, sicut seruatur communiter ex consuetudine.

§. 4. ¶ De forma institutionis nouitiorum. Hanc formam pulchre tradit dominus Io. Do. Cardinalis ordinis prædicatorum in libr. de possessionibus, ex his quæ Christus egit erga discipulos suos. cum fuerūt cum eo vt nouitii. Et ponit. 12. regulas circa hoc qualiter, scilicet recipiendi sunt nouitii & quomodo imbuendi ostendit multimodè. ¶ Primo enim recipit eos a cura sæculi & suorum diuisos sicut patet Mat. 4. Luc. 4. Ioan 2. optimæ eis patefacta vitæ attitudine quam tenebat sicut ex illa voce ad Andream, veni & vide. ¶ Secundo obtentu præmii cælestis amorem regulæ inflammauit ab aliis semotus, & in monte positus quiete dicere cæpit. Beati pauperes spiritu &c. In quibus octo beatitudinibus ois austeritas religionis consistit, sicut patet cōsideranti Ibi enim paupertas in prima obedientia, humilitas in secunda, oratio & planctus sui, & aliorum criminum in tertia. In quarta solertia obsequiorum circa infirmos hospites & senos & huiusmodi. In quinta ieiuniorum & famis & sitis propter deū grauitas. Patientia circa supportationem sociorum & inquietorum in sexta. In septima vero tollerantia pugnæ victoriosæ carnis & spiritus. Et i octaua acerbitates persecutionum quæ ex prædicatiōe diuini verbi sequi debebat operiosius exprimuntur. ¶ Tertio regulam mirandā omnispfectionis in gratiam tradidit eis in illo sermone vbi ore suo prolato, ī quo qui prius lateban patefacti sunt omnes thesauri sapiētiæ & scientiæ Dei, ibi consilia, ibi declarantur præcepta, ibi modus orandi, & regula se custodiendi a lupis & quæ etiam non puto per Aug. illum facundè postillantem sermonem esse explicita completè mira suauitate traduntur. ¶ Quarto suis exemplis eos confirmat non solum viram continuans arctam: sed miracula plura fortasse ad eorum confirmationem faciens, quæ alias non feciſſet, sicut a simili potest haberi Matth. ii. de signis quæ ostendit coram duobus discipulis a Ioan ne transmissis ad Christum, vt interrogarent eum, tu quis es. Confortabat etiam eos per doctrinam quam coram eis populis prædicabat, & feruorem ex conuersione multorum quos ad eum videbāt reduci. ¶ Quinto se eis affabilem reddebat iuxta indigentiam infirmorum nondum valētium duros sumere cibos, illos a turba post prædicationem sequestrans, & parabolas quæ turbas latebant secrete referans, secundum quòd in illo statue rant capaces. ¶ Sexto omni discretione utebatur cū eis non arctans eos in nouitiatu ad arcta ieiunia: quia nouum vinum non in veteres vtres fundunt, rationabiliter declarans, q̄ nō debent filii nuptiarum ieiunare quandiu sponsus est cum eis. Insinuabat tamen quòd in posterum infallibiliter oportebat eos ieiunare & multa pro defensione portare veritatis. ¶ Septimo crebro repetebat eis qd erat fiendum ab eis, ut prædicans populis aut particulariter instruens eos siue dulciter reprehendens, cum verbo vel facto aliquid indebitum committebāt aut omittebant debitum. ¶ Octauo ab eis se separabat ad momētum, & ad eos redibat vt præsentia corroborati & ordinati, etiam a leuibus abstinerent quæ Dei seruos graues & maturos non decent. ¶ Nono visitatione deserti aut montis assensu non quidem ociosus, sed plurimum fructuosus ipsos materialiter recreans ne tedio si angerentur ab inceptо rigore per modicum recedebat. ¶ Decimo aliquando sinebat eos pati penuriam victus aut etiam forte vestitus dubia mortis sustinere mari turbato, tum vt inciperēt essuescere pœnis & aduersitatibus, tum etiam vt suam fragilitatem recognoscerent, ac tertio vt ad recurrendum ad ipsum forent impulsi. ¶ Vndecimo frequentissimis orationibus recreabat, sicut a simili omni die credo orationes singulariter habens, quia post nouitiatum eorum est scriptum, quòd ad ortum Gethsemani qui locus orationis erat institutus, idem frequenter conueniebat cum discipulis suis.

In formatio nouitiorum.

Secūdo

Tertio.

Quarto

Quinto

Sexto.

Septīo.

Octauo

Nono.

Decimo

Vndecimo.

Duodecimo.

Duo-

decimo

decimo ne vnquam grauarentur ocio lectionibus exercitabat illos interrogans & dubia proponens, atq; obscurā dilucidans cum cæteris innumerabilibus regulis sanctis.

¶ *De disciplina religiosorum in conuersando cum aliis, in ambulando, in stando, in habitu, in gestu, & in silentio. Cap. 8.*

DE disciplina ait psal. 2. Apprehendite disciplinam nequādo irascatur dominus, & pereatis de via iusta. Apprehēdite, id est voluntatè sumite, quia non aliter esset vtile.

Triplex disciplina.

¶ Disciplina autem est triplex, disciplina dei disciplina prælati, & disciplina sui. Disciplina Dei est flagellū. Preuer. 3. Noli negligere disciplinam domini nec deficias cum ab eo corriperis, quem enim diligit dominus castigat. Infirmitates & alia aduersa debent patientissimè ferre plusquam seculares viri. Disciplina prælati est quæ corrigit subditū pro defectibus verberando, & ista voluntarie debet sumi etiam si non commisisset defectum. Et de hac ratione potest intelligi illud psal. 17. Disciplina tua, (id est prælati qui est ei loco Dei) correxit me in finem &c. Sic beatus Benedictus dando disciplinam monacho pro sua leuitate discedendo ab eo diabolo p hāc emēdatus est. Disciplina sui est triplex. Vna est verberum, qua se percutit & ista est vtilis ad reprimendum tentationes carnales. Vnde beatus Franciscus tentatus de hoc dedit sibi notabilem disciplinam ad vincendum tentationem. Valet etiam ad satisfaciendum pro peccatis suis & aliorum. Sicut legitur de sancto Dominico quòd tres disciplinas sibi die tim dabat ad satisfaciēdum pro peccatis suis eorum qui erāt in mundo, & qui in purgatorio. Ad hoc etiam valet ad conformandum se Christo. De quo Esaiæ. 53. c. Disciplina pacis nostræ super eū &c. quia flagellatus fuit. Alia est disciplina compositionis exterioris, & de hac in §. seq.

§. 1.

¶ Quomodo religiosus diuersimodè se debet habere in diuersis statibus cum diuersis personis, secundum Vmber. In statu prælationis se debet habere sollicitè. Ro. 12. qui præest in solicitudine. In statu subiectionis subiectiuè ad Hæbre. 13. Subiacete præpositis vestris. In statu sanitatis laboriosè. In statu infirmitatis consolatoriè, id est nō se deiicere animo. To. 5. Forti animo esto. In statu iuniori quasi ignoranter. Ecclesiast. 32. Adolescens loquere in causa tua vix, & si bis interrogatus fueris habet caput responsum tuum, & vbi sunt

Quō religiosus se debeat hre in diuersis statibus.

senes non multum loquaris. In statu seniori sapiēter, vtilitati scilicet communi vacando. Sapientes senes de bonis terræ tractabant. In statu sublimi humiliter. Ecclesiast. 3. Quanto magnus es humilia te in omnibus. In statu inferiori constanter, ut non aspirat ad sublimiorem. 1. Cor. 7. Seruus vocatus es, non sit tibi curæ. Et si hoc seruandum est in statu vilissimo, vt est seruitus, multo magis in aliis. Item cum diuersis personis diuersimodè conuersandum est. Nam ad prælatos se debet habere obedienter, ad Hebre. 13. Obedite præpositis vestris. Ad socios coęquales amicabiliter. Sene. sociabiliter viuet vt amare appetas & amari. Ad minores paternè scilicet eorum ædificationi intendendo. Sicut Apostolus docebat discipulos. 1. Cor. 3. Tāquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi. Cum officialibus tranquillè non perturbando eos. Thessa. 5. Propter opus illorum pacem habere cum illis. Cū discholis pacificè, psal. 119. Cū his qui oderunt pacē erā pacificus. Cum vitis sanctis sanctè, psal. 17. Cū sancto sanctus eris. Cum forinsecis sapienter, quia nescitur qui d intendant, ad Col. 13. In sapientia ambulate ad eos q foris sunt. Cum mulieribus pudicè. 1. Timo. 5. Iuuenculas obsecra, vt sorores in omni castitate. Cum pauperibus affabiliter Ecclesiast. 4. Cōgregationi pauperum affabilem te facito. Cum diuitibus curialiter ne scilicet exasperentur vel asperantur, sed quadam sagaci curialitate trahantur ad bonum sicut Christus ad Zacheum inuitando sejesum ad comendendum cum eo. Luc. 19. Cum domesticis secundum carnem spiritualiter. Ro. 9. Optabā ego anathema esse a Christo pro fratribus meis &c. Cum aduersariis patienter Rom. 12. Non vos defendentes charissimi. In actibus suis mansuetè habere. 2. Thimo. 2. Seruum Dei non oportet litigare, sed mansuetè se habere ad omnes. Cum omnibus de eorum vtilitate agere vt Christo lucrifaciant. Ecclesiast. 47. Cum irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iniustitia, & cum timido de bello, id est reprehende tales de eorum vitiis loquendo de virtutibus q̄ deficiunt eis, vel secundum Thom. Est locutio illa yronica & tunc est sensus quòd homo in petendo consilium nō debet ire ad eos qui sint affecti in contrarium. Vnde Greg. in pasto. ostendit q̄ ad diuersos diuersimodè est loquendum. Item stando debet habere oculos dimissos, exemplo publicani. Sedendo nō debet tybias diuariare uel pedes diuidere. Ezechielis. 16. Diuisisti pedes tuos. Iacēdo ca-

uere

nere debet ne diſcooperiat ſe vt Noe. In diui nis officiis reuerēter. Ad Hæb. 12. Seruiamus placentes illi cum metu & reuerentia. Item diligenter. Hier. 48. Maledictus homo qui o pus Dei facit negligenter ſecūdum vnam lit teram. Item timidè, pſal. 2. Seruite domino in timore, ne ſcilicet in aliquo offendatur in mi niſtrando in temporalibus ſedulè. 4. Reg. 4. Ecce ſedulè in omnibus miniſtraſti vobis. In docendo debet cauere in aliquo ſe magnifi cet ſicut fecit Heliud. Iob. 33. Itē in corrigen do ſiue ad partem ſiue publicè modeſtè. 2. Ti mo. 2. Cum omni modeſtia corripiētem eos, quod fit cum non exceditur modus in aggra uatione, vel aſperitate loquēdi. Item in iudi cando & puniendo quando oportet, ſemper debet miſeri miſericordiam exemplo Chri ſti. In diſputādo cauere debet a lite. 2. Timo. 2. Seruum Dei non oporteat litigare. In conſi lio prouidus, exemplo Ioſeph Ge. 41. In exe quendo ſibi commiſſa prudenter. 1. Reg. 18. Dauid prudenter ſe habebat in omnibus ad quæ ſaul miſiſſet eum.

§. 2. Diſcipli na ī am bulādo.

¶ De diſciplina & compoſitione in ambulan do. Nota ſecundum Vmbertum in expoſitio ne regulæ. Debet homo incedere non nimis feſtinè, ſicut quidam qui interdum præcipi tes iucedūt nec nimis lentè, vt videantur nu merare pedes, ſed mediocriter non incautè, ſed cum prouidētia, ne offendat ad lapidem, vel ponat pedem in luto vel lubrico, vnde ca dat vel corruat ſuper alios, vel non teneat bo nam viam. Item non eſt incedendum collo extēto vt filiæ Syon, nec ceruice erecta, vt cer uus, nec pectore prominenti vt gallus, nec cū commotione ſpatularum, & brachiorum ven tilatione quaſi remigantes, vel cubitorum an gulatione ſe per ventrem tenendo, vt domi celli, vel irreuerenter præcedendo, quę omnia ſunt ſigna ſuperbiæ. Item reprehenduntur qui in cedendo ſemper videnē triſtes, ne minem ſalutantes, nemini ſe iungentes, ne mini vnquam affabilitatem oſtendentes, nū quam ſolacium aliquod ſocio facientes, nul lum in aliquo verbis bonis ædificantes, ſed quaſi in amaro ſilentio tota die pergendo. Itē non incedendum cum leuitate & diſſolutio ne: ſed dicendo pſalmos & orationes vel me ditando aliquid. Reprehenſibiles etiam ſunt qui nimis de facili diſcurrunt, nunc hic nūc inde. Reprehendunt qui nil fructuosè a gunt in via ſpiritualiter vel temporaliter & multo magis qui damnosè incedunt frangen tes ſępes & cōculcantes ſata vt faciant viam cum damno aliorum.

§. 3. Diſcipli na in ſtando.

¶ De diſciplina in ſtando ſecundum Vmber tum. ¶ Nota quod reprehenſibile eſt in ho mine quieſcente. Primo cum ſecum ſtare nō poteſt, ſed ſemper cum aliis. Seneca. Signum eſt bonæ mentis ſecum conſiſtere. Secundo quòd ſecum conſiſtens ceſſet ab operè ocio ſus. Contra quod eſt illud Hiero. Semper ali quid boni facito, da conſec. diſt. 5 Nunquam Tertio q̄ non vacet ſpeculationi aliq̄ādo re ſpiciens mentaliter modo ante pericula, mo do retro peccata commiſſa, modo infra pœnas inferni, modo ſuper gaudia paradiſi, modo a dextris ſanctorum exempla, modo a ſiniſtris temporalium vana. Item quarto debet quis commorari magis inter viros quā mulieres. Eccleſia. 42. In medio mulierum noli cōmo rari. Item quinto magis inter graues viros q̄ ſenes. Sene. Inter illos commorari qui te fa cturi ſunt meliorem. Item ſexto magis inter conſimiles quam inter magnates. Eccleſi. 27. Volatilia ad ſibi ſimilia conuertuntur. Item ſeptimo morandum eſt magis in locis occul tis quam publicis. Vnde de ſanctis viris. Ad Hæb. 11. In ſpeluncis & cauernis terræ. ¶ Itē octauo magis in locis ſecuris quam periculo ſis, vt plateis & locutoriis. ¶ Item nono ma gis locis ſanctis, vt in eccleſia quam in locis communibus. Ioan. 19. ca. Maria ſtabat iuxta crucem Ieſu & ſoror eius &c.

§. 4. Diſcipli na habi tus.

¶ De diſciplina habitus ſecundum Vmb. Pro uidendum eſt ne ſeruo Dei veſtis ſit nimis lō ga, vel nimis breuis, nimis lata, vel nimis fixa vel clauſa, vel nimis formata, vel nimis infor mis, nimis defluēs, vel nimis ſuccincta, nimis compoſita, nimis nitida vel nimis ſordida, ni mis laniata, vel nimis repetiata, nimis apta ta, vel nimis ineptè relicta, nimis diſſuta, vel nimis curioſè conſuta. Cauendum eſt etiam circa panniculos, ſotulares, corrigias, cultel los, canipulos, tabulas, burſas, ſacullos, ſigilla & ſimilia, ne aliquid fiat in iſtis, quod ex præ cio curioſitate vel ſuperfluitate vel ſeculari tate aliqua poſſit aliquid reprehenſibile iu dicari.

§. 5. Diſcipl i na in ge ſtibus.

¶ De diſciplina in geſtibus ſecūdum Vmber. Huc. de ſancto Vic. ſic dicit. Sunt quidam qui non niſi buccis patentibus auſcultare neſciūt: & quaſi palatum ad verba aperiunt. Alii qui in agendo vel audiendo quaſi canes ſitientes linguā protendunt, & ad ſingulas actiones la bia velut molā torquēdo circūducunt. Alii lo quentes digitū extendunt, ſupercilia erigunt & oculos in orbē rotātes cuiuſdā intrinſecus magnificentiæ cōatus oſtēdunt, caput iactāt, comam excutiūt, veſtimēta coaptādo compo nunt.

nunt. Et latera quasi cubitando, pedes ostendendo, ridiculos agendo, formam suæ ostensionis faciunt. Alii tantum alteram aurium voci apponunt, quasi ambę non fuerit factæ ad audiendum. Alii ad iter videndum, alterū tantum oculorum aperiunt. Alii cum maiori ridiculo cum medietate oris loquuntur. Sunt præterea millæ laruæ, millæ corruptiones narium, millæ corrosiones labiorum quæ decorem disciplinæ deturpant. Hæc ille

§.6. Modus habēdi in diuersis locis.

¶ Quomodo se debet habere diuersimodè in diuersis locis secundum Vmber. in oratorio maturè, iuxta altare reuerenter, iuxta reliqas timoratè, in capitulo sicut Christus ante præsidem iudicandus, scilicet secūdum Vmb. demissis aspectibus, vultu hilari, rarus ad verba, promptus ad opprobria, scilicet suscipienda, paratus ad verbera, in scholis attentè, in cella vtiliter, in refectorio, & in omni comestione religiosè, & linguam a loquendo restringat, oculos non circundet, super escam se nō effundat mūdè comedat, ut abominationē aliis nō faciat. In dormitorio quietè, vt alios non inquieter, in infirmitorio non quærulosè, exemplum de Lazaro vlceribus pleno &c. in hospitio lætè, in cameris verecundè, in locutorio nō ociosa, sed vtilia dicat, in horo vel prato meditatiuè. Mat. 6. Consideratè lilia agri, &c. In aliis officiis necessitatis, ut coquina, canipa, cellario, & huiusmodi pro disciplina seruandum est, q nunquam appareat nisi pro iusta necessitate, ne similis sit illius mulieribus, de quibus Apostolus ait. Ociosè discunt circumire domos. Cum iuuenculis non se inueniat solus, in cella, vel in dormiendo, vel aliis locis secretis, quia diabolus circumit quærens quē deuoret, & ibi de muliere ratione sexus tentat de adolescente rōne ætatis uexat, ut dicit Bern. Et ad tollendum suspitiones aliorum, & præcipue in regionibus, vbi viget vitium cōtra naturam.

§.7. Disciplina silentii.

¶ De disciplina silentii. Multum est utile, & necessarium cunctis, & præcipue religiosis. Vñ & ab omnibus patribus religionis pro certo tempore, & loco institutum est, ēt a bonis non necessariis tñ verbis abstinēdo. Vnde ps. 38. Obmutui & silui a bo. hoc gratiā dispositi uè gignit, in cuius figurā Zacharias tacens Io. qui interpretatur gratia genuit. Fortitudinē spiritus addidit Esaiæ 30. In silētio, & spe erit fortitudo uestra. Sicut olla cooperta feruet cito discooperta retardatur pp euaporationem, ita & mens tacens, uel loquens ad contēplationem inducit. Tren. 3. Erit solitarius & tacebit & leuabit se super se. Sapientiā auget. Nā & Pythagoras discipulis per quinquenniū silentium imperabat, ut tacendo discerent postea loqui. Secundus ēt philosophus ex eo q loquendo fuit causa mortis matris, ita strictū silētium sibi induxit, q nec etiam Imperator Alex. mortem promittendo potuerit eum inducere ad loquendū. Nec est contra quod dr Esa. 6. Veh mihi, quia tacui: quia hoc est uerū qñ est necessarium loqui, ut prælatis corrigēdo, pœnitentibus confitendo, fratrum delicta fraternaliter admonendo. Et tāto diligentius debet istud obseruari quanto nil ualens corpori nocere, multum animæ prodesse. Et q teneri debeat silentium, habes de statu mon. Cum ad monasterium.

¶ *De exemptione religiosorum & aliorum. Cap. 9.*

DE exemptis tā religiosis quàm aliis, quia religiosi modernis temporibus sunt quasi oēs exempti a iurisdictione ordinariorum, iō hic de exemptis. ¶ Vbi sciendū, q siue clerici seculares, siue religiosi, siue hospitalarii, q ēt aliqñ sunt exempti qui dicūt se exemptos & allegant priuilegia sua, requisiti ab ordinariis ostendere tenentur, & ēt tradere transcripta articulorū, de quibus fuerit controuersia, q si ad exemptionē allegant solā prescriptionem debent de hoc facere fidem, q si allegent utrunq; tunc si priuilegium ad plenum non sufficiat, sed tamē causam præbeat pscribendi tenentur pscriptionem probare, & probatione pendente nō turbētur. Quod si nō allegāt nec exhibent saltem tale priuilegiū quod causam præscribendi præbeat, diœcesani vtantur iure suo, extra de priuil. c. Cum personæ, li. 6. Dr ēt q in loco congruo & securo, aut aliquibus uiris prudentibus, & omni suspitione carētibus ad hoc per dictos ordinarios deputatis infra terminū cōpetentē p facti qualitate & ipsorū ordinariorū, vel delegatorū suorū arbitrio moderandū iusto impedimēto cessante debeāt dicta priuilegia oñdere, & ad legendū integraliter exhibere, eodem capitulo & titulo. Vbi dicit glo. q si ordinarius dicit suam esse iurisdictionem, & subditus hoc neget bene cognoscet ordinarius an sua sit iurisdictio. de rescrip. super literis, sed ad omnē suspitionē tollendam melius videtur expediendum per delegatos, de foro competenti. Si quis.

¶ Item exempta ecclesia etiam monachi canonici & clerici cōuersi, & ppetuo oblati intelliguntur exempti, non autem presbyter qui parochianorū curā habet quoad ea quæ ad ipsam curam pertinēt, nec ipsi parochiani extra

de priuile. Per exemptionē, lib. 6. Si aūt canonici alicuius ecclesiæ eximantur ipsi soli canonici, non aūt ecclesia, vel alii eius clerici sunt exēpti. Si vero clerici cuiusuis ecclesiæ eximū tur, tunc tam canonici, quam alii clerici eximuntur, non aūt ecclesia per hoc eximitur, ni si aliud in exēptionis priuilegio exprimatur, extra de priuil. cap. per exemptionem, libr. 6. vbi glo. super verbo presbyter qui curam habet quòd tales presbyteri habent institui ab episcopis, & intelliguntur esse perpetui, quia nequeunt absque rationabili causa reuocari, & remoueri etiam per episcopos, vt de capel. mo. c. 1. lib. 6. Et hoc casu propter curam, & populum nō exemptum, prælatus exemptus vadit ad synodum episcopalē, vt de priuil. ca. vt apostolicæ, lib. 6. Item dicit glo. super verbo, alii clerici, q̄ nec etiam conuersi vel oblati erant tunc exempti, quia verba priuilegiorū strictè sumuntur, prout verba sonant. Ité per monasterium, vel huiusmodi locum exemptum intelligi debet tam de ipso quam de cimiterio domibus monasterii, theatris & hortis, & aeris quæ sunt iuxta ecclesiam, articu. 12. quæstione prima. Necessaria, & cap. Nulla. 17. quæstio. 4. Diffiniuit. Item exempti nō possunt construere oratoria vel capellas in locis non exemptis sine licentia diœcesanorum, nec etiam in sic constructis tempore interdicti in casibus non expressis celebrare vel facere celebrari, aliàs per ordinarios compescantur, etsi propter hoc conseruatores ferrent sententias contra ordinarios eorum sententiæ non valerent, extra de priuileg. capitu. Auctoritatem lib. 6. Item exempti non debent assumere lites suorum hominū etiam censu aliū, vt in dicto capitu. Auctoritatem, in fin. glo. Requiritur ergo licentia seu auctoritas papæ, vel etiam delegati de latere ad hoc, vt exempti sine licentia diœcesanorum valeant construere oratoria in locis non exemptis, vel in constructis facere celebrari. Nota textum pulchrum Alexand. 3. extra de priuileg. cap. Cū, vbi dicitur, cum & plantare inquit, sacram religionem, & plantatam fouere modis omnibus debeamus, nusquam hoc melius exequitur quam si nutrire ea quæ recta sunt, & corrigere ea quę uirtutis profectum impediunt, commissa nobis auctoritate curemus.

§. 1. ¶ De exemptis etiam. Nota quòd quacunque gaudeant libertate, nihilominus conueniri possunt coram ordinariis ratione delicti, vel contractus, vel rei de qua contra eos agitur, & hoc nisi delictum sit commissum, vel contractus initus, vel res illa de qua agitur litigium sit in loco exempto. Item non possunt conueniri ubi domicilium habent, sed alibi de inquant vel contrahant, vel res ipsa existat, Nec etiam possunt diœcesani illorum locorum, vbi domicilium habēt remittere exemptos ad locum, vbi deliquerunt vel contraxerunt, vel res ipsa consistit, extra de priuileg. Volentes, lib. 6. Item in eo. capit. volentes dicitur, quod quibus a sede apostolica est indultum ne interdici, suspendi, vel excommunicari a quocunque valeant, sicut quam plures religiosi in quorum priuilegiis continetur ne quis episcopus, vel archiepiscopus monasteriorum suorum monachos pro vlla causa ullo ve loco excommunicare, suspendere, vel interdicere præsumat. Item ordinarii quantum ad ista iurisdictionem suam exercere non possunt, vbicunque fuerit, & hoc nisi isti monachi mitterentur ad priuatus subiectos ordinariis, quia tunc etiam licet vtrobique sint monachi ordinarii quoad prędicta ēt illos iudicant quamdiu ibi manent. Hæc ibi. ¶ Nota etiam hic diligenter, quòd plures ordines religiosorum sunt in hoc priuilegio speciali muniti, quòd videlicet non obstante illa consuetudine quæ est Innocen. 4. non possunt ab ordinariis, vel coram ordinariis cōueniri, nec ratione delicti, nec ratione contractus initi, nec ratione rei etiam in loco exempto non cōmissorum seu existentium, ita q̄ in nullo possunt cōtra eos procedere, vel iudicare de eis. Regularis non subditus epō qui intra monasterii claustra degit, & extra ea, ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit, epō instante à suo superiore intra tps, ab epō ptegendū seuerè puniatur, ac de punitione epm certiorē faciat: sit minus, a suo superiore officio puenit & delinquens ab epō puniri possit. Et de prædicatoribus mihi constat habere tale priuilegium, quod vulgariter mare magnum, concessum, & renouatum a pluribus summis pōtificibus. Item dicitur de minoribus, & cisterciensibus & multis aliis ordinibus, ut heremitanis, carmelitis, seruitis, camaldulensibus, uallis umbrosæ, montis oliuarum, congregationis sanctæ Iustinæ, & plurib. aliis, quorum tamen a priuilegia non vidi. Vtrum autem legati de latere possint iudicare de huiusmodi priuilegiatis, uide infra in tit. de cardinalibus c. de legatis. ¶ Notandum etiam quòd ex priuilegio in iure clauso, quod scilicet habetur de priuilegiis, ca. in his Fratres minores possunt ubicūque sint in altari portabili celebrare absque episcoporum illorum locorum licentia sine parrochialis tamen iuris præiudicio

Ex sacro cóc. Tri.

cio in dicto cap. in his, dicit post. Vincē. quod hoc esset, scilicet in præiudicium, si in contēptum ecclesiarum recipiant ad diuina parrochianos earū vel decimas uel oblationes defunctorum si iniungant pœnitentiam parrochianis aliarum ecclesiarum & huiusmodi. Dicit etiam Ioan. Andr. quod istud priuilegium de altari portabili potest dare episcopus in sua duntaxat diœcesi, sed vniuersaliter solus Papa.

§. 2. ¶Per quæ verba concedatur exemptio per papam, alius enim talem exemptionem facere non potest, nisi habeat super huiusmodi auctoritatē specialem a papa, hoc declaratur de priuile. cap. si papa, lib. 6. vbi sic ait Bonifacius. 7. Si papa in aliquo priuilegio, uel scriptura non facta principaliter super donatione uel sententia exemptionis seu etiam libertatis aliquam ecclesiam ad ius & proprietatē Romanæ ecclesiæ pertinere, uel cōsimilia uerba narret non propter hoc illius ecclesię exemptio est approbata nisi de libertate aliqua aliter doceatur. Si autem ecclesię uel monasterio exemptionis priuilegium concedendo, uel super ipsius exemptione sententiando, cū de ipsius exemptionis negocio ageretur, asserit ipsam ecclesiam fore exemptam, aut eam iuris beati Petri existere, si ue ad ius & proprietatem Romanæ ecclesiæ, vel ad Romanā ecclesiam specialiter aut sine medio, uel etiā simpliciter pertinere. Per hoc plene exempta debet ecclesia huiusmodi iudicari. Cum enim iure communi omnes ecclesiæ per orbem diffusæ ad ecclesiam Romanam pertineant, si id alicui concedatur ecclesię uel de ea per sententiam iuducetur, ex hoc ipsius comprobatur exemptio, ut priuilegii nihil aliàs allatura concessio ei cui conceditur, & sententia nullum aliter datura subsidium ecclesiæ pro qua fertur prærogatiua, cum uerba debeant aliquid operari, conferant gratiæ specialis. Et est idem si priuilegium contineat. uel ipsæ papa modum exprimat suprascriptum quod ecclesia sit libera seu quod potiatur Romanę ecclesię libertate, uel quod in hoc prærogatiua gaudeat speciali, uel si dicat indefinitè quod Romanæ ecclesiæ annuū censum soluat, ad perceptę iudicium libertatis, si ue quod ipsam ecclesiam eximit ab ordinarii potestate, uel q; nō audeat ibi eps cathedram collocare aut imperandi seu ordinationē quāuis leuissimam faciendi exercere aliquam potestatem. Similiter si aliqui recipiātur in proprios & speciales subiectos censentur exempti, non sic si in proprios & speciales filios Romanę ecclesiæ sint susceptī. Tales quippe propterea exempti non existunt. Si uero dicatur simpliciter q; Rom. ecclesię aliqua ecclesia cē sum annuū soluat, non propter hoc ecclesia exempta dici debet. Idem dicimus si per priuilegiū concedatur libertas & clausula de cē so annuo persoluēdo sequatur, ut si aliquibus qđ ab alio q; a papa uel eius legato excōicari, interdici aut suspendi nō possint uel aliquid aliud ab apostolica sede indultū sit. Velsi etiā dicat qđ in spāles Ro. ecclesiæ filios sunt assūpti & sequat in priuilegio qđ ecclesiæ Ro. ad iudiciū libertatis perceptæ annū censum soluant. His. n. & similibus casibus sic insertis, in certis priuilegiati articulis ordinariorū iurisdictiōi q̄tū ad alia sunt subiecti, licet autē sic diuersos priuilegiorū quibus ecclesiæ & monasteria exiūnt, tenores ad litiū materiā amputandā duximus designādos, per hoc tn̄ aliis exēptionū, si reperiant seu aliarū libertatū modis uel eorum effectibus nolumus aliqua tenus derogare. Hæc oīa in textu ubi sup. Dicit Io. And. in nouel. super hoc. c. qđ hic ponunt xiiij. formę quæ assertiue prolatæ in priuilegiis cōcessis a papa, sapiunt exemptionē. Dicit ēt qđ idē est pomnia in exēptionibus ordinū & singulariū personarū. Reprobat ēt Archid. hic qui dixerat qđ modus uel forma q̄ habetur in c. Ex ore. eo. tit. s. qđ eps a frarribus monasterii cuiusdā aliquid iniuste nō exigat, sed de his debeat esse cōtētus q̄ antecessores ipsorum fratrum antecessoribus suis cōstare rationabiliter impendisse sapit exēptionē capitis non aūt mēbrorū. Et ideo dicit Io. And. absit qđ sapiant aliquā exemptionem.

§. 3. ¶De ecclesijs seu cappellis religiosorum sic dicit Vrbanus. 3. de capel. mo. cap. 1. In ecclesiis vbi monachi habitant, populus per monachum non regatur, sed capellanus qui populum regat ab eo per consilium monachorum instituatur ita ut ex solius episcopi arbitrio tam ordinatio eius quam depositio & totus uitæ pendeat conuersatio. Vbi dicit gl. quod huic, cap. non obstat quod habetur. 16. quæst. 1. doctos, vbi dicitur quod monachi possunt assumi ad regimen ecclesiarum: quia illud intelligitur quando monachi perficiuntur ecclesiis per institutionem episcopi & consensum sui abbatis, quod fieri potest. Hoc autem ca. loquitur quando sine institutione & cōsensu abbatis, vel aliàs prælati sui hoc faciūt. Io. And. in nouel. super d. c. dicit, qđ hoc intelligit de ecclesijs parrochialibus scđm Ab. q; patet p sequētia, & loquitur de ecclesiis quæ nō pleno iure spectāt ad monachos sm Ioan. 16.

q. 2. Sane. Item secundum quosdam etsi pleno iure spectēt ad monachos dūmodo populus non sit exemptus, tunc & ratione populi cuius curam cōmittit episcopus examinabit ipsę eps instituet ēt destituet, & sic intelligit dictu. c. Sane alii intelligunt hoc c. vbi abbas nō est patronus, nec præsbyter aliquid ab eo recipit, sed tantum a populo, aliàs abbas sacerdotē instituet & remouet ar. de præbē. In lata. Dicit autem Inn. q; quandocunq; episcopus concedit curam animarum sacerdoti, semper destitutio ad ipsum spectat non ad abbatem. Nullus enim remouet nisi qui cōcess sit nisi ex delegatione. dist. 50. Studeat uel ex priuilegio, sicut dr de præmonstratēsib. monachis & humiliatis, vel nisi id faceret episcopi vicarius, ut Arch. de offi. Arch. c. 1. vł de cōsue. pscripta secūdū Inn. hoc tn vltimū, s. de consuetudine expræsè reprobatur, e. ti. l. 6. ut infra dicitur. Quod dicit de cappellano nō intelligitur de clerico seculari, cui de redditibus assignetur congrua portio, nulla consuetudine vel pręsumptione contraria obstā te, de præb. c. de monachis. Episcopus autem institutionem pręsentandi facit, non requisito vlterius monachorum consilio & sic eius, s. c. totius vitæ suę, visitatio, correctio, ordinatio, & istitutio, & destitutio, i. remotio ad episcopū spectat non ad monachos, qđ est uerū secundum Host. de ecclesijs quæ non pleno iure spectant ad monachos, ut de præb. c. auaritiæ, & 16. q. 2. c. 1. & se. Et dicit Ioan. And. q; istud. c. male seruatur imo uidemus in monasteriis seu conuentibus parrochiam habentibus monachos claustrales ad mandatū epi uel abbatis circumire parrochiam & ministrare populo sacramenta. Hæc Ioan. Andr. Quia istud igitur prohibetur non debent monachi seu alii religiosi habentes conuentus seu monasteria habentia curā animarum per se exercere curam, sed instituere capellanum secularem præsbyterum qui curam exerceat, vł si non possunt prępaupertate uel alia causa, conentur licentiā habere super hoc a sede apostolica. Nota qđ in sexto ti. de capel. mo. dicitur. Præsbyteri qui ad curā populi per monachos in ecclesijs præsentantur episcopis & instituuntur ab ipsis, cum debeant esse perpetui consuetudine uel statuto quouis cōtrario non obstantē, ab eisdem nequeant ecclesijs nisi per episcopos & ex causa rationabili remoueri, ubi glo. dicit quod præsentationes tales fieri debent a prælato & conuentu de iure communi. Consuetudo tamen potest cōtrarium inducere de his quæ fi. a prælato. ca. ea noscitur, & qđ dicit ipsis intelligitur episcopis. secundum gl. & sic non pleno iure habent illas cum ad ipsos nō spectet cōstitutio. de priuileg. cum & plantare. Reuocat autem ista constitutio consuetudines & statuta, non autem priuilegia. Et ideo qui hos habētes ex priuilegio ut humilitati hoc etiam nunc facere potuerunt. Et dicit Ioan. And. in nouel. super dicto c. quod licēt episcopo fiat præsentatio solū quoad curā populi quā habet episcopus cōmittere. pertinebit. n. ad eum exanimare ut repellat si insufficiēs esset talis vel pernicios us. Et habet hoc locū, si etiam aliàs in spiritualibus & tēporalibus pleno iure habeant ecclesiam ex episcopi collatione. Cura enim populi a se abdicare posset, quod non licet. ff. de offi. præsi. l. pen. Dicit autem. Archi. qđ regulariter p episcopum debent in parrochiis præsbyteri constitui. 16. q. 2. Sane. & 10. qō. j. Regenda, nisi præsentatio pertineret ad patronum, ut de iure pat per totum. Dicunt tamen Inn. & Host. qđ si ecclesia est infra terminos alterius posita episcopus nō ponet ibi ministrum, sed rector parrochiæ præsentabit qđ neglexerit episcopus supplebit, quia ratione parrochiæ ur esse patronus. Et sicubi inuenitur qđ alius faciat hoc, facit ut uicarius episcopi, de offi. deleg. Super eod. Et aduerte qđ loquendo in principio huius. c. de pręsbytero, non distinguit an sit monachus an secularis. Dicit etiam Ioā. An. in nouel. in c. cum & plantare. de priuil. qđ quāuis interdum ecclesia spectat ad religiosos pleno iure in tantum qđ in ea ēt rectorem instituunt, tamen qa populus non est exemptus oportet illum rectorem pręsentari episcopo ut ab ipso recipiat curam populi & de illa cura tantum tenebitur rndere episcopo. Quæret ergo in uisitatione sua episcopus ab illo rectore talis ecclesiæ quomodo populo celebret diuina officia, & quomodo administret sacramenta & de reliquis inquirat abbas monasterii, ad quod pleno iure etiam spectat ecclesia, & hoc nisi p priuilegium ipsæ populus esset exemptus qđ rarissimum est, & in eo casu episcopus nil ibi facere haberet, sed abbas etiam quoad populum.

¶ *De pertinentibus ad commendationem religionis. Cap. 10.*

DE his quæ pertinent ad commēdationē religionis quæ prędicabilia sunt & laicis & religiosis, ad quod potest induci illud. Psalmus 132. Ecce quam bonum & quam

Io-

Io. ha. fra in vnum. Et si illud. Psal. dæ omnibus vere fidelibus possit intelligi habitãtibus in vnũ. i. vnitatẽ fide spei, & dilectiõis vnius veri Dei per excellentiam, tñ secundum Augu. de bonis religiosis verificat. Bonũ oĩa appetunt secundũ philosophũ. Et cum hoc sub triplici differẽtia reperiatur, quia aut tale vtile, aut delectabile, aut honestũ existit, oĩa ista bona in religione reperiuntur, quę & in his verbis possunt cõpræhendi. Ecce quàm bonũ. Bonum vtilitatis, ibi. Ecce quã Bonũ. Bonum suauitatis, ibi. Et quam iocundum. Bonũ honestatis, ibi. Habitare fratres in vnum. Qđ est vtile homini dicitur bonũ, vt diuitię quę valent ad multa. Nam per ipsas homo sustentatur, honoratur, pręmiũ per eleęmosynas meretur. Sed ꝙa homines cõiter abutunt eis, iõ fiunt hominibus frequẽter multum damnosæ animæ & corpori. Vnde dicit Salom. Diuitię congregatę (alias conseruatę) in malum domini sui. Sed verę diuitię q̃ habent in se verũ bonũ & multiplex bonũ, sunt in religione vt verę possit dici. Ecce quã bonũ. Et ꝙ ibi sit hoc multiplex bonũ ostendit deuotus Ber. di cẽs de religione. Bonũ est nos hic esse, scilicet in religiõe quia ibi homo viuit purius, cadit rarius, surgit velocius, ĩcedit cautius, qęscit securius, irrorat frequẽtius, purgatur citius, moritur cõfidentius, remuneratur copiosius. ¶ Primæ tres existis nouem vtilitatibus concernunt initium religionis, secundæ tres progressum, vltimę tres eius terminum. ¶ Prima ergo ratio quare bonum est & melius in religione quàm in sęculo conuersari, habetur ex hoc quia ibi viuitur purius quàm in sęculo, ꝙ hoc est propter tria bona religionis essentialia, scilicet propter obedientiæ integritatem, propter castitatem, propter paupertatẽ. Obedientia enim eradicat propriam voluntatem, quæ est causa omnium malorũ. Vnde Ber. Cesset propria voluntas & cessabit infernus. Vnde Saul rex factus a domino cum cœpit facere voluntatem suam non obediendo Samueli in his quæ imperauerat sibi ex parte Dei reprobatus fuit a Deo, procedens postea de malo in peius vsq; ab interitum animæ & corporis. 1. Reg. 15. Et quamuis omnes fideles habeant obedire superioribus suis tamen in multis liberi relinquunt vnde sæpe offendunt. Sed religiosus in omnibus suis operibus est sub voluntate prælati, die uoctuque, & obediendo non peccat, sed meretur semper & viuit purius. ¶ Sccunda ratio quare viuit purius est propter castitatem quę vtique purificat & pulchrificat animã & corpus ab omni inquinamento carnali. Sapien. 4. O quam pulchra est casta generatio cũ claritate. Cum claritate dicit, idest, cum bona fama, quia sic debet conuersari religiosus vel religiosa cautè vt nullus possit aliquid mali suspicari propter nimiam frequentiam cum personis, vnde possit malum æstimari, quod quidem inducit scãdalum & multotiens ruinam. Et si aliquis gradus castitatis reperiatur in coniugio fideliter seruato, tamen tot inordinatiões fiunt in eo & bestialitates vt vix sine impuritate peccati exerceatur, a quibus actibus coniugii abstinendo sine comparatione viuit purius. ¶ Tertia ratio est quare viuitur purius propter paupertatem. Dicit Grego. distin. 57. Bonorum auctori in hęrere nõ valemus nisi cupiditatem quæ radix est omnium malorum a nobis funditus euellamus. Quento autem quis magis inhæret, deo scilicet per affectum, tanto efficitur purior. Sed qui possidet ista temporalia vt propria, difficile est & quasi impossibile quin inordinatè afficitur ad ea, & per consequens minus Deo inhæret, sed religiosus cum nil habeat nec habere possit vt proprium particulare, & si in communi possunt multi habere licitissima etiam immobilia, ideo sublate occasione cupiditatis totaliter potest Deo inhærere per puritatem. Laici per istam cupiditatem terrenorum efficiuntur pleni malitiis, sed econtra religiosi boni pleni bona simplicitate terrena ista contemnentes, secundum illud Apostoli. 2. Corinth. 7. Paupertas eorum abũdauit in diuitias simplicitatis eorum. Quia igitur per obedientiam, castitatem, & paupertatem fugit religiosus occasiones malorum, ideò merito ibi viuitur purius. Ecce igitur quam bonum vtile. §. 1.

¶ Secundũ bonũ religionis est, quia hõ ibi cadit rarius, & hoc est ꝓp tria quæ ibi subtrahũtur quæ ducunt ad casum ruinæ q̃ vtiq; abũdant in sęculo, ibi. n. idest in religione vitanť. Vitiosæ occasiones. Vitiosæ conuersationes. Vitiosæ assuefactiones. ¶ Prima causa quare rarius cadunt est, quia vitant occasiones ruinæ. Occasiones malorum vtique sunt vana q̃ ingerunť sensibus nostris. Nõ n satiatur oculus visu nec auris auditu. Eccl. P. & sic de aliis sensibus. Sed vt dĩ Tren. 3. Oculus meus deprædatus est animam meã vanè, scilicet vel curriosè aspiciẽdo inde insurgunt cõcupiscẽtiæ in mentem, quæ faciunt ruere. Figura & exemplum in Dyna filia Iacob quæ egressa est de domo ad videndum fœminas regionis, & corrupta inde a Sichen. Genesis. 34.

Sic anima' egrediens de domo rationis per sensus corporis ad videndum creaturas corrumpitur per inordinatum amorem ad eas. Occasiõnes malo rũq; ingerunt sentibus

Istæ. ergo occasiones quæ ingeruntur quotidie secularibus, quia discurrũt hincinde per loca vana, sub strahuntur religiosis stantibus recluſis, & si exeunt ita disciplinatè & modestè incedunt, quòd non offenduntur vel parum a rebus occurrentibus. ¶ Secunda causa quare rarius cadunt est, quia vitant conuersationes vitiosa, psal. 17. Cum sancto sanctus eris & cum peruerso peruerteris. Eccleſia. 13. Qui communicauerit superbo induet superbiam. Huius rei exemplum patet. Nam vt dicit Beda, Petrus cũ fuit in bona societate scilicet cum apostolis cõfessus est publicè Christũ dicens. Tu es Christus filius Dei viui. Matth. 16, Cum autem tempore passionis Christi se reperit cum iudæis perfidis ad iguem Christum publicè negauit. Si vnum pomum corruptum cum allis integris exiſtit asia paulatim corrupit. Multo magis multa marcida pauca bona cum eis inficiens. Mundus semp fuit plenus malis hominibus, & permaximè nũc videtur, cum fumus in fine, & ideo nimis difficile est conuersari cum talibus & non inficiab eis nisi quis vellet solus manere & sine societate, quod raro contingit. Sed econtra in religione vbi est societas bonorum, datur sibi exemplum bonorum operum, vt rarius cadat. ¶ Tertia causa, quia fugit malas assuefactiones. Consuetudo (inquit philosophus) est altera natura, & cum non resistitur consuetudini, inquit Aug. in lib. confes. fit necessitas. Consuetudine quæ sunt in mundo sunt mentiendi, fraudandi, iurandi, peierandi, luxuriandi, detrahendi, blasphemandi, mala cõsilia dandi, vel ei assentiẽdi qui est in regimine, a quibus quam sint pauci qui abstineant satis videtur, vt dici possit illud Hiere. 13. Si mutare potest æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Et ideò Apostolus ad hæc dimittenda exortans ad Ephe. 4. dicebat. Induite vos nouum hominem, scilicet per religionem, qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et ad hoc mirabiliter operatur ingressio in religionem, vt qui in sæculo constitutus non poterat abstinere a ludis, mendaciis, periurijs, luxurijs, & huiusmodi. Constitutus in bona religione illa detestatur & horret, & sic vt dicitur Eccleſiast. 1. Religiosi tas custodiet corsci licet ab occasionibus peccatorum ne cadat. Ecce quam bonum &c.

Consuetudines q; sũt in mundo.

¶ Tertium bonum est. Quia homo surgit tue locius. In multis offendimus oẽs dicit Iac. Apostolus in canonica sua, cap. 3. Sed ista est differentia inter iustos & reprobos. quia iusti cadunt ante se vident & cognoscunt vbi cadunt, & ideo resurgunt, secundum illud Prouer. 24. cap. Septies in die cadit iustus & resurgit. Sed reprobi cadunt retro & non vident vbi cadunt, non cognoscunt malum & ideò non resurgunt, sicut Heli sacerdos qui cadẽs retro nunquam surrexit, sed expirauit. Sed ad huc inter iustos velocius resurgunt religiosi quã laici communiter loquendo. Tria enim iuuant ad resurgendum. Lectio frequẽs. Exhortatio seruens. Exemplatio vigens. ¶ Quantum ad primũ. In omni bona religione quotidie leguntur sanctarum scripturarum documenta in officio, in mensa, extra mensam, sicut mandant ordinationes patrum, frequenter percipiuntut resurgentium peccatorum exempla, sæpe audiuntur vitiorum detrimenta quæ inferunt animæ & corpori damnationem demũ æternam. Vnde anima excitatur ad resurgẽdum. Surge qui dormis (inquit scriptura Pauli) & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus, ad Ephesios. 5. Secundum adiutorium ad resurgẽdum est exortatio seruens, ad resurgẽdum a defectibus suis ad sinceritatem vitæ immaculatæ. 2. Cor. vlti. Fratres gaudetæ, perfecti estote, exhortamini, id ipsum sapite dicitur Eccleſiast. 4. Veh soli, quia si ceciderit non habet se subleuantem, qui scilicet iuuet ad resurgendum, si fuerint duo fouebuntur mutuo per exhortationes. Tertium adiutorium est exemplum aliorum eum videt religiosus socios bene viuere, frequenter confiteri, innocentes pœnitentiã agere, & feruenter Deo seruire, hæc vrgent hominem ad resurgendum. Exẽpla enim (ait Grego.) plus mouent quam verba. Multum mouerunt Augustũ ad conuersionem verba Ambro. scripturam prædicentis, sed plus exempla Antonii idiotæ audita suarum virtutum præeminẽtia. Sunt. n. exẽpla bona tanq; carbones igniti accedentes carbones extinctos iuxta se. Resurgit etiam talis velocius, quia cadens minus læditur. Nam secundum Tho. In eodem genere peccati leuis est peccatum religiosi quam laici, nisi faceret aliquid contra vota essentialia religionis vel per contemptum, vel propter scandalum. Nam vtique maius scandalum daret peccatum hominis religiosis notabile, quod deueniret ad noticiam aliorum quam laici, puta blasphemando, vel ludendo publicè & huiusmodi, sed in

§. 2.

2. 2. qõ. 186. artio.

aliis

aliis cadens minus læditur, & ideò citius surgit, sicut gutta aquę poticitur in ignem, subito absorbetur & consumitur, & ita peccatum religiosi propter multa bona quæ quotidie facit absorbetur per feruorem contritionis & dilectionis, & inde velocius surgit, econtra laici parum legunt scripturarum doctrinas, modicum exortantur nisi forte: ad malum, exempla non vident nisi hominum conuersantium in mundo. Ecce igitur quam bonum &c.

§.3. ¶ Quartum bonum religionis & pręcipue in progessu est quod homo incedit cautius, nec mirum, quia religio est uerę sapientiæ schola, in qua discit homo sapientiam Dei per quam incedit cautius in via dei. Videte quo modo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes (ait Apostolus ad Ephe. quinto) Hæc autem sapientia p tria acquiri potest quæ maxime exercentur in religione. A Deo per deuotam orationem. A proximo per mutuam instructionem. A seipso per multam experimentationem. De primo dicitur Iacob. primo. Si quis vestrum indiget sapientia scilicet ad incedendum caute in via Dei, postulet a deo scilicet in oratione dabitur ei. In oratione enim mens illuminatur ad cognoscendum quæ agere debeat per lumẽ gratię ei infusum, sicut per lumen materiale illustratur quomodo caute incedat in via periculosa ne cadat. Vnde Augusti. dicit quòd dubia melius soluuntur oratione quam inquisitione. Non debet tamen religiosus de hoc confidere, quando de dubio potest sufficienter a sapiente certificari quia hoc pertineret ad superbiam & esset tentare Deum, quia igitur in religione maxime frequentatur oratio, ideò magis illuminatur a Deo ad caute incedendum. ¶ Secundo a proximo illuminatur sapientia. Nã in bona religione adest prælatus & alii patres, qui admonentur frequenter de agendis, cautum reddunt de periculis, corrigunt de commissis. Ecclesiasti. octauo. Qui habet materiam scilicet animarum docet & erudit quasi pastor gregem suum. Sic in vitas patrum legitur quòd in monasterio sancti Macharii diabolus qui apparuerat ipsi Machario in forma medici ferentis multas ampulas potionum accedens ad fratres illius monasterii ad tentandum vnũ reperit cui dedit potionem per tentationem, scilicet inducens in aliquod peccatum, aliis fratribus viriliter resistentibus tẽtationibus suis, quod cum diabolus adiuratus Machario hoc retulisset, ipse Macharius illum superatum a diabolo instruxit, & cautum fecit & docuit resistere tentationi adeo quod iterum veniens diabolus ad tentandum fratres, inuenit eum efficatius tentationi resistentem quam alii, vt retulit ipse diabolus Machario. ¶ Tertio cautus redditur per experientiam quæ est magistra rerum, edoctus per seipsum non quidem auditu & narratione bellorum, sed experientia pugnæ fit homo edoctus in arte bellandi, & sic in spirituali pugna qua mundus caro & dæmonia contra nos diuersa mouent prælia. Vnde Ecclesiasti. trigesimoquarto. Qui non est tentatus qualia recognoscit. Vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit enarrabit scilicet per experientiã edoctus & qui non est expertus pauca recognoscit. Nulla autem maior experientia in Christi militia acquiri potest quam in campo & lucta religionis. Illic enim omnes malitiæ & versutiæ & vires dæmonum effunduntur. In sæculo autem quasi in AEgypto, quod interpretatur tenebræ ignorant laici quid sit tentatio, quia ita occupati sunt vitiis & prælti occupationibus mundi quòd non expectant tentationes, sed eas præueniunt, & dæmones prouocant ad tentandum eos. Figura de Israelitis qui in AEgypto positi non sentiebant bellum, sed exeuntes AEgyptum & intrãtes desertum insurrexerunt contra eos plura bella vt patet in Exod. Et significat deserentes sæculum & ingredientes desertum religionis quos bella tentationis aggrediuntur quæ prius nõ experiebantur, sed cõsidẽtes in adiutorio dei vincunt & quotidie magis cauti redduntur ad cauendum mala. Ecce quam bonum cautionis in religione.

Exẽplũ.

¶ Quintum bonum religionis est, quòd quiescit securius. Venite ad me (ait Christus Mat. 11.) omnes qui laboratis & onerati estis peccatis & anxietatibus mundi, & ego reficiam uos spiritualiter. Tollite iugum meum scilicet statum religionis quem ego portaui. Paupertatem, castitatem, & obedientiam perfectissime seruando, & inuenietis requem animabus vestris, & magnã quietem, & merito quia in religione non molestatur homo a tribus periculis q̃ infestãt seculares & pturbãt.

¶ Primo regimen & status secularis.

¶ Secundo amor parentalis.

¶ Tertio occupatio mundialis.

Tria secularé í festãtia.

¶ Quantum ad primum de habentibus regimen & statum temporalem, vtiq; uerificatur illud. Principes tui infideles socii furum, oẽs diligunt munera, sequuntur retributionem

ſcilicet tēporalē. Eſa. 1. Quomodo exprimi poſſet, quanta mala perpetrantur ab his q̄ in regimine & officiis ſe reperiūt, quis in talibus cōſtitutus cōmere ſe pōt, ſcit & vult, q̄n pro cōmodo tēporali ſui ipſius vel ſuorū ami corum, vel ſuæ communitatis, q̄ tamen eſt minor pars, nō faciat multa contra iuſtitias & leges diuinas & humanas, ſemper prēponi tur bonum temporale & corporale bono ani mę & honori diuino, & his neceſſe eſt in iuſti tias facere, innocentes opprimere, ſectas nu trire, partialitates imitari ipſos exaltare, ini quis condeſcendere, bella ſuſcitare, leges ini quas condere vel ſeruare, eccleſiæ præcepta cōtemnere excommunicationes incurrere, obligationibus & reſtitutionibus ſe ſubiice re. Quis in regimine ſeculari poſitus iſta eua dit, quis iſta officia fugit? Quis eſt hic & lau dabimus eum? fecit .n. mirabilia in vita ſua, ſed certe quaſi nullus, vt verum ſit q̄d dici tur Eccl. 13. Qui tetigerit picen. ideſt, infe ctionē ſeculi inquinabitur ab ea, ideſt, macu labitur. Ab his malis liberabitur quis in reli gione quæ vtique inquietant nimis animam & corpus. ¶ Quantū ad ſecundū certū eſt q̄ amor parētum multum inquietat homines in ſęculo. Qui enim habet filios filias & vxo rem vt eos impinguet diuitiis, exaltet hono ribus, extollat in pompis ſeipſum obliuioni tradit & inquietum facit. Inquietabitur vir ab vxore q̄ eam non diligat, q̄ ſibi in veſti mentis non prouideat. Inquietatur a filiis lu dentibus vel aliis malefacientibus. Inquieta tur in fratrum vel parētum iniuriis. Inquie tatur ab aliis amicis ſi non laborat pro eis in vindictis vel aliis malis, vt verum oſtenda tur, quod ait dominus Matth. 10. Inimici ho minis domeſtici eius. Sed ab eis liber eſt ve rus religioſus, quia mortuus eſt eis & abſolu tus a cura parentū ſuorum vt quietius Deo viuat. Quantum ad tertium occupatio mun di multum inquietat mentis hominū. Mar tha ſollicita es. (ait Chriſtus,) & turbaris er ga plurima. Luc. 10. Hæc eſt vita actiua vita ſęculi. Nūc. n. rapit animū inſatiabilis amor & ſpes lucrorū. Nunc deiicit dolor de amiſ ſione bonorum. Nunc gaudium vanū quan doſuccedunt ad votum concupita, nunc ti mor amittendi optata, nunc decipitur, nunc rapit aliena, modo ſua auferuntur, nūc tor quetur ſuſpitionibus, nunc iraſcitur in quæ ſtionibus, nunc in domo moleſtatur quādo non fiunt quæ vellet, nunc extra domum q̄ñ non honoratur, nūc pro factis ſuis iraſcitur, nunc pro alienis, vt poſſit merito dici illud Treno. 2. Magna eſt velut mare cōtritio tua, ideſt perturbatio, quæ contereris in iſtis paſ ſionibus. Sed ab his liberatur in religione, vt dicit illud Iob. 5. Ingreſſus in abundātia, ſcili cet virtutum, ſepulchrum ſcilicet religionis in requie opulenta. Ecce ergo quām bonum eſt & bonum quietis in religione.

¶ Sextum bonum eſt, quia irroratur frequen §. 5.
tius rore celeſtis gratiæ & cōſolationis. Vn de de eo dici pōt illud Cano. 5. Caput tuum & mens tua plenum eſt rore, ſ. cęleſti conſo latione. Tria. n. ſunt quibus tota vita inſiſtit, p̄cipue vnde irrorat frequētius ſpirituali cō ſolatione. Primo humilitas i intellectu. Secū do puritas in affectu. Tertio veritas i effectu.

¶ Quantum ad primum religionis exercitiū ad hunc properat finem, vt per multas humi liationes exteriores deueniat ad ſui verā co gnitionem. Quanto. n quis magis ſe cogno ſcit, tanto magis inde humilians ſe gratia cę leſti conſolatione infunditur. Vnde dicitur Iac. 4. Humilibus Deus dat gratiā. Et Paulus Apoſt. Deus qui conſolatus humiles conſo latus eſt & nos. Sicut enim Magnes trahit ad ſe ferrum, ita humilitas gratiam & cœleſtē conſolationem. Vnde Virgo Maria humilli ma ſemper fuit. ideò plena gratia & cōſolatio ne cœleſti. ¶ Quantū ad ſecundū ſciendū q̄ religio ipſa alio nomine dr̄ ſanctitas, quę pu ritatem affectus importat. Hic eſt. n. finis pro ximus religionis, vt perueniat per opera eius ad puritatē perfectam. Vnde dicit venerabi lis Io. Caſ. in col 1. Moyſi. ſecūdū illud Lu. 1. Seruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo. Si diſcurramus per viam ſanctorū inue nimus eos qui fuerūt repleti rore cęleſtis cō ſolationis fuiſſe religioſos, & valde puros B. Benedict. pater monachorū pp magnā puri tatem vidit animas ſancti Germani, & Scho laſticæ ſororis ſuæ cęlum aſcendere & mul ta alia. Vnde mirabiliter cōſolatus eſt. Quan tū guſtauerit diuinas cōſolationes deuotiſſi mus Ber. pater Ciſtercien. perpēdi pōt nō ſo lū cū puer vidit Xp̄m de Virgine naſci, & ſe nex imaginē crucifixi ſe amplectentē, ſed ēt ex doctrinis melliſluis eius. Patriarcha men dicātium prædicatorū ſanctiſſimus Dñicus frequētiſſimè irroratus fuit cęleſti dulcedi nei ſuis cōtēplationib. & p̄cipue cęlo ſibi a perto vidit ante tribunal Xp̄i plurimos ex oibus religionibus ſuos autē ſub chlamyde virginis matris eius. O quātū roris diuini p̄ cepit ſanctiſſimus Seraphicus Frācis. q̄ñ cru cifixus impreſſit in corpore ſuo ſtigmata paſ ſionis in monte Auernię. Ex magna vtiq; pu

ritate

rítate ad ista peruenerunt. ¶ Quantũ ad tertium, cum, subest veritas in effectu operis, vt abiiciatur omnis hypocrisis, tũc irroratur cę lesti cõsolatione. Dr. n Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ, id est motũ effugiet fictum, id est simulationem q̃ vtiq; abest in omni vera religione, & sic sui roris aspersione fecundet ip se spiritus. Ecce quam bonum est bonum gratiæ & consolationis in religione.

§.6. ¶ Septimum in religione. qd est primũ ex his quę pertinẽt ad terminũ religionis est, ꝙ qui in ea purgatur citius. Nam dicitur. 3. Reg. 8. per Salomon. Non est homo super terrã qui faciet bonum & non peccet. Sed de his qui sunt in patria superna dicitur Apoc. 14. Sine macula sunt ante thronũ Dei. Nemo igitur ingredi potest in illã nisi prius purgetur maculis peccatorũ quoad culpam & quoad debitum pœnę, sed citius & plenius in religione quàm in sęculo potest purgari, & hoc ꝑ tres modos. Per exercitia spiritualia. Per exercitia corporalia. Per exercitia tẽporalia. ¶ Quã tum ad primũ plenius sunt in religione exercitia spiritualia quàm in sæculo, hæc sunt diuinum officium, orationes priuatę, meditationes mysteriorũ Christi & passionis eius. In ecclesia consecrata aspersio aquæ benedictę, confessio, communio & hmõi. Et qd plus est suæ voluntatis expropriatio. Vnde & Thom. dicit in sum. ꝙ per ingressum religiõis, id est, professionem probaliter dicitur haberi remissio oium peccatorum. s. quoad culpam & pœnam, si tamẽ cum deuotionem & proposito fiat, de quo habes supra hoc ipso. 1 6. tit. c. 3. &. §. 3. Dicitur enim Eccl. 1. Religiositas iustificabit cor i. purificabit. Secundo hoc facit per exercitia corporalia, vt sunt vigiliæ, ieiunia, abstinentia, disciplina, dormire vestitus, frigus, æstus, & itinera & alia incõmoda corporalia. Omnia. n. de genere bonorum quæ sunt pœnalia facta in gratia sunt satisfactoria & sic purgatoria peccatorum ſm Thom. in. 4. dist. 15. q. 1. arti. 4. q. 3. & labor religigiõis omnẽ aliam satisfactionẽ transcendit. Vnde cuidam Astulpho dicto propter vxoricidum grauissima pœnitẽtia imponitur & per multos annos, sed magis sibi consulitur ad ingrediendum religionem, loco tam asperæ pœnitentiæ, & sibi vtilius fore. 33. quæst. 2. admonere. Infra enim dicitur. Relinque hoc malignum sæculum, ingredere monasterium. humiliare sub manu abbatis. Tertio fit ista purgatio per exercitia manualia vt mẽdicare qd verecũdum est, facere coquinam, colere hortum facere procurariam, exerçere aliquod artificium. Hæc vtiq, etiam debitè facta valent ad purgationem quãuis. n. videatur opera secularia, tamen quia propter Deũ fiunt & propter obedientiam & non pp sui cõmodum, ideò & meritoria sunt & purgatoria. Minus etiam bonis operibus quibuscunque insidiatur diabolus in religione per superbiã. Nam religiosus hæc faciens cum videat socios ista vel maior facientes, non habet occasionem superbiendi, sicut laicus cum videt se facere bona quę alii non faciunt, fiunt ẽt modestius & ordinatius secundũ illud Apostoli. 1. Cor. 14. Omnia honestè & secundũ ordinẽ fiant in vobis. Ecce igitur quam bonum purgationis a maculis peccatorum in religione.

§.7. ¶ Octauum bonum religionis est, quia mor tur cõfidentius. Et vt dicitur in psal. 117. Bonum est confidere in dño quã cõfidere in homine. Nã in morte nullus hõ potest iuuare, omnia deficiunt tẽporalia adiutoria morienti, sed non deficit Deus. Sed tunc maxime iuuat in morte confidenti, in eo nõ præsumẽti, sed verè confidenti. Tria autem sunt quæ inducunt religioso in morte magnã cõfidẽtiã. Bonorum multiplicitas. Malorũ paucitas. Impedimentorũ raritas. ¶ Primo bonorũ multiplicitas præstat magnam fiduciã religioso recordatio multorũ bonorum quæ fecit. s. obseruantia nõ solum præceptorum Dei, sed & consiliorum, toleratio laboris, pro Dei honore, adiutorium sactorum. Sic Ezechias rex in extremis positus ne laberetur in desperationem sed sumeret sibi occasionem confidendi de Dei misericordia reducebat ad mentẽ bona facta ab eo dicẽs. Recordare obsecro dñe quo modo ambulauerim coram te in veritate in corde perfecto, & quod bonum est in cõspectu tuo fecerim. Esa. trigesimooctauo Ad auget fiduciam societas religiosorum confortantium eum, & multo magis illustratio angelorum. Narrat Anſ. in lib. de simili. in fi. de quodam monacho sui monasterij, qui veniens ad extrema terribiliter fuit a diabolo tentarus de desperatione ter. ¶ Primo diabolus reducebat ad mentem multa peccata facta ante baptismum, quia ille adultus non puer receperat baptismum, & cum deficeret mente nesciens quid responderet, & esset in procinctu desperationis, subito respondit sanctus Michael Angelus ibi stans in adiutorium, quòd omnia illa peccata fuerant dimissa per baptismum. ¶ Secundo diabolus memorabat peccata commissa post baptismum multa. Et cum infirmus nesciret quid diceret, & quasi deficeret de Dei misericordia

2. 2. qõ. 199. ar. 3. ad. 3

dia. Michael respondit quòd omnia fuerant dimissa per professionem religionis, & sic resumpsit fiduciam. Tertio diabolus posuit ante mentem eius negligentias & offensas commissas in monasterio, multum aggrauando plusquam erant, & infirmo quasi diffidente. Respondit Michael, quod per opera laboriosa religiones & obedientiam, & sacramenta sibi erant dimissa. Et si quid restabat satisfaciendum dolor infirmitatis cum patientia totum tollebat. Et sic diabolus confusus recessit, & ille cum fiducia magna in domino obdormiuit. ¶ Secundo præstat fiduciam in morte religioso bono paucitas malorum respectu eorum quæ fiunt in sæculo, vt possit dicere illud Ioan. 14. Venit princeps mundi huius, ideſt diabolus & in me nō habet quicquam scilicet de sęculo. Nam omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut est concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. 1. Ioan. 3. quæ ille a se abdicauit per castitatem, per paupertatem, per humilitatem obedientiæ. ¶ Tertio hoc facit raritas impedimentorum. Non enim habet impedimenta quæ habent laici retrahentia a prouidendo saluti suæ. Non enim anxiari habet pro factione testamenti, pro vxore & filiis dimittendis, pro substantia sua, pro restitutionibus fiendis & huiusmodi, vt dicere valeat illud Iob 29. In nidulo meo moriar sicut palma multiplicabo dies, scilicet in gloria, quam confidenter expectat. Ecce quam bonum fiduciæ.

§. 8. ¶ Nonum bonum est quod remuneratur copiosius, quamuis enim omnes & religiosi & laici boni, laborantes in vinea domini vnū denarium percipiant, vt patet in parabola Matth. 20. scilicet visionem beatificandi, tamen in domo patris mei (ait Christus) mansiones multæ numerantur. Ioan. 14. Opus religiosi perfectius est cæteris paribus triplici ratione.

¶ Ratione donationis.

¶ Ratione multiplicationis.

¶ Ratione confirmationis.

¶ Quantum ad primum opus religiosi perfectius est opere laici, eodem genere facti cæteris paribus, & hoc propter votum. Nam vouere est actus latriæ quæ est præcipua inter virtutes morales, nobilioris autem virtutis est opus melius & magis meritoriū. Vnde actus inferioris virtutis est melior & magis meritorius, ex hoc quòd imperatur a superiori virtute, cuius actus sit per Imperium, sicut actus fidei vel spei, melior est si imperetur a charitate, & ideò actus aliarum virtutum moralium, puta ieiunare, quod est actus abstinentiæ, & continere quod est actus castitatis, sunt meliora & magis meritoria si fiant ex voto, quia sic iam pertinent ad diuinum cultum, quasi quædam dei sacrificia. Vnde August. dicit in lib. de virgi. q. neque ipsa virginitas quia virginitas est, sed quia Deo dedicata est honoratur, quam voluit & seruat continentia pietatis. Ita factum laici, etsi sit æque bonum sicut monachi in suo genere, monachi tamen opus redditur melius ex obedientia & voto quo Deo dedicatum est. ¶ Quantum ad secundum. Quāto quis plus dat & magis liberaliter tanto plus debet ei reddi, sed religiosus dat id qđ non tenetur de necessitate salutis, scilicet ad consilia se obligans, & dat temporalia & corpus & voluntatem Deo per votum. Et ideò cæteris paribus magis debet remunerari a Deo quam bonus laicus, qui dat opera bona, sed voluntatem sibiipsi retinet. Plus enim meretur faciens aliqua bona ex voto q̄ ex sola absoluta voluntate. Sicut ponit Ansel. exemplum de duobus seruis, quorum vnus dat domino suo arborem fructiferam, puta ficum horius sui cum fructibus, alter dat tantum fructus, vtique magis a domino remunerari debet primus quam secundus. Sic religiosus dat arborem voluntatis cum fructibus operum, laicus tantum opera, & ideò religiosus debet magis remunerari, dicit Apostolus 1. Cor. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Sed religiosus multos labores tolerat & bona multiplicat propter deum. Laicus etsi aliquando plures sustineat, tamen quia hoc non facit propter Deum, sed propter mundum, ideò raro ex eis meritum acquirit. Vnde dicere potest. Laboraui in gemitu meo, ideſt de labore meo, quia non propter Deum sustinui, sed propter mundum & peccatum. Ideo habebo ex eo gemere in pœnitentia vel in gehenna. ¶ Quantum ad tertium. Nota secundum Tho. se. se. q. 88. art. 6. Sicut quanto quis ex maiori fixione animi in peccato facit actum peccati, tanto grauius peccat. Ita & in bono quanto quis ex voluntate magis fixa in bono agit bonum, tanto melius agit & plus meretur, & magis inde erit remunerandus. Sed religiosus ex animo fixo in bono per votum emissum solemniter operatur ea quæ sunt religionis. Et ideò cæteris paribus magis debet præmiari, totum intelligendo quantum ad omnia supradicta de bo-

de bonis religiosis & deuoti. Nam dicit Cassia. de instit. cœnobiorum. Nulla peior bestia malo monacho Et Augst. Sicut difficile sum expertus meliores quam qui in monasteriis perfecerunt, ita difficile sum expertus deteriore quam qui a monasteriis defecerunt, disti. 47. quantumlibet pertinet etiam ad copiam remunerationis quòd perfecti religiosi venient cũ Christo iudice in fine mundi non iudicandi, sed iudicaturi qui in mundum perfectè contempserunt. Vnde dicitur Iob. 36. Pauperibus tribuit iudicium. Et Matthæi. 19. Vos qui reliquisti omnia & secuti estis me, sedebitis & vos iudicantes &c. Ex his nouem patet quam sit bonum vtile in religione. Trenorum tertio. Bonum est viro si portauerint iugum, scilicet religionis ab adolescentia sua.

§. 9. ¶ Quantum ad secundum principale, hoc est quod bonum suauitatis seu delectionis spiritualis habeatur in religione, patet per id quod dicitur quam iocundum, & hoc expræsse dicitur Eccle. 1. Religiositas iocunditatem & gaudium dabitur. Et hoc potest ostendi ex tribus, per quæ figuratur sacra religio scilicet quod sit in ea iocunditas. Figuratur enim. Per paradisum voluptationis. Per terram promissionis. Per montem transfigurationis. ¶ De primo ponit Bern. in quodam ser. scilicet quod religio assimiletur paradiso terrestri qui dicitur paradisus voluptatis idest delectationis & gaudii. Nam ibi non sentiebant primi parentes calorem nimium vel frigus, non famem, non sitim, non infirmitatem, sed erat ibi aer temperatissimus, amenissimus locus & iocundus. Sic in religione bona magna iocunditas & suauitas. Etsi dicatur quod contrarium videtur, nam in religione multæ necessitates habentur scilicet famis, sitis, ieiuniorum, caloris, & frigoris, & infirmitatum, & paupertatis & huiusmodi. Respon. quod ait Augst. scilicet omnia aspera & difficilia seu immania, leuia & propè nulla facit amor qui debet esse in religioso. Et cum est ita diuinis intentus, vt ista vel non sentiat vel in eis gaudeat secundum rationem, etiam si sensualitas doleat, sicut legimus de multis. Sunt autem tria quæ faciunt hunc scilicet statum religionis iocundum figurata in tribus quæ erant in paradiso.

Religio paradisus. ¶ Primo lignum vitæ gratiæ sacramentalis
¶ Secundo fluuius aquę scripturę diuinalis
¶ Tertio arbor multiplex actionis virtualis.
¶ De primo lignum vitę in medio paradisi designat gratiam sacramentalem, quia sicut æsu fructus illius conseruabat humidum radicale, & præseruabat a debilitate ex morte. Ita & gratia sacramentalis conseruat deuotionem interiorem & præseruat a morte peccati. Et licèt gratia ipsa omnibus proponatur fidelibus, tamen in religione sacramentorum vsus magis frequentatur scilicet pœnitentia & eucharistia. Fluuius autem est aqua scripturæ diuinalis quæ diuidit in quattuor capita idest in quattuor sensus secundum expositionem doctorum. Vel in legem, prophetias, historiales & sapientiales, hęc aqua irrigat terram cordis ad producendum capios fructus operationũ. Arbores multę sunt multè & variæ virtutes, quarum fructus idest actus sunt valdè delectabiles menti. Ibi enim exercent religiosi aliquando actum charitatis, aliquando actum hospitalitatis, aliquando actum abstinentiæ, aliquando fructum patientiæ, & sic de aliis. Sed diligenter attendendum, quod in paradiso religionis cum sua iocunditate sunt & Eua sensualitatis, & serpens calliditatis, & lignum scientię boni & mali curiositatis. Et serpens antiquũ Eua sensualitatis vtitur ad decipiendũ. Adam idest rationem suggerendo malũ sub specie boni, puta sub specie pietatis, vt scilicet religiosus parentibus compatiatur, & eis occultè tribuat bona monasteriis, & negocia eorum procuret, ab eis non discedat etiã contra obedientiam faciat & huiusmodi Sub specie charitatis, vt quærat præesse prædicare aliis magistrari vt posit aliis & huiusmodi. sub specie necessitatis, vel discretionis, vt ieiunia & austeritates dimittat ne dificiat & huiusmodi. Ipsæ enim Sathanas transfigurat se in angelum lucis idest sub specie virtutis vitium suggerit, vt occidat. Lignum autem scientiæ boni & mali cuius fructus prohibetur est curiositas sensus vel intellectus, a qua quilibet debet cauere ne moriatur spirualiter. Assimilatur secundario seu figuratur status religionis per terram promissionis, vt dicit venerabilis Cassian. Dicitur enim de illa terra quod fluebat lacte & melle, secundum ilsud. Dabo tibi terram fluentam mel & lac. Lac puritatis & mel dulcedinis & consolationis. In illa enim terra ab initio &c. Religio terra promissionis.

¶ Fuit gens inimica prostrata.
¶ Fuit scala cœli demonstrata.
¶ Fuit gloria cultus diuini exaltata.
¶ De primo dicitur in psal. Eiecit a facie eorum gentes. Septem enim nationes infideles,

les & fortiſſimę quæ ibi habitabant, vt Euei, Ethæi, Chananei, Pherezei, Iebuſei, Amorei, & Gergeſei, vt habetur Exo. 3. Deletæ ſunt vt in pace & iocunditate manerent in illa terra promiſſionis. Quæ deſignant 7. vitia capitalia, vt exponit. Ioan. Caſſia. in col. Serapionis quæ cũ exercitibus ſuis & vitiis aliis ab eis procedentibus exterminantur in ſtatu religionis, ne ab eis ſperati religioſi poſſint ſemper in domino gaudere. Verum vt dicitur Iudi. 2. Has gentes non deleuit dominus ſcilicet ex toto, quim reliquię remanerent vt erudiret Iſraelem in eis. Permittit enim miſericors Deus quod non ex toto ceſſent impugnationes nationum paſſionum in religione, ſed aliquę reliquiæ ſeu motus remaneant venialium vt humilientur & ocio non torpeantur. Exemplum ponit Greg. in 3. lib. dial. de Iſaac de Syria. Habes etiam exemplum in Paulo Apoſtolo de ſtimulo. De ſecundo habes Gen. 28. quando vidit Iacob ſcalam de cœlo ad terram pertingentem angelos aſcendentes & deſcendentes per eam & dominum innixum ſcalę ipſi Iacob benedicentem. Quod fuit in Luza poſtea dicta Hieruſalem in terra promiſſionis. Ex quo admirans Iacob ait. Vere dominus eſt in loco iſto, non eſt hic aliud niſi dominus Dei & porta cœli. Nec fuit ſine magno gaudio talis viſio, ſcala iſta eſt exercitium quod eſt in religione, gradus ſunt lectio, meditatio, oratio, mortificatio & huiuſmodi, aſcendunt angeli ad referendum Deo vota, deſcendunt ad portandum ſponſi varia munera. Innixus eſt Deus ſcalæ ſummitati adiuuandum aſcendentes, & confortãdum in termino ſe eis præbendum in præmium. Et ſic non eſt in religione aliud niſi porta cœli. Ecce ergo quam iocundum¶ De tertio clarum eſt quod tẽplum Dei vbi diuinus cultus magnificè habebatur fuit in terra promiſſionis. Cum magna autem iocunditate laudes diuinas cum inſtrumentis muſicalibus Dauid inſtituit ibi celebrari. pſal. 121. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi in domum domini ibimus. In nullo ſtatu ita deuotè & diligenter & iocundè exercetur cultus diuinus ſicut in bonis congregationibus religioſorum & ita frequenter. Ecce quam iocundum eſt eſſe in religione. Figuratur etiam ſtatus religionis ꝑ montem transfigurationis, hic eſt ille mons de quo pſal. 67. Mons congulatus ideſt ſuper alios eleuatus. Mons pinguis per deuotionem. Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo. Et ideò quia Deus habitat in eo, dictum fuit Loth in figuram. In monte ſaluum te fac, non in planicie ſeculi, vbi ignis auaritię & ſulphur luxuriæ omnes conſumit. Sed in monte religionis vbi tria videlicet.

Religio mons trãsfigurat. ois.

¶ Magnificentia trinitatis inſinuatur.

¶ Excellẽtia humanitatis Chriſti declaratur.

¶ Decentia ſocietatis ſanctorum intimatur.

¶ De primo audita eſt vox patris, hic eſt filius &c. Matth. 17. Viſus eſt filius oſtenſus in carne & apparuit nubes lucida ſpiritum ſanctum repræſentans. De ſecundo reſplenduit facies eius ſicut ſol ad ſignandum gloriam animæ Chriſti, & veſtimenta eius ſicut nix ad oſtendendum gloriam corporis in reſurrectione. De tertio quia viſi ſunt Moyſes & Helyas in maieſtate loquentes exceſſum ſcilicet delectionis Chriſti ad naturam humanam, vnus mortuus vt Moyſes, & alter viuus ſcilicet Helyas, deſignantes ſanctos mortuos & viuos in illa patria. Tanta iocunditas ibi fuit, vt Petrus abſorptus ea diceret. Bonum eſt nos hic eſſe ideſt valdè iocundum. Sed qui iſta videtur & guſtarunt. Certe Petrus qui & Symon interpretatur obediens. Iacobus qui interpretat ſupplantans ſcilicet mundum per paupertatem. Et Io. virgo puriſſimus. Cum ergo in religionis monte iſta habentur vtique ibi oſtenduntur & guſtantur, myſterium trinitatis, humanitatis Chriſti, & ſocietatis ſanctorum. Et ſic patet quam ſit iocundum habitare in religione debitè, vt dicetur. Ad hoc facit pulchra ſimilitudo quam ponit Anſel. in lib. de ſimilitudinibus. Aſſimilat enim Deum cuidam magno domino qui habet quoddam pulchrum caſtrum & inacceſſibile extra villam magnam & territorium, in quo ſunt multa habitacula, & aliqua magna palacia, & aliæ communes domus, aliæ luteæ alię capanę. Habet dominus iſtæ inimicum capitalem qui vt inimicus diſcurrit quotidie per villam & domos luteas & capanas deſtruit & incendit, palacia aggreditur, & quædam poſt multam luctam capit alia licèt pauca obtinere non poteſt, appropinquans autem ad caſtrum intrare non poteſt. Sed ſi qui exeunt capit aſpicientes ex curioſitate in merlis eius vel per fixurar ſagitis vulnerat, cum his qui in caſtro ſunt nil valeat nocere, nec inde poſſunt exire. Iſtæ dominus eſt Deus, & inimicus eſt diabolus. Fortalicium eſt ſtatus beatorum quibus diabolus nil moleſtè infert. Villa eſt ſtatus laicorum per quem diabolus diſcerrens multas ſtrages infert per peccata varia. Et aliquos

etiam

etiam qui sunt in magnis opibus, & bonis deditos capit, aliqui licet panci etiam læsi euadunt. Castrum est status religiosorum, in quem diabolus intrare nonpotest, dummodo seruatur, sed qui egrediuntur subito capiuntur, qui etiam sunt ocioſi & curioſi vulnerantur, & sic religio est status perfectionis. §.10.

¶De tertio principali scilicet quod bonum honestatis ideſt virtuosſitatis notatur in religione. Notatur hoc cum dicitur, habitare fratres in unum. Fratres communi vocabulo dicuntur religiosi, quamuis monachi inter se vocentur domini. Apte autem fratres dominanturl, quia ab vno patre religionis suæ institutore, puta Benedicto vel Dominico, vel Augustino, vel Francisco habent originem & sub vno patre prelato suo militant qui antiquitus abbas nunc etiam a quibusdam dicitus abbas qui interprætatur patre Et in vna domo & forma viuendi se habent ut naturales fratres. Virtus autem eorum in hoc consiſtit habitare in vnum, quod etiam importat nomen monachi. Antiquitus autē omnes religiosi dicebantur monachi. Monachus autem deriuatur a monos quod est vnus & achos quod est triſtſs, quasi vnus triſtis, quia in vnum debet habitare & triſtis esſe per compunctionē de peccatis ſuis & proximorum, quod dicit Hiero. 16.q.1. monachus. Debent igitur religiosi habitare in unū Luc. 10. Porro vnū est necessarium, ait Christus. Et præcipue necessarium est religioſo, & hoc quadrupliciter, uidelicet.

¶In vnum diuinitatis per frequentem contemplationem.

¶In vnum potentialitatis per dominantem rationem.

¶In unum ſtatum ſuę uocationis per proficientem continuationem.

¶In vnum fraternæ dilectionis per bonam confirmationem.

¶Primo debent habitare in vnum diuinitatis per frequentem cōtemplationem pſal. 72. Mihi autem adhærere Deo bonum est. Nam vt dicitur 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo vnus ſpiritus est cum illo, Deus autē per maxime vnum est ſine compoſitione. Inhæretur autem Deo per contemplationem, intellectum, & affectum, drigendo ad eum & confirmando prout potest, & inde mens efficitur pura & ad hoc ordinatur religio. ſ. ad puritatem. Vnde Io. Cassia. in 1. col. Moyſi inquit. Omnes artes & disciplinæ ſcopum quēdā ideſt deteſtationem telos ideſt finem proprium habent, ad quæ respiciēs cuiuſcunq; artis industrius appetitor, cunctos labores atq; pericula & diſpendia æquanimiter libenterq; ſuſtentat. Finis quidē noſtræ profeſſionis est regnum Dei. Scopus autē puritas cordis, quæ ſi præ oculis cordis iugiter ſtatuta nō fuerit, cunctos labores noſtros varios atque inſtabiles reddet & cogitationis diuerſas ſibiq; contrarias ſuſcitabit. Hæc illè. Et hoc non est habitare in vnū, ſed in multa per diſtrationē. Et ideo infra ſubdit Io. Caſſia. Quicquid potest iſtā mentis puritatē tranquillitatēq; turbare, q̄uis vtile & neceſſariū videatur, tamē ut noxiū deuitandū est. Inhærere quippe Deo iugiter & contēplationi eius inſeparabiliter copulari impoſſibile est homini carnis fragilitate circundato. Verū oportet nos ſcire vbi noſtræ mentis intentionē debeamus habere dæſſixā, ad q̄ deſtinationē ſemper animæ noſtræ reuocemus intuitū, q̄ cū potuerit obtinere mens gaudeat, & a qua diſtracta ſe doleat atq; ſuſpiret, & fornicationē iudicans, vel ad momentū a Chriſti cōtemplatione diſceſsū. A quo cū deuiauerit paululū noſter obtutus rurſus ad eū mētis aciem reuocemus. ¶Contemplatio autē Dei multipliciē concipitur. Nā deus nō ſolū incōpræhenſibilis illius ſubſtantiæ ſuæ admiratione cognoſcit, q̄ adhuc in ſpe p̄miſſionis abſcōditus est, ſed in creaturarū ſuarū magnitudine, vel æquitatis ſuæ cōſideratione, vel quotidianę diſpenſationis auxilio prouidetur. Quādo. ſ. quæ cū ſanctis ſuis p̄ ſingulas generationes egerit mēte puriſſima perluſtramus, cū potētia ipſius q̄ uniuerſa regit moderatur, ac gubernat. Cū immenſitatē ſciētiæ, eius, & oculū quē latere ſe creta non poſſunt, tremēte corde miratur, & arenā maris pluuiarū guttas, & dies & horas ſæculi & hmōi ſcire. Cū ineffabilē clementiā eius qua innumera flagitia indefeſſa longanimitate ſuſtentat. Cū vocationis noſtræ, q̄ nullis meritis præcedentibus gratiæ ſuæ miſerationis aſciuit. Poſtremo diſpēſationē ſuę incarnationis, pro noſtra ſalute ſuſcepit. Sūt & aliæ huiuſmodi innumerę contemplationes quę pro qualitate uitæ & puritate cordis in noſtris ſenſibus oriuntur, hoc est utiq; habitare per contemplationem in vnum ideſt Deum frequēter cogitare, honeſtiſſimum est bonū & iocundū ¶Secundo debēt religioſi habitare in vnū potētialitatis p̄ dominantē rationē. Apoſtolus ad Eph. 4. Solliciti ſeruare vnitatē ſpiritus. Sunt quidē multæ potētię in aīa nr̄a, ſed in hoc cōſiſtit & hr̄ bonū honeſtatis ſeu virtutis aīę, q̄ oēs ſibijciuntur & reguntur

Cōtēplatio Dei concipitur.

reguntur ratione, tunc sunt vnitæ, aliàs non est vnitas animę in se ipsa, sed multa contrarietas & diuisio. Cum ergo septem vitia capitalia cum suis satellitibus nos impugnent mediantibus potentiis sensitiuis ex quibus passiones insurgunt. Ideo ratione illustrata oportet unanimiter contra ea pugnare & superare, & modum & ordinem docet Io. Cassi in col. Serapionis dicens. Vnusquisque uitiũ in quo maxime impugnatur exploret, & ad uersus illud arripiat principale certamen, in desinenter fletus orationum ad Deum fundens. Impossibile est enim quempiã de qualibet passione triumphum promereri priusquã intellexerit industria vel proprio labore victoriam certaminis simul obtinere non posse. Cum tamen vt ualeat emundari necesse est eum die noctuque in omni cura & sollicitudine permanere. Cum ab ea se senserint absolutum, rursus latebras sui cordis perlustret, & excipiet sibi quam inter reliquas reperit duriorem atque aduersus eam spetialius omnia spiritus arma commoueat. Et ita semper validioribus superatis celerem de residuis habebit facilemque victoriam, quia & mens triumphorum processu redditur fortior, & infirmior pugna succedens promptiorem ei faciet prouentum præliorum, nec tamen putandum est, ut principaliter quis contra vnum vitium dimicans, & velut incautus aliorum tela prospiciens inopinato ictu facilius ualeat sauciari. Hæc ille. Oportet ergo sic resistere vni vitio quod etiam ab aliis caueatur. Oportet etiam in hac pugna vitiorum & passionum, non solum a magnis, sed etiam minimis peccatis cauere, aliàs per minima neglecta deducetur ad magna, secundum illud Prouer. 1. Auersio paruulorum interficiet illos. Cauere tamen debet a scrupulis conscientię, quia multum impediunt perfectum spiritus. Sed vti debet in omnibus discretione de qua & quomodo habeatur, sic ait Io. Cassia. in col. 2. Moysi. Omnium virtutum generatrix custos, moderatrixque discretio est. Vera autẽ discretio nõ nisi humilitate conquiritur, cuius hęc erit prima probatio, si uniuersa non solum quæ agenda sunt, sed etiam quæ cogitantur referuantur seniorum examini. Nullatenus enim decipi poterit quisquis si non suo iudicio, sed maiorum viuit exemplo & serpens teterrimus velut tenebroso & subterraneo specu virtutis confessus protractus ad lucem & traductus quodammodo, ac de honestatus abscedit. Hæc ille. Inducit exemplum Samuelis quem prẽmisit ad senem Heli recurrere vocatus a domino, & Pauli Apostoli missi ad Ananiam. Actuum 9. & per multa exempla sanctorum patrum ostenditur quod qui hac caruerunt, etsi in alijs essent mirabiles ut ab stinentia & huiusmodi, tamen decepti sunt a diabolo. Ad habendum autem victoriam Tria tẽ-
vitiorum, vt dicit Io. Cassia. in col. Cheremo perata
nis. Tria sunt quæ nos faciunt a vitiis temperare, quia aut metus gehennæ, siue præsentium legum. Aut spes atque desiderium regni cœlorum. Aut affectus boni ipsius amor que qđ virtutum. Idcirco Apostolus summã trium virtutum consummationem concludit. Fides nanque futuri iudicii ac suppliciorum metu vitiorum facit contagia declinari. Spes mentẽ de præsentibus auocans corporum voluptates cęlestium prẽmiorum expectatione contemnit, Charitas ad amorem Christi & virtutum fructum succedens quic quid illi contrarium est facit detestari. Siquis ergo ad perfectionem tendit, de illo primo timoris gradu quem seruilem diximus ad alterum Dei tramitem, gradu perficiente conscendat, qui iam non seruo: sed mercennario comparatur. Festinandum proinde est ad tertium filiorum gradum qui omnia quę patris sunt, sua esse credit per indissolubilem charitatis gratiam. Diligamus Deum quoniã ipse prior dilexit nos (ait Io 1. can. 4.) & hæc vtique nostræ salutis gra non sui, scilicet vtilitate. Ita & nos nullius alterius rei, sed solum amoris eius intuitu eum diligamus. Et hic est finis religionis scilicet charitas, quæ est chara vnitas cum Deo quæ nos facit habitare in vnum. ¶ Tertio debent religiosi habitare in unum scilicet statum suę vocationis per proficientem continuationem, secundum illud 1. Cor. 7. Vnusquisque in ea vocatione qua vocatus est premaneat. Et Ephe. 4. ca. Voti estis in una spe uocationis uestræ, & in hoc sæpe tentantur religiosi ut tentant mutare statum uel religionem quam prius susceperunt, quod ut plurimum ex instabilitate & accidia procedit. Vnde dicit Cassia. in col. Nestoretis. Religio in multas professiones studiaque diuiditur. Quidam summam intentionis sui erga hæremi secreta & cordis constituunt puritatem. Quidam erga institutionem fratrum & peruigilem cenobiorum curam. Quidam eligentes ægrotantium curam, alii intercessionem pro miseris & oppressis. Quapropter hoc uincuique utile & conueniens est, ut secundum propositum quod eligit, vel gratiam quam accepit summo

Nota ordinẽ pugnæ.

Discretio qũo acquiratur.

Tria tẽperata uitijs.

mo studio & diligentia ad operis arrepti perfectionem peruenire festinet. Et aliorum laudans & admirans uirtutes, nequaquam a sua quã semel elegit professione discedat, sciens secundum Apostolum vnum esse corpus ecclesiæ, multa autem membra. Impossibile est nanque vnum eundemque hominem simul vniuersis quas comprehendi superius virtutibus fulgere, quas siquis voluerit pariter affectare, in id eum incidere necesse est, ut dum omnes sequitur nullam integre consequatur. Magisque ex hac mutatione, & varietate dispendium capiat quam profectum. Multis enim uijs ad Deum tenditur, & ideo vnusquisque illam quam semel arripuit, irreuocabili cursus sui intentione conficiat, ut sit in qualibet professione perfectus. Hæc ille.

Nõ potest autem habitare in unum, ideſt statum debite, nisi proficiat de bono in melius. Vnde Io. Cassi. in col. Theod. ait. Necesse est vt renouatus spiritu mentis per singulos dies proficiat ad ea quæ in ante sunt se extendens, aut si neglexerit, consequens est, ut retrocedat atque in deterius labatur. Quapropter istud erit euidens nostri detrimenti iudicium si intellexerimus non nil amplius acquisiuisse, nec dubitemus nos retrorsum omnimodis reuocatos qua die non sensimus ad superiora progressos. Et cum ita sint quæ sunt in hoc mundo, bonum, malum, & medium, & bonum in rebus humanis principale sit animi uirtus, malum in peccatum, medium autem quod potest bene, & male uti, ut diuitiæ, honores, sanitas, vita, mors, paupertas, & huiusmodi, a malo semper debet declinare, in uirtute proficere, prosperis, & diuersis mundi quibuscunque quæ sunt, ut media bono rectoque usu ad dexteram declinare, ideſt ad virtutem, vt sit spiritualiter ambidexter Aioth, sicut fecit Ioseph Patriarcha, & Apostolus ad Phil. 4. dicens. Scio & abundare, & penuriam pati, Hæc ibi. Quod pugnam carnis contra spiritum, de qua Apostolus ad Ephe. 5. Caro cõcupiscit aduersus spiritum, dispensatio diuina in nostri profectum dimisit. Vnde Io. Casia. in col. Danielis ait. Hæc contentio carnis, & spiritus multam vtilitatem nobis confert. Primo quod negligentias nostras arguit statim. Secundo cum procastimoniæ, & puritatis integritate, in conscientia nostra fuerimus elati suo nos rursum quamuis quieto, & simplici visitans fluxu humiliat atque recondit, nosque homines esse suis stimulis admonet. Quodammodo enim cum in cæteris generibus vitiorum æquidem grauioribns magisque noxiis indiferentius soleamus incurrere, nectamen facile in eorum compungimur admissu in hoc peculiarius humiliatur conscientia nostra, per quæ illusionem neglectam quoque passionem recordatione mordetur, euidenter intelligens immundam se factam naturalibus incentiuis, quæ cum esset immundior spiritualibus uitiis ignorabat. Hæc ibi. Quarto debent habitare fratres in vnum fraternæ dilectionis per bonam confirmationem Io. 17. orauit Christus. Pater sancte serua eos quos dedisti mihi, ut sint vnum. Hæc autem unitas debet esse, in bono non in malo, ut non concordent ad male faciendum, sed ad bonum, secundum illud Act 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna in domino, quia scilicet ad bonum ordinata. ¶ Est autem triplex ista vnitas. Prima & principalis est unitas cordis per intimam dilectionẽ. 1. Pet. 3. Omnes unanimes, scilicet sitis. Hęc enim unitas inducit victoriam in tentatione. Amb. Omnis pugna unanimiter congressa parit uictoriam. Procurat & exauditionem in orationibus. Matth. 18. Si duo ex uobis cõsenserint super terram de omni re quam petierint fiet eis. Adducit roborationem in omni bono. Omnis enim virtus vnita est magis infinita, ideſt fortior. Secunda est vnitas oris. Roma. 15. Omnes vno ore honorificetis Deum. Quod fieri oportet in religione tripliciter, ut scilicet non diuisim hinc inde, sed simul conuenientes in choro laudent Deum. Secundo, ut omnes dicant quæ dici debeant, & non dormiant, vel taceant aliqui, vel dimittant. Tertio ut concordant in uoce, ut vnus non dicat cito, & alius tarde, sed simul incipiant & terminent. Tertia est unitas operis, de qua potest intelligi illud. Sopho. 3. Seruient ei, scilicet Deo humero vno, quod fit, dum viuunt in communi. Lucra ex operibus, & redditibus suis habentes in vnum, dum etiam cerimonias exteriores vniformiter oseruant, in cibo, vestitu & aliis, dum ẽt faciunt officia, & mutua obsequia in vnum scilicet propter Deum, & bonum religionis, ut unus non ocietur, alter nimis grauetur, sed oẽs in vnum concordent ad faciendum, ꝙ eis imponitur, sumẽdo exemplum in apibus quę in vnum locum congregatæ mirabiliter vnitæ sunt ad mellificandum, & cum magno ordine. Vnde Hiero. Apum fabricare aluearia, & monasteriorum ordinem in paruis corporib. disce & regularem disciplinam, de conse. dist. 5. Nunquam.

Triplex unitas.

TITV-

TITVLVS XVII.
de Statu confessorum.

SCrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio, psal. 43. Scrutinium quidem est confessio, in quo & pœnitens scrutatur conscientiam suam, & confessor cum eo &c. Scrutãs igitur est confessor, qui in hoc potest tripliciter deficere, quia vel per malitiam absoluendo quem scit non posse, uel per ignorantiã nesciendo discernere inter leprã, & leprã, & quẽ possit vel nõ possit absoluere, vel infirmitatem concupiscentiæ, inde sumendo occasiones malorũ ex auditu, dum incaute se habet. Vnde Aug. de pœn. di. 6. c. 1. Caueat spiritualis iudex, ut sicut non commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ. Ex quibus verbis innuitur quòd confessor debet habere tria ex illa auctoritate Augustini præallegata.

¶ Primo potestatem in foro conscientię, ut sit iudex spiritualis.

¶ Secundo conseruare puritatem uitæ ne cõmittat crimen nequitiæ.

¶ Tertio scientiæ sufficientem claritatem, ut non careat munere scientiæ.

¶ *De potestate seu auctoritate confessoris. Cap. 1.*

DE potestate seu auctoritate confessoris, & quis possit audire confessiones. Vbi notã dum quòd non sacerdos, etsi possit audire in casu mortis, non tamen absoluere, alias si absoluit, ut sacerdos indicatiue, secũdum quosdam incurrit irregularitatem, sicut si celebraret. Hoc tñ est dubium, quia non est illud expræssum in iure, sicut de celebrante. Vnde nõ videtur irregularis, extra de sent. excom. c. is qui lib. 6. & talis confessus tenetur iterũ confiteri. Ratio est, quia solis sacerdotibus dictũ est. Quorum remiseritis &c. Ioan. 10. Nec tñ a quolibet sacerdote pôt quis absolui, sed a proprio, aut de licentia eius. Vnde decre. Ois, extra de pœn. & remiss. dicit, q̃ quilibet semel in anno cõfiteatur oĩa peccata sua proprio sacerdoti, ut de pœni. dist. 6. placuit. Ratio est, quia non pôt soluere, vel ligare nisi habeat iurisdictionẽ super eũ qui sibi confitetur. Si aũt sit proprius plãtus & non sacerdos, sicut cura ti epi non sacerdotes pôt absoluere per alium cõmittendo hoc alteri. ¶ Sed nota, quòd proprius sacerdos aliter intelligitur cũ dicitur, quòd quilibet debet confiteri proprio sacerdoti, & aliter cum dicitur de licentia proprii sacerdotis potest alteri cõfiteri. ¶ Nam in primo casu dicitur proprius sacerdos quicunq; habet potestatem absoluendi ordinariam uel delegatam, siue sit communis siue singularis, quia actor sequitur forum rei, sed est in electione eius quem de multis sequatur, nisi sit actio realis in qua sequitur forum rei. Et quia in foro pœnitentiæ, idem est actor & reus. Inde est quod idem potest seipsum accusare coram quocunque confessore de communibus quæ illum possunt absoluere de crimine ubicunque commisso. Propter quod dicit Hosti. q̃ quilibet habet tres proprios sacerdotes, scilicet ordinariè curatum, scilicet de cuius parochia est episcopum suum, & Papam. Sed in secundo casu proprius sacerdos, de cuius licẽtia potest alteri cõfiteri, intelligitur strictius ille, qui de iure suo ordinario hoc habet, & nõ ex commissione. Et sic intelligitur. c. Omnis. æquiuocè loqui de proprio sacerdote secundum omnes. Nam constat, q̃ ad implendũ illud præceptum de confitendo semel in anno omnia peccata sua proprio sacerdoti, ita sufficit confiteri uicario curati, sicut ipsimet curato. Et tamen ad confitendum alteri non sufficeret accipere licentiam ab eius uicario siue capellano, sicut sufficeret ab ipsomet curato. Vnde respectu primi, uicarius sacerdos, sed non respectu secundi. Vnde si possit quis confiteri vicario curati, tamen ipsæ vicarius non potest dare licentiam illi quod alteri confitea tur. Hæc Pet. de Pal. in 4. dist. 14.

infra ti. 22. c. 2. §. 3. i fi.

¶ *De ordinario confessore uniuscuiusque quoad ecclesiasticas personas. Cap. 2.*

DE ordinario confessore vniuscuiusque quo ad ecclesiasticas personas. Sciendũ est, q̃ papa, quia non hẽt superiorem a Christo, nec a cõcilio quocũque, hẽt propriũ confessorem quem duxerit eligendũ, qui auctoritate Christi potest eum soluere uel ligare in foro pœnitentiali, non autem in foro exteriori, quia ipsę non pôt ligari vinculo excõmunicationis a quo indigeat absolui, & ꝓp hoc non oportet sibi a Christo cõmitti. Quia vero pôt ligari vinculo peccati, sicut alii, indiget remedio sicut alii. Nec Christus dimisit eum sine remedio. Vel sicut a principio quilibet poterat quẽlibet volentẽ se sibi subiicere absoluere, ita & nunc quoad illum qui nulli est subiectus, sicut Papa. Qui sunt de familia Papæ habent pœnitentiarium summum, cum Papa pro proprio sacerdote, quia nulli alii subsunt. Secus autem de capellanis eius

qui

qui per mundum sunt dispersi, qui propter hoc non sunt ab aliis exempti.

§.1. ¶De cardinalibus autem qui sunt episcopi ipsi non minus habent quam alii episcopi, sci licet quod possunt libere eligere, idem si sunt legati, quia sunt prælati vel exempti. Si vero sint simplices cardinales, nec episcopi, nec legati dicit Hostien. eos non habere nisi papam, & summum pœnitentiarium. Et quamuis immediatè sunt sub papa, & per consequens exempti, non tamen possunt sibi elige re confessorem sine ipsius papæ, aut summi pœnitentiarii licentia, quia non sunt prælati, sed coadiutores, licèt sint presbyteri, & cardinales. Ideo tutius est quod habeant licentiam a papa. Familia uerò commensalis eorum, de licentia eorundem cardinalium possunt eligere sibi confessorem, quia de consuetudine sunt eis subditi, siue sacerdotes siue alii. Vel fortè summus penitentiarius est quasi curatus respectu omnium mãsionariorum curiæ papæ. Hæc Petrus de Palude, in quarto.

§.2. ¶Patriarchæ archiepiscopi, & episcopi habent proprios sacerdotes suos immediatè superiores, & episcopi habent proprios sacerdotes, ut episcopus archiepiscopum, ille primatem ille patriarcham ille papam, & hoc nisi sint exempti, nihilominus isti possunt sibi eligere confessorem, extra de pœn. & re. ca. vlt. qui possunt eos absoluere, non solum de occultis, sed etiam de manifestis & notoriis etiam archiepiscopo inuito. Et etiam a vinculo excommunicationis maioris, & minoris. Et mutare uota, & relaxare iuramenta & omnia alia propter quæ non est sedes apostolica consulenda, licet Hostien. dicat contrarium. Et istud contrarium tenet frater Bartho. in Pisanella. Nec obstat quòd in illa decretali non fit mentio, nisi de absolutione a peccatis, quia cum intentio papæ sit ipsis episcopis quibus est graue ad archiepiscopum recurrere, & grauius ad papam, ita prouidere eis per confessorem ab eis electum sicut prouisum est inferioribus episcoporum per ipsos episcopos. Ideo de omni peccato, & vinculo de quo potest episcopus absoluere inferiorem, & electus ab eo potest ipsum absoluere. Et in casu in quo potest episcopus dispensare cum inferiori, & ille cum episcopo, quia ubi est eadem ratio, & idem ius. Et sicut bene dicit Hostien. istud priuilegium non perdit per hoc quod venit Romam, quia ibi non distinguitur ubicunque sit. Sed si desinit esse episcopus, vt quia cedit loco, & dignitati forte perdit priuilegium datum episcopis, si uerò cedit loco non dignitati, non perdit. Ratio quæ aliqui probant quod confessor ab episcopo electus nõ potest eum absoluere a uinculo excommunicationis est, quia non habet potestatem, nisi ex electione episcopi. Sed ad hoc respondetur quod non ab episcopo eligente, sed a iure committente habet potestatem ille, sicut qui eligitur ab illis, qui per litteras pœnitentiariorum habent quod possint sibi eligere confessorem ab ipsis pœnitentiariis, non ab eligentibus habet auctoritatem, sicut cum episcopus committit fratribus quos prior eligit ipsi commissarii prælatorum non eligentium. argumẽ tum contrariũ.

Et quod etiam dicunt quod si ille electus ab episcopo in confessorem esset excommunicatus minori, cum eligitur ad hoc non posset absoluere, quia ligatus minori, licèt posset conferre sacramenta non tamen potest eligi. Respon. quia istud non ualet, quia intelligitur de electione iuris ad dignitatem, immo etsi quando eligitur ab episcopo confessor, essent tunc ambo ipsæ, & electus ligati maiori excommunicatione adhuc non impediret factum dummodo quando electus ille qui absoluit non sit ligatus maiori, nec suspensus. Hæc Pet. de Pal. in 4. distin. 17. qõ. 3. Prælati exempti qui habent simile priuilegium cum ipsis in eligendo liberè confessorem, nam ex quo sunt exempti prælati, sicut sunt multi abbates, ex hoc ipso habent istud priuilegiũ, quia graue esset eis semper ire ad papam nouum pro licentia confitendi, si autem sunt exempti, quod non prælati non habent istud priuilegium, verbi gratia, omnes subditi collegii exempti seculares vel regulares, quod est exemptum in capite, & membris, hi enim suis prælatis immediatè confiteri possunt, & non alii nisi de licentia ipsorum. Si autem sic sunt exempti quod circa papam, nec decanum, nec præpositum habent, qui habeat curam ipsorum adhuc non possunt sibi eligere, sed petant hoc ipsum a papa, vel eius pœnitentiario, cum alias possit eos absoluere. Similiter nulla abbatissa, quamuis iura episcopalia exerceat ponendo officialem, nisi in hoc habeat speciale priuilegium quãtumcunq; exẽpta, non põt habere, q̃a nõ est prælata cum nõ habeat claues iurisdictionis. Et q̃ eius officialis excõicat, q̃ per seipsam non potest, non est auctoritas ipsius, sed papæ. Similiter quicunque præest quibuscunque ex cõmissione alterius, & est delegatus, non potest dici prælatus quantumcunq; exemptus, quia tñ non argumẽ tum contra.

eſt prælatus, non habet hoc priuilegium puta ſuperior in religione, vel prior non conuentualis, aut prior conuentualis ſub abbate non per electionem, ſed ab ipſo abbate ex conſilio ſeniorum poſitus, vel inſtitutus, niſi forte quando mortuo abbate, vel priore ipſi fuerint quaſi ordinarii, quia tunc actio ſubrogata habet priuilegium eius in cuius loco ſubrogatur. Sed prior qui per electionem canonicam inſtituitur prælatus eſt, & ideo ſi eſt exemptus habet idem priuilegium, propter quod non oportet quod confirmans det ſibi poteſtatem eligendi confeſſorem, ſicut nec confirmans, vel conſecrans epiſcopum, nec obſtat decre. ne pro dilatione, extra de pœn. & rer. Iſtud enim priuilegium de eligendo confeſſorem æqualiter conceditur epiſcopis, & minoribus prælatis exemptis. Vnde cum epiſcopi licèt immediate ſub ſint archiepiſcopo, nihilominus ſine licentia illorum hoc poſſunt, etiam qui ſunt non exempti, ergo & priores hoc poſſunt, licèt ſubſint abbatibus, vel maioribus ſine licentia eorum cum ſint ordinarii. Si autem ſunt in dignitate conſtituti, non tamen prælati, ſicut cantor, theſaurarius, ſacriſta, & huiuſmodi perſonæ non habent priuilegium quamuis ſint exempti, ſed ſi eſſent prælati exempti, ſed non ſunt prælati in foro pœnitentiali, ſic ſunt archidiaconi de pari concurrentes cum epiſcopis in foro cauſarum, adhuc non puto eos habere hoc priuilegium, ſed ſolos prælatos, hoc dico qui habent curam animarum. Sicut autem dixi de epiſcopis, quòd quamdiu ſint epiſcopi quoad dignitatem retinent hoc priuilegium, ita & de iſtis quamdiu ſunt in prælatione, & ſimiliter electus ab eis poteſt agere cum eis abſoluendo & diſpenſando quicquid poſſet epiſcopus ſi ei ſubeſſent, excepto in ſententia lata a ſuperiori contra eum, puta ab archiepiſcopo contra ſuffraganeum ſuum, ſiue ab abbate contra priorem conuentualem ſibi ſubditum, ab huiuſmodi enim non poteſt abſoluere talis confeſſor electus. Quicunque etiam poteſt eligere vno electo ſiue non mortuo, poteſt alium mutare ad placitum. Et eoipſo quo talis, qui poteſt eligere confitetur alicui, uidetur ipſum eligere, quia plus eſt factis, & intentione mentis eligere quàm verbis 3. quæſtio. 6. ca. 1. & de maio. & obe. Legebatur. Hæc Petrus de Pal. in 4. vbi ſupra.

§. 3. ¶Inferiores prælati non exempti ſi ſubſunt immediatè epiſcopo ipſum ſolum cum ſuperioribus eius habèt pro proprio ſacerdote, ſicut abbates, decani, præpoſiti, & archipresbyteri rurales. Curati vero decanos rurales habent & epiſcopum, quando ille decanatus eſt annexus curæ. Similiter priores qui ſunt ſub abbatibus illis ſubſunt & epiſcopo. Non prælati vero ſuis ſubſunt immediatè curatis, ſiue abbatibus, ſiue prioribus, ſiue decanis quando ſunt de collegio, vel ſimplicibus curatis, quando in parochiis commorantur. Clerici vero chorales ſubſunt alias ei qui præeſt choro ſiue ſit cantor, ſiue ſuccentor in exteriorib. ſed quantum ad forum conſcientiæ ſolus decanus uidetur curatus eorum. Hæc Petrus de Palud.

¶ *Cui debeant laici ordinariè confiteri.* *Cap.* 3.

IMperator ſecundum Hoſt. de antiquiſſima conſuetudine cõfitetur capellanis ſuis. Sed ſicut dicitur extra de pœ. & re ca. 2. lib. 6. nulla conſuetudine introduci põt, ut præter proprii ſacerdotis licentiã aliquis poſſit ſibi eligere confeſſorem, niſi de licentia Papæ,

¶Rex habet epiſcopum ſiue archiepiſcopũ, in cuius ciuitate eſt ſedet regni. Dicitur autè ſedes vel metropolis regni, non in qua plus moratur. ſed in qua inungitur & coronatur. Principes minores ſi habent ſub ſe ciuitates plures ſimiliter a ſede principali ducatus uel comitatus domicilium ſortiuntur, ſed ſi habent vnam ciuitatem alia principaliorem ab vtroque epiſcopo, vel a metropolitano licentiam capiant, ſecundum Hoſt. Sed iſtud non eſt verum quantum ad metropolitanũ, quia nullus ſubditus ſuffraganeorum eſt ei ſubditus ſmmediatè, niſi quando viſitat, ſed ſoli ipſi ſuffraganei, vnde cum dominus duarum ciuitatum in temporalibus ita ſubſit in ſpiritualibus epis ac ſi eſſet ſeruus, ſicut dñs caſtri ſub eſt in ſpiritualibus curato, & ideò ſicut in metropolitanus nõ poſſet dare licentiã confitendi homini habẽti domos in diœceſi ſuffraganeorũ, ita nec principi. De illo uero principe qui hẽt dñium in diuerſis diœceſibus, ſed nõ ſuper ciuitatẽ, vt ꝙ ipſæ multo magis ab epis hoc petere debeat, illo. ſ. in cuius diœceſi principaliter habet dñium, uel ab utroque ſi æqualiter in duabus. Nam abſurdum eſſet ꝙ ipſæ a tot curatis haberet hoc petere, quot in ſuo dominio includuntur. Domini uero qui in ea dẽ diœceſi in diuerſis uillis habẽt dominiũ ſi in una habẽt principale dominum in qua nõ ſit niſi una parochia tantum, ſiue unus curatus tãtum, illi uidetur ſubeſſe. Sed quãdo nullũ habet dñium in illa uilla, quæ ſub ſe nõ cõtinet plures parochias, maxime ſi una nõ eſt principa- §. 1.

principalior altera tunc nulli curato ſubeſt, ſed immediatè epiſcopo. Si verò in vna uilla ſit principaliter dominium, in qua nõ ſit niſi vna parochia tantum, vel ſint multæ & una principalis curatus illius eſt ſibi proprius ſacerdos circa epiſcopum Baliui ſi nullibi haberent manſionem, niſi ſecundum quod aſſiſtere requiruntur, modo huc, modo illuc diſcurrunt vbique confiteri poſſunt vel epiſcopis ciuitatum vel curatis in quorum in paro chiis hoſpitium eligunt. Si verò principaliter alicubi degunt, ibi curatum habent illum in cuius parochia hoſpitium ſuum ſitum eſt. Et ſic de præpoſitis licèt habeant domos parentum extra baliuiam, vel ſeneſchaliam vel præpoſituram, quia per hoc officium quaſi contrahendo ſortiuntur forum. Cæteri verò burgenſes & aliis laici, nõ in poteſtatibus cõſtituti illis curatis ſubſunt in quorum parochiis degunt principaliter, vel ſi in duabus equaliter in qua tunc manent quando confiteri volunt illius parochiani ſunt. Hæc Pet. de Palu. Regulariter ergo fienda eſt cõfeſſio proprio ſacerdoti. Vnde Innocen. extra de pæ. & remiſ. Omnis, dicit. Si quis alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa confiteri peccata ſua, licentiam prius poſtulet & obtineat a proprio ſacerdote, cum aliter ipſę illum nõ poſſit abſoluere vel ligare. Hęc ibi.

¶ *Caſus in quibus quis poteſt confiteri alteri quã proprio ſacerdoti, etiam ſine licentia eius.* *Cap.* 4.

Primus. SEd nota ſecundum Pet. de Pa. caſus in q̃bus poteſt quis cõfiteri alteri quã proprio ſacerdoti & ſine licentia eius, quos ponit Hoſtien. in ſumma. Et primus eſt propter indiſcretionem proprii ſacerdotis. Et ſub hoc caſu comprehẽditur quando ipſæ ſacerdos proprius eſt ſollicitator ad malum vel reuelator confeſſionum vel talis qđ ex cõfeſſione immineret periculum confitenti vel confeſſori. In hoc igitur caſu dicit Hoſt. quod eo ipſo habet licentiam a iure alium adeundi, de pœni. diſtinct. 6. Placuit. Sed alii dicunt quod tunc debet petere licentiam ab eo vel a ſuperiori quia decre. Omnis, dicit quod quando ex iuſta cauſa voluerit quis alteri confiteri petat licentiam a proprio ſacerdote. ET quamuis quidam hoc intelligant niſi ex culpa ſua hoc procedat. Videtur tamen melius quod etiam ſi hoc non ſit ex culpa ſua, quia culpa ſua nõ debet alteri nocere, puta ſuperiori. Sicut proprio ſacerdote mortuo vel excommunicato, non eoipſo licet ire ad alium, ſed oportet recurrere ad epiſcopũm. Sed ſi ſuperior adiri non poteſt, vel etiam ſi eſt æque defectuoſus tunc quia ad papam non eſt facilis recurſus alium adire poteſt eoipſo. Quando ergo proprius ſacerdos omnino indiſcretus & ineptus eſt, tunc poteſt adiri alius diſcretus licẽtia petita etiam non obtenta. Dico autem petita, quia etſi indignus audire, non eſt tamẽ impotẽs committere, & in hoc ſcilicet quod debet petere licentiam ab ipſo, vel adire ſuperiorem, concor. Thom. Pet. Alber. Innocẽ. & Guil. Quod ſi negatur licentia tunc dicunt prædicti quod idem iudicium eſt de eo quod & de illo qui non habet copiam confeſſoris. Pet. de Palu. dicit quod tunc poteſt ire libere ad alium, vt patet ſupra. Quia ſi nõ poſſet alium habere & neceſſitas immineat. Dicunt prædicti doctores, quod confiteatur peccatũ in genere, ſine eo de quo poſſet malum proSecundus. uenire. ¶ Secundus caſus eſt, quando tranſtulit domicilium ſuum parochianus, tũc enim definit eſſe parochianus primi, & fit parochianus illius, ad cuius parochiam ſe tranſtulit. Sed ſi in duabus parochiis habere domum in vna manerium æſtiuale, in alia hyeme autem utrobiq; ſortitur forum, non ſimul, ſed ſucceſſiuè, ſecundum quod habitet hic uel ibi, ut tunc hic recipiat ſacramenta quando hic habitat, aliàs alubi. ¶ Tertius caſus eſt Vagabũdus. cum eſt vagabundus, non habens nec petens domicilium. Iſtæ poteſt confiteri cuilibet curato vel epiſcopo in cuius parochia eſt, immo etiam non curato ut videtur, quia nulli ſubditus ſubiicit ſe cui vult. Nam omnis ſacerdos poteſtatem & iuriſdictionem habet ex ſua ordinatione, ſed ſubditos habet ſolũ eos, qui ſe ei ſubmittunt, niſi quod ſecundum iura qui ſe ſemel alicui ſubmiſit factus eſt eius parochianus, nec poteſt ſe aliis ſubmittere quouſque prius ſe ſubtrahat ſimpliciter niſi de volũtate illius, ar. de pœ. diſtinctio. 6. Placuit, vnde dicitur in cap. fin. de pę. & remiſ. Permittimus eligere, quaſi dicat iure diuino licebat eis eligere, ſed electione eis ſubtracta permittimus relaxare intentionẽ quod poſſint eligere. Vnde in dicto capitulo. Placuit. dicitur ſine eius conſenſu cui primo ſe commiſit, & poſtea cui pœnitens confeſſus eſt.

¶ Quartus caſus eſt, ſi quærit domicilium Peregrinus. quo ſe conferat quouſque alicui ſe ſubdat. Et de peregrinis quidem dicendum eſt, quod ſi ſine licentia curatorum & epiſcoporum profecti ſunt nil, priuilegii habent in hoc. Cõcordant in hoc ſcilicet quod peregrini &

negociatores & aliis usatores, si non habent licentiam a suis curatis uel episcopis uel sine licentia eorum iter arripiunt non possunt ab aliis absolui. Innoc. Hostien. & Guil. Si autem de licentia eorum profecti sunt eoipso habent interpretatiuam licentiam confiteri cum sine confessione digne peregrinari nō queant. Si etiam ueniat pasca communicari possunt propter eandem licentiam implicitam, & de casu episcopali absolui, quia episcopus non retinendo sibi auctoritatem licentiandi peregrinos, ex hoc ipso uidetur eis dare licentiam confitendi de casibus episcopalibus sicut curatus de parochialibus. De mercatoribus autem si nusquam haberent domicilium nisi sequendo semper nundinas. Idem est de uagabundis. Et idem est si in loco suo tenent hospitium: sed non declinant illuc in paschate communiter. Non enim tunc uidetur ibi habere domicilium quoad sacramenta. Et idem de familia principis vel baliui, qui nunquam in eodem statu permanent, exquo ipsi licèt teneant hospitium suum alubi, non tamen illuc redeunt nisi ad horam, nam isti uagabundi censentur. Idem de familia episcopi laica, quia non sic habet ius in ea sicut cardinalis, sed si essent de dioecesi ipsa de eius licentia confiteantur. Si autem de alia ex quo hospitium dimiserūt, quia per dioecesim uagantur, respecta illius dioecesis uagabundi reputantur, & de licentia episcopi illius uel cuiuslibet curati ad cuius parochiam ueniunt confiteri possunt. ¶ Quintus casus est ratione delecti. 6. quæstio 3. placuit, quod quidam dicunt esse uerum tūc solum quando propter hoc est excommunicatus, quia si esset excommunicatus a prælato loco illius pp illud peccatum, sicut consueuit fieri in furtis & huiusmodi, quorum ignorantur actores, mittendus esset talis ad excommunicatorem absoluendus ab eo. Sed si peccatum est occultum, & propter hoc non sit excommunicatus potest etiam de hoc confiteri proprio sacerdoti, ut dicitur in summa Pisana. Fran. Zamba. refert. Laudul. tenere quod curati & etiam fratres admissi ad audiēdum confessiones secundum formam cle. Dudum possunt audire & absoluere peccata commissa nō solum in dioece. sed etiam extra territorium dioecesis dummodo tamē confitentes possūt illis cōfiteri, ideſt quod sint illius dioecesis, uel parochiæ quoad curatos. ¶ Sextus casus est ratione studii, ut scholares etiam si non sint nisi per annū moraturi in studio, ut quia non habent plus de spacio ab episcopo vel capitulo de cuius licentia ibi sunt, vel sic disponūt vel quia de parochia in parochiam mutantur. De illis uerō qui ueniunt ex omni parti regni ad parlamentum Parisius, cū rex reputet se fiscum non recognoscens superiorem in toto orbe uidetur quod ibi possint cō fiteri episcopo & curatis, in quorū parochiis conducunt domos, sic & olim tempore imperatorum Romę erat ibi communis patria, & quicunq, illuc ueniebat habebat iudicē suū uel prætorem peregrinum. Sed cōtrarium est uerum. s. quod nō possunt absolui ratione parlamenti si non habent licentiam a suis prælatis, quia rex non habet potestatem in spiritualibus, episcopus autē soli suæ dioecesi. Solū enim Roma, vbi est sedes papæ, est patria communis sicut ecclesia cathedralis omnib. de dioecesi. Vnde in curia Romana sicut curato suo sūmo pœnitentiario omnis de omni loco mundi potest confiteri, & pœnitentiariis simplicibus, sicut uicariis sui curati. ¶ Septimus casus est ratiōe necessitatis, quia in mortis articulo omnis sacerdos ab ecclesia nō prę cisus auctoritate iuris fit proprius sacerdos, de off. or. c Pastoralis. Ex hoc quod habere de conse. di. 4. c. Sāctū, videtur qđ etiam laicus in huiusmodi necessitate possit excommunicatum reconciliare ecclesiæ, si nō est ipsæ pcisus, non tamen potest absoluere a peccatis audiēdo confessiones. ¶ Octauum casum ponit Hosti. Si sacerdos non proprius ponat spē in ratihabitione. Sed vt dicitur in summa Pisana & bene illæ casus communiter non tenetur. Rationem assignat Pe. de Pa. Nulla enim ratihabitio confirmat sacramētum quod nullum fuit, quia etsi non in sacramentis ratihabitio saltem papę aliquid ualere potest, quia ille solemnitatē mutare potest sicut de ecclesia per non episcopum dedicata, sola ratihabitione papæ dedicata uel reconciliata reputatur, extra de conse. eccle. ca. A qua, tamē in sacramentis non potest ualere, quia ipsæ papa mutare non potest, quia regula iuris est, qđ ratihabitio retrotrahitur & mandato comparatur, quando solo mandato a principio res, agi potest. In talibus autem locum nō habet quando scilicet sacramenti essentia deficit, qa tunc totum iterandum est. De essentia autē absolutionis est potestas iurisdictionis, quam potestatem erga talem non habet rex hoc qđ ponat spem in ratihabitione.

Mercatores.

Baliuus.

Ratione delicti.

Ratione studij.

Ratione necessitatis.

¶ *Quis potest committere audientiam confessionum. Cap. 5.*

QVis autem possit committere uel nō cōmittere audiētiā cōfessionis. Nota sm. Pet.

Pet. de Pal. in 4. dist. 17. quod omnis proprius sacerdos qui lure ordinario potest confessiones audire, potest hoc ipsum alteri committere, quia habet causam meri imperii. Et quia quicunque per electionem habet curam animarum est ordinarius, ideo omnis talis potest licentiare quemlibet subditum curæ suæ alteri confiteri. Item ordinarius est quicunque ex officio sibi annexo hoc habet licèt non sit per electionem. Item gerens vicem curati per legem uel consuetudinem, sicut factus prior per abbatem qui viuente abbate erat delegatus non potens subdelegare eo mortuo, vel amoto eius vices in omnibus obtinens, est quasi ordinarius quantum ad hoc vnde potest licẽtiare sibi subditos de confessione. Idẽ videtur de superiore amoto priore, vel vicario, cum conuentus non habet priorem. Archipresbyter videtur tunc ordinarius, cum scilicet est vna præbenda sacerdotalis cui ex officio esset annexum officium audiendi confessiones illorum de diœcesi extra ciuitatem, & multomagis si de ciuitate. Sed si pœnitentiarius non habet hoc officium ex sua præbenda, sed ex commissione viue vocis episcopi talis est delegatus, non ordinarius. Archidyaconus licèt sit iudex ordinarius de consuetudine, non tamen in foro conscientiæ, nisi sit sacerdos, & tunc audit ex commissione, vnde non potest subdelegare. Legatus est ordinarius in utroque foro, vnde sicut in exterioribus dat iudices delegatos, ita & hẽt suos pœnitẽtiarios. Sũmus pœnitẽtiarius est ordinarius in spiritualib. tantum, vnde habet pœnitentiarios suos, & concedit etiam licentiam eligendi confessorem. Sed simplices pœnitentiarii papæ, quamuis sint delegati papæ, qui solus eos ponit, non summus pœnitentiarius, possunt quidem omnes de toto mundo audire, sed non possunt ipsi assumere adiutores, nec etiam dare licentiam eligendi confessorem. Decanus ruralis, qui & archipresbyter vocatur, si istæ decanatus sit annexus alicui curæ speciali, reputatur ordinarius in parochiis sui decanatus post episcopum, supra curatos etiam videtur ordinarius curatorum. Et sic curati de licentia eius non solum episcopi possunt confiteri. Si episcopus vel archidyaconus confert illum decanatum modo huic curato, modo illi, videtur delegatio, & hoc respectu criminum siue casuum communium. Nam respectu casuum episcopalium tam de curato quam de decano, quibus de speciali gratia committit absoluere, de illis videtur distinguendam, an sint retenti de iure, vel de consuetudine, & tunc in illis nullum ius de se habet inferior episcopo, vnde cuicunque illos committit auctoritate delegata ille absoluit. Item nota, quòd quando potestas iurisdictionis est vna apud plures, & non apud quemlibet insolidum, tunc non potest quilibet per se eam committere sine consensu aliorum, sed quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, vnde si capitulum sede vacante gerat vices episcopi in temporalibus nullus de capitulo, etiam decanus potest ponere officialem sine consensu aliorum, sed capitulum de consensu maioris partis. Potestas autem absoluendi a peccatis vna, & eadem potest esse apud plures, ut sunt vnum, sicut penes capitulum sede vacante, quando habet potestatem eius in spiritualibus, dico quantum ad commissionem, non quantum ad executionem, quia confessio facienda est soli, vnde totum capitulum non vnus ponet pœnitentiarium. Sed quando iurisdictio perfectè, & insolidum residet apud quemlibet, ita quòd vnus sine alio potest per seipsum de causa cognoscere, tunc vnus sine alio potest, cui vul committere etiam minor sine maiore, & multo magis econuerso. Et quia potestas curati absoluendi quæ est apud curatum, papam & episcopum nõ est vna, sed quilibet potest per se audire sine consensu alterius, ita ẽt quilibet eorum per se sine consensu alterius potest alteri committere. Vnde uicarius curati sine licentia episcopi potest audire confessiones illorum, scilicet qui sunt subditi curato non alios, & multo magis econuerso, scilicet de licentia episcopi audire confessiones eorum qui sunt sub curatis sine consensu, vel licentia eorum. De hoc extat bullata declaratio Clementis & Alexandri, post cuius bullationem nullus Parisius dixit cõtrarium. Qui autem ex commissione solum audit confessiones, non potest alteri committere audientiam confessionum.

¶ *Quomodo curatus possit dare uel denegare licentiam.* *Cap. 6.*

QVomodo vel quando curatus cũ ab eo petitur licentia alteri confitẽdi debeat dare uel negare licentiam alteri confitendo subdito si petit illam. Nota secundum Pet. de Pal. in 4. dist. 17. Parochianus si petit licentiam alteri confitendi inde terminate, non debet curatus dare nisi sit uerisimile, quod petens non eligeret nisi æque bonum, uel melior confessorem. Si uero nominet sibi aliũ

de quo verisimile est quod sit æque bonus, vel melior, ad confessionem audiendam non neget, quia forte habet peccatum quod erubescit confiteri, & prius moreretur sine confessione quam sibi confiteretur. Si vero apparet, quòd nō est æque bonus, aut per famam, aut per visum suæ personæ, vel per conuersationem personarum sibi confitentium, quæ minus religiosè conuersantur, & tunc simpliciter debet negare innotescendo, quòd illa non potest eum absoluere. Quod tamen intellige, cum ille ad quem vult accedere parochianus, non habet auctoritatem nisi ex commissione ipsius curati, dicendo etiam quòd ipsæ est paratus audire eum, si tamen est talis quod ad hoc sit sufficiens, vel etiam quod est paratus dare sibi vnum alium loco sui, in quo casu beue videat, vt det sibi sufficientem ad hoc. Nam si insufficientem daret sibi imputaretur detrimentum, quod inde sequeretur oui suæ, quia secundum iura, qui parum diligenti socio suam rem custodiendam commisit suæ facilitati imputare debet, si periit. Si autem ille petitus a parochiano, & diffamatus habet potestatem superioris, puta qa est vicarius episcopi, vel confessor deputatus est in ordine prædicatorum vel minorum, & huiusmodi, non propter hoc prohibendus est simpliciter, quia iudex malus ordinarius, vel delegatus non perdit iurisdictionem suā, sed debet dicere pœnitenti, non expedit tibi, quod vadas ad illum vel ad alium, nec ibis de voluntate mea, nec assensu nec licentia. Sed si ipsæ habet potestatem ab alio a maiorē, vnde nō possum te prohibere, sed paratus sum te audire, vel per vicarium, vel per extraneum idoneum. Et secundum hoc soluitur obstantia illius regulæ, scilicet quod non potest esse pastoris excusatio, si lupus oues comedit & pastor nescit, quia hoc verum est quando pastor scire, debet & potest. Et licèt semper aliquis debeat reputare alium meliorem se simpliciter, nō tamen quantum ad omnia, puta quantum ad officium hoc vel illud. Itē suspiciones habere possumus, non ad iudicandum proximum, sed ad cauendum nobis. Nam si video pauperem, non iudicabo furē, tamen ne forte sit fur, custodio rem meam ab eo, & sic in proposito. Tamen nisi contrarium appareat plus debet homo præsumere de his quos papa, vel episcopus per totam diœcesim præficit, quam de se qui deputatur ad vnam paruam parochiam.

¶ *Religiosi non possunt audire confessiones sine licentia prælati sui.* Cap. 7.

NOta quòd religiosus non debet audire confessiones etiam illorum qui habet licentiam eligendi sibi confessorem quemcunque etiam si haberet a papa sine auctoritate, & sine licentia sui superioris, quia sine suo superiori uelle & nolle non habet, patet hoc per similitudinem de electio. Si religiosus lib. 6. vbi dicitur quòd electioni de se factæ non debet, nec potest assentire sine licentia superioris. Sed ubi papa nominatim eligit religiosum ad aliquod officium, præsumitur industriam personæ nosce re. Vnde nō requiritur alterius licentia siue pro inquisitione, siue pro audientia confessionum, siue pro prælatione, uel quocunque alio. Sed per hoc quod papa daret licē tiam alicui quòd posset sibi eligere quemcunque etiam religiosum pro audientia confessionum, uel pro prædicatione, ex ista licentia non debet religiosus audire cōfessionem vel prædicare sine licentia sui superioris, vel prælati vel abbatis ar. ad hoc extra de iudi. Cum sit laudabile. Si tamen in dicto casu religiosus audiret sine licentia sui prælati teneret absolutio, ita quod non oporteret confessionem iterare, quamuis male faceret. Hæc Pet. de Pal. ubi supra q. 4.

¶ *De potestate audiendi confessiones fratrum prædicatorum & minorum prætextu clemen. Dudum.* Cap. 8.

DE audientia confessionum, quomodo debeat, & possit fieri per prædicatores & minores. Nota clemen. textum extra de sepul. Dudum. §. 2. ubi dicitur. Statuimus etiam & ordinamus, vt in singulis ciuitatibus, & diœcesibus, in quibus loca fratrum ordinis prædicatorum & minorum consistere dinoscuntur, & in ciuitatibus, & diœcesibus locis ipsis uicinis, in quibus loca huiusmodi nō habentur, magistri, priores, prouinciales prædicatorum, aut uerum vicarii & generales, & prouinciales ministri, & custodes minorum ordinum prædicatorum, ad præsentiam prælatorum eorundem locorum se conferant per se uel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putauerint humiliter petituri, vt fratres qui ad hoc electi fuerint in eorum ciuitatibus & diœcesibus confessiones subditorum suorum confiteri sibi volentium audire liberè valeant, & huiusmodi confitentibus

bus prout ſecundum Deum expedire cognouerint pœnitentias imponere ſalutares, atq; eiſdem beneficium abſolutionis impendere de licentia gratia & beneplacito eorundem. Deinde prefati magiſtri prouinciales & miniſtri ordinum prædicatorum eligere ſtudeant perſonas ſufficientes idoneas vita approbatas, diſcretas, modeſtas atque peritas, ad tam ſalubre miniſterium & officium exequendum, quas ſic ab ipſis electas repræſentent vel faciant præſentari prælatis, vt de ipſorum licentia, gratia & beneplacito, in ciuitatibus & dioeceſibus eorundem huiuſmodi perſonæ ſic electæ confeſſiones audiant &c. Extra. ciuitates dioeceſes in quib. fuerint deputatæ per quas eas volumus, & non per prouincias deputari, confeſſiones nullatenus audituræ. Numerus autem perſonarum aſſumendarum ad huiuſmodi exercendum officium eſſe debet prout vniuerſitas cleri & populi ac multitudo vel paucitas exigit eorundem. Et ſi iidem prælati petitam licentiam confeſſionum audiendarum conceſſerint, illam præfati magiſtri, miniſtri & alii recipiant cum gratiarum actione. Quod ſi fortè iam dicti prælati quenquam ex huiuſmodi fratribus pręſentatis eiſdem, ad huiuſmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum eo amoto vel ſubtracto loco ipſius ſimiliter eiſdem præſentandis prælatis poſſit & debeat alius ſubrogari. Si verò ijdem prælati præfatis fratribus ad confeſſiones, vt præmittitur audiendas electis huiuſmodi exhibere licentiam recuſauerint, nos ex nunc ipſis vt confeſſiones confiteri ſibi volentium liberè liciteque audire valeant, & eiſdem imponat pœnitentias ſalutares, atque eis beneficium abſolutionis impartiri gratioſe concedimus de plenitudine apoſtolicę poteſtatis. Per huiuſmodi autem conceſſionem nequaquam intendimus perſonis ſeu fratribus ipſis ad id taliter deputatis poteſtatem in hoc impendere ampliorem quam in eo curatis, ſeu parrochialibus ſacerdotibus eſt a iure conceſſa, niſi forſan eis eccleſiarum prælati vberiorem in hac parte gratiam ſpecialiter ducerent faciendam. Hæc ibi. Nunc pro expoſitione ipſius cle. per glo. Petituri Pau. poteſt peti hæc licentia a prælatis extra ſuum territorium: quia eſt voluntariæ iuriſdictionis. Cuſtodes glo priores ergo conuentuales quoad prędicatores, & guardiani quoad minores hoc non poſſunt. Humiliter. Pau. Si petatur iſta licentia aſpere non videtur ſatisfactum conſtitutioni, & ideò iterum eſſet petenda propter omiſſionem formæ Miniſtri. Quod dicit de vicariis priorum prouincialium, & de cuſtodibus non reperit, de quibus præmiſit, licèt ergo illi petitionem poſſint facere de qua præmiſit non tamen electi quem de qua hic loquitur. Præſentari ergo perſonalis præſentatio fieri debet. Nam dicitur præſens qui præbetur ſenſibus corporis, facit ad hoc, de pę. diſt. 1. in princip. Idem dicit. Pau. ſuper uerbo repræſenter. Exigit glo. Si epiſcopus contendit cum fratribus dicens minorem numerum ſufficere recipiat epiſcopus numerum de quo ſibi videtur de reliquis recurratur ad arbitrium boni viri ideſt iudicis. ff. de verbo. oblig. l. Continuus. Conceſſerint glo. quam licentiam ſine cauſa reuocare nō poſſunt de reg. iur. decem lib. 6. Subrogari glo. Si non recipitur ex iuſta cauſa, quia ſcilicet non eſt talis qualis ſupra deſcribitur ſibi imputent qui malum elegerunt & ſic poſſet omnes recuſare cum non ſint apti. Sed ſi ſine cauſa facit ſuccedit licentia papæ. Recuſauerint glo. ſi non recuſat expreſſe, ſed non dat nec negat, videtur quod locum haberet hoc priuilegium poſt trinam monitionem vel requiſitionem per decretalem primam, de ſup plen. negli. pręla. Volentium glo. forte non intellexit de religioſis, qui ſecundum ſuorū ordinū ſtatuta ſuis prælatis confiteri debet. Libere glo. denotat quod non eſt neceſſe licentia ſacerdotis parrochialis haberi, cuius contrarium dixit Ioan. Mo. ſed ei non ſtatur. Impartiri glo. abſoluti ergo non habent neceſſe vlterius confiteri proprio ſacerdoti. Nec obſtat decretalis. Omnis, quia illud intelligitur de eo qui alteri non eſt cōfeſſus legitime. Io. Mo. dicebat contrarium, ſed male dixit. Idem Pau. ſcilicet quod abſq; licentia parrochialis ſacerdotis poteſt talibus cōfiteri, nec tamen ex hoc ſequitur quod ſint curati iſti. Ratio eſt ſecundum glo. quia nec ipſi fratres ſunt aſtricti ad executionem, vel exercitium iſtorum actuum, nec fideles ſunt aſtricti, vt in his ad eos recurrant. ¶ Item nota ut dicit in ſumma Piſa, & bene quod poteſt epiſcopus acceptare fratres ad audientiam confeſſionū etiam ſine ſolemnitate pręſentationis ſi vult committendo eis iuriſdictionem ſuam, quia etiam ſine iſto priuilegio poſſet eis dare licentiam audiendi.

¶ De effectibus qui ſequuntur ex commiſſione audientiæ confeſſionis alteri factæ Cap. 9

EX commiſſione autem facta alteri de audientia confeſſionū ſiue prædicto modo,

siue per alium modum sequũtur isti effectus, vt dicit Pet. de Pal. in 4. dist. 17. ¶ Primus quidem, quia talis commissarius potest audire & absoluere licentia alterius non requisita nec qui vult cõfiteri illi tenetur petere licentiam a proprio sacerdote, ar. efficax extra de procu. Is qui, libr. 6. Nec obstat quod curatus debet agnoscere vultum pecoris sui. Nam vultum exteriorẽ poterit cognoscere & intueri sicut prius, & corrigere fraterna correctione, & paterna admonitione, sicut prius. Et quantum ad exteriorem vultum attinet non minus honeste viuunt qui confitentur fratribus quam qui confitentur curatis. Quantum vero ad interiorem vultum melius poterũt reddere rationem de confessis fratribus & huiusmodi, quam de cõfessis sibi uel suo vicario, quia de interiori vultu parochianorum qui ipsum respuerunt, & sine licentia sui vicarium papæ uel episcopi eligerunt non habent reddere rationem, quia per eum non stetit quominus, eos audiret, sed per superiorem qui ei coadiutores dedit & per parochianum qui eum elegit. Hęc Pet. dicit etiam. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. ar. 3. q. 5. quod si alicui concedatur potestas a superiori audire confessiones parochianorum alicuius curati, ex hoc non fit illi præiudicium, quia potestas iurisdictionis nõ est cõmissa alicui in fauorem sui, sed in vtilitatem populi & honorem Dei. Idem etiam tenet Io. And. extra de pæn. & re. Si episcopus, lib. 6. in gl. 1. Idem etiam in cle. dudum de sepul. vt supra patuit, scilicet quod non tenetur petere licẽtiam a suo curato, qui vult ipsis fratribus cõfiteri. Idem Pau. vnde glo. Ber. quæ hoc dicebat dãnata fuit tanquam falsa per Clementem. 4. in quodam priuilegio quod incipit. Quidam temerè. ¶ Secundus effectus huius commissionis est secundum dictum Pe. quod commissarius potest audire contra phibitionem alterius prælati. In quo est differentia inter inferiorem & superiorem. Nam inferior contra nihibitionem superioris nõ potest alij committere, sicut nec per semetipsum audire eum, cum ita possit eum suspendere ab audientia confessionum per alium sicut semetipsum, econuerso autem contra inhibitionẽ inferioris, superior potest committere, sicut etiam eo inuito audire. Similiter si essent duo curati & vterque insolidum, vnus contra inhibitionem alterius potest audire & cõmittere, quia par in parem non habet imperium. Quando ergo inferior prohibet ne subditus confiteatur cuicunque sine sui licentia, debet excipere nisi superiori vel eius uicario, aliàs temere agit, nisi loqueretur talibus qui bene sciunt quòd non intendit, vel quod non potest prohibere quin confiteatur talis superiori suo, sicut in religionibus cum prior prohibet ne quis confiteatur de tali peccato sine licentia sua, certum est omnibus q̃ nõ intendit quin possit confiteri magistro ordinis uel prouinciali vel eorum vicariis, quia si prohiberet spueremus sibi in faciẽ. Et multo magis sup prior qui non potest dare licentiam alteri confitendi, cum sit vicarius hominis quamdiu prior viuit, si inhiberet ne quis sine sui licentia confiteretur derideretur. Sed mortuo vel amoto priore vices eius gerit per cõstitutiones, vnde reputatur ordinarius. Curatus ergo prohibens subdito suo ne alteri cõfiteatur, debet excipere episcopum, papam, legatum, summum pœnitentiarium, & archiepiscopum dum visitat & habentes ab eis potestatem. Episcopus verò non debet excipere omnes prædictos nisi seipsum, & sic quilibet excipiat suos superiores a tali prohibitione. ¶ Tertius effectus huius commissionis est qd tenetur curatus ei Eucharistiam ministrare, & alia sacramenta, ex quo dicit se confessum illi qui potuit cum absoluere. Nec est absurdum quod det ei Eucharistiam cuius ignoret cõscientiã. Sed cum æque bona & tuta cõscientia, immo tutiori potest cum communicare, qui confessus est sine licentia sua habẽti potestatem sicut illi qui confessus est de licentia sua, vel sibi, quia nec etiam vicarius curati reuelat sibi confessionem, cum idem curatus dat illi cõmunionem. Et debet curatus præsumere, quod melius est confessus qui cõfessus est ei, quem papa vel episcopus elegit confessorem per totum mundum vel diocesim suam, quam qui confessus est illi quẽ elegit ipsæ prouidendo de ipso suis subditis, cũ episcopus nõ debet hoc committere nisi uiris potentibus operè & sermone, vt dẽ offi. or. c. Inter cætera. Vel etiam quam ei qui cõfessus est illi quem ipsæ elegit proprio arbitrio de licentia curati generalis. Et hoc nisi cum esset excommunicatus, vel notorius peccator. Nã tunc antequam det Eucharistiam debet ei cõstare clarè de absolutione ab humõi. ¶ Quartus effectus est q̃ peccata confessa habenti dictam commissionem, non tenetur iterũ cõfiteri proprio sacerdoti, vt ẽt declarat. Ioã. 22. in extrauaganti, quæ incipit. Vas electionis. ¶ Quintus effectus est, q̃ per hãc commissionem fit iudex, qui prius non erat. Cum enim ad absoluendum requiratur potestas ordinis & iurisdictionis, licèt ab habẽte ordinẽ & iurisdictio

No. pe bane.

risdictionem vel iurisdictionē tantum possit hæc audiētia committi habenti ordinem licēt non habeat iurisdictionem, puta simplici sacerdoti ita non curato sicut curato, non tamen̄ econuerso, sacerdos non curatus potest hoc committere vel curato vel sacerdoti, & ratio diuersitatis, est, quia non æqualiter hę duæ potestates transfunduntur, habens enim ordinem ex sola commissione nō transfert ordinem: sed solū ordinatio sacramentalis trāsfert, siue sit iudex siue non, sed iurisdictio habente eam ordinarie sola cōmissione trāsfertur indifferenter priuato qui nullam habebat, & ei qui habebat aliquam: sed non illam respectu illius. ¶ Sextus effectus est quod qui audit confessiones non iure suo, perdit potestatem suam, delegante mortuo vel amoto. Et idem forte est ipso excommunicato uel suspenso, nisi in confessione iam inchoata quā audiuit, ex tunc quasi ex iure suo, sicut etiā perdit potestatem suam illo reuocante, quia soluitur iudicium prohibente illo qui iudicare iussit, vnde sicut episcopo mortuo uel trāslato officialis cessat in causis, sic debet cessare pœnitentiarius in confessionibus audiendis, nisi quod absoluere debet de peccatis iam auditis: gl. in ca. Gratum & c. Relatum, de offic. & pote. iudicis dele. quia mandatum expirat per mortem mandatoris. Similiter si dedit cōfessorem monialibus expirat potestas, nisi esset rector earum cui ex officio quasi prioratus, vel rectorię esset audientia annexa, & tūc esset quasi ordinarius. Videtur tamen quod non similiter ita expirat potestas delegati, delegante excommunicato vel suspenso, sicut mortuo vel amoto, quia in primo casu retinet delegatus iurisdictionem, licēt nō usum. In secundo autem neutrum retinet. Ad hoc autem quod delegatus vtatur iurisdictione requiritur quod delegatus in delegandum qui dem habeat iurisdictionem & vsum eius q̄a delegare est vsus iurisdictionis, sed postq̄ delegauit nō requiritur quod habeat usum, q̄a vsus eius nihil facit, ergo &c. Posset tamen dici probabiliter quod si episcopus non existēs excommunicatus vel suspensus, instituit officialem & pœnitentiarium, & postea excommunicetur, nihilominus vterque potest procedere in officio suo, quia vtitur vice eius q̄ iurisdictionem habet licēt nō vsum per se. Si autem iam erat excōmunicatus officialis nil agit quia institutio vel commissio nō tenuit. De pœnitentiario uero secus videtur, quia eiam non sacerdos vel non consecratus qui minus habet quam excommunicatus committere potest: quia non minus est cōmissio quam permissio q̄a iure suo sacerdos audit confessionem, & committens tantum est ex causa sine qua non propter diuisionem parochiarum & ecclesiæ prohibitionem. Quando autem committens moritur uel amouetur non est differentia inter commissarium in foro pœnitentiali aut iudiciali, quia utriusque potestas expirat quantum ad negocia non incepta.

¶ *Differunt fratres præsentati tenore Clementinæ dudum, & sacerdotes curati.* Cap. 10.

FRatres ordinis prædicatorum habēt priuilegium, quod episcopis mortuis quis ipsis suā auctoritatem dederūt vel commiserunt, possunt vti illa auctoritate vsquequo fuerit ecclesiæ prouisum de pastore. Item nota, quod istos effectus non habet commissio in personis ordinum reprobatorum, de quibus dicitur de reli. do. ca. 1. lib. 6. Hæc Pet. de Pal. Nota vlterius differentiam inter prædictos fratres p̄sentatos & sacerdotes curatos. Nam prædicti fratres ex tali præsentatione vel commissione possunt audire omnes parochianos uolentes eis confiteri omnium curatorū illius dioecesis vbi sunt p̄sentati: sed non aliarum dioecesim. Et non possūt hoc cōmittere alicui. Sed curati non possunt audire inquantum curati, nisi suos parochianos tantum, alios non, nisi cum licentia episcopi vel curatorum illorum. Et possunt committere alteri, scilicēt audire suos parochianos. Non etiam aliam differentiam secūdum Laudul. & Fran. Zam. in cle. Dudum. Nam curati possunt audire confessiones & eorum vicarii suorum subditorū in dioecesi sui episcopi & extra dioecesim, sed fratres electi & p̄sētati secūdum formam clem. Dudum, de qua supra nō possunt audire seu absoluere extra dioecesim vbi sunt præsentati. Et si secus fieret, quāuis confessi possint, ex ignorantia tamen quoad ecclesiam non essent absoluti. Sed etsi constaret eis, debent iterum confiteri vel intra dioecesim absolui a prędictis. Sed si sine dicta solemnitate committeretur fratribus ab episcopo vel a curati s auctoritas audiendi confessionem simpliciter, tunc possent etiam extra dioecesim audire, sicut alii vicarij eorū dem Acasibus autem episcopis reseruatis, nec curati nec dicti fratres præsentati possūt absoluere, nisi inquantum fuerit eis a dioecesanis concessum. Et de his modo agendum.

¶ De

¶ *De casibus reseruatis episcopis.* *Cap.* 11.

§.3. DE casibus reseruatis episcopis, de quibus dicitur in fi. cle. Dudum, variæ sunt opiniones doctorum. Aliqui enim ponũtur plures, alii pauciores, vnde materia non est bene clara. Et in sum. Pisana. dicitur, quod Benedictus 11. extrauaganti. inter cunctas declarauit esse quatuor casus episcopales de iure. Primus scilicet peccatũ clerici, propter quod incurrisset irregularitatem. Secundus incendiarii. Tertius de peccato, propter quod esset indicenda solemnis pœnitentia. Quartus de excommunicatis maiori excommunicatione. Item declarauit quinq; esse casus reseruatos de approbata consuetudine. Primo homicidæ voluntarii, secundo falsarii, tertio violatores ecclesiasticę libertatis, quarto violatores ecclesiasticæ immunitatis, quinto sortilegi & diuinatores. Quamuis autem dicta extrauagãs fuerit reuocata per cle. Dudum, tamen quantum ad dictos casus nil fuit immutatum, etsi alia sibi contenta, & sic videtur quod adhuc illi remaneant & additur in Pisanella quod possunt nihilominus episcopi in suis episcopatibus casus eis reseruare, prout eis videtur expedire, sicut possunt constitutiones facere, & multomagis concilium synodale uel prouinciale, a quorum sententiis religiosi non ualent absoluere Ioan. An. extra de pœn. & remiss. si episcopus. li. 6. gl. 3. de prędictis casibus ponit crimen enorme, & publicum homicidium, & sortilegiũ, & addit istos alios. Oppressio puerorum etiam ex casu incæstus, corruptio monialium, coitus cum brutis, matrimonium clandestinum, vel contra interdictum ecclesiæ contractum, periurium, falsum testimonium, & blasphemia Dei & sanctorum. Host. in sum. sua ponit omnes prędictos. Et addit peccatum contra naturam, & etiam quodlibet enorme, quod generalis uł particularis consuetudo reseruat episcopis. In quibus aliquando episcopi remittunt peccatorem ad sedem Apostolicã propter enormitatem criminum, & ad terrorem aliorum Hæc Host. Ego tamen adhuc nõ legi esse qđ peccatum præcise ita enorme, a quo non possit absoluere episcopus subditum, dum tamẽ non habeat sententiam aliquam annexam. Quamuis autem possint absoluere, quod mittunt aliquando bene faciunt Guil. Dur. speculator in repertorio suo, vltra prædictos casus addit alios casus, s. deflorãtes virgines uł oppressas vel seductas Contrahentes post uotum castitatis, fornicatio cum iudęa & saracena. Concipiens per adulterium quem vir credit suum procurans aborsum, vel sterilitatem in se vel alio. Cõtrahens matrimonium post sponsalia iuramẽto firmata. Cognoscẽs carnaliter baptizatam ab eo, vel cuius cõfessionẽ audiuit. Tenens ad baptismum vel confirmationem filium vel filiam extra articulũ necessitatis. Baptizãs filios suos extra casum necessitatis. Verberans patrem & matrem & vsurarius, & tandem sic concludit. Tot casus ponere, non est aliud quam potestatem facere dotum restringere, quæ eis plenariè est data a Christo. Vnde breuiter dico. Sacerdotes omnia posse quoad forum pœnitentiale, quæ nõ sunt specialiter in iure episcopis reseruata. Et quæ non sunt ipsi sacerdotibus directè vel per aliquam consequẽtiam interdicta. ar. extra de iud. At fi. & de sen. excom. Nuper hoc tamẽ fateor, quod vbicunq; fuerit graue delictum vel enorme superioris est iudicium requirẽdum. Et idem dico in omnibus casibus de quibus est generalis consuetudo ecclesiæ quod sint episcopis reseruata. ¶ Ioan. de Lig. in declaratiõe quædam super c. omnis de pœ. & remiss. probat & concludit ex dictis immediate a Guil. speculatore, & ex clem. Dudum. Fratres prædicatores & minores præsentatos pro audientia confessionum posse absoluere ab omnibus casibus peccatorum exceptis præcisè qui in iure reseruãtur episcopis, sed a casibus quos episcopi sibi reseruant, vel de consuetudine suæ diœcesis, vel ex suo beneplacito, vel per constitutiones suas synodales, vel per prouinciales posse absoluere, ẽt si episcopi dictos casus non concedant, & probat sic cle. Dudum. statuit quod dicti fratres nõ possint absoluere nisi a casibus a quibus pñt curati absoluere verè, qui eis permittuntur in iure, nisi episcopi uellent aliquid plus eis conferre. Sed Guil. dicit quod non obstante quod doctores ponunt multos casus episcopis reseruatos, curati possunt absoluere ab oĩbus occultis quę in iure non sunt episcopis reseruata, & quæ non sunt ipsis sacerdotibus directè vel per consequentiam aliquam interdicta. Licèt ergo episcopi possint reseruare certos casus qui de iure competunt inferiorib. non tamẽ hoc possunt simpliciter nisi in duobus casibus, secundum Guil. s. directè vt cum aliqui fuerint legitimè in crimine depræhensi quod merito fuerint tali potestate priuati. Secundo indirectè per aliquam consequentiam, ut cum aliquis casus venerit in quo ad vtilitatem communem expediat, quod talem casum retineat & aliter non. 25. q. 3. de ecclesiasticis

Nota.

siasticis priuilegiis. Non autem expedit vtilitati communi reseruare tot casus, sed hoc est ponere laqueum in via salutis. Sed si aliquis pure vult defendere plures casus posse episcopos rationabiliter reseruare quoad sacerdotes parochiales cum sint de foro episcoporum & eorum constitutionibus subiecti, tamē hoc nō possunt facere episcopi, ergo prædictos fratres, quia exempti sunt, nec eorum ordinationibus subiecti, vt extra de excess. præla. Nimis praua. Cum ergo non possint dicti fratres absoluere a casibus reseruatis in iure episcopis, ut dicitur in Cle. illa ergo possunt ab omnibus aliis, utputa reseruatis ex consuetudine particulari loci, vel synodali cōstitutione, qa vnum negando aliud tacendo concessit, dist. 15. Qualis, nec possunt prælati dictam cōfessionem reuocare vel defalcare. Non directè denegando licentiam audiendi, quia nihilominus habent per cle. non indirectè prohibēdo parochianis ne confiteantur eis, extra de priui. Quanto, nec per retentionem multorum casuum, quia fieret in fraudem legis qđ fieri non debet, extra de concess. præb. Constitutus. Sileat ergo hic Ioan. mo. qui dicit, q; si episcopus potest arctare potestatem ordinariā curatorum, potest multo magis arctare potestatem extraordinariam ipsorū fratrū, quia quòd per superiorem conceditur, per inferiorē arctari, vel reuocari nō potest, vt patet dist. 21. inferior. Ad constitutionem autem cle. de priui. Religiosi vbi dicitur, q; a casibus ordinariis reseruatis quemquam absoluere non psumant. Respondendū est, q; hoc est intelligendū de casibus reseruatis in iure, sicut intēdit ista cle. Dudum, non autem de reseruatis per consuetudines, vel statuta aliorum prælatorum, quia illa remouet papa, ut in dicta cle. dudum, a quibus possunt dicti fratres absoluere, & per consequēs videtur quicquid dicatur per modernos vel antiquos de talibus casibus per episcopos reseruatis totum reuocatur per clem. Dudum, specialiter quantum ad dictos fratres. Si enim constitutio posterior, licèt non faciat mentionem de priori ipsam reuocare noscatur, c. licet, de const. lib. 6. Multo magis reuocari debent dicta dictorū si in cōtrarium promulgentur. Hæc Io. de Lig. Sed Franc. Zamb. post Laud. dicit, quod de casibus episcopalibus non potest dari doctrina cum dependeat ex statutis ipsorum & doctrinis. Et quamuis Laud. dicat, quòd habens irregularitatem quam solus Papa tollere potest non possit absolui a peccato ante dispensationem: Franc. Zamb. dicit contrarium, s. quod potest absolui a peccato, etiam remanente macula irregularitatis. Quia ergo non est clarum qui sint casus reseruati episcopis in iure communi, ideo tutior est via in huiusmodi, quòd fratres si possunt ſciant ab episcopo quos casus sibi vult reseruare, & de illis se non audeant impedire omnes vero alios sibi concedere faciant. Certum est autem secundū omnes, quòd absolutio ab excommunicatione maiori reseruatur episcopis. Item dispensatio vel commutatio votorum. Item relaxatio quorundam iuramentorum. De dispensatione incertorum habes supra in 2. parte ti. 2. de restitu. c. 4. ibi diffusè. Franc. Zamb. in cle dudum, in gl. super verbo concessa, dicit gl. s. Io. Andr. Laudu. Pau. Steph. & Zen. tenere quòd episcopus possit reseruare casus de quibus curati poterant ante hanc constitutionem. s. dudum absoluere, ita quod reseruatio præiudicet fratribus, ideſt, quòd non poterunt tunc ēt ab illis reseruatis absoluere, quod est cōtra hoc quod dicit hic Io. de Lig. Et ſtelligitur ista reseruatio casuum episcopalium de actibus exterioribus, & cum effectu nō de actibus interioribus. Si quis enim desiderauit, vel etiam quæsiuit occidere alium istud homicidium cordis non est de reseruatis episcopis. Dicit etiam Pet. de Pal. quòd incestus qui committitur a pueris qui non habent vsum rationis non reseruatur episcopis, quia nec per hoc tollitur uirginitas, nec causatur affinitas.

Casus episcopis reseruati.

¶ *De eo qui aliquem absoluit a casu a quo absoluere non potest.* Cap. 12.

ET nota quòd quicunque absoluit aliquē ab aliquo peccato in casu, in quo non potest, siue quia reseruatus est episcopo, siue q; a nullam habet potestatem vel auctoritatem, quamuis grauiter peccet, præcipue quādo absoluit scienter, vel etiam quòd ignorantia iuris crassa, non tamen censuram aliquam seu excommunicationem ex hoc incurrit, siue sit clericus secularis, siue religiosus dictus absoluens, secundum Franc. Zamb. & Zenz. Sed tenetur illum quem sic absoluit auisare de errore suo, si cognoscit uel potest inuenire. Ille tamē quoad Deum excusatur, dum hoc ignorat. Et quod dictum est q; confessor debet illum auisare quem absoluit cū non posset intelligi, ut quando fieri potest sine scādalo notabili. Vnde in concilio Basil. quidam periti habita super hoc collatione dixerunt, quòd talis confessor petat auctoritatem a superiori super hoc casu a quo non potuit absoluere, & Infra. e. tit. c. 22. §. 3.

& tamen absoluit, qua habita uocet illum quem absoluerat cum non posset, & per aliquem modum coopertum interroget de aliquibus quæ sibi confessus est quasi melius uolens informari, ac si non plene intellexisset, & si qua alia commisit crimina postea, & sic absoluat ab omnibus iterum, & tunc, & prius aliàs auditis, uel si magnum scandalum ex hoc timeretur, quia prædictus modus seruari non posset, absoluat absentem, si ab ultima cõfessione adhuc creditur perseuerare in gratia. Aut ut aliis placet, cum ex hoc timeretur notabile scandalum euenire committat summo sacerdoti, scilicet Christo, pfertim quando multitudo est sic neglecta, uel multum distant a loco, vbi est confessor. ¶Religiosus autem si absolueret ab aliqua sententia excõmunicationis, suspensionis, uel interdicti in iure posita, incurreret excommunicationem, a qua, non posset absolui citra sedem apostolicam, extra de priuil. c. religiosi. in cle. Secus si absolueret a sententia hominis, quia tunc non incurreret secundum Pau. quamuis grauiter peccaret. Sed clerici seculares absoluendo a sententiis iuris, quamuis, & ipsi male, faciant, non tamen censuram incurrunt.

¶ *An generali concessione contineatur specialis.* *Cap.* 13.

NOta etiam quòd vt dicit Io. And. extra de offi. vicar. super c. Tua nobis. in glo. Si episcopus dedit vicariũ generalẽ, & in mandato expressit aliquid de illis quod requirit speciale mandatum secuta generali clausula. Et omnia alia quæ per nos possumus etiam si mandatum exigat speciale, secundum Host. satis videtur, quod talis etiam specialia possit instar procuratoris. Secus aliquod de specialibus non fuisset expressum. Hęc ibi. Quod videtur intelligendum quantum est de virtute verborum, & in foro contentioso. Nam in foro conscientiæ si alicui constaret de intentione conferentis auctoritatem quòd hoc intenderit etiam si non expræssisset aliquod speciale in generale concessione, intelligerentur specialia 22. qõ. 5. Humanæ. Et hoc idem dici potest de auctoritate data ab episcopo cõfessoribus, quia scilicet dicendo. Do vobis auctoritatem meam in sessionibus, nõ intelligitur per hoc concessisse casus suos, nisi alicui constaret quòd per hæc uerba generalia intendit casus suos concedere. Sed dicendo, concedo istum & illum, & omnes alios meos cãsus, tunc intelligitur totum dedisse.

¶ *Quid possint penitentiarij curiæ Romanæ.* *Cap.* 14.

ET nota, quòd pœnitentiarii minores in curia possunt absoluere vndecunque venientes ab omnibus casibus peccatorũ, & sententiis episcopis reseruatis. habẽt enim auctoritatem quasi episcopalem in foro pœnitentiæ, & maiorem quoad quosdam casus ex communicationum, & dispensationũ. Summus autem pœnitentiarius adhuc habet maiorum in pluribus aliis casibus excommunicationum & dispensationum.

¶ *Quid fiendum quando confessor non intelligit pœnitentem.* *Cap.* 15.

NOta uero, q; cum confessor nõ intelligit cõfitentẽ, aut ex imperitia linguę, aut ex dormitione, aut ex distractione mentis ad aliæ applicatæ, uel simili causa fm Io. Neap. in quodlibet, quòd cũ sacramentalis absolutio præexigat confessionẽ. Cõfessio verò importat reuelationem quæ non põt esse sine relatione vnius. s. cõfitentis, & perceptione alterius. s. confessoris, quia alterum istorũ deficit in prędicto casu credo de illo peccato non esse factam confessionẽ, & per consequẽs non impendi absolutionẽ. Hæc ille. Et secundũ hoc tenetur dicere illi, q; iteret confessionẽ. Si tamen non facit cõfessus qui de hoc nõ perpẽdit, absolutus est corã Deo, nec tenetur iterare quousque nescit illum non percepisse, seu intellexisse peccata sua. Et hæc uera sunt de peccatis grauioribus, ideſt mortalibus, quę sunt de necessitate confitenda, non de venialibus ad quæ quis de necessitate non tenetur. Et ubi talia modica raro obaudiuntur ab eo, qui aliàs nescit personam. Idem infra e. tit. c. 2. §. 3.

¶ *De scientia quam debet habere confessor.* *Cap.* 16.

DIcto de potestate confessoris. Nunc in secunda parte principali huius tit. uidendũ est de scientia eius. Est enim duplex clauis ordinis. s. clauis potentiæ, & clauis scientiæ. Vnde Christus Petro dixit. Tibi dabo claues regni cœlo. &c. Mat. 16. Nota tamen q; sciẽtia non dicitur clauis, sed ipsa potestas discernendi siue examinandi, & cognoscendi in foro cõscientiæ, & potestas determinandi seu diffiniendi

niendi causam, ideſt, ligandi & ſoluendi dicitur clauis potentiæ. Iſta duplex poteſtas eſt vna in eſſentia, ſed duplex in effectu. Scientia autem acquiſita non eſt clauis, ſed iuuat bene uti clau. De his clauibus habes diſtin. 20. per totum, vbi uide.

§. 1. ¶ De quantitate ſcientiæ confeſſoris, quanta ſcilicet oportet eum habere peritiam. Dicit Aug. de pæn. diſt. 6. c. 1. Oportet vt ſpiritualis iudex ſciat cognoſcere quicquid debet iudi-
Thom. care Dicit Tho. in 4. diſtin. 17. in expoſitione literæ. Hæc ſcientia etſi non ſit maiori, tamẽ tanta eſſe vt ſciat diſcernere inter peccatum & peccatum, & inter ueniale & mortale. Et ſi in aliquo eſſet dubitatio, ſciat dubitare vt
Alber. poſſet recurrere ad peritiores. Alber. autem. in 4. dicit, quod nõ tenetur ſacerdos ſcire diſcernere, niſi in communi, quę ſint capitalia, & quæ ſint mortalia communia, & quæ venialia ex genere, ſeu hæc neſciens dicit idem puto quod peccat mortaliter audiendo confeſſiones. Et eum inſtituens plus peccat quã ipſę. Et eum permittens in inſtitutum miniſtrare ſi ſua intereſt talem prohibere. Dicit etiam quod in perplexis caſibus, ſacerdos parochialis eccleſiæ debet eſſe ita diſcretus vt talia difficilia eſſe ſciat nec procedendum in eis ſine ſuperioris cõſilio uel auctoritate. Hęc
Duran. Alber. in 4. Durand. ordinis minorũ in ſumma ſua dicit, quod quotiens confeſſor ſe ingerit ad confeſſiones audiendas. totiens ſe offerr ad reſpondendum de quolibet, & interdum de caſibus inopinatis, & aliàs inauditis & de quæſtionibus perplexis valde. Debet ergo confeſſor ſcire diſcernere inter peccata & differentias peccatorum, vnde ſcire debet ſi ea quę exprimit ſibi pænitẽs ſint peccata vel non puta an bella principum & ipſorum exactiones ſint licita vel non & vtrum contractus, quos facit ſint liciti vel illiciti. Et quando tenetur ad reſtitutionẽ vel non & utrum debeat ipſum prohibere a communione, vel concedere communionem, quia ſi confeſſor iudicat licitum quod eſt illicitum tam confeſſor quam pęnitens in foueam cadunt, niſi forte eum probabilis ignorantia excuſat, puta ſi habet aliquem doctorem autenticum & famoſum, cuius opinioni innititur, vnde ſi cõfeſſor non eſt expertus in caſibus ita quod nec per ſe ſcii iudicare, nec nouit dubitare, cum periculo animę ſuę audit confeſſiones.
Pet. de Palude. Pet. de Pal. in 4. diſt. 19. oſtendit plus ſcientiæ requiri in eo, qui ſe ingerit, quã in eo qui ponitur a d hoc a ſuperioribus ſuis ex obediẽtiæ iniunctione. Et de primo poteſt intelligi dictum rigoroſum. Durandus de ſecundo dictum Thom. & alber. Dicit enim ſic ipſæ Pet. Omni ſacerdos habet clauem ſcientiæ ſicut & potẽtiæ, ideſt auctoritatem diſcernendi ſicut potentiam ligandi & ſoluendi, licèt multi non habeant ſcientiam debitam & ecõuerſo. Multi verò ſacerdotes habent ſcientiã qui non habent auctoritatem diſcernendi. Secũdi quidem ſine peccato, ſed primi cum peccato ſi hoc procurarent, alias ſi inuiti excuſati ſunt, ſi propoſuerunt impedimentũ, nec ſunt auditi. Munus n. ideſt officium iudicandi neceſſarium eſt. Et poteſt ad hoc compelli ſ. ad officium iudicandi & ad prælationem carẽs ſcientia, & tunc non peccat, ſicut in religionibus fieri conſueuit. Et quod dicit Greg. quod ſi indignus eſt, nõ debet obedire, & ſi dignus, debet obedire, intelligendum eſt de illo qui habet defectus qui ſunt iuris, videlicet irregularitas, & tunc non debet obedire, niſi ab eo per diſpenſationem moueatur, aliàs tenetur religioſus obedire, alioquin quilibet religioſus bonus qui reputaret ſe indignum refugeret, & ſic ſoli indigni promouerentur & ponerentur. Qui ergo non coactus ſponte accipit poteſtatem, ſiue prælationis ſeu audiendi cõfeſſionem, non habens ſufficientem ſciẽtiam peccat. Sed qui innitus & coactus non accipit, ſed ſuſcepit non peccat. Vnde ſine peccato ab inciſo haberi & ſuſcipi poteſt, ſed accipi non poteſt poteſtas iudicandi. Hęc Pet. Si tamen in eo eſſet tanta ignorantia quod omnino ineptus eſſet, quia nec etiam ſcit, quæ Thom. & Alber. dicunt ſupra credo quod nõ excuſaretur a peccato, etiam ſi ex obediẽtia iniuncta poneret ſe ad id ad quod eſt omnino ineptus cum periculo animarum.

§. 2. ¶ Vtrum autem confeſſor teneatur ſcire de omnibus quę ſibi dicuntur in confeſſione an ſint mortalia uel venialia. Henricus Boych in quolibet, reſponder diſtinguendo. Peccata ſunt in duplici genere. Quędam ſunt peccata, quia prohibita, quia ſi non eſſent prohibita non eſſent peccata, vt ſunt omnia quæ ſunt mere de iure poſitiuo, vt audire Miſſam de Dominica, ſemel confiteri & communicari in anno & huiuſmodi. Et talia tenetur quilibet confeſſor ſcire, niſi habeat cauſam rationabilem, quæ eum excuſet, vt ſi forte tempore prohibitionis erat in terra longinqua vel in carcere. Alia ſunt peccata non quia prohibita, ſ. ab homine, ſed quia de natura ſui mala ſunt, ẽt ſi non prohibeãt. Et horũ quędã ſunt capitalia, & iſta tenet qlibet cõfeſſor ſcire ſaltẽ in generali, ſ. q ſunt ſeptẽ

peccata.

peccata capitalia, ſ. ſuperbia, luxuria &c. Hæc enim ſunt quaſi elementa & principia quæ de neceſſitate oportet ſcire. Quædam autem peccata ſunt, quę ſunt ſpecies capitalium, ut illa quæ recipiunt horum prędicationem, ut fornicatio, ebrietas, & huiuſmodi. Fornicatio enim eſt quędam ſpecies luxuriæ, & ebrietas quædam ſpecies gulæ. Et horum peccatorum quę ſunt ſpecies, quædam quę ſunt quæ important malum de ſubſtantia ſui actus, eo ꝙ ſtatim nominata habent annexum malum, ut fornicatio. Et de talibus etiam confeſſor ſcire tenetur vtrum ſint mortalia vel non. Quædam autem de ſubſtantia ſui actus non habent deformitatem: ſed ex libidine facientis, ſicut cognoſcere vxorem propriam, quod non eſt peccatum de ſe, tamen poſſet cognoſcere cum tanta libidine ꝙ eſſet mortale, ut ſi eam cognoſceret etiam ſi non eſſet ſua. Et de talibus non oportet ꝙ confeſſor ſciat vtrũ ſint mortalia vel uenialia. Alia ſunt peccata quæ ſunt filiæ peccatorum capitalium, ut illa peccata quorum fines terminantur, & ordinantur ad fines capitalium, ſicut dolus & acquiſitio rei iniuſtæ. Et de talibus peccatis frequenter opiniones contrariæ ſunt inter doctores, & de talibus non tenetur ſimpliciter curatus nõ ordinarius ſcire vtrum ſint mortalia vel nõ. Curatus autẽ ordinarius, ut epiſcopus & archiepiſcopus & cæteri alii ſuperiores prędati tenentur ſcire, quia ipſi ſunt purgatores, & tenentur alios purgare, vel purgari facere perficere, & illuminare, & ideò tenẽtur nouum & uetus teſtamentum ſcire. Hæc ille. Caueat autem confeſſor ne ſit præceps ad dandum ſnam de mortali quando nõ eſt certus & clarus. Et ubi in aliqua materia sũt uariæ opiniones, quamplurium & ſolẽnium doctorum, utrum ſit licitum uel illicitum ſicut de non ſoluendo decimas, ubi nõ eſt de more, parati tamen ſemper ad dandum ſi eccleſia peteret, quod quidam dicunt eos in ſtatu damnationis, ut Inno. Alij ꝙ non, ut Beathus Tho. Ioã. An. & Archid. Et de exemptione iurium in monte Florentiæ, uel impræſtorum Venetiarum, quod quidam eſſe uſurã dicunt. Alii autem licitum dicunt, & de multas aliis huiuſmodi. Conſultat ſemper quod tutius eſt, ſ. ꝙ a talibus abſtineant, extra de ſponſ. iuuenis. Non tamen condemnet cõtrarium facientes, ſeu cõtrariam opinionẽ tenẽtes. Nec propter hoc deneget abſolutionem. Sed ut dicit Guil. dicat cõfeſſor ꝙ illud faciẽdo non eſt tutum, ſed dubiũ, & ideò ſibi bene prouideat. Si autem oĩno conſcientia cõfeſſoris dictaret illud eſſe mortale, nec poſſet conſcientiam deponere, quod tamen deberet ad cõſilium ſapientum, nullo modo debet facer contra conſcientiam, quia peccaret mortaliter 28. q. 1. c. omnes deinceps. § ex his. iuncta gl. Sed cum illud tale eſſet contra communẽ opinionẽ doctorum, & communiter ſic ſeruatur a ſapientioribus quamuis aliquem docto. audiret contrarium tenere, nõ de leui debet illi adhærere. Quomodo etiam quis debet deponere in huiuſmodi conſcientiã erroneam uel ſcrupuloſam, habes ſupra in 1. parte, ti. 2. c. De conſcientia.

¶ *De bonitate confeſſoris in ſe, & quomodo debeat ſe habere ad pœnitentem. Cap.* 17.

DE bonitate cõfeſſoris in ſe & in exercitio talis officii. ¶ Quãtũ ad tertiã partẽ principalẽ huius ti. dicit Aug. de pæn. diſ. 5. c. q̃ vult. §. ſacerdos, ante quẽ ſtatuitur omnis languor, in nullo illorum ſit iudicandus qui in alio iudicare eſt promptus. Iudicans enim alium qui eſt iudicandus condemnat ſeipsũ. cognoſcat igitur ſe & purget in ſe, quod videt alios ſibi offerre. Curret vt a ſe proijciat quicquid in alio damnoſum reperit. Animaduertat quod dicitur, qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidem mittat. Ideò enim liberauit Chriſtus peccatricem, quia nõ erat qui proijceret lapidem. Quomodo lapidaret qui ſeipſum lapidandum cognoſceret. nullus enim erat ſine peccato, in quo intelligit omnes fuiſſe reos, nam venialia ſemper remittebantur per ceri monias ſi quid ergo in eis peccatum erat criminale erat. Deteriores itaque in hoc ſunt ſacerdotes, ſe prius non ædificantes illis qui dominum obſeruabãt in ſidijs. Hæc ille. Secundum enim Thom. in quarto, & alios audiens confeſſiones cum cõſcientia mortalis, ſ. peccati mortaliter peccat. Tamen effectum ſacramenti confert cum ſacramento. Si non eſt præciſus vel ſuſpẽſus, quantumcumque alias malus. Vnde Aug. 1. q. 1. Dictũ eſt a domino in numeris ad Aaron. Vos ponite nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego dominus benedicam vos, vt gratiam traditã per miniſterium ordinati tranſfundant hominibus, nec voluntas ſacerdotis prodeſſe vel obeſſe poſſit, ſed meritum benedictionem poſcẽtis. Quod autem dicitur eadem. q. Remiſſionẽ peccatorũ auari nõ dãt & ſimilia, intelligit ſecundũ glo. vel ſimpliciter de pręciſis, vel intelligãt de tolleratis, tales non dant ex merito vitę. i. nõ ſunt digni dare

Io. 8.

¶ Debet

§.1. ¶Debet autem præcipue duo habere, ſ. timorem, vnde fiat circunſpectus, & zelum animarum, vnde ſit ſollicitus. Quantum ad primũ conſiderare debet, quia ipſæ eſt, ut mare æneũ in templo domini, ubi lauabantur animalia offerenda in ſacrificium, vnde ex immundiciis a quibus illud abluebat efficiebatur immundum. vnde Greg. in paſt. d. ꝙ fit plerunque, ut animus paſtoris audita tẽtatione ouis & ipſe tentetur, & ideo cum timore & tremore debet poni, non ſe ponere, & ingerere, & cũ leuitatibus, & riſibus ibi ſtare. Vnde in figurã Moyſes, ut habetur Exo. 38. fecit labeũ æneũ de ſpeculis mulierum, in quo lauarentur ſacerdotes ſancta ſanctorum ingreſſuri, & ſignificat ſcripturam vbi ſunt exempla ſanctarum animarum, ad quam ſæpe debet inſpicere ad videndum maculas ſuas, & intelligendum inſidias diaboli. Vnde ſubdit Greg. ubi ſupra. Hæc nequaquam timenda ſunt paſtori, quia tanto citius quis liberatur a ſua, quanto magis fatigatur aliena. Quantum ad zelum dicit Greg. ꝙ nullum ſacrificium eſt Deo, ita acceptum, vt zelus animarum. Et fructum huiuſmodi oſtendit Iac. 5. ubi poſt promulgationem confeſſionis dicit. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ ſuæ ſaluabit animã eius a morte operit multitudinem peccatorum. Non minus trahuntur animæ ad Deum per confeſſionem quando diligenter fit quã per prędicationem moderno tempore, ut experientia docet. Debet igitur non tardare qñ vocatur ad huiuſmodi.

Nota cõ feſſor.

§.2. ¶Quomodo autem habere ſe debet ad pœnitentiam oſtendit Aug. de pœn. diſt. 6. c. 1. poſt medium dicens Diligens inquiſitor, ſubtilis inueſtigator, ſapienter & quaſi aſtutè interroget a peccatore, quæ forſitan ignoret, aut præ verecundia velit occultare. Cognitio crimine varietates eius non dubitet inueſtigare, & locum & tempus, &c. Quibus cognitis adſit benuolus paratus erigere, & ſecum onus portare habeat dulcedinẽ in affectione, pietatem in alterius crimine, diſcretionem in uarietate, adiuuet confitentem, orando & alia bona pro eo faciendo. Sed iuuet leniendo, conſolando, ſpem promittendo, & cum opus fuerit ẽt increpando, doleat loquendo, inſtruat operãdo. Sit particeps laboris ſi vult fieri particeps gaudii, doceat perſeuerantiam. Hæc Aug. Ex his uerbis Aug. patet, quod non ſufficit confeſſorem audire quæ ſibi dicuntur a confitente, & de aliis ipſum interrogare niſi eſſet perſona bene in his perita, & conſcientiata, quæ ſufficienter ſcit dicere oportet. Sed cum perſonæ communiter ſint groſſæ in iſtis, etiam ille qui ſunt in aliis negociis mundi, vel ſcientiis acuti, ideò permittendum eſt dicere unicuique quod vult, & ordine quo vult. Et de peccatis quæ per ſe ſufficienter dicit, non eſt iterum interrogandum ne moleſtetur, in quo non oportet. Sed ſi aliquid non bene intellexiſſet, præcipue de moralibus facere debet ſibi declarare, vt intelligat. De his autem quæ non plene dixit, puta quia non dixit circunſtantias neceſſarias, vel numerum, & huiuſmodi eum interrogare debet, ut plene dicat quantum eſt neceſſarium. De illis uerò peccatis quæ non dixit, nec ſcit dicere, interrogare debet ipſum.

§.3. ¶Secundum Ry. & Hoſt. in ſum. Interrogationes fieri dicunt de ſeptem uitiis capitalib. & eorum ſpeciebus, & filiabus, de quibus diffusè habes, ſupra in 2. par. per totum. Non tñ debent interrogari omnes de oĩbus, ſed plus & minus ſecundum conditionẽ perſonarum. Sicut autem qui confitetur non habet neceſſe tenere magis unum ordinem quàm alium dicendo peccata ſua. Ita nec confeſſor interrogando. Tamen ad melius memoriæ commẽdandum, de quibus debet interrogare, & de quibus iam interrogauit ne amplius habeat replicare congruum eſt tenere aliquem ordinem. Et ſi placet interroget de decem præceptis, & deinde de uitiis capitalibus. Decẽ præcepta continentur in his uerſibus. Vnum colę Deum, nec iures uana per ipſum. Sabbata ſanctifices, & uenerare parentes. Non occiſor eris, fur, mecus, teſtis iniquus. Alterius thorum, non rem cupias alienam. Aliquam declarationem horum habes ſupra in 1. par. titu. 1. c. 2. Septem uero uitia capitalia continentur iſto verſu, in vna dictione. Vt tibi ſit uita, ſemp ſaligia uita. In illa dictione. Saligia ſũt ſeptem literæ a quibus incipiunt nomina ſeptem capitalium uitiorum. In 5. intelligitur ſuperbia, ſub qua compræhenditur uana gloria. In, a, auaritia. Iu, l, luxuria. In, i, inuidia. In, g, gula. In, i, iracunda. In, a, accidia. Sed an tequam iuterroget de peccatis, prius quæret de excommunicatione maiori, & ſi inueniet eum ſententia aliqua irretitum, niſi habet auctoritatem ſuper hoc abſoluat prius. Si non habet remittat ad eum qui poteſt abſoluere. Thom. dicit in interrogationibus confeſſor tria debet ſeruare. Primum eſt, ut non interroget omnes de omnibus, ſed interrogen tur perſonæ de peccatis quæ conſueuerunt reperiri in hominibus illius conditionis, & ſtatus, ut ſtipendiarii de rapinis & incendiis.

Interro gãs tria ſeruet.

Clerici.

Clerici de symonia, & horis omissis. Adolescentes de luxuriis, & huiusmodi. Vndea principio confessionis decet interrogare confitentem de conditione sua, de exercitio, de statu an clericus, vel laicus, solutus, vel coniugatus, & huiusmodi, vt inde prudentius possit formare interrogatione, & quantum tempus est quod fecit vltimam confessionem, & si fecit pœnitentiam sibi iniunctam, & vtrum in statu peccati mortalis. Secundum quod debet seruare confessor est, vt interrogentur ipsi peccatores a remotis de peccatis in genere, & non in vltima specie, & modo peccandi subito ne si nesciebat tale peccatum, addiscat, & sic ducatur in tentationem. Verbigratia. Si fatetur se commisisse vitium luxuriæ, non statim quærat sacerdos, si seipsum manibus suis polluit, & huiusmodi, sed interroget de modo, seu cum quibus, & huiusmodi. ¶ Tertium est in peccatis carnalibus, non descendat nimis ad particulares circunstantias non necessarias, quia hoc est seipsum in tentationem inducere, & adinuentiones peccatorum docere eos qui ignorant, & aliquando postea talia referuntur in plateis, in scandalum, & in derisum sacramentorum & sacerdotum, ut verbigratia. Si vir fatetur mulierē polluisse extra vas debitum non vlterius quærat sacerdos in qua parte corporis, & quomodo, tam enim habet vltimam speciem peccati, alias ergo turpitudines quas miseri homines inueniunt ipsimet si volunt exprimant.

§.4. ¶ Sed nota quod confessor non solum debet interrogare de mortalibus, sed etiam de circunstantiis quæ aggrauant vel alleuiant. Vnde Innocen. in decret. Omnis utriusq; sexus, de pœ. & re. sic dicit. Sacerdos sit discretus, & cautus, ut more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus fauciati, diligenter inquirens, & peccata & circunstantias peccatorum quibus prudenter inquisitis, intelligat quale ei debeat præbere consilium, & cuiusmodi remedium adhibere diuersis experimentis vtendo ad sanandum ægrotum. Hæc ibi. Ad idem facit quod dicit Aug. de circunstantiis peccatorum de pœ. dist. 5. Consideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseuerantia, in varietate personæ, & qualiteci: hoc tentatione, & ipsius uitii multiplici executione. Omnis ista varietas confitenda est & defletida. Dolendum est non solum quia peccauit, sed quia se uirtute, & gratia priuauit. Doleat aliorum uitam in sua fuisse corruptam, scilicet exemplo, & commodū quod dedisset proximo exemplo boni. Doleat de tristitia quam peccando bonis intulit, & de lætitia quam eis non adhibuit. Hæc Aug. quæ intellige secundum quod declaratur hic. Et illas quidem circunstantias quæ trahunt, peccatum in aliam speciem de necessitate oportet necessario confiteri, secundū Thom. & Pet. & alios doc. alias enim circunstantias confiteri cum sint venialia perfectionis est non necessarium. Pet. de Pal. dicit in 4. distinct. 16. quod numerus circunstantiarum comprehenditur hoc versu. Quis quid vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando. Ray. addit octauam, scilicet quotiens. Et ubi in versu dicitur, quibus auxiliis, ipsæ dicit, per quos quotiens. Dicitur ergo quis pro varietate personæ status ætatis, sapientiæ, ordinis, & & sic fuit grauissimum peccatum Adę, quia quanto gradus altior, tanto casus grauior, & ingratitudo maior. Quid utrum malum, quia prohibitum, vel ex genere suo, vtrum mortale, vel veniale, vtrum occultum vel manifestum. Et quantum ad hanc conditionem grauius fuit peccatum Cayn, quam Adæ. Quantitas enim generis homicidii gravior est quam gulæ, vel superbiæ. Vbi quia in loco sacro grauius peccatur. Per quos, quia traxit alios ad peccatum, quod proprium est diaboli, vel quos posuit mediatores ad malum perpetrandum, quia peccatorum illorum est particeps, vel cum quibus pro quibus & contra quos. Quotiens non solum quantum ad consuetudinem, sed etiam quantum ad numerum, qui numerus refertur ad actionem, non ad obiectum actionis, verbigratia. Si homo iniusta contrectatione accipiat saccum plenum mille florenis vnum furtum est. Si autem tres florenos accipiat diuersis etiam temporibus & actibus successiue, erunt tria furta, quia in ipso actu essentialiter est peccatum. Et ideò non potest esse vnum in pluribus actibus. Cur, an ex infirmitate vel ignorantia, vel electione, vel quali intentione fecerit, & quia mortalia trahunt speciem ex fine, ideo diligenter hoc est explicandum, qui enim furatur, vt mechetur, magis est dicendus mechus quam fur. Et tamen vnum peccatum in vno actu, sed habens plures deformitates. Quomodo naturali modo vel innaturali, quia semper grauius in eodē genere agendo quam patiendo. Quando si in sacro tempore, ut diebus festiuis, vel alio tempore, & de perseuerantia in peccato.

Circunstantias cōfiteri.

Primo.

Secūdo.

Tertio

Quarto

Quinto

Sexto.

Septimo

Octauo

¶ Ad declarationem autem huiusmodi quando, scilicet circunstantiæ sunt confitendæ, sic §.5.

dicit

Circunstantię quintuplices

dicit Pet. de Pal. Circunstantiæ sunt in quintuplici genere. Primæ sunt quæ nec alleuiant nec aggrauant, sicut ille qui non important aliquam conuenientiam vel disconuenientiã ad rationem, nec ex se nec ex suppositione, sicut furari cum dextera uel sinistra. Et istas cõfiteri est superfluum. Secundæ sunt quæ alleuiant quæ important conuenientiã, ut facere malum ex bona intentione uel ignorantia. Et istas confiteri est imperfectum, nisi quis timeret scandalum confessoris. Tertię sunt quę important disconuenientiam ex suppositione, ut furari multum. Et istas quia peccatum aggrauant confiteri est perfectum, nisi pp̃ sui periculum vel confessoris, vel tertii. Sed quia non mutant speciem, nec aggrauant in infinitum non est necessarium eas cõfiteri secundũ Tho. Sed Pe. dicit, q̃ quamuis ista sit communis opinio, tamen tutior est alia, s. quòd confiteatur eas, s. cum notabiliter aggrauant, vt furari centum florenos, multo granius est q̃ furari vnum. Sunt quartæ quæ aggrauant, & mutant speciem, non tamen in infinitum grauant, & mutant, ut quando vtrunq; est venale, vel qñ primũ est mortale, secundũ ueniale, vt in speciebus gulæ, quarum vna aduenit alteri, & sunt qñq; veniales, qñq; mortales. Et istas confiteri non est necessariũ. Nec illud est contra hoc quod dicit Tho. & alii communiter, s. q̃ quæ mutant speciem sunt necessario cõfitẽdæ, qa loquũtur de illis quæ sunt mortalia. Ratio autem quare non est necessarium eam confiteri est, quia circunstantia est confitenda necessario, non quia mutat (ut patet in veniali,) sed quia mutat in infinitum, ut patet in mortali. Sed circunstantia non mutans in infinitum, quia intendit pœnã, & non extẽdit. Extensio. n. est infinita, nec põt crescere. Sed intentio est finita, & semper potest crescere. Nulla ergo talis quæ non mutat seu aggrauat in infinitum, est necessario cõfitenda. Quintæ mutant & aggrauãt in infinitũ, ut qñ actui ueniali, puta ut lautè, & studiosè præparationi addit ebrietas, vel notabilis anticipatio horæ in ieiunio sine causa. Sed utrum religioso sit mortale qnod alteri est veniale, dicẽdum q̃ non, ut uerbũ occiosum, & hmõi, nisi speciem mutaret, quia nubere uel uelle nubere quod secularibus non est peccatũ si hoc fiat causa prolis generandæ, uel ueniale propter voluptatẽ, est religioso professo mortale, pp̃ uotũ, ẽt clerico ordinato, quia sacrilegium est. Nõ aũt primi motus furti, uel inuidiæ, qa nullus uouet se non habituri primos motus, qui nõ sunt in nr̃a potestate. Hęc Pet. de Pal.

¶ Et no. secundũ Tho. in quadã epist. q̃ circũstantiæ ille dñr trahere peccatũ ad aliud genus, & iõ de necessitate cõfitendæ, q̃ hñt specialẽ repugnantiã ad aliq̃d p̃ceptorũ diuinæ legis. Sicut furtũ simplex repugnat huic p̃cepto. Nõ furtũ facies. Si uero fiat furtũ in loco sacro circunstantia loci hẽt repugnantiam ad aliud præceptũ qd est de veneratione sacrorũ, & sic addit noua species peccati, & sic de aliis. Dicit Nic. de Lira super Exo. q̃ peccatũ mortale commissum die festo habet specialem repugnantiã ad aliud præceptũ de sãctificatione sabbati, quia magis est opus seruile, opus peccati, q̃ opus manuale. Opus autem seruile ibi prohibetur, & sic mortale vltra propriam deformitatẽ suæ materiæ, ex eo q̃ cõmittitur in festo hẽt aliam deformitatem ex ista circunstantia, quam oporter cõfiteri. Et in fine dicit idem Tho. ubi supra, q̃ illud q̃ dicitur circũstantias non trahẽtes peccatũ in aliud genus seu speciem non esse de necessitate confessionis, non est referendum ad numerum peccatorum, & eiusdem speciei, quia numerũ confiteri tenetur si põt, quia non est unũ, sed multa, & hæc nota diligenter. In 4. di. 16. q. 3. art. 2. q. 4.

¶ Not. 2. q̃ ex quo cogitatio cũ deliberatione rationis in actum peccati mortalis, s. deliberando illum actum agere, ẽt absq; opere, sit peccatũ mortale. Iõ ad singulas peccatorũ species post peccata operis, interroga ẽt de peccatis cogitationũ illius peccati, & de peccatis oris. Et cum opus alicuius, & deliberatio mentis ad illud agendum absque opere, sit eiusdem speciei specialissimæ, sed differt secundũ magis & minus, uel perfectum & imperfectũ, qnia. s. maius peccatum est in opere q̃ in sola cogitatione, ideo ẽt de circunstantiis hmõi cogitationum interrogandum est, puta si dicit pœnitens se consensisse cogitationib. luxuriosis, quia hoc potest esse multipliciter, & in diuersis speciebus, iõ interrogetur de qualitate ipsarum cogitationum, ut si deliberauit tale peccatũ committere cum soluta, quia tunc fornicatio est si ipsę solutus est, aut cum consanguinea, quia tunc incęstus est, aut cũ coniugata, quia tunc adulterium est. Et sic de aliis speciebus luxuriæ, & aliorum uitiorum. De peccato cogitationis.

¶ Pro aliquali declaratione prædictorũ. Nota quòd dicit Tho. 1. se. q. 72. quòd p̃cẽ diuiditur p hæc tria. s. peccatũ cordis, oris, & operis nõ sicut p diuersas species completas, sicut differunt specie, bos, leo, & capra, sed sicut p diuersos gradus peccati, sicut domus diuiditur in fundamentum, in parietes, & tectum, sicut in species incompletas. Consumma- §6.

tio igitur peccati est in opere. Vnde peccatum operis habet spēm cōpletā, sed prima inchoatio eius est quasi fundamentū in corde. Secūdus gradus eius est in ore secundū, ꝙ habes in mente prorumpit facile ad manifestandū conceptum cordis. Tertius gradus est in consummatione operis. Patet ergo ꝙ hæc tria ꝓtinent ad vnā perfectā speciem, cum ab eodē motiuo procedant, Iracundus enim ex eo, ꝙ appetit vindictam prius turbatur in corde, secundo in verba contumelioſa prorumpit, tertio procedit ad facta iniurioſa, ut percussionem, & huiusmodi, & sic de aliis quibuslibet, vt luxurioſa auaritia, &c. Nec tamen sic intelligendum est peccata cordis esse species incompletas, quasi non sint mortalia, immo qñ est in eis consensus deliberatiuus ad actus q̄ de se sunt mortalia peccata, tales cogitationes sunt peccata mortalia, etsi non ita grauia sicut peccata operis (ut dictum est.) Et quando sunt simul cogitatio cum locutione, & opere, vnum peccatum, vt patet de luxuria, & aliis peccatis. Quando verò quodam tempore deliberat fornicari, & alio tempore diuerſo, & distanti fornicatur, sunt duo peccata mortalia.

¶ *Regulæ quibus cognoscitur peccatum mortale a veniali. Cap.* 17.

AD cognoscendum quando peccatum ex sui natura est mortale vel veniale. Notā dæ sunt quinque regulæ. ¶ Prima regula est quam amor vel affectio ad aliquā creaturam. s. se vel aliam tm̄ crescit, vel est tā magnus, ꝙ in eo constituitur vltimus finis, idest ꝙ nec actu nec habitu ordinat illā creaturā, aut eius dilectionē, aut ēt seipsum secundum Deum, & vellet cum tali creatura contentari, & nō curaret Deum offendere, aut eius præcepta transgredi ꝓp illam creaturā, ita ꝙ ibi est aliqualis contemptus Dei, si nō est formalis, tamen est interpretatiuus, & est fruitio creaturæ, quia præponitur creatura Deo. Vnde cū aliquis uellet cum creatura semper manere, non curando de æterna beatitudine, licèt nō sint semper rudes de hoc interrogandi, vel tēptandi, tm̄ talis amor creaturæ semper est peccatum mortale. Qñ aūt aliquis diligit aliquam creaturam magis q̄ Deum, sed ꝓp hoc nollet Deū offendere, aut eo carere, nec eius amicitiā perdere, talis amor creaturæ, nō est peccatū mortale. ¶ Secūda regula satis cōcordat cū ꝓcedenti, s. cū notabiliter contra dilectionem proximi aliquid cōmittit, tūc est mortale peccatū, qñ verò non, tunc est veniale. Qñ verò aliquid fit contra dilectionē Dei, pōt attendi penes hoc, ꝙ repugnet & charitati, uel amicitiæ q̄ debemus ad Deum habere sup̄ omnia. Qñ aūt aliquid fit contra dilectionē proximi pōt attendi penes ipsa præcepta legis naturæ. s. qđ tibi non uis fieri alteri ne facias, & quod tibi rōnabiliter, & ex debito vis fieri alteri facias. Et pōt ēt attendi penes scandalum actiuum, qđ ego infero proximo meo per mala exempla, sed inquantū importat aliquā cōtra dilectionē, vel quantum sit illud scandalum ad hoc, ꝙ sit mortale, non præcisè determinātū est, quia in modico facere contra proximū, aut in paruo scandalizare nō est mortale, vnde quilibet attendat seipsum quid sibi vellet fieri, & quid sibi nollet fieri, & per quod factū, & non factum soluere inter se, & proximū suū amicitiā quam simul habent. ¶ Tertia regula quando omittuntur contra præceptū Dei, & ecclesiæ vel legis naturæ, uel ſupioris, quæ præcepta sunt de necessitate salutis, uel contra uotum publicū, vel priuatum, uel cōtra iuramentū licitum, & tūc est mortale peccatum, qñ uero citra tunc non est mortale. ¶ Quarta regula, cum aliquid fit, vel committitur, vel omittitur contra conscientiam uerè vel falsè dictantem aliquod peccatum mortale, vel contra conscientiam formidantem probabiliter, vel dubitatiuè, an aliquod peccatū sit mortale, tunc semper est mortale si cōscientia non sit sufficienter instructa. ¶ Quinta regula de actibus intus manētibus, quādo quidem solam habet cogitationem de aliquo quantumcunque turpem, vel malam absque complacentia seu delectatione uel consensu, tunc nunquam est peccatum mortale, sed vel veniale uel nullum. Quando verò est consensus in actum qui esset peccatum mortale, tūc semper est peccatum mortale, quia Deus uoluntatem pro facto acceptat. Quando autem cum cogitatione, aut cōplacentia est delectatio morosa in aliquo turpi specialiter in libidinosis, tunc est mortale secundum dictum Auguſt. Esto quòd non sit consensus in actū secundum hoc dictum Auguſt. sed in solam morosam delectationem. Idem iudicium est de interioribus, sicut exterioribus peccatis. Ad quod facit distinctio supra posita de sensualitate, & ratione, & de peccatis præuenientibus, & sequentibus deliberationem. Applicando igitur septem vitia capitalia quæ non semper sunt mortalia, sed sunt malæ radices in homine ex quibus oriuntur peccata venialia.

Prima.

Secūda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

¶ Quod

¶ *Quod debet seruare & scire confessor vtilia & necessaria in ipso exercitio confessionis. Cap. 19.*

DE quibusdã quæ honestũ & bonũ est cõfessorẽ seruare in ipso exercitio audiẽdę confessionis vltra excõmunicationẽ iuris cõmunis, vt sciat confessor si pœnitẽs incidisset in sententiam constitutionis sinodalis, ideo inuestigare debet cõstitutionibus illius dioecesis, si quas haberet, vel etiam prouinciæ uel forte a legatis ut possit melius pœnitentibus prouidere. ¶ Diligenter quærat de numero peccati idest quotiens incidit in istud vel illud, quia cõmuniter homines istud leuiter transeunt, & de circunstantiis non necessariis, & de peccato quod alteri rite iam confessus est non quæras, cum non teneatur nisi in casu in quo teneretur confessionem iterare. Et de his plene habes supra immediate præcedenti c. §. 3. Et non solum in peccatis opere perpetratis quære, sed de peccatis cordis, quæ personæ paruipendunt, & de numero ipsorum. Et quia secundum Thom. prima secundæ. Peccatum cogitationis & operis in eadem materia sunt vtiius & eiusdem speciei, sed differunt secundum magis & minus, quia scilicet peccatũ operi, est grauius quam peccatum cordis, ideò interrogandũ est etiam de specie & circunstantiis necessarijs peccatorum cordis, verbi grata. Si dicit se in mente solum deliberasse mulierem cognoscere, interrogandum est vtrum mulierem solutam vel nuptam vel virginem & in qua die & huiusmodi, quia ista faciunt istud peccatum diuersæ speciei. Item si mulier est, facias eam ex transuerso stare, nec in faciem eius aspicias, quia facies earum ut uentus urens est, dicit propheta. Sed nec decet frequenter in vultum uiri aspicere, ne facias eũ erubescere ultra quam oportet, Virosq; graues & sapientes dulcius & vrbanius oportet reprehendere, rusticos grossos ac idiotas durius ne primi dedignentur ex asperitate uerborum, & secundi peccata paruipendant ex lenitate sermonis. Stimulatos ex dolore & desperatione quantumcunque peccatata cõmissa sint grauia confortare, & animare expedit exempla inducendo Dauid Magdalene, Pauli, latronis, & huiusmodi. Induratos & se excusantes aggraua re mala eorum ostendendo periculum exempla Adam, Saulis, & Iudę, & huiusmodi. Nota etiam secundum magistrum Vmber. in libro scilicet de officio ordinis scilicet fratrum prędicatorum, quod illorum confessiones prius & libentius audirĩ debẽt qui magis indigere putantur, vel quia raro uenire solent vel qui sunt extranei, vel qui sunt in maiori statu, vel de quorum confessione maior utilitas secutura speratur. Idẽ dicit audiendo mulieres, caueat ne nisi in publico audiat, & nisi ab aliquo uel aliquibus videatur, nec multum immoretur, nisi quãtum necessitas confessionis requirit. Et eis quæ nimis frequenter confiteri volunt, assignet certum tempus extra quod ipsas non audiat, nec aliis colloquijs se eis exponat. Et sẽper uerbis duris & rigidis utatur circa illas potius quam mollibus. Hęc ille. Et hoc est cõtra illos qui quotidie audiunt mulierculas & faciunt eis longas prædicationes. Vnde amittunt multum temporis, & scandalum communiter sequitur in ipsis & in populis.

¶ *De pœnitentia iniungenda a confessore. Cap. 20.*

DE pœnitentia seu satisfactione iniungenda a confessoribus. ¶ Nota quod ꝑ quolibet peccato mortali esset regulariter septẽnis pœnitẽtia imponẽda, ut habetur 22. q. 1. Prædicandum in glosa, & 33. q. 1. Hoc ipsũ §. sequenti, quod seruabatur antiquitus. Et ista septemnis pœnitentia magis uel minus aspera secundum maioritatem & minoritatem criminum & circunstantiarum & compunctionem erat quia (ut dicit Hiero.) Apud Deum non tantum ualet mensura temporis quam doloris, nec tantum abstinentia ciborum quam mortificatio criminum, de pę. di. 1. mensurã. Sed hodie omnes pœnitentiæ sũt confessoris arbitrio taxandæ, consideratis circunstantijs personarum & criminum, & huiusmodi extra eo. Deus qui. Dicit etiam Leo papa. 26. q. 7. Tempora pœnitudinis habita moderatione tuo arbitrio, sunt constituenda prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos. Ray. Guil. & spe. in repertorio hoc tenent, & generalis consuetudo hoc habet. Nec est cõtra quod di. Greg. de pę. di. 5. vide licet falsas pœnitentias dicimus quæ non secundum auctoritatẽ sanctorum patrum pro qualitate criminis imponuntur. Hoc enim intelligunt secundum Ray. cum sine causa rationabili dimitterentur pœnitentiæ antiquitus taxatæ. Nam ultra illam communem pœnitentiam septemnem pro quolibet mortali in genere ponuntur aliꝑ pœnitentię maiores uel minores pro certis peccatis prout habetur in diuersis c. decretorum quæ quia com-

muniter non dantur, ideo omitto ponere. Si uis eas uidere quære in summa confes. lib. 3. tit. 34. de pæ. & re. q. 125. ubi 46. casus de huiusmodi. Est autem satis rationabilis causa non dandi huiusmodi pœnitentias indispositio pœnitentium etiam quia aliquando non sufficeret tempus uitæ. Nam ut dicunt Ray. & Host. debet confessor dare talem pœnitētiā quam credat verisimiliter illum implere, ne ipsam uiolando deterius ei contigat. Quod si magna peccata commisit & dicit se pœnitere, sed non posse aliquā duram pœnitentiā agere, animet, eum ad hoc confessor, ostendendo ei grauitatem peccatorum, & per consequens pœnarum & pœnitentiarum sibi propter ea debitarum, & sic tandem iniungat ei pœnitentiam quam libenter suscipiat. Et si sacerdos nō potest gaudere de omnimoda purgatione eius, saltem gaudeat quod liberatū a gehenna transmittit ad purgatoriū. Itaq; vt inquit. Host. confessor nullo modo debet permittere peccatorem desperatum recedere a se ar. 16. q. 6. Præsbyter, sed potius imponat ei unū pater noster, vel aliud leue & quod alia bona quæ fecerit & mala quę tolerauerit sint ei in pœnitentia, concor. Tho. Hoc tamen sane intellige, uidelicet quia si alias ipsum pœnitet, & paratum dicit se facere quod debet, sed onus pœnitentię dicit nō posse sufferre, tunc propter hoc quantumcunque deliquerit nō debet dimitti sine absolutione ne desperet. Et dicit Petr. de Pa. in 4. quod debet confessor cum minorem pœnitentiam debito imponit innotescere ei, quod illa imposita non est condigna, ne decipiatur putans ipsam sufficere, sed qđ debere pro quolibet mortali septē nam agere pœnitentiam, quam si hoc non faciet, luet in purgatorio, ut tamen credere per istam declarationem illum incidere in desperationem non debet sibi hoc dicere. Sed si dicit se non posse dimittere odium uel cattē uiuere, uel alienum cum possit non uelle restituere uel attem dimittere, quam sine morali exercere nō potest uel aliquid huiusmodi, talis nullo modo debet absolui, secundum Tho. & Pe. de Pa. & alios. Quia ut dicit Gregor. 11. q. 3. Tunc est uera absolutio sacerdotis, cum interni sequitur arbitriū iudicis ideſt Dei qui nunq̄ absoluit impœnitētē de pæ. di. 1. Neminem. Sacerdos aūt nullā debet committere falsitatē in sacramētis ueritatis. Vnde & de pæ. di. 5. dicit. Fratres nros admonemus ut falsis pœnitētijs aīas laicorū decipi nō patiantur. Falsas aūt pœnitētias dicimus cum sic agit de uno, ut nō recedat ab altero, uerū

Mota cō fessor.

etsi talis purē vult cōfiteri, debet audiri cōfessio eius, ut dicit, extra de pæ. & re. q̄ quidā, & debet sibi aliqd iniungi, nō absoluēdo eū & declarādo, quod nō pp hoc credat se absolutū, sed tn saltem satisfacier mādato ecclesiæ de confessione annuali, & hortetur eū, ut faciat omne bonum quod potest, vt Deus cor eius illustret ad pœnitētiam, vt dicitur de pe. di. 5. falsas. Et sic non est dimittendus sine cō fessione ne desperet. Quod si insistet pro absolutione ostendendo scandalum & desperationem si non absoluatur, nullo modo debet ei assentire, sed declarare quod fieri non potest nec iuuaret eum. Et si permanet in scandalo non est curandum, quia est scandalum phari sæorum 11. q. 3. Inter verba.

¶Imponēdo pœnitētias ne vilescat auctoritas ecclesię arbitret cōfessor, & ne potestas clauium cōtemnet, de pæ. di. 2. c. Sunt q arbitratur 50. di. c. absit, & c, Siquis præpostera, minus malū est si pure cōtingat errare dādo nimis paruā q̄ in dando nimis magnā, ut dicit Chryso. 26. q. 7. Allegāt, qa ut ibi dr. Melius est reddere rōnem Deo de nimia misericordia q̄ de nimia seueritate. Si. n. benignus est dominus, ut qd sacerdos vult videri austerus exemplū habemus in Christo, vt dicit Ray. qui nullī unquam imposuit graue pœnitentia, sed dixit vade & noli amplius peccare. Et ad hoc per maxime debet attendere confessor, excidere ab ea causas & occasiones peccatorum, puta si conuersatio eius est cum aliquo, vel aliqua quæ est ei occasio ruinæ debet imponere sibi q̄ dimittat familiaritatem eius si potest & huiusmodi, de pœ. di. 3. Satisfacere. Aliquando imponere ei mutationem loci, quæ est sibi ad scandalū si pōt fieri dist. 81. valet. Aliquando tamen res sic se habent qđ fieri nō possunt. ¶Itē imponenda est pœnitentia per cōtrarium ad malum qđ commisit, secundum Ray. vt superbo opera humilitatis, auaro opera eleemosynæ, guloso ieiunū, qa cōtraria cōtrarijs curātur de pæ. di. 2. c. 1. qđ intellige si crederet illū posse vel uelle facere, hoc est. n. ad bene esse imponere ista magis q̄ alia. Itē si est negligēs ad audiēdum verbum Dei, scđm Io. pōt ei iniūgere q̄ audiat certū numerum prædicationum. Debet etiam cauere ne det talem pœnitētiā per quā fiat alteri præiudicium, putat si seruo iniūgitur longa peregrinatio uel ieiunium prolixum, dns eius inde reciperet detrimentum de seruitio suo, si imponeret uxori ut daret multas eleemosynas de bonis viri si paraphernalia nō habet. ¶Item p peccato occulto nō

§. 1.

est ma-

est manifesta pœnitentia iniungenda, s. talis vnde posset aliqua peccati commissi suspitio oriri. Item no. secundum Io. And, super clem. Dudum, de sepul. super verbo audire, q̃ prius debet sacerdos iniungere pniam q̃ facere absolutionem a peccatis, quod probat ex ipso tex. cle. quæ prius ait de pœnitentia iniugenda, & postea de absolutione, tum ēt ex ratione probat, quia cum absolutio sit cōplementum, & forma in pœnitentia, prius debet esse satisfactio, quæ est, ut pars materialis pœnitētiæ saltem in actuali proposito, ut expressa satisfactione, quæ debet imponi per sacerdotē, eam pœnitens acceptet, sicut cōfessus est, & dō luit, & inde sequitur absolutio. Sed cōtrarium dicitur, extra de cēs. c. fi. Vbi dicitur, q̃ archiepiscopi possunt in visitatione absoluere, & pœnitētias imponere, ergo hoc de necessitate nō procedit. Vnde apud multos est consuetudo q̃ prius absoluatur & pœnitentia iniungitur, quomodocunque fiat vel ante., vel post sufficit, præsupponit enim confessor illum habere propositum faciendi quòd sibi iniunget cum ipsum pœniteat. ¶ Item secundum Io. si pœnitentem absoluis, cuius confessionē audisti, absoluas etiam eum, a pœnitentijs oblitis iniunctis ab aliis sacerdotibus, & si aliquarum pœnitētiarum iniunctarum memor sit quas nō impleuerit si iudicaueritis expediens commutes eas, nisi sit in casu a quo non possēs absoluere. De permutatione pœnitentiæ habes, supra titu. 14. c. fi. ubi multa de satisfactione. Cautum est etiam declarare sibi uel permittere, quòd si aliqua die, vel ex negligentia, vel obliuione omitteret pœnitentiam iniunctam, puta ieiunium uel orationes, & huiusmodi, quòd possit supplere alio die. Item secundum Pe. de Pa. Consulendum est diuitibus, & nobilibus quòd quærant participationem bonorum, quæ fiunt in religionibus, vbi & sunt plures pœnalitates quàm alubi, & magis acceptæ Deo, & quòd in pœnitentiam imponatur eis non solum quæ faciant per seipsos, sed & quæ per alios uel ab aliis procurabunt, & omnia quorum specialiter sunt participes.

§. 2. ¶ De confitenti autem qui non confitetur aliquod mortale quod nouit de eo confessor ex eo quia non reputat illud peccatū. Dicit Cos. in quodlibet. 9. quòd si est certum illud esse mortale, tunc quicunque confessor debet ei facere cōscientiam de eo, cum confessor ordinetur ad utilitatem eius, sed vtilitas eius est q̃ sciat statum suum, nec debet eum absoluere. sed reputare eum indispositum ad recipiēdum absolutionem dum manet in tali statu. Sed si dubium sit utrum sit peccatum mortale, & opiniones sunt iter magistros, sicut vtrū sit licitum emere redditus ad vitam. Tunc autem confessor est ordinarius eius, ita q̃ tenetur audire confessionem eius, & tunc si sit illius opinionis quòd illud non sit peccatū, debet eum absoluere simpliciter. Si autem credit quòd sit peccatum debet ei cōscientiam facere, quòd confitens diligenter se informet de illo facto utrum sit peccatum. Sed dato, q̃ ille non vellet cognoscere illud esse peccatum nihilominus, ex quo est ordinarius tenet eū absoluere, nec reputare eum inhabilē ad absolutione, quia ex ratione, & non propter uia hæc opinio est. Ordinarius autem in absoluendo debet sequi commune iudicium ecclesiæ non suum. Si autem sit confessor de legatus qui in nullo tenetur confitenti nisi uelit, si credit illud esse mortale non debet eum absoluere, quia ex mera voluntate dependet, ut absoluat uel dimittat, debet enim sequi in absoluendo proprium iudicium, & peccaret absoluendo. Hæc Goffr.

¶ *De forma & modis absolutionis, & de canonibus pœnitentialibus.* Cap. 21.

DE absolutione tandem. Nota secundū Ray. sacerdos dicitur soluere uel ligare tribus modis. Vno modo per ostensionem, id est, ostendendo solutum uel ligatum. Ligatum dico cum scilicet nō absoluit (licèt enim peccator per contritionem sit a Deo absolutus,) adhuc tamem in facie ecclesiæ manet ligatus, & sic intelligitur illud, cap. de pœn. distin. 1. quantumlibet. Alio modo ligat sacerdos dando pœnitētiam ad quam obligat peccatorem, & soluit dum de pœnitentia sibi debita dimittit, vel ad sacramenta admittit de pœniten. distin. prima, multiplex. Tertio modo per excommunicationem, & absolutionem ab ea, 11. quæstio. 3. nemo fit tamen secundum Pet. absolutio a peccatis realiter per ministerium sacerdotis non quidem principaliter, & auctoritatiue, quia hoc est proprium Dei, de pœn. distin. 1. uerbum, nec tamen solum ostensiue, quia hoc faciebant sacramenta ueteris testamenti, & non solū deprecatiue, qa sic magis absolueret bonus laicus qui malus clericus. Nec solū per cotritionem confitentis, quia tunc nunq̃ quis ibi efficeretur de attrito contritus. Sed operatur instrumentaliter absolutio per remissionem disponendo ad gratiam. Et sic nisi ponatur ob- Ligat sacerdos & soluit

ſtaculum facit de attrito contritum, & iã contrito adauget gratiam. Hæc Pet. concor. Tho. & ſit hoc virtute clauium quæ dicuntur plures in effectu, quia vna eſt potentia diſcernendi, alia diffiniendi, vna tñ eſt eſſentialiter, ſ. poteſtas iudicandi in foro animæ collatã a Deo, & in anima impreſſa indebiliter per ſuſceptionem ſacerdotii. Hæc Pe. ¶ Nota ſecundum Ray. q̃ triplex eſt iudicium, ſ. Dei Petri, & cœli. In primo iudicio abſoluitur peccator per contritionem. In iudicio Petri, i. confeſſionis per abſolutionem, ſi tñ ſit abſolutus prius a Deo, ſaltem ordine, alioquin non, vnde dicitur 24. q. 1. manet Petri priuilegium, quãdo ex æquitate fertur iudicium. In iudicio cœli, ideſt curiæ cœleſtis abſoluitur per approbationem de pœn. diſt. 1. c. nunquid Cayn. ¶ Nota etiam ſecundum Pet. de Pal. quòd eſt triplex clauis regni cœlorum. Prima eſt auctoritas, & hanc habet ſolus Deus, quia cum clauis ſit poteſtas aperiendi cœlum, & Deus ſolus principaliter poſſit remittere peccata, quibus ſolis clauditur cœlum, & gratiam infundere qua aperitur, ideò habet hanc ipſę ſolus. Secunda eſt excellentiæ, hanc habet ſolus Chriſtus inquantũ hõ. tempore. n. merito paſſionis aperuit cęlum tollens impedimentum naturæ, quod nullus tollere potuit. Tertia eſt clauis miniſterialis. hanc habent ſacerdotes qui miniſterialiter, & diſpoſitiue agunt ad amotionem obſtaculi, ideſt, vectis ſeu peccati, & apertionem, ideſt collationem gratiæ. Clauis autem miniſterialis eſt duplex, vna dicitur ordinis, alia iuriſdictionis. Et forte ſunt realiter diſtinctæ, quia licèt clauis iuriſdictionis nõ ſit aliquid reale, tamen clauis ordinis eſt aliquid reale & indelebile. Et clauem ordinis habet omnis ſacerdos, ſed clauem iuriſdictionis non habet niſi habeat ſubditum, vnde & curatus non ſacerdos habet clauem iuriſdictionis, & non clauem ordinis. Item clauis eſt duplex, ſcilicet clauis ſcientiæ & clauis potentiæ, vna tamen eſſentialiter.

§. 1. ¶ De modo abſoluendi. Nota quod dicit Pet. de Pa. quia homo neſcit vtrum unquam fecerit vnam perfectam confeſſionem, expedit quòd in omni confeſſione ſacramentali poſt quædam ſpecialiter enumerata ſequatur generalis clauſula, ſcilicet de omnibus aliis venialibus & mortalibus confeſſis, & non confeſſis. dico meam culpam, & ſic abſolutio ſequatur, & ſic valebit ad remiſſionem pœnæ, & culpæ etiam mortalis oblitæ, & etiam ſcitę, ad quam tamen non tenebatur. aliàs in ſpeciali iterum confiteri, quia, ſcilicet confeſſus eſt ſufficienter. Forma aũt abſolutionis ſecundũ Tho. in tract. de forma abſolutionis eſt hæc quantũ ad ſubſtantia. Abſoluo te. Et conſueuit addi. Ego & a peccatis tuis etſi non dicere tur ſubintelligeretur. Quia enim in ſacramẽtis verba habent efficaciam ex inſtitutione diuina tenenda ſunt determinata verba conſonantia inſtitutioni diuinæ. Inſtitutioni autẽ dicenti. Quęcunque ſolueris &c. Iſta verba cõueniunt. Ego te abſoluo. Idem Inn. & Hoſt. Et melius additur ſm Pet. de Pal. ab omnibus peccatis tuis, quàm dicere ab omnibus peccatis tuis confeſſis & oblitis. Et melius dicitur ab omnibus quæ confeſſus es in generali, vel ſpeciali, de quibus intendis. Præmittitur aũt abſolutioni cõiter miſereatur tui &c. & filius Dei te abſoluat &c. Non q̃ ſit neceſſarium, & de forma abſolutionis, ut quidam dixerunt, & male quod reprobat Tho. Sed ex congruentia ut, ſ. per huiuſmodi orationem tollatur, ſi aliquod eſt obſtaculum ex parte pœnitentis ad percipiendum fructus abſolutionis. Subiũgitur etiam ad abſolutionem congrue conſignatio crucis ſuper confeſſum cum inuocatione Trinitatis, ad innuendum ſm Thom. in 4. quòd ipſa remiſſio peccatorum ſit auctoritatiue per ſanctam Trinitatem & meritorie p paſſionẽ Chriſti. Sed impoſitio manus ſuper caput confeſſi non conuenit ſecundum Tho. quia iſtud ſacramentum non datur ad aliquã excellentiam gratiæ, ſicut illa ubi ſit manus impoſitio. Et in fine multum vtiliter dicitur. Quicquid boni feceris ſit tibi in remiſſionem peccatorũ tuorum. Nã ut dicit Tho. in quodlibet, ex ipſis verbis. Omnia bona quæ in ſtatu gratiæ valebunt ſibi faciet expiandum culpam præteritã ſeu diminuendũ de debito pœnæ, non ſolum ex ipſa natura boni operis, ſed ad ex virtute etiam clauium. Quodlibet. n. bonũ opus eſt magis expiatiuum in expoſitione cõfeſſoris quam idem per ſe factum, quia ibi operatur virtus clauium, & meritum paſſionis Chriſti. Sicut. n. cõfeſſor põt imponere pœnitentiã ex ſe vel de cõſilio alterius, & ita de voluntate cõfitentis, puta ut dicit. Si nõ põt facere hoc, vel non vis facias hoc. Et huic eſt ſimile cũ dicit. Quicquid boni &c. Vnde vltra pœnitentiã ſpecialiter iniunctam ex illis verbis alia bona opera magis valebunt quantum quidẽ ad emendam culpæ cõmiſſæ, non autẽ ad præſeruandũ a futura. Pet. de Pal. dicit, q̃ ẽt debet cõfeſſor dicere, & mala quæ fuſtines & bona quæ proponis facere ſint tibi, &c. Non quidem intendendo eum obligare ad faciendum quæ proponit facere. Sed ut ipſum

Forma abſolutionis.

No. bñ. 3. pte. q. 84. ar. 4.

qdlibet. 3. q. 13. art. 1.

Triplex iudiciũ.

Triplex clauis.

sum propositum faciendi sit sibi satisfactorium, & bona quæ faciet. ¶Item nota secundum Io. & Pet. de Pa. quod confessor semper prius debet absoluere a uinculo excommunicationis etiam minoris quam a peccatis. Et multo magis a maiori si habet auctoritatem. Quod si non habet non absoluat a peccatis, nisi prius absoluatur ab excommunicatione per eum qui potest eum absoluere ex hoc. Solet autem dominus Papa aliquã do quibusdam tantam gratiam facere ut simpliciter ab omnibus cænsuris & pœnis iuris & hominis possint absolui in foro saltem conscientiæ, & tunc confessor potest ista forma uti, quam a curia Romana recepi & usus ualet.

§.2. ¶De plenitudine potestatis apostolicæ cuius auctoritatem pro præsenti gero, absoluto te ab omnibus cænsuris ecclesiasticis sentẽtiis & vinculis excommunicationum suspensionum & interdicti, tam a iure quod ab homine latis, nec non ab omnibus negligentiis & defectibus commissis in administratione sacramentorum officiis & actibus tuis uel nomine tuo factis, supplendo de solita apostolicæ sedis clemẽtia & omnes defectus eorundem. Aboleo etiam omnem maculam infamiæ & inhabilitatis vndecunque contractam. Dispensoque tecum super omni irregularitate, simonia, in ordine & beneficio actiuè vel passiuè quacunq; occasione uel causa etiam circa te in collatione ordinum & aliorum sacramentorum vel contractus seu commissis. Restituo te & habilito te ad status famam & honores, & executiones officiorum ecclesiasticorum quorumcunque, ac ad omnes gradus dignitatum & bonorum ad beneficia ecclesiastica habita & habenda, & tibi de his quę habes de nouo prouideo relaxando tibi fructus quos male recepisti seu lesa conscientia ex eisdem ac alia quæ in ludo ex successione ac alias ad te puenerunt quæ subiacent restitutioni uagæ in forma plenissima. In nomine patris & filii & spiritus sancti, amen. Si autem aliquis dubitata pro istis specialis exigatur forma absoluendi necessaria, qui a sede apost. habent priuilegium, quod in articulo mortis duntaxat semel possint habere plenam remissionẽ suorum peccaminum ideſt a pœna & culpa ut alii exprimunt. Respon. secundum quod a magistris tam in concilio Constantiensi quam Basiliensi dictum fuit quod non, sed sufficit quod ea omnia & singula faciant pro quibus indulgentia præfata datur prout in bulis vel priuilegiis talium exprimitur. Nec putet aliquis quod quando semel in articulo mortis fuit & vsus est, quod postea in alio mortis articulo uti valeat nisi papa latiorem auctoritatem daret quam dat quando ponit quod in articulo mortis duntaxat semel. Et ita respõsum est in concilio Constantiensi a litteratissimis viris pluribus de hoc requisitis. Nec mirum quia priuilegium de indulgentiis tantum dat quantum sonat non autem extendi debet vltra.

¶Sed quid de confessore qui absoluit secularem vbi non potuit absoluere, aut ex ignorantia uel ex verecundia, festinatione, & huiusmodi. Et confessor postea expetitur se erasse. Nunquid tenetur hoc seculari dicere, Respon. secundum omnes quod secularis excusatus est, & coram Deo absolutus est interim quod nescit, sed confessor non. Quid ergo faciet? Collatio facta fuit de hoc cũ multis notabilibus doctoribus theologiæ in cõcilio Basiliensi. Quidam dixerunt quod debet auctoritatem a superiori impetrare absoluendi eum, & si sine magno scandalo fieri potest uocare non absolutum & sibi dicere ac eum absoluere post auditum in confessione, uel si magnum scandalum timeretur, absentem absoluat si ab vltima confessione speratur esse in gratia. Adhuc autem & aliis placuit si magnum timeretur & notabile scandalum summo Deo sacerdoti committat & pœnitẽtiam solam condignam sacerdos pro negligentia agens, præsertim quando multitudo sic est neglecta, vel multi eorum multum distant a loco, vbi residet confessor. ¶Quid etiam sentiendum est de aliquo qui confitetur, & confessor eum non intelligit aut ex dormitione vel ex imperitia linguæ, aut ex distractione animi vel ex simili causa? Respondet Ioan. de Hartembergis antiquus doctor in quodlibetis suis. Sacramentalis absolutio præexigit confessionem. Confessio uero omnis importat reuelationem, quę non potest esse sine relatione unius & perceptione alterius. Dum ergo alterum istorum scilicet perceptio sacerdotis deficiat in præfato casu, credo de illo peccato non esse confessionem, & per consequens nec impendi absolutionem hæc ille, Sed istud videtur debere intelligi vbi obaudita sunt peccata grauia quę de necessitate salutis sunt cõfitenda, nõ de aliis quæ cadũt sub cõsilio ut uenialia & vbi talia modica raro obaudiuntur ab eo qui alias nouit personam, siue nosci, debet ergo confessor facere iterare ea quæ ex somno non intellexit.

§.3. sup. eo. c.12. Idẽ supra eod. tit. c.15.

§ 4. ¶Vtrum autem pœnitentiam ſen ſatisfactio nem impoſitam per abſolutionem debitam, in peccato mortali factam, vel in toto uel in parte teneatur homo iterare. Super hoc ſunt uariæ opiniones in hoc tamen omnes concordant quod ſatisfactio facta in mortali, ita non ualet ſicut nec alia opera facta in mortali ualent in foro Dei ad tollendum vel minuendum debitum pœnæ pro peccatis, ad quod ordinatur omnis ſatisfactio, quia cum non ſit in amicitia cum Deo, non poteſt eſſe acceptum tale opus ipſi Deo ſic factum. Sed vtrũ ualeat in foro eccleſiæ militantis, ita quod non teneatur eam iterare? In hoc eſt uarietas opinionum. Aliqui dicunt quod tenetur iterare, quia nõ potuerit ſatisfacere Deo, nec etiam potuit ſatisfacere ſacerdoti, qui in perſona Chriſti ſibi illud iniuxit. Sed Pet. de Tharan. & Io. Petri, videntur ſimpliciter dicere ſine diſtinctione, quod talis non tenetur iterare tales ſatisfactiones, quia ſatisfecit in foro eccleſiæ militantis in qua datæ ſunt, vbi non iudicatur de diſpoſitione interiori. Idem uidetur ſentire Vincen. in ſpe. hyſto. lib. 11. de Hanibal. c. 4. Et pro iſta opinione videtur ſatisfacere impoſitio ſeptennis pœnitentiæ quæ regulariter fiebat pro quolibet mortali antiquitus vt 23 q. 1. prædicandum. Et uerisimile eſt quod in tanto interuallo ali quod mortale committebant, vnde ſi oportuiſſet iterare, fuiſſet laqueum imponere animabus. Tho. vero & Alber. in 4. diſtinguunt de ſatisfactione. Dicunt enim quod quędam ſatisfactiones in quibus remanet aliquis effectus in ſatisfacientibus, etiam poſtquam actus ſatisfactionis tranſit, ut in ieiunio remanet corporis maceratio vel debilitatio, & ex eleemoſyna ſubſtantiæ diminutio, & tales ſatisfactiones in peccato non oportet iterare, quia quantum ad illud quod ex eis remanet per pœnitentiam ſequentem acceptæ ſunt. Alie vero ſatisfactiones quę non relinquunt effectum in ſatisfactione poſtquam tranſit actus, ſicut in oratione & huiuſmodi. Actus enim interior, qui totaliter tranſit nullo modo uiuificatur, unde oportet quod tales ſatisfactiones iterentur. Eandem opinionem tenet Pet. de Pal. mrgis declarans, dicit in ſatisfactionibus habentibus effectum derelictũ poſt opus ut eleemoſyna priuationem ęris, ieiunium corporis debilitatem & huiuſmodi ſi poſtea pœniteat & perſeueret. Sicut baptiſmalis character habet effectum recedente fictione, ſic & illud derelictum ex ſacramento qđ operatur ex opere operato incipit valere ex ſequẽti eius approbatione & ſacerdotis ratihabitione cum illum uerè pœnitet, & non ex ſimplici uiuificatione, quia opus operans mortuum nunq̃ uiuificatur. Et ſic illa pœnitẽtia ſatisfacit, non ſolum in foro eccleſię, ſed etiam in foro Dei quantum ad illud derelictum, ut non oportet iterare, ſicut ieiunũ, eleemoſyna, & huiuſmodi. Sed ſi non habent effectum derelictum, ut oratio, talis pœnitentia facta in mortali nullo mõ ſatisfacit, quin hic vel alubi oporteat ſatisfacere, qđ videtur intelligendũ in foro Dei, quia nec ratione ipſius operis cũ facit, nec ratione derelicti cum poſtea pœnitet eũ cũ nõ habeat effectũ derelictũ. Vt in foro eccleſiæ ſatisfacit, quia non eſt neceſſe eam iterare ſi vult eſſe in ſtatu ſalutis poſtea pœnitendo, ſicut neceſſe habet ipſam implere cum fuit ſibi impoſita. Vnde idem Pet. dicit paulo ſuperius, qđ qñ homo eſt de omnibus contritus & cõfeſſus & accipit pœnitentiã cũ abſolutione ſi recidiuãs peragat eam in mortali, ipſæ qđẽ ſe liberat ab iniunctione ſacerdotis, nec incurrit peccatũ inobedientię, qđ incurreret ſi eã nõ perfeciſſet, quia nõ eſt fortius vinculũ cõfeſſionis q̃ Dei vel eccleſiæ. Sed in mortali exñs implendo præceptũ Dei ſcilicet de honore parentũ vel prȩceptũ eccleſiæ ut de ieiunio & de eleemoſyna ab illo abſolute ſe liberat, ergo &c. Hæc Petr. Cũ ergo pnía iniuncta ordinet ad tollẽdũ vel diminuẽdum debitũ pœnæ tpalis talis q̃ pnìam ſibi impoſitã nõ habentẽ effectũ derelictũ, ut oones perfecit in mortali ſi reuertitur ad pnìam, & tandẽ, moriẽ in ſtatu gr̃æ, ex quo illa nõ iterauit cũ p ipſam nil ſit ſolutũ de debito pœnæ tpalis, ſoluet eũ in purgatorio niſi p alia bona ſic ſatisfacit. Qđ ſi nõ reuertat ad pnìam q̃ pnìam perfecit in mortali quãcũq; ſiue habentẽ effectũ, ſiue nõ habẽtẽ derelictũ ſoluet illud debitũ i inferno ſemper, ſicut ille q̃ moriẽ cum mortalibus & uenialibus de utriſq; ſoluet pœnã æternã in inferno, Quãuis. n. pro ueniali debeat pœna tpalis q̃ finẽ habet tñ p accidẽs eſt qđ uenia le puniat in inferno pœna æterna. ſ. rõne ſtatus, qa in iferno nulla eſt redẽptio. Nõ. n. eſt ille ſtatus expiãdi culpã ad quã ſequit pœna, & ideo ſem p remanẽte culpa ueniali durat & pœna. Ita tenet Tho. in 4. diſt. 22. ¶Sed de pœna tpali debita pro mortali poſt cõtritionẽ. Pet. de Pal. ſic declarat in ſcripto quarti. Peccator poſtq̃ Deo reconciliatus, eſt debitor pœnæ finitæ, nõ qualitercunq; ſoluẽdæ, ſed in ſtatu gr̃ę in quo ſolũ eſt Deo accepta. Alioq̃n eſt debitor pœnæ tantæ quãtam meret culpa & illa

Opinio. Thom.

De pœnitentia facta in mortali.

De pœna debitæ p peccatis.

& illa eſt infinita. Vnde peccatori per ſe debebatur quidem pœna infinita ſi erat in mortali, ſed mutata fuit in temporalem ſuppoſito quod perſeueraret in amicitia. Acceptauit. n. Deus abſolutionem a pœna æterna & impoſitionem pœnæ finitæ ſub conditione ſi in gratia fieret. Et ſi queratur quare Deus magis acceptauit abſolutionem a culpa ſine conditione quam abſolutionem a pœna. Dicendum eſt qđ culpa tranſit & macula tranſit & gra in momẽto aduenit: ſed ſatisfactio futura eſt. Futuris autem ſolet conditio apponi, non autem præſentibus nec præteritis vel ſi apponatur certa eſt, quia ſi eſt in gratia pro tunc nõ poteſt eſſe ſine gratia. Ideò remiſſio culpæ fit ſine contradictione, vel ſit ſimpliciter quia cõditio exiſtit, unde ſicut per ſacramentum nõ remitteretur culpa niſi adeſſet gratia, ſic nec poſtea per ſatisfactionem remittitur pœna niſi adſit gratia. Talis ergo dimiſſa culpa punitur in inferno pœna infinita, non propter cõmutationem finiti in infinitum, ſed quia debitor eſt pœnæ infinitæ, ex quo non ſoluit pœnã finitã ſub cõditione qua debuit. Sicut perdens priuilegium cle. incidit de foro meriti ad forum ſanguinis, ſic qui declinat forũ eccleſię incidens mortale ad forum iuſtitię ex terminantis inuenit pœnam æternam. Hoc quod dicit Pet. vł intelligendum de eo q̃ pœnitentiam iniunctam non habentem effectũ derelictum factam in mortali ſcito ab eo, vel de quo dubitabat contemnit iterare, vel etiã cum credit vel dubitat ſe debere iteraꝛ ex negligentia dimittit & ex labore recuſans hæc & in purgatorio facere Deo emendam de eo. Sed ſi quis dimittit iterationem talis pœnitentię ex impoſſibilitate, quia ei deficit tempus vel credit ſe eã feciſſe in ſtatu gratiæ, vel ſi fuerit in mortali cognito ab eo, vel etiam ſi ſcit eam feciſſe in mortali, iterare facit per alium quem credit bonum, vel ẽt ſi nec per ſe nec per alium iterat, credit ſibi ſufficere ad ſalutem qđ impleuit ſibi iniunctam, intẽdẽs q̃ hoc minus facit, ſatisfacere oportet in purgatorio, & ſic Deo facere emẽdam, per huiuſmodi omiſſionem talis non damnatur. Vnde & ipſæ Pe. dicit in ſcripto quarti. di. 45. q. 2. q̃ qui facit pœnitentiam iniunctam in mortali pro ſe, pro tanto nõ tenetur iterare, quia põt in purgatorio ſatisfacere. Et ſi dicatur qđ videt inconueniens qđ tantũ quis puniatur p. peccato dimiſſo ſicut pro non dimiſſo, quia pœna æterna, & ſic non vł in aliquo profuiſſe ipſa cõtritio atq; confeſſio. Rñ. Pe. q̃ licèt tantũ puniatur extenſiue, non tñ intenſiue ſicut pro vno peccato ita diu q̃ pro mille, ſed non tam acerbe. Si ẽt partem pœnitentiæ fecit. ſ. in ſtatu gꝛæ & unus dies remanſit, illo die luet pœnam æternam ſi non pœnitet, tñ non tam acerbe ac ſi nunquam contritus. nec confeſſus eſſet in aliquo ſatisfeciſſet, aliàs peccatum rediret. Hæc Pet. ¶ Nota tamen qđ dũ quis facit pœnitentiam ſibi iniunctam ſi laba Nõ bñ.
tur in mortale, quamuis bonum ſit quamcitius confiteri, tamẽ cum per ſolam cõtritionem peccatum dimittatur & gratia reſtituatur quam cito ipſe conteritur etiam antequã confiteatur proſequendo dictam pœnitentiã etiã ſi ſit talis pœnitentia quæ non relinquat effectum poſt ſe, in foro Dei realiter ſatisfacit, quia in ſtatu gratiæ eſt, vnde in nullo tenetur iterare. Ad tollẽdum autem omne dubiũ tutius videtur quod confeſſor, etſi dat pœnitentias diutinas, det pœnitentias ut ieiuniorum & eleemoſynarum atq; peregrinationũ & huiuſmodi, prout requirunt peccata non tamen iniungat diuturnas pœnitentias orationum, & præcipue de his de quibus poteſt dubitare de recidiuo.

Quãuis verò pnïæ iniungendę a confeſſore §. 5.
pœnitentibus hodie ſint arbitrariæ, & ad arbitriũ iudicis. i. confeſſoris imponendę, ut habetur 26. q. 7 tꝑa. & de pę. di. 1. menſurã. Et hãc opinionẽ approbat cõſuetudo & generaliter hoc ſeruatur, vt dicit Hoſt. in ſum. ti. de pę. & re. tñ. ut ſacerdos circa hmõi diſpenſationem cautius arbitretur, notandi ſunt caſus in quibus per canones certæ pœnitentiæ imponuntur. Nam & canones pnïales tenet ſcire ſacerdos, aliàs vix in eo nomen ſacerdotis conſtabit. 38. diſt. quę ipſis. ¶ Primus canon dicit q̃ præsbyter ſi fornicationẽ fecerit pœnitentiã 10. anno. facere debet hoc modo. Sit in cluſus ſacco indutus, & humi proſtatus miſericordiam Dei iugiter implorans, tribus menſib. continuis de ueſpera in veſperam pane & aqua utatur, exceptis diebus dominicis & præcipuis feſtiuitatibus in quibus modico vino piſciculis & leguminibus recreatur, elapſis & finitis ſic tribus menſibus exit de carcere, nõ tamen procedit in publicum, ne grex fidelis in eum ſcandalum patiatur, per hoc apparet quod loquitur de publico, poſt hæc reſumptis aliquantulum viribus, anno vno & dimidio in pane & aqua pœnitent exceptis dominicis & aliis præcipuis feſtis, in quibus vino & ſanguine ouis & caſeo reficitur. Finito ſic primo anno & dimidio, particeps ſit ſanguinis dñi & ad pacẽ & ad ſalmos cũ alijs fratribus cantandos in choro admittit, tñ ad cor-

nu.

nu altaris non accedat, sed minorum ordinũ tantum officia gerat. Deinde vsque expletionem septimi anni tres dies scilicet secunda, quarta, & sexta feria, exceptis diebus paschalibus qui sunt quinquaginta, in pane & aqua ieiunet, tamen secundam feriam vno psalterio vel uno denario poterit redimere. Si sic semptimum animum compleuerit potest eũ episcopus ad gradum pristinum reuocare, ita tamen quod in tribus annis subsequentibus omni sexta feria nulla interueniente misericordia in pane & aqua ieiunet. Sacerdoti etiam pro quolibet peccato sine crimine quod despositionem inducit, est consimilis pœnitentia iniungenda, probantur hæc omnia 82. dist. præsbyter si fornicationem fecerit. Et intelligunt quidam etiam si fornicatio simplex sit alii de adulterio vel in cæsto. ¶Secundus canon dicit quod sacerdos cognoscens filiam suam spiritualem scilicet q̃ baptizauit vel confirmari fecit, vel in pœnitentia audiuit. pœnitentiam 12. annorum agere debet, & est si in publicum prodierit. deponendus. Episcopus autem qui talia commisit 15. annis pœniteat. Mulier vero religioni trandenda est, rebus suis pauperibus erogatis 30. q. 1. siquis sacerdos, & c. non debet. ¶Tertius canon dicit quod siquis contra naturam peccauerit & est clericus, de poni debet vel religioni tradi si corrigibilis appareat ad perpetuam pœnitentiam peragendam, si laicus excommunicari & a cętu fidelium vsque ad condignam satisfactionem debet fieri alienus, de excess. præla. clerici, iunge quod notatur infra eodem. ver. quadragesimus, hoc autem vitium maius est quam siquis matrem cognosceret 33. q. 7. adulterii. ¶Quartus, quod sacerdos qui interest clandestinis nuptiis, triennio suspenditur, & si hoc culpa exegerit grauius puniatur, de clande. desponsa. cum inhibitio. Per constitutiones autem legatorum apostolicę sedis in prouincia; tales siue sint clerici siue laici ad sedẽ apostolicam sunt mittendi, non dicunt tamen quod sint excommunicati, sed quod citra sedem apostolicam absolui non possunt, intelligas tu a peccato. Consuetudo tamen in plerisque locis tales excommunicatos reputat quousque per sedem apostolicam fuerint absoluti, puto tamen quod assignanda sit dies talibus infra quam iter arripiant qua elapsa si non obedierint, sunt ad hoc per cęsuram ecclesiasticam compellendi. Et ex quo propter hoc ligati erant, non debent absolui quousque iter perfecerunt. arg. de appella quæstioni. ¶Quintus, quod si quis uotum simplex uolauerit, tribus annis pœnitere debet 16. distinct. si uir. ¶Sextus quod siquis excommunicatus celebrauerit, triennio pœnitere debet, & a uino & carnibus abstinere 11. q. 3. de illis. ¶Septimus, quod qui alium iniuste accusat ad mortem 40. dies in pane & aqua, & per septem sequentes annos pœniteat, & hoc si accusatus & occisus sit, si uero membrum tantum perdidit per triennium, de accu. accusasti. ¶Octauus, quod q̃cunque filiam spiritualem uel commatrem suam cognoscit, per septem annos pœniteat, & ei consentientes similiter 30. q. 1. non oportet. ¶Nonus, quod siquis disponsatam alii duxerit, eam dimittat, & 40. dies in pane & aqua ieiunet, & per septem annos sequentes pœniteat, de spon. duo accepisti. ¶Decimus, qui cognoscit duas commatres vel sorores siue uiuat vxor siue non, ad minus per septem ãnos pœniteat licèt plus deberet 30. q. 4. si pater. ¶Vndecimus, quod homicida uoluntarius sine spe restitutionis deponitur, & septem annis pœniteat l. dist. Miror. ¶Duodecimus, quod casualis per quinque annos pœniteat 50. dist. eos, & duobus sequentibus c. ¶Tertiusdecimus, quod si hoc factum sit propter necessitatem euitabilem, per duos annos debet pœnitere 50. dist. de his clericis si esset ineuitabilis in nullo imputaretur 50. dist. quia te, quod uerum est quoad peccatum, sed quoad cautelam & innocẽtiam suã ecclesiæ ostendendam bonum est pœnitere, de homi. c. 2. §. fi. Sed etsi quis per insaniam committat homicidium non imputatur 3. q. 9. indicas 16. q. 1. aliquos, & c. illi, & c. si quis insanies. Qui verò etiam intuitu disciplinę incaute percutiendo occidit deponitur, de homi. præsbyterum 15. q. 5. si quis non iratus, sed & qui ligatum latronem interficit, deponitur de homi. suscepimus. ¶Quartus decimus, quod matricida per decem annos pœniteat secundum formam satis asperam traditam 33. q. 2. latorem. Vxoricidæ autem imponitur maior pœnitentia, talis enim & qui dominum occidit nunquam equitat nec uehiculo deportatur, ut patet 33. q. 2. admonere, & c. quicunque. Quare dixit Hug. quod maius peccatum est vxoricidium quam matricidium, cum grauius puniturar. 24. q. 1. non afferamus. Alii contra, sed ideo maior pœnitẽtia imponitur, quia promptiores sunt homines ad occidẽdas vxores quam matres articu. ff. de pœnis l. aut facta §. fi. ¶Quintus est, quod periuius 40. dies in panem & aqua,

quâ,& per ſeptem ſequẽtes annos pœniteat, & ſemper debet eſſe in pœnitentia,ſcilicet interiori.6.qõ.1.quicunque. ¶Decimusſextus, in falſa menſura. 30. dierum in pane & aqua pœnitentia eſt imponenda de contrahen. empt.vt menſuræ. ¶Decimusſeptimus, ſiquis ſolemniter pœnituit,& poſtea rediit ad vomitum.10.annis pœniteat de pœ.diſt.5.ſi qui vero.¶Decimusoctauus qui deuotam ſeu monialem cognoſcit.10.annis pœniteat, & ipſa ſi militer pœnitentiam agat ſecundum formam traditam.27.qõ.1.de filia.& cap.1. deuotam. ¶Decimusnonus qui cantat miſſam, & non communicat,uno anno debet pœnitere,& interim a celebratione miſſarum ceſſare debet, de conſec.diſt.2.relatum. ¶Vigeſimus ſacerdos qui mortuum cleticum inuoluit in palla altaris.10.annis, & quinque menſibus pœniteat. Diaconus uerò triennio, & dimidio ſiue ſex menſibus,de conſec. diſt.1. Nemo per ignorantiã. ¶Vigeſimusprimus,qui commit tit ſacrilegium in uiolando eccleſiã uel chriſma,ſeu calicem ſacrum pollutis manibus accipit,uel ſimilia committit,annis ſeptem pœnitet,in duobus in primis non intrat eccleſia, & uſque ad quartum non offert, & tribus diebus in hebdomada a uino, & carnibus abſtinet ieiunando, ſed & alia conſideranda ſunt, ſicut hoc plenius inuenitur.11.qõ.2.de uiro. ¶Vigeſimuſecundus, ſi parentes frangunt ſponſalia filiorum triennio ſeparantur a communione,& filii ſimiliter ſi in culpa ſunt, ſed ſi filii ſecundum promiſſionem factam contraxerunt, excuſantur utrique quoad pœnã eccleſiæ intelligas,nõ quoad reatum, ex quo dederunt operam in contrarium. 31. qõ. 3.ſi quis parentes, ar.de pœ.diſt.1.ſi cui. ¶Vigeſimuſtertius, qui ducit in matrimonium quã polluit per adulterium, quinque annis pœniteat.31.q.1.ſi quæ uidua. ¶Vigeſimusquartus,quòd maledictus cõtra Deum, vel aliquẽ ſanctorum ſuorum linguam ſuam publicè in blaſphemiam relaxans, debet agere pœnitentiam per 7.hebdomadas,ſicut habetur de maled.ſtatuimus. ¶Vigeſimuſquintus in ſacerdote denudante illum, qui ſibi confeſſus eſt verbo vel ſigno,quia debet a ſacerdotali officio deponi, & ad agendam pœnitentiam perpetuam in arctum monaſterium detrudi, de pœ.diſt.6.ſacerdos.¶Vigeſimuſextus,qui cõpulſus conditionaliter periurat,ſi liber ſit.40. diebus in pane & aqua ieiunet, & per ſeptem annos ſequentes pœniteat, ſi ſeruus ſit tribus annis.22.q.5.qui compulſus.¶Vigeſimuſeptimus,qui periurat in manibus epiſcopi,vel in cruce ſacrata tribus annis,qui in non conſecrata vno anno pœniteat qui coactus, & per ignorantiam tribus quadrageſimis.22. qõ. 5. cap.2.¶Vigeſimuſoctauus, qui ſcienter falſum iurat uel alium iurare compellit. 40. diebus ieiunet in pane & aqua,& per ſequentes ſeptem annos pœniteat.22.q.5.ſi quis coniuctus. ¶Vigeſimusnonus, qui in dicendis horis canonicis,& aliis officiis diuinis a conſuetudine metropolitanæ propriæ eccleſiç diſcrepat.6. menſibus communione priuatur,ſi ex contemptu hoc accidat.12.di.de his.¶Trigeſimus, epiſcopus qui ordinat ſine iuſta cauſa clericum iuuitum abſolute vno anno ſuſpẽditur.74.diſt.c.1.¶Trigeſimusprimus, epiſcopus qui correctionem de venditione myſteriorum diſſimulat duobus mẽſibus ſacerdos, quattuor diaconi,& cæteri ad arbitrium iudicis pœniteant.1. q.1. quicquid inuiſibilis. ¶Trigeſimuſecundus,ſortilegus. 40. diebus pœniteat,extra de ſortilegiis cap.requiſiſti. ¶Trigeſimustertius, qui vidit in aſtrolabio, duobus annis pœniteat, de ſortil. cap. ex tuarum. ¶Trigeſimusquartus, ſi per negligentiam altquid de ſanguine Chriſti ſtillauerit in terram,ideſt tabula terræ adhærente, lingua lambatur & tabula radatur, ſi non fuerit tabula locus conradatur & cauando comburatur, & cinis iuxta altare recondatur, & ſacerdos.40.diebus pœniteat. Si ſuper altare ſtillauerit calix,ſorbeat miniſter ſtillam, & tribus diebus pœniteat.Si ſuper linteum altaris, & ad aliud ſtilla peruenerit.7.diebus, ſi uſq; ad tertium.9.ſi uſque ad quartum.20. diebus pœniteat, & linteamina quæ tetigerit ſtilla tribus uicibus miniſter abluat calice ſubterpoſito,& aqua ablutionis ſumatur, uel iuxta altare condatur, ſi ſine abominatione ſumi non poteſt,de conſe.diſt.2. ſi per negligentiã. ¶Trigeſimusquintus, ſi per ebrietatem, vel voracitatem Euchariſtiam euomuerit. 40.diebus ſi ſit laicus,clericus autem.70.diebus,epiſcopus.90.diebus pœniteat,ſi propter infirmitatem hoc accidit.7.diebus, de conſe.diſt.2. ſi quis per ebrietatem. ¶Trigeſimusſextus, qui presbyterum interfecerit.12.annis pœniteat de pœ.& re. ca.2. ¶Trigeſimuſeptimus, qui domum uel aream voluntari ſuccendit ſublata vel incenſa omnia reſtituat, & tribus annis pœniteat, extra de iniuriis,cap. ſi quis domum. Canon tamen dicit quòd ſi ex odio, vel pro vindicta hoc fecerit, excommunicari debet,nec nõ abſoluetur quouſq; ſatisfecerit, pœnitentia autem imponitur, ut Hieroſolymis,uel in Hiſpaniã vadat in Dei ſeruitio per annum

annum integrum moraturus. Si quis archiepiscopus, vel episcopus hoc relaxauerit damnū restituat, & per annum ab officio episcopali abstineat. 23. q. 8. pessimam, hodie postquam denunciati sunt non possunt absolui citra sedem apostolicam, de senten. excom. tua nos. ¶ Trigesimus octauus, qui communicat hæretico inscius, anno vno pœniteat, qui scienter quinque annos. Qui permittit hæreticum cātare missam ignoranter. 40. dies, si pro reuerentia eius per annum, si in subuersione fidei tanquam hæreticus damnatur, nisi per 10. annos pœniteat. Si quis recesserit ab ecclesia ad hæreticos fugiens, & alios ad hoc idem faciē dū induxerit. 12. annis pœniteat, tres extra ecclesiam, septem inter audientes, duos extra communionem, & sic duodecimo anno communionem sine oblatione percipiat. 24. quæstio. 1. si quis dederit. ¶ Trigesimus nonus, qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel matrem & filiam, vel amitam & neptem. 7. annis pœniteat si scienter perpetuo caret coniugio. 34. q. 2. si quis cū duabus. ¶ Quadragesimus, qui cum brutis coierit plus quàm per septem annos pœniteat. Idem pro iuuęstu. 34. quæst. 2. hoc ipsum, & §. sequentibus. ¶ Quadragesimus primus, patronus qui res ecclesiæ dilapidat, anno uno pœniteat. 16. q. 2. filiis. ¶ Quadragesimus secundus, qui lustrat domū suam cum magicis & incantationibus, quinque annis pœniteat. 26. q. 5. qui diuinationes, & canon liceat. ¶ Quadragesimus tertius, simus comedat corpus Christi, sacerdos. 40. dies pœniteat, si perdidit. 30. dies, de consec. dist. 2. q. bene. Si incaute dimisit, quamuis nihil nephandum inde acciderit, tribus mensibus ab officio suspendetur, de custodia Eucharistiæ, eo. ca. 2. ¶ Quadragesimus quartus qui iurat nō facere pacem cum proximo suo, anno vno pęniteat, & ad pacem redeat. 22. q. 4. qui sacramento. ¶ Quadragesimus quintus, pro periurio adulterio, & homicidio dantur regulariter septem anni. Idem pro fornicatione licēt non ita aspera pœnitentia iniungatur. 22. qō. 1. præcauendum, aliàs incipit prædicandum, 23. q. 2. hoc ipsum. & §. sequen. ¶ Quadragesimus sextus, qui scienter rebaptizatur, septē annis pęniteat faciendo tres quadragesimas, & feria quarta & sexta in pane & aqua ieiunā do, hoc si pro uitio hæresis fecerit, si autem p immunditia, ideſt pro salute corporis obtinenda, vt de apost. capitu. 2. tribus annis pœniteat, de consecra. distinct. 4. qui bis, & talis qui bis baptizatur, vel etiam confirmatur fit de foro ecclesiæ, & cogitur fieri regularis, de consecratione distinctione quarta, dictum est.

¶ *De celatione & sigillo confessionis. Cap.* 22.

DE celatione confessionis. Nota secundum Thom. in 4. dist. 21. quòd audiens confessionem tenetur celare eam. Quia in sacramē tis id quod geritur exterius, est signum eius quod geritur interius, vnde sicut Deus homini confitenti tegit peccatum interius, ita & sacerdos debet celare exterius. Vnde tanquam violator sacramenti est reuelator confessionis. Et est alia ratio, quia scilicet homines per hoc magis attrahuntur ad confessionem & simplicius confitentur, vnde & si aliquod periculum futurum immineret, & hoc scirētur solum per confessionem, ut de hæretico, qui corrumpit fideles, vel de matrimonio illicito, quod quidam volunt contrahere, vel de proditione fienda, non propter hoc debet reuelare confessio ad impediendum malum, ut quidam dixerunt, sed falsum est. Debet autem monere eos qui confitentur, vt obuient, vel desistant, & prælato dicere quòd vigilet super gregem suum, & huiusmodi, sine vlla reuelatione. Hæc Thom. ¶ Quid si iudex inquireret ab aliquo, an sciat aliquid de tali materia in confessione, vel per alium modum, dicit Guil. quòd si non potest declinare alio modo iniquum iudicem potest respondere nihil inde scio, quia subintelligitur, ut homo, vel nihil scio etiam per confessionem, quòd intelligitur tibi reuelandum. Sicut exponit illud Matth. 24. De die illo, & hora nemo scit, nec filius hominis, & intelligitur reuelandum nobis, vel nihil scit, inquantum homo per scientiam acquisitam, & si sciat infusam, potest etiam hoc iurare. Sed nec etiam secundum Pet. de Palu. in 4. distin. 21. per licentiam aut præceptum cuiuscunque superioris etiā papæ factum sub pœna excommunicationis, licet reuelare confessionem, quia sigillum cō fessionis est de iure diuino, & de necessitate sacramenti, papa autem licèt aliquando dispē set in præceptis diuinis, vt in votis, non tamē in sacramentis potest dispensare, ut quòd qs non baptizetur, vel non confiteatur. Quod dictum est celationem cōfessionis, esse de sacramenti necessitate, non sic intelligitur, quòd non sit verum sacramentum, etiam si non celaretur, quia utrique verum sacramentum esset si sacerdos reuelaret, sicut etiā si Deus nō tegeret, quia ipsæ non satisfacit. Sed dicitur celatio confessionis de necessitate sacramenti,

quia

quia natura ſacramenti ne ceſſitat eum ad ce landum, Natura dico & quãtum ad id quod eſt ſacramentum, quia fit in occulto ſolus cũ ſolo, & quantum ad id quod eſt ſacramentũ & res ſcilicet pœnitentia interior, quæ etiam eſt occulta. Et quantum ad rem tãtum, ideſt remiſſionem peccatorum. ¶ Nota ſecundum Petr. de Pal. quia quod dicit Thom. quod occultatio confeſſionis eſt de eſſentia ſacramenti, non ſic eſt intelligendum quod ſit eius materia vel eius forma, ſed quod eſt de natura eius obligatio ad occultationem. Sicut ſi dicemus de eſſentia leuis eſt ferri ſurſum, vel de eſſentia matrimonij eſt reddere debitum, ideſt obligatio ad hoc ipſum. Eſt autem peccatum mortale reuelare confeſſionem, quia cõtra ius diuinum & poſitiuum, vnde & gra uiter punitur ab eccleſia. Nam de iure antiquo debet talis deponi, & omnibus diebus uitæ ſuę ignominioſus fieri & peregrinari, de pæ. di. 6. ſacerdos, ſed ſecundum decretalem, extra de pœ. & re. omnis debet deponi, & ad agendum perpetuam pœnitentiam in arctũ monaſterium detrudi, ſecũdum Hoſti. faciet primam certo tempore & exinde aliam, ſed hæc pœnitentia imponenda eſt in iudicio, qñ quis conuincitur de hoc vel faretur in iure. nam aliàs in foro pœnitentiæ videtur eſſe arbitraria pœnitentia pro huiuſmodi peccatis ſicut pro alijs peccatis.

§. 1. ¶ De licentia autem confitentis quamuis peccatum ſuum poſſit confeſſor alteri manifeſtare, ſecundum Thom. & Pet. Tamen nõ debet vti tali licentia niſi ad uitandum aliquod malum. Tenetur autem ille cui aliquid reuelat de licentia pœnitentis non reuelare. ſed illud celare, niſi forte peccator velit quod ille abſolutè & liberè ſciat. Licentiam tamen quam dat pœnitens confeſſori de reuelando quantũcunque generalis, non intelligitur niſi ad bonum confitentis, ſecundum Pet. de Pa. Et nota ſecundum Pe. de Pa. qđ ſi iudex diceret alicui capto pro maleficio, da licentiam confeſſori vt dicat ſi confeſſus es de hoc vel de illo, non tenetur dare, nec ex hoc ſuſpicio debet haberi contra eũ de delicto, quia forte hoc facit pp uitandnm ſcandalum. Sed etſi daret licentiam confeſſori, ſic licentiatus non debet dicere peccatum illud ſi commiſiſſet. Item ſi prælatus præciperet cõfeſſori ut dicat ſibi peccatũ alicuius quod eſt omnino occultum ẽt ſi confeſſis dediſſet licentiã ipſi ut diceret, nõ tenet obedire ut reuelet illud. quia ꝓlatus nõ eſt iudex occultorũ, immo ẽt ſi confeſſus eſſet diffamatus de illo peccato, & per infamiã ꝑueniret illud ad cognitionẽ iudicis q̃ is ipſe cõfeſſus interrogatus a iudice ſiue ꝓlato tenetur ſe manifeſtare, tamen confeſſor eius ẽt habita licentia ab eo dicendi, non tenetur obedire iudici ſibi ꝓcipienti vt dicat ſi ſcit, nec debet dicere, quia fori non miſcendi ſcicet contentioſus & pœnitentialis. Sed ſi confeſſor ſcit peccatum alicuius non ſolum per confeſſionem, ſed etiam per alium modum, puta quia vidit vel audiuit, poteſt dicere qđ illud vidit vel audiuit per talem & talem modum dum tamen non dicat id ſcire per cõfeſſionem. Nec refert utrum prius confeſſionẽ audierit, & poſtea per alium modũ ſciuerit vel econuerſo. In quo caſu ſcilicet ſi prius ſciuit peccatum ante confeſſionem nõ oportet ꝙ proteſtetur ſe non recipere illud in confeſſione, quia etiã ſine proteſtatione dicere põt quantum extra confeſſionem ſcit nec tamen hmõi dicere debet ſine magna cauſa & rationabili. Item ſecundum eundem Pe. cum cõfeſſio non auferat confeſſoris ius ſuũ, nec cõferat ei ius nouum in alio foro, quicquid videt confeſſori faciendum uel omittendũ pro bono ipſius confitentis vel pro bono communi põt facere vel omittere, dummodo ꝑ hoc non reueletur confeſſio, ad quod ſolum obligatur, licèt aliàs id non eſſet facturus, vnde ſi per confeſſionem prioris vel alterius ſcit abbas qđ nõ expedit priori tenere monaſteriũ, & ſit talis, qui aliàs ad libitum poteſt amoueri, expectet quouſque ſine nota reuelationis poſſit eum amouere, & tunc ſtatim amoueat. Cum enim ex audientia confeſſionis obligetur ad medendum animæ pœnitẽtis ſicut medicus, abſq; tamen reuelatione confeſſionis, ex quo aliquem in curam ſuſcipit, tenetur ei dare remedium contra recidiuum. Et ſic in ꝑ poſito quam cito poteſt amoueat quem etiã amouere poterat. Si autem talis erat qui ſine iuſta cauſa amoueri non poterat, cum audiẽtia confeſſionis nullum ius ꝓbeat ſibi in alio foro in quo non cõſtat ſibi ut iudici, amoueri nõ pt, idẽ Tho. Itẽ qa ꝓlatus ſniam intrã di uillã ſeu ciuitatẽ ſubdito ad libitũ cõcedere pt uel negaꝛ, licèt aliàs nõ eẽt negaturus ꝑ piculũ qđ ex ſola cõfeſſione nouit negare pt, dũ tñ ex hoc ſuſpitio non oriat. In occulto tñ ſp monere põt illũ q confeſſus eſt qa hoc nõ eſt reuelare cõfeſſionẽ. Similter curatus ꝑ cõfeſſionẽ non põt negare cõfeſſo cõionẽ, qñ aliàs eã dare tenet, puta in paſchate. Aliàs ſic dicẽs. Nõ teneor nunc tibi dare & nõ obiiciẽs de crimine cõfeſſo, non ꝑ hoc dꝛ reuelare cõfeſſione. Sed ſi cui cõquærenti contra ſuã parochia-

rochialem sacerdotem, quia non vult sibi dare Eucharistiam ipsæ sacerdos diceret coram aliis, quod hoc facit quia habet peccatum a quo ipsæ nō potest absoluere, & ipsæ nō vult ire ad episcopum, hoc esset reuelare confessionem quāuis ipsæ non intenderet hoc, quia grauitatem peccati expræssit. Hæc Pe. Et idē est cum dicit se audisse quendam nominādo eum & non absoluisse. Similiter de episcopo qui per confessionem nouit corruptionem monialis quæ petit benedici, quia aut est casus in quo tenetur, & tunc negare non debet quia si per confessionem eiusdem sibi constat, non tamen sibi constat vt iudici in illo foro in quo sicut ab ordinario monasterii petit benedictionem & quęlibet pro seipsa. Si autem hoc scit pro confessionem eius, qui vidit vel illius qui eam corrupit, non sufficienter constat etiam si extra confessionem dixit, vn de negare non debet. Si autem aliàs scit non tenetur benedictionem impartiri, & potest sine reuelatione confessionis negare ita confitenti sicut non confitenti. Et quod dictum est de benedictione monialium, scilicet uirginali, idem est de benedictione abbatissarum cū virgines præficiuntur quod tamen nō est necessarium virginem, scilicet præfici virginibus & non aliam. Nam & vidua potest esse abbatissa, sicut Paula mater Eustochij, tamē absurdum videtur eis quod monialibus bene dictis possit abbatissa præesse carens illa benedictione, sicut etiam secundum iura professis non debet nouitia præferri in abbatissam, immo nec professa tacitè nec expręssè, de elect. cap. indemnitatibus, in princip. li. 6. Quia tamen quod non prohibitum est cōcessum est, ideò videt quod benedictio abbatissarum quarumcunque non requirat virginitatem magis quàm abbatum, cum non sit iure cautum, sicut de benedictione virginū. Hæc Pet de Pal. Similiter qui, homo liberā electionem habet, licet per solam confessionem sciat aliquem indignum ad prælaturam ad quam eligitur, quem aliàs putabat dignū non debet eligere ex conscientia, sibi sic dictante, quia eligendo scienter dignum vel indignum negociū geritur inter ipsum & Deū, vnde potest etiam ex his quę scit vt Deus iudicare in proposito. Sed bene putarem quod pateretur pœnas iuris, puta quod esset priuatus uoce eligendi, & a fructibus per trienniū suspensus, qui eligeret illū quem scit ut Deus indignum, sed nescit vt homo, quia de his quæ scit homo vt Deus solum habet Deū ulterē non hominem & huiusmodi. Petr. quāuis autem dimidiando confessionem non sit bi sacramentum tenetur tamen celare sacr dos, quia pars est sacramenti. Petrus.

¶ Qui teneantur ad sigillum confessionis, di §.2.
cit Pet. de. Palu. vbi supra quod ad celandum confessionem tenetur is ad quem confessio peruenit licitè vel illicitè, mediatè vel immediatè, vnde & non sacerdos qui in casu necessitatis audit de mortalibus & venialibus tenetur ad sigillum confessionis. Item interpræs quem pęnitens pro se adhibet. Item qui casu audit. Item is cui de licentia confitentis reuelauit. Item qui se confessorem fingit. Item qui latenter absconditus cōfessionem audit, quod est sacrilegium & iniuriam facere sacramento. Item confessor antequam absoluat & etiam cum non absoluit tenetur celare. Item nota quod cum quis recipit aliquid sub sigillo confessionis, quamuis ei non fuerit confessus dicens illud tamen ita debet secretum tenere ac si haberet in confessione, non quidē ratione sacramenti ibi nō est, sed ratione promissis, si promisit illud sic celare, hoc secūdū Thom. & Pet. de Pal. Dicunt tamen Thom. & Petr. quod homo non debet aliquid de facili recipere in confessione. Addit autem Pet. de Palu. quod qui tradit quod accipit in confessione, quamuis non est confessio, videtur tamen facere irreuerentiam sacramento, cum nihil sit æque celandum eo quod in confessione scitur. Similiter cum aliquis accipit ab alio consilium recommendans vt illud seruet secretum tenetur ad celandum, & frangens mortaliter peccat. Ea tamen quæ quis recipit sub sigillo confessionis & non in confessione non plus: obligant quam cum quis iurat tenere secretum, vnde quando iurauit tenere secretum aliquod malum quod manifestando cum aliàs non possit impediri, illud malum auferē ut proditio aliqua & huiusmodi tenetur manifestare non obstante iuramento. 22. q. 4. inter cætera. Ira & quod accipit sub sigillo confessionis & non in confessione.

¶ Ad quæ se extendat sigillum confessionis. §.3.
Dicit Thom. in 4. quod directè non nisi ad illa quę cadunt sub sacramentali confessione, indirectè autem extendit se non solum ad ea quę cadunt sub confessione sacramentali ut peccata, sed etiam omnia alia per quæ posset peccator, vel peccatum deprehendit, ut si diceret quod non absoluit eum, vel talis (cuius impedimentum cognouit per confessionem solum) non est in tali vxor. Nihilominus etiā alia quæ in confessione dicūtur nō pertinētia ad cōfessionem summopere sunt

celanda

celandi tū propter scandalū, tum propter p̄nitatem, quæ ex consuetudine sequitur ad id cendum audita in confessione. Thom. Pet. de Pal. plenius prosequitur istam materiā dicēs, quòd directe & principaliter peccata confessa & circunstantiæ inquantum huiusmodi & persona tertia, cum qua quis confitetur se peccasse cadunt sub sigillo confessionis, licèt quidam hoc negent de persona cum qua quis cō fitetur se peccasse, quod tamen ipsæ reprobat. Et quando per locutionem de peccatis confessis potest deuenire per se vel per accidens directè vel indirectè, vel per quemcunque alium modum in aliquam cognitionem vel suspitionem vel opinionem vel dubitationem de confesso, vel inquantum potest sibi peruenire detrimentum vel in anima vel in corpore, vel in possessione, vel fama, vel amicis, vel potest per hoc scandalum in populo generari, vel confessio magis odiosa vel minus dilecta, vel magis onerosa vel minus preciosa deputari, debet confessor ab huiusmodi locutione abstinere. Et quia raro vel nunquā potest contingere, quin ex reuelatione peccatorum in confessione scitorum & non per aliam viam possit sequi aliquod de prædictis inconuenientibus, quamuis forte quandoque nullum contingat, multum debet cauere quòd non dicat peccata audita in confessione quantuncunque generaliter loquatur vel quomodo dicat. Hæc Pet. Et magister Vmber. dicit quòd cauendum est ne vnquam dicat quis in sermone vel aliqua locutione. Ego audiui istum casum in confessione. Nec vnquam debet dicere in illa abbatia vel villa vel castro in quibus audiui confessionem fiunt multa peccata & huiusmodi, quia per hoc credunt simplices quòd hoc sit reuelare confessionem quamuis hoc non sit reuelare secundum Pet. nisi ex huiusmodi locutione posset peccatum alicuius deprehendi. Dicendo autem, istæ confessus est mihi peccata sua non est reuelare, quia nihil ponit in palam, quia si dixerimus quia peccatum non habemus &c. Sed dicendo fuisse sibi confessum de magnis & multis hoc est reuelare, secūdum Pet. Bona autem alicuius opera quæ scit ex confessione, puta quia est virgo, vel quia nunquàm peccauit mortaliter & huiusmodi licet dicere, nisi quia ex hoc quòd vnus laudatur de huiusmodi peccatum, alterius quasi reuelatur cum nō laudatur de eodem, quia quod de vno dicitur de alio negatur, dist. 25. qualis, vnde si de duobus confitentibus dicit confessor de vno quòd est virgo, statim esset suspi-

tio contra alium sinistra. Hæc Pet. de Pal. Vmber. dicit simpliciter abstinendum ab huiusmodi locutionibus, addens idem Vmber. quòd confessor debet etiā cauere ne vnquam per aliquod genus peccati confitenti ostendat minorem familiaritatē vel signum minoris dilectionis. Alia quæ dicuntur in confessione nec peccata nec valentia ducere in manifestationem confitentis vt quòd in tali terra sint bona blada etiam huiusmodi non cadunt sub sigillo confessionis. Nota etiam quòd si confessor indiget consilio alterius, nisi habeat licentiam a confitente de persona manifestanda debet loqui ita obscurè & cautè & a remotis, vt nullo modo possit consulens imaginari de persona, vnde debet considerare horam & tempus idoneum. Nam si quis audit confessionem clerici alicuius quem vidit qui habet consulere ad pedes illius pro confessione, nec alius potuit aduenire. Si confessor vadit subito ad interrogandum illum de aliquo casu symoniaco & huiusmodi. Nonne satis & probabiliter & quasi violenter habebit ille suspicari de illo clerico? Et ideo in huiusmodi magna cautela adhibenda est, quod si confessor nesciret vel si nō posset casum exprimere super quo indiget cō silio, quin ille consultor intelligeret personā, & ipsa non vult sciri, debet ire ad alios pro consilio, q̄ si alium sufficientem habere non potest, non se intromittat, vnde & ipsæ Petr. de Pal. dicit, q̄ si non posset confiteri peccatū proprium nisi dicendo aliquid per quod manifestaret confessionem alterius, non debet illud confiteri etiam si esset mortale, sed sufficit tunc contritio cum proposito confitendi, quando habebit copiam talis sacerdotis cui illud peccatum suum confitendo non manifestetur confessio alterius. Ratio est quia fortior est obligatio ad celandum quam ad confitendum. Siquis autem in confessione reuelat credita & debita sua & huiusmodi vtrum & quando sacerdos possit aliquid reuelare vide supra de cōfessione in hac tertia parte, tit. 14. cap. 19. Et quia in clemē. cupientes, de p̄. dicitur q̄ confessores religiosi debent facere conscientiam sibi confitentibus de solutione decimarum, aliàs si scienter omittunt sunt suspensi ab officio prædicationis do nec faciant si commodè possunt. Et si interim prædicant sunt excommunicati ipso facto, de qua sententia excommunicationis & suspensionis, vide infra in titu. de censuris ecclesiasticis. Et sciendum quòd ibi dicitur quod hoc intelligitur secundum Paul. de Leaza. & Pet.

de

de Ancha. si ipsi confessores fuerint a prælatis ecclesiarum super hoc requisiti, sicut hoc dicitur expræsse iu illa clemẽ. de prædicatoribus. Si quis autem vellet simpliciter intellige re clemen. illam, scilicet, quòd teneantur confessores facere conscientiam confitentibus ét si de hoc non fuerint requisiti, quia de hoc alii doctores nil dicunt. Tunc videtur quòd sufficiat facere conscientiam per istum modum, scilicet quòd si exigerentur sint parati dare ad mandatum ecclesiæ, aliàs (ut dictum est) non esset in statu salutis, & contemnũt præceptum ecclesiæ. Et ubi est consuetum dare de toto facere conscientiam ut dent. Vbi verò aliqua quota etiam parua consueuit dari illa dent. Nec tamen videtur quòd oporteat facere cõscientiam, nisi de principalibus domus. Nam filii familias serui, & huiusmodi dare non possunt. Quid autem sit decima, quibus debeat dari, & a quibus, uide supra in 2. parte, tit. 4.

TITVLVS XVIII. DE STATV prædicatorum vbi ponitur. 16. poprietates cœlorum quas debent habere prædicatores, & 19. priuilegia prædicatorum.

Capitulum primum.

CEli enarrant gloriam Dei, ps. 18 Licèt secũdum superficiem litteræ etiam uerum sit, quod cęli materiales enarrent gloriam Dei, eo modo quo dicitur, quòd opus laudat magistrum. Ex magnitudine enim, & pulchritudine, & ordine influentia, & uirtute cœlorum compræhenditur gloria, & magnitudo Dei, qui eos creauit, secundum illud Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur. Tamen principalis sensus est de Apostolis & aliis prædicatoribus, de quibus tria notantur.

¶ Primo ex assimilatione habent in se perfectionem, quia cœli.

¶ Secundo ex actione habent ab ecclesia priuilegiationem, quia enarrant.

¶ Tertio ex narratione habent merè determinationem, quia gloriam Dei.

§. 1. ¶ Assimilantur prædicatores cœlis, quia ut dignè prædicent dicunt habere conditiones cœlorum spiritualiter, quas declarat dominus Ioan. Do. cardi. s. 16. sic dicens. Quales esse oporteat doctores ecclesiæ diuinam laudem, & gloriam prædicantes, non propriam, Sympho nides noster grauide indicat dicens. Cœli enarrant &c. Cœli inquam nobiles quidditate, de terrestri materia in quam Adam prolapsus est nihil habentes. Sed fide sacramentis, & uita emuli Christi notantur a Pau. 1. Cor. Pe. dicente. ¶ Primus homo de terra terrennus, secundus de cœlo cœlestis &c. Cœli procul dubio fiunt si sicut sunt loco officii sublimes, sic alti animo hominum terrenorũ quorumlibet cõtemnunt insultus, sicut scriptum est psalm. 2. Qui habitat in cœlis irridebit eos. Nec satis est semel, & bis constanter egisse, si demum propter mala dicta cedatur, cum cœlum in suis circulis existat perpetuo vnde placuit creatori cœlum, quod tamen semper nouetur firmamentum nuncupare. Gene. 1. Verumtamen, quia ab auditoribus vel subditis suis quilibet sibi obedientiæ ven dicat actus, qui suo superiori obedièt ia exhibet uelut cœlum in suo motu uelocissimum diuinis mandatis parendo etiam patenter se reddat mystícè Pet. dicente 2. canonica 3. ca. Cœli magno impetu transeunt. Sciant insuper hi quibus eos uirtutibus deceat decorari, dum cœli nuncupati stellarum planetarumque specie mire hos intuentur venustos non ignorantes quod longe plures sint stellæ quæ a nobis uideri non possunt, quam quæ uisui patent nequeunt tamen numerari Genes. 15. Ad quẽ finem dictum putent Eccl. 43. Glorio sa species cœli gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis dominus. Intus enim Angeli sint speciosi doctores, ut hominibus exterius appareant omni virtute formosi. Caueant autem summopere ne obscurentur dum fortassis aliis radiis quam solaribus illuminari quærunt secularium literis superflue insudantes, nulla enim luce cęli splendescũt, quæ non oriatur a sole. Ecclesiastico teste. Sol illuminans per omnia respexit, & gloria domini plenum est opus eius 42. Par est, ut iustitia sole rutilantes solis radios transfundant in cæteros, ut verificetur illud psal. 135. Qui fecit cœlos in intellectu, valeatque cum propheta alio auditores dicere Ezech. 1. Aperti sunt cœli, & uidi uisiones Dei. Quia tamen nonnulli sunt cœli diuinis arcanis repleti, uideant ne ubique se totos aperiant. Quorundam enim oculi ægri velut noctuæ limpidos solis radios sustinere non valentes, in media lucæ cęcantur. Quare cœlis prudentia opus est sicut scriptum est. Prouer. 3. Dominus stabiliuit cœlos prudentia. Hic per Esa. 66. idẽ dominus ait. Cœlum est sedes mea. Quo su-

Secũdo.

Tertio.

Quarto

Quinto

Sexto.

Septimo

Octauo

Nono.

Decimo

Primo.

Decimo

ptā cœlos Lateat magnificentia, iuxta illud Psal. 8. Eleuata est magnificentia &c. Tunc erunt vtique si fuerint spherici figura perfecticapacitateq; maximi, gemina videlicet charitati repleti ordine diuino amantes Deum, qui creauit cœlum & terram, & quicquid cęli ambitu continetur. Hester. 13. Carnales prætea vocat Apostolus. 1. Cor. 3. quos non, vt cō cordia cœlos, sed velut beluas discordia nutrit. Cœli nempe ordine suo inferiora gubernant. Nunquid ait Iob. 38. Nosti ordinē cœli, &c. Si uero ad horā quandoq; humana fragilitate vincente, aut alia causa mouente, lis orta fuerit inter tales, mutuo se mitigent sicut cœli, qui alterutras malitias temperant, elementorum nullum auxilium implorantes, de quibus bene exponitur illud sancti Iob. 38. vbi dicit. Quis enarrabit cœlorum rationes, & concentum cœli quis dormire faciet? Qui nimmo prudenter attendant ipsorum officiū fore inferiora regere plene, vt libeat populis cum veritate dixisse. Habuimus enim de cœlis auxilium & liberati sumus. 1. Macha. 12. Licet autem eis cum Paulo cœlorum natura perductis superfluos humores terrestres attrahere collectas diuitibus indicendo, vt inde miseri sustententur. Sic Deus operit cœlum nubibus & parat terræ pluuiam, psal. 146 Aliquando etiam cœlorum facies teguntur caligine, vel nubibus aeris, sed tamen, & tunc lumen refundunt, & illis obstaculis dissipatis se esse demonstrant quod erant. Quia nimirum doctorum uita talis esse debet, vt si sæpe malitia detrahentium infametur, tamen per bona opera, & debitam patientiam sanctitatis lumen non cesset effundere, & mordentium rabie ex bonis operibus consideratis consumpta, pateat euidenter nubium maledicta cœlos non offuscasse, sed solum volasse ab ore latrantium ad aures audientium. Sic exponatur oratio Salo. 3. Reg. 8. dicentis. Si clausum fuerit cœlum, &c. Tandem talis sit omnis uita docentium, ut sicut cœlum intuētes singulos in admirationem & imitationem atque diuina præconia conuertat. Scriptum quippe est dabo prodigia in cœlo & in terra Iohel. 2. Quicunque igitur his sexdecim conditionib. cœlorum fuerint insigniti, uere sunt cęli, qui enarrant gloriam. Hæc ille.

Vndecimo.

Duodecimo.

Tertiodecimo.

Quarto decimo.

Quinto decimo.

Sextodecimo.

§. 2. ¶ Secundo notatur actus proprius ipsorum p̄dicatorum, & hoc est enarrare, id est, extra narrare aliis per prædicationem quod intus intelligunt & gustant per deuotionē, ſm illud psa. 144. Memoriam suauitatis tuæ eructabunt. Hoc autem officium, ut dicitur de statu mo. quod Dei timorem, est priuilegiatum ab ecclesia multipliciter. Et ponit super di. cap. Io. An. 19. priuilegia eius. Primo quia de qualibet religione potest quis ad illud assumere ēt statu clericali, habita tamen licentia suorum prælatorum, ut habetur extra de iudæis, quā sit Goffr. Secundò quòd nullus laicus ad hoc admittitur nisi mitteretur a Deo, quod tamē haberet probare per euidens signum, ut Moyses missus ad Pharaonem, qui probatur per signa vera in Exo. 8. c. & de hære. cum ex iniuncto. Tertio quia nec clericus illud officiū exercet, nisi missus a suis superioribus. Rom. no. Quomodo prædicabunt nisi mittantur. Eo ipso autem quo alicui datur cura animarum, intelligitur missus ab ecclesia quo saltem ad suos subditos quibus prædicare debet. Et sic intelligitur dictum Greg. dis. 43. sit rector, ibi dicitur, ꝙ officium præconis aliàs prædicationis, idest, prædicatoris suscipit quisquis cum ad sacerdotium accedit, s. ad regimen ecclesiæ. Religiosi multi hoc habent ex priuilegio Papæ, aliàs ad episcopum pertinet hmōi licētia. Quarto vt non clam, sed publicè prædicetur. Matth. 10. prædicat super tecta, i. publicè quod in aure audistis, i. secretè, ait Christus, vnde de hær. cum ex iniuncto, reprehendunt occulta conuenticula in actu prædicationis, vt suspecta de hæresi. Quinto vt præficiantur prædicatores in ecclesiis cathedralibus & regularibus, ut quos episcopi possunt in coadiutores habere, ut de offic. ordi. inter cætera. ibi enim dicitur quòd inter cætera quæ ad salutem spectant populi Christiani, pabulum verbi Dei maxime sibi noscitur necessarium, vnde episcopis mandatur, vt uiros idoneos ad prædicationis officium exercendū assumant, potentes in opere, & sermone, qui vicę eorum cum ipsi non valent hoc agere propter occupationes, vel alias plebes sibi commissas ædificent, & eis episcopi necessaria subministrent. Sexto ut sint uicarii episcopi, scilicet ex commissione ipsorum episcoporum quā facere eis debent si sunt idonei. Qui scilicet etiam adiuuent in audiendis confessionibus & aliis pertinentibus ad salutem, ut in dicto cap. inter cætera. Et Paulus socios habuit ad prædicandum Bernabam, & Titum, & Timotheum. Et Petrus Linum, & Cletum pro directione animarum. Septimo, ut occasione huiusmodi officii adipiscendi mittantur aliqui ad studium Theologię cum priuilegio, de quo habetur de magistris ea super specula. ut enim dicit Innocent. distinct. 61. miserum est eum fieri magistrum, qui nunquam

Priuilegia prædicātiū.

fuit discipulus. Et ab Apostolis electus est in socium ad prædicandum Matthias, qui erat doctus in lege. Octauo vt licite possint mendicare, & accipere ab his quibus prædicant. 1. Cor. 9. Si spiritualia vobis seminauimus magnum non est si carnalia vestra metamus. Nã & dominus statuit qui euangelium prædicãt de euangelio viuere, ad quod insinuandum misit Apostolos ad prædicandum sine sacculo & pera & pecunia, vt de eleemosynis viuerent sicut, & ipsæ fecit. 12. quæstio. 1. habebat, & ipsas eleemosynas licite recipiũt etiam ab excommunicatis Nono, vt postulatio facta de prædicatore, scilicet in prælatum, & recto rem ecclesiæ citius admittatur, vt de elec. ca. in causis, in fin. præsumitur enim quòd bene pascet populum cibo doctrinæ, secundum illud Ioan. vlt. Pasce oues meas. Decimo, vt alterius episcopatus ecclesia præscribatur, etiã cum scientia rei, vt de præscript. cap. 1. Vndecimo, vt cum gentilibus cibus suscipiatur de iudæis, cap. quàm sit, secundum illud Luc. 10. Comedentes & bibentes quæ apud illos sunt. Duodecimo, vt diuersarum religionum habitus in vnum conformetur, de vita & hone. cle. Deus qui. Istud tamen sanè intelligendũ, vt cum fit ex dispensatione papæ propter causam specialem, vt ibi fuit factum. Nam alias regulariter non arabis in boue simul & asino, dicit scriptura, ideſt homines diuersæ professionis non iunges, ut exponit canon. 16. qõ. 7. noua, scilicet ad officiandũ ecclesiã. Nõ debet ergo prædicator si regularis est dimittere habitum suum, vt conformet se moribus clericorum vel religiosorum quibus prædicat, aut etiam illum occultè deferre, sed palam. In aliis debet se conformare cum aliis salua obseruatione suæ religionis, dis. 41. quisquis, cũ gl. Archi. Tredecimo, ut ad prædicationem dũ prædicat quis excommunicatus admittatur, nec eiiciatur de ecclesia, sicut de diuinis officiis, de senten. excommuni. respõso. Et similiter notarii, furarii, & peccatores, & hæretici, & infideles, & hoc vt per prędicationem detus eis materia conuersionis. Prædicate euangeliũ omni creaturæ (ait Christus. Mar. vlt.) nullum excipiendo. Quartodecimo, vt clericus etiam religiosus, & si cogatur mendicare votum tamen transmarinum, scilicet ad terram sanctam personaliter exequi tenetur, cũ scilicet est aptus ad prædicãdum, extra de voto, c. ex multa. Quod vĩ intelligendum si licẽ tiam habeat a prælato suo quoad religiosos. Neque. n. votũ põt exequi sine assensu prælati, & præcipue peregrinationis, in quo prælato fieret præiudicium. Quintodecimo, vt indignus, & ét insufficiens ad hoc non admittatur, de æta. & quali. c. pen. Paulus ad Titum. 1. ca. potẽs sit adhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt reuincere. Et Symachus pa. di. 81. Nemo monitoris rectè personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat, & vitæ innocentiam conuersatione demõstrer. Sextodecimo, vt certæ personę leges vel phisicam non audiant, ne per hoc officium negligatur, ne cle. vel mo. super specula. Oportet enim nosse scripturas sacras, & leges ecclesiæ non legalia vel medicinalia, si quis vult vtilia prædicare. Vnde de Christo dicitur Luc. vlt. q̃ aperuit eis sensum, scilicet Apostolis, ut intelligerent scripturas. Decimoseptimo, vt secure verbum Dei proponatur in genere. Et non aliquis peccator occultus tãgatur in spe, scilicet ipsum nominando. Apostolus. 2. Tit. 2. ca. Verbum Dei non est alligatum. Esa. 58. c. Clama nec cesses &c. Annuncia populo meo scelera eorum. Decimooctauo, ordo prędicatorum in ecclesia Dei dicitur esse præcipuus, vt de excess. pręla. nimis praua. Et merito, quia Christus ad hoc missus est Esa. 61. Sps domini super me, eo q̃ vnxerit me ad euangelizandũ pauperibus misit me, & exinde consecuta est conuersio mundi ad Deum. Ro. 10. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi, quomodo aũt audient sine prędicante? Bern. Vnde tanta lux in toto orbe, nisi de prędicato Iesu. Decimonono, quia multę & magnę indulgentię concessę sunt a multis summis põtificibus audiendis prędicationem fratrum prędicatorum, quod uidi in priuilegiis, & ita credendum est de allis prædicatoribus. Adde vigesimo, quia priuilegiata merces eis reseruatur in cœlis, scilicet aureola specialis prę-
mi accidentalis, quę datur doctoribus, secũdum illud. 2. Timothei. 4. Cursum consummaui, scilicet prędicationis, fidem seruari, scilicet fideliter me habendo, in reliquo reposita est mihi corona.

¶Tertio ostenditur determinatio materię prędicandæ in eo quod dicitur gloriam Dei. §.3.
Non enim debent narrare gloriam suam se laudando & ostendendo scientiam suam, sed gloriam Dei. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuę loquentur, mirabilia tua narrabunt, psalm. 144. Mirabilia siquidem opera Dei, scilicet creationis, gubernationis, debent prædicari. Et bona quæ habentur in gloria, quia ibi est omne id quod appetitur rectè, psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua, & ea per quæ peruenitur ad gloriam, scilicet opera uir

tutum.

tutum. Ro. 2. Gloria honor & pax omni homini operanti bonum. Et quia hæc habentur per fidem, ideò & fides prædicãda & hæreſes eradicandæ, ad quod eſt inſtitutum officiũ inquiſitorum. De pertinentibus ad commẽdationem fidei & veritate eius habes in quarta parte tit. de fide. De erroribus iudæorum, paganorum, & hęreticorum per modum prædicationis, habes ſupra in ſecunda parte titu. de infidelitate.

¶ *De inquiſitoribus quomodo ſe debent habere in inquiſitione contra hæreticor. Cap. 2.*

COngruit autem maxime inquiſitoribus qui habent prædicare illud, pſ. 67. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Et hoc tripliciter.

¶ Primo virtute, ſcilicet ſapientiæ ad proponendum veritatem doctrinæ.

¶ Secundo virtute conſtantiæ ad tolerandum perſecutionem ab hęreticis & ipſam mortem.

¶ Tertio & virtute prudentiæ ad conuincendas aſtutias & malitias eorum.

¶ Et quia prędicatoribus communiter committitur inquiſitionis officium & religioſis ordinis prædicatorum, licèt & minoribus ſit commiſſum in prouincia. Thuſciæ & aliis ꝓuinciis ob reuerentiam beati Franciſci, ideò titulo de prædicatoribus annectitur capitulum de inquiſitoribus, Bonifacius. 8. ut inquiſitionis negocium contra hæreticam prauitatem ad dei gloriam & augmentum fidei noſtris temporibus proſperatur, leges per Federicum olim Romanorum Imperatorem promulgatas in Dei & eccleſiæ honorem & hęreticorum exterminium approbantes & obſeruari volentes, vniuerſos ſæculi poteſtates & dominos temporales, prouinciarum, terrarũ, & ciuitatũ aliorumq; locorum rectores, quibuſcunq; dignitatibus vel officijs, aut nominibus cænſeantur requirimus & monemus ut ſicut reputari captiunt & haberi fideles, ita ꝓ defenſione fidei dyoeceſanis epiſcopis & inq ſitoribus hęreticę prauitatis a ſede apoſtolica deputatis aut in poſterum depurandis, pareant & intendant in hæreticorum credentiũ fautorum, receptatorum & defenſorum ipſorum in inueſtigatione captione a cuſtodia diligenti cum ab eis fuerunt requiſiti. Et ut prędictas perſonas in peſtiferas in poteſtatem ſeu carcerem epiſcoporum ſeu inquiſitorum dictorum, vel ad loca de quo ipſi uel aliquid ſeu aliquis ex eis mandauerint infra eorum dominorum poteſtatem vel rectorum deſtrictũ ducant uel duci faciant ſine mora, vbi per uiros catholicos a prędictis epis ſeu inquiſitoribus vel eorũ aliquo deputatos ſub arcta, & diligenti cuſtodia teneant, donec eorũ negociũ per eccleſiæ iudiciũ terminet. Eoſq; de hæreſi a dyoeceſano epo uel inquiſitore ſeu inquiſitoribus cõdẽnatos prædicti ptãtes, dñi tpales ſeu rectores uel eorũ officiales ſeu nuncijs ſibi relictos ſtatim recipiant indilate aĩaduerſione debita puniendos, non obſtantibus appellationibus ſeu proclamationibus prædictorũ nequitiæ filiorũ, cũ tã ſecũdum ordinationẽ ꝓdeceſſorũ nrorũ, q̃ ſecundũ legẽ imperialẽ appellationis & proclamationis beneficiũ expreſſe ſit hæreticis & credẽtibus & eorũ receptatoribus & fautoribus & defenſoribus interdictũ. ¶ Prohibemus quoq; diſtrictius ptãtibus dñis tpalibus & rectoribus eorũq; officialibus ſupradictis, ne ipſi de hoc crimine cũ mere ſit eccleſiaſticũ quoq; mõ cognoſcãt vl̃ iudicẽ, ſiue captos pro eodẽ crimine abſq; dictorũ eporũ uel inquiſitorũ aut ſaltẽ alterius eorũ lnĩa uel mandato a carcere liberent, aut executionẽ ſibi pro hmõi crimine a dyoeceſano uel inquiſitoribus ſeu inquiſitore iniũctã, put ad ſuũ offim̃ ſpectat facere ſeu adimplere detractẽt, vl̃ aliàs dyoeceſanorũ iudiciũ aut inqſitorũ ſnĩa ſeu proceſſum directe vl̃ indirectè impedire ꝓſumant, Siquis autẽ de ꝓdictis ptãtibus dñis tpalibus rectoribus uel eorũ officialibus aut baliuis cõtra ꝓdicta fecerit aut ꝓfato fidei negocio dyoeceſano epo, vl̃ inquiſitoribus incũbenti ſe opponere attẽpta uerit aut forte præſumpſerit, vel ipſum aliquatenus impedire uoluerit, necnõ qui ſcienter in prędictis dederit auxilium conſilium vel fauorem excommunicationis ſe nouerit mucrone perfoſſum quam ſi per annum animo ſuſtinuerit pertinaci; ex tunc uelut hęreticus condemnemur, extra de hęre. ut inquiſitionis, lib. 6. Io. An. in nouel. ſuper verbo mere dicit, ꝙ non obſtant auctoritates ueteris teſtamenti, per quas probare vl̃ hoc licere principibus, ut patet Deute. 7. & 12. c. & tangitur, 22. q. 5. ſi audieris. Et exemplum habetur de Iehu rege Iſrael quoad ſacerdotes. Baal. 4. re. 10. Ad hæc & ſimilia rñdetur per id quod habetur. 2. q. 7. nos ſi. §. item cum Balaã. vbi dr̃ ꝙ multa in ueteri teſtamento concedebantur q̃ hodie ſunt prohibita. Satis eſt hoc expreſſe per cõſtõnem eccleſiæ eẽ ꝓhibitũ. Et ſicubi cã nõ eis circa hoc ꝓmittit. Illud ſp intelligitur ad mãdatũ eccleſiæ uel i caſu executiõis ſnię latæ per eccleſiam uel præcepti facti peream

§.1. ¶Quomodo agendum sit quando contrahę reticos proceditur per episcopum & inquisitorem de processibus adinuicem communicandis. Quærit glo. super uerbo puniendos. Quid iuris si ordinarius & inquisitor discordent in mandato, puta quia vnus eorum mãdat puniri per se condemnatum, alter mandat relaxari per se absolutum. Respondet, satis videtur super sedendum donec Papa consulatur, ut eo. tit. per hoc li. 6. vbi dicitur. Verum (ut dictum) inquisitionis officium efficacius melius vtiliusque procedat concedimus q̃ p̃ episcopos ipsos & per inquisitores de facto eodem inquiri ualeat communiter vel diuisim, & si diuisim processerint teneãtur sibi inuicem communicare processus, ut per hoc possit melius ueritas inueniri. Et nisi inquisitores in hoc casu in sententiæ prolationis diẽ cesanis uel econtra duxerint deferendum p̃ utrosque simul sententia proferatur. In qua ferenda si non conuenerint per utrosq; negocium sufficienter instructum ad sedem Apostolicam remittatur. Siue autem ordinaria siue delegata episcopi potestate procedant, illum in procedendo modum obseruent, quẽ inquisitores possunt & debent per iura communia, vel per speciales concessiones, seu ordinationes apostolicæ sedis obseruare. Et in principio dicti. c. per hoc, dicitur q̃ quamuis in aliquo a sede apostolica sint deputati inquisitores non per hoc tollitur episcopis potestas quin etiam possint procedere cõtra hæreticos, & potest episcopus iure ordinario p̃cedere contra hęreticos non exemptos. Contra exemptos etiam sed iure delegationis, secundum gl. ibi Et allegat ea. ad abolendã. in fi. hæreticis. Quod autem est in dicto capi. per hoc, quod episcopus & inquisitor cum diuisim procedunt, debent sibi communicare processus, intelligitur talem communicationem necessario fiendam, quando nil aliud restat nisi ut sentẽtia promulgetur. Quod si aliter non posset commode procedere nisi uisis actis alterius tũc semel tantum communicatio tribuatur, ut habetur in extrauag. Benedicti 11. quæ incipit. ex eo. ¶Item in cle. de hære. multorum dicitur, quod tam episcopus q̃ inquisitor unus sine alio potest citare & capere & tutè custodire & carceribus mancipare. Sed deputare duro carceri & qui magis ad pœnam quam ad custodiam uideatur, vel tormentis exponere uel ad sententiam procedere non potest episcopus sine inquisitore nec inquisitor sine episcopo aut eius super hmõi delegato, aut episcopali sede uacante delegato capituli, si sui adinuicem possit copiam habere infra octo dies, postquã se requisierint. possunt tamen quilibet prædictorum committere alteri vices suas vel per literas significare suum consilium & assensum. Hęc ibi. Et cum quæritur utrum auctoritas inquisitoris in hmõi sit ordinaria uel delegata? Et circa hmõi quidã legistę dicunt, q̃ habet potestatẽ ordinariã, quia habet uniuersitatẽ causarum quoad hæreticos. Et ordinarius dicit qui habet uniuersitatẽ causarum. ff. de iudi. cum p̃tor. §. 1. & extra de app. c. Romana. li. 6. Et sic condemnatũ contra sniam suam põt restituere ex causa postea cõprobata, puta si doceat condẽnatus malo dolo cõuictus, & hmõi. Sed canonistæ oĩno tenẽt cõtrariũ dicẽtes, q̃ hẽt auctoritatẽ delegatam nõ ordinariã, quantũcunq; habeat vniuersitatẽ causarũ, quia non omniũ: sed earũ quæ pertinent ad crimen hęresis. Et pro ista opinioe est expręsse text. d. c. per hoc, quod tenere videtur Archi. Et sic sentẽtiã siue male siue bene processerit tollere non potest. Et idem tenet Io. And.

¶De notariis & carceribus & custodibus carcerum hæreticorũ. §.1. statuitur in clementi. in c. multorũ, de hære. qđ notarii inq̃sitionis corã episcopo cũ inquisitore uel substitutis ab eis iurabunt suum officiũ fideliter exercere, & idẽ fiet de aliis personis necessariis ad dcm officium. Itẽ quilibet carcer uel murus hæreticorum debet esse communis epõ & inquisitori, & debet habere duos custodes unũ quẽ uolet episcopus & ei prouidebit, & alterum quẽ uolet inquisitor, & ei prouidebit. Et uterque eorũ potest habere sub se fidelẽ ministrũ & illius loci erunt duę claues, quarum vnus custodũ unam & alius aliam tenebit. Et poterit officium ministrandi carceratis committere suo ministro. Et tenentur prædicti custodes antequam exequantur officium coram eis a quibus assignantur iurare tactis euangeliis, quod in custodia omnem diligentiam q̃ poterunt adhibebunt. Et q̃ alicui incarceratorum non loquetur unus nisi alio audiente & qđ ipsis carceratis fideliter conferent prouisionem, quam ipsi recipiunt de cõi ordinatione, & quod a parentibus uel aliis personis confertur eisdem, nisi episcopi vel inquisitoris uel suorũ commissariorũ ordinatio refragetur, & eodẽ modo iurabunt prædicti custodũ ministri & coram eisdẽ. Hæc omnia in d. c. multorum de hære. in cle. ¶De multis quę conceduntur inquisitoribus pro expediendo officio inquisitionis. Bonifacius octauus. inquisitoribus hæreticæ prauitatis sic ait

Vobis.

Vobis & veſtrum ſingulis committendi citationes & denũciationes ſniarũ quas in quoſlibet hæreticos credentes, receptatores, defenſores & fautores eorum tuleritis. Aduocandi quoq; prout expedierit peritos quoslibet, ut vobis aſſiſtant, & in hmõi ferendis ſententiis prębeant conſilium oportunum. Ac eis quod ſuper his humiliter pareant in virtute obediẽtiæ iniungendi. Conuocando etiam clericum & populum ciuitatum caſtrorũ aliorumq; locorum prout dicto negocio fidei videritis expedire. Et econtra illos quos in prouincia in qua inquiſitionis officium eſt commiſſum, hęreſeos crimen conſtiterit commiſiſſe, licèt ad alias partes ſę transferendos duxerint procedendi, necnõ faciendi a quibuslibet aſſignari uobis libros ſeu quaternos, & alia ſcripta in quibus inquiſitiones factę, ac proceſſus per quoſcunque auctoritate ſedis apoſtolicę, vel legatorum eius habiti contra hæreticos continentur. Et illorum qui veſtris mandatis obedientes humiliter ſtant ꝓpter hęreſim in carcere, vel in muro recluſi, pœnam vna cum ꝑlatis quorum iuriſdictioni ſubſunt mitigandi, vel commutandi cum videritis expedire. Priuandi prętereа, vel priuatos nunciandi digni tatibus, & aliis & beneficiis eccleſiaſticis de diœceſanorum, vel in abſentia ſua ſuorum uicariorum conſilio. ¶ Et officiis publicis & honoribus quibuſcunque eoſdem hęreticos credentes receptatores & defenſores ipſorũ, eorumque filios ac nepotes plenam cõcedimus facultatem. Sunt autem diœceſani in priuando tales, vel nunciãdo priuatos beneficiis huiuſmodi requirendi niſi forte conſtaret legitimè quòd idem ſciẽter huiuſmodi perſonis eadem beneficia contuliſſent. Tunc enim in eos in his requirendos non eſſe cẽſemus, ſed potius ſuo a iudice puniendos. Hæc omnia in c. ut commiſſi. de hęre. lib. 6.

§. 3. ¶ Circa ſententias ferendas contra hęreticos, & huiuſmodi notat quędam Io. And. in nouel. vt commiſs. de hęre. lib. 6. ¶ Primo no. ſecundum Arch. quòd non eſt neceſſe in crimine hęreſis nouam ſententiam promulgari, qa iam per canones eſt antiquitus promulgata. Et ſic potius pronunciatus declaratur q̃ promulgetur. 2. q. 1. cap. 1. Tamen quod circa hoc expediens iudicabitur ipſorum inquiſitorum prudentię, & arbitrio relinquitur, eo. tit. cum ſecundum lib. 6. ¶ Secundò quòd circa huiuſmodi diſcuſſionem, ſcilicet hęreticorũ uocentur periti, non quicunque, ſed in theologia, iure canonico vel ciuili. Cum enim de crimine merè eccleſiaſtico tractetur, per canones cognoſci debet & decidi, ad hoc. 11. qõ. 1. Si quis cum clerico. Cum ſuffragio tamen, & famulatu legum. 11. qõ. 3. ſummopere. Gratis autem debent in huiuſmodi deſeruire, poſſunt tamen recipere tales periti ſalarium ſui laboris ſi eis detur, ſed non exigere. ¶ Tertio quia poteſt conuocari clerus, & populus in huiuſmodi ſententiis ferendis. Quod fieri ſolet per inquiſitores ad audiendas ſententias, & pœnas quæ inferuntur hęreticis videndas, & expedit populo talia publicè fieri ad inſtructionem et terrorem. ¶ Quarto contra abſentes putat Archi. quòd ſi conſtat de eorum pfidia, ex quo in prouincia delinquendo facti ſunt ſubditi, & ſint contra eos ſolemnia edicta propoſita, pronunciari poterit ſuper crimine ſi conſtat, locus erit decretali, cum contumacia, eo. tit. lib. 6. Dicit etiam Arch. quòd fideiuſſoribus abſentiam pœna pecuniaria infligi poteſt, & remitti ad id quod habetur. 23. q. 5. cum homo. hoc tamen in citatis, qui ex quo quęſiti fuerant domicilii mutatio non obeſt. ut de for. compe. propoſuiſti. Si vero citati non erant, tamen ibi deliquerunt ratione delicti ibi conueniri poſſunt, & ſunt remittẽdi auct. ut nulli iud. §. ſi uero quis. Io. mo. dicebat quòd de fugitiuo loquebatur hęc conſtitutio qui remittendus erat ad requiſitionẽ inquiſitoris ſub quo deliquit. C. vt de cri. agi oportet. l. 1. ¶ Quinto circa obedientes reuerſo, ſ. ab hęreſi. quęrit Archi. qui dicantur ad gratiam ſponte redire. Reſpon. quòd illi qui veniunt infra tempus gratię licèt fuerint moniti. Nec enim coacti videtur, ex quo a nemine ſunt prędicti. Et dicit Archi. idem ſi poſt tempus gratię re tamen integra, quia nec perſonaliter requiſitus, nec probationes contra eum receptę, ad hoc de prębend. ſi tibi libro ſexto, cum concordan. Poſt tempus vero gratię perſonaliter requiſitus licèt veniat, indignus eſt venia. licèt errorem detegat, & remittit. C. de his qui latro. occultant lege ulti. Et ſubdit quòd hic non loquitur de talibus obedientibus qui non carcerarentur & remittit ad ſummam Hoſt. eo. tit. §. qualiter de prę hendatur.

¶ Circa carcerem ſexto. ¶ Nota quòd carcer eſt ad cautelam, ne ſcilicet noceat, uel alios inficiat, & ut appareat, an in tenebris, vel in luce ambulet. Non tamen ſit hoc diffinitiuè ad pœnam, quia regulariter quis non damnatur ad pœnam carceris, ut de pœnis, quamuis lib. ſexto. Ibi autem dicit tex. quòd quamuis carcer ſit inſtitutus ad cuſtodiã nõ ad pœnam, ſcilicet ſecundũ iura ciuilia, tñ de §. 4.

iure canonico permittitur prælatis ad carceres ad tempus, vel in perpetuum adiudicare reos in pœnam suorum criminum. Et ratio est secundum Arch. quia Deus non vult mortem peccatoris &c. Pro illis enim peccatis ad iudicantur clerici ad perpetuum carcerem, quibus secundum iura ciuilia debent ad mortem condemnari, vt dicit glo. quòd sic cum quis cõdemnatur ad carcerem aliquid exprimatur in sententia, s. ad tempus certum, vel in perpetuum, expræssis in sententia stabitur. Si autem simpliciter damnetur ad carceres, perpetuo intelligitur dãnatus. C. de pœn. l. seruus. Nec debet in eodem carcere siue ad custodiã seu ad pœnam sint positi esse ibi commixtio sexuum, ideſt, maris & fœminæ. Nec etiã ita asper carcer quòd ibi perimantur. Et aduertẽdum quod dicit Arch. quòd absoluti, s. ab excommunicatione, qui postea detrusi sunt in carcerem vel aliis pœnitentiis onerati, nullã sententiam diffinitiuam receperunt si tales sponte carcerem exiuerunt, vt fugientes tales excusationem legitimam non habentes possunt, vt hæretici condemnari, quia fingunrur a iure fictè conuersi & simulatè confessi, & erroris pristini recidiui, ad id de pœn. di. 2. c. 1. ¶Septimu dicit Arch. quòd in ferendis sentẽtiis, vel pœnitentiis iniungendis redeuntibus non debet iudex tales pronunciare hæreticos vel credentes, quia non sunt 24. q. 1. hæc est, & qõ. vlt. Nec pronunciauit eos tales fuisse, quia talis modus non est datus a iure, sed dicet sic. Quia te inuenimus per tuam confessionem, vel per legitimas probationes hæreticum fuisse, vel hæreticos adorasse, vel talia perpetrasse. Nunc autem saniori usus cõsilio uis, prout asseris ad vnitatem ecclesiæ de corde puro, & fide non ficta redire. Idcirco in primis te abiurata omni hæretica prauitate ab excommunicationis uinculis quibus tenebaris astrictus absoluimus, si tamen ad eandem ex corde redieris, & iiunctam tibi pœnitentiam, & mandata seruaueris. Et quia in Deũ & sanctam ecclesiam modis prædictis temere deliquisti, ad peragendum pœnitentiam condignam in perpetuum carcerẽ te detrudi volumus, & præcipimus perpetuo te manere. Nec miretur quis quòd dictum est sub conditione si. Nam causa tollendę quæstionis expedit sic dici & poni, vt si quod impositum est non obseruasset eum absolutum non esse appareat. Dicit tamen Io. An. quòd quicquid dicat Archid. inquisitoris nostri temporis bene pronunciãt hũc hæreticum fuisse. Nec uideo quid obsistat. Et dicit Io. And. Archid. omnia prædicta extraxisse de formulis inquisitorũ. Sed ego ea reperi determinata, & declarata in quodam opusculo per dominum Guido iure peritum, tunc archiepiscopũ Narbonem ad quæsita responderi inquisitorum. Qui postea factus Papa dictus est Clemens. 4. Qui etiam Guido addit. Sane in his omnibus cautum arbitror instrumenta publica retineri, & sigillis episcoporum muniri, præcipue ubi cãerit nobilium & potentum. Et illud adiicio, quòd omnes errores suos sigillatim profiteri, & adiurare publicè faciatis, quia nihil magis in confusionem hæretice prauitatis redundat & gloriam nominis Christiani. Quid vero iniungendum sit talibus diffiniri non potest, quia committitur arbitrio iudicantium. Aliter. n. cum simplicibus, quam cum prudentibus esset Agẽdum. Aliter cum clericis quàm cum laicis, aliter cum prælatis aliter cum subditis. Et omnes circunstantiæ sunt notandæ de pę. dist. 5. c. 1. Et cum multi ex simplicitate in hoc crimen incidant credo multorum simplicitati parcendum, ut non excusentur a toto, sed a tanto dist. 86. tanta. Credo etiam eos qui fauerunt vel receperunt sanguine cõiunctos mitius puniendos. Hæc ille. Dicit etiam Archid. in rosa. super. c. 1. 23. q. 8 q̃ siquis cõsultat alicui quòd indubitate morti se exponat pro nomine seu honore Christi, vel pro fide, vel pro statu ecclesiæ non sit irregularis etiam si mors iudæ sequatur 25. q. 1. sunt quidam, cum Christus pro nobis mortem subierit, secundum Inn. & Host. Hac ratione excusari possunt ab irregularitate inquisitores hę retice prauitatis, scientes quòd statim postq̃ pronunciauerint aliquem hęreticum fore, ille morti tradetur hoc etiam alias multipliciter procurando, vt 23. q. 5. si audieris. Item in c. statuta. de hæreticis. lib. 6. dicit Bonif. Concedimus vobis, s. inquisitoribus quatenus inquisitionis hæretice prauitatis negocio procedit possit simpliciter & de plano. Et absque aduocatorum ac iudiciorum strepitu & figura. Iubemus tamen quòd si accusatoribus, vel testi in causa hæresis interuenientibus seu deponentibus propter potentiam personarum contra quas inquiritur, videant episcopi, vel inquisitores graue periculum imminere si cõtingat fieri publicationem nominũ eorundẽ. Ipsorum nomina non publice, sed secreto coram diœcesano epõ, vel eo absente eius vicario qñ inquisitores procedunt qñ vero procedit eps coram inquisitoribus, si haberi possit commode copia eorum. Ac nihilominus siue eps siue inquisitores processerint, aliquibus

aliis

aliis peſonis prouidis & honeſtis iuriſq; peritis quas ad hoc uocari & eis totum proceſſum ſuper quo deliberandum eſt ferioſe manifeſtari, ac integraliter explicari, & de ipſarum conſilio ad ſniam uel ad condemnationem procedi uolumus exprimantur. Sicque non obſtante quod illis cótra quos huiuſmodi depoſuerunt nomina eorum non fuerint publicata, adhibeatur ad cognitionem iudicis inſtruẽdam plena fides depoſitionibus teſtiũ eorũdẽ. Et ut eorundẽ accuſatorũ & teſtiũ periculis efficacius occuratur, & cautius in inquiſitionis negocio procedatur, præſentis conſtitutiõis auctoritate permittimus, quod epiſcopus vel inquiſitores ſecretũ poſſint indicere illis, quibus ut expræſſum eſt, proceſſũ huiuſmodi explicabũt. Et in eos ſi arcana cõſilij ſeu proceſſus ſibi ſub ſecreto ab eiſdem epiſcopo uel inquiſitoribus patefacta prꝛeter ipſorum licentiam alijs patefecerint excommunicationis ſententiam quam ex ſecreti uiolatione ipſo facto incurrant, ſi eis expedire uidebitur promulgare. Sic tñ quod inquiſitores epiſcopum uel epiſcopi inquiſitores non excommunicent hac de cauſa. Sed ipſi ex iniuncto ex nunc a nobis ſub uirtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcepto ad ſecretum hmõi teneatur. Ceſſante vero periculo ſupradicto accuſatorum & teſtium nomina ꝓput in aliis fit iudicijs publicentur. Cæterum in his omnibus præcipimus tam epiſcopus quam inqſitores puram & prouidam intentionem habere, ue ad accuſatorum vel teſtium nomina ſupprimenda vbi eſt ſecuritas periculum eſſe dicant. Nec in eorum diſcrimine ſecuritatẽ aſſerant, vbi tale periculum immineret ſuper huiuſmodi eorum conſcientias onerando.

¶ Conſtitutiones & ordinationes & mãdata alia prædeceſſorum noſtrorum, quæ conſtitutionibus ſupradictis nõ obuiant, uolumus in ſuo robore permanere. Hæc omnia ibi.

§. 5. ¶ Circa inquiſitionem hæreſis. ¶ Nota quod excommunicati & ſocii & participes criminis ad teſtimonium admittũtur præcipue in defectum probationum aliorum contra hęreticos, fautores, credentes & defenſores eorũ, ſi ex numero teſtium aut perſonarũ tã deponentium q̃ contra quos deponitur qualitate, & aliis circunſtantiis non falſa dicere præſumant, de hære. in fidei. lib. 6. Similiter admittuntur illi qui ſuper facto hæreſis iurauerũt dicere veritatem tam de ſe quam de alijs, & eam celando periurauerunt, & poſtea uelint corrigere dictum ſuam contra ſe uel alios ſi manifeſtis indicijs apparuerit tales non leui tate vel odio uel pecunia, ſed zelo fidei uelle reuelare, eod. ti. accuſatus lib. 6. ¶ Item præſidentes regimini alicuius loci licet ſint excõmunicati, vel de facto non de iure iuriſdictionem habeant ad requiſitionem ordinariorũ ipſorum vel delegatorum uel inquiſitorum poſſunt & debent contra hæreticos credẽtes, receptatores fautores, & defenſores, eorũ ſuũ officiũ exercere. Et illi qui requirunt eos non incurrunt aliquam ſententiam. Tamẽ dictis præſidẽtibus propter hoc in aliis nullum ius eſt conceſſum vel permiſſum eod. ti. præſidẽtes lib. 6. Statum quoque cuiuſcunque loci per quod impediretur inquiſitionis negociũ contra hæreticos non ualet. Et domini tenentur illuc prohibere corrigere. eo. ti. Statutum lib. 6. Sacerdotes qui inſtruunt hæreticos de celanda veritate poſſunt & debent pœna debita caſtigari. Religioſi etiam qui inueniunt hæretici ſunt alijs grauius puniendi, eo. ti. ac cuſatus lib. 6. ¶ Inquiſitores in certis prouinciis poſſunt procedere ſimul vel ſeparatim prout negocii utilitas ſuadebit, eo. tit. ut officium, lib. 6. Duo enim inquiſitores pñt aliqñ cognoſcere de crimine hęreſis alicuius, puta unus cõmiſit crimen hæreſis in ciuitate Rauennati, poſtea uadit Mediolanum. Inquiſitor Mediolan. poterit cognoſcere, quia vbi inuenit quis ibi conuenitur de crimine. Et etiam in quiſitor Rauennas poteſt cognoſcere ſecũdũ Io. An. in gl. Inquiſitores dñt abſoluere uolẽtes conuerti & pœnitentiam iniungere, ut in d. c. ut officiũ ibi enim dicitur. Si quis ex prædictis hęretica labe abiurata redire uoluerit ad eccleſiæ unitatem ei iuxta formam eccleſiæ beneficium abſolutionis impendatis. Et iniungatis eidem quod talibus iniungi conſueuit. Et dicit gl. ſuper uerbo labe, quod debet abiurare generaliter vel ſimpliciter, vel de ea qua ſuſpectus uel conuictus erat, eo. ti. accuſatus lib. 6. Et dicit quędam ibi gloſa ſuper verbo abſolutionis, ſ. non obſtantibus ſententijs, quæ ter in anno contra hæreticos a papa publicè promulgantur abſolui poſſunt. Gloſ. ſuper uerbo formam, hæc traditur 11. quæſtione tertia, cum aliquis & de ſenten. excommunic. cũ deſideres, videlicet cum priſtino iuramento & uerberibus quantum ad excummunicationẽ. Dicit tñ Archi. quod tenebit abſolutio etiã ſi forma illa nõ ſeruetur. Item gl. ſuper uerbo conſueuit, pro conſuetudine illa ſeruanda remittit ad capula quotiens & ſaluberrimum, prima quęſt. 7. & de conſeç. diſtinct. 2. Ego Berengarius. Ibi ponitur modus abiurationis hęreſis. Item

in examinatione testium contra hæreticos dicunt interesse duę personæ religiosæ discretæ ideſt non idiotæ, siue laici siue clerici siue religiosi. Et si fieri potest per publicam personam conscribi dicunt dicta testium, eod. tit. ut officium, lib. 6. Et religiosi qui fuerant in sæculo notarii, & alli quibus iniunctum fuerit etiam clerici seculares & in sacris constituti tenentur ex precepto apostolico ad conscribendum, ut in dicto capitu. ut officium. ¶ Item inquisitores si opus fuerit inuocare possunt auxilium brachij secularis. Et contradictores per censuram ecclesiasticam compellere, non obstantibus quibuscunque priuilegijs quibuscunque personis concessis uel religiosis uel uniuersitatibus. Nec etiam obstante constitutione de duabus dietis. De qua habetur de refeript. nonnulli. Nec etiam tollitur istud per id quod habetur de rescrip. sta tutam, lib. 6. quia quamuis illa cõstitutio sta tutum fuerit posterius ędita, & ista vt officiũ prius, tamen non tollitur per illam ista. Et ratio est secundum glo. quia ista prior ut officium est specialis in fauorem fidei. Illa statutum generalis, sed generi per speciem derogatur de regu. iur. generi. lib. 6. Sed si esset generalis tunc tolleretur, vt de constitu. capi. 1. lib. 6. Item dicit Ioan. And. in nouel. super uerbo testium, quod quibusdã uidetur quod in hoc crimine probando non sufficiant duo testes, ar. optimum, de hære. excommunicamus, ibi tres aut plures, sicut notat. Hostien. in summa sua. Et sic addendus erit istæ casus ad alios qui notantur in summa secunda quę stione quarta. Durum enim uidetur quod homo bonæ famę per inquisitores uel ordinariũ damnari debeat ad dicta duorum testiũ precipue cum truncetur ordo defensionis in noticia testium, ut in cap. fin. eod. tit. Et in interrogatorijs quę fiunt in alijs iudicijs. Sed cõtra hoc facit quod statim sequitur de duabus personis cum suis concor. Certum est autem quod per singulos testes & famam de tãto crimine quis damnari non possit, vt de testi. in litteris. Debent enim esse in crimine probationes luce clariores, de proba. iurauit. Tñ in crimine hęresis & symonię, vt dicit Archid. minores probationes sufficiunt. C. hæred. l. 2. dicit tamen, quod licèt leuia signa sufficiant ad conuincẽdum de hæresi. illa tamen oportet plene probari, & dicit Archid. testes cogendos si se subtrahant. Nec per exemptionem nec per uotum possunt se xcusare ab huiusmodi. ¶ Item omnes rectores locorum requisiti a dyoecesanis vel eorũ vicarijs vel inquisitoribus tenẽtur iurare seruare & seruari facere constitutiones contra, hæreticos, credentes fauores, receptatores & defensores eorum, & filios nepotes eorum. Et qui iurare noluerit habetur insumis & ut fautor eorum & de fide suspectus. Nec haberi debet pro domino, nec ad aliquod publicum officium admitti aut assumi vlterius. Et ea quæ interim ut rector fecerit nullam habent firmitatem, eodem titu. ut officium libr. 6.

¶ A quibus debeant inquisitores abstinere & cuius ætatis esse. Inquisitor quis esse non potest, nisi attigerit quadragesimum annum. Debet autem cauere inquisitor & quilibet episcopus & substituti ab eis ne malitiosè aut fraudulenter alicui imponat crimen hæresis. Nec quod alij in executione officij eos impediant imponere aliquod falsum. Et si prædicti causa odii gratia vel amoris vel lucri vel commodi temporalis commiserint procedere contra hæreticos uel aliquem uexarent imponendo ei hæresim, vel quod impediant officium suum imponant. Si episcopi sunt uel supra per triennium sunt suspensi ab officio suo. Si inferiores sunt ut inquisitores & substituti a prædictis sunt excommunicati, a qua sententia non possunt citra sedem apostolicam absolui, de hæred. multorum, in clemẽ. de qua excommunicatione habes infra in titu. 24. de excommunicatione. ¶ Itẽ inquisitores non possunt procedere cõtra aliquem officialem vel nuncium Romanæ curiæ, ut in extrauagan. Ioan. 22. quæ incipit, cum frater. Item inquisitores ab apostolica sede vel alias deputati non possunt facere inquisitionem vel processum contra episcopos vel eorum superiores, nisi hoc specialiter fuisset, ab apostolica sede commissum & de eis expræssum. Sed tamẽ tenentur tales scilicet episcopos hæreticos inuentos vel diffamatos vel suspectos papæ nunciare, de hæreti. inquisitores, lib. 6. Et illa nunciatio fieri debet quã citius, secundum gl. propter periculum quod inde potest euenire. ¶ Item prohibetur eis cognoscere de sortilegiis. Dicit enim Alexander Papa, in ca. accusatus, de hære. lib. 6. Sane cum negocium fidei quod summè priuilegiatum existit per occupationes alias nõ debeat impediri, pestis hæreticæ inquisitores a sede apostolica deputati de diuinationibus autsortilegiis, nisi hæresim saperent, manifeste se intromittere non debent nec punire talia exercens, sed eos relinquere suis iudicibus puniendos. Ibi enim est glo. notabilis Ioan. And. §. 6.

Andr. ſuper verbo ſaperent, vbi ponit exempla eorum quæ ſapiunt hæreſim dicens. Sicut eſt circa aras idolorū nepharias præces emittere, ſacrificia offerre, dæmones conſulere, eorum ſponſalia ſuſcipere. 26. quæſtio. 1. hi qui uel affociāt ſibi propter ſordes exercēdas hęreticos, vel faciunt prædicta cum corpore & ſanguine Chriſti vel in fontibus vt poſſint a dæmonibus habere reſponſa faciūt puerum rebaptizare & his ſimilia. Glo. ſuper uerbo manifeſte. In dubio ergo hoc caſu non habet inquiſitores iuriſdictionem. Et licèt alius iudex cognoſcat an ſua ſit iuriſdictio, & in dubio dicatur iuriſdictionem habere, ut ff. de iudi. ſi quis ex aliena hoc locum habet in ordinario, ſed inqſitor quia delegatus niſi manifeſte appareat non ſe intromittit. Ioan. Andr. ¶Item in dicto cap. accuſatus, de hære. lib. 6. dicitur quod de quæſtionibus vſurarum motis etiam contra illos, qui reſtitutionem vſurarum in pœnitentia pro hæreſis crimine iniunxerunt, etſi illi ſe & ſua ad hoc faciendum in iudicio eccleſię obligarūt, intromittere ſe non poſſunt, ne per cauſas huiuſmodi offendiculum negocio fidei præparetur. ¶Super verbo de quæſtionibus dicit Ioan. And. in nouella, hic fuit aliquid immutatum de mandato Bonifacii Papę. Nam per antiquam cōſuetudinē poterāt tales cōpellere ad reſtituēdas vſuras, de quib. conſtabat. Iudicialiter tamen de ipſis cognoſcere non valebant. Archi. in pęnitentia. Ioan. Andr. Quæ quia ſine reſtitutione fructuoſa non erat, ideò id adiungere potuerunt hæretico vſurario, quod ad iudicium animæ pertinet, non iuriſdictionis ordinariæ. Et ideò talē executionem nō ipſi ſed ordinarij facere debent. Et ſic nota cæptum per inquiſitorem propter contumaciam purgandæ hæreſis non per ipſum ſed per alium, ſcilicet ordinariū expediri. Et eſt hoc ut ſin gulis ſua iuriſdictio ſeruetur. Super verbo offendiculum, ideſt læſio, poſſent enim habere magnum forum ſeu tribunal. ſi antiquo uſurario hoc iniunxiſſent quod multi prius facie bant forte propter zelum animarum. ¶ De pœnitentia autem iniuncta ab inquiſitoribus ipſis hęreticis vel receptatoribus hæreticorum reuerſis ab errore, ſi antequam expleuerint moriantur, & ob huiuſmodi obligauerūt bona ſua ad ipſam faciendam quomodo hęredes poſſunt cogi uel non, ibi uide in text. & glo. ¶Item inquiſitores tam ipſi quam commiſſarii deputati non poſſunt pecuniam extorquere. Nec ſcienter bona eccleſiarum obdelictum clericorum fiſco eccleſiæ applicare, aliàs eſſent excommunicāti, de hęre. nolentes. in cle. ¶Item dicit Ioan. And. in nouel. ſuper ca. vt officium, de hære. lib. 6. quod fratres prędicatores in prouincijs in quibus habent officium inquiſitionis, compeſcere poſſunt fratres minores, & econuerſo, licèt multum inuicem ſibi deferant, quod eſt commendabile, ita tamen quod caueant ſibi a pœna cle. multorum, de qua dictū eſt in prin. huius. §. ¶Item de duratione officij inquiſitionis, dicit Clemen. 4. Præſenti declaramus edicto, ipſum officium non ſolum quoad negocia uiuēte mandatario incæpta, immo etiam ad integra & non cæpta, & quod plus eſt quantum ad ea quæ tunc nequaquam emerſerant in fauorem fidei perdurare, de hęre. ne aliqui. lib. 6. Dicit Ioan. And in nouel. hoc intelligēdum de inquiſitore ſimpliciter dato. Nam ſi eſſet datus cum clauſula uſque ad beneplacitum &c. tunc ſeruādum eſt quod habetur in cā ſi gratioſe. de reſcri. lib. 6 Ibi autē dicitur, quod ſi clauſula contineat vſque ad beneplacitum ſedis apoſtolicę durant, poſt mortem eius quia apoſtolica ſedes non moritur. ¶Itē inquiſitores poſſunt procedere contra chriſtianos qui ad ritum, ideſt obſeruantias tranſeunt iudęorum, vel etiam contra iudęos factos chriſtianos & in infantia ſi ad ritū rediérit iudæorum ſicut contra hæreticos, etiam ſi fuerint per iudæos conuicti. Et ſicut cōtra fautores receptatores & defenſores hæreticorū ita contra fautores & receptatores & defenſores talium eſt procedendum, de hære. cōtra. lib. 6. Et bona horum ſicut & aliorum hæreticorum confiteantur, nec deuoluūtur ad filios ēt catholicos, ſecundum glo ibi. Dicit hic. Io. An. in nouel. qđ hæc cōſtitutio prius fuit edita a Clemēte. 4. & Greg. 10. cum hac adictione Iudeos aūt qui chriſtianos utriuſq, ſexus ad eorum ritum execrabilem hactenus induxerunt, uel in uetitis de cætero inducent pœna debita puniatis contradictores inuocato brachio &c. Et quia de retalis vlti. huius tit. quę eſt Bonifacij 8 reſeruat mandata prędeceſſorum ſuorum iſtius libri conſtitutionib. non obſtantibus, per hoc cadūt in oſſm inquiſitorū tales, quod nō eēt ſi hec lra nō foret, qa tales ꝑprie nō ſunt hęretici, qa iudęi etſi errēt in articulis fidei, nō tñ profeſſi ſunt ipſā fidē, qđ fit in baptiſmo cū ipſi nō ſuſceperint a qua ꝑfeſſione diſcedēs ꝑprie dē hęreticus. Et ſic in eos ꝑprie cadit fautio hęreticorū, largē tñ ſunt tales fautores imo & factores hęreticorū qui ſic trahunt xp̄ianos ad iudaiſmū Et qa talia ꝑ iudęos fieri ſolēt, ideò de eis loquitur.

quũtur decretalis. Regulariter tamen contra eos pro iuſtitia recurritur ad iudices ſeculares, ut ſupra de iudæ. c. iudæi, & c. in nonnullis, & in cle. cedit eo. tit. dicitur de Saracenis. Et quia iudęi tales reuerentes ad iudaiſmũ ſolentes baptizare de nouo caput lauando & pomice radere, per iudicem ſecularem uidetur eis imponenda pœna capitalis cum diſpendio fortunarum. C. de apoſta. Nam ſi rebaptizanti imponitur pœna capitis. C. ne ſanctum baptiſma. l. 1. fortius ex baptizanti ſeu uolenti baptiſmum tollere. Si tamen in quiſitores uolunt id punire poſſunt per prædictam literam, tamen vna cum epiſcopo, p clemen. primam eod. tit. Nam poteſtas illa in quiſitorum participatur epiſcopis.

§. 7. ¶ De bonis hæreticorum condemnatorum p ſententiam quomodo confiſcantur & occupantur. Dicit Bonifacius papa in c. cum ſecundum, de hæreti. lib. 6. Bona hæreticorum ipſo iure decernimus confiſcata. Confiſcationis huius executio vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet per principes aut alios dominos temporales, antequam per epiſcopum loci vel aliam perſonam eccleſiaſticã q̃ ſuper hoc habeat poteſtatem ſententia ſuper eodẽ crimine fuerit promulgata. Glo. ſuper uerbo ipſo iure. Terminatũ eſt hic qđ olim dubitabatur decretalem excommunicamus, de hęre. quia ut hic dicitur ipſo iure confiſcata ſunt. Et intelligitur ipſo iure a tempore ſcilicet commiſſi criminis. C. eo. tit. l. 4. Et idem in crimine læſę maieſtatis, ſecus in aliis criminibus. Et puto hanc confiſcationem locum habere etiam ſi ille catholicos filios habeat, quia iſtæ textus non diſtinguit confiſcata. Intelligunt quidam vt Io. Mo. in crimine permanente. ¶ Notandum autem quod prout dicitur in c. decreuit, de hære. li. 6. Quamuis propter hæreſim maritorum dotes vxorum nõ debeant confiſcari ſi ipſæ sũt catholicæ, tamen hoc intelligitur verum, niſi cum mulieres contraxerunt cum illis, ſciuiſſent illos fore hæreticos. Nam tunc confiſcarentur dotes illarum, etiam ſi eſſent catholicæ. Et multo fortius ſi ipſæ eſſent hæreticę. Et ut dicit ibi glo. præſumuntur ignorare, niſi probetur eas ſciuiſſe, de reg. iur. præſumitur, lib. 6 Dicit Io. And. in nouel. ſuper c. cum ſecundum, quod conſtitutiones officij tamen papales volũt quod tres partes fiant de dictorum hęreticorum bonis, vna ſit iudicis ſecularis, alia officialium tertia reſeruetur curiæ Romanæ pro tuitione officii. Sed quantũ ad illam etiam quæ pertinet ad officiales, epiſcopus inquirendo per ſe vel cum inquiſitore prætextu laboris & expẽſarum quas fecit in exterminando hæreticos non poteſt petere partem illorum bonorum ſibi communicari cum bona eccleſiarum ſuarum ſibi debeat ſufficere, & ad hoc ſint deputata, vt habetur in extrauagan. Benedicti 11. quę incipit, ex eo. Et notat Io. And. ſuper. c. ſtatuta eod. tit. ad inquiſitores ergo pertinere videtur vel eorum vicarios. Sed mouet Io. Andr. quæſtionem notabilem hic videlicet. Quid ſi Bononienſis origine & patrimonio, qa ibi ſcilicet habet bona conſtituit Florentiæ domicilium, & ibi damnatur de hæreſi, an ad dominum vel commune Bononienſe, ad Florentinum ſpectet appræhenſio bonorum quæ sũt Bononiæ. Arguit pro & contra multum diffuſe. Et primo quod pertineat ad iudicem & commune Bononienſe appræhenſio dictorũ bonorum. Secundo quod pertineat ad Florentinũ, probat per Richar. de Mal. qui hoc publicè determinauit. Quod probat multis rationibus, præcipue his. Conſtat confiſcationem hanc fieri in pœnam damnati, vt nudus exuet. C. ad l. Iul. maie. l. quiſquis: Occupatio autem & partitio fit etiam ad ſubleuationem laborantium, quod patet in portione tertia quæ applicatur ciuitati. C. noua vecti. l. 1. Idẽ de tertia quæ datur officialibus qui officium peregerunt, facit in authen. de iudi. §. ne autem labor. Tertia quæ pro officio conſeruatur eſt ſubſidium alicuius peculij. Sed pręmium & merces ibi danda ſunt vbi labor & diſpendium imminet, ut de præben. cum ſecundum. Ergo non Bononienſi ſed Florentino debetur, cui labor & diſpendium officij in ſuo diſtrictu ſibi crediti imminebat. arg. C. de ſportu. l. 1. Et ſic ſibi competit appræhẽſione doleat diligentiam adhibuiſſe. Et ne promiſcuis actibus turbentur officia. C. de teſta. conſulta. Item occupatio bonorum eſt accęſſorium ad ſententiam, quæ eſt principale, & neceſſario habet præcedere ut hic. Cum ergo accęſſoria iudicentur ſecundum principalia, ut de regu. iur. accęſſorium, cum ſuis concor. Et ſententia ſuper crimine iudicetur ex termininis iuris dictionis officij Florentini, ut l. ſiquis. C. de bonis proſcrip. & damnatorum, ergo ſecundum illos terminos iudicabitur publicatio bonorum ubicunq; ſint, dicit demum Io. And. fertur tamen per officiũ inquiſitionis fieri contrarium. Et per Nicolaum quartum contrarium diffinitum, quã diffinitionẽ non uidi. Nouiſſime adoptiuus meus diſputauit hanc quæſtionem. Et quo

ad par-

ad partem quæ debetur officialibus ſibi placuit prædicta determinatio Richar. cum conſtitutio dicat illam debere officialib. qui hoc peregerunt. Quoad alias duas partes tenuit contrarium cum generali fiſco ſint confiſcata, & a tempore commiſſi criminis inducit. l. 3. C. de bo. vacan. Fortificat hoc æquitas ne ſit iuriſdictionum confuſio. Et eo fortius cum loca de quibus quæritur inuicem eſſent valde remota. Item nota quòd quia bona hæreticorum (vt dictum eſt) confiſcantur a tempore commiſſi criminis. Ideò ſi poſt crimen cõmiſſum fuernnt alienata & vẽdita ab hęretico vendicantur talia bona per officium, vel fiſcum de manibus poſſeſſoris nullo dato prę cio, per quotcunque manus tranſierunt, niſi precium, vel aliquid loco precii eſſet in bonis hæretici. ff. de lega. 1. Imperator. Et ratio huius eſt, quia fiſcus vel inquiſitores vendicant rem, ſed vendicans non reſtituit preciũ. C. de furtis in ciuilem. Non enim habuit vẽditor ius vendendi. ff. de contrahen. emptio. ſi quis. Et hoc quia effectus damnationis retrotrahitur, ut in glo. ad id. C. ad l. Iul. ma. l. quiſquis. Si enim hæc ſunt in crimine læſæ maieſtatis fortius in hæreſi. Quis vel quomodo quis dicatur hæreticus, & de multiplici punitione eorum habes in ſecunda parte, in tit. de infidelitate c. hæreſi. Qui autem dicantur credentes hæreticotum receptores, fautores, vel defenſores, quia pluries de prædictis fit mentio in præfatis conſtitutionibus eccleſiaſticis habes declarationem horum terminorum infra in tit. de excommunicatione maiori cap. 4. & ſequen. De excommunicationibus quæ concernunt inquiſitores uel impedientes aut non iurantes officium inquiſitionis, habes eo. tit. c. 6. & ſeq.

¶De prædicatoribus quales debeant eſſe, & a quibus debeant cauere.

Cap. 3.

PRædica verbum inſta opportune & importune 2. Timo. 4. Ad rectores eccleſiæ maxime pertinet prædicare per ſe vel per aliũ ſubditis ſuis. Vnde primis rectoribus dixit Chriſtus Mar. vlt. Euntes prædicate euangelium omni creaturæ. Et Gregorius dicit in paſtoral. Officium prædicationis ſuſcepit quiſquis ad ſacerdotium accedit, vt ante aduentum iudicis qui terribiliter ſequitur, & ipſæ, ſcilicet clamando gradiatur, ideſt prædicando diſt. 43. Si rector, ubi manifeſte docetur, q̃ loquitur de curatis. Qui etiam figuram inducit Exo. 28. c. vbi dicitur, quod ſacerdos ingrediens tabernaculum tintinnabulis ambiatur, vt audiatur ſonitus quando ingredituri, & non moriatur, quia vt exponit Greg. in dicto ca. Sit rector. Iram contra ſe occulti iudicis erigit, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit. Et ſic moritur ſpiritualiter. Vnde dominus Ezech. prophetæ ait in c. 3. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael. Si dicente me ad impium, morte morietis, tu non annunciaueris ei, ipſe in iniquitate ſua morietur, ſanguinem vero eius de manu tua requiram. Confirmat idem Nico. Papa dicens, diſpenſatio cœleſtis ſeminis nobis iniuncta eſt, veh ſi non ſparſerimus, veh ſi tacuerimus. diſtin. 43. Prędica ergo &c. Vbi tria notantur per ordinem.

¶Primo excellentia eximia in huiuſmodi actione, ibi. prædica. §. 1. Prędicare eſt opus pcipuum.

¶Secundo materia digna, vel præcipua in prædicatione, ibi. verbum.

¶Tertio reſeruata circunſtantia cum diſcretione, ibi. Inſta opportune importune.

¶De primo, ſcilicet excellentia actus prædicationis. ¶Nota quod officium prædicationis eſt præcipuum in eccleſia Dei, ut dicitur extra de hære. cum ex injuncto. Et eſt multis priuilegiis dotatum, vt de extra de excel. prę la. Nimis 1. & 2. Et merito qa Chriſtus principaliter hoc officium exercuit. Vnde Aug. de ciui. Dei. Vt homo confidentibus ambularet ad veritatẽ fidei ipſa veritas Dei filius homine aſſumpto, non Deo conſumpto, veniẽs fundauit atque ſtabiliuit fidem, ſcilicet prędicando quod oſtendit Apoſtolus ad Heb. dicens. Quæ cum cœpiſſent enarrari per dominum. Et ad innuendum huius officii excellentiam in ſacra ſcriptura dicuntur prædicatores prophetæ & Angeli. Vnde Greg. in paſto. tranctans illud Hiere. Thren. 2. Prophetæ tui viderunt tibi falſa &c. Dicit quod Prophetæ dicuntur doctores, quia dum fugitiua eſſe præſentia indicant, quæ ventura ſunt manifeſtant, vnde dicitur propheta quaſi procul fans, & prædicator quaſi prænunciator, ſcilicet eorum quæ ventura ſunt pœna & gloria. Quod prædicatores dicuntur angeli, oſtendit idem Greg. in 34. moral. Exponens enim illud Iob. Cum ſublatus fuerit timebunt angeli & territi purgabuntur, dicit quod in aduentu ſuperni iudicis quando poteſtas tentandi erit diabolo ſublata, angeli, ideſt prędicatores, ſancti Dei etiam timebunt. Apte autem angeli dicuntur prędicatores, angelus enim interpretatur nuncius, prędicator autem eſt

nuncius

nuncius Dei.psal.63. Annunciauerunt opera Dei &c.Sed & Angeli septem quibus Io.scribit.2.& 3.c.apoc. Et septem angeli qui canũt septem tubie signant prędicatores in septem statibus ecclesię diuersa prędicantes quę comprehenduntur in uerbis tubicinationis eorũ, vt pulchrè exponit Hugo. Cardin. ibidem. Sed & angelus qui apparens cum gladio euaginatio terruit asinam cui insidebat Balaam, ne ulterius procederet, significat prędicatorem, qui uerbo Dei quod est gladius spiritus comminando, scilicet diuinam sententiam subditis qui a prælatis præceptis, & minis inducuntur ad malum occurrunt declarando, ne obediant in malis, ut exponit Gratianus 2.q.7.c.nos si.§.cum Balaam. Angeli autem non ex se veniunt. Se vt dicit Apostolus Heb. 1.in ministerium missi &c.Sic & prædicatores quomodo prędicabunt ait Apost.Rom.10.ni si mittantur? Quod autem Esaias nõ uocatus se obtulit ad prædicandum cum dixit. Ecce ego mitto me. Esa. 6. Et econtra cum Hieremias mitteretur a Deo se excusauit dicens. A. a.a. domine Deus. Ecce nescio loqui &c. Here. 1. Etsi diuersa uox extra prodiit, non tamẽ a diuerso fonte dilectionis emanauit, duo qp pe sunt præcepta (vt ait Gregor. charitatis) amor Dei,& proximi. Per actiuam uitam prodesse proximis cupiens. Esaias officiũ prędicationis appetiit. Per contemplatiuam vero Hieremias sedule amori conditoris in hærere desiderans ne mitti ad prædicandum debeat contradicit. Quod laudabiliter vnus appetiit, hoc laudabiliter alter expauit. Istæ ne tacitę contemplationis lucrum loquẽdo perderet. Ille ne damna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in utriusque est subtiliter intuendum, quia & is qui recusauit plene non resistit, & is qui mitti voluit, ante se per altaris calculum purgatum vidit,& Paulo supra dicit. Sicut toto desiderio occupationem fugere debemus, ita si desijt qui prędicet, occupationis onus libenti necesse est animo subire. 8.quęstio. 1. In scripturis. Et quia difficile est, & rarum videre se purgatum, quia nemo scit vtrũ odio vel amore sit dignus. Eccle. 9. Ideo nullus debet pręsumere ex se ire ad prędicandum, sed expectare debet, ut mittatur vel a Deo vel ab ecclesia. Vnde Ioan. baptista dicitur Ioan. 1. Fuit homo missus a Deo. Non tamen creditur alicui dicenti se missum a Deo, qui ab ecclesia non est missus, nisi probet per miraculum, ut Moyses fecit. arg. de conse. dist. 2. Reuera. Sic fuit missus Aequitius, cui apparuit in somnis angelus,& eum ad prędicandum misit. 16.q. 1.placet.§.hoc idem. Ab ecclesia mittitur quis vel ordinarie, vt quilibet curatus saltem quo ad subditos, vel ex priuilegio, vt prędicatores,& minores Augustinenses Carmelitę, & Seruitę saltem in ecclesijs suis, & in aliis ecclesiis non nisi vocati. Et hi etiam debent mitti a prælatis suis. Mulieribus autem simpliciter interdicitur officium prędicationis. Et secundum Thom. 2. 2. tum quia habet statum subiectionis,& prędicatio congruit statui plationis & dignitatis, tum quia est inconstans in corde & locutione. Mulier semper varium profert, tum propter aspectum in eam, qui est causa libidinis, viris autem laicis interdicitur, nisi licentiati vel missi a prælatis 23. distin. Mulier. Qui autem vocatus seu missus ad hoc pertinaciter recusat ab ecclesia, & Deo contemnetur, quod figuratum fuit in eo qui nolebat ducere uxorem fratris mortui, & propterea discalciabatur vno pede &c. vt exponit Aug.8.q.1.dicens. Nunc euangelii quisquis prædicator, ita debet in ecclesia prædicare siue laborare, ut defuncto fratri, id est Christo, suscitet semen qui pro nobis mortuus est. Et quod suscitatum fuerit eius nomen accipiat. At verò qui electus ab ecclesia ministerium euangelizandi renuerit ab ipsa ecclesia digne meritoque contemnitur. Qui enim sibi prodest,& ecclesiæ bene intelligitur vtroque pede calciatus, vnde & illud. Quam speciosi pedes euangelizantium bona. Qui curam lucrandorum refugit aliorum discalciati illius figuratum non solum significabit: sed in seipso impletum portauit opprobium. Aug.8.q.1.olim. qõ.177. art.2.

¶ Prædicator autem, ut dignè prædicet, tria debet habere interius. Primo dilectionem ardentem. Secundo exterius conuersationem relucentem. Tertio cognitionem scientiæ cõpetentem. Vnde de Ioan. Baptista qui fuit limes prędicatorum veteris,& noui testamenti, dicit Christus Ioan. 5. Ille erat lucerna ardens & lucens. Lucerna dicitur per cognitionem legis diuinæ quam habebat infusam, & si non acquisitam. Nam ut dicitur Prouerb. 6. mandatum est lucerna,& lex lux,& psalm. 118. Lucerna pedibus meis verbum &c. Ardens dicitur propter dilectionem. Lu. 12. Ignẽ veni mittere in terram &c. Et lucens propter conuersationem. Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus &c. ¶ Nota ergo primo quod debet in se habere charitatem. Nã vt inquit Apostolus 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem §.2. Primo habeat charitatem.

non

non habeam factus sum uelutes sonans Lingua hominum est placere & delectare auditores. Lingua angelorum est mouere ad opus vel hoc est loqui naturalia & supernaturalia. Charitatem autem non habet, qui est in aliquo mortali peccato, quia secundum Tho. quodlibet mortale peccatum est contrarium charitati. Talis ergo prædicans est sicut campanna pulsans, quæ alios inuitat & uocat ad opera bona, & ipsa se consumit. Nã mortaliter peccat in mortali prædicans, secundum Thom. in 4. quia indigne exequitur tãtum officium. Idem Archi. in Rosa. super c. Cum exaudiero. dist. 50. vbi dicit Aug. Animaduerte posse docere aliquem post peccatum, si tamen vitia pristina diluerit. Ergo arguendo a cõtrario sensu, si permanet in peccato non potest docere, scilicet, cum sui salute, ad quod etiam facit quod dicit Greg. Qui adhuc vitiorum bello subiacet, nequaquam per prædicationis officium præesse magisterio cæterorum debet dist. 44. §. ult. & dist. 50. quid est hoc nec tamen dicit Greg. quod prædicator non debeat tentari, cum & Paulo maximo prædicatori datus fuit stimulus carnis 2. Cor. 12. Qui fuit secundum Greg. tentatio carnalis. Sed quod non succumbat tentationi per consensum rationis, vt ipsæmet. Greg. declarat 22. moralium. ¶ Et non solũ in charitate sed ex charitate debet prædicare, non ex cupiditate vel vanitate, ut valens reputetur & huiusmodi. Qui enim propter cupiditatem prædicant figurantur per Balaam, de quibus dicit Petrus in secunda epistola. Secuti sunt viam Balaam ex Bosor qui mercedem iniquitatis amauit correctionem vero habuit suę uesaniæ subiugale mutum. Super quibus verbis dicit Beda, quod multi catholicorum in tantum amant mercedem iniquitatis, vt etiam docti ab indoctis, clerici a laicis merito redarguantur, qui iure comparantur prophetæ qui verbis asinæ contra naturam loquentis corripitur, nec tamen a proposito praui operis retardatur. Congruit etiam nomen charitatis de qua venisse dicitur scilicẽt ex Bosor quod interpretatur carneus. Neque enim alia magis causa luxuriosis extitit verbum ueritatis amore pecuniæ, vel desideriorum temporalium adulterare, quam quia carnis se concupiscentijs manciparunt. Balaam autem interprætatur precipitans eos, quia in præcipitium suos mergunt auditores, quibus non salutaria quæ corrigant, sed quæ illos delectent, erronea prædicant. Hęc Beda 2. quæst. 7. secuti. ¶ Quamuis autem prędicatores non debeant prædicare principaliter propter temporalia habenda, alias tanquam venditores bonum de templo eijciuntur, debet tamen populos subministrare ei necessaria, iuxta illud. Non alligabis os bouis triturantis. 1. Cor. 9. Vnde Hiero. Apostolicis uiris & euangelizãtibus in necessariis vsibus nolle tribuere. seip sum condemnare est septadecima quæstione prima capitulo penultimo. ¶ Qui vero ex arrogantia & inani gloria predicant, figurantur per Heliu qui reprehendit Iob & amicos eius cum multa arrogantia, ut patet Iob. 32. vbi dicit Gregor. 22. morali. Arrogantes cum scientiam accipiunt, nihil se accipisse æstimant, si hanc eos habere occultam cõtingat. Nusquam suum gladium nisi in ore hominum ponunt. Prædicatores autem sancti partem suam reputant, si intus ipsi de sapientia gaudeant, foris autem alios ab errore compescant. Et ibi gaudeant vbi hoc percipiunt, non ubi intus tot tẽtationũ laqueos innotescere compelluntur, quamuis bonum quod acceperunt cum innotescit, media interueniente charitate de profectu audientiũ non de propria ostensione gratulantur. Non nunquam etiam arrogantes uiri dum prædicatores sanctos magna eloqui ac proloquutione sua uenerari conspiciunt, locutionis eorum celsitudinem & non vtilitatem intentionis imitãtur. Nec hoc amant quod illi appetũt, sed hoc quod dari hominibus ostendũ

Non cupiditatẽ

Contra arrogantes prædicatores.

tur. Et plerumque ad loquendum impetu uanæ glorię mentem anxietas nequaquã se intra silentium capiens quasi zelum charitatis inflammat. Idem eodem. 22. dicit spiritualis prædicator in cunctis quæ dicit solerti cura se inspicit, ne in eo q; recta prędicat, uitio se elationis extollat, atque omne sapiẽtiæ gratiam quam ut loqueretur accepit, non suis se ęsti mat meritis, sed eorum intercessionibus quibus perloquitur accepisse, indignum se omnibus iudicat etiam cum dignius cunctis uiuat. Scit quod bona quæ innotescunt hominibus sine periculo esse uix possunt. Et quamuis sapientem se esse sentiat, vellet tamen sapiens esse nec videri. Et si liceat tacere appetit. Eosque se fæliciores putat, quos intra ecclesiam locus inferior per silentium occultat. Et tamen ut eos defendat ex necessitate officium locutionis suscepit, sed ex magno desiderio ocium taciturnitatis quærit, hanc dicendi formulam arrogantes ignorant. Neque enim loquuntur quia causæ eueniũt: sed causas euenire appetunt.

petunt vt loquantur. Hæc omnia Greg. Habent enim hoc arrogantes proprium quod priusquam dicant, mira se dicere semper existimant, & locutionem suam admirando præueniunt, quia uel in cautis sensibus ipsa elatio quanta sit fatuitas ignorant & econtra. Paulus dum mire alte hæbreos moneret, dicit sufferatis verbum solatii Greg. Quamuis autem prædicator debeat cauere ne ex arrogantia & inani gloria prædicet, tamen si motus rectam intentionem surreptat tentatio inanis gloriæ, non debet propter hoc dimittere. Eccle. 11. Qui obseruat ventum nunquam seminat. Exemplum in bea. Ber. qui tentatus de hoc dum prædicaret dixit sibi ipsi. Nec propter te incæpi, nec propter te dimittam. ¶ Subiacet etiam actus prædicationis tristitiæ & tedio, & hoc quando quis non extat mutum gratus, vel fructum non facit, vt dist. Grego. in moral. & ideò requirit hominem bene firmatum, vt nec extollatur fauoribus popularibus, nec deijciatur in audientia vel infructuositate, vnusquisque enim (ait Apostol⁹) mercedem accipiet secundum suum labore, & nō dixit secundum fructum, nec credimus minorem gloriam obtinuisse Iacobum maiorem qui pauciſſimos conuertit multis sanctis innominatis qui milia populorum traxerunt ad fidem. Vel beato Iordane secundo magistro ordinis prædicatorum qui ultra fructum quem fecit in sæculo remanentibus, bene mille traxit ad ordinem. ¶ Secūdum quod requiritur in prædicatore est vita seu conuersatio luceus Ecclc. Quasi sol refulgens sic ille refulsit in templo Dei. Sol est impassibilis & incoinquinabilis, & habet modicum de materia, per ista tria, debet esse lucida vita prædicatoris per patientiam psal. Bene patientes erunt ut annuncient, per mundicia sapientiæ. Oquam pulchra est casta generatio cum claritate. Et per paupertatem & abstinentiam. Vnde Christus Matth. 10. primis prædicationibus ait. Nolite portare sacculum &c. Vnde Hier. An non confusio & ignominia est Christum crucifixum pauperem & esurientem falsis prædicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas tumē tiaque ora proferre, si in apostolorum loco sumus non solum sermonem eorum imitemur: sed & conuersationem & abstinentiam 35. dist. eccleſię Nemo enim (inquit Simachus papa) recte monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat, & amorem innocentię conuersatione demōstrat. dist. 81. nemo. Et ut dicit Chrysost. bene uiuendo & bene docendo populum instruis quomodo uiuere debeat, bene autem docendo & male viuendo Deum instruis quomodo te debeat condemnare dist. 40. multi. Et quamuis sic contingat communiter ut secundum Greg. Cuius vita despicitur restat ut eius prędicatio contemnatur 3. q. 7. Infames, in si tamen male faciunt contemnentes quia ut dicit Hiero. sicut lixiuia per humidū cinerem fluens lauat & non lauatur, ita bona doctrina per malū doctorem animas credentium lauat a sorde vitiorum dist. 83. §. ult. & 1. q. 1. non quales. Et si cum peccatoribus conuersari deceat aliquando ad eorum conuersionem sicut Christus qui manducabat cum publicanis, debet tamen vitare personas suspectas, & vnde posset lædi fama eius. Vnde Aug. Conscientia nostra necessaria est nobis propter nos fama nostra non pollui, sed pollere debet in vobis propter nos 12. q. 1. nolo. Qui autem murmurant de prędicatoribus conuersantibus cum peccatoribus cum debitis circunstantijs ut eos inducant ad bona opera, incurrunt lepram peccati, quod fuit figuratum in Maria sorore Aaron murmurante contra Moysen propter uxorem eius Ethiopissam, ut exponit Gratia. 2. q. 7. §. his itaque respondetur. Cui alludit Greg. Nos qui infirmi homines sumus, cum de Deo loquimur, debemus primum meminisse quod sumus. Consideremus quia aut tales sumus, quales nonnullos corrigimus, aut tales aliquando fuimus, sed diuina operante gratia non sumus, vt tanto temperatius corde humili corrigamus quanto nosmetipsos verius quos emendamus agnoscimus. Si autem nec sumus nec fuimus quales sunt quos corrigimus, nec cor nostrum superbiat quorum mala corrigimus, eorum alia bona ante oculos reuocemus. Quæ si nulla omnino sunt, ad occulta Dei iudicia recurramus, quia sicut nos nullis meritis hoc ipsum quod habemus bonum accepimus, ita illos potest gratia diuinæ virtutis infundere. Et excitati posterius etiam ipsa possunt bona quæ nos ante accepimus pręuenire, exemplum ponit de Paulo persequente, & postea excedente in gratia Stephanum. Gregor. in 22. moral. ¶ Tertium quod requiritur in prędicatore est scientia competens. Vnde Petr. in canonica sua. Parati reddere rationē omnipetenti uos de ea fide & spe, quæ est in uobis, & Apostolus ad Timo. Attende lectioni exhortationi & doctrinę, & Eccle. 3. dicitur. Tempus tacendi & tempus loquendi, quia

debet esse sumus

Lucens uita.

Nota diligens prædicator.

Competens scientia.

ueritas

veritas prius tacendo discitur,& postea loquẽ do prędicatur. Vnde Pet. Oportet eum qui docet, & instituit animas rudes esse talem,vt pro ingenia discentium seipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo apprime esse eruditus & doctus, irreprehensibilis, maturus & pauidus. 8.q.1.oportet, præcipue autem debet esse doctus in sacra scriptura,& ipsi vacare vnde in huiusmodi figuram vectes,quibus arca portabatur iugiter anulis erant inserti, ut cũ arca esset portanda,nulla fieret mora de intro mittendis vectibus, quia prædicatores per quos ecclesia circunfertur, sacris literis debẽt insistere semper, ne tunc quęrant discere, cũ ex officio alios habẽt docere, vt exponit Gratia. dist.36.qui ecclesiasticis. §. ecce quod sacrarum. Et Saluator noster primus in medio doctorum sedit audiens illos, & interrogans, & postea prędicare cœpit. Sic etiam apostolos prius docuit, postea ad prędicandum misit, & post resurrectionem prius aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, & postea dixit. Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturę. Panes etiam quinque designantes legem quę continetur in quinque libris prius fregit postea dedit discipulis,ut ponerent ante turbas, dist.præalle gata. Et Hiero. dicit, quod hæc duo sunt pontificis opera,vt aut a Deo discat legendo diuinas scripturas,& sæpius meditando,aut populum doceat quæ prius a Deo ipse dedicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu dist. ea.siquis vult. Debent etiam scire constitutiones ecclesiasticas quæ pertinent ad mores fidelium,vt possit eas populos docere. Si qua alia sciat vel discat debitis modis quamuis non sit necessarium,tamen vtile erit. Vnde & Samaritanus procurãdo vulneribus sauciatum, dedit stabulario era minuta duo designantia duo testamenta quorum doctrinis prælati dicunt curare subditos.

§.2. ¶De secundo principali, videlicet materia iusta, & præcipua in prædicatione cum dicitur verbum. Materia congrua prædicationis est sacra scriptura. Semel enim loquitur Deus, inquit Iob.& secundo idipsum nõ reperit. Loquitur autem Deus in scriptura sacra, & ita copiose contra omnia tentamenta, & omnes casus contingibiles,& omnia opera virtutũ, vt exponit Greg. 22. moral. quod non oportet iterum Deum loqui aliquid nobis necessarium,cum ibi omnia habeantur. Et hæc scriptura apte dicitur verbum prædica (ait Apostolus) verbum. Dicitur enim verbum quasi verum boans,ideſt sonans. Ipsa enim scriptura est quæ sola semper est vera in omni sui parte, doctrinę philosophorum & gentilium cũ veritate habent falsitates admixtas, doctrinæ etiam doctorum catholicorum aliquando etiam deficiunt a ueritate, vel saltem dubitales sunt, quia omnis homo mendax, scilicet ex se. Ratio huius diuersitatis est, quia doctrinæ hominum innituntur lumini naturali, quod deficere potest a cognitione veri. Sed doctrina sacræ scripturæ innititur veritati diuinæ, quæ infallibilis est. Spiritu enim sancto inspirati locuti sunt homines sãcti &c. inquit Pet.in epistola, & loquitur de auctoribus scripturæ sacrę. Vnde August. ad Hiero. Si in scripturis sanctis admissa fuerint, vel officiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis, quę tandem de scripturis illis sententia profertur, cuius ponderæ contẽtiosę falsitatis obferetur improbitas. dist.9.c. si ad scripturas. Idem de unico baptismo. Qui nesciat sanctam scripturam canonicam, tam veteris testamenti quam noui certis terminis suis contineri eamque posteriorum omnium episcoporum literis ita præponi, vt de illa dubitari omnino, & disceptari non possit utrum verum, vel utrum rectum sit quicquid in ea scriptum sit,vel constiterit esse. Episcoporum autem literas quę post confirmatum canonem scriptę sunt, uel scribuntur, & per sermonem forte sapientiorem in ea re, & aliorum grauiorem auctoritatem doctoremque prudentiam, & per concilia licere reprehendi si quid forte in eis deuiatum est a veritate, distinct.ead.quis. Quis igitur per maxime prędicator debet in prædicatione vti veritate. ¶Nam scienter prędicando mendacium peccat mortaliter secundum Pet. de Pal. in 4.ideò debet potissime prędicare uerba scire scripturę. Vnde Chryso. Sicut sacerdos est debitor, ut veritatem quam audiuit a Deo libere prędicet, sic laicus est debitor,ut ueritatem quam audiuit a sacerdotibus probatam in scripturis, defendat fiducialiter. Quod si non fecerit proditor est veritatis 11.qõ.3.nolite timere. Vnde pro themate in principio prędicationis, uel sermonis sem per consueuit sumi aliquid de sacra scriptura, ut fundamento firmissimo, iuxta illud Luc.5. In verbo tuo relaxabo rete, quod signat prędicationis verba, secundum Bedam. Sed quia ut dicitur Prouerb.9. Sapientia ędificauit sibi domũ,quę comprehendit, & fundamentum & parietem & tectum. Ideo prædicator ad formandum domum spiritualis

ędificii.

ædificii non ſolum thema, vt fundamentum, ſed & media & concluſiones de ſacra ſcriptura debet ſumere quando poteſt, quia ſunt optima argumenta veritatis. Si autem ad eandē concluſionem probandam aliquando voluerit inducere ethnicos, vt philoſophos & hiſtorias gentilium non eſt uſquequaque improbandum, quia & Apoſtolus aliquando: ſed tamen rariſſimè in epiſtolis vtitur talibus, & in prædicationibus ſuis, ut patet 1. Cor. 15. Vnde & Clemens. Cum ex diuinis ſcripturis integram quiſque firmam, regulam charitatis & veritatis ſuſceperit abſurdū non erit, ſi eriam aliquid ex eruditione communi, ac liberalibus ſtudiis, quæ forte in puericia attigit ad aſſertionem veri dogmatis conferat, ita tamen, ut ibi uera dedicerit, falſa & ſimulata declinet. diſt. 37. relatum.

Sed præcisè ex ipſis velle probare intentum ſuum & prædicationē implere philoſophiis, aſtrologiis, & huiuſmodi vituperabile eſt, ſicut, & ſi quis præponat ancillas dominæ. Sacra enim ſcriptura, vt vera ſapientia ſponſa dicitur. Aliæ doctrinæ ſunt ancillæ. Vnde Ang. Si quid veri Sibilla aut Orpheus alii gēium vates, aut philoſophi prædixiſſe perhibentur, valet quidem ad paganorum vanitatem reuincendam, non tamen ad iſtorum auctoritatem complendam. Quantum enim diſtat de Chriſti aduentu inter prædicationē angelorum & confeſſionem dęmonum, tantum inter auctoritatem prophetarum, & curioſitatem ſacrilegarum ſcripturarum diſtin. ea. l. ſi quid. Greg. autem reprehendit quendam epiſcopum qui prædicabat populo Grāmaticam concludens, quia in vna ore nō bene ſe capiunt laudes Chriſti cum laudibus Iouis diſtin. 86. Cum multa vbi dicit glo quod ille recitabat fabulas poetarum eſt moralizabat. Cauere etiam debet ne dedicat apocripha & non authentica. Vnde & bea. Tho. in quadā epiſtola honeſte reprehendit quendam, qui prædicauerat, quod ſtella quæ apparuit Magis habebat formam pueri paruuli, & quòd virgo Maria ſepties meditabatur paſſionem Chriſti dicens, quod prædicatorem veritatis non decet diuertere ad fabulas ignotas, cum ſcriptura ſit, ita copioſa de omnibus. ¶ Materia autem ipſius ſcripturæ poteſt dici Chriſtus, qui eſt verbum patris, huic enim omnes prophetæ teſtimonium perhibent. Actuum. 4. Et omnes prophetæ (ait rabbi Salomon) ad dies Miſſiæ, finis fidei meæ Chriſtus eſt, ait Amb. Nos autem (inquit Apoſtolus) prædicamus Chriſtum, prædica ergo verbum, ideſt Chriſtum. Et ſicut verbum noſtrum eſt triplex, quia mentale, verbale, & litterale. Ita & Chriſtus verbum tripliciter poteſt conſiderari, & de eo prædicari. Quia vel ut genitum a patre quaſi verbum mentale, uel ut reuelatū prophetis quaſi vocale, vel ut incarnatū quaſi ſcriptum in libro ſeu charta vteri virginalis, quæ charta fuit deſiccata ab omni humore cupiditatis & ſeparata a carne concupiſcentiæ a raſa a ſuperfluitate vanitatis. Vnde pſalmus in perſona patris dicit. Eructauit cor meum, ideſt mens mea, verbum bonum, ideſt filium, qui eſt bonus abſolute, & per eſſentiam, & hoc per æternam generationem, de qua in principio erat verbū &c. Ioan. 1. quod exponunt Aug. & Thom. ſuper Ioan. oſtendentes ſimilitudinem productionis noſtri verbi mentalis ſeu conceptus mentis cum aliud intelligimus ad verbum diuinum. Sed quia profundum eſt nimis iſtud miſterium, taro eſt iſtud prædicandum, & non niſi a ſapientibus. Sapientiam (inquit Apoſtolus. 1. Cor. 3.) loquimur inter perfectos. Imperfectis autem, & ſimplicibus tanquā paruulis lac vobis potum dedi. Nam (vt ait Ambr. ſuper beati immacu.) vitium eſt indignis ſecreta vulgare. Quod fit, vel loquacitate incauta, dū ſine iudicio volat irreuocabile verbum, vel adulatione, ut ei placeat cui ſecreta reuelat, vel iactationem ſcientię, ut plura ſcire videatur diſt. 43. §. vlt. Sequitur in pſal. Di co ego opera mea regi quod pertinet ad verbum reuelatum prophetis. Non enim faciet dominus verbum, quod nō reuelet ſecretum ſuum prophetis ſuis. Amos. 3. c. Per maxime autem myſteria Chriſti fuerunt regi Dauid dicta, ideſt reuelata quomodo, ſcilicet omnia in ſapientia fecit, quomodo miſit verbum ſuum & ſanauit eos, quomodo cuncta gubernat &c. Ex quibus relucet bonitas Dei, potentia, materia, & iuſtitia, quæ inducunt nos ad timorem & amorem eius. Et hæc quæ habentur in verbo reuelata ſunt prædicanda. Sequitur lingua mea &c. Lingua Dei eſt ſpiritus ſanctus qui loquitur in prædicatoribus ex parte Dei. Non enim vos eſtis loquentes, ſed ſpiritus ſanctus. Matth. 10. Iſta lingua loquente per angelum verbum bonum, & reſpōdente uirgine, fiat mihi ſecundum verbum tuum, ſubito vt a veloci ſcriba ſcriptum eſt verbum in vtero virginis quando verbum caro factum eſt. Ioan. 1. De hoc verbo ſcripto, ideſt incarnato ſæpe debet loqui prædicator, & de doctrina eius quæ docet fugere vitia, ſequi virtutes, vitare infernum quærere regnum.

Materia ſacre ſcripturæ.

regnum. Vnde & beatus Franciſcus dicit in regula ſua de prędicatoribus quod annuncient vitia, & virtutes, pœnam & gloriam cũ breuitate ſermonis de uita Ieſu Chriſti qualiter eſt nobis imitanda de pœna eius & paſſione. Et ut dicit quidam, pœnę in nulla prædicatione debẽt prætermitti quin aliquid de paſſione eius diceretur. Omnis enim Chriſti actio noſtra eſt inſtructio.

¶Tertium quod eſt obſeruandum in prædicatione, aut in actu prædicationis eſt debita circunſtantia. Vnde Apoſtolus. Inſta opportune importune. Inſtantia dicit perſeuerantiam, opportunitas conuenientiam importunitas frequentia. Opportunitas autem debet attendi quantum ad locum, tẽpus, & modum. Locus aptior ad prędicandum eſt eccleſia, vnde Chriſtus Ioã. 18. Ego ſemper docui in templo, & in ſinagoga &c. & Luc. 19. Etat quotidie dicens in templo. Quæ dignior domus inquit Ambro. apoſtolicæ prædicationis ingreſſu quam ſancta eccleſia 24. quęſtio. 1. Etiam in plateis, & campis & aliis locis publicis poteſt prædicari. Non autem debet fieri in occulto per domos ne oriatur ſuſpitio hæreticæ doctrinę, diſtinct. 30. ſi quis, & extra de hære. cum ex iniuncto. Non debet autem ſemper prædicare in vno loco, quia & laborator ſato vno agro ad alium pergit. Et dominus Ieſus circumibat per ciuitates, & caſtella prædicans, & cum a quibuſdam vellet detineri quibus prædicauerat, ait. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare. Lucæ. 4. Omne enim rarum plus appetitur, pulegium apud Indos pipere præcioſius eſt Hiero. diſt. 93. legimus. Sed religioſus, quia velle & nolle non habet hęc debet facere cum obedientia. In aliorum tamen eccleſiis ad vitandum ſcandalum cum licentia curatorum. Vnde Greg. Falcem iudicii in ea ſegete, quæ tibi commiſſa non eſt, mittere non potes, ſed per affectum boni operis frumenta dominica vitiorum ſuorum paleis expoliata, & in eccleſiæ corpus admonendo conuertere, & perſuadendo, & quaſi manducando conterere. 6. quęſtio. 3. ſcriptum eſt. Vbi dicitur glo. non publicè prædicando. De tempore non eſt determinatum, niſi quod ſeruari oportet quod habetur in clem. dudum, de ſepul. ibi dicitur. Statuimus & ordinamus, quod dictorum ordinum, ſcilicet prædicatorum minorum fratres in eccleſiis, & locis eorum, ac in plateis communibus libere valeant clero, & populo prædicare, ac proponere verbum Dei, hora illa duntaxat excepta in qua locorum prælati voluerint, vel coram ſe ſolemniter facere prædicari, in quo prædicare ceſſabunt præter quam ſi aliud de prælatorum ipſorum voluntate proceſſerit ex licentia ſpeciali. In ſtudiis etiam generalibus, vbi ſermones ad clerum fieri ſolent, licet fratribus libere prædicare, niſi forſan illa hora qua ſolet ad clerum in prædictis horis, locis proponi verbum Dei epiſcopus, vel prælatus ſuperior clerum ad ſe generaliter conuocaret, aut ex aliqua ratione, vel cauſa vrgente clerum ipſum duceret congregandum. In eccleſiis autem parochialibus fratres ipſi nullatenus audeant vel debeant prædicare, niſi ſint a ſacerdotibus parochialis inuitati, vel de ipſorum licentia aſſenſu, vel mandato epiſcopi, vel ſuperioris eius. Glo. prælati, ſcilicet ordinarii, vt epiſcopi, & idem de vicariis, eorum ſacerdotibus. Glo idem de vicariis, vel perpetuis, vel temporalibus in caſu licito auctoritate epiſcopi dantis. Prædicator, quia ex ſua prædicatione debet quęrere homines inducere ad faciendum quod prædicat ideò, ut efficaciter prædicet, debet clare loqui, ut inſtruat intellectum auditoris & doceat. Secundo ſic debet loqui, ut delectet auditorem, ut ſic moueat affectum, ut libenter audiat verbum. Tertio debet ſic loqui ut flectat, ſcilicet amando quę dicta ſunt uelit ea implere. Et cum quis hoc facit induſtria artis quam docet Rhetorica, ut declarat Augu. in 4. libro de doctrina Chriſtiana, ad honorem Dei, & ſalutem animarum bonum eſt, & humana operatio ſeu lingua. Sed cum ſpiritusſanctus vtitur lingua prædicatoris, ut inſtrumento ad iſta efficiendum, ſicut fuit in apoſtolis qui humaniter indocti erant, tunc opus illud eſt gratia gratis data, quę dicitur gratia ſermonis, & lingua angelorum. Et ſermo ſapientię dicitur in locutione de diuinis, ſermo ſcientiæ de humanis, ut de moribus, & uitiis, & virtutibus, & huiuſmodi. Thom. 2e. 2e. quæſt. 177. perfectius autem gratia iſta operatur quam natura, uel ars. Sed aliquando aptitudine naturali in prædicatore exiſtente, & arte rhetoricæ adiuncta, aliquando etiam ſpiritus, ſcilicet operatur plenius iſtud, ſcilicet inductionem auditorum ad faciendum quæ prædicat, hominis ergo eſt, ut dicit Salomon ſe præparare, ut ſcilicet bene dicat, domini autem dirigere linguam. Et ut dicit Aug. in lib. de doctrina Chriſtiana. Sapientia ſine eloquentia parum profuit quoad populos. Eloquentia ſine ſapientia multum nocuit, eſt enim, ut gladius in manu furioſi. Sapientia

cum eloquẽtia multum iuuat & operatur. Si quis autem neſcit eloquentia vti ſaltem ſapienter loquatur. Et cum ex ſe non habet auctoritatem inducat ſcripturas & rationes, vn de dictis ſuis detur auctoritas. Qui aũt habet auctoritates non indiget tantis, cum ipſæ verbis ſuis præſtet auctoritatem.

¶ *De defectibus a quibus prædicator debet ſe cauere in prædicãndo. Cap. 4.*

PRimus eſt falſitas in prædicando & pręcipue circa ea quę ſunt fidei vel pertinẽt ad vitia & virtutes, in quibus, vt dicit Hiero. Parũ diſtat ī vitio decipere vel decipi poſſe Chriſtianũ. 16. q. 1. ſi cupis. Nam ſi ſemel deprehenditus in falſitate, reddit ſe ſuſpectum de falſitate etiam in prędicationibus omnibus, ar. diſt. 9. ſi ad ſcripturas. Vnde ad maiorem aſſertionem dictorum ſuorum inquãtum poteſt, & valet, debet inducere auctoritatem ali quam ſacræ ſcripturæ, vel aliarum doctrinarum quæ ſunt ſub eccleſia approbatæ, vt ſanctorum doctorum, & decretalium, & maxime in his quæ non ſunt de ſe clara per rationem, vel experientiam. Si autem non ex lapſu linguę, ſed ex induſtria diceret mendacium in prædicatione mortaliter peccaret ſecundum Pet. de Pa. nec excuſaretur ſi hoc faceret cauſa conuertendi animas ad Deum. Deus enim (ait Apoſtolus) nõ indiget veſtro mendacio, vnde & cauti prædicatores, vt ſemper longe ſint a falſitate cum allegant quotationes librorum ſi non ſunt bene certi, ſolent dicere ſi bene recolo, vel ſi non erro. & huiuſmodi. ¶ Secundo debet ſibi cauere ab adulatione, ne ſcilicet laudet populum, in quibus reprehenſibilis eſt, quod eſt peſſimum, vel etiam de temporalibus magnificentiis, niſi hoc forte ſecundum fiat temperate, vt melius ferãt correctionem duram immediate ſequendam, ſicut fecit Apoſtolus. 1. Cor. 1. c. Hoc enim adulari prohibuit Chriſtus, cum primis quos miſit ad prædicandum dixit. Neminem per viam ſalutaueritis. Luc. 10. Maledicant (inquit dominus per prophetam Malachiam. 2. ic.) benedictionibus veſtris, ideſt populis quos adulãdo benedictis de eis, vt uos diuites faciant, vt exponit Hiero. 1. q. 1. iudices, in fine, prædicatores adulatores reprehendit dominus dicens. Ipſi ædificabant parietem, & uos abſque temperamento liniebatis eum. Aedificant parietem populi, dum peccatum quod durum eſt, quia indurat, quia peccato accumulant: prædicatores autem liniunt indiſcrete laudãdo, ita exponit Gregor. diſtinct. 46. ſunt nonnulli. ¶ Tertio debet cauere a iactantia, hoc enim reddit ipſum cõtemptibilem, hoc enim faciunt ſtulti, inquit Cato. non ſolum autẽ debet cauere ſe laudet, ſed etiam ne dicat, vnde videatur oſtentare ſcientiam vel ſanctitatem ſuam. Vnde Gregor. Habet hoc proprium doctrina arrogantium, vt neſciant humiliter dicere quod ſciunt &c. diſtinctio. 46. capitu. 1. Quidam autem ſunt ita arrogantes, vt non ſufficiat eis recitare ſuas opiniones, niſi etiam contemnat alios, & aliquando ſanctos doctores, ut Thom. Gregor. & huiuſmodi. ¶ Quarto debet cauere a ſcandalis prælatorum, ne ſcilicet ponendo os ſuum in cęlum detrahat eius recitando coram populis vitia eorum, clericis enim laicos eſſe infeſtos opido tradit antiquitas. 2. qõ. 7. Et nunc maxime ex malo eorum vita propter quod eos contemnunt, vnde prædicare publicè contra eos, etſi populis placeat, tamẽ fructus nullus ſequitur: quia non emendatio illorum: ſed perturbatio, non vtilitas populis, ſed augmentum irreuerentiæ, & contemptus etiam ſacramentorum, quæ per eos conficiuntur, vel miniſtrantur, contra illud. 1. quæſtio. 1. multis. Prohibetur etiam hoc in conſtitutionibus fratrum prædicatorum, & in clem. religioſi, de priuileg. In virtute obedientiæ pręcipitur prædicatoribus religioſis, ne in ſermonib. ſuis prælatis eccleſiarum detrahant aut etiam retrahant laicos ab eccleſiarum ſuarum frequentia vel acceſſu, & imponitur pœnitentia debita pro grauibus culpis in illa religione contrarium facienti. Intelligit tamen glo. hanc literam cum nominatum detrahunt, vel per circumlocutionẽ quę vicem habet proprii nominis aliàs in genere licèt prædicatoribus tangere vitam prælatorum, ſed in generali locutione linguam refrenet, ut dicit glo. argum. 16. quæſtione 1. ſi clericatus, ſi ſolis clericis prędicaretur poſſet conuenientius hoc fieri. Quinto debet cauere a ſcandalis & diſturbio auditorum, ne talia dicat, vnde inducantur ad rixam vel ſciſma vel infidelitatem. In figuram mandauit dominus, ut in ora veſtis pontificalis eſſent cum tintinabulis malogranata opere polymito inſerta, ad ſignandum quòd in prædicatione figurata pertintinabula, debet quærẽ vnitatis charitatis in auditoribus quæ ſignatur in malogranato, ex eo quòd ſub vno cortice multa grana in ſimul vniuntur, ut exponit Gregor. diſtinctio. 44. ſit rector. Sic ergo temperandus eſt ſermo, ut non prouo-

centur

centur subditi contra dominum ad aliquod malum vel dominus contra subditos. De materia prædestinationis & præscientiæ raro loquatur, quia populi male capiunt verbum & potius in disturbium mentis quam fructum referunt, & si pura materia euangelij cogat, semper ostendatur libertas arbitrij ad bonum & malum per exempla. Similiter de sacramento eucharistię uel de trinitate coram simplicibus non prædicet subtilitates. De conceptione uirginis Marię pertranseat. Et si materia se offert ad aliquid dicendum, de huiusmodi talibus uerbis utatur, quod exprimat ueritatem & populus vix intelligat scilicet si fuerit in utero sanctificata vel gratia repleta & huiusmodi, nec est necesse populis scandalosum dicere expræsse quod fuit concepta in peccato originali. Non enim intelligunt, laici istum terminum, sed putāt dici aliquid sceleratum & ideò citius dimittendum. Sexto fugiat emulationes & contentiones cum alijs prædicatoribus. 2. Timo. 2. Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile est nisi ad subuersionem audientium. Nec ex hoc alius habeant maiorem concursum quietiā minus fit sciens indignationem ostendat. Nam & Christus indignatus non fuit quod aliquādo Ioan. Bap. fuerit in maiori opinione populi quam ipse. Si audit alium prędicatorem dicere aliqua quæ nō sunt reprobata nec cōtra fidē vel bonos mores, sed dubia quamuis ipsæ non sit illius opinionis, sufficit sibi dicere opinionem suam cum rationibus, & non impugnet alium, quia hoc est intrare contentiones & populos scandalizare. Si audit dixisse erronea contra fidem uel bonos mores uel determinata per ecclesiam non credat faciliter nisi audiat a fide dignis & tunc corrigat eum fraternaliter ut retractet, quod si nō uellet retractare errores dictos, esset tunc publicè prędicandum contra errores eius, sicut Paulus publicè restitit Petro ex dissimulatione sua quasi inducendo ad iudaizandum. 2. quæstio. 7. Paulus. Si autem ipsæ prædicator errauit admonitus debet libenter audire & se corrigere, sicut Petrus cessit Paulo. distinctio. 8. ueritate. Et si aliquod erroneū & periculosū dixisset, debet retractare honestius quo potest. Si autem non esset periculosum quod dixit, puta aliquod apochriphum, q̄ nō tenetur quamuis male dixerit non debet retractare secundum Tho. in epistola quadam ad uitandum scandalum. Septimo euitet superfluitatem seu nimietatem & hoc multipliciter, videlicet animā prolixitatem, gaudēt enim breuitate moderni. Priscia. & Grego. in homel. Alimenta quæ minus sufficiūt audius sumuntur, vnde nimis prolixè prædicans figuratur in lege, per patiente fluxum seminis qui immundus iudicabatur. Semen est verbum Dei ordinatum ad generationem spiritualem causandum. Sed sicut in patiente fluxum seminis ipsum efficit inanē & infructuosum, ita ex nimia prolixitate sermonis impeditur fructus in auditoribus vt exponit Greg. distinctio. 43. si rector. Nimia tamen breuitas præscindit (ait Hier.) studiosorum desiderium. Item nimiam uelocitatem in loquendo uel tarditatem. Vnde Sen. pronunciatio sicut & vita debet esse composita. Nihil ordinatum est quod præcipitatur & properat. Et quæ stillare uolo quam currere. Item nimietatem diuisionum. Vnde Sen. philosophiam in partes nō in frusta diuidam. Diuidi enim eam non concidi, utile est, nam conprehendere quem admodum maxima, ita & nimia difficile est Item nimietatem allegationum. Nam in iure hoc non laudatur. Sufficit enim ad approbandam vnam scientiam allegare unam uel duas auctoritates. Multas aut adducere superfluum videtur uanum & sui ostentatiuum, nisi aliquando fiat ad maiorem confirmationem alicuius scięciæ dubitabilis. Itē nimium ornatum verborum & superfluitatem. Nam ut ficum quæ tantum folia habebat non fructus Christus maledixit. Mat. 21. Sen. Non delectent uerba nostra, sed prosint. Idem. Oratio quæ ueritati dat operam incomposita debet & simplex esse. Non tamen nimis rusticana ne contemnatur. Nam & dominus præcepit in lege offerri sibi primitias mellis quod designat dulcedinem eloquentię, ut dicit Gratia. distinctio. 37. Legimus. § sed econtra. Primitia parum est & sibi uolebat offerri, quia ad honorem Dei non sui. Octauo abstineat a leuitate ne scilicet dicat uerba ociosa & fabulas ad prouocandum risum. Dicit enim Hiero. quod bonus prędicator est qui prouocat populum ad luctum non ad risum. Et si aliquando non sit indecens dicere aliqua uerba solaciosa ad subleuādum populum attediatum moderate tamen fiendum & raro. Non sit etiam leuis ad recitandum somnia & uisiones mulierum & ad prophetandum de aliquo malo uenturo vel determinatiue loquendo de tempore aduentus Antichristi, & die iudicij, q̄a non est uestrum (inquit Christus Actuum. 1.) nosse tempora uel momenta quæ pater

posuit in sua potestate. Vnde & Tho. in 4. dicit quod omnes qui uoluerunt determinate loqui de hac re, reperti sunt & reperientur fallaces. Non sit etiam leuis ad præcipitandum sententias de aliquo actu quod si peccatum mortale, nisi sit certum & clarum per rationem uel per auctoritates doctorum. Non sit etiam leuis ad pronunciandum indulgentias & præcipue quæstuariorum qui aliquando multis fictionibus & falsis bullis utuntur, ut dicitur in cle. de pæ. & re. ca. abusionibus, vnde & in cle. religiosi, de priui. præcipitur prædicatoribus ne pronuncient indulgẽtias indiscretas. vbi dicit glo. q̃ dicuntur indiscretæ ille indulgentiæ quæ nõ habentur, & ideò diligenter examinet quando aliquam habet pronunciare. In gestuationibus aut exclamationibus vnusquisque in sensuo abundet, omne tamen nimium vertitur in fastidium. Et quod natura negat nemo uelociter audet. ꝛt displicet imprudens unde placere studet Christum in suis prædicationibus, legitur ter exclamasse cum scilicet dixit. Qui habet aures audiendi &c. Luc. 8. & Ioann. 7. Clamabat Iesus in templo docens. Et me scitis & unde sim scitis & in eo. c. Clamabat Iesus dicens. Si quis sitit ueniat ad me. & Ioan. 11. c. uoce magna clamauit. Lazare ueni foras. & Ioan. Bapt. dictus est vox, quia non solum debet clamare sed omnis conuersatio eius & uitę debet clamare pœnitentiam. ¶ Nono in discrete sermonẽ non proferat, alias figurate immundus exorto naso iudicatur. dist. 43. §. ulti. Ne videlicet eandem materiam omnibus prædicet, sed diuersa diuersis secundum diuersitatem conditionum morum & statutũ. vnde Hiero. de Paulo prędicatore maximo. Nec ad instar imperiti medici uno collirio vult curare, sed per singulas ecclesias vulneribus medetur illatis. dist. 39. c. ul. Simplicibus & idiotis non subtilia prædicet. Ita matrimonium laudat cum de ipso prædicat, q̃d tamen virginitatem & viduitatẽ prę ferat. 27. q. 1. nuptiarum, ne uirgo uel uidua incitetur ad nuptias. Ita virginitatem seu castitatem extollat ne coniugium videatur damnare. Exinde enim & casti superbire possent & coniugati debitum sibi inuicem denegare. Temporibus festiuis & iciuniorum ita exhortentur si volunt coniugatos ad castitatem, q̃d reddendi debitum ostendat necessitatem. Cum Dei commendant misericordiam, subdãt & dei seueram iustitiam uolentibus misericordiam acceptare tempore suo. Ne homines de misericordia præsumãt. Ita ostendat Deum omnia mala punire q̃d etiam miseri cordiam promittant & ueniam quibuscunque ad pœnitentiam redire uolentibus, pœnitẽtiam exteriorem seu abstinentiam dicent vulgo ita necessariam q̃d spiritualibus huiusmodi indiscretis si ibi essent rapinam eẽ immoderatam abstinentiam insinuẽt, ad cõtẽptũ mundi eius uanitatem ostendendo, sic inuitent ad religionem q̃ in sæculo positos non videantur damnare: sed pericula eorum declarare, peccatoribus & duris ita terribiliter vitia repræhendere studeant q̃ spiritualibus & virtuosis dulciter suauia præmiorum proponant. Vnde Greg. in moral. tractans illud. Quid dedit gallo cantum, dicit q̃d gallus designat prædicatorẽ qui peccatoribus in tenebris vitiorũ inuolutis debet clamare terribiliter & bonis prędicare suauiter. Sicut & gallus in tenebris ideò in nocte profunda fortiter clamat, sed die appropinquante iam luce tenuiter & quasi raucus. Cum autem habet prædicare aliquam turpem materiam, ut de vitio luxuriæ, vel de matrimonii actibus, utatur verbis honestis, nec descẽdat nimis ad particulares circũstãtias, ue doceat vel inciteț auditores ad mala, & sibi caueat ab omni uerbo scurrili. 22. q. 5. quotiens. Decimo caueat a nouitatibus, cum discordiam pariat præsumptio nouitatum, ut dicit decretalis. Quidam enim moderni prædicatores quia uoluerunt uti nouitatibus inconsuetis, plura scandala inde secuta sunt & parum in de honorem sapientes reportauerunt & fructum impedierunt, vnde in decre. dicitur Quod a sanctis patribus decretum non est, nõ est superstitiosis adinuentionibus præsumendum. Et similiter a curiositatibus poetarum, philosophorum & historiarum, paganorum, Romanorum & huiusmodi. Et si da horam aliquando uellent aliquid talium inducere. Actuum. 19. dicitur q̃d multi qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros & cõbusserunt eos omnes. Caueat enim ne nimis innitatur sensui suo in exponendo scripturas & pręcipue in sensu litterali Prouerb. 3. Ne innitaris prudentię tuę. Hieron. Prudentię suæ innititur quia ea quæ dicenda uel agenda videntur sanctorum decretis prępo nit, extra de constitu. ne innitaris, distinctione 36. siquis. Obseruare etiam decet prædicatores & in prędicatione & in priuatis locutionibus cum personis quod dicit Orige. distin. 43. in mandatis. Nosse oportet quis & qualis sit is cui immortalitatis uerba credenda sunt. Solliciti enim esse debe-

nus,

mus, ne mittamus Margaritas noſtras ante porcos, & infra. Si enim ſcientiam, quia in his de quibus non poteſt dubitari, quod bona ſit emendatus inculpabilis eſt, vt ſi ſit ſobrius, ſi iuſtus, ſi miſericors & huiuſmodi, tunc quod deeſt fidei, & ſcientiæ conferatur. Sed ſi in his quæ palam ſunt peccatis inuolutus permanet, non me oportet aliquid de ſecretioribus myſteriis & remotis diuinę ſcientiæ proloqui, ſed magis proteſtari eum, vt peccare deſinat, quod ſi ingeſſerit ſe, & prouocauerit nos dicere ea quæ eum minus recte agẽtem non oporteat audire, eum debemus prudenter eludere, dicit glo. ibi, ſcilicet transferendo nos ad aliam materiam.

¶ *De forma prædicationis, & de ſeptem modis procedendi in prædicatione.* *Cap.* 5.

DE forma prædicationis. Nota quod in ordine dicẽdorum nullus inuenitur determinatus modus de neceſſitate tenendus a ſanctis traditus, vnde vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundat. Congruum tamen eſt conformare ſe moribus ſapientum ſecundum tempus, & locum argum. diſtin. duodecima illa. Aliud enim ſeruatur in vno loco, & aliud in alio. Et modus variatus eſt etiam ſecundum tempora. Nam alio modo ſe habuerũt antiqui, alio modo moderni. Multum autem videtur vtile ad reminiſcentiam dicẽti, & audienti aſſignare aliquas partes ſiue membra. Septem igitur modis poteſt procedi.

§. 1. ¶ Primus modus procedendi eſt per expoſitionem euangelii ſeu epiſtolæ, quod de die occurrit de parte in partem moralia inferendo. Et iſtum modum tenuerunt antiqui, vt patet in Homel. Gregor. Auguſt. & Chryſoſt. Quem modum aliquando ſequuntur moderni diuidentes tamen ipſum euangelium, vel epiſtolam in partes, vt verbi gratia. Dominica prima poſt trinitatis euangelium de Epulone diuite & Lazaro poteſt diuidi illud in tres partes. Et in prima ponitur vtriuſque præſens conuerſatio, ibi. Homo quidam erat diues &c. In ſecunda vtriuſque ſequens migratio, ibi. Factum eſt &c. In tertia vtriuſque decens collatio, ibi eleuans autem oculos &c. Si autem ſit illa epiſtola quinquageſimæ. Si linguis hominum &c. Hic de charitate tria notat Apoſtolus. Primo eius neceſſitatem, quia quodlibet bonum ſine ea nihil valet. Si linguis hominum loquar &c. Secundo eius operoſitatem, vel fructuoſitatem, quia ad omnes actus virtutum inducit, quia charitas patiens eſt &c. Tertio eius dignitatem, quia alia dona deficiunt, & fides & ſpes, & ipſa ſemper durat, quia ſiue prophetiæ ceſſabunt &c. Si eſt euangelium in principio 40. poteſt ſic diuidi. Docet nos Chriſtus in iſto noſtro ieiunio tria obſeruare. Et primo excludere mundialem intentionem, ibi. cum ieiunatis, nolite fieri, ſicut Hypocritæ triſtes &c. Secundo habere mentalem purificationem, ibi. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ideſt conſcientia a peccatis. Tertio adiicere effectualem miſerationem, ibi. Theſaurizate the. in cœlo dando eleemoſynas. Et quia cupiditas ab hac retrahit, ideo præmittit. Nolite vobis theſaurizare &c. ¶ Si eſt euangelium hiſtoriale, vt illud diei ſequentis de Centurione, poteſt ſic diuidi. In iſto enangelio tria ponuntur de Centurione. Primum eſt ipſius humilis ſupplicatio, ibi. Cum intraſſet Ieſus Capharnaum &c. Secundum eſt eius a Chriſto commendatio, ibi. Non inueni tantam fidem &c. Tertium eſt ex Chriſti fide pueri ſanatio, ibi. Vade, & ſicut credidiſti. Et in qualibet parte poſſunt dici aliqua moralia ad ædificationem, ſicut verbi gratia. In prima parte prædicti euangelii. Primo eſt notandum de magna charitate, & diligentia quam habuit ad ſeruum ſuum, quia in domo eum tenebat, & pro ipſo ad Chriſtum orandum acceſſit. Secundo notandum, quod Chriſtus ad eundem ad ſeruum ſe obtulit, non ſic ad filium reguli ad confundendum ſuperbiam noſtram. Tertio humiliatio Centurionis, & magna fides cum dixit. Domine non ſum dignus &c. Quartum eſt familiæ ſuæ recta gubernatio, quia ſibi faciebat eſſe ſubiectos. Nam & ego homo ſum &c. In ſecunda parte eſt videndum, quomodo intelligatur, quod Chriſtus admiratus fuiſſe dicatur cum admiratio procedat ex ignorantia, & in Chriſto nulla fuit ignorantia. Secundo quomodo fides Centurionis exceſſerit Iſrael. Tertio prænunciatur conuerſio gentilium figuratorum in Centurionis fide, qui requieſcunt in fide trinitatis, & hoc eſt recumbere cum Abraham Iſahac, & Iacob, & reprobatio iudęorum, ibi. Filii autem regni eiicientur &c. Quarto quomodo in inferno ſit fletus, & ſtridor dentium. In tertia parte de effectu fidei.

Secundo de ſanatione ipſius pueri .

§.11. ¶Secundus modus procedendi eſt ſumendi aliquam auctoritatem de ſcriptura ſacra pro themate, & illam diuidere in partes. Et iſtæ eſt modus magiſtralis, & magis ſcientificus, quo vſi ſunt Thomas Bonauentura, & Bernardus in ſermonibus ſuis prædicabilibus. Et ali quando Ia. & Io. de ſancto Geminiano in omnibus ſermonibus ſuis. Et in diebus domini calibus ſumitur pro themate de euãgelio, vel de epiſtola occurrenti. In diebus autem feſtiuis ſanctorum ſumitur, vel de euangelio domicali vel epiſtola, & magis de præcedenti immediate, quam ſequenti, vel etiam de euãgelio vel epiſtola de feſto. Si etiam ſumeretur aliqua auctoritas ſcripturæ extra euangeliũ & epiſtolam, quamuis non ſit multum in vſu moderno, nullum tamen inconueniens Iac. de Voragine. & Io. de ſancto Geminiano vtũtur hoc modo in feſtiuis communiter ſumendo. ſ. vnam auctoritatẽ de diuerſis libris ſcripturæ, & in ipſam faciendo diuiſionem, verbi gratia. Si de euangelio feriæ ſextæ ſumatur illud. Si eleemoſyna tua in abſcondito', & pater tuus &c. Primo oſtẽditur virtuoſa eleemoſynarum erogatio. ibi. ſit eleemoſyna &c. secundo copioſa earũ remuneratio. ibi. pr̃ tuus &c. Poſſunt etiam membra diuiſionis ſubdiuidi. & hoc diuerſimodè, exemplum in prædicta diuiſione. Nam in prima parte notantur tria quæ faciunt eleęmoſynam virrtuoſam.

¶Primum quòd fiat ei qui eſt in defectione. ibi. ſit eleęmoſyna.

¶Secundum quòd fiat de ſua poſſeſſione, nó aliena. ibi. tua.

¶Tertium quòd fiat cum recta intẽtione. ibi. in abſcondito.

In ſecunda parte notatur, ꝙ reddet tibi Deus pro eleęmoſyna triplicem remunerationem. ſ. temporalium multiplicationẽ, & iſtæ ſunt multæ. Spiritualium augmentationem, & ſupernalium receptionem. Si ſumatur pro themate illud. Diliges dominum Deum tuũ ex toto corde tuo. Tria hic notantur. Et primo actum gratioſum, quia diliges, omnia enim delectantur in amore. Dilectio tamen importat amorem gratuitum, ſecundo obiectũ glorioſum. Dominum Deum tuum. Et dominus notat eius gubernationem, Deus eius creationem, tuus eius incarnationẽ, quæ cogunt nos ad amandum ipſum. Tertium ſubiectum, vigoroſorum, ex toto corde tuo ibi, quomodo tripliciter diligitur ex toto corde ſecundum Thom. 2.2.q.25. Si aũt prædicatur de aliquo ſancto, põt aliquid ſumendo de epiſtola vel euangelio ei adaptari. Nec eſt incõueniẽs, ꝙ il le intellectus ſcripturę nõ ſit ille proprius: ſed ẽt aliquando contrarius, quia moralis ſenſus eſt multiplex. Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè. Si prædicetur de ſancto Gregor. vel alio doctore. Tria poſſunt de eo notari. Virtutum interiorum fertilitas. Homo quidam erat diues. Secundo actuum exteriorum nobilitas. Induebatur purpura, ſcilicet charitate, & byſſo, ideſt puritate. Tertio ſenſuum ſcripturarum ſuauitas, epulabatur quotidie ſplendidè exponendo ſcripturas. Si prædicetur de ſancto Hierony. & occurrat illud Euangelium dominicale, vbi habetur. Dixit dominus domino meo &c. quamuis ſit dictum de Chriſto, poteſt applicari ad ſanctum Hierony. & alios qui fuerunt membra Chriſti, vbi tria. Primo ad ipſum diuinalis allocutio dixit dominus, quod intelligitur per inſpirationem ſcripturas & flagella. Secundo circa ipſum rationalis executio domino meo ratione, vtens dominus eſt per virtutes alias ſeruus. Tertio ſuper ipſum prælialis conſecutio, ſede a dextris meis, quod notat magnitudinem gloriæ ſupernæ. Si ſumatur de euãgelio ipſius feſti, vt de beato Dominico vel Auguſt. illud. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Matthæ. quinto. Tria de ipſo notantur. Primum quòd intimus fuit deo colligatus, quia ciuitas quaſi ciuium vnitas, ideſt ſenſuum tendentium ſimul in deũ, ſecundum quòd in exemplis ſeu geſtis fuit Chriſto conformatus, quia ſupra montem. Mons enim ſignat Chriſtum, cuius vitę fuit multum ſimilis vita ſanctiſſimi Dominici in prædicatione in ordine ſuo, & cætera. Tertium quòd fuit mundo in miraculis manifeſtatus, quia non poteſt abſcondi propter miracula eius. Si ſumatur de epiſtola feſti, vt illud. Repoſita eſt mi. co. vbi tria de ipſo notantur. Primo magnificatur ex triumphi excellentia, quia corona. Secundo exercitatur in prælii experientia, quia mihi. Tertio nobilitatur in præmii permanentia, quia repoſita eſt. Et quantum ad primum nota triplicem coronam. Prima debetur Imperatori, vel regi propter potentiam. Secunda paſtori, ideſt epiſcopo vel papæ propter clementiam. Tertia doctori, ſcilicet aureola, propter ſapientiam, omnes has habuit beatus Dominicus. Et primam a patre per appropriationem, quia ei attribuitur potentia, vt in miraculis. Coronã ſapiẽtiæ a filio per diſputationẽ cõtra hæreticos, & prę

dicatio-

dicationem Tertiam coronam clementię & materiæ a ſpiritu ſancto in regimine ordinis Quantum ad ſecundum nota tria in ſuo exercitio. Mihi enim refertur ad id, quia bonum certamen certaui contra uitia bellando. Cur ſum cõſummaui perſeuerando, fidem ſeruaui. 3. fidelitatem gloriam Deo ſemper dando. Quantum ad tertium repoſita, nota qđ repoſitum non perditur. Semper poteſt perdi corona virtutis quouſque anima reponatur in gloria. Sed primo repoſita fuit corona virtutũ per prædeſtinationem. Secundo per prænunciationem, quia de ipſo etiam ordine ſuo prophetatum. Tertio per glorificationem. Et nota qđ ſicut cõfuſa videtur prædicatio quãdo nulla ibi fit diuiſio vel diſtinctio, Ita etiam tediоſa redditur, cum nimis multiplicantur diuiſiones & diſtinctiones. Et quamuis omnis bona diuiſio ſit bimembris, hoc habet locum in lectionibus, ſed in prædicationibus, vbi p̃ceditur perſuaſiue, videtur diminuta bimembris. Et ultra trimembrem vel quadrimembrem eſt nimium & inconſuetum.

§. 3. ¶ Tertius modus p̃cedendi eſt per diſtinctionẽ. Et iſtum modũ tenuit Ber. in ſuis ſermonibus & eſt magis facilis ad iſtud ualent diſtinctiones Mauricij. Greg. etiam in moralibus, aliquãdo utitur diſtinctionibus, & Io. Caſſia, in collationibus patrũ. Et ſit multipliciter. Primo modo per multiplicem acceptionem alicuius diſtinctionis in themate, ut verbi gr̃a, ſi proponatur illud. Erat nauis in medio maris, Nota qđ ẽ multiplex nauis de qua poteſt illud intelligi. Eſt enim nauis innocentiæ baptiſmalis, ſecunda eſt nauis pœnitẽtiæ, ſalutaris, tertia eſt nauis cõuuẽtię regularis, quarta eſt nauis excellentiæ uerginalis. ſ. Marie. Si proponatur Redde quod debes. Matth. 18. poteſt fieri talis diſtinctio. Debitor eſt quolibet Deo, proximo & proprio ſubiecto. Et ciuilibet tria. Deo amorem propter boni tatem ſuam, & timorem propter commiſſam iniquitatem, honorem propter ſuam maieſtatem. Proximo tria. ſ. correctionem, ſubuentionem, & ędificationem in moribus. Sibi ipſi tria. ſ. uigilantiam perſeuerantiam, & mortificationem diſcretam. Aliquando multiplicantur membra diſtinctionis ſecũdum numerum qui ponitur id themate, exemplum cum proponitur. Eſt puer vnus qui habet quinque panes. Nota q̃ quinque ſunt panes Chriſti de quibus debemus comedere Primus eſt pœnitentiæ pſalmus. 79. Cibauit eos pane lachrymarum. Secũdus panis ſapiẽtiæ. Eccleſia. Cibauit illum panæ uitæ & intellectus. Tertius panis euchariſtiæ. Io. 6. Qui manducat hunc panem viuet in ęternum. Quartus panis gratiæ, pſalmus. 132. Pauperes eius ſaturabo panibus. Quintus panis gloriæ. Luc. 14. Beatus q̃ mãducabit panẽ in regno cœlorum. Si proponatur illud de ſeptẽ p̃ panibus. Dici pñt ſeptẽ panes ſeptẽ ſacrã, vel ſi proponatur de eodẽ euãgelio illud Miſereor ſup turbam dic ſcđm Ber. quod ſeptẽ ſũt miſerationes domini quibus nos quaſi ſeptem panibus ſatiat. Primus expectationis ad pœnitentiam. Secundus impeditionis ſcilicet mali noſtri. Tertius compunctionis peccati. Quartus remiſſionis ipſius. Quintus conſeruationis a recidiuo. Sextus operationis ſcilicet boni. Septimus fiduciæ glorificationis. Poſſunt & aliter aſſignari & ordinari. Si proponatur illud. Hora ſeptima reliquit eum febris. Ioã. quarto. Febris eſt peccatum mortale quod inducit ad mortem æternam. 7. horæ ſunt. 7. dona ſpirituſſancti, quibus cum ſint connexa aduenientibus in anima verbo Chriſti recedit peccatum. Timor expellit ſuperbiam, pietas inuidiam, ſcientiam iram, fortitudo accidiam, conſilium auaritiam, intellectus gulam, ſapientia luxuriam. Vel melius ſeptem horæ ſunt ſeptem quæ concurrunt ad remiſſionem peccatis. Prima hora eſt tribulatio, ſecunda bona operatio ſcilicet de genere bonorum, tertia illuminatio ſcilicet ad cognitionem peccati, quarta eſt deteſtatio ipſius, quinta eſt confeſſio, ſexta eſt emendatio ſcilicet in propoſito, ſeptima eſt gratiæ infuſio. Et iſta ſex ſunt figurata per ſex hydrias quæ erant in nuptijs. Vel ſic ſi proponatur illud. Erat Ieſus eiiciens Dæmonium. Luc. 11. Poteſt dici quod per peccatum homo poſſidet a diabolo, ſed cum per gratiam Chriſti peccatum deleatur, ideo Ieſus quotidie eiicit Dæmonium, cum peccator iuſtificatur, & quamuis dęmones de omnibus uitiis tentet plus tamen de vno quã de alijs unuſquiſque tẽtat, unde ſicut boni angeli boni denominantur ab officijs quæ gerunt cum ad nos mittuntur, ita dæmones a uitijs, de quibus magis tentant. Sicut ſunt ſeptem vitia capitalia, ita & ſeptem reperiuntur nomina dæmonum, qui de eis tentant, & in euangelio dicitur, quod immundus ſpiritus aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe, & Mar. ulti. dicitur de Magda. quod Chriſtus eiecit ab ea ſeptem dæmonia. 1. peccata. Sic etiam reperiuntur ſeptem dæmoniaci in ſacra ſcriptura, his ſeptem uitijs figurati. ¶ Et primus

dęmon uocatur Mammona, de quo Matth. sexto cap. Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ, & interprætatur diuitię, & ſignat auaritiam, de qua tentat cupidos cum diuitijs. Figuratur autem per dæmoniacum lunaticum, de quo Matth. 8. dicitur quod diabolus mittebat eum in aquam & in ignem ut eum perderet. Et ſic auaritia per mare & per terram ducit per ſaxa per ignes ideſt ęſtus cupidos. ¶Secundus uocatur Aſmodeus, de quo Tob. 8 & interprætatur factura iudicij, ſignat luxuriam, propter quod uitium Deus fecit iudicium diluuij tempore Noe & poſtea Sodomorum. Figuratur autem per dæmoniacum mutum, de quo Luc. 11. Illud erat mutum, uitium enim luxuriæ facit hominem mutum a confeſſione, plus quam alia uitia propter materiam magis erubeſcibilem. Tertius uocatur Sathan, de quo. Iob. 1. & interprætatur aduerſarius, ſignat inuidiam, quæ aduerſatur omni bono proximi dolens de eo. Ex inuidia enim Sathan percuſſit Iob multipliciter flagellando, & figuratur per Saul dæmoniacum qui ex inuidia perſequebatur Dauid 1. Re. 16. Quartus Beelzebub, de quo Lucæ 11. in Beelzebub principe dæmoniorum ejcit dęmonia interprætatur enim uir muſcarum, ſignans accidiam qnæ facit multitudinem muſcarum, ideſt uanarum & immudarum cogitationum habere. Figuratur per filios ſacerdotis dæmoniacos effectos qui uolentes expellere dæmones in nomine Pauli, diabolus vexauit eos, ut habetur in actibus apoſtolorum. Sic Hypocritæ qui detinentur ab hoc vitio, quia communiter ſunt ocioſi dum miniſtrantes ſacramẽta quod debet fieri per bonos uolentes ab aliis dæmones effugare, ipſi inuaduntur ab eis ſpiritualiter. ¶ Quintus dicitur Abaddon, ut habetur Apoc. 9. & interpręţatur exterminator & tentat de ira quæ ponit hominem extra terminos ſocietatis & unionis. Et figuratur peccator deditus huic vitio per dæmoniacum clamantem in templo & dicentem quia tu es filius Dei &c. tales aliquando ex ira blaſphemant. ¶Sextus dicitur Behemoth, de quo Iob, pen. & interprætatur animal & tentat de gula, quæ facit hominem beſtialem. Et figuratur per dæmoniacum qui morabatur in monumentis & ambulabat nudus. ¶Septimus dicitur Lucifer quaſi ferens lucem apparentiæ, & tentat de uana gloria, ut etiam diabolus ideſt deorſum fluens per ſuperbiam, & tali uitio deditus figuratur per filiam Chananeę dæmoniacam &c. Matth. 15. Iuuenculæ enim multũ ſunt deditæ uanæ gloriæ in ornatu.

¶Quartus modus eſt ſimilis tertio prædicto per aſſignationẽ multiplicatiõis effectuũ §.4. vel cauſarum vel conditionum vel graduum vel ſpecierum vel proprietatum naturalium vel nominum alicuius rei de qua agitur in themate, exempla de ſingulis. De primo ſi proponatur de corpore Chriſti. Qui mandu cat me uiuet propter me, poſſunt hæc dici, 12. effectus ſacramenti debite ſumpti propter quos anima uiuit ſpiritualiter de quibus ſupra tit. de ſacramentis, ſi proponatur illud Iacob 5. Multum valet deprecatio iuſti aſſidua, poſſunt poni effectus orationis de quibus alibi vide, ſi proponatur. Impone manuum tuam & uiuet, loquendo de manu diuinæ gratiæ poteſt dici quod habet quinque digitos ideſt effectus. Si proponatur, audientes verbum retinent & fructum afferunt Luc. 8. Poteſt dici de fructibus ſeu de effectibus verbi Dei de quibus habes ſupra in 2. parte tit. 9. c. 11. §. 2. Si ꝓponatur de epiſtola illud. Omnis fornicatio non nominetur in vobis, ibi potes declarare mala magna, quæ ſequuntur ex vitio luxuriæ, de quibus ſupra in 2. parte in tit. de luxuria. Poteſt ſecundo aſſignari multiplicitas cauſarũ inducentium aliquem effectum, de quo in themate agitur ut ſi proponatur. Remittuntur tibi peccata tua. Matth. 9. Poſſunt hic poni ea propter quæ peccata remittuntur puta contritio, confeſſio, eleemoſynarum largitio, flagellorum toleratio, religio, ita tamen quod ſane iſta intelligantur. Et poſſunt iſta ſex figurari per ſex hydrias quę erant in nuptiis. Si proponatur. Oportet exaltari filium hominis. Iob 12. Poſſunt hic aſſignari cauſæ ſeu rationes quare oportuit exaltari in cruce quas habes in 3. parte beati Thom. ¶Poteſt tertio induci multiplicitas conditionum quæ requiruntur ad actum, de quo agitur in themate, vt ſi proponatur illud. Itẽ & oſtendite uos ſacerdotibus, quod fit p confeſſionem peccatorum, poteſt ibi dici de 16. conditionibus confeſſionis, de quibus habes ſupra in tit. de ſacramentis. Si proponatur illud. Petite & accipietis de oratione prædicando poteſt dici de conditionibus orationis de quibus habes diffusè in quarta parte, titulo quinto. ¶Poteſt quarto prædicator prędicare de multiplicitate graduum alicuius vitij vel uirtutis vel ſtatus vt ſi proponatur illud. Qui ſe humiliat exaltabitur. Luc. 14. & Matth. 23. vel illud epiſtolæ Petri.

tri. Humiliamini ſub potenti manu Dei &c. Poteſt dici de gradibus humilitatis vel illis 7. quos ponit Anſel. vel tribus quos ponit glo. vel 12. quos ponit. Benedictus & Bern. quæ habes declarata a ſancto Thom. de Aquino ſe. ſe. quæſt. 161. de humilitate ſi proponatur illud. Ecce aſcendimus Hieroſolymam de charitate prædicando, de qua agit epiſtola illius dominicæ. Poteſt dici quod Iacob vidit in ſomnis ſcalam huius Hieruſalem. Dauid autem numerat gradus, quia 15. de cantando 15. pſal. graduales. Paulus deſcripſit eos di. Charitas patiens eſt &c. vbi ponit 15. gradus charitatis. Si proponatur. Qui iraſcitur fratri ſuo &c. Matth. 5. Poteſt loqui de triplici gradu iræ, de quibus habes ſe. ſe. quæſt. 158. de ira, vel de triplici ira, ſcilicet uirtuali, veniali, & mortali. Si proponatur illud. Incipiebat enim mori, vel illud. Ecce defunctus efferebatur, ſi quis uult prædicare de morte peccati, quia anima quę peccauerit ipſa morietur. Ezech. 18. poteſt ponere 7. gradus peccati. Primus cogitatio tentans ad malum, & hic interprætatur. Secundus delectatio ſenſualis, & hic ſcbricitat. Tertius conſenſus in mortale & hic moritus. Quartus opus ad extra, & ſi occultum, & hic plangitur per conſcientiam remordentem. Quiutus manifeſtatio eius, & hic defertur ad ſepulcrum. Sextus aſſuefactio ſeu conſuetudo, & hic ſepelitur, & de his ſex gradibus de pæn. diſtinct. ſecunda ſicut tribus. Septimus obſtinatio ſeu de ſenſio, hic figuratur per mortuum, qui fuit Chriſto nunciatus, ſed non ſuſcitatus. Vel ſi proponatur. Amice aſcende ſuperius & tunc erit tibi gloria, ſi quis uult prædicare de aſcenſu virtutum in genere, poteſt dicere quod eſt triplex ſtatus aſcendētium ad cœlum incipientium, proficientium, ſeu perfectorum, primi aſcendunt tentationibus reſiſtendo, ſecundi profectui virtutum inſeruiendo, tertij Deo inhærendo, & de huiuſmodi, de pę. diſtinctione ſecunda, dum ſanctam. Quinto poteſt procedi per multiplicationem ſpecierum alicuius uitij vel uirtutis, vt ſi proponatur illud. Si filius Dei eis dic ut lapides iſti panes fiant, ubi diabolus tentauit de gula. Lapides ſunt auctoritates ſcripturæ & exempla ſtabilia & rigida, & tunc de eis panes fieri uolumus, quod procurat diabolus cum de ea veritate & firmitate quas dubitamus, ſed quinque ſunt ſpecies gulæ, de quibus de conſe. diſtinctione quinta, quinque, & de his ſupra in ſecunda parte, titulo ſexto. Si proponatur. Qui ſe exaltat humi. poteſt dici de quatuor ſpeciebus ſuperbiæ, de quibus habes ſupra in ſecunda parte, titulo tertio, vel ſi proponatur illud. Niſi abundauerit iuſtitia &c. Matth. quinto. Poteſt poni triplex ſpecies iuſtitiæ diſtributiua, commutatiua, & ſui regulatiua, & quęlibet harum erat in illis defectiua. Nam quantum ad primum diuites honorabant pauperes deſpiciebant. Quantum ad ſecundum proximos decipiebant & lędebant per uſuras & libellum repudii & huiuſmodi. Quantum ad tertium ſe male regulabant, quia de peccatis cordis non ſibi faciebant conſcientiam, & ſeruabant præcepta vel timore pœnæ vel amore temporaliū. ¶Sexto poteſt adduci multiplicitas proprietatum naturalium eius, quod ponitur in themate eas moralizando, verbi gratia. Si proponatur. Lux venit in mundum. Ioan. tertio. Lux ſignat ſpiritum ſanctum, vnde canitur. O lux beatiſſima &c. Sicut autem lux naturalis 12. proprietatibus ſuis naturalibus venit in mundum, ita ſpiritus ſanctus 12. radijs ſuis, qui dicuntur ab apoſtolo fructus ſpiritus Ad Gal. 5. Lux enim eſt calefactiua, quod facit ſpiritus ſanctus ſpirituali fructu qui eſt charitas. Lux eſt lætificatiua, ſic & ſpiritus fructu gaudij. Lux eſt paccatiua, nam & ſerenat aerem nubilatum, & lux ſolis eſt in medio planetarum ad contemperandum proprietas eorum contrarias, & hoc facit ſpiritus fructu pacis. Lux eſt impaſſiua & non poteſt pati quod operatur quartus fructus ſcilicet patiētia. Lux eſt dulcoratiua fructuum, ſic ſpiritus dulcorat per benignitatē. Lux eſt ſui communicatiua omnibus rebus & locis quantum in ſe eſt ſe communicat, hæc operatur ſpiritus per bonitatem, quia bonum eſt ſui ipſius diffuſiuum. Lux eſt diſcurſiua in longiquum, quia ſubito ab oriente in occidentē, ſic ſpiritus dat longanimitatē ne deficiat qs in diu ſufferēdo, ſed vſq; ad occaſum vitæ ſuę extēdat. Lux eſt illum natiua, q̄ fit a ſpiritu p̄ fidē, q̄ eſt certitudo quędā de his q̄ ſunt fidei. Lux eſt incorruptibilis, & ſpiritus facit hominē incorruptū p̄ caſtitatē, q̄ eſt fructus eius, ita p̄fecte vt parū ēt moleſtetur. Lux eſt ornatiua ſeu decoratiua. Nil. n. pulchrū ſine ea q̄ fit a ſpiritu p̄ fructū modeſtię quo oēs act' exteriores moderāt. Lux eſt deſicatiua, q̄ fit a ſpiritu p̄ continētiā ab illicitis, & ſi tētatiōes ſuſtinet, vincit tn eas uirtr. ¶Septimo p̄t ſumi multiplicitas noīum, ut ſi p̄ponat. Paraclitus āt ſpiritus ſāctus &c.

poteſt

poteſt dici quod ſpirituſſanctus habet multa nomina, ex quibus oſtenditur operatio eius in hominæ quæ ponuntur in hymno, ſ. ſpirituſſanctus paraclitus donũ, fons, uiuus, ignis charitas, ſpiritalis vnctio & dignus Dei. Spirituſſanctus dicitur quia facit homines ſpirituales & ſanctos & contemnere terrena, & Deo deditos. Paraclitus dicitur quia conſolatur afflictos & pœnitentes, ſpe ueniæ, vel paraclitus dicitur, ideſt, aduocatus, quia facit nos aduocare, i. orare. Donum quia gratis dat dona ſua. Fons viuus, quia nos lauat a peccatis. Ignis, quia facit nos ſemper moueri ad bene operandum. Charitas, quia facit nos Deum diligere & proximum Spiritalis vnctio, qa illuminat mentem de agendis. Digitus Dei qa procedit a parte & filios, vt digitus a manu & brachio, & quia diuidit prout vult diuerſis diuerſas gratias gratis datas. Ad inueniendũ iſtas multiplicitates multum ualent ſumma a vitiorum & virtutum, & Pe. de Taran. ſuper epiſtolas Pauli, & compendium theologiæ. Quiliber etſi intitaletur a quibuſdam beat. Tho. non tamen creditur eſſe eius opus quia nec ſtilus patitur nec inter libros eius in legenda connumeratur, ſed nec Alber. magni, ſed cuiuſdam docti uiri qui dictus eſt frater Tho. ordi. prædi. vir vtiq; excellens.

¶ Quintus modus eſt poſt thema euangelij, vel epiſtolæ concurrentis inducere auctoritatem aliquam de pſalmis, vel aliis libris ſacræ ſcripturę correſpondentem themati in ſententia materia ſeu verbis, & ſuper dicta auctoritate facere diuiſionem vel diſtinctionem vel multiplicem expoſitionem ad propoſitum thematis, verbi gratia. Si thema ſit illud Luc. 10. Quid faciendo uitam æternam poſſidebo? dicatur Pſal. mouenti eandẽ quæ ſtionem reſpõſum fuit a ſpirituſsãcto. Pſ. 33. Declina a malo & fac bonum, inquire pacem & perſequere eam. Vbi præcipiuntur tria ob ſeruari.

¶ Primum eſt receſſus a prauitate, ibi, declina a malo.

¶ Secundum proceſſus in probitate, ibi, fac bonum.

¶ Tertium ingreſſus cum tranquillitate, ibi, inquire pacem.

¶ Quantum ad primũ loquitur de malo culpæ quod per excellẽtiam dicitur malũ, quia priuat uel corrumpit bonum temporale, naturale, & ſpirituale. 16. qõ. 1 illa. Et hoc malũ habet quattuor gradus, ſ. delectationem, conſenſum, operationem, & obſtinationem, & de his habes, de pæn. diſtin. 2. §. ſuper quattuor.

¶ Quantum ad ſecundum nota q̃ principia operandi ſunt potentiæ, ſed principia bene operandi ſunt habitus virtutum, quia virtus eſt quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit ſecundum Philoſophum. Sicut autem ſunt quattuor potẽtiæ, ita & quattuor virtutes eas dirigentes ad bene operandum, de quibus in lib. Sap. Sobrietatem, ideſt temperantiam, & ſapientiam, i. prudentiam, decet iuſtitiam & virtutem, i. fortitudinẽ, q̃bus in vita nil melius eſt hominibus. Prudentia perficit rationem, iuſtitia voluntatem, fortitudo irascibilem, temperantia concupiſcibilem. Facigitur bonum prudenter ſecũdum rationem agendo. Iuſte proximum non ledẽdo. Fortiter ardua aggrediendo & in aduerſis perſiſtendo, temperanter ſuperflua reſecãdo.

¶ Quantum ad tertium inquire, i. intus quære pacem & perſequere, i. valde ſequere, quia leuiter ſubterfugit. Et nota quadruplicem pacem. Prima inter Deum & affectum noſtrũ, vt conformemus nos cum voluntate eius. Secunda inter ſpiritum & carnẽ vt caro, ſ. ſubiiciatur ſpiritui. Tertia in domo vt ſit ordinata imperandi & obediendi inhabitantium concordia. Quarta in ciuitate inter ciuem & ciuem. ¶ Si in die animarũ proponatur illud. 2. Mach. 12. Sancta & ſalubris, eſt cogitatio pro defunctis exorare, poteſt dici ipſæ animę quæ ſunt in purgatorio ſcientes ſe non poſſe per ſe iuuari, ſed per nos petunt a nobis ſuffragia dicentes illud Iob. 19. Miſeremini mei miſeremini mei ſaltem uos amici, mei quia manus domini tetigit me. Vbi tria. Et primo petũt plurib. ſuffragijs adiuuari, quia miſeremini, &c. bis dicitur miſeremini, quia ſunt ſuffragia carnalia, vt ieiunium & eleemoſyna, & ſpiritualia, vt oratio & ſacrificiũ, de quibus Greg. 13. q. 2. animę defunctorum quattuor modis ſoluuntur, &c. Secundo oſtendũt ſe poſſe ab hominibus uirtuoſis ſubleuari, quia uos amici mei. Cum. n. qui ſunt in purgatorio ſint in gratia non ſunt eis amici qui ſunt in criminalibus. Et ideò ſuffragia q̃ fiũt a criminoſis ex ſe, vt priuatæ perſonę parum vel nihil proſunt, vide de hoc in ſummis & in 4. ſen. diſt. 49. c. 2. Tertio innuunt ſe grauibus ſupplicijs cruciari, quia manus domini, ideſt ſeueritas diuinę iuſtitiæ tetigit me. Et hæc manus habet quinque digitos, ſecũdum quinque genera pœnarum, ſ. priuatio viſionis Dei pro illo tempore, cruciatio ignis, deriſio hoſtis, qui tamẽ aliàs non flagellat eas, remorſus conſcientiæ, & dilatio ſubuenientię a ſuis. ¶ Si in feſto Trinitatis ſumatur

illud

illud. Tu es magiſter in Iſrrel, & hæc ignoras? Ioan. 3. poteſt dici, quòd Hieremias factus magiſter a ſpiritu ſancto oſtendit ſe ignorare myſterium illud dicens. 1. ca. A, a, a, domine Deus. Ecce neſcio loqui. Hiere. 1. vbi tria. Primo enim diſtinctio perſonalis figurat, quia, a, a, a. Secundo vnitas eſſentialis inſinuatur, quia dñe Deus. Tertio defectus habitualis declaratur, ecce neſcio loqui. Quantum ad primum tria. aſſignant tres perſonas, diuinas. Vnde ipſæ dicit Apo. 1. Ego ſum Alpha, & declarat quare: quia principium, vnitas innuitur, quia ſingulariter dicitur dñe Deus. Tria autem ſunt in quibus reperitur imago, vel veſtigium huius Trinitatis, & unitatis, ſ. Angelus, anima & aqua, ſ. in fonte conducto, qui eſt quaſi veſtitus & riuo. Item quia, a, eſt ſecundum omnem idioma prima litterarum. Omnes litteræ Græcę, Hæbraicæ, & Latinæ reddunt teſtimonium huic veritati. Quantū ad ſecundum de vnitate eſſentiæ vnum Deū eſſe probatur ratione & auctoritate, & exemplo, quia eſt creator omnium, ideo dr Deus gubernator, præmiator quoque bonorum, & punitor malorum, & ideo dicitur dominus, ideſt do manus, do minus, & do minas. Quātum ad tertium, quia Deum nemo vidit vnquam. Ioh. 1. Et de eo tantum poſſumus, ſcire quòd ſit: ſed non quid ſit, & perfectius loquimur de eo per negationem quàm per affirmationem ſanè tamen intelligendo. Si proponatur illud. Exaltata ſum. Eccle. 24. in aſſumptione virginis poteſt dici, quàm mirabiliter fuit exaltata oſtendit Ioan. Apoc. 12. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum. 12. vbi innuitur, q̄ tripliciter exaltata fuit. Primo, quia in corpore glorificata, mulier amicta Sole, dicit Chriſtus quòd in vltima reſurrectione iuſti fulgebunt, ſicut ſol in corpore eorum hac ergo gloria veſtita fuit nunc, & de iſta materia vide in legenda, & de morte eius. Secundo fuit ſuper omne collocata, ſ. collegium angelorū & ſanctorum, ibi Luna & ſub pedibus eius. Luna mutabilis deſignat creaturam, quia omnis ēt angelica natura mutabilis eſt affectu & cogitatu. Et hic poteſt dici deductione eius in cœlum a filio figurata per arcæ reductionem in Hieruſalem cū 7. choris. 2. Reg. 6. de admiratione angelorum dicentium. Quæ eſt iſta &c. Tertio fuit multiplici priuilegio decorata, qa in capite eius corona ſtellarum. 12. quæ ſunt duodecim priuilegia ſingularia quæ no. Bar. Nota etiam quòd ſecundum membra ipſius auctoritatis inductæ poteſt compræhendi & diuidi ſimul totum Euangelium vel epiſtola, verbi gratia. Si proponatur illud Exiit primo mane conducere operarios in vineā ſuā. Matth. 20. in ſeptuageſima, & inducatur auctoritas. pſ. 1. Beatus vir qui nō abiit in cōſilio &c. vſque die ac nocte, poteſt ſic diuidi, hic notātur quattuor concluſiones iuxta Euangelium hodiernum. Prima præmium præoptandum, quia beatus vir. Et Euangelium, conuentione facta cum operariis &c. Secunda vitiū fugiendum: quia non abiit in conſilio impiorū & Euangelium, quid hic ſtatis tota die &c. Tertia radium conſequendum, quia in lege dñi &c. & euangelium, ite & uos in vineā &c. Quarta ſtadium percurrendum, quia in lege eius meditabitur, &c. & Euangeliū. Cum ſero autem factum eſſet &c. Item circa auctoritatem inductā ad propoſitū thematis, poteſt procedi per diſtinctionē, verbi gratia. Si ſum pto pro themate illud 1. Cor. 11. Hoc facite in meam commemorationem, in feſto corporis Chriſti, inducatur illud pſ. Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſeratur dominus &c. poteſt dici quòd ſeptē ſunt mirabilia opera Dei, quæ in Euchariſtiæ ſacramento memorantur, quod eſt eſca per excellentiam data timentibus Deum. Primum eſt opus creationis. Secundum eſt opus Iſrael eductionis. Tertium eſt incarnationis. Quartum eſt ſacræ paſſionis. Quintum eſt iuſtificationis. Sextum eſt piæ expectationis. Septimū eſt ſupernæ fruitionis. Primū memorat quia in ſacramento non eſt materia cōmunis termini a quo & termini ad quem ſit tranſmutatio, ſicut accidit in mutationibus ſubſtantialibus, ſed totum, ſ. materia & forma panis trā ſit in totum, & hic poteſt dici aliquod exemplum de tali mutatione quomodo nō eſt impoſſibilis. Secundum eſt de eductione & liberatione Iſrael de Egypto per eſum agni & cibationem populi ex manna, & potu aquæ de petra quæ ſignabant iſtud ſacramentum. Tertium eſt, quòd ſicut ad quinque verba virginis. Fiat mihi ſecundum verbum tuum, Dei filius deſcendit de cęlis velatus carne noſtra, ſic ad verba quinq; ſacerdotis deſcēdit Chriſtus non mutando locum in altari velatus illis accidentibus, de quibus poteſt aliquid dici quare ibi remanent. Quartum eſt de paſſione quam maxime memorat celebratio huiuſmodi. Et propterea ſeparatim conſecratur corpus & ſanguis quamuis totum ſit ſub utraque ſpecie, & fractio hoſtiæ & ſigna tot ſacerdotis ſignificāt omnia paſſionem. Quintum

de

de iuſtificatione figuratur, quia ſicut per multa flagella frumẽtum efficitur panis, & fecernitur farina à furfure, ſic anima a uitiis & madefit lachrymis & coquitur charitate. Sextũ, quia cum tractatur ab immundis & ſumitur, non punit, ſed patienter expectat, ita peccatores quotidie. ſeptimum, quia ſicut reficit dulcedine mentem & unitur cibus cum cibato, ſic accidit in patria. Poteſt etiam procedit circa auctoritatem inductam ad propoſitum thematis per multiplicem eius expoſitionem, ut ſi proponatur. Fides tua te ſaluum fecit, & inducatur illud, pſal. 32. Omnia opera eius in fide. Sciendum quòd opera diuinorum, opera miraculorum, & opera bonorum meorũ omnia reperiuntur in fide. Et primo opera diuina ab intra. Nam quòd pater genuit filium & quòd utroque producat ſpiritumſanctum ex fide habemus. Et etiam opera ab extra, ut de creatione mundi, & incarnatione, & huiuſmodi, ad Heb. 11. Fide credimus aperta eſſe ſecula, &c. Secundo opeta miraculorum, iuxta illud ad Heb. 11. Sancti per fidem uicerunt regna, &c. & patet in euangeliis. Tertio opera bonorum meorum. Nam ut dicitur. 1. Ioann. 5. Hæc eſt quæ uincit mundum, ideſt, uitia mũdi fides noſtra. Si proponatur illud in aſſumptione Sanctę Mariæ. Optimam partem elegit ſibi Maria. Et inducatur illud, pſ 88. Domini eſt aſſumptio noſtra, ut loquatur prophetia in perſona uirginis. Pro cuius declaratione ſciendum, ꝙ humana natura poteſt conſiderari in triplici ſtatu, ſcilicet in eſſe naturæ, in eſſe gratiæ, & in eſſe gloriæ, & quolibet ſtatu uirgo aſſumpſit optimam partem, i. optimum gradum. Nam primus eſt bonus, ſecundus melior, tertius optimus. Et ſecundũ hoc tripliciter exponitur ad eius commendationem illud, domini eſt aſſumptio noſtra. Primo elegit optimam partem ex ſtatu naturali, quia domini eſt aſſumptio noſtra propter dominicam incarnationem, i. quia ſumpſit totaliter dominum. Secundo elegit optimam partem ex ſtatu ſpirituali, quia aſſumptio noſtra eſt domini propter mirificam perfectionem, ideſt, quia ſumpſit totaliter dominum. Tertio elegit optimam partem ex ſtatu ſuper naturali, quia aſſumptio noſtra eſt domini, quia dominus aſſumpſit me propter magnificam exaltationem. Quantum ad primum dicit Apoſtolus ad Timoth. 1. Omnis creatura Dei bona eſt, ſ. in ſua natura & præcipue rationalis, ſed iſta reperitur in triplici gradu, quia in initiali inſtitutione, in generali deſtitutione, & in diuinali vnione. Et in generali deſtitutione reperitur poſt peccatum Adę cum multis miſeriis peccatorum & pœnarum. Et originali cum quo naſcitur. pſ. 50. Ecce enim in iniq̃tatibus &c. de conſec. diſt. 4. firmiſſime. addimus multa actualia propter quæ efficimur multum mali verum quantumcunque quis ſit malus, tamẽ nunquam peccatum tollit bonum naturæ, & quantum ad eſſentiam eius nihil aufertur, quãtum ad inclinationem ad bonum quod eſt ei accidens naturale, & ſi diminuatur nunquam tamen totaliter tollitur ſecundum Tho. 1. 2. Vnde & bonus eſt homo etiam peccator in ſua naturali conditione. In initiali inſtitutione, ſ. ante peccatũ Adę fuit multo melior, quia nullis miſeriis & pœnalitatibus ſubdita, & ad nullum malum inclinata. Et hunc gradum habuit in parte virgo beata. Nam ita fuit in vtero ſanctificata, & ſpiritu ſancto repleta, quòd nullam inclinationem actualem vnquam habuit ad aliquod malũ. Remanſit tamen nobiſcum ſubdita pœnalitatibus, vt magis mereretur, & nos conſolaremur ſuo exemplo, quia ſi ita pura & ſancta tã ta paſſa eſt, quis debet velle immunis eſſe a peccatis. Sed & tertius modus ſtatus humanæ naturę, ſ. prout eſt vnita cum Deo, reperitur tantum in Chriſto, qui eſt Deus, & homo. Et hanc partem elegit Maria, quia aſſumptio domini, vt ipſa dicit, eſt noſtra, de meis enim puriſſimis ſanguinibus formata eſt caro aſſumpta a verbo. Et hęc utique eſt optima pars, qã nulli vitio ſubiecta, nec etiam pœnalitati ex neceſſitate, ſed ex ſua uoluntate. Oblatus eſt enim quia ipſe uoluit. Eſa. 53. Et ex hoc inquit ipſa, beatam me dicent omnes generationes, & angelorum huiuſmodi iudęorũ, gẽtilium, & Chriſtianorum. omnes enim multipliciter laudant &c. Quantum ad ſecundum ſtatus gratię, & uirtutis qui eſt melior primo, quia potior eſt gratia quam natura. de conſecrat. diſt. 2. reuera, habet tres gradus. ponunt enim non ſolum theologi: ſed & philoſophi morales virtutes in triplici differentia in creatura, ſ. politicas, purgatorias, & purgari animi vt habes in j. ſecundę ſancti Thom. Primus gradus ſubiicitur magnis inſultibus tentationum, quælibet enim virtus a ſuo cõtrario impugnatur, ſed nõ vincitur ſi reſiſtit, pone exẽpla de Temperantia, Iuſtitia, Fortitudine, & Prudentia. Et iſte eſt ergo bonus gradus, & neceſſarius homini qui vult ſaluari. quęlibet enim virtus patitur detrimentum ab vno vitio. dicit Aug. de pœn. diſ. 1. Secundus patitur tentationes, ſed facilius vincit, & melius diſcernit, & iſtę eſt melior. Tertius non patitur

quaſi

quasi tentationes, sed sedatis passionibus libere Deo seruit, ut dicat cum Psal. 62. Sitiuit in te aia mea quã multipliciter tibi caro mea. & istæ est optimus ad quem pauciſſimi ueniunt, primus reperitur in nouiter pœnitentibus, secundus in bonis actiuis, tertius in contemplatiuis. Et hũc elegit Maria & assumpsit semper dominũ ut diceret cum psal. 72. Pars mea Deus in æternum. Quantum ad tertium quod est optimum ad Hæbr. 13. cap. Optimũ est gratia habilitare cor, firmatur autem quod de cætero in malum moueri non possit gratia finali, ideſt gloria æterna, quę & gratia dicitur, quia gratis datur, qa vltra mærita nostra, sed & cum coronat Deus, inquit Aug. Metita nostra remunerans, Deus vtique remunerat sua. Vnde ad Ro. 6. dicitur Gratia Dei uita ęterna. Et hic possunt notari tres gradus. Primus valde bonus, ſ. animam egredientem subito volare sine impedimento reatus ad quod pauciſſimi veniũt. Et ad hoc plurimum iuuant sacramenta deuotiſſimè susceptа & orationes sanctorum, quæ omnia quã uis non egeret his, fuerunt tamen in transitu Mariæ in nostri exemplum, nam secũdum Albert. Magnum suscepit communionem & extremam vnctionem ab Apostolis & sic migrauit. Secundus est melior, ſ. etiam in corpore glorificari, quod quidam credunt de patribus qui resurrexerunt Christo resurgente, & quidam alij de Ioanne Euãgeliſta, sed certius credit de uirgine Maria præcipue ex quo corpus eius non inuenitur in terra, vt dicunt rationes doctorum, ut patet in legenda. Tertius est optimus, ſ. in excelso choro angelorũ, omnia hæc habuit virgo Maria exaltata super choros angelorũ. Et sicut assumptio sua fuit domini, ideſt, sicut fuit assumptio domini in cœlum quoad multa, quia sicut Christus in anima, & corpore, ita & uirgo. Et sicut Christus assumptus fuit super omnes etiam intellectuales spiritus, ideſt angelos, ita & virgo. Et sicut omnes angeli & sancti Christũ ascẽdentem associauerunt, ita & uirginem immo vt dicit Hiero. Credendum est quod ipsæ saluator per se totus festiuus occurrit & eam in throno suo collocauerit, ad quod facit quod dicitur. Te enim assumam & regnabis mecũ. Assumptus est Christus ut esset in illa curia nostra aduocatus iuxta illud. Aduocatum habemus, &c. & Maria nostra aduocata.

Sermo de sancto Io. Bap.

¶Sextus modus procedendi est ex interpretatione vł etymologia seu expositionis nominis in themate, de quo est sermo, ut si proponatur in festo Natiuitatis Io. Ba. illud Luc. 1. Ioannes est nomen eius, inducatur illud, Esa. 49. Attendite populi de longe, dominus ab utero uocauit me, de uentre matris meæ recordatus est nominis mei. Vbi nota, quod nomina imponũtur rebus ab homine apropriẽtatibus naturalibus vel temporalibus, sicut legitur de Adam quando imposuit nomina rebus, sed a Deo imponũtur ex effectibus gratiæ. Vnde quia per excellẽtiam fuit gratia in Io. ideo fuit sibi impositum nomen. Importãs gratiã, interpretatur enim in quo est gratia. Est autem triplex gratia quam ipsæ habuit q̃ potest notari in eo quod ait Apostol. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit. Et alubi idem, sed gra eius semper in me manet. Et quia copiosè omnẽ gratiam habuit, merito Ioan. est nomen eius. Amb. Respicite Io. quanta uis sit in nomine eius cuius nuncupatio patri pietatẽ muto loquelam populo reddit sacerdotem. Vnde tempore quo fuit tanta pestis q̃ escitãdo vel sternurando homines moriebant sumptũ est pro adiutorio huiusmodi dictũ, Deus te adiuuet & sanctus Ioan. Est ergo gratia cumulatis vel adeptiua meritorum, gratia Dei sum id quod sum. Est secũda gratia specialis cõtentiua priuilegiorum, & gratia eius in me uacua non fuit. Est tertia gratia finalis allatiua præmiorum & gratia eius in me semper manet. De prima dicit Ioan. 1. c De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam, ſ. a Christo, ipsæ est qui illuminat omnẽ hominem &c. scilicet luce gratię, non quod omnes illuminentur, sed quia nullus eorum qui illuminantur ab alio quam ipso illuminatur, & per hanc habet homo esse spirituale & meritum naturale. Vnd Eccle. vlti. Time Deum, & mandata eius serua, quod fieri non potest sine gratia, secundum Aug. hoc est omnis homo, ideſt per hoc habet verum esse. Sine hac gratia nec desertum nec pœnitentia profuisset Io. Bap. nec alteri. Vnde Greg. quĺibet occulta loca animam sine gratia saluare nõ possunt, &c. dist. 40. Cum ipsa gratia natus est Ioan. quia (ut dicitur Luc. 1.) Spiritu sancto replebit adhuc ex vtero matris suæ. Clarum est autem quod quanto aliquod receptiuũ qualitatis est propinquius alicui principio influẽti, tanto magis recipit de influentia eius. Nã quanto quis magis propinquus est igni, tanto magis calescit, & quanto flumen magis appropinquat mari, tanto est profundius in aqua. Cum ergo Ioann. fuit propinquissimus Christo natiuitate, propinquitate & imitatione copiosiſſime hanc recepit. Ista autem gratia

tia

tia ſine qua homo ſaluari non poteſt, quæ eſt maximum donum Dei in hac vita eſt ſimilis luci ſolis, quę quantum ex ſe parata eſt oēs illuminare, vt dicit Cypria. de conſec. diſtin. 4. dummodo non ponas obſtaculum claudendo feneſtras potentiarum intellectum & voluntatem, &c. ¶ Quantum ad ſecundum quę dicitur in parte gratia gratis data dicit Apoſtolus. 1. Cor. 12. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem verbo Deus &c. & iſta præter gratiā cōmunem neceſſariam dicuntur priuilegia ſanctorū in quibus nullus reperitur maior Io. vñ Ber. in ſermone. Exultent oēs ſancti, & ſuorum meritorum prerogatiuis ante cōciſtoriū maieſtatis aſſiſtant, nullus tamen erit qui ad priuilegium Ioan. audeat aſpirare, vnus eſt, & ſecundum non habet qui vniuerſitatis humanę tranſcendit aſcenſum. Sunt autem. 10. priuilegia gratiæ Io. Bap. Primum annunciatio ſtuporoſa. Secundum ſanctificatio amoroſa. Tertium manifeſtatio gaudioſa. Quartum conuerſatio ſuper virtuoſa. Quintum prophetizario copioſa. Sextum baptizatio generoſa. Septimum commendatio glorioſa. Octauum ueneratio dulcoroſa. Nonum prædicatio fructuoſa Decimū operatio miraculoſa. ¶ Quātum ad primum dixit angelus. Ego ſum Gabriel qui miſſus ſum tibi hoc nunciare. Luc. 1. ¶ Not. quòd licèt multorum in veteri & nouo teſtamento fuit prænunciata mundo eorum natiuitas, ut Remigii, Tho. de Aquino. Iſaac. Sanſonis, Ioſię. nullus tamen eorū fuit ita ſolemniter prenunciatus a Deo quod in hoc priuilegio ſecūdum Ber. dominus Ieſus uoluerit perſe dignificare ſeruum ſuum, nec etiam Chriſtus fuit ita ſolemniter nūciatus. Nam Ioannes iſtæ in ſolemniori die, quia in feſto propiciationis. In excellentiori loco, qa in tēplo. Salomonis. Notiori miraculo, quia notum aliquo modo toti populo. Si igitur Chriſtus uoluit in hoc Ioan. magis ſe honorare quantū nos debemus uenerari. Quantū ad ſecundum legimus Hieremyam ſanctificatum. Hiere. 1. antequam exires de vulua ſanctificauit te. Aliqui hoc etiam credunt de Nico. quia natus ſtetit rectus, &c. Et de Beato Dominico, quia iam in cunis egrediens lectum iacebat in terra, ſed nullus cum tāta magnificentia. Nam ipſæ dominus Ieſus perſonaliter ire uoluit in ventre virginis exiſtens ad domum Zachariæ vt ſanctificaret Ioannē clauſum in vtero Eliſaberh, ſecundum Orige. Et tanta gratia repletus eſt ut impleuerit matrem, vnde exclamauit, vnde hoc mihi vt ueniat mater domini mei ad me? Et ſecundū quoſdam acceleratus eſt ei uſus ratiōis ad cognoſcendum aduentum Saluatoris, & propterea exultauit. Operabatur autem ſanctificatio iſta ſecundum doct. purgationem ab originali & tanta, ſoliditatem q̄ nō poterat peccare mortaliter, & tamen non confidens deſeipſo fugit ciuium turmas ne leui ſaltē maculare vitam fœmine poſſet, &c. ¶ De manifeſtatione, ideſt, natiuitate gaudioſa dixit Angelus. Multi in natiuitate eius gaudebunt. De tribus enim eccleſia ſolemnizat natiuitate, ſ. de Chriſto, virgine. Maria. & Ioanne, non autem de aliis ex eo, quia nati ſunt in peccatis. Et de Chriſto quidem principaliter, quia ille fuit principium noſtræ redemptionis. Annū cio vobis (ait Angelus ad paſtores) gaudium &c. Luc. 2. De virgine, quia nata eſt ſancta & mater. Natiuitas tua Dei genitrix gaudiū annunciauit, &c. Canit eccleſia. De Ioanne autem quia præcurſor Chriſti ſicut lucifer præcedit ſolem, ſolemnius eccleſia feſtiuat iſtam quam virginis. Nam antiquitus non hebāt feſta de virgine, ſed bene de Ioāne & cum uigilia, & octaua. Octaua autem natiuitatib. uirginis inſtituta fuit ſub Inno. 4. etiam poſt uigiliam eius. Sed ad augmentum gaudij virgo Maria præſens fuit huic natiuitati, & prima eum de terra leuauit vt communiter dicitur. Fuit etiam miraculis plena, quia patri reſtituta fuit locutio & ſibi & matri datus fuit ſpiritus prophetiæ in octauo die. Bene ergo in natiuitate eius multi gaudebunt, quia & iudæi Saraceni & Chriſtiani hodie feſtiuant. Sed ali qui gaudent corporaliter comedendo, &c. Et extrema gaudii, ſ. huiuſmodi luctus occupat. Prouerb. 14. Alij mūdialiter in pompis & huiuſmodi. Iob. 20. Gaudium hypocritæ inſtar pūcti. Aliter ſpiritualiter, ſ. in cōſideratione tanti luminis & totius mundi, pſal. 96. Lux orta eſt iuſto &c. & in ieiunijs, oratiōib. eleemoſynis ſe exercent ad honorē ſancti Ioānis, & hoc petit eccleſia in oratione, ſ. gaudia ſpiritualia. ¶ De cōuerſatiōe eius dicit Chryſo. q̄ conuerſatio Ioan. omnium ſanctorū uitam faciebat apparere culpabilem. Exemplū ponit de niue, cuius comparatiōe omnis res alba videtur fuſca. Eius cōuerſatio quam uirtuoſa fuerit oſtendit Chriſtus cum dicit Ioā. 5. Ille erat lucerna ardens & lucens, vbi notatur humilitas immittanda, quia lucerna q̄ antiquitus fiebat de terra, ſignat humilitatem qua quis ſe cognoſcit terram. vnde dixit. Ego uox &c. q̄ ſ. p me nō ſubſiſto', & in baptiſmo Ioan. prohibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari &c. Charitas amplexanda quia ar-

dens.

dens. Arsit utique in Dei amore totaliter datus cõtemplationi, & proximi admonẽs omnes ad bonum. Exemplaritas admiranda, quia lucens Mat. 5. Sic luceat lux vestra, &c. Exempla eximia fuerunt in eo austeritatis, paupertatis, & castitatis, qs austerior pauperior, aut castior Io. &c. ¶ De prædicatione eius not. q̃ fuit magister principalium prędicatorum ecclesię, quia apostolorum, quia plures fuerunt discipuli eius, & propter hoc dixit se vocem, quia sicut vox manifestat verbum, ideſt conceptum mentis, ita Ioan. verbum patris, vnde Esa. de eo dicit. Ego vox clamantis in deserto, vbi notatur & locutio eius, quia vox, & affectio eius, quia clamantis in deserto. Sed q̃d loqueretur ista vox notat psal. 28. di. Vox domini super aquas ad prędicandum, s. pœnitentiã contra gulã, puniam agite. Vox domini in virtute, i. in fortitudine contra iram, cũ innocenter incarceratus in morte non est turbatus, sed dixit in manus, &c. Vox domini in magnificentia contra auaritiam, cum dixit. Qui habet duas tunicas det nõ habenti. Luc. 3. Vox domini confringentis cedros altas per superbiam, cum dicebat. Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere &c. Vox domini intercidentis flamma in ignis concupiscentiæ, & luxurię cum dixit Herodi, non licet tibi habere vxorem fratris tui. Vox domini concutientis desertum, i. accidiosum qui bonum deserit cum dixit. Iam securis ad radicem arboris posita est &c. Vox domini prępparantis ceruos, cum dixit mittens duos discipulos. Tu es qui venturus est, quod fecit ad prępparandum ceruos, i. discipulos ad Christum, ut abiicerent inuidiam quam ad eum habebant. ¶ De prophetizatione eius dixit pater. Tu puer propheta altissimi vocaberis, qa ita fuit copiose propheta, vt Christus diceret plusquã propheta. Et hoc tripliciter quia. s. de eo prophetatum extitit. Malach. 3. Ecce ego mitto angelum meum. Et quia prophetam patrem & matrem in natiuitate fecit. Et ipse, prophetauit de præsenti occulto, cum dixit. Ecce agnus dei nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus vtrum ex Deo sint. 1. Io. Mũdus est hodie plenus prophetis, sednõ ex Deo sed ex diabolo. De baptismo dicebat ipsæ Io. Ioh. 1. Ego baptizo uos aqua in pœnitentia, & quamuis ipsis baptismus non esset in sacramentum vel ablutiuum peccatorum, tñ erat nostri baptismi maxime figuratiuum, quia in aqua, sed in alia forma, quia in nomine uenturi Ioan. baptizabat. Erat & ad pœnitentiam inductiuum, sicut & bona opera, omnes tamẽ baptizati ab eo fuerunt iteruni baptizati, ẽm doctores, vnde 1. q. 1. Dedit baptismũ Ioan. & baptizatum est post Ioh. ipsæ enim Christũ baptizauit, & tunc ei misterium trinitatis manifestatũ est, quia pater in uoce, filius in carne, spiritus sanctus in columbæ specie. ¶ De cõmendatione nullus reperitur, ita mirabiliter commendatus. Nam omnis natura intellectualis eum commendat. Primo Deus ipsæ. Matth. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioan. Baptista, ubi excluditur Maria, quia dicitur inter natos, & Christus quia dicitur mulierum. Non enim Christus fuit mulieris natus, sed uirginis. Secundo Angelus. Luc. 1. Erit enim magnus coram domino &c. vbi subsequenter ipsæ Archangelus Gabriel descripsit uitam eius. Tertio homo etiam inimicus, ut Herodes, quia ut dicitur Mat. 6. sciebat eum uirum sanctum metuebat eum. Sed & doctores ecclesiæ mirabiliter eum commẽdant. vnde Christ. Ioan. schola uirtutum &c. vt de in lectionibus de decollatione eius. Pe. Da. in festo Natiuitatis eius, & merito quia reperitur in omni cetu sanctorum patriarcharũ, quia pater apostolorum propheta immo plusquã propheta, quia Mat. 11. quid existis, &c. Apostol. Fuit homo missus a Deo &c. Ioan. 1. Apostolus interprætatur Missus, Martyr, quia pro uirtute decollatus. Confessor, & prædicator, uirgo cum uirginibus sacris. ¶ De veneratione eius multum omnes eum ueneranẽ, quia didicerunt a Christo. Nam eum voluit quodam tempore esse in maiori fama, ipsæ incarnatus voluit eum per matrem visitare, sic ecclesia multum honorat eum, nam plura festa de eo agit quam de aliquo sancto, sed & secundum Bernar. prima ecclesia solemniter consecrata quæ est principalis totius orbis, scilicet sancti Ioan. Lateranen. ad eius honorem est consecrata, & merito omnes debent eum venerari, quia reperitur officium exercere omnium angelorum, scilicet Seraphin propter feruentem charitatem, &c. vide in legendis sanctorum, venerati sunt, & eum sancti patres qui erant in limbo, quia prænuncia uit eis, &c. ¶ De præcursione patet, quia secundum Greg. misit ad Iesum dicens. Tu es qui uenturus es interrogans si uolebat quòd esset suus pcursor ad patres limbi, sicut fuerat præcursor in mundo. ¶ De miraculosa operatione nota, quòd nullus ira cito fecit miracula, sicut Ioann. quia adhuc in utero matris existens exultauit miraculosè conceptus, quia de sterilibus parentibus miraculum fecit, in Natiuitate reddens patri loquelam

& tota vita eius fuit miraculosa &c. ¶De gratia finali potest intelligit illud. Roman. 6. Gratia Dei vita ęterna. multi enim bene incipiunt, qui in malo vitam finiunt. Gregor. Et in cassum bonum agitur si ante uitę terminum deseratur, de pœ. distin. 2. hanc optime habuit Ioan. semper in ea proficiens & tandē in eo finiens. Si proponatur in circunciſione vocatum est nomen eius Iesus. Quomodo diuersis modis nominatus est significantibus nomen eius effectus. Sed illud prȩcipuum quod figuratum est in Iesu naue, in Iesu sacerdote magistro, in Iesu Syrach fuit pȩr nunciatum psa. 8. Domine dominus noster &c. & tandem fuit hoc nomen impositum, & interpretatur saluator. Et quia saluat nos ab infectione criminali. Mat. 1. ipsę enim saluū faciet populum suum a peccatis eorum, & commissis & committendis ne fiant. Secundo saluat ab obscuratione intellectuali. Ber. Vnde tanta lux in mundo, nisi de prædicato Iesu Canti. 1. Oleum est nutritiuum luminis effusum nomen tuum. Tertio ab afflictione temporali. Mar. vlt. In nomine meo demonia eiicient &c. Si proponatur. Tu es Petrus Petrus interprætatur discalciatus uel agnoscēs, vel dicitur a petra. Et in 4. notatur in ipso mūdi abdicatio, in secundo sui illustratio, in tertio Christi imitatio per dilectionem, passionem &c.

§.7. ¶Septimus modus procedendi est curiosus licèt moraliter, & vtiliter possit extendi secundum litteras alicuius nominis de themate sicut facere membra diuisionis incipiētia secundum illas litteras, sicut uerbi gratia. Si proponatur pro themate illud. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno, potest dici quòd octo sunt pœnæ maximę in inferno quę notantur in litteris octo ipsius nominis infernus. Prima ideſt ignis cruciato. Apo pars illorum, scilicet peccatorum in stagnum ignis & sulphuris. Secunda enim, ideſt numinis priuatio. Esa. vlt. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Tertia. s.i. flagelli illatio psal. 31. Multa flagella peccatoris. Et Esa. Seruietis diis alienis &c. Quarta. e. i. æterna duratio. Mat. 25. Ite maledicti in ignem ęternum. Quint. r. i. remorsionis stimulatio. Esa. vlt. vermis eorum non morietur, scilicet conscientiæ remorsus. Sexta enim. i. negatio illustrationis. Mat. 22. Mittite eum in tenebras exteriores. Septima. u. i. vilificatio habitationis, quia secundum Basilium, ibi proiicietur fex omniū elementorum. Octaua. 8. i. sublatio omnis consolationis. Gregor. Erit ibi mors sine morte defectus sine defectu. Et hæc etiam possunt notari in auctoritate Iob, vbi loquitur de inferno, ersi non eo ordine. Nam numinis, ideſt Dei uisionis priuatio ibi uadam, scilicet expulsus a Dei facie. Duratio æterna, ibi non reuertatur ad statum, scilicet quietis. Negatio illuminationis, ibi ad terram tenebrosam. Illatio flagelli per dęmones ibi. operam mortis caligine, diabolus dicitur mors. Vilificatio habitationis. ibi. terram miserię. Sublatio omnis consolationis. ibi. terra tenebrarum. i. tribulationum. Ignis cruciatio. ibi. nullus ordo. Nam ignis ille non lucet vt hic. & in igne etiam friget, quia secundum Iob, transibunt ad aquis nimium ad calorem nimium &c. Remorsionis conscientiæ stimulatio. ibi. sed sempiternus horror inhabitat. Extende vt placet per auctoritates & exępla. ¶Si proponatur illud. Stephanus plenus gratia Potest dici quòd quamuis ex certitudine scire non possit si homo non habet gratiam Dei, quia dicitur Ecclesiis. 9. cap. Nemo scit vtrum odio, vel amore sit dignus, tamen per coniecturas, & signa potest sciri. Et sunt octo quæ siquis habet signum est quòd plenus est gratia, secundum octo litteras huius nominis Stephanus. Primum est sufficientia aduersorum. Vnde Stephanus plenus gratia & fortitudine psal. 32. Spiritu oris eius omnis uirtus. Secundum temperantia delectationum. ad Ti. 2. Apparuit gratia Dei erudiens nos &c. Tertium efficientia miraculo num. 1. Corin. 12. Alii datur gratia sanitatum &c. Vel melius experientia diuinorum, scilicet per gustum, & dicitur sapientia. Quartum facilitas bene operandi. Ambr. Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. Quintum auditas diuina uerba audiendi. Ioan. 8. Qui ex Deo est, scilicet per gratiam uerba Dei audit? Sextum nuditas terrenorum. Matth. 19. Si uis perfectus esse vende omnia quę habes, & da pauperibus, & sequere me &c. Septimum vindicatio peccatorum in se & in aliis. psal. 118. Iniquos odio habui &c. Tantum affligitur quantum amat. Aug. Octauum subuentio proximorum. Ioan. Qui uiderit fratrem suum necesse habere &c. Hæc omnia Stephanus.

De modis dilatandi materiam, & libris autenticis ecclesiæ & apochryphis. Cap. 6.

AD dilatandum materiam proceditur diuersis modis. Nam primo circa cōclusionē, vel materiā de qua agitur inducēda est aliqua auctoritas uel sacrę scripturæ, vel canonis

nis vel ſancti doctoris, & aliquando etiã gentiliũ, ſed raro. Et poteſt etiam ibi moueri aliqua quæſtio. Secundo induci poteſt aliqua ratio non demonſtratiua, ſed perſuaſiua. Tertio diffiniendo ſeu deſcribẽdo rem ipſam de qua eſt ſermo. Quarto interpretando vel etymologizando nomen eius. Quinto aliquam figuram adducendo ad idem non quidem fabularum poeticarũ, ſed de ſcripturis diuinis. Sexto ſimilitudines naturales proponendo. Septimo exemplo ad idem recitãdo de Chriſto & ſanctis ſuis, & non ſolum quæ habentur in biblia, ſed etiam alia aliquando ẽt infidelium. Exempla ẽt humanæ conuerſationis multum imprimunt & mouent. Octauo per commendationem, vel vituperationem materiæ de qua agitur. Et hoc vel ex dictis ſanctorum ſeu doctorum, vel ex communi opinione hominum, vel ex utilitate multa, vel detrimento quod inde poteſt ſequi. Exemplũ ponatur in medium de ſupradictis. Si agatur de miſericordia, iuxta illud thema. Eſtote miſericordes. ¶Primo poteſt adduci auctoritas ſcripturæ ſacræ puta dicendo illud Apoſtoli. Induite vos ſicut dilecti Dei, & ſancti uiſcera miſericordiæ. Cognouit Salomon iſtud forte neceſſarium, propterea dixit. Eccle. 9. Oleum, ſcilicet miſericordiæ de capite tuo, ideſt, mente nunquam deficiat. Non enim credendum eſt, q̃ loquatur de oleo materiali, quia hoc eſſet turpe & abominabile. Diuiſio ſuper themate poteſt fieri ſic. Pater veſter miſericors eſt iudicia differendo, & vos eſtote miſericordes a diffinitiuis ſententiis abſtinendo, vnde ſubdit. Nolite iudicare. Secundo pater veſter miſericors eſt multiplicia conferendo, & vos eſtote miſericordes erogatiuis ſubſtantiis nõ parcendo, vnde dicit. Date & dabitur vobis. ¶Tertio pater veſter miſericors eſt, ſupplicia remittendo, & vos eſtote miſericordes vindicatiuis malitiis indulgendo, vnde dicitur. Dimitte & dimittetur vobis. Et hæc tria conſequenter tractantur per totum Euangelium. Et quòd omnibus miſericordia ſit neceſſaria oſtendit Amb. in canone. diſtinctio. 86. in ſingulis dicẽs. Miſericordiæ communis eſt vſus, ideo quę commune præceptum eſt omnibus ætatibus, omnibus officiis neceſſaria, ab omnibus deferenda. Non miles, non publicanus excipitur, non agricola vel vrbanus. Diues & pauper omnes in communi mouentur, vt conferant non habenti. Miſericordia enim plenitudo virtutum eſt, hæc ibi. Sed quæritur hic vtrum miſericordia ſit maxima uirtutum. Ad quod reſpondet Thom. 2. 2. quæſtio. 30. quòd in Deo, qui non habet ſuperiorem eſt maxima miſericordia pſalm. 144. Miſericordia eius ſup omnia opera eius. In creaturis maxima eſt charitas: ſed & miſericordia his, quæ ſunt ad proximum, ibi uide. ¶Secundo ratio naturalis docet miſericordiam, nam cum quilibet velit ſibi miſereri, & ſubueniri in ſuis neceſſitatibus, & compati hoc debet facere, ex miſericordia ipſæ proximis indigentibus. ¶Tertio quid ſit miſericordia declarat Aug. in lib. de ciuit. Dei dicens, quòd eſt alienæ miſeriæ noſtra in corde compaſſio, quaſi poſſumus aliis ſubuenimus. Ex quo oſtenditur quòd illi qui habent vnde ſubueniant proximis, & non faciunt, non habent miſericordiam. ¶Quarto hoc declarat ipſa etymologia nominis, nam miſericordia dicitur quaſi miſeriam adimens, ideſt, tollẽs ſeu miſerum habens cor. i. patiens triſtitiam de miſeria alterius, & tali modo vtendo paſſione triſtitiæ laudabile eſt. Quinto quantum placeat Deo iſtà miſericordia oſtenditur per figuram. Nam vaſa templi voluit Deus inungi oleo. Sacerdotes etiam in ſua ordinatione in veteri, & nouo teſtamento inungũtur oleo, ac etiam reges ad innuendum quod fideles Chriſtiani qui ſunt uaſa domini debent eſſe miſericordes, & permaximè ſacerdotes qui debent eſſe patres pauperum, ac etiam principes, qui debent cauſas miſerabilium perſonarum diligenter expedire. ¶Sexto, ſed & ipſa membra corporis humani hoc docent, quia ſi patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, & ſubueniunt poſſe, pes vadit ad medicum, manus oſtendit locum, oculus lachrymatur &c. Similitudinem etiam habemus de brutis. Nam Elephas inueniens hominem inuium in deſerto docet viam. Delphinus piſcis ſuſcipit hominem in mari ne pereat, ſicut enarrat Auguſtin. de ciuitate Dei, de quodam Citharedo, qui proiiciens ſe in mari ſuſceptus eſt a Delphino. Terra enim ſubuenit neceſſitatibus hominum dando eis fructus ſuos. Mare piſces, ipſa etiam bruta ſe iuuant. ¶Septimo quanta, & quàm mira exempla habemus in hoc. Nam de Deo ipſę dicit, cant. Abac. 3. Cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis, qui ex miſericordia motus incarnatus ſanauit Samaritanum vulneribus fauciatum, & miſericordia motus ſuper vidua reſuſcitauit filium eius, & famelicos quattuor milia homines ſatiauit ſeptem panibus. Ex miſericordia Abraham ſuſcipiebat peregrinos. Thobias

subueniebat indigentibus spiritualiter, & corporaliter. Grego. magnus Angelum suscepit. Martinus Christum vestiuit nudum, sed & Constantinus Imperator ex magna misericordia quam habuit ad paruulos occidendos meruit mundari corporaliter & spiritualiter. Titus Imperator infidelis cum sero recordaretur se nihil dedisse dixit suis hanc diem perdidimus, qa nihil dedimus, &c. Octauo multum commendant scripturæ misericordiam, nam dicit dominus per Oseæ. Misericordiam malo quam sacrificium. Apostolus 1. ad Thi. 4. Pietas ad omnia vtilis est promissionē habens uitæ, quæ nunc est & futuræ, hic possunt dici fructus eius, sed & Cicero in commendatione Cesaris ait. Nulla de virtutibus tuis pietate maior est, non tamen oportet omnē conclusionem, vel materiam per omnes istos modos extendere, quia nimis esset prolixum, sed aliquando per plures ex his aliquando per pauciores

§.1. ¶Libri uero optimi super alios ad dilatandū materias sunt post bibliā liber decretorū, textus sententiarum, moralia beati Grego. Aug. de ciuit. Dei. 2. 2. q. Tho. quo ad doctrinalia, summa vitiorum, & virtutum quoad persuasiua. Quia vero in Theologica facultate, & in prædicatione locus ab auctoritate primo scripturæ sacræ est maximus, secundo auctoritas canonis, & tertio doctorum quorum doctrinæ approbatæ sunt per ecclesiam. Ideo ad declarationē dictorum si quæ doctrinæ sint approbatæ nota quę habentur di. 15. de verbo ad verbum. Gelasius Papa. San. Roma. Eccle. post illas veteris, & noui testamenti scripturas quas regulariter suscipimus etiam has suscipi non prohibet sanctam synodum ephesinam primam in qua Nestorius condemnatus est cum consensu beati Papæ Cœlestini mediante Cirillo Alexandrinę sedis Antistite, & Archadio episcopo ab Italia destinato sanctā synodum Nicenam. 318. patrum mediante Cōstantino Maximo Augusto in qua Arrius hæreticus condemnatus est, sanctam synodū Constantinopolitanam mediante Theodosio Seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit, sanctam synodum Calcedonensem mediante Marciano Augusto, & Anatholio in qua Nestoriana & Euthiciana hæresis simul cum Dioscoro eiusque complicibus condemnatæ sunt, sed etsi qua sunt sancta concilia a sanctis patribus instituta post istorum. 4. auctoritatem & custodienda & obseruanda decernimus. Iam nunc subiiciendum est de opusculis sanctorum patrum quæ in ecclesia catholica recipiū tur. Opuscula beati Cypriani Martyris Carthaginen. episcopi, opuscula Beati Athanasii Alexandrini episcopi, opuscula beati Gregorii Nazanzen. episcopi, opuscula beati Basilii Capadocen. episcopi, opuscula beati Ioann. Chrisost. Constantinopoli episcopi, opuscula beati Hilarii Pictauien. episcopi, opuscula beati Augustini Hipon. episcopi, opuscula beati Ambrosii Mediolan. episcopi, opuscula beati Hieronymi presbyteri, opuscula beati Prosperi uiri religiosissimi. Epistola Leonis papę ad Flauianum episcopum Constanti. destinata. Item opuscula omnium patrum Orthodoxorum qui in nullo a Sanctę Romā. Ecclesi. consortio deuiauerunt nec ab eius fidei prædicatione seiuncti sunt, sed cōmunionis ipsius gratia Dei vsque ad vltimum vitæ suæ diem participes fuerunt legenda decernimus. Item decretales epistolæ quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Romana pro diuersorum patrum consultatione dederunt venerabiliter suscipiendæ sunt. Hæc ibi. Sed & de decretalibus epistolis dicitur sic dist. 19. Si Romanorum Pontificum decreto cæterorum opuscula tractatorum approbantur uel reprobantur, ita vt quod vere Apostolica sedes approbauit hodie teneatur acceptum. Et quod illa respuit hactenus inefficax habeatur quantopotius ea que ipsa pro Apostolica fide pro sanis dogmatibus, pro variis & multifariis ecclesię necessitatibus, & fidelium moribus diuerso tempore præscripsit omni dicū t honore præferri. Hæc ibi. Ponit Adam quosdam alios doctores ecclesiæ famosos tenere in auctoritate secundum locum post istos canonicos quibus debent addi Isido. dist. 20. de libellis. & Greg. extra de reliqui. & vene. san. glorioſus lib. 6. & Dion. di. 38. omnes. Et sunt isti Beda Alchuinus, Rabanus, Cassiodo. Strabo, Hisichus, Haymo, & Iuo. Carnoten. Richar. & Hugo. de San. Victo. Tertium locum in auctoritate tenent philosophi doctoresque gentilium. ¶Nam etsi fidei catholicę veritatem ignoraueruńt, mira tamen & præclara quædam dixerunt de creatore & creaturis, uitiis & uirtutibus. distinctio. 37. relatum. Sed & doctrina Sancti Bernard. fuit approbata & doctrina Sancti Tho. de Aquino per Ioann. 22. seu Vrbanum in extrauaganti.

¶Notandum secundum Hieronym. in prologo Galeato qui ponitur super lib. Reg. quòd librorum veteris testamenti Hæbrei faciunt. 4. partes. Et primam appellant legem quæ §.2.

habetur

habetur in 5. libro. Et primus dicitur Geneſ. habens, c. 50. Secundus dicitur Exod. habens c. 40. Tertius Leuiticus, habens cap. 27. Quartus numeri, habens cap. 36. Quintus Deuteron. habens, capitu. 34. Secundam partem ſeu ordinem appellant prophetias, & habet octo partes ſeu libros. Et primus eſt Ioſuæ habens, cap. 24. Secundus liber iudicum, habens capitu. 21. Et huic libro iudicum annectunt hiſtoriam Ruth, quia in diebus iudicū facta eſt, ſed Latini ponunt hanc unū librum per ſe & habet cap. 4. Tertium ponunt primū & ſecundum librum Regum in uno volumine, & appellant Samuel. Quartum ponunt tertium & quartum librum Regum in uno uolumine quem uocāt Malachim. Sed Latini ponunt hos quattuor libros Regum in uno uolumine. Et primus eorum habet, ca. 31. Secundus cap. 24. Tertius, capi. 22. Quartus, capi. 25. Quintus liber eſt Eſaias habens, capitu. 66. Sextus Hierem. hebens, capitu. 52. Cui annectunt lamentationes & librum Baruch, ſed Latini lamentationes faciunt unum librum & habet capit. 5. & Baruch alium, & habet capitu. 6. Septimus Ezechiel habens, ca. 48. Octauus liber 12. pphetiæ minores quos ponunt in uno uolumine. Sed Latini in 12. libris diſtinguunt. Et primus eſt Oſeę habens capitu. vigeſimoquarto. Secundus Johel habens, cap. 3. Tertius Amos habens, capit. 9. Quartus Abdias habens, ca. primo. Quintus Ionas habens, cap. 4. Sextus Michæas habens capi. 8. Septimus Naum habēs, c. 3. Octauus Abacuch habens, cap 3. Nonus Sophonias habens, cap. 3. Decimus Aggæus habens, cap. 3. Vndecimus Zacharias habens, cap. 14. Duodecimus Malachias, hñs c. 3. ¶ Tertiā partem ſeu ordinem appellant Agiographia, i ſancta ſcribentia & diſtinguunt in nouem libros. Primus eſt Iob habens, cap. 42. Secundus Dauid, ideſt, pſalterium habens, Pſalm. 150. Tertius eſt Salomon, ſcilicet, prouerbia, Eccleſiaſt. & Cantica canticorum & prouerbia habens, capit. 31. Eccleſiaſt. decimaſecunda, Cantica octaua. Sextus eſt Daniel habens, capitu. decimiſecundi. Septimus Paralipomenon habens. 2. libros, & primus habet capit. 29. ſecundus. 37. Octauus Eſdras diſtinctus in duos libros, & primus habet capit. 10. Secundus qui dicitur Neęmias habens, ca. 13. Nonus Heſter habens, cap. 16. ¶ Quartam partem quam tamen non ponunt ipſi Hæbrei in canone ſcripturarum ſanctarum, ſed appellant apocripha, faciūt de aliis quinque libris, ſcilicet Sapientia habens, cap. 19. Eccleſiaſticus habens, cap. 51. Iudith habens capi. 16. Tobias habens capi. 14. Et liber Machabæorum diſtinctus in duos libros, & primus habet c. 16. ſecundus. 15. Vnde & de his quinque libris dicit Hieronym. in prologo ſuper Iudith, quod auctoritas horum librorum ad roboranda illa quæ in contentione veniunt minus idonea iudicantur. Sed tamen ſynodus Nicena in numero ſanctarum ſcripturarum legitur computaſſe, hoc dicit Hierem. in libro de Iudith, & idem de aliis quattuor videt dicē dū, & de hoc habet, diſt. 15. Sancta Rom. in palea. Et idē ēt dicit Tho. ſecunda ſe cundę, q̄ſtione, & Nicolaus de Lyra ſuper Tobiam, ſcilicet quod iſti non ſunt tanæ auctoritatis, quod ex dictis eorum poſſet efficaciter argumētari in h s quę ſunt fidei, ſicut ex aliis libris ſcripturę ſacræ. Vnde forte habent auctoritatem talem qualem habent dicta ſanctorum doctorum approbata ab eccleſia. ¶ Nouum teſtamentum poteſt diſtingui in quatuor partes correſpondentes veteris teſtamenti partibus ſecundum talē quorundam diuiſionem, quia aliqui libri ſunt legales, vt quinque primi quibus correſpōdēt quatuor Euangelia. Primum eſt Matth. habens, cap. 27. Secundum Mar. habens, capit. 16. Tertium eſt Luc. habens, capit. 24. Quartum Ioann. habens, cap. 21. Aliqui libri veteris teſtamenti ſunt hiſtoriales, vt liber. Regum. Ioſue. Iudicum & huiuſmodi, quibus reſpondent in teſtamento actus Apoſtolorū quos ſcripſit Lucas & habent, capit. 28. Alii prophetales quibus reſpondet Apocalip. habens, cap. 22. Alii ſunt ſapientes, vt libri Salomonis & ſapientia & eccleſiaſticus quibus reſpondent epiſtolæ Pauli & epiſtolæ canonicæ, & epiſtolæ canon. ſunt 7. Prima eſt. Iaco. habens capit. 5. Secunda eſt Petri habens, ca. 5. Tertia eſt Pet. habens, capitu. 3. Quarta eſt Ioan. habens c. 5. Quinta eſt etiam Ioan. habens, cap. 1. Sexta eſt etiam Ioann. habens, c. 1. Septima Iudæ habens, cap. 1. Epiſtolæ Pauli ſunt 14. Prima eſt ad Romanos habens, ca. 16. Secunda eſt ad Corinthior. habens, capi. 16. Tertia etiam eſt ad Corinthior. habens capit. 13. Quarta eſt ad Gala. habens, capitu. 6. Quinta ad Ephe. habens, capitu. 6. Sexta ad philippen. habens, capit. 4. Septima ad Coloſenſes, habens, capitu. 4. Octauaad Theſſalonicenſes, habens capitu. 5. Nona etiam ad Theſſalonicen. habens, capitu. 3. Decima ad Timoth. habens, capitu. 6. Vndecima etiam ad Timoth. habens, capit. 4. Duodecima ad Thimoth. habēs c. 3. Tertiadecima ad Phile-

mo.habẽs,ca.1. vltima ad Hæb.habens.c.13.

§.3. ¶Qui aũt sunt libri Apocriphi declaratur distinct.15.Sancta Romana vbi dicit. In primis Arimineſem ſynodum a Conſtantino Cæſare filio Conſtantini congregatã in æternũ cõfitemur eſſe dãnatã.Itẽ itinerariũ noïe Petri Apoſtoli qđ appellat ſancti Clemẽtis libri 8.Apocriphi.Actus noïe Andreę Apoſtoli apocriphi.Actus noïe Philippi Apoſtoli apocri.Actus noïe Thomæ Apoſtoli apocriphi.Actus noïe Petri Apoſtoli apocriphi.Euãgelia Thadæi apocri.Euãgelia Thomę Apoſtoli apocri.Euãgelia noïe Barnabæ Apoſtoli apocri.Euãgelia noïe Petri Apoſtoli.Euangelia noïe Bartholomæi Apoſtoli.Euãgelia nomine Andreæ apocri.Euãgelia q̃ falſauit Lucianus apocr.Euãgelia q̃ falſauit Hircius apocr.liber de infantia ſaluatoris apocr.liber de natiuitate ſaluatoris & de S. Maria & de obſtetricib. eius apocr. liber qui appellat̃ paſtoris apocr.libri oẽs quos fecit Seuluſius (aliàs Leuticius) diſcipulus diaboli apocr.liber q̃ appellat̃ fundamẽtũ.apocr. liber qui dicit Theſaurus apocr.liber q̃ dr̃ de filiab. Adę uł Gen. apocr. liber q̃ appellat̃ actus Teclæ & Pauli apocr.Pẽtametrũ de Chro Virgilianis uerſib.cõpaginatũ apocr.liber q̃ appellat̃ lepotius apocr. liber prouerbiorũ ab hęreticis trãſcriptus,& Sãcti Sixti noïe ſignatus apocr.Reuelatio q̃ appellatur Pauli apocr.Reuelatio q̃ appellat̃ Thomæ apocr. Reuelatio q̃ appellat̃ Stephani apocr. liber qui appellatur tranſtus Sãctæ Mariæ apocr.liber q̃ appellat̃ pænitẽtia Adæ,liber q̃ appellat̃ Diogene nomine Gigantis,q̃ poſt Diluuiũ cũ dracone ab hæreticis pugnaſſe phibetur apocr.liber q̃ appellat̃ teſtamẽtũ Iob. liber q̃ appellat̃ de pænía Origenis liber de pænía Cypriani.liber q̃ appellat̃ Iamne & Mãbrę. liber q̃ appellat̃ Sors apſtorũ.liber Luſanæ lib.q̃ appellat̃ cato apſtorũ.liber Phiſologus ab hæreticis cõſcriptus:ſed be.Ambroſij noïe ſignatus, Hiſtoria Euſebij Pãphili, Opuſcula Tertuliani ſiue Affricani, Opuſcula Iouiniani & Galli. Opuſcula Mõtani & Pricillę & Maximillę, Oia Opuſcula Fauſti Manichei. Opuſcula alterius Clemẽtis Alexãdrini, Opuſcula Caſſiani p̃sbyteri Galliarũ, Opuſcula Pictauienſis Victoris. Opuſcula Fauſtini Reginenſis Galliarũ. Opuſcula Frumẽtici, Epła Ieſu ad Abagarũ. Paſſio Georgij martyris. Paſſio Quirici & Ialitę. Scripta q̃ appellãt Salomonis cõtradictio Philaretia omnia quæ non ab Angelo ut illi conſingunt: ſed magis a Dęmone conſcripta ſunt. Omnia prædicta apocrypha. Hæc ibi & multo plura. Et dicitur quod opuſcula Caſſiani ſunt collationes & inſtituta Cęnobiorum q̃ fecit Ioã. Caſſi. Nã Proſper cuius opuſcula approbata ſũt, notauit eũ de liberi arbitrii,& gr̃æ materia in qbuſdã locis collationũ & ſimiliter Caſſiodorus. ¶De Ruffino q̃ ædidit plures libros, dr̃ in dicto cap. Sãcta Romana. qm̃ beatus. Hieron. in aliquib. eũ de liberi arbitrii libertate notauit, illa ſentimus q̃ p̃dictũ beatũ Hierony. sẽtire cognouimus,& nõ ſolũ de Ruffino, ſed & de vniuerſis quos vir memoratus, ſcilicẽt Hierony zelo fidei,& religione reprehendit. Et idẽ de Origenis libris, ideſt, q̃ approbat qđ Hieron. de eo approbat, alia cũ ſuo auctore cõdẽnat. ¶Euſebij Cæſariẽſis chronicã,& de eius eccleſiaſticæ hiſtorię libros uſq; quaq; nõ dicimus renuẽdos. Oroſiũ virũ eruditiſſimũ collaudamus. Sedulij Paſcale opus inſigni laude proferimus, Vitas Patrũ, Pauli & Antonii, & aliorũ quas Hieron. ſcripſit cũ oĩ honore ſuſcipimus. Itẽ actus B. Sylueſtri. Itẽ ſcripta de inuẽtione S. Crucis dn̄icę, & de inuẽtione capitis Ioã. Baptiſi cũ ad manus catholicorũ peruenerit Pauli præcedat ſententia dicentis. Oia ꝓbate & qđ bonũ eſt tenete. ¶Geſta quoque sãctorũ martyrũ ſm aut iquã cõſuetudinẽ in Romana Eccleſia ſine cautela nõ legãtur, ne uel leuis occaſio ſubſanãdi in ea oriatur qa & eorũ nomina q̃ ſcripſerunt penitus ignorant, & ab infidelib. aut dictis ſupflua, aut minus apta quã ordo rei fuerit eẽ putantur, hęc ibi. ¶Nota ſcđm Catholico' q̃ apocriphus cõponit ab apo. q̃ eſt de, & criſis q̃ eſt ſecretũ, ideſt oculus & ſecretus, quaſi de ſecretis, i. de numero ſecretorũ. Illa ſcripta priè dicunt apocriph. quorũ origo, & auctor ignoratur. Et quãuis ſint ibi multa uera, tñ nõ habent in auctoritate ꝓpter plura falſa q̃ ibi cõtinent uel ſcđm quoſdã apocri. dr̃ ab apo. q̃ eſt lõgè & criſis q̃ eſt iudiciũ, quaſi longè a iudicio, vel de quo nõ põt hẽri certũ iudiciũ. Et dr̃ dupliciter liber apocriph. uel quia auctor ignorat & ueritas patet & talẽ recipit eccleſia, nõ ad fidei ꝓbationẽ ſed ad morũ inſtructionẽ quales ſunt, quos ponit Hieron. in prologo ſup librũ Regum, de quibus habes ſupra, uel dicitur apocriphus, qa de eius ueritate dubitatur, & tales nõ recipit eccleſia, & de his eſt hic ſermo, hæc in catholicon. Et dicit A dã q̃ huiuſmodi apocripha quorũ auctor ignorat & de ueritate dubitat̃ nullam habẽt dignitatis auctoritatem. Si tamen legantur uel a quocunque narrentur, utrum credi, uel non credi debeant ipſius legen-

tis

tis vel audientis iudicio vel voluntati relinquitur. Legere ergo ea vel credere quæ non sunt contra fidem in dictis libris non videtur prohibitum, cautius tamen est dimittere, & præcipue in prædicatione.

TITVLVS XIX. DE STATV prælatorum.

¶ *De prælatis & præficiendis. Cap.* 1.

PEccatorum confringam cornua, & exaltabuntur cornua iusti psal. 74. Cornu significat dignitatem propter eminentiã & præcipue episcopalem, quod designat mitra cornuta. Sed cornua peccatorum, idest prælaturę malorum confringuntur a Deo, idest reprobãtur propter ambitionem & malum vsum. Econtra prælationes iustorũ exaltantur in præsenti & in futuro. Vnde Apostolus. Nec sibi quisquam sumat honorem, sed qui vocatur a domino tanquam Aaron, ad Hæbre. 5. Ex quibus verbis tria possunt elici circa præficiendum.

¶ Primo diabolica ambitio excluditur, ibi. Nec sibi quisquam sumat honorem.

¶ Secundo canonica institutio innuitur, ibi. Sed qui vocatur a domino.

¶ Tertio dominica executio subsequitur, ibi. Tanquam Aaron, idest quod exequatur secũdum Deum officium suum.

§. 1. ¶ Quantum ad primum dicitur contra ambitiosos omnia cornua peccatorum confringã, dicunt enim ambitiosi. Amos 6. Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Sed vt dicit Leo Papa 1. quæst. 1. principatus quem metus extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus vel actibus suis non offendit, ipsius tamẽ initii sui exemplo est pernitiosus, & difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Augustinus etiam dicit, quod episcopus est nomen operis non honoris, dicitur enim a scopos græcè quod latinè interprætatur intentio, quia is qui præficitur illis quibus præficitur intendit curam gerens. Intelligat ergo se non esse episcopum, qui præesse dilexerit non prodesse. Ideoque a studio cognoscendæ veritatis nemo prohibetur quod ad laudabile pertinet ocium. Locus vero superior sine quo regi populus non potest etsi tenetur & administretur, vt decet tamen indecenter appetitur. 8. q. 1. qui expiscopatum.

¶ Quantum ad secundum. Dicitur vocari a domino qui secundum regulas Dei, & ecclesiæ instituitur in prælatione, ita quod sit bonus & canonicè assumatur. Nam de malis rectoribus dicit dominus 1. Reg. Fecerunt sibi regem, & non per me principem, & non per consilium meum, super quo verbo Hiero. 8. quæstio. 1. audacter. Fortasse aliquid dicimus, tamen quod scriptum est dicimus. Non semper per princeps populo, & iudex ecclesiæ per Dei arbitrium datur, sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri & operamur maligna in conspectu domini, nobis dantur principes secundum cor nostrum. Et hoc tibi de scripturis probabo. Audi nanque quid dominus dicat. Fecerunt sibi regem, & non per me &c. Et hoc dictum videtur de Saule illo quem vtique ipse dominus elegerat & regem sibi fieri iusserat, sed quoniam non secundum Dei voluntatẽ, sed secundum meritum peccatoris populi fuerat electus, negat eum sua voluntate & consilio constitutum. Tale ergo aliquid intelligamus in ecclesiis fieri quod pro meritis, aut in verbo, aut in opere potens tribuitur a deo rector ecclesiæ, aut si malignum faciat populus in conspectu domini, & tales perseuerent talis iudex ecclesiæ datur sub quo famem & sitim populus patiatur, non famem panis, nec sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Dei. Hæc ibi. Qualis autem sit qui vocatur a domino ostendit, idem Hieron. 8. quæstio. 1. c. licèt. Licèt ergo dominus de constituendo principe præcepisset, & elegisset tamẽ conuocatur etiam synagoga. Requiritur ergo in ordinando sacerdote populi pœnitentia, vt sciant omnes & certi sint, quia qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium, & hoc attestante populo, ne qua postmodũ retractatio cui quam ne quis scrupulus resideat. Ego tamen & aliquid amplius, vt in eo quod dicit, conuocauit Moyses omnem synagogam, vt hoc sit colligere omnes animi vires, & in vnum congregare virtutes, nihil in sacerdotibus sapientiæ, nihil scientiæ, nihil desit industriæ, sed adsit omnis multitudo sensuum, adsit omnis congregatio sanctarum cogitationum. §. 2.

¶ Quantum ad tertium modum secundum Pet. de Taran. quod Aaron quadruplici signo in virgo ostensus est, vocatus a domino p quatuor illa spiritualiter habita vñ quis esse a dño vocatus in prælatura. ¶ Primum §. 3.

fuit in virga germinatio, & intelligitur delin quentiũ correctio, quæ debet esse in prælato. Esa. 11. Egredietur verga de radice Iesse, qd interprætatur zelus. Vnde Aug. 23. quæst. 3. dicit. Corripiant a præpositis suis subditi correctione de charitate venientibus pro culparũ varietate diuersis, vel minoribus, uel amplioribus, quia et ipsa quæ damnatio nominatur quã facit episcopale iudicium qua maior pœna nulla in ecclesia esse potest, & infra. Pastoris necessitas habet, nec per plures serpant dira contagia separare ab ouibus sanis morbidam, ab illo cui nil est impossibile, ipsæ forsan separationem sanandam. Nescientes. n, quis pertineat ad prædestinatorum numerum quis nõ pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt velimus oẽs saluos fieri. ¶Secundum, quia ipsa virga postmodum floruit, in quo significatur honesta conuersatio. Eccl. 24. Flores mei fructus honoris & honestatis. Vnde Hieron. 8. q. 1. Qualis erit ædificatio discipuli si itelligat se magistro esse maiorem. Vnde non solum episcopi, presbyteri, & dyacones debent magnopere prouidere, vt cunctum populũ cui præsident cõuersatione, & sermone præeant, verumetiam inferior gradus, vt exorcistæ & cæteri, & omnes omnino qui domui Dei deseruiunt, quia valde Dei ecclesiam destruit laicos meliores esse quam clericos. Hæc ibi, & di. 40. per totum. ¶Tertiũ est, quia virga ipsa fronduit, in quo significatur verbi prædicatio. ps. 1. Et folium eius non defluet. Vnde & dist. 43. §. 1. dicitur quòd innocens absque sermone conuersatio quantũ ædificat ecclesiam exemplo, tanto nocet silentio, & di. ea. Si rector. per to. ¶Quartum quia virga amygdalos produxit, in quo notatur cõpassio. prima The. 5. Suscipite infirmos. Vnde Leo dist 86. Odio habeantur peccata non homines corrigantur tumidi, tolerentur infirmi, & di. 45. Disciplina, & dicit Pet. 8. 8. q. 1. Clemẽs. Si oibus præesse volueris singulos, vt poteris releua, quia & singulorum sollicitudinem portas. Miramur ait Leo Papa apud nos tantum, aut per occasionem temporis impacati, aut per ambientium præsumptionem, aut tumultum valuisse populare, quòd indignis quibusque & longe extra meritum sacerdotale constitutis, pastorale fastigium & gubernatio ecclesiæ committeretur. Non est enim hoc populo consulere, sed nocere, non præstare regimen: sed adiuuare discrimen. Integritas enim præsidentium solus est subditorum, & vbi incolumitas est obedientiæ ibi est sana forma doctrinæ, quòd si in quibuslibet ecclesiæ gradibus sollicitè prouidenterq; curandum est, vt in domo domini nil sit inordinatum, nilque præposterum, quanto magis elaborandum est, vt in electione eius qui super omnes constituitur nõ erretur. ¶Nam totius familiæ domini status & ordo mutabitur, si quod requiritur in corpore non inueniatur in capite. Et vbi est illa beati Pauli Apostoli per spiritum Dei emissa præceptio. Manus cito nemini imposueris &c. distinct. 61. miramur, & 28. distinctio. quid est. Moyses amicus Dei cui facie ad faciẽ locutus est Deus potuit vtiq; successores principatus sui filios suos facere, sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus alias Iosue, vt sciremus principatum in populos non sanguini deferendum sed vitæ, at nunc cernimus plurimos hanc rẽ beneficio facere, vt quærant eos in ecclesias columnas erigere, non quos cognoscunt plus ecclesiæ prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorũ sunt obsequiis deliniti, vel pro quib. maiorum quispiam rogauerit, & vt deteriora taceã, qui vt fierent clerici muneribus impetrarunt. Hiero. 8. q. 1. Moyses. Quis erit q̃ se idoneum ad hoc, s. ad prælaturam iudicet, nisi cui oranti & petenti a domino reueletur, sicut & Deus ad Moysen dicit Assume ad semetipsum Iesum filium Naue hominem qui habet spiritum Dei in semetipso, & imponẽs manus super eum &c. nulla hic populi acclamatio, nulla cõsanguinitatis ratio nulla propinquitatis habita contemplatio est, vt ppinquos ægrorum & prediorũ relinquatur hæreditas Gubernatio populi illi tradat quẽ Deus eligit homini, s. tali qui habet spiritum Dei in semetipso, & præcepta Dei in conspectu eius sunt. Qui Moysi valde notus, & familiaris sit, ideſt, in quo sit claritas eius legis & scientiæ, vt possint eum audire filii Israel, & quæstio. 1. si ergo tantus. Illud inferendum est aduersus eos, qui de episcopatu intumescunt, & putant se nõ dispensationem Christi: sed imperium consecutos, quia non statim omnibus illis meliores sunt, quicunque non fuerunt episcopi ordinati. Et ex eo quòd ipsi episcopi electi sunt se magis ęstiment comprobatos. Si autem peccata filiorum ab episcopatu iustum prohibent, quantomagis vnusquisque se considerãs & sciens, quia potẽtes potenter tormenta patientur, retrahit se ab huiusmodi non tam honore quam onere, & aliorum locum qui magnis digni sunt, non ambigit occupare. Hietony. 8. quæstio. 1. illud.

¶De

¶ *De electione ad prælaturam, quis poteſt & quis non poteſt eligere de tempore & loco.*
Cap. 2.

QVia ad dignitates ordinarie uenit per electionem uel poſtulationem & confirmationem, ideo de his agendū & primo de electione. Eſt autem electio perſonæ ad dignitatē vocatio, vt colligitur, ad elect. cū in cunctis, &c. quia propter. Pertinet autem electio de iure communi ad collegium etiam ſi ſolum duo vel tres fuerint extra. eo. c. 1. & de conſue. cum dilectus. 63. di. Adria. Sed ſi cleri ci non ſunt in eccleſia vt collegium, ſed vt ſingulares perſonæ tūc ſuperior prouidebit per ſe uel ad præſentationem patroni ſi quis ſit, vt de iure pa. paſtor. Et electio quidem nō ſolum ad collegium pertinet ſed plerunque de cōſuetudine uel priuilegio alieni uocantur, extra. eo. cumana unde & qui eſt in poſſeſſione iuris eligendi eligere poteſt etiam ſi poſtea poſſeſſionem amittat, de iure patrona. conſultationibus, & cap. cum propter, & cap. quærelam. Item eligere poteſt prælatus & quilibet clericus in quem cōpromiſſum fuerit, vt habetur infra. §. nono. ¶ Quis autem non poſſit eligere. Nota quod excommunicatus maiorinon poteſt eligere, de appellatio. conſtitutus, ſecus ſi minori de cle. excomm. mi. cap. vlti. Item nec ſuſpenſus. de conſuet. cum dilectus Item nec interdictus, extra eo. cum inter. Item nec ille qui ſcienter celebrauit in loco interdicto, de ſenten. excomm. is qui libro ſexto. Item illi quibus interdictum eſt eligere abſque ſuperioris licentia, extra eod. cap. ulti. Item nec illi qui in ea uocatione elegerunt ſcienter indignum, extra eod. cum in cunctis, & capi. innotuit, in fine. Nam tales ſunt ipſo iure ea uice poteſtate eligendi priuati. Et idem dicendum ſi peccauerint poſtulando, extra eod. ſcriptum. Et hoc uerum eſt quādo facta nominatione ſequit electio uel poſtulatio, ſecus ſi non ſequatur, quia tūc non eſſent propter hoc priuati, extra eo. perpetuo, libro ſexto. Item eligere non poſſunt qui peccauerunt in forma electionis, quia debent priuari iure eligendi, extra eo. quia propter. Item nec illi qui neglexerunt uſque ad lapſum tempus de eo vide in §. proximo. Itē non poſſunt eligere pupilli, nec etiam i locis regularibus, qui ſunt profeſſi tacitè vel expreſsè ſed neque cōuerſi. extra de electio. ex eod. libro ſexto Item in cathedralibus collegiatis ſecularibus vel regularibus eccleſiis uocem non habēt, qui nō ſunt ſubdyaconi, nec in eligendo nec in aliis factis capituli, etiam ſi ab aliis libere concedatur vt de ętat. & quali. vt hi in clem.

Non pt eligere.

¶ Infra quantum temporis debeat fieri electio. Nota quod in eccleſia cathedrali vel regulari habent electores tempus trium menſium, infra quos ſi iuſto impedimento ceſſante non elegerint, ad proximum ſuperiorem deuoluitur, extra eod. ne pro defectu. §. 1.

¶ Deinde debent electores præſentare electū & petere conſenſum eius infra octo dies poſt quam commodè poſſunt alioquin negligentes excluduntur a proſecutione proceſſus, & ſunt ſuſpēſi per tres annos ab omnibus bene ficijs ipſius eccleſiæ extra eod. cupientes lib. 6. Electus vero tenetur conſentire infra menſem a præſentatione alias priuatus eſt iure electionis electus niſi forte ea ſit electi conditio quod non poſſit conſentire abſque licentia ſuperioris, quo caſu tenetur electus vel electores petere licentiam, cum ea celeritate quam ſuperioris abſentia vel pręſentia patitur, & ſi non habeatur ex tunc ad ad electionem ipſam procedant. Quilibet etiam clericus electus infra tres menſes poſt cōſenſum tenetur petere cōfirmationem alias irrita eſt electio. extra de electio. quam ſit. lib. ſexto. Item ſi petenda ſit confirmatio a Papa, quia tunc electus tenetur infra menſem poſt conſenſum, vel ſi non fuerit ei electio præſentata infra menſem a notitia inter arripere verſus curiam, & ſic petere confirmationem ac negocium proſequi ut in prędicto capitu. cupientes. In aliis verò eccleſiis debet prouidere infra ſex mēſes, alias eodem prædicto modo ad proximum ſuperiorem deuoluitur, extra de præb. de multa, & de conceſ. pręb. nulla eccleſia.

¶ In quo loco fieri debet electio. Nota quod poteſt fieri in eccleſia vel capitulo vel alio honeſto loco ſimili, & maxime iuxta conſuetudinem, extra eodem, in cauſis. Sed tamen electiones epiſcoporum præcipue in eccleſia fieri ſolent extra eo. quod ſicut. Sed ex cauſa etiam extra ciuitatem fieri poſſunt. vt 23. di. in nomine. Et non debent fieri ante ſepulturam prædeceſſoris. extra eo. bonæ memoriæ, ſi tamen fierēt, valerent. Omnes electores q in ciuitate ſunt dñt vocari ad electionē verbo vel ſcripto vel conſueto ſigno campanæ. Item qui ſunt in hortis ciuitatis. arg. ff. de procu. l. 1. Item debent uocari omnes qui ſunt in prouincia per litteras vel per nuncium, extra eo. coram. hoc dico ſecundū cōſuetudinē obſeruandū. Et ſi vocati ad cōpetentē termi- §. 2.

num eis a vocantibus assignatum non ueniant, non oportet ulterius eos expectare, extra eo. cum inter &c. cum nobis. Abscés autem electo si iusto impedimento tenetur potest instituere procuratorem & committere vni vel pluribus vices suas, dum tamē qui libet eorum insolidum, & erit melior conditio occupantis, quod si ambo concurrant & petant admitti, non admittantur ambo, sed ille quē capitulum vel maior pars capituli elegerit. Et si non concordant admittetur ille qui primo nominatus in commissione, at si nullus sit insolidum, non ualet. Quando autem procurator vnum nominat pro se & alium pro parte illius qui sibi commisit nihil agit nisi de certa persona habuerit speciale mandatum, quia tunc alium nomine suo poterit eligere. Porrò si nullus de collegio vult esse procurator non potest abscens nolenre capitulo extraneum deputare. Non etiā potest per literas exprimere votum suum hæc omnia de elec. si quis isto. lib. 6. Si autem aliquis electorum contemptus nec vocatus est ad electionem ad petitionem eius cassanda est electio, potest tamen si vult eam ratam habere, extra eod. quod sicut. Potest autem elector quilibet renunciare voci suę, qa & potest renūciare iuri suo. Et talis quod postea fit per alios non poterit impugnare. Si tamen talis accedat electione nondum facta admittendus est etiam in omnibus quę restant facienda circa ipsam extra eo. ecclesia vestra.

§. 3. ¶ De forma seu modo electionis. Nota quod est triplex modus scilicet per scrutinium, p compromissum, & per communem inspirationem, & de his dicit Innoc. extra de elec. quia propter. Statuimus vt cum electio fuerit celebranda prę sentibus omnibus qui volunt & debent & possunt commode interesse, assumantur tres de collegio fide digni qui secreto & sigillatim vota cunctorum diligenter examinent & exquirant & in scriptis redacta mox publicent in cōmuni nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto, ut his collatione habita eligatur in quem omnes vel maior pars, & sanior capituli consentit vel sarim elegendi potestas aliquibus uiris idoneis committatur, qui vice omnium ecclesiæ viduitate prouideant de pastore aliter electio facta non valeat nisi forte communiter esset ab omnibus quasi per inspirationem absque vitio celebrata. Qui vero contra præscriptas formas eligere attentauerint eligendi ea vice potestate priuentur, hæc omnia Innocen. in cap. quia propter. Vbi primo nota secundum Hostien. quod hęc decre. locum sibi vendicat in omnibus beneficijs quorum collatio spectat ad collegium aliquod dummodo tot sint de collegio quod reseruari possit. Vnde si essent tantum tres de collegio non potest reseruari forma. Vnde tunc insimul eligent & duo scrutabuntur tertium, vel duo sunt tantum unus alium scrutabitur, quod si solus in quem cecidit ius eligendi ille solus vocatis testibus exprimet votum suum & postea eliget, & electionem publicabit. Vnde Innocen. in glo. non credit quod istud scilicet quod sint tantum tres & quod sint de collegio sit de substantia formæ. Sed Hostien. & Goffr. contrarium dicunt cum scilicet potest seruari. Collige ergo quod de substantia formę cum procedit̄ur per scrutinium sunt ista. Primo quod electores congregentur. Secundo quod aliqui scrutatores assumantur, & regulariter debent esse tres, qui simul debent vota singulorum in secreto exquirere. Et primo seipsos perscrutabuntur, deinde alios sigillatim & secreto, & hoc vt quilibet liberius dicat votum suum, quod si fieret inquisitio votorum in publico non ualet electio, etiam si omnes consentirent extra eo. in Genesi, vnde & requiritur tertio, quod secreto exquirant vota sigillatim quamuis non obsit si aliqui in capitulo existentes non respondeant vel captiosè respondeant nec obest si aliqui de capitulo non requirantur, dummodo suum contemptū non prosequantur. Quarto quod vota in scriptis redigantur, & hoc per notarium, vel quod melius est unus de scrutatoribus scribet videntibus alijs duobus. Et si quis uellet contradicere stabitur scripturæ, extra de testi. præterea. Quinto quod vota scripta mox publicentur in communi scilicet in capitulo seu loco vbi fit electio, nec obest si in capitulo sunt aliqui extra nei religiosi vel alij. Sexto quod collatio habeatur saltem de numero ad numerum quis sit maior, quod si omnes vnum eligunt habenda est collatio. Si aliquis est contemptus vel aliquis admissus non vocalis vel de conditione electi, sed secundum quosdam si hæc collatio admittitur tenet electio quando omnes vnum eligunt, secus si non omnes vnum sed diuersos, & tunc facienda est triplex collatio scilicet numeri ad numerum, zeli ad zelum, meriti ad meritum. Si tamen una pars eligentium sit duplo maior in numero altera, non potest ei opponi de extenuatione zeli

uel

vel numeri, extra eod. si quando lib. 6. Si autē occurrit aliquod dubiū discutiatur plene extra eo. cum terra. Et in numero eligentiū non potest computari electus, quia nullus potest se eligere, de elec. cumana. Septimo q̄ sequatur electio communis & fiet ab vno vice omnium eligentiū illū nominatim. Octauo q̄ eligatur ille in quē maior & sanior pars consenserit. Nota etiam scd̄m Gost. q̄ publicato scrutinio illi qui sunt de maiori & saniori numero cum scilicet vota diuiduntur in diuersos non possunt variare vota sua & accedere ad minorem partem. Sed illi qui sunt de minori numero accedere possunt ad illos de maiori numero quia is debet eligi in quē maior pars consentit. Vnde publicato scrutinio & facta collatione, tunc maior pars dicet minori, quia maior pars cōsentit in talē, vnde ille debet eligi, si placet vobis communiter eum eligamus. Et si acquieuerint omnes tunc vnus electorum cum pronunciabit electum dicet. Ego talis vice mea & omniū electorum eligo talem. Si autem aliquod nō acquieuerit dicet. Ego talis vice mea & omnium aliorum qui mecum cōsentiunt eligo talem &c. Et nota quod electio facta contra prædictam formam ideſt si aliquid omissum est irritatur & annullatur & secūdum Inno. ipso iure, sed secundum Host. & Ber. per sententiam superioris est irritanda extra eo. cumana, & hoc magis placet, quod si per uiam facti scrutinij nullus posset eligi, puta quia sunt in pari numero potest procedi ad secundum & tertium scrutiniū donec aliquis eligit possit. ¶ Item nota q̄ in electionibus vota in certa & conditionata nō valent & debent haberi pro non adiectis, puta cum dicitur consentio in illum in quem consentit talis, vel si Pet. habere non potero consentio in Ioann. & similia de elec. in electionibus lib. 6. Item in omni electione vel postulationē si dicatur eligo talem postulando vel postulandum vel in postulandum, seu postulo eligendo vel eligendum vel in eligendum nil agitur. Et similiter sub hac forma. Eligo & postulo prout melius de iure fieri potest nisi quando probabiliter dubitetur vtrum aliquis sit eligendus vel postulandus. Quo casu sit electus vel postulatus teneatur vnam tantum determinatam viam acceptare extra de postu. perpetuo lib. 6. Electio autem semper debet fieri p̄ uerba numeri singularis, siue fiat per scrutinium siue compromissum alias facta non valet extra eo. c. sicut lib. 6. ¶ Quando potestas eligendi deuoluitur in alium. Nota q̄ in cathedralibus ecclesijs si infra tēpus trium mēsium non eligant, deuoluitur ad proximū superiorem. Qui si infra tres menses non elegerint deuoluitur ad alium superiorem, ut sic vsq; ad papam. Si vero eligant scienter indignum sic sunt priuati eligendi, vel priuentur p̄ sententiā, q̄a nō seruāt debitā formā & ad papā deuoluitur extra eo. quanquam lib. 6. ¶ Cauſanda est electio illius qui requisitus antequam esset electus consentit electioni de se faciendæ, quia p̄sumitur ambitiosus extra eo. cum post petitā. Item quando maior pars capituli deficit in electione scilicet committendo vitia electio deuoluit ad pauciores vt notatur extra de postu. c. 2. Item etiam deuoluitur ad unum propter omniū aliorum delictum 65. di. si forte, extra eo. bone, quod si omnes deliquerunt, deuoluitur ad superiorem. Electiones clandestinæ reprobantur, extra eo. quia propter. Et dicuntur clandestinæ quę in cameris p̄ occulta conuenticula fiunt 79. dist. c. 2. &c. si transitus. Similiter & ille quas electores inter se secreta tenent cum celebritate debeant solemniter publicari, ut in dicto c. quia propter. Nota qui scienter eligit indignum nulli dubiū qd̄ peccat mortaliter quia infideliter agit contra voluntatem cum inferat notabile damnum ecclesię, cum nemo amplius in ecclesia noceat quā malus p̄latus, secundum Greg. dist. 83. nemo. Vnde & Leo papa. Sicut bonum fui operis fructum sibi comparat, qui rectum tenet in eligendo iudicium, ita graui semetipsum afficit dāno qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignum dist. 61. miramur, & scd̄m Tho. 2. 2. q. 135. nō debet eligi ad dignitatē vel regnū melior simpliciter. i. q̄ habet maiorē charitatē sed melior scd̄m q̄d. i. ad illud officiū q. s. sciat & possit ecclesiā melius iuuare, defendere, & īstruere, & ędificare. Itē q̄ eligit aliquē ad aliq̄ dignitatē vel officiū ,ppter odium & ingratitudinē tenetur ei ad omne damnū qd̄ ei accidit inde scd̄m glo. di. 74. honoratus, & C. si per inimicitias creatio facta sit. l una, & peccat mortaliter, quia contra charitatem. §. 4.

¶ Quis possit eligi? Respon. eligendus est dctior & sāctior cuius cōparatione ceteri grex dicant 8. q. 1. licet ergo, & qui sit de legitimo mrimonio & ętatis legitimæ, extra eo. cū in cunctis, nam eps debet elegi 30. annorū completorū. Inferiores uerò prælati & alii q̄ curā debēt habere animarū requirit q̄ attigerint 25. annū, alias eligētes sunt ptāte eligēdi illa uice priuati, vt dictū ē supra. ¶ Subdyaconus quoq; pōt eligi in episcopū, extra de ætate, & §. 5.

quali.

quali.a multis.Item qui ad vnam dignitatem reputatur dignus, si postea eligitur ad aliam dignus debet reputari,di.74.gesta, fallit quãdoque quia licèt toleretur quis in officio minori non propter hoc in maiori tolerari debet indignus 12.distinct. nos consuetudinem Abbas quoque exemptus bene potest eligi siue in episcopum siue in abbatem eiusdem regulæ & habitus,sed non potest ităsine licentia Papæ vel legati de latere, si sit in prouincia,extra eod. si abbatem libro sexto. ¶ Religiosus quoque licèt non expræsse professus,quinetiam nouicius eligi potest ad episcopatum,extra eodem nullus, libro sexto. De clericis alterius, dyoecesis vtrum possint eligi,vide infra postulatio.

§.6. ¶ Quis non potest eligi.Respon. Non potest excommunicatus maiori,extra de appel. constitutus primo. Item nec excommunicatus minori qui sciẽter electus fuerit cassanda est electio,extra de cle.exco.mi.Si celebrat. Itẽ nec suspensus nec interdictus, quia interdictum non seruauit,extra de postu. capi.1.& de consue.cum dilectus.Item non debet eligi persona cui aliquid obsistit de impedimentis circa ordinandos de quibus habetur supra de ordi.per to.Itẽ nec qui per vitium personæ semel reprobatus fuit,talis enim nec alibi eligi potest extra.e.super eo. Secus autem si cassata fuit electio propter vitiosum processum,quia tũc non impeditur promotio eius etiam in eadem ecclesia,ut in di.c. super eo. &c.inotuit.Itẽ non põt eligi eps.s. qui iam est alligatus alteri ecclesiæ,sed põt postulari, scilicet a Papa,extra de post.c.fi.Itẽ in prælatum religiosorum nõ potest eligi nisi expræsse professus alias nõ ualet electio extra.e. nullus.lib.6.Nec etiam aliquis qui sit alterius religionis vel habitus extra.e.cum rationi, in cle.Item nullus religiosus potest eligi si transit de ordine mẽdicantium ad non mendicantes,vt habes supra in tit.de religi.Electus post consensum coniungitur & spõsus ecclesiæ viduatæ,extra e.cum inter. & de transla. inter corporalia.§.1.& 2.Item electio gignit confirmationem, extra e. Confirmatio dat administrationem,extra e. transmissam, de confirmatione, vide infra. Confirmatio electorum. Si lectus ante confirmationem administrat remouẽdus est,extra.e.qualiter,nisi in summo pontifice qui eligendo confirmatur.distin.23.in nomine domini, vel nisi sic administranti parcatur,extra.e.nosti. uel nisi pertineat ad Papam confirmatio,& sit ualde remotus a sede apostolica, quia tales si sint in concordia electi administrare possunt etiam ante,ita tamen quod nihil penitus alienet extra e.nihil. Nec potest eis committi ad ministratio sub nomine yconomiatus vel procuratoris & huiusmodi,nec in parte nec in toto,nec in spiritualibus nec in temporalibus quod si susceperint priuati sunt omni iure electionis extra.e.Auaritię. lib.6. Duas electiones in vna ecclesia de factis nemo potest prosequi, scilicet vnam tantum eligat, extra.e.ut quis.lib.6.

§.7. ¶ An religioso acquiratur ius eletionis extra ordinem suum? Nota quod nulli religioso prædicatorum,minorum, hæremitarum & quorumlibet mendicantium ex electione, prouisione,postulatione, seu uocatione ad prælaturam extra suum ordinem in discordia facta ius aliquod acquiritur,nec consentire põt etiã licentia habita,extra.e. quorundã lib.6.Et debet intelligi in discordia que esset siue de iure siue de facto,ut in cle. eo. tit. qđ circa.Et no.qđ si religiosus electioni de se factæ ad prælationem aliquam extra suum monasterium uel ecclesiam non petita licentia & obtenta consenserit,consensus non ualet & electio ipsa iuribus uacuatur.Sed no.quod prælati religiosorum irrequisitis conuentib. possunt huiusmodi licentiam dare,extra.e.si religiosus.lib 6. Non autem ualeret licentia quæ concederetur pro futura electione quam fieri contigerit,extra.e.cum concessa in cle.nec aliquis religiosus potest præfici in aliqua ecclesia quæ clero careat & populo. Christiano, vt in clemen. eo. tit. in plerisque.Quid si duæ electiones fiant? Respon.secundum Hostien.si simul & in cõtinenti fiũt puta quia in scrutinio diuisa sunt nomina tũc illa ualet quæ meliboribus & maioribus meritis adiuuatur,extra.e.Licet in fi.&c. dudum.Si verò electiones fiãt ex interuallo, & prima fuerit rite facta illa ualet, immo etiã si prima annullãda sit,secunda nihilominus cassari debet extra.e.Bonæ memorię,nisi gratia fiat sicut quidã intelligunt, extra.e.c. Bonæ memoriæ.Similiter etiam cassanda est secunda etiam si prima nulla fuit ptopter causam nondum patentem, extra.e. consideramus &c.auditis,quod si prima ex causa notoria nulla fuit ualebit secunda rite facta, extra de sup.ne.c.fi.& extra.e.uenerabilem.Sũt casus in quibus electores iterum possunt eligere,vtputa si electus non uult consentire, etsi post consensum renunciat iuri suo, vel moritur,vel propter occultum eius uitium irritatur,& in his casibus habent electores integrum

tegrum a diſſenſu, vel tempus renunciatione vel morte ſeu irritatione, ac ſi vacatio non eſſet dummodo nil egerint fraudulenter extra. eo. Si electio. lib. 6.

§. 8. ¶ Circa electiones monialium. Nota quòd nulla debet ad electionem admitti, niſi. 12. annum peregerit, & profeſſa fuerit tacitè uel expreſſè, nec in abbatiſsã uel prioriſſam ubi per prioriſſam gubernatur eligi põt niſi poſt 30. annum, & niſi fuerit expreſſè profeſſa. ¶ Item nota ꝙ cum per ſcrutinium procedit̃ illa electio quæ a duabus partibus fuerit celebrata non obſtante appellatione partis alterius præmiſſa tamen diligenti examinatione, ſi aliàs fuerit inuenta canonica confirmetur, & benedicẽda benedicatur, ſi autem nulla eletionum eſſet a duabus partibus celebrata, tunc non obſtante quòd ſit publicatum ſcrutinium, aut etiam ad electionem proceſſum poſſunt aliæ moniales antequã ad actus extraneos diuertant ad illam accedere quæ a maiori numero eſt electa, & ſi per hoc veniatur ad duas partes confirmetur (vt prius dictum eſt,) ſed nihilominus contra eam, ſic confirmatam poſtquam fuerit in adminiſtratione poterũt aliæ opponere in modum denũciationis vel accuſationis, vt a dignitate remoueatur, ꝙ ſi ad aliam quæ a maiori parte electa eſt alię nolunt accedere, vel non tot ꝙ aſcendant ad duas partes, tunc ſuper obiectis quę facere pars altera & ſuper aliis quę ſunt inquirenda plane & ſine ſtrepitu iudicii per ſuperiorem inquiratur antequam confirmetur, ſed ipſa interim in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtret, ita tamen quòd de rebus monaſterii nihil alienet nec monialem recipiat. Si quã vero a minori parte denominata vel electa fuerit nõ valet, nec põt prędicto modo ad eã accedi. Item nota ꝙ nunq̃ in electionibus monialium debet fieri collatio zeli ad zelum, nec meriti ad meritum, ſed ſolum numeri ad numerum. Si verò procedit̃ per formam compromiſſi, ſi minor pars ſe opponit electę, nihilominus cõfirmetur & benedicatur contradictione partis non obſtante. Si autem maior pars ſe opponat differetur cõfirmatio vel infirmatio, donec de obiectis & aliis fuerit inquiſitum, ſed interim adminiſtrabit, vt ei permittitur, niſi pars opponentium fuerit duplo maior, quia tunc non adminiſtrabit, ſed expectabit litis euentũ. Item nota quòd ſi in huiuſmodi electionibus contigerit ad curiam appellari dicũt cauſę exprimi ſecundum modum conſtitutionis, vt extra eod. qui contra. libro ſexto, ſed non debent ipſę ire quin potius procuratores conſtituere. Item quod hi qui euocantur ad dirigendas moniales in electionibus, niſi abſtineant ab his per quę inter eas oriri poſſet circa hoc diſcordia vel nutriri excommunicati ſunt, & hæc omnia prędicta habent locum etiam apud mulieres quæ viuunt quaſi canonicè, excepto de profeſſione, quia tales non profitentur, hæc omnia extra. e. indemnitatibus. lib. 6. De confirmatione electionis habes infra, confimatio electorum, per totum. De electione Papę, infra de ſimonia quę committitur in electione, & quomodo non ualet ſupra in 2. parte ti. 1. c. 5. & c. 20. De excommunicatione quã incurrunt illi qui grauant electores in ſe uel ſuis conſanguineis in perſona vel rebus pro eo quod noluerunt eligere illum quem uolebant, habes ſupra.

¶ De electione per compromiſſionem. Eligendi poteſtas poteſt alicui, vel aliquibus cõmitti extra. e. cum ad noſtram, ſed competentius committatur in numero impari, extra. eo. in cauſis. & c. cũ dilecti, &c. cum in iure. Et vni committi põt etiam non prælato, extra de renun. poſt translationem, nec requiritur quòd hi quibus cõmittitur ſint de collegio, extra eo. cauſam, quę ſed tamẽ in hac commiſſione ſi vnus diſſentiat non ſeruatur forma, nec valet extra, quia propter, & c. cũ dilectis, nec enim cogitur quis iuri ſuo renũciare inuitus, extra quod me. cauſa. Abbas, & c. Ad audientiam. Item nota. quòd re integra, talis poteſtas reuocari poteſt. extra. eo. in cauſis. Illi in quos poteſtas eligendi committitur poſſunt de perſona cuiuſque loci prouidere. Argu. 63. di. lectis, & c. reatina. Tutius tamen & melius eſt quòd de ipſa eccleſia eligant, extra. e. quòd ſicut, & 23. di. in nomine domini, non valet commiſſio ſub hac forma, vt quis quęſitis votis in ſecreto illum eligat in quem plures conſenſerint extra. e. ſi cui libr. 6. An compromiſſarii poſſint vnum de ſe eligere. Reſpon. ſi habetur ex forma cõpromiſſi poſſunt, aliàs non extra de ſortil. ca. vlt. & extra. e. cumana. Siue cõmiſſum ſit vni ſiue pluribus electio debet fieri per verba ſingularis numeri, aliàs non valet, extra. e. ſicut. lib. 6. & de ſent. & re iudi. cum ab vno. lib. 6. Compromiſſarius ſi non eligat infra tempus electionis a iure ſtatutum ad ſuperiorem poteſtas deuoluitur. Si uerò eligat indignum ſiue ſcienter ſiue ignoranter eligendi poteſtas reuertitur ad electores, niſi ſcienter electionẽ factam ratam haberent, & eodem modo reuertitur ad eos ſi eligit idoneum, & ille non con- §. 9.

consentit. Porrò compromissarius quando eligit scienter indignum nō puniuntur compromittentes nisi ratum habuerint, sed ipsæ suspensus est triennio a beneficiis quæ obtinet in illa ecclesia, quam sic eligēdo offendit, sed hoc non habet locum si compromissarius sit episcopus, extra. e. si compromissarius. lib. 6. Et nota secundum Arch. quòd si is in quē compromittitur habet potestatem confirmādi, si acceptat compromissum in se factum nō est necesse quod prius eligat postea cōfirmet, sed sufficit, quòd & instituat illum in prælatum vigore suæ prælationis & commissionis & suæ auctoritatis, de quo sibi videtur.

§. 10. ¶ De tertio modo electionis, scilicet per communem inspirationem, qui non est multum in vsu non reperitur determinata forma, & ideò quomodocunque declarent suam volūtatem electores dummodo sunt in simul congregati, vt debent sufficit, siue quilibet dicat vnus post vnum. Ego eligo talem in prælatū talis loci, siue omnes simul, ego eligo talem. Est tamē necessarium, vt nullus discrepet electorum a voluntate procedendi per istū modum aliàs si etiam vnus nō vellet oportet procedere per viam scrutinii, sicut etiam dictum est cum fit per compromissum. ¶ De decreto electionis dicit Gratia. in c. olius episcopus. 61. dis. §. sed aliud est quòd electio fit cum solemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati, quod proba. per c. se. Decretum hic dicitur litera quæ mittitur superiori, quæ habet confirmare electum, in qua exprimitur modus electionis celebrare, & nomina electorum seu electi & eligentium, vt possit superior comprehendere si canonicè est electio celebrata. Et quærit ibi glo. Vtrum sit adeò necessarium hoc decretum, quòd sine ipso non valeat? Respondet q̄ non, quia & sine ipso valet, vnde quando superior est præsens in domo, recitant verbotenus gesta in electione p vnum eligentium, sed quando est absens tūc mittitur talis quæ dicitur decretum.

¶ *De postulatione.* *Cap.* 3.

POstulatio quid sit respondetur secūdum Hostien. licèt Goff. dicat, q̄ postulatio est gratiæ petitio. ar. extra. e. bonæ tu dic quod postulatio est alicuius personæ quæ eligi prohibetur, non propter vitium, sed propter defectum qui tamen postulatum non omnino inhabilem reddit ad prouidendum ecclesiæ cōeors & certa petitio capituli ¶ Quis sit postulandus vel nō? Respon. Host. In primis qui tē non potest postulari criminosus, puta periurus, homicida, inobediens, tales enim nec eligi nec postulari possunt, extra. e. c. 1. Nota tamen quòd illud. c. 1. loquitur de inobedientia contumaciæ cum quis non patet sentētiis suorum prælatorum, & quod dicitur de periuro credo quòd intelligitur de eo, qui per sententiam est iudicatus periurus, non de periurio quod fit in communi sermone, uel aliàs non noto. 10. Item non professus tacitè nec ex professè non postulatur in regularem prælatū, sicut nec eligitur, extra de elec. cum causam. & cap. cum nostram nisi necessitate instante, quia tunc posset dummodo in regula fuerit competēter instructus & bene eruditus, sicut potest intelligi. extra de elec. cum monasterium, & c. officii. §. fi. Item non postulatur epi lenticus sicut non eligitur, extra de elec. cum inter ea. nisi forte sit liberatus, ita quod per annum iam fuit liber. 33. distinct. communiter. Item nec mutilatus quia talis omnino inhabilis est, extra de corpo vitia. exposuisti. De corpore vitiatis habes infra in tit. de irregularitatem. Itē bigamus & irregularis, quia talia & similia omnino inhabilem reddunt, q̄ si talis defectus est, q̄ nō reddit omo inhabilem, admittit postulatio, ideò postulari pōt si defectus sit in ætate, extra de elec. cū nobis. §. pen. & ult. Item si defectus sit in ordinibus. Nam ad omnes dignitates habentes curā postulandus est qui est in sacris, extra de elec. c. dudum, primo extra de æta. & quali. c. multis. Itē si sit defectus in naturalib. est postulādus extra de ele. innotuit. Itē si sit eps, extra. e. ca. fi. & si tale eligeret nō valeret electio, vt infra habetur, est ergo postulandus. ¶ Vtrū clericus alienæ diœcesis sit postulādus, vel possit eligi? Respon. secundum Ber. extra. e. & si vnanimiter, quòd quamuis clerici non possint dimittere ecclesias sine consensu episcoporum suorum, nihilominus eligi possunt siue in sua, siue in aliena diœcesi, extra de ele. cum inter canonica. ¶ Vtrum religiosus debeat postulari & eligi? Respon. diuersæ fuerunt hactenus opiniones, hodie tenetur indistinctè, quòd siue in suo monasterio siue extra, siue etiam episcopalem dignitatem eligi potest, notatur per Io. An extra de elec. nullus. lib. 6. Si aliquis eligat postulando vel postulandum, vel in postulādum, vel postules eligendo vel in eligendum & huiusmodi, habes supra. cap. 2. §. 3.

¶ A quo sic sit aliquis postulandus? Respon. §. 1.
si sit episcopus a papa postulandus est, extra. e. c. fi. Si verò patiatur defectum in ordinem,

vel

uel ætate debet poſtulari ab eo qui in hac parte diſpenſare poteſt. Vnde ſi aliquis. 20. annorū poſtuletur ad dignitatē ſine cura ab epiſcopo poteſt poſtulari, ſi cū cura a Papa. Si verò ſit defectus, quia eſt clericus alienæ diœceſis, vel ſubeſt alteri ut religioſus & huiuſmodi, non oportet quòd poſtuletur ſed eligi poteſt (ut dictum eſt ſupra) Quis poteſt poſtulare? Reſpon. ſecundum Hoſt. qui eligere poteſt extra. e bone. 2. §. cæterum, & per totum, extra de elec. innotuit, & ualet ſiue admittitur poſtulatio ſi concors fuerit. ſ. ſi ab omnibus fiat vel ſaltem ſi due partes conſentiunt, quia tūc idem eſt ac ſi omnes concordarent, aliàs non facile admittitur extra de elec. ſcriptum §. fi. nec requiritur forma conſilii, extra de electi. quia propter ſcilicet ut fiat per modum ſcrutinii & formationis decreti, quamuis ſecundum quoſdam requiratur & tutius ſit. ¶ Quis ſit effectus poſtulationis. Reſpon. quia poſtulatione admiſſa tanquam rite facta poterit poſtulatus confirmari ac ſi electus fuiſſet extra de elec. cum monaſterium. ¶ Vtrum per poſtulationem aliquod ius acquiratur poſtulato? Reſpon. ſecundum Io. An. ſuper ſexto, poſtulatio ſi concors fuerit, vel ſaltem a duabus partibus facta, pendet quidem a gratia generali, tamen ſecūdum quoſdā peti poteſt confirmatio extra de elec. cum monaſterium, & c. officii. §. fi. Et ſi talē admiſerit ſuperior dicetur facere gratiam, & ſi non admiſerit facit iniuriam. ff. de aqua quoti, & æſtiua. l. 1. §. penult. Si autem non ſit facta in concordia uel a duabus partibus, ſed ex cauſa tunc pendet a gratia ſpeciali, extra eo. poſtulationem, &c. bonæ memoriæ. Vtrum poſtulantes varietatē poſſint? Reſpō. ſecundum Hoſtien. variare poſſunt re integra ſcilicet quouſque miſerint pro confirmatione petenda. Aliqui tamen dicunt quod non ſicut de electione, ut ſupra de elec. ſi tamen poſtulantes & ſuperior a quo poſtulatur poſſunt reſilire non obſtante contradictione poſtulati. Poſtulati a papa qui patiuntur in ordinibus vel in ætate defectum, tenentur in magna parte ſeruare conſtitutionem, extra de elec. cupientes, de qua dictum eſt ſupra de electione. Nota ſecundum Ioan. Andr. libro ſexto quod epiſcopus poſtulatus ad aliam eccleſiam debet reſpondere, nec conſentio nec diſſentio, ſed in hoc me uoluntati domini papæ ſuppono. Ad hoc 8. q. 1. capitulo. In ſcripturis.

¶ *De confirmatione electorum.* *Cap.* 4.

SEquitur de confirmatione. Nota ſecundum Hoſtien. quod confirmatio electorum eſt fienda a proximo ſuperiore. Vnde epiſcopus confirmat ſibi ſubiectos, extra de elec. cum monaſterium, niſi aliquis ſit exemptus, extra de conſue. cum uenerabilis. Item archiepiſcopus confirmat epiſcopum, extra de elec. cum dilecti 64. diſtinct. illud. Archiepiſcopum uerò confirmat primas uel patriarcha, niſi ipſe archipiſcopus exemptus ſit, extra de elec. bonæ. Patriarcham vel exemptos confirmat papa, extra de elec. ſcriptum, uel etiam legatus de latere, extra de elec. ſi abbatem, libro ſexto. Sic etiam papa. Imperatorem confirmat, extra de elec. uenerabilem. Qualiter autem debeat fieri confirmatio, nota ſecundum. Hoſtien. quod debet primo fieri examinatio perſonarum tam eligentium quam electi, etiam ſi nihil opponatur. Conſulit etiam ſuperiori quod ipſum electum ad partem trahat, & de his quæ impedire poſſent diligenter exquirat. Et ſi impedimentum inuenerit ſecreto ad renunciandum inducat, extra de elec. dudum 2. in fi. extra de ſimo. per tuas, in fi. aliàs verò ſecundum allegata & probata procedat. Nota etiam hic quod ſi inter cętera quę obiiciuntur electo vel poſtulato ſeu aliàs promouendo ad dignitatem opponatur de euidenti defectu ſcientiæ uel perſonæ primo debet de hoc examinatio fieri, & ſi hoc inueniatur falſum opponentes excluduntur ab omnibus aliis quæ oppoſuerant, & etiam puniuntur ac ſi in probatione omnium defeciſſent, extra de elec. ſi forte libro ſexto. Si confirmatio fiat non uocato competitore uel alio qui ſe uellet opponere & non diſcuſſo negocio, irrita eſt, & debet fieri talis uocatio nominatim quando eſt coelectus, uel apparet oppoſitor aliàs generaliter in eccleſia in qua electio facta eſt, ut ſi qui uolunt ſe opponere appareant in competenti termino peremptorio aſſignato, & hæc habent locum ſiue electio ſit in concordia ſiue in diſcordia, extra de elect. quoniam lib. 6. Si autem crimen obiiciatur electo, ut a promotione excludatur, non eſt neceſſaria inſcriptio fienda per accuſationem. Sed ſi obiiciatur electo iam confirmato, puta in conſecratione, tunc accuſator ſe debet inſcribere ad pœnam extra ordinariam ad arbitrium iudicis. Nam crimine ſic probato electus amittitius quod ei acquiſitum iam erat per electionem & confirmationem, extra de accu. ſuper his.

¶ De

¶ *De renunciatione.* Cap. 5

DE renunciatione qua quis renunciat dignitatis uel officio habito. Nota ergo quod renunciatio est iuris proprii spontanea resutatio, nam iuri alieno renunciari non potest. Item si renunciatio non esset spontanea sed coacta, non obesset repetere uolenti, extra eod. super hoc. Effectus autem renunciationis est, ut qui renunciauit regressum non habeat nisi ex nouo iure concesso, uel antiquo restituto 7. q. 1. quam periculosū extra
Et c. Ex eo cum inter, & c. in præsentia. ET qui semel
transmis renunciauit episcopatui propter conscientia
a. criminis, amodo eligi non poterit nec postulari secus si propter malitiam plebis, extra eo. post translationem. Renuncianti autem est competens prouisio facienda, ne intuitu ministeri defectum in temporalibus patiatur extra eo. ad supplicationem. In qua prouisio ne dignitatis & scientię ratio est habenda extra de præben. ad multa, ad fi. similiter & quā titatis reddituum beneficii cui resignatur, extra de ui. & ho. cle. quoniam & 12. q. 2. bonæ
De præ- rei. Ex quibus causis admittenda uel petenben. c. ni da sit renunciatio episcopatus. Nota quod alifi. quæ causæ sunt sufficientes & aliquæ insufficientes sunt. Prima est conscientia criminis scilicet talis per quod ipsius executio etiam post peractam pœnitentiam impeditur. Secunda est debilitas corporis ex infirmitate uel senectute, scilicet per quam impotens redderetur ad exequendum officium pastorale. Tertia est defectus scientiæ & quamquam desideranda sit eminens scientia in pastore, est autem competens tolleranda. Quarta est malitia pleb. non quod pro qualibet culpa debeat gregem deserere ne mercenario comparetur qui uidit lupum uenientem & dimittit oues & fugit, sed de superioris sui licentia. Tamen demum potest non tam timidè fugere quam prouide declinare cum oues conuertuntur in lupos & qui dubuerunt humiliter obedire irreuocabiliter cōtradicunt. Quinta est graue scandalum cum aliter sedari nō potest, licitum episcopo petere cessionem ne plus temporalem honorem quam ęternā nideatur affectare salutem. Sexta est personæ irregularis, ut puta si sit bigamus aliquo modo. Non tamen papa propter quamlibet irregularitatem debet ei dare licentiam ut si non sit natus de legitimo matrimonio, si est occultum, & ille laudabiliter impleat officium. Duę alię causæ sunt quæ sunt probabiles seu apparentes. Prima est propter frugenmelioris uitæ ideſt religionis. Secūda est causa propriæ humilitatis, sed hę duæ causę non fuerunt acceptatæ extra de renun. nisi cum pridem ubi etiam alię causæ supradictę ponuntur. Sed Tho. dicit quod perfectio epi- 2.2.q.
scopalis status in hoc consistit quod aliquis 185.
ex diuina dilectione se obligat ad hoc quod saluti proximorum insistat, & ideo tandiu ad hoc obligatur qđ curam pastoralem retineat quamdiu potest subditis sibi commissis proficere ad salutem, quam quidem deserere nō debet, nec propter diuinæ contemplationis quietem cum apostolus propter necessitatē subditorum etiam contemplationem suā intensē affectatam differri tolerauerit, secundum illud. Phil. 1. Desiderium habens dissolui & c. nec etiam aduersa quę timet uitanda uel lucra conquirenda, quia bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis. Contin- Io. 10.
git autem quandoque quod episcopus impeditur procurare salutem proximorum multiplici ter scilicet uel propter ignorantiam, uel infirmitatem, uel irregularitatem, uel scandalum & huiusmodi, de quibus dictum est supra. Sed tamen sicut curam regiminis assumit aliquis per prouidentiam superioris, ita & per eius auctoritatem ex causis prædictis deserit susceptam. Vnde Innoc. in dicta de cretali, nisi cum pridem, dicit. Si pœnnas habeas quibus satagas in solitudinem aduolare, ita tamen astrictæ sunt nexibus præceptorum, ut liberum non habeas absque nostra permissione uolatum.

¶ Qualiter autem fieri debet renunciatio be- §. 1.
neficii vel officii ecclesiastici. Nota primo quod renunciato beneficii uel officii ecclesiastici debet esse uoluntaria, nam inuitus non compellitur renunciare 7. quæstione 1. quamuis extra quod me. causa. Ad audientiam. Item debet pure & absolute fieri extra de offi. deleg ex parte. Nam renunciando beneficio vel rei spirituali aliquo dato vel promisso esset symonia. De hoc habes supra in 2. parte. tit. 1. c. 5. Debet autem fieri renunciatio in manu eius a quo habetur institutio uel confirmatio extra eo. admonet. Fallit tamen hoc in episcopo qui non potest renunciare nisi in manu papæ extra eo. nisi cum pridem. Similiter nec electus eps postquā fuerit confirmatus extra de transla inter corporalia, nec ēt intrusus, qa etsi titulū nō habeat, tñ possessionē habet de facto. Vnde ipsę ēt in manu papæ renunciat, sed si talis esset in periculo mortis, tūc ad hoc ut uere pœniteat renūciat i manu cōfessoris sub cōditione si placuerit papæ,

& de

& de hoc supra in 2. parte. ti. 1. c. 5. Nota etiã quòd pòt quis renũciare per alium secundũ Host. (si tñ habeat spũale mandatũ) extra de offi. deleg. Cũ olim. Idẽ uidetur si habet gñalẽ administrationẽ. ff. de procu. l. cui libera. Secus si tantũ esset generalis procurator, extra de præben. Dilecto. 1. respon. Et nota secundum Host. quòd si quis mittit nuncium ad superiorem, ut cedat potest pœnitere dũ res est integra, extra de elec. in causis, sed etsi talis procuratorem ignorantem reuocauerit tenebit nihilominus cessio facta antequam perueniat reuocatio ad eum nisi malitiosè fuerit factum, quo minus reuocatio perueniat ad eum, ut de renun. Cum illusio in cle. Quia uero impetrauit licentiam cedendi cogẽdus est extra eo. quidam. Item cõuenienter renuncia tio debet fieri in scriptis, ut 7. quæstio. 1. §. Ecce. & capi. Qualiter.

§.2. ¶Quomodo renunciatur iuri scripto. Nota, q̃ talis rennnciatio ex certa scia facienda est. Ideoque talis renunciatio si ius ignoret est ei notificandum, ut in auct. Quomodo oportet episcopus. §. Igitur ordinandus collati. 1. Nec enim potest quis renũciare ei quod ignorat. ff. de inoffi. test. l. Mater. Renunciatur autem iuri expresse & tacitè. Expresè quidem cum dicit quietum clamo tale ius & similia, extra de deci. Et multiplici. Tacit uerò cũ facit compositionem, extra de elect. c. Cum inter. Item tacitè renunciat in faciendo cõtra, ut in exhibendo illi honorem cuius electioni cõtradixerat, extra de his quæ fiũt a maio. par. ca. c. Ex ore. Similiter recipiendo aliquem in testem quem impugnabat. ff. de in offi. test. Si præponas, vel si petentis legatum aduocatus, uel procurator fuit. ff. de inoffi. testa. l. fin. Nota quod clericus qui impetrauit beneficiũ si subiiciat se misericordiæ canonicorum, secundum Ber. non ex hoc intelligitur renunciasse, extra eodem ca. Veniens, quinetiam si det eis litteras suas, & ipsi sint immisericordes, debet talis officio iudicis restitui. eodem titu. Sane. Nam deceptis non decipientibus iura subueniunt, de rerum permu. Cum vniuersorum, sed si renunciat literis pro certa pẽsione priuatur & literis & pensione, de reseri. Ad audientiam. Item quando quis expectat primam proximè vacaturam in aliqua ecclesia, si aliquis obtinens præbendam tenere fraudulenter renunciet, ut ex præcedenti prę cludatur illi uia ad pinguiorem quæ speratur vacare, non impedit primum expectantem. Et si præbenda pinguis postea vacans conferatur isti qui renunciauit priuatur ipsæ utraque extra eodem si te libro sexto.

¶Quæ possunt renunciari. No. quòd potest §.3. quis renunciare voci suæ quam habet in electione de elec. ecclesia. Item renunciare potest iuri in futurum. l. si lex iam est, potest pro futuro renunciari, alias non, quia quod non est non potest renunciari secundum Hosti. ff. de contrahen. empt. & vendi. in lege. Sed quid si quis renunciat omni iuri competenti & cõpetituro, & similiter literis impetratis & impetrandis? Respon. Host. quoad futurum renunciatio generalis nõ valet (ut dictum est,) extra de conti. cum accessissent. Si autem spe cialis in quibusdam iuribus, & sequitur generalis renunciatio ualet C. quando muli. tu tele, offi. fungi potest. l fi. cir. medium, & in au ten. ut liceat matri & auiæ. ibi posita. No. in summa secundum Host. quòd renunciari possunt iura competentia circa seruitutes, etiam si annualia sint, extra de sepul. In præsentia nostra. Item iura competentia circa beneficia, sicut & ipsa beneficia renunciari possunt. Item omnia iura competentia per aliqua instrumenta, sicut & ipsis instrumentis renũcia tur, extra de pac. Cum pridem. Vtrum autem debitor possit renunciare probationi solutionis per testes, & huiusmodi? Respondet licet quidam dicant quòd ualet renunciatio, tamẽ secundum Hostien. non uidetur verum, quia ius probandi per testes pro communi utilitate inductum est, vnde usus testium frequens & necessarius est. ff. de testi. libr. 1. ergo tali iuri renunciari non potest. ¶Item clericus renunciare non potest foro suo sine consensu episcopi, quia fieret per hoc præiudicium epi scopo. Renunciatio enim debet fieri auctoritate eorum quorum interest, de offi. archi. Ad hæc. Similiter clericus non potest renunciare illi priuilegio, siquis suadente. 17. q. 4.

¶Quis autem possit renunciare. Dicit Ho- §.4. stien. quòd ille ad quem pertinet id quod renunciatur, extra de reg. ad apostolicam. Potest aũt renunciare & liberè resignare Papa papatui, & maxime cum se cognoscit insufficiẽtem ad regendum vniuersalem ecclesiam. eo. titu. quoniam, lib. 6. Vnde & Cęlestinus Papa renũciauit, qui canonizatus est, & sanctus Petrus dicitur, quia sic prius vocabatur. Et Gre go. 12. Venetus natione renunciauit propria sponte in concilio Constantien. per procuratorem suum dominum Karolum de malatestis Arimini dominum, non propter insufficientiam: sed ut daretur unio, & pax ecclesiæ sacrosanctæ, nam tempore suo duo alii prætendebant se ius habere in papatu & summi

pontifi-

pontifices in ſuis obedientii dicebantur, ſcilicet Benedictus 12. qui proprio nomine dicebatur Petrus de luna & Ioan. 23. qui proprio nomine dicebatur Balthaſar Coſſa. Qui duo Benedictus, ſcilicet & Ioan. de communi conſilio, & auctoritate totius concilii depoſiti ſunt, & priuati papatu, quia ſcandalizabant eccleſiam Dei, nolentes dare unionem eccleſiæ. Grego. qui & Angelus prius eſt dictus Venetus a concilio conſtantien. factus eſt legatus in marchia. Et in concilio eodem a Cardinalibus, & nationibus canonice eſt electus Martinus. 5. Romanus unicus paſtor eccleſiæ. Renunciatio dignitatis eccleſiæ ſpontanea quando fit ex pura deuotione & humilitate, ut quis magis diuinis uacet, & pericula animæ euadat, non poteſt reprehendi obſeruatis debitis circũſtantiis, ſed laudari, poteſt enim dicere illud pſal. 83. Elegi abiectus eſſe in domo Dei magis quam habitare in taberculis peccatorum. ¶ Elegi dicit quod pertinet ad ſpontaneam actionem, non coactionem uel aliquam indignationem, abiectus eſſe quod ſpectat ad humilitatem ſeu mortificationem, uidetur enim quædam abiectio & dehonoratio quoad mundum: ſed laudabilis & uirtuoſa, quia ſcilicet in domo domini, ſcilicet exiſtens & permanens in domo eccleſiæ militantis, & poſtea triumphantis magis quam habitare in tabernaculis peccatorum, quod innuit periculorũ & damnationis euaſionem. Tabernaculum peccatorum in quibus, ſcilicet habitant, & ſe reperiunt ſunt uitia, & pericula quæ frequenter reperiuntur in prælatis. Nam quanto in loco ſuperiori, tanto in periculo maiori uerſatur, inquit Aug. in regula. Et nil triſtius & miſerius, & damnabilius epiſcopi dignitate, ſi perfunctorie res agatur ait idem diſtin. 47. quantumlibet. Vel etiam tabernacula peccatorum in alia uita ſunt tormenta damnatorum ad quæ multi prælatorum uadunt, non tamen propter prælaturam: ſed propter malam uitam, uel negligentiam erga curam. Vnde quidam ex diſcipulis bea. Bernar. qui nullo modo uoluit acceptare epiſcopatum ad quem fuerat electus, ut a be. Bern. exoratus, apparens cuidam poſt mortem interroganti de hoc quòd noluerat acceptare. Reſpondit. Reuelatum eſt mihi a ſancta trinitate, q; ſi fuiſſem de numero epiſcoporum fuiſſem de numero damnatorũ, & de iſtis patet per exempla ſanctorum. Petrus quidam Damianus ſapientia, & eloquentia inſignis renũciauit epiſcopatui, qui de ſe ſcribens ait, quia refutaui eccleſiaſticum regimẽ dimittẽs epiſcopatum centum annorum mihi pœnitẽtia iniuncta eſt ſecundum remedia monaſticæ regulæ, tamen ſe excuſans ad Grego. 7. dicit multos ante eum hoc feciſſe. Valerius inquit epiſcopus Hyponenſis Augu. ſibi ſucceſſorem inſtituit. Lucidus Catoclẽſis imminente obitu ad Cœnobium cõualauit. Cui b. Andreas apparuit. n obitu Aldebertus epiſcopus monachum ſe induens martirii palmã promeruit. Melius eſt enim pondus abiicere quam cum detrimento domini firmatis ceruicibus interire, dum enim tu ignauus negociator denarium ſeu talentum tenes alterius locum qui pecuniam duplicare poterat occupaſti. Hæc ille, & adde & exempla alia, ut Cœleſtini papæ, qui renunciauit papatui, & canonizatus eſt dictus ſanctus Petrus de Murrone. Beatiſſimus Hieron. capellum presbyteri cardinalis Romæ dimiſit: & Bethleẽm accedens totam bibliam in latinum tranſtulit, ac plurimas epiſtolas magnæ doctrinæ, & elocutiæ ſcripſit & ſcripturæ ſanctæ multos libros commentatus eſt: Alber. magnus immo maximus philoſophus & theologus archiepiſcopatui Ratiponenſi renunciauit. Sanctus Gregor. Nazanzenus Græcus epiſcopatui renunciauit ſcribens apologiam. i. excuſationẽ ſuæ renunciationis oſtendens difficultatem maximam in regendo & docendo populos, propter diuerſitatem complexionum, & morum & ſtatuum ex exemplo eius, qui haberet nutrire quoddam animal compoſitum ex naturis multorum animalium, cui unus, & idem cibus eſſet unus parti eius nutrimentum, alteri uenenum. Nam panis uita hominis, & venenum, ut dicitur accipitris, venenum uita ſerpentis, & mors hominis &c. Sanctus Benedictus renunciauit abbatiæ quando uidit ſubditos obſtinatos & nil proficere, & ad ſolitudinem derelictã reuerſus eſt, magiſter Ray. cõpilator decretalium, & miraculis clarens, renunciauit magiſtratui ordinis propter debilitatem corporis, quia non ualebat ita diſcurrere & laborare. Plures alii uoluerunt renunciare: ſed quia non fuerunt permiſſi ſeu accepta eorum renunciatio, ne uoluntati ſuorum ſuperiorum, & per conſequens dei contrairẽt patienter permanſerunt.

¶ *De diuerſis officijs ſeu dignitatibus. Et primo de Archidiaconibus.* *Cap. 6.*

DEus in gradibus eius cognoſcetur cũ ſuſcipiet eam pſal. 47. Greg. hoc exponens ſuper Ezech. ſic ait de pœ. diſt. 2. Dum ſanctã eccle-

ecclesiam dominus susceperit, scilicet per incarnationem se eis conformen faciendo in gradibus eius dinoscitur, quia eius gloria per illius incrementa declaratur, quantum enim ecclesia ascendendo proficit, tantū Deus hominibus ex eius virtute innotescit. Sed isti gradus possunt tripliciter considerari.

¶ Primo secundum gratiæ augmentationē.

¶ Secundo secundum operis variationem.

¶ Tertio secundum perfectionis vel præsidentiæ diuersificationem.

¶ Quantum ad primum est triplex gradus secundum augmentum gratię, s. incipientium, s. benefacere proficientium & perficientium, seu perfectorum. Primorum exercitium spirituale est principaliter tentationibus vitiorum resistere. Secundorum in virtutibus proficere. Tertiorum diuinis inhærere, & de his in ps. 83. Benedictionem, s. gratiæ dabit legislator, s. Deus, ibunt, s. ex ipsa gratia, de virtute in virtutē, quia de incipienti gradu ad ꝓficientem & de proficienti ad perfectum, & sic demum videbitur Deus eorum in Syon, i. in gloria. Cognoscitur Deus ab his qui sunt in istis gradibus, & ab aliis per eos. ¶ Secūdo cō sideratur gradus secundum variam occupationē ad quamplurimū se applicat hō. Et sic sunt tres gradus, quia actiuorū qui se exercēt in operibus misericordiæ exteriorib. conrem platiuorū, qui diuinorū meditationib. & speculationibus insistunt. Et prælatorū qui vtrique, s. actiuæ & contēplatiuę deseruiunt, vel pnium qui. s. a p̄dictis gradibus actiuę vel cō templatiuę decidentes ad Deū per compunctionē reuertūtur. Et hi figurati sunt per tres quos dilexit Christus, vt dr Ioan. 11. s. Martham quæ significat actiuam. Mariam quæ significat contēplatiuam. Lazarum designantē inquantum mortuus & resuscitatus gradum pœnitentium, sed inquātum postea prælatus & episcopus statum p̄sidentiū. Horū gradus & actus possunt notari in illo versu ps. 76. Memor fuit Dei, & delectatus sum, ꝙ pertinet ad contēplatiuos, in quib. est maxima in memorādo de Deo delectatio. Exercitatus sum, ꝙ spectat ad actiuos qui se exercent in operibus misericordiæ, & scopebā spiritum meū. i. mundabam, quod attinet ad pœnitentes per pniam mundantes domum conscientiæ, vel ēt ad prælatos, qui scopa zeli ad salutem subditorū se debent percutere. ¶ Tertio considerātur gradus ſm statū perfectionis & p̄sidentiæ. Dicunt in statu perfectionis esse & clerici & religiosi & epi, sed alio & alio modo, nam clerici dispositiuè, qa tenentur ad continentiam quæ disponit ad perfectionem religiosi tendituè, quia tendunt ad perfectionē, episcopi perfecti, qa. s. sunt vt aliorum perfectiores, sed de religiosis dictum est, & de episcopis est sequens titulus. Restat ergo videre de aliis clericis præcipue curatis, qui ēt sunt in diuersis gradibus constituti. Nam aliqui dicuntur archidiaconi, alii archipresbyteri, aliqui priores quoad ecclesias collegiatas, uel decani seu plebani, quo ēt ad alias. Alii vicarii Vicen. s. tenentes præfatorū, alii primicerii, alii cantores, alii sacristę, hi oēs non sunt proprie & strictè loquendo in statu perfectionis, quāuis largè hoc dicatur de eis. 14. q. 1. §. 1. Nō. n. habent obligationem perpetuam ad curam suam, quia p̄nt sine licentia suorum superiorum deserere curam renunciando, & multo magis religionem intrando. Ex quo ostenditur ſm Tho. in sum. 2. 2. q. 89. ar. vlt. statū religionis esse perfectiorem omni statu curato citra ep̄alem cum ecclesia peinittat tales libere ēt contra voluntatem prælatorū ad religionē transire, ut 19. qō. 2. duæ sunt. Et pōt quilibet in hmōi statibus cōstitutis dicere illud ps. 16. Perfice. i. perfectos fac. gressus meos. i. opera mea quibus itur ad cœlum vel infernum, in semitis tuis. i. obseruatione consiliorū, ut continentię, patientię, & hmōi, quo semitę dicuntur, quia strictiora sunt quam uię latę mandatorū, vt non moueantur vestigia mea. Vestigia sunt exempla derelicta ex operib quæ si leuia & imperfecta sunt cito mouentur. i. remouentur a memoriis hominum, sed sine vestigia perfectorum operum firma manent in mentibus hominum ad imitandum, & per hos gradus cognoscitur Deus a populis. Nūc ergo de horum singulis aliqua annotentur. sit primo de archidiaconis.

¶ Archidiaconus archipresbyter, præpositus, primicerius, sacrista, & custos, & vicarius ordinarius qui non solum est ep̄s, sed ēt & inferior eo. Et de his excepto ultimo non pōt dari certa regula vniuersalis de iurisdictione eorum si hñt vel non, & quantā habeant, & q̄d spectet ad officium eorū. Sed in his statur magis cōsuetudini locorū quam iuri scripto'. Et in aliqb. ecclesiis est solus archidiaconus prima dignitas post ep̄m, in aliis est archipresbyter, & non archidiaconus, & in aliis uterq; in aliquib. est præpositus, non archidiaconus, nec archipresb. & talis vr esse loco archid. uel archipresb. in aliis est primicerius. De quoliber ergo aliqua breuiter. Et primo de archi. dicit. Host. ꝙ archi. in aliquib. ecclesiis hñt officiū in aliqb. hñt iurisdōnē. & quid ptineat ad §. 1.

tale officium habetur, extra de offi. archi. ca. officium, vbi dicitur in textu. Officiū archid. est euangelium quando voluerit legere, vel aliquibus de diaconis præcipere. Et quando episcopus missam canit, ad iussionem eius in duant se leuitæ sacris vestibus qualiter cum pontifice ad missam procedant, & infra omne ecclesiasticum officiū prouidendo lectiones aut responsoria in matrice ecclesia dare debet & auscultare. Et in tantum vt nullus euangelium aut epistolam, responsorium uel quamlibet in ecclesia legat lectionem, vel cātet, donec auscultetur ab eo. Acholitos quoque ipsæ ordinet quis thuribulum deferre q̄ ve minorum in ecclesia officia agere debeat. Vbi dicit glo. super verbo auscultetur, q̄ hoc vī potius pertinere ad officium magistri scholarium. Item glo. super verbo nullus dicit incognitus & nō probatus, ep̄m enim vel alium p̄batū vel auscultabit, notoria enim examinatione nō sunt examinanda, vt extra de fide p̄sby. qm̄ sm Host. Et hæc & multa alia in huiusmodi magis attendunt & seruant ex cōsuetudine q̄ ex iure cōi hoc ēt ponit Isid. di. 25. perlectis. ¶ De iurisdictione aūt archi. tractatur in diuersis locis secundū Ioā. And. in nouel. super d. c. officium. Primo enim Archid. iurgia audit, vt dicitur dist. 25. perlectis, & de offi. archid. ad hæc. Secundo instituit 63. dist. si in plebibus, & eo. tit. cum satis. Tertio pœnas infligit, vt extra de pœnis. c. licet. Quarto priuat beneficiis extra de præbend. referente. Quinto subiectis præcipit obsequia, vt de excess. præla. ad hæc. Sexto perpetuam vicariam & curam, & per consequens iurisdictionē ordinariam habet eod. tit. c. 1. Septimo corrigit, visitat, procurationes recipit, suspendit, excōmunicat, & interdicit eod. titu. mandamus. Sunt autem quædam iura quæ faciunt contra archid. Primo quia non instituit 16. qō. 7. nullus eo. tit. 1. vbi dicitur. Sciat archid. post episcopum se in omnibus esse vicarium &c. Secundo de paruis tantum cognoscit maiora refert, vt eod. tit. ad hæc per quod patet, q̄ est pedaneus paruus, aut nullus iudex, aut delegatus, hæc Io. And. Sed Io. in glo. distin. 25. perlectis, quærens vtrum archid. habeat iurisdictionem ordinariā vel delegatam, arguit ad vtranque partē nec determinat. Et addit Bartho. Brix. mihi videtur, quod solus episcopus in ciuitate sit iudex ordinarius. 7. q. 1. in apibus, nisi secus sit de consuetudine præscripta extra de offi. archid. c. ult. ¶ Aug. autem de Ancha. dicit notandam esse differentiā inter archidiaconum & archipresby. Si enim archidia. eligitur ab vniuersitate & confirmatur per episcopum habet iurisdictionem ordinariam de iure, vt probat dist. 25. perlectis, & eod. titu. & cap. 1. & vlt. Et idem dico de illo qui præficitur collegio vel vniuersitati per episcopum diœcesis ar. dist. 93. legimus. Si autem præficiatur in ecclesia per episcopum maximè vbi sunt plures archi. non credo ipsum habere iurisdictionem ordinariam, sed tantum delegatam. Et tantum poterit exercere quantum episcopus sibi committit. Et sic intelliguntur iura illa 16. quæst. 7. nullus, & eod. titu. cum satis, & hoc nisi plus obtineat de consuetudine præscripta cui semper stabitur, verum de iure communi hic quatuor videntur pertinere ad officium archid. iurgia minorum clericorum examinatio & repræsentatio clericorum ad ordines stellatio siue inductio in possessionem prælatorum & clericorum præficiendorum examinatio, & visitatio parochianorum habentur hæc eod. titu. ad hæc c. 1. Et cum visitare possint legatus archiepiscopus de iure communi & archid. & archipresbyter ex consuetudine, quid faciet presbyter si omnes hi semel in anno declinent ad ecclesiam suam visitandam vtiq; cōsumetur victus eius, sed respondet quod visitans suppleat sumptibus suis, nam de verbis & mente iuris est, quod non grauentur ecclesiæ vltra posse, vt de cen. cum Apostolus. ¶ De cura animarū quoad archid. circa quod summatim dicitur eod. tit. cum satis quod archi. sine mandato episcopi cnram animarum cōmittere non præsumat etiā obtentu alicuius consuetudinis. Io. And. in nouel. super dicto c. ponit triplicem institutionem circa curam. ¶ Prima est auctorizabilis, & hæc ad solum spectant episcopum de excess. præla. c. 3. & de offi. deleg. super eo. Et institutio ista habetur loco institutionis antequā, nec præsentatus, nec is cui collata est ecclesia, administrare debet, vt de præben. cum iam dudum, quod si fecerit episcopus tales remouere debet, vt de præben. cum iam, nisi gratiosè disputauerit. Et hæc est ratio huius iuris, quia cum sine auctoritate episcopi nullus possit intrare vel de relinquere ecclesiam, vt de renunc. admonet. Nec debet quis talibus se ingerere, qui intrat sine auctoritate diœcesani, sed qui vocatus est a domino tanquam Aaron, vt elect. qualiter. Et quilibet debet intrare per ostium quod est Christus, aliàs censetur fur & latro. vt habetur Io. 10. & 1. quæstio. 1. ordinationes. Dicitur autem se ingerere qui intrat sine auctoritate diœcesani, vt de offi. ord. quoniam episcopus

Triplex institutio circa curam animarum.

ſcopus enim eſt Chriſti vicarius. Vnde cõluditur quod qui ſine epiſcopo intrat ſpreto oſtio ideſt Chriſto cuius vicarius eſt epiſcopus beneficium eccleſiaſticum ſibi vſurpat 8.q. 1. qui uos &c. ſe. Et hæc eſt ſumma ratio qua re talis inſtitutio pręſcribi non poteſt. Eſt autem ſecunda inſtitutio corporalis quę ad archid. ſpectat de iure communi & hæc ſequitur auctorizabilem tanquam illius executoriam. ar. de ſen. & re iudi. cum Bertoldus, ibi de conſenſu epiſcopi. Et de hoc habetur eod. tit. ad hæc &c. vt noſtrum. Eſt & tertia inſtitutio quę pro collatione ponitur, & hanc poſſet archid. habere de conſuetudine, vt de inſtitu. c. cum veniſſent. Vnde & confeſſio pro inſtitutione ponitur, de offi. lega. dilectus. Sed licèt conferat archid. recipiens antequã corporali vtatur, ad auctoritatem epiſcopi habet neceſſe recurrere propter rationem ſupradictam & iura allegata, ſecundum Hoſt. Et quamuis glo. ſuper verbo obtentu conſuetudinis, exponat de cõſuetudine non præſcripta quia conſuetudo præſcripta daret archid. poſſe conferre curam animarum. Hoſt. tamẽ reprobat dictam opi. & expoſitionem, & dicit quod nec etiam conſuetudo præſcripta hoc ſibi poteſt dare loquendo ſcilicet de prima inſtitutione ſcilicet auctorizabili, ſecus, de tertia quæ poteſt pręſcribi. Secunda habet de iure communi. Item ſuper verbo curam. Inno. diſtinguendo de cura dicit, quod dupliciter cura dicitur. Vno modo ſtrictè ſic eſt poteſtas ligandi & ſoluendi foro pœnitentiali, & hæc non eſt in prælato qui nõ eſt ſacerdos di. 21. in nouo. Alio modo largè dicitur cura poteſtas eiiciendi & recipiendi in eccleſia & corrigendi exceſſus. diſt. 21. §. Et ſub hac cura eſt excommunicare, uiſitare, corrigere & huiuſmodi, & hanc poſſunt habere archid. & alii inferiores. Sed Hoſt. dicit ſe nõ intelligere hanc diſtinctionem de cura. Non enim poteſtas ligandi & ſoluendi in foro pœnitentiali poteſt dici cura nec ſecundũ ius, quia illud nullo iure cauetur, nec ſecundũ naturalem rationẽ immo omnino aliud eſt cura aliud poteſtas. Multi enim habent illã poteſtatem, qui tamen non habent curam ſicut ſacerdotes non curati qui de licentia vel priuilegio audiunt confeſſiones aliorum. Et econuerſo multi habent cutam qui non habẽt illam poteſtatem, quia non ſunt ſacerdotes. Videtur ergo potius q̃ cura dicatur quędam poteſtas habẽdi aliquos in ſubditos illis conferendo ſacramenta per ſe uel per alium, & alia faciendo quæ pertinent ad ſalutem animarum vt corrigẽdo & huiuſmodi. Et hanc habet archid. & alii prælati curati, etiã ſi non ſint ſacerdotes. Sed abſoluere in foro conſcientiæ & pœnitentiæ nõ poſſunt nec alia ſacramẽta conferre p ſe, ex quo nõ ſunt ſacerdotes, ſed poſſunt hoc aliis cõmittere qui ſunt ſacerdotes. Item in c. archid. eod. tit. dicit. Io. And. poſt. Inno. qđ ius cõmune ẽ qđ archid. & oẽs prælati iuriſdictionẽ habentes ab epiſcopis ex collatione uel confirmatione officiorum uel dignitatũ ad quas aſſumuntur ſunt iudices ordinarii, & poſſunt excommunicare 11. q. nemo, & hoc niſi ſint mulieres, de pœ. & re. noua, & quod dicitur in hoc c. archidia. ſcilicet quod non poteſt excommunicare, intelligitur vbi eſt contraria conſuetudo quæ dat iuriſdictionem, vel quia nõ poſſunt excõmunicare cũ ſolemnitate illa quę habetur 11. q. 2. debent, quia illud eſt epiſcopi ſolum. Dicit enim qđ prælati qui habent iuriſdictionẽ tantum a collegiis vel aliis quam epiſcopis excommunicare non poſſunt, licèt alias iuriſdictionem habeant quia poteſtatem excommunicandi concedere non pót niſi epiſcopus 14. q. 3. corripiantur, niſi collegiũ eligeret auctoritate epiſcopi, uel ab eo confirmaretur ut dictum eſt. Sciendũ tamen qđ prælati religioſorum præcipue exemptorum cum habeant auctoritatem ſeu iuriſdictionem quaſi epiſcopalem in ſubditos ſuos tales poſſunt excommunicare ſubditos ſuos ex auctoritate ſuorũ priuilegiorũ a ſede apoſtolica eis conceſſorũ.

Cura dupliciter dicit.

¶ Quod archidiaconi habent examinare pro §. 2.
mouendos ad ordines & præficiendos in eccleſiis in c. ad hæc eo. tit. Vbi dicit Io. An. qđ ex hoc patet qđ nec beneficia nec ordines cõferri debent, niſi fiat diligens examinatio. Et dicit Hoſt. quod archid. hoc faciet ſcilicet examinare niſi ſibi ex cauſa ab epiſcopo iterdicatur, poterit etiam epiſcopus & alios adiungere qui ſcilicet ſimul cum archidiacono examinent ſicut & iterum examinare. Et dicit glo. quod ſi promoueat indignum, quamuis uideatur epiſcopus non puniendus in promouendo indignum, ſed archid. qui examinat & repræſentat epiſcopo indignum argu. diſt. 54. ſi ſeruus, tamen non ſic eſt, quia tenetur de facto eius qui examinat cum mãdato eius fiat. Niſi forte examinator talis ſit qui ſcit veriſimiliter ipſum mentiri, vt de pig. ſignificante. Sic ẽt dicũt Inno. & Hoſt. qđ ſi cõmunis opinio ſit de bonitate archidiaconi excuſetur epiſcopus. Idem videtur dicẽdũ qñ nõ per archidiaconũ, ſed per alios conſueuit fieri examinatio, & uidet intelligendũ nõ de

bonitate ſimpliciter.ſ.vitæ, ſed de bonitate id eſt idoneitate ad talē examinationem vt ſciat in quib.ſit examinādus, & fideliter id agat,& ſi aliqs ordinat ſine titulo, dicit glo. q̄ tenebit ei prouidere, ſ.de victu ſi ex ſe nō habeat examinator qui præſentabit eū, q̄ ſi non eſſet ſoluendo,tunc tenebitur ei epiſcopus ne contingat eum mendicare in opprobrium ordinis clericalis debebat enim prius videre epiſcopus ſaltē quis,a quo, & ad quē titulū præſentaretur,de æta. & qualit.ordi. accepimus.Sed ſi archidiaconus fecit aliquē ſcribi ad titulum ſui patrimonij ordinādum & apparet illum non habere patrimoniū uel minus ſufficiens ſi archidiaconus fecit hoc ſciēter,agetur primo cōtra eū qui fuit in dolo,ſecundo contra epiſcopum qui fuit in culpa,quia dolus præponderat culpę.ff. ad legē Aquil.Item ſi obſtetrix. ¶Nec obſt.exceptio de dolo.ordinati.ad cuius inſtantiam factum eſt.Hoſt.tamen placet,quod imputetur illi q̄ mentitus eſt,& ideò ipſæ ſibi quærat victum diſt.91.c.clericus.Et ſuper hoc ſubtrahēt materia multis decipiendi qui mentiendo facerent,ſe ordinari, ut ab ipſis ſuſtentarentē ordinatore vel examinatore.Illi vero qui faciunt ſe promoueri ad titulum paupertatis ſuæ vt mendicantes illam ſequātur.¶In eodem ca. ad hęc dicitur quod decani rurales de cōſenſu archidiaconi per eōm inſtitui, & deſtitui dñt.Vbi dicit Ioan.An.q̄ melius eſt ut intelligatur hoc ſm̄ conſuetudinem Francię, vbi inſtituuntur per epiſcopum & archi. tales decani & exequenda quædam officia eis communia,& inſtituuntur ad tempus. ERgo ubi non eſt talis conſuetudo, hoc non vendicat ſibi locum ſecundum Innoc.q̄ ſi non poſſent concordare,ſ.epiſcopus & archidiaconus in inſtitutione vel deſtitutione alicuius nil agitur cum vnus nō poſſit ſine altero. de offi.de lega.c.cauſam niſi conſuetudo haberet contrarium. Alii dicūt nominatum ab epiſcopo habere locum cum auctoritas eius ſit principalis,& archidiaconi ſit qualis uicaria.In ca. ſignificaſti ſummatim dicitur,q̄ archidiaconus non dat literas commendaticias ad ordines ſuſcipiendos quod intelligit glo.cum epiſcopus eſt præſens,ſ.in dioeceſi nam ſi eſt abſens & neceſſitas vel utilitas ſuadeat ordinādorum poterit eos aliis epiſcopis prę ſentare, & ſic litteras dare commendaticias, quia eo abſente ſupplet uices eius,eo.tit.c.1. Dicit ēt Hoſtienſis,quod generalis uicarius q̄ epiſcopi cui aliquis de ſpecialibus caſibus commiſſus eſt cū clauſula generali,hoc poſſet, ut de offi.vicar.c.2.lib.6.Sed impræſentia epiſcopi qui ſic generaliter commiſit ſine ipſius cō ſcientia,non debet hoc expedire, de offi. dele.uolentes.

¶*De archipræsbyteris. Cap. 7.*

DE officio archipræsbyteri Archipræsbyter ſciat ſe ſubiici archid.& eius præceptis ſicut ſui epiſcopi obedire de offi. archipſbyteri,ca.1.Vbi dicit glo. quod quāuis archipræsbyter ſit maior archidiacono ordine,qa ille præsbyter,iſtæ archidiaconus, tamē adminiſtratione ſeu dignitate archid.eſt maior vnde & ei ſubiicitur,ut patet in iſto capi.vbi dicit Ioann.An.in nouell.poſt Inn.quod hoc eſt verum archipræsbyterū ſubeſſe arch. ubi ſic eſt de conſuetudine & in his quæ ſpectāt ad officium archidia.de iuro vel conſuetudine.In aliquibus autem eccleſiis vbi non eſt archid.ſed archipræsbyter,vel præpoſitus tātum loco archipręsbyteri,tunc archipræsbyterum talē vel præpoſitum ultra ea quæ ſunt ſui officii,de quibus dicetur in ſequenti.§. pertinent etiam ad eum quæ dicuntur de archidiacono prout habet conſuetudo loci quę in huiuſmodi dat iuriſdictionem, quamuis non ita expreſsè habeatur de iuriſditione archipræsbyteri ſicut de archid.

¶Quod archidiaconus non habeat iuriſdictionē niſi de conſuetudine,multa ponit pro & contra.Ioān.An.in nouell.ſuper c.dilecto, de offic.archid.demum ſic dicit.Not. ſecundum.Hoſtien.quod quædam ſunt ordinis epiſcopalis, quędam epiſcopalis auctoritatis, qnædam ſimplicis epiſcopalis iuriſdictionis quædam certi officij.¶Et prima quæ ſcilicet ſunt epiſcopalis ordinis, ut ordinare conſecrare,conciliare,dedicare,chriſmate & ſimi lia quæ colligi poſſunt. extra de elect.in cap. quod ſicut,non poteſt aliquis inferior epiſcopo acquirere etiam obtentu alicuius conſuetudinis.diſtinctione ſexageſimaocta ua. quāuis licet aliqui aliqua ex his exerceant, vel quia a iure hoc conceditur ut abbatibus, de æta.& qualita.cum contingat,vel ex conſuetudine approbata p papam, ſicut notatur de prębyteris cardinalibus de negl.prælat.ca.1. vel papæ priuilegio.vt diſt.95.peruenit, ſed inferior papa huiuſmodi minori,ideſt, non epiſcopo.delegare non poteſt. Quædam vero ſunt epiſcopalis auctoritatis,ſicut cauſas criminales vel matrimoniales audire,non dicit ſentētias dare ut uitet oppoſitionem, de qua habetur de electio.tranſmiſſam , indulgentias concedere , & quoad exercitum adminiſtrationis eccleſiaſtici beneficii inſti- §.1.

tuere

tuere & deſtituere & ſimilia, de quibus not. de offic. archid. ad hæc, & ſi qua poſſunt alia reperiri quę epiſcopus ad tempus committere poſſit, vt notatur de offic. archi. ſignificaſti. In perpetuum vero a ſubiecto contra epiſcopum non poſſunt acquiri niſi per papæ priuilegium, vel conceſſionem epiſcopi cum præſcriptione ſecuta, & ſic intellige de exceſ. prę lato. accedentibus vel ex ſententia arbitrii ſeu alia conuentione prę ſcriptione firmata, extra de prę ſcri. cum olim, & ſecundum hoc ſine calumnia poſſet intelligi de auctorizabili inſtitutione, extra de inſti. cum veniſſent, alias conſuetudo non prodeſt ſecundum no tata, de offi. archi. cum ſatis. ¶ Quędam ſunt ſimplicis iuriſdictionis, ſicut viſitare, corrigere, coercere modica coertione cauſas minores audire & terminare, & quædam alia quæ in diuerſis cap. habentur. Et in his putat Archid. quoad parochiales eccleſias, & minores titulos eſſe vicarium epiſcopi, de offic. archid. ad hęc, vbi papa de iure requiſitus de iure reſpondit maiorem autem confirmationem exercere non debet inconſulto epiſcopo, niſi plus acquiratur, de elec. dudum. Nec ipſa vicaria extenditur ad maiores titulos, vt abbatiæ, & conuentualis eccleſiæ, niſi per conſuetudinem hoc acquirat, ut de offic. archi. dilecto. Caueat ergo epiſcopus ne hac uicaria permittat archidiaconum tanto tempore vti quod conſuetudinis præſcriptio ſit completa argumen. de elec. cumana. Interim enim poteſt ipſum, & in his quandocunque vult cū ſit eius vicarius prohibere. ¶ Quædam vero ſunt certi officii, ex quibus & quoad abbates & alios aliqua de iure communi ad archid. pertinent de quibus in cap. ad hoc de offi. archid. Hęc Ioan. And. Et de archipresbytero etiam dici poſſent quæ de archid. quādo hoc habet conſuetudo præſcripta, & non eſt ibi archidiaconus in tali eccleſia. Notat etiā ibi Ioan. And. quod ubi conſuetudo eſt iuri contraria uel eccleſiis oneroſa, non eſt extendenda, vt de conſuetu. c. 1. neque ad alia iura, ut de præſcrip. auditis, neque ad alias eccleſias, vel perſonas. 12. diſt. omnia. Si uero conſuetudo ſit laudabilis & rationalis & ſuper re cōceſſibili quale eſt illud quod archidiaconus habeat iuriſdictionem in monaſteriis, & quæ a iure non reprobatur talis conſuetudo eſt toleranda, immo ſeruanda & extendenda ad alias eccleſias non dico ad alia iura diſtinct. 11. in his, & extra de cenſi. ſopite. Et hoc intelligas ſi maior pars eccleſiarum, uel perſonarum eiuſdem hoc ſeruet quod non ſolum de eccleſiis illius diœceſis, ſed & eiuſdē prouinciæ eſt ſentiendum adeo quod ſi certū ſit aliquam eccleſiam illam conſuetudinem nō ſeruaſſe cogi poteſt ad eam ſeruandam, in poſterum, quod eſt verum, q̄ poſſunt cogi, niſi habeant contrariam certam laudabilem conſuetudinem præſcriptam, vt de conſue. c. ſi & diſt. 12. illud, vel niſi illi pro ea aliam conſuetudinem habeant diſt. 12. illa. Alii tamen aliter dicunt, quæ ibi potes videre.

¶ De officio archipresbyteri in vrbe ſic dicitur eod. tit. Officium archipresbyteri conſtat quando ibi præſul defuerit vice eius officiū inchoare, benedictiones presbyterales in eccleſia dare, miſſam quando voluerit cantare, vel cui de ſacerdotibus iuſſerit. Quando vero epiſcopus miſſam canit, debet præcipere ſacerdotibus, vt induant ſe ſacerdotalibus veſtibus ſacris, & qualiter ad miſſam procedāt, debet enim præcipere cuſtodi eccleſię, ut in ſacrario euchariſtia Chriſti propter infirmos non deſit, debet infirmis prouidere, & prouidendo præcipere ſacerdotibus, ne forte ſine confeſſione & cōmunicatione corporis Chriſti & ſanguinis moriantur. Confeſſiones eorom qui a foris veniunt recipere cum omnibus ſacerdotibus, & exinde per prouiſionem pontificis magnam illis debet adhibere curā, ad Chriſtianos quoque faciendos & baptizādos infantes, & ad ſuccurrendum omnia a ſacerdotibus per iuſſionem illius fiant. Hæc Leo papa de offi. archipresbyteri. De his etiā habetur diſt. 25. perlectis circa fi. Et dicit ibi glo. ſuper uerbo, ſine confeſſione, quod ſi culpa uel negligentia presbyteri moriatur infirmus ſine confeſſione, reus erit animæ illius. 26. q. 6. ſi presbyter. Item ſuper verbo a foris veniunt dicit, ideſt extra ciuitatem. Et eſt argu. quod quilibet de epiſcopatu poteſt ſacramenta recipere in maiori eccleſia quod uerū eſt ar. diſt. 50. in capite, quod autem dicitur de pę. diſt. 6. placuit quod epiſcopus non debet recipere parochianum alterius epiſcopi non eſt contra, quia non recipit parochianum alterius: ſed ſuum, quia omnes de diœceſi poſſunt recurrere ad archipresbyterū maioris eccleſię, ut hic dicitur ſuper verbo cū omnibus ſacerdotibus dicit Io. An. ideſt & omnium ſacerdotū, quia & ipſi ſacerdotes archipresbytero cōfiteri debent ſm Inno. uel ſm Hoſt. hoc intendit, q̄ ſi propter multitudiuē nō ſufficit archipresbyter ad confeſſiones audiendas, aliis ſacerdotibus cōmittit ad hoc c. 1 eo. tit. Et no. ſm eū, q̄ ubi is qui curā habet nō ſufficit ad ſacerdotalia exequenda aliis ſacerdo- §. 2.

tibus committit, quod est verum vbi necessitas imminet, vbi scilicet, nec per se sufficit, quo casu committere poterit, exinde Innoc. ideſt postquam confessionem audierit, vel de ipsis peccatoribus, secundum Host. sed Inno. exponit de peregrinis & sacerdotibus. Peregrini enim plus cæteris indigent, quia ibi non habent notos. De sacramentis confunderetur ecclesia si sine sacramentis decederent. Notat etiam hic Host. quemlibet habere tres qui præsunt animæ suæ, papam cum suis vicariis, vt legatis pœnitentiariis curiæ priuilegiatis in hoc, vt mendicantibus: sed cū certa forma, episcopum cum ciuitatem si archipresbytero in hoc eius vicario & curatum de pœn. & re. omnis. Dicit tamen quod sine spirituali commissione episcopi archipresbyter in casibus reseruatis episcopo non absoluet, quòd verum credit Io. And. de pœ. & re. c. si episcopus lib. 6. Item dicit Io. And. super c. ministerium eod. tit. Nota vicarium posse dare vicarium quod in voluntaria iurisdictione locū habet, & contentiosa non, nec in delegatis locum habet, nisi sint dati a principe, vt de offic. delegat. super quæstionum Goffi. Dicit etiā Ioan. And. quòd solemniter pœnitentes sunt infames, vnde & ordinari non possunt, & hoc non accidit ratione pœnitentiæ, sed ratione criminis publicari, per pœnitentiam, alias si crimen sit occultum &, pœnitentia occulta non infamat, sed reuocat & emendat dis. 50. ferrum. Infamatur, ergo talis, tum quia publicè verberatur quandoque nudus incedens, tum quia crimen suum per sententiam pœnitentiæ publicauit 3. quæstio. 7. §. porro, alias si sententia nō præcedat, solus ictus fustium non infamat. Et per hoc patet eos errare, qui iudicant infamem, qui ex deuotione suscipiunt officium publicæ pœnitentiæ.

§. 3. ¶De archipresbytero rurali, sic dicitur eod. tit. c. fi. Vt singulæ plebes archipresbyterum habeant per assiduam erga populum Dei curam, qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerat, verumetiam presbyterorum, qui per minores titulos, ideſt ecclesias habitant, vitam iugi circumspectione custodiat, qua vnusquisque industria diuinum opus exerceat, episcopo suo renunciet. Nec obtendat episcopus non ægere plebem archipresbytero, cum ipsæ eam gubernare valeat, quia etsi valde idoneus sit, decet tamen, vt sua onera patiatur. Et sicut ipsæ matrici præest ecclesiæ, ita archipresbyteri præsint plebibus, vt in nullo titubet ecclesiastica sollicitudo. Cuncta tamen ad episcopum referant, nec aliquid contra eius decretum ordinare præsumant. Hæc ibi ex synodo Rauennate, vbi dicit glo. quod cap. præcedens loquitur de archipresbytero ciuitatis istud autem de archipresbytero rurali, quia in Tuscia communiter dicitur plebanus, alibi decanus, glo. super istud, sicut istud non notat omnimodam similitudinem, sed aliqualem, quia aliter præest episcopus subditis, & cum alia potestate quam archipresbyter glo. super illud ad episcopum referant præter minora quæ ipsi archipresbyteri determinare possunt cum habeant ordinariam iurisdictionē, vt de offic. ordi. cum ab ecclesiarum. Vtrum autem tales archipresbyteri seu plebani habeant auctoritatem instituendi seu confirmādi præsentatos a patronis in ecclesiis quę sunt sub suo plebanatu. Certum est quod de iure communi non possunt, secus ex consuetudine præscripta, sicut accidit in archiepiscopatu Florentino, qui per accumulationē hoc possunt, vterque enim & archiepiscopus, & archipresbyter ruralis seu plebanus potest confirmare præsentatum sibi, & ad quem primo recurritur, ille expedit. Cum autem a plebano confirmatur quis in ecclesia curata, vtrum requiretur commissio specialis quoad curam populi per episcopum, vide supra in cap. de cura.

¶De primicerio seu cantore. Cap. 8.

DE officio primicerii, qui & cantor dicitur secundum Hostien. vt primicerius sciat se esse sub archidiacono, sicut & archipresbytero, & ad eius curam specialiter pertinere, vt præsit in docendo diaconis, vel reliquis gradibus ecclesiasticis in ordine positis, vt ipsę disciplinæ & custodiæ insistat, sicut pro animabus eorum est rationem redditurus coram Deo, vt & ipsæ diaconibus donet lectiones ad nocturna officia, & de singulis studiū habeat, vt in quacunque te capacem sensum habens, absque vlla vacet negligentia, aut a quo ipsæ iusserit, de offi. primi c. vt primicerius glo. supple statuimus glo. super verbo diaconis non est contra quod dictum est supra de offic. archi. cap. officium, quia ista c. loquuntur secundum diuersas consuetudines ecclesiarum uariarum quę in huiusmodi seruandæ sunt. In aliqua enim hoc facit archi. in alia primicerius, vel potest dici, quod si habetur de primicerio, quod hoc ipsæ primicerius facit ad mandatum archi. vel vt vicarius eius, & similiter de committendo lectiones

ctiones in choro & alia huiusmodi ſtandum eſt conſuetudini eccleſię quis illa faciat archidiaconus vel primicerius vel alius, glo. ad eius curam ex hoc verbo,& ex illo pro animabus uidetur quod primicerius iuriſdictionem habeat,per hoc tamen non excludi tur iuriſdictio archid.rationem redditurus. Hoſtien.ſi non mouerit vel inſtruxerit ſubditos, vel ſi non punierit delinquentes, vel epiſcopo denunciauerit habet enim ordinariam iuriſdictionem in his quę ſibi commiſſa ſunt,de offi.or.c.ab eccleſiarum, ſecundum Innoc.quod dicit Hoſtien.verum eſſe de conſuetudine,nam de iure ſcripto non inuenitur quod talis habeat coertionem,immo conſiſtit officium ſuum circa diſciplinā ideſt doctrinam & cuſtodiam & circa officia quæritur & negligentia obligatur, capacem ſenſum ideſt multa recipientem & retinentem, iacet ideſt intendat uel operam det, hi autem ſe debent habere, ut uno deficiente alter immediator in dignitate ſuppleat epiſcopo archid.in his quæ poteſt,archidiacono archipræsbyter & ſic de aliis, niſi ſit alia conſuetudo in contrarium. Et dicitur primicerius quaſi primus in cantu vel primus in choro qui cum abſens eſt eius officium ſupplebit qui ei lege uel eruditione proximus eſt, de quo etiam Iſid.diſtin.25.perlectis . Et nota quod cantores in templo domini primum inſtituit Dauid, qui ex filii Aaron ſcilicet Eleazar & Ythamar elegit deputādos ad hoc officium . Et ſexdecim familias elegit ex Eleazar deſcendentes,& octo ex Ythamar ortas, & qualibet Hebdomada per ſortem trahebantur qui miniſtrare debebant in tēplo domini ad laudem domini ideſt quæ familia, in qua familia unus erat principalis, qui dicebatur princeps ſacerdotum , & ſecum habebat quilibet horum 12.in adiutorium , ut habetur in 1.Paral.23.& 24.ca. vnde & de Zacharia patre Ioannis Baptiſtæ legitur Luc. 1.quod erat de uice Abia quę erat illis familiis 24.& ſorte exiit,ut incenſum poneret ſcilicet in templo , in ſancta ſanctorum ut ſummus ſacerdos.

§.1. ¶De officio cantoris dicit Iſido.lib. etymo. & habetur diſtinctione 21.cap.cleros . Cantor uocatus eſt qui uocem modulatur in cantu.Huius duo genera dicuntur in arte muſica præcentor & ſuccentor.Præcentor qui uocem præmittit in cantu.Succentor qui ſubſequenter canendo reſpondet. Concentor autem qui conſonat,qui autem non conſonat nec concinit nec concentor erit , & diſtinctione 25.perlectis dicit , quod ad primicerium qui alias cantor dicitur pertinet ordo & modus pſallendi in choro pro ſolemnitate & tempore & matriculas facere ſcilicet pro officii faciendis in eccleſia . Et quamuis pauca habeantur in iure de modo agendi ſe in huiuſmodi officio,multa tamen ponit magiſter Vmb.in lib.de offic.ordi. quæ conueniunt tali officio.Vnde aliqua ponemus etſi neminem ſub peccato obligent.Et vbi etiam in aliqua eccleſia eſſet aliqua conſuetudo in contrarium non dico abuſio uel corruptela, ſed conſuetudo quę appareat rationabilis il la ſeruanda eſt diſt.12.de his.Officium cantoris eſt dare operam,ut totum officium bene correctum habeatur in eccleſia. Pertinet ad eum libros eccleſiaſticos ſcilicet quorum eſt vſus in diuinis officiis corrigere diligenter in cantu ſeu nota in verbis ſeu punctuationibus & accentibus & huiuſmodi,vel per ſe ſi ſcit,vel per alium ſi neſcit, libros ipſos mundos tenere & aptatos in cooperturis & ligaturis & malè tractātes reprehendere, vel apud maiores accuſare,rubricas quæ officium pro tempore ordinant, ſępe videre & menti habere & procurare quod habeatur armarium,quo in quo libri de choro reponant cum eis non eſt opus, libellos proceſſionales cum habentur operari fratribus in choro diſtribuere,& quando occurrunt aliqua officia difficilia ad cantandum congregare iuuenes & minus doctos, ut prouideant ne fiat confeſſio in officio in legendo vel cantando vel cerimonias ſeruando. Notare per tabulam vel alium modū qui faciant hebdomadariam & miniſtrātes in altari & ſine acceptione perſonarū ſcribat ad officia quoſcunque.Tales tñ q poſſunt & ſciāt ea apte facere & multomagis in feſtis,qñ magis populuſcō currit ad officia & ita q̄ aliq nō nimis grauē tur & in aliis nimis parcat in officii,ſed æqualitas ꝓportionalis ſeruetur,& cū tenet ad aliqđ officiū & nō pōt illud exercere,debet alteri cōmittere vel cātori notificare ut poſſit de altero hora cōgrua ꝓuideri. Cātor debet manere in choro dextro & in prima ſede inferioris chori.Pōt tñ cū oportuerit mutare ſedē ꝓ exercitio aptiori officij ſui,& aliqñ ēt ad chorū miniſtrū accedere In officijs ſolēnibus feſtorū in medio chori debet incipere cū ſuccentore uel ſine ſm morē patrię.Et diſcurrere cū expedit ꝓ chorū ad excitandū fratres ad cantādū vel reprimendū diſcordātes . De nouo ueniētes in ſedibus congruis collocare ſm gradū ſuum,digniores pſonas ponētes ſe

Officiū cātoris.

in loco abiectiori trahere ad locum honorabiliorem & superiorem. Et econtra abiectiores se ponentes in sedibus dignioribus ad loca humiliora reuocare (vrbanè tamē.) Ad ipsum spectat operam dare, vt cantantes vel legentes in choro concordent in pausis in inchoatione & terminatione & nota & protractiōe & mittere aliquos de vno choro ad aliū secundum quod est necessarium pro tempore. Ad cātorem spectat nouos sacerdotes instruere circa missas, & de adiutore vel instructore eis prouidere, quousq; sufficienter sint edocti. Et similiter alios de nouo ordinatos in diuersis ordinibus ut in cantu & cerimoniis seruent quod scriptum est vel consuetudine discrepent ab alijs quod frequenter accidit circa cerimonialia, & cum episcopus celebrat quod tales ponantur ad officia in seruiendo ei qui decenter & ordinate faciant q̄ fieri oportet. Et cum fuerint dicendæ aliquæ orationes speciales vltra notatas, ut pro pace uel infirmis, vel aliquę Missæ uotiuę vel anniuersaria ipsę vel sacristæ secundum quod magis consueuit notificet hebdomadario vel aliis sacerdotibus qui habent hæc dicere uadat etiam ad sacristiam vel mittat aliquē ad uidendum, si sunt parati ministri ad sollicitādum eos, ne chorus habeat expectare. Debet esse assiduus in choro & precipue cum hebdomadaria est ex choro dextro quem potissime habet dirigere. Primus ergo chorum intret & vltimus exeat, nisi necessitas vel aliud vrgeat. Excitet dormientes, inciter torpentes ad psallendum & cantandum, aliquando uocet ad librum præcipue in festis, vt minus erret, antiphonas inīūgat inchoandas in choro suo, prout videbitur vel secundum cōsuetum a superioribus vel inferioribus inchoando, vt vnicuique seruetur honor suus. Ad ipsum pertinet intonare psalmos & resumere antiphonas voce tali vt alii possint æque seruare vocem & aliquando exaltare quādo nimis diicitur. Debet etiam prouidere q̄ omnes uadant ordinate, & quod qui facit officiū habeat librum necessarium & rectificare eū, & omnes alios in his quę agenda sunt uel dicenda. Eius correctiones omnes sequi debēt etiam si erret, dummodo non sit error intolerabilis & obedire ei in his quæ pertinent ad officium eius. Officium succentoris est respicere diligenter quæ dicta sunt de officio cātoris, & sollicitare cantorem de prædictis & diligēter iuuare eum, studere in officio diligenter, & menti habere & rubricas ordinantes officium, stare in choro sinistro & mutare sedem ratione officij in choro suo cum voluerit. Ipsius interest cum hebdomada fuerit ex parte chori sui facere officium & exequi diligenter & quæ dicta sunt de officio cantoris, inquantum pertinet ad chorum & septimanā suam hoc excepto quod correctiones & directiones in officio non pertinent ad eum super totum chorum ecclesiæ illius, sed solum supra chorum suum nisi tempore hebdomadæ suæ præter intollerabiles errores quos sē per corrigere potest. Item ad ipsum pertinet acquiescere cantori in dubijs etiam si male corrigat vel dicat non debet ei contradicere in choro ad vitandum contentiones in eo. Et quando cantor præsens non est debet supplere in omnibus uices eius & econuerso cantor uices succētoris absentis. Verum (ut dictum est) in huiusmodi attendenda est cōsuetudo antiqua in ecclesiis circa ista vel alia seruanda dummodo non sit irrationabilis dis. 8. frustra. & di. 11. in his.

¶ De officio sacristæ & custodis. Cap. 9.

DE officio Sacristæ & custodis ex concilio Toletano sic habetur ut sciat sacrista se subiectum esse archidiacono, & ad eius curā pertinere custodiam sacrorum vasorum, vestimētorum ecclesiasticorum, seu totius thesauri ecclesiastici, necnon quæ ad luminaria pertinent siue in oleo siue in cera, de offi. sacristæ, cap. vnico gl. super verbo ut sciat supplestatuimus vasorum sacrorum. Secundo post. archi. ne sit contra de offi. arch. c. ea. quæ vel ibi ex consuetudine ipsæ, solus sacrista custodit, & idem dicendum de cera & oleo, scilicet ut fiat secūdum consuetudinem ecclesię quoad custodiam & prouisionem eorum. Curam, ideſt, sollicitudinem & officium, nā de animabus curam non habet. Cera alias sera ideſt, quæ sub clauibus clauduntur hunc Isidor. distinctione 25. capitu. perlectis. uocat thesaurarium & quid ad eum spectat, declarat ibi, & quia custos est quasi minister sacristæ, ideo Isidor. in dicto cap. perlectis vbi ponit prædicta officia varia, nō curauit de custode facere mentionem, sed in decretalibus ponitur specialis titulus de officio sacristę, & de officio custodis, sed de vtroque in hoc capitulo ponemus.

¶ De custode ecclesiæ qui (vt dictū est) quasi minister est sacristæ, sic dicitur. Custos ecclesiæ cui ea quæ competit ecclesiæ custodienda committuntur, oportet ut sui archidiaconi iussioni in cunctis obediat. In canonicis §. 1.

horis

horis signa tintinabulorum pulsanda ad iussionem archidiaconi ab eo pulsentur. Pallia vel inteamina altaris seu cuncta utensilia ecclesię indesinenter custodiat lampades & lucernas in accedendo siue extinguendo perui gil existat, vt ne supra modum lucendo oleum depereat aut minus lucēdo obscuriot fiat ecclesia. Sed omnia cum discretione agantur quæ noscitut omnium esse mater virtutum. Si vero minus idoneus sis ad hoc peragendum extiterit ab archidiacono coercea tur ut se emendet. Si autem indomitus permanserit archidiaconus episcopo nunciando prouideat, ut indecenter erecto aptus in domo domini constituatur minister, ut omnia in laudem domini ficant, ex li.ro.ordi.de offi.custo. & in capitu. secundo dicitur. Custos sollicitus esse debet de omni ornamento ecclesiæ & luminarii & incenso. Necnon panem & vinum in omni tempore præparatū ad Missam habere debet, & omnes oblationes seu eleemosynas seu decimas cum consensu archidiaconi absente episcopo diuidat, hæc ibi. Super verbo utensilia debet custodire supple sub archidiacono & sacrista, ne sit contra quod supra dictum est de offic. archid.ea quæ. Vasa enim aurea & argentea, & vestimenta præciosa secundum Hostiens. magis pertinent ad custodiam sacristæ. Vnde & thesaurarius ab Isidor. dicitur, & hoc seruandum secundum ecclesiæ consuetudinem vt ab isto vel illo, scilicet archidiacono vel sacrista vel custode custodiantur. Super verbo indomitus dicit Innocen. Ex quo incorrigibilis est sine accusatore remoueri potest, quia notorium est ipsius crimen vndecima quę. prima. si quis sacerdotum. Et dicit Innocen. de offic. archidiaco. ea quæ. quod ad officiū archidiaconi spectat ut diligētem curam habeat super omnes inferiores prælatos ecclesiarum, qualiter hæc custodiant, scilicet præciosa ecclesię, alias si reperiatur negligens obligatur, nisi ipsum excuset contraria consuetudo secundum Hostien. sicut communiter accidit. Qui autē habet istam communiter custodiam caueat cui committit, tenetur enim de fraude & offensa illius cui committit, vt hic patet. Et tenetur prælatus secundum Innoc. non solum de Leui culpa, sed etiam de leuissima, nec mirum, quia qui precium recipit pro custodia, tenetur de leuissima. Sed prælatus habens hoc officium plusquam precium recipit cum plus sit habere dignitatem quam precium vel secundum eum intelligitur hoc de uasis & huiusmodi, quæ non erāt deposita, sed pignori obligatā vel alio modo accepta ab ecclesia vel episcopo & apud archidiaconum commendata. Quæ pertineant ad officium sacristæ & custodis secundū quā dam decentiam magisquam secundum iura. ponit magister Vmb. in lib. de offic. ordinarij fratrum prædicatorum quorum quam plura nō solum ad religiosos sed etiam ad clericos seculares sunt conuenientia. Primo pertinet ad eum tenere ecclesiam mundam. Vnde sæpe debet eā scopare per se vel per alios. Et quā to locus est sacratior tanto debet esse mūdior a pulueribus & araneis & huiusmodi. Vnde altare per maxime, ex inde chorus demū nauis ecclesiæ inferior ac etiam cimiterium. Cura habere de reparandis tectis, vt tollātur stillicidia ad obuiandum ruinis ecclesiæ. De seris & clauibus locorum & de ecclesia tempore cōgruo aperienda & claudenda. Signa cāpanarū pro missa vel prædicationis vel horis vel ad processiones & funera secundum consuetudinē ipsius ecclesiæ facere debet. Et qñ fiunt plura signa ut ad matutinum & ad vesperas decet ut primum sit breue, & ultimum prolixius vt ad fine ipsius vltimi possint conuenire clerici etiam remoti ab ecclesia, & distantia competens interipsa signa fiat. Quahora etiam diei dicantur singulæ horæ stādū est cōsuetudini ecclesiæ, ita tñ q̄ non uariet sine vrgēti causa, modo cito. modo tarde pulsando ad horas quascūque. Vnde & si potest cōgruū est habere horologium bene ordinatum & verax. De cereis habendis circa altare in missis, matutinis, & vesperis debet prouidere congruenter & de lumine accenso ante sacramētū eucharistiæ. Debet ēt attendere q̄ hostie pulchræ cū pixidibus decētibus habeantur pro sacramento de munda farina triticea & uinum purum & sanum in aptis amphoris mundis, & aqua recens, Calices apti, & libri necessarii cum exterioriis sepæ mutādis & per subdiaconum lauandis. Pallę etiam altaris & tobaleæ mundę habeantur & bndictę tres ad minus & multo magis corporalia immaculata. Cauere debet hostiæ paruæ confectæ q̄ conseruantur pro infirmis ꝓpter humiditatē mucidæ fiant vel ꝓp calorē æstium vermes seu tineæ generentur, vnde & sępe eas debet mutare de quindena in quindinā, vel circa. De aqua ēt pro lauādis manibus in sacrista & linteaminibus ad extergendum, & naritergiis in missis & patella ignis in hyme debet prouidere. Diligentiam debet habere qđ locus honestus & decentis pulchritudinis super altare vel iuxta altare maius habeatur

in

in quo corpus domini in pixide honesta & ornata sub claue seruetur, & similiter alia sacramẽta, ut oleum sanctum & chrisma in ecclesijs baptismalibus in debitis vasis sub clãui teneantur ac etiam baptisterium. Et cum episcopus ibi vellet facere ordinationes vel benedictiones vel consecrationes abbatũ vel episcoporum vel ecclesiæ vel altarium prouideantur necessaria de cõsilio capellani. episcopi ut habeantur hæc in promptu & in officijs funerum in signis campanarum consuetis fossis & cereis & facientibus officium præparatis cũ stola pluuiali, thuribulo, aqua benedicta, cãdelis & huiusmodi secundum morem patriæ. De indumentis quoque seu casulis dalmaticis & tunicellis & aliis ornamẽtis tam ministrorum quam altariũ debet attẽdere diligenter qđ sint decẽtia, non dissuta non dilacerata non deturpata, varia, si fieri potest secundum tempora. Nam in solemnitatibus magis pulchra quam diebus communibus. Et secundum festorum varietatem sic diuersi coloris vestibus ministri vtantur, si habeatur puta rubeis in festis martyrum & apostolorũ & penthecostes, albis in festis virginis Mariæ & sanctarum virginum, angelorum, natiuitatis Christi, resurrectionis & ascensionis, viridibus & croceis in festis confessorum & huiusmodi, violatis vel nigris in officijs mortuorum & dominicis aduentus, & 40. Et dum uetustate consumpta sunt aliqua ex eis comburi debent sicut etiam chrisma & oleum sanctum anni præcedentis & capilli abscissi a recipientibus primam tonsuram & alia pertinentia ad ornamentum ecclesiæ vel altaris inutilia, & cineres horum in piscinam mitti debẽt. Fiant & ablutiones corporalium & exteriorum, & exterfiones altarium consecratorum & alia huiusmodi, q̃ piscina debet esse iuxta altare maius vel alio loco apto quæ capiet multa talia, nec de facili repleatur. Debent insuper recipere per inuentarium numerum calicum cum patenis, librorum, paramentorum altarium & vestiũ sacrarum, quæ sunt alicuius valoris, cum signis distinctiuis, puta cuius sint coloris, & alijs per quę possint bene cognosci, qui libri sint scilicet initia & fines & alia. Vnde nõ possit fieri fraus & ipsa accepta per inuentariũ debet consignare prælato cum expedierit & uisitatori. Reliquias ẽt cum ornatibus suis & q̃ de nouo conferuntur ecclesię debet scribere, & conseruare & resignare tempore suo. Aliqua etiam ex his ne lędantur a tineis vel aliter excutere, vel ad aerem extendere. Et si qua in utilia de licentia prælatorum uẽdit in alia utilia conuertet precium. Et super omnia quod habeant in tuto loco & bene clauso ne fures effodiant & furentur. Sacrista etiam solet in ecclesijs cathedralibus pronunciare coram populo excommunicationes cum cãdelis accensis & projectis, in aliis ecclesiis cõsueuit fieri per rectores earum, vel alios quibus iniunxerit.

¶ *De officio uicarij.* *Cap.* 10.

DE officio uicarii & in decre. 16. q. 7. nona actione, vbi sumitur large istæ terminus scilicet pro officiali episcopi œconomo suo vbi tñ est aliqua spiritualitas annexa. Et statuitur ibi, qđ talis nõ potest esse laicus, dicitur enim ibi sic. Indecorum est laicum vicarium esse episcopi, & viros ecclesiasticos iudicare. In uno enim eodemque officio non debet esse dispar professio dicente Moyse. Non arabis in boue simul & asino, i. homines diuersæ professionis in uno officio non sociabis, nam cohęrere & coniungi non possunt quorum studia & uota sunt diuersa, & ut dicit ibi glo. status regularis non dicitur esse disparis professionis a clericali, quia & ipsi sunt ad spiritualia applicati, sed solum secularis. Dicitur autem vicarius quasi vices gerens scilicet eius cuius est vicarius. Sed uidendum primo de vicario papæ qui scilicet est in vrbe, deinde de uicario episcopi vel archiepiscopi. Demũ de vicariis aliorũ rectorũ.

¶ De vicario papę habetur de officio vicar. §. 1.
tua nobis, vbi dicitur. Iurisdictio vicarii quę Romanus pontifex in vrbe relinquit non extenditur ultra illam nisi ei specialiter sit concessum. ¶ Quærit hic Io. An. in nouel. vtrum vicarius talis scilicet papæ possit absoluere excommunicatos propter iniectionem manum violentas in clericos subditos vel etiam aliunde uenientes, & respondet de facto uidemus plerumque qđ absoluit qđ puto ex speciali cõmissione fieri, aliter non posset, ut puto & specialiter aliunde uenientes. Et idem uidetur de subditis si dicimus habere eum illã vicariam potestatis quam habet papa in urbe, ut patriarcha seu episcopus vrbis non q̃ habet ut episcopus orbis includẽs urbem, ut scilicet tunc non absolueret subditos nisi in his casibus in quibus absoluunt alii episcopi uel eorum vicarii, puta non enormibus, de sen. excom. c. peruenit. ¶ Item quærit an conferat beneficia in vrbe spectantia ad collationem papę vel inferiorum ut posset papa. Et

respondet

respondet q̃ non, nisi ad hoc habeat speciale mandatum, vt c.fi.eo.titu.lib.6. Item an possit ordinare, vel commendaticias litteras dare ad ordines recipiendos & tenendos, quod habetur de ten.ordi.c. cum nullus. lib.6. scilicet quod non. ¶ Item dubitatur an diœcesanus vrbis includat in eius iurisdictione. Respon. de iure videtur quod non. ff. de offi. præfec.vr.l.fina.& sic non venient, vbi aliud non exprimatur, nisi continentia ædificia & subvrbia, per c.fi ciuitas, de sen.excom.lib.6. Sed in hoc oportet formam commissionis attendi, facit ad hoc quod dicit tex. Item cum in vrbe sint tituli Cardinalium, qui quoad subditos suos habent quasi ius episcopale. Quæritur, an talis vicarius possit cognoscere de causis subditorum Cardinalium. Et videtur quòd sic ex ista decretali, quæ solum excludit iurisdictionem extra vrbem, ergo plenam habet in vrbe, quam Papa quoad causarũ cognitionem cum sit idem adiutorium. de consue.c.2. Item non minus debet posse vicarius Papæ in vrbe quam vicarius episcopi, qui cognoscit de causis subditorum prælatis subiectis episcopo, vt dicetur infra de offi.or.c. pastoralis, in glo. licèt fatear locũ esse præuentioni, ut ibi dicetur, nisi aliud spãli iure cõpetat. Et per hoc sit responsum ad id quod videtur quibusdam quòd vicarius Papæ non hẽat speciale, sed patriarchalẽ seu episcopalem potestatẽ. Vnde licèt legatus possit, qui æquatur consuli & præsidi. de offic.lega. ca.2. lib.6. Vicarius tamen non poterit nisi immediatos vrgere, nã vt dixi non minus debet posse quã episcopus, vel vicarius eius. Ista omnia si per constitutionem declararentur esset commendabile, & quamuis ista cõstitutio, scilicet tua nobis, sit localis, quia de uicario vrbis tractat: tamen in aliquibus est vniuersalis. Vnde & ipsæ Ioã. An. dicit in principio eius quòd ista decre. sola in illo titu. tractat de vicario iurisdictionem habente, quem alias officialẽ vocamus. Et super verbo, iurisdictio dicit Inno. vicarium habere iurisdictionem ordinariam per modum arguendi, qui notatur distinct. 15. perlectis in magna glo. idem Hostien. Vnde glo. Bernar. ibi dicit, quòd vicarius omnia põt quæ pertinent ad iurisdictionẽ illius cuius vices gerit, sed sunt quæ iam quæ sine mandato attẽtare non debet, vt dicetur infra. ¶ De vicario episcopi, vel alterius qui habet iurisdictionem quasi episcopalem, vt prælati exempti religiosorum, de hoc agitur in 6. eo. titu. vbi dicitur. Licèt in officialem episcopi per commissionem officii generaliter sibi factum causarum cognitio transferatur, potestatem tamen inquirendi corrigendi, aut puniẽdi aliquorum excessus, seu aliquos a suis beneficiis vel administrationibus amouẽdi trãsferri nolumus in eundem, nisi sibi hæc specialiter committantur de offic.vica.licet, ubi glo. Io. An. dicit super verbo, officialis, quod talis interdum missus Dominicus appellatur de reg.c.2. & licèt negari non possit eos habere iurisdictionem ordinariam non tamen in omnibus recurritur ad eos, sicut ad dãtes. Vnde & de casibus hic expræsis nõ se intromittunt, nec de spiritualibus, vnde & literas commendaticias ad ordines dare non possunt, vt de ten.ordi.c.cum nullus, lib.6. nec officialis archiepiscopi præsente, vel inuito archiepiscopo potest in suffraganeum eius ferre sententiam excommunicationis interdicti vel suspensionis. Super verbo committantur, dicit glo. q̃ si episcopus dedit vicarium generalem & in mãdato expręssit, aliquod de istis quod requirit speciale mandatum secuta clausula generali puta omnes alia faciẽdi quæ per nos possemus, etiam si talia forent quæ mandatum exigerent speciale, tunc per hæc omnia specialia potest. Secus autem si non expræssisset aliquod de specialibus, sed solum generale mandatum daret secundum Host. ¶ Itẽ in c.cum in generali.eo.titu.lib.6. dicitur, q̃ officialis seu vicarius Christi generalis beneficia conferre non potest, nisi beneficiorũ collatio sit ei commissa specialiter. Vbi dicit quædam glo. q̃ vicarius seu officialis dicitur generalis nõ solum cui datur iurisdictio asi episcopo uel alio prælato super totam diœcesim seu super omnes suditos suos, sed & si instituatur in aliquo particulari loco suæ iurisdictionis, quia non attenditur generalis loci totius iurisdictionis, sed generalitas commissionis causarum, ad hoc vt censeatur ordinarius, & idem consistorium cum episcopo, limitatio enim loci non facit aliquem non esse ordinarium. ¶ Item in c.Romano.eo.titu.lib.6. dicitur in summa secundum Ioan. An. quòd successor officialis seu vicarii excommunicati excommunicatus non est, nisi in crimine damnato communicet. Potest autem aliquis succedere officio seu vicario dupliciter, quia vel ex eo q̃ episcopus uel prælatus cuius illo amoto ponit alium vicarium de facto uel de iure, cum scilicet a superiori habet de hoc potestatem, illa tamen quæ exercet illo excõmunicato manente qui commisit vices suas non valent, si iurisdictione solum ab eo recepta hoc fecit. Item ut dicit glo. cum officialis

vel

vel vicarius episcopi peccat in his quæ sunt iurisdictionis, quia idem est consistorium episcopi & sui officialis, tũc archiepiscopus sicut episcopus suffraganeos suos potest punire. Si vero officialis episcopi aliquid possideret, vel faceret, vt priuatus tunc archiepiscopus plus non potest punire eos, nisi sicut alios subditos episcoporum in casibus, scilicet de quibus habes, extra de offi. or. c. pastoralis. ¶Item cum episcopus est excommunicatus, nec ipsæ, nec officiales sui seu vicarii cognoscent de causis cum idem sit cõsistorium. Quid ergo fiendũ? Respon. adeatur Papa, vt prouideat, extra de suppl. neg. præla. c. 1. Item dicit Ioan. An. post Hostien. in nouel. super c. tua nobis eo. ti. quòd mortuo episcopo, vel eo qui vicarium dedit cessat iurisdictio vicarii, allegat de offi. vic. c. Romana, libro 6. sic etiam dicit de consuetudine seruari quamuis plerunque capitula tales confirment vel remoueant, & pro eis est de majo. & obedientia, cum olim. Scias etiam quòd episcopus potest sibi constituere officialem seu vicarium sine consensu capituli sui, & remouere, vt notat Hostien. in summa. Et hoc etiam approbat consuetudo in talibus seruanda, potest etiam restringi locus a committente vices suas, vt in certo loco tantum gerat vices suas, quod eligitur a simili, ex eo quòd in ista decretali tua, dicitur in vrbe secundum Hostien. sic etiam potest determinari tempus, & vtrobique potest restringi, & reuocare potestas per concedentem. Vnde & Paduæ consului vicarium per capitulum datum ad tempus vacante sede ante tempus reuocari posse, facit ad hoc quod habetur de præca. c. fi. immo quod plus est, quia si constituentes vicarium ad certum tempus iurauerunt vel promiserunt sub certa pœna non reuocare ante tempus determinatum si postea reuocent ante dictum tempus tenet reuocatio, & si ex causa rationabili hoc faciant, puta quia male facit officium vendit iustitiam & huiusmodi, reuocando non sunt periuri, nec debent pœnam, secus si sine causa, & tamen tenet reuocatio, vt dictum est ar. de præben. dilecto.

§. 3. ¶De vicariis qui deseruiũt in ecclesiis in diuinis officiis pro aliis personis quibus ecclesiæ sunt intitulatæ in c. clericos. eo. titu sic sumatur per Ioan. An. Prælatus non potest sibi substituere vicarium, vel sic. Vicarius non potest dare vicarium. Sed primum, scilicet quòd prælatus nõ possit instituere vicarium in ecclesia sua, intelligas perpetuum, & sine auctoritate episcopi, aliàs de consensu episcopi non est absonum, sed consentaneum rationi, & sic non contradicit, sed concor. de cleri. pere. c. fi. immo legitur quo quicunque potest ipsum habere habeat, ut ibi deficit prælatus ipsæ suppleat in missarum solemniis, & aliis huiusmodi. 7. q. 1. illud, in quo tamẽ casu nõ excusatur prælatus a residentia personali, & sic non est contra de præben. c. est irpandę, nec minuitur in hoc cultus diuinus, sed augetur quod semper fieri debet. ¶Quantum ad secundum, scilicet quòd vicarius non potest instituere vicarium, sicut nec delegatus subdelegare, hoc ideo est, quia vicarii persona videtur electa. ar. de offi. archipresby. c. 1. maxime propter certum ministerium, quod videtur ei demandatum, vt de offi. dele. ca. fi immo ẽt potest dari speciale, quòd vicarius vicarium non substituit propter infinitatem vitandam ar. de rescrip. c. cum in multis. lib. 6. Dicit tamen Hostien quòd licèt hoc sit de iure, tamẽ ad tempus per modicum, & ex magna causa non minus frequenter poterit vicarius aliũ loco sui relinquere sicut fit tota die, vt de appellat. peruenit 2. ver. interim. Quando non habent mandatum substituendi si sunt infirmi vel impediti delegent causas, tunc pendentes. Hæc ibi. Vnde ex his videtur quòd si vicarii habent potestatem ab instituente eos, ut valeant alios substituere, sibi tunc possunt vicarios dare ratione dictæ commissionis non inquantum vicarii simpliciter.

¶De vicaria in beneficiis seu ecclesiis. Nota secundum Hostien. quòd in certis casibus potest quis per vicarium deseruire quamuis regulariter ipsę deberet residere. Primus est ratione occupationis, hac ratione excusatur episcopus, qui in ecclesia cathedrali habet alium quem loco sui, & ipsæ in camera sua dicit horas, & postea expedit occurrentia, & hoc idẽ intelligo de quolibet alio legitime occupato. de cele. miss. c. 1. debet tamen episcopus celebrare in ecclesia die Dominico & aliis præcipuis festiuitatib. nisi necessitas excuset. 7. q. 1. temporis. Secundus est ratione statuti seu cõsuetudinis, argu. de consti. c. cum omnes. Tertius ratione priuilegii seu dispensationis, de fi presby. ca. propositum, hunc casum concedit Papa frequenter habentibus pluritatem beneficiorum. Et addit dummodo animarũ cura non negligatur, & ecclesiis faciat per vicarios idoneos deseruire. Et nota quòd hi casus cum præcedenti non habent locum si ecclesia fuerit seruitoribus destituta, de cler. non resi. ad hoc. Ex quo enim consuetudo cępit esse irrationabilis & ecclesiæ onerosa, tenenda non §. 4.

est

eſt de conſue.c.1. Quartus quando epiſcopus habet ſub ſe homines diuerſorum rituum & linguarum, nam illis habet per vicarium deſcriuere, de offi. ordi. c. quoniã. Quintus quãdo quis habet præbendam in eccleſia cathedrali, cui annexa eſt parrochialis eccleſia, nam talis in cathedrali eccleſia deſeruiet per ſe, in annexa ſeruiet per uicarium extra de prẽben. extirpandæ. Sextus ratione defectus ſeu debilitate ſuperuenientę 7. q. 1. c. 1. extra de cle. ęrgo. c. 1. Septimus, quando neceſſariũ habet proficiſci, vt quia cruce ſignatus eſt extra de uo. c. fi. Et ſimiliter quando proficiſci habet utiliter & honeſte vt cauſa ſtudiorum & peregrinationis, & de licentia prælati, de conſe. diſt. 5. non opportet. Aliqui ponunt & alios plures ſed iſti videntur principaliores. Et nota quod rector eccleſiæ cum licentia epiſcopi poteſt clerico conductori fructuum committere uicariam ſiue curam animarum ita tamen quod nihil propter hoc temporale quæratur, quia ſymonia eſt. Item no. quod vicarius perpetuus eſt qui curam habet eccleſiæ, cuius vicarius eſt qui canonice inſtitutus a perſona eccleſiæ de auctoritate epiſcopi, & certam debet recipere portionem, vt dicitur eod. tit. ad hoc, & hi ſunt cogendi ad reſidentiam ibi faciendum eod. tit. ex parte, & qui habet perpetuam uicariam alias habere non poteſt extra de offi. vica. ad hæc. Item ſi talis uicarius recipit aliquam eccleſiam cum cura, perdit vicariam, & debet habere 25. annos, & debet promoueri ad ſacerdotium ſicut ſi eſſet rector ordinarius, alius priuatus eſt, vt extra eo. quæ de eccleſiis, in clemen.

¶De debito modo ſe habendi in officio prælaturæ. Cap. 11.

PAuit eos in innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deducet eos pſal. 77. Officium prẽlatorum eſt paſcere gregem ſibi comiſſum. Vnde & Saluator dixit primo & ſummo prælato eccleſiæ principi ſcilicet apoſtolorum. Petro cum ei commiſit curam gregis ſui, paſce oues meas. Ioan. vlt. & ideo dicuntur paſtores non domini quod optime fecit Chriſtus. Vnde dicit Ioan. 10. Ego ſum paſtor bonus quem quilibet debet imitari. Figuratus eſt enim ip-
2.§. ſę Xps in Dauid qui ait, pauit eos &c. vbi oſtendit tres conditiones boni prælati.

¶Primo ut quærat ſubditorum utilitatem, quia pauit eos.

¶Secundo ut habeat in agendis intentionũ puritatem quia in innocentia.

¶Tertio vt addat exemplorum probitatem, quia in intellectibus &c.

¶Primo debet prælatus quærere non ſuam §.1.
ſed ſubditorum vtilitatem. Vnde dicit pauit eos, non dicit ſe ſed eos. Dicit enim dominus per Ezech. prophetam 34. c. Veh paſtoribus Iſrael ideſt populi fidelis, qui paſcebãt ſemetipſos nõ greges. Nonne greges paſcunt a paſtoribus, lac comedebatis, & lanis operiebamini, lac comedebatis &c. ideſt accepiſtis victũ delitioſum & veſtitũ præcioſum de oblationibus ſubditorũ, vt poſſeſſiones collatas eccleſiis. Quod craſſum erat occidebatis, & hoc dupliciter vel iniuſte iudicando & condemnando eos qui ſui ſunt craſſi in pecuniis vel ſpiritualiter, ſcilicet abſoluendo indebite, quia craſſi ideſt diuites fauentes vobis, vl occidendo ſpiritualiter craſſos ideſt deuotos & hoc in malo exemplo, & ideo ſequitur gregem autem meum non paſcebatis, quod infirmũ fuit ideſt ad vincendũ tentationes & tolerandum tribulationes non conſolidaſtis ſcilicet p monita & exhortationes. Quod ægrotum, ſcilicet per peccatũ nõ ſanaſtis. ſ. per miniſtrationẽ debitas ſacramentorũ. Quod fractum eſt per malam conſuetudinẽ q̃ vix põt curari non alligaſtis ſ. p faſcias pecias, alias pẽnas, & impedimenta cohibendo ne eas ſequeretur. Quod abiectũ. ſ. per excõmunicationem nõ reduxiſtis procurando & inducẽdo ad quęrendum abſolutionẽ, & q̃ perierat per hæreſim & errores nõ quæſiſtis, ſed cũ auſteritate imperabatis & potentia, & diſperſe ſunt oues meæ, eo q̃ nõ eẽt paſtor, & factæ ſunt in deuorationẽ omnium beſtiarũ, & paulo poſt. Propterea paſtores audite verbũ dñi, pro eo q̃ facti ſũt greges mei in rapinã. Ego ipſe requirã gregẽ meũ, & de manu eorum ceſſare faciã vt ultra nõ paſcant. Et quo modo requiret declarat ſapiens dicens. Horrende & cito apparebit vob. quoniam iudicium duriſſimum fiet his qui præſunt & potentes potenter tormenta ſuſtinebunt. Sap. 6. Debet ergo prælatus paſcere non ſed eos, ſcilicet ſubditos cibo quidem corporali ſubueniendo ſubditis in miſeriis eorum prout poteſt. Vnde Hiero. Quicquid habent clerici pauperum eſt, & domus eorum omnibus debent eſſe communes 16. q. 1. quoniam. Non caues & aues, non equos, ſed eos, ſcilicet homines debet paſcere, non dominos & milites vt ſibi eos amicos faciat, nec conſanguineos, vt diuites faciat non hiſtriones aut concubinas, ſed eos ſcilicet ſubditos indigentes,

gentes,& multo magis pascere debet cibo spirituali sacramentorum & prædicationum. Et vtrunque Christus fecit dās corpus & sanguinem suum frequenter docens & urbas famelicas panibus & piscibus bis reficiens, vt Io. 6. & Matthei. 15.

§.2. ¶Secundo prælatus debet habere in prelatura exercitio rectam intētionem, & sic pascit in innocentia cordis sui, vt videlicet non pascat populum suū bene gubernando pp amorem & honorem mundi & gloriā su. aut acquisitionem lucri, ut non dissimulet correctionem vitiorum propter timorem sui vel suæ dānificationis expulsionis seu occisionis. Nam bonus pastor (ait dominus Iesus) animam suam ideſt vitam ponit pro ouibus suis custodiendis. Ioan. 10. Et hoc est quod dicebat primus pastor ecclesiæ. Pascite eum qui in uobis est gregem. Et quomodo in innocētia cordis pascant, declarat subdēs; Non coactè sed spōtaneè secundum Deum non turpis lucri gratia sed voluntariè. Nec vt dominantes in clero: sed forma facti gregis ex animo vt cum uenerit princeps pastorum scilicet Christus percipiatis immarcessibilem glorię coronā. 1. Pe. 5. Nec sufficit ad innocentiam cordis, prelato quod ipsæ non malum inferat cuiquam, vel scandelizet malo exēplo nisi etiam vtatur baculo correctionis. Nec etiā sine causa datur ei baculus pastoralis sed idcirco ut pungat negligentes, percutiat delinquentes & vnico retrahat errantes. Et licet nō omnes prelati vtantur baculo pastorali, sed episcopi & abbates aliqui, quia non habent tantam dignitatem & latam iurisdictionem, tamen, ad omnes prælatos pertinet prędicta exercere erga oues sibi commissas alias innocens non est. Vnde Augu. li. de ci. Dei ait. Pertinet ad innocentis officium non solum nemini malum inferre, verum etiam cohibere a peccato scilicet alios ut punire peccatum ut aut ipse corrigatur experimēto aut alii terreantur exemplo. Hæc ille. Heli in se bonus fuit, sed quia filios suos prauos non dure arguit, innocens nō fuit & ideò grauiter punitus a domino, ut patet 1. Reg. cap. 4.

§.3. ¶Debet tertio prælatus prębere subditis suis exempla probitatis, ad quod hortatur Augu. in regula dicens. Honore coram uobis prælatus sit uobis timore coram Deo subtractus sit pedibus vestris, scilicet per humilitatem mētis se inferiorem subditis reputans. Et subdit seipsum bonorum operum prębeat exēplū. Nil ita exemplare in prælato sicut humilitatis opus scilicet in victu & vestitu, in comitatu in affatu, in gestu, in actu ut habeat tenuē uictum, non pomposum vestitum, pauperum bonorum societatem non adolescentiū calamistratorum & diuisatorum, omnes audiat etiam infirmos, omnibus benigne respondeat, nisi cum prauos dure increpare oportet. Non oculos sublimes vel ceruicem erectam, uel prominus pectus habeat, sed cōposito gressu incedat humilis exercens & quęrens non sublimia, quæ omnia Christus pastor bonus peregit lauans discipulis pedes etiam & proditori suo Iudę dicens. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci & uos faciatis. Ioann. 13. Et per talia exempla bonorum operū ducet & diriget gregē suum ad pascua & demum ad æternum ouile. Et hoc est quod dicit psal. 77. In intellectibus manuū suarum deduxit eos. Manus corporales clarum est quod non habent intellectum, sed manus spirituales quæ sunt opera bona, ista habent intellectum quia fiūt cum ratione & augent intellectum homini in agendis. Quanto enim quis melius operatur, tanto magis mente a Deo illustratur ad cognoscendam veritatem in eo quod agere debeat. Vnde & simplicissimi homines & mulieres idiotę habere reperiuntur melius iudicium de agendis aliquando quam uiri peritissimi & hoc propter uitæ probitatem. Deducet inquit eos in intellectib. manuū suarum & ex illuminatione mentis quam percipiet ex bonis operibus suis quæ opera bona oues sequentur videndo exemplum in pastore suo. Deduceet (ait) non ducet, quia de vno loco ad alium. Nam hoc est exercitium boni prælati vt subditos quantum potest semper ducat de imperfecto ad perfectiorem statū, sicut pastor non semper tenet oues in eodem loco ad pascendum, sed de loco ad locum deducit ac etiam ad potandum ad aquas viuas, sicut fecit Iacob. Gen. 39. c. Qui etiam posuit in canalibus virgas populeas & amigdalinas partim decorticatas ut ex aspectu earū oues postea cōciperent fætus varii coloris ad figurandum, ut exponit Grego. in moral. q̄ prelati greges sibi subiectos debent ad aquas sacrarum scripturarum ducere prędicando, admonendo, & exhortando, & uirgas ideſt sententias & opera rectorum partim ibi contenta, & partim secundum literam ibi proponere, ut historia Iob. partim secundum sensum misticum remouendo superficiem literæ, & verba quę ipsæ Iob subintulit maledictionis, vt in huiusmodi doctrinis informatę oues ideſt subditi pariāt fætus varios ideſt

diuersa

diuersa bona opera. Et ut magis pateat quomodo se prælatus debet habere in regimine quoad se & quoad subditos. Nota quædã breuiter excerpta ex lib. pastorali & beati Gregorii Papæ.

§.4. ¶De vita & modo regendi prælatorum. Nota quæ ponit Grego. in pasto. & in prologo sic ait. Pensandum valde est ad culmen regiminis quisque qualiter perueniat atque ad hoc ritè perueniens qualiter viuat, & bene viuens qualiter doceat, & recte docens infirmitatem suam quotidie quanta consideratione agnoscat, ne aut humilitas accessum fugiat, peruentioni vitam contradicat, aut vitam doctrina destituat, aut doctrinam præsumptio extollat. in 1. lib. c. 1. Nulla ars doceri præsumitur, nisi prius intenta meditatione discatur. Ab imperitis ergo pastorale magisterium qua temeritate suscipitur: quoniam ars artiũ est regimen animarum. Quis cogitationum vulnera occultiora esse nesciat vulneribus viscerum, & tamen sæpe qui nequaquam spiritualia præcepta nouerint cordis se medicos profiteri non metuunt, dum qui pigmentorum vim nesciunt videri medici carnis erubescunt. Et sunt nonnulli qui solerti cura spiritualia præcepta perscrutantur, sed quæ intelligendo penetrant viuendo cõculcant. Repente docent quæ non opere, sed meditatione didicerunt, & quod in verbi prædicant moribus impugnant. lib. 1. c. 2. Sæpe quæque suscepta cura regiminis, scilicet debito modo cor per diuersa diuerberat & impar inuenitur quisque ad singula, dum confusa mente diuiditur ad multa. Cumque foras insolente curam traditur a timoris intimi soliditate vacuatur, & fit in exteriorum dispositione sollicita solum ignara & sui. Et dum plusquam necesse est se exterioribus implicat quasi occupata in itinere obliuiscitur quo tendebat, Sæpe dum multa suppetunt, dumque agi possunt quæ subiecti acta mirentur in cogitatione sua se animus eleuat, & plene iram iudicis prouocat, quãuis in propinqua foras opera non erumpat, lib. 1. c. 4. Et sunt nonnulli q̃ eximia virtutum dona percipiunt, & pro exercitatione cæterorũ magnis muneribus exaltantur qui nimirum culmen regiminũ si vocati suscipere renuunt ipsa sibi plerunq; dona adimunt, quæ nõ pro se tantum, sed ẽt pro aliis acceperunt, qui si districte iudicentur de tãtis proculdubio rei sunt, quantis venientes ad publicum prodesse potuerunt. lib. 1. c. 5. Et sunt nõnulli qui ex sola humilitate refugiũt, ne eis quibus se impares extimant præferantur, quorum profectò humilitas si cęteris quoque virtutibus cingitur, tunc ante oculos dei verax est, eum ad respondendum hoc quod vtiliter subire prȩcipitur, pertinax non est, & infra. Si iam donis præuentus est, quib. & aliis prosit, ex corde debet fugere & inuitus obedire c. 1. lib. 6. Plerunque hi qui subire pastorale magisterium cupiunt, nonnulla quoque bona opera animo proponunt, & quamuis hoc elationis intentione appetant, operaturos tamen se magna pertractant & infra. Necesse est, vt cum cogitatio extra vsum ducitur, protinus mentis oculus ad opera transacta reuocetur. Ac penset vnusquisque quid subiectus egerit, & repente cognoscet si prælatus bona agere quæ proposuit possit, quia ne quaquam valet in crimine humilitatem discere qui in imis positus non definit superbire lib. 1. c. 9. Ille igitur modis omnibus debet ad exemplum bene viuendi pertrahi, qui cũctis carnis passionibus moriens iam spiritualiter viuit qui mundi prospera postponit, qui nulla aduersa pertimescit, qui sola interna desiderat, cuius intentioni bene congruens nec omnino per imbecillitatem corporis, nec ualde per contumeliam spiritus repugnat, qui ad aliena cupienda nõ ducitur, sed propria largitur qui p pietatis viscera citius ad ignoscẽdum flectitur nunquam plusquam deceat ab arce rectitudinis inclinatur qui nulla illi cita perpetrata ab aliis, vt propria deplorat. Qui ex affectu cordis alienę infirmitati compatitur, ficque in bonis proximi, sicut in suis profectibus lætatur. Qui ita se imitabilem cæteris cunctis quæ agit insinuat, vt inter eos non habeat quod saltem de rranfactis erubescat. Qui sic studet viuere, vt proximorum corda arentia doctrinæ valeat influentiis irrigare. Qui orationis vsu & experimento iam didicit quòd obtinere a domino q̃ popoſcerit possit, cuius per affectus vocem iam specialiter dicitur adhuc te loquentem dicam, ecce assum, libro 1. cap. 10.

¶Qualem debet prælatus se exhibere in regimine. nota ex. 2. lib. pasto. ca. 1. Tantum debet actionem populi transcendere vita præsulis quantum distare solet a grege vita pastoris. Rector semper cogitationem fit mundus quatenus nulla hũc immunditia polluat qui hoc suscepit officium, vt in alienis cordibus pollutionis maculas tergat, quia necesse est, vt esse munda studeat manus, quæ diluere sordes curat. Ca. 2. Sit rector operatione præcipuus, vt vitę viam subditis viuendo denunciet & grex qui pastoris vocem moresque sequitur §.5.

quitur

quitur per exempla melius quam per verba gradiatur, blandimenta mundi respectu intimo terrore despiciat. Terrores autem considerato internæ dulcedinis blandimento contenat. cap. 3. Sit rector discretus in silentio, ne aut tacenda proferat aut proferenda reticescat, nam sicut incauta locutio mærorem pertrahit ita indiscretum silentium hos qui erudiri poterant in errore derelinquit. cap. 4. Sit rector singulis compassione proximus præ cūctis contemplatione suspensus, vt per pietatis viscera in se infirmitatem cæterorum transferat, & per specutationis altitudinem semet ipsum inuisibilia appetendo transcendat. Ne autem alta appetens proximorum infirma despiciat, aut infirmis proximorum congruens rector bene agentibus per humilitatem socias appetere alta derelinquat. Can. 5. Sit cōtra de linquētium vitia per iustitiæ zelum erectus, vt bonis in nullo se præferat, & cum prauorum culpa exigit potestatē protinus sui prioratus agnoscat, quatenus & honore suppresso æqualem se subditis bene viuentibus deputet, & erga peruersos iura rectitudinis non exercere formidet. Ca. 6. Sit rector internorum curam in exteriorum occupatione non minuens exteriorum prouidentiam in internorum sollicitudine non relinquens, ne aut exterioribus deditus ab intimis corruat, aut solis interioribus occupatus quæ foris debet proximis non impendant. Sæpe non nulli vel cui obliti quod fratribus animarum causa prælati sunt, toto cordis adnixu seculāribus curis inseruiunt, hæ cum adsunt se agere exultant, ad has etiam cum desunt diebus ac noctibus cogitationis turbide æstibus anhelant. At contra non nulli gregis custodiā susciptunt, sed sic sibimet vacare spiritualia appetunt, vt rebus exterioribus nullatenus occupentur, qui dum curare corpora funditus negligunt, subditorum necessitatibus minime succurrunt, quorum nimirum prædicatio plerunque despicitur, quia dum delinquē tium facta corripiunt, sed tamen eis necessaria præsentis vitæ cum possunt non tribuunt, nequaquam libenter audiuntur. ca. 7. Rector sollicitus inuigilet ne hunc cupido placendi hominibus pulset, ne cum studiosè interiora penetrat, cū prouide exteriora submministrat se magis a subditis diligi quam veritatē quærat, ne cum bonis actibus a mundo videtur alienus hunc auctori reddat extraneum amor suus. Hostis nanque redemptoris qui per recta opera quæ facit eius vice ab ecclesia a mari concupiscit: quia adulterinæ cogitationis reus est, si placere puer sponsæ oculis appetit, per quem sponsus dona transmisit. Qui nimirum amor proprius cum rectoris mentem cœperit aliquando hanc inordinate ad molliciem aliquando vero ad asperitatem rapit. In mollitiem, videlicet cum peccantes subditos recipit, ne erga hunc eorum dilectio torpeat corripere non præsumit, non nunquam verò subditorum errata quæ in crepare debuerat adulationib. demulcet. Quos verò nil valere contra se conspiciunt hos nimirum asperitate semper rigide inuentionis præmunt, nunquam clementer monet, sed & illicita quæ faciunt nolunt, vt aliquis cōtradicat. Rectores uerò boni, dum priuato amore diligere se nesciunt liberè puritatis verbum a subditis obsequium humilitatis credunt. Sed inter hæc necesse est, vt cura regiminis tanti moderaminis arte temperetur quatenus subditorum mens cum quædā recte sentire potuerit, sic in vocis libertatem prodeat, vt tamen libertas in superbiam non erumpat. Ne dum fortasse immoderatius linguæ eius libertas conceditur vitæ ab his humilitas amittatur. Sciendum quoque quòd oporteat, vt rectores bonis placere hominib. appetant, sed vt suæ æstimationis dulcedine proximos in affectu veritatis trahant non, vt se amari desiderent: sed vt dilectionem suam quandam viam faciant in auditorib. ad amorem conditoris. c. 8. Scire etiam rector debet quòd plerunque vita virtutes esse mentiuntur. Nam sub parsimoniæ nomine se tenacia palliat & effusio sub appellatione largitatis oc cultatur remissio pietas & ira zelus æstimatur, & huiusmodi. c. 9.

§.6. ¶De discretione correctionis & zelo admonitionis sciendum quòd aliquando subiectorum vitia prudenter dissimulanda sunt, sed quia dissimulantur indicanda, vt cum delinquens & deprehendi se cognoscit, & perpeti has quas in se tacite tolerari considerat augere culpas erubescat seque se iudice puniat, quem sibi apud se rectoris patientia clementer excusat. Nonnulla verò vel apertè cognita mature toleranda sunt, vt cum videlicet rerum minime opportunitas congruit, vt apte corrigantur. Nam secta immature vulnera deterius inferuescunt. Sed cum tempus subditis ad correctionem quæritur, sub ipso culparum pondere patientia præsul exercetur. Nonnulla autem sunt subtiliter occulta perscrutanda, vt quibusdam signis erumpentibus rector in subditorum mente omne quod clausum latet

inue-

inueniat & interueniente correctionis articulo ex minimis maiora cognoscat. Nonnulla autem sunt leuiter arguenda, nam cum non malitia, sed sola ignorãtia vel infirmitate peccatur, profecto necesse est, vt magno modera mine ipsa delicti correctio temperetur. Cuncti n. correctionis nostræ infirmitatibus subiacemus. Ex se ergo quilibet debet colligere qualiter alienę hunc oporteat imbecillitati misereri. ¶ Debitum etiam rectoris est supernæ patriæ gloriam per vocem prædicationis ostendere, quanta in huiusmodi vitæ itinere tentamenta antiqui hostis lateant aperire.

Et subditorum maleficia quæ tolerari leuiter non debent cum magna zeli asperitate corrigere ne si minus contra culpas accenditur, culparum omnium reus ipsæ teneatur. Et nõ solum debent innotescere qualiter vitia impugnent, verum etiam quomodo custodire nos virtutes roborent. Sed sciendum cum ad increpationẽ se mens doctoris exasperat difficile valde, vt aliquid aliquando quod dicere non debuit erumpat. Cum increpatio moderata accenditur, corda delinquentium in desperationem deprimuntur. Vnde necesse est, vt cum rector subditorum mentes plusquam debuit se percussisse considerat apud se semper per pœnitentiam recurrat. ca. 10.

§. 7. ¶ Debet etiam pastor diuersis modis admonere subditos seu populos, non vna eademque cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas stringit. Sæpe nanque aliis afficiunt quæ aliis prosunt, quia plerunque herbæ quę hæc animalia nutriunt alia occidunt, & lenis sibilus equos mitigat, catulos inuestigat, & medicamentum quod hunc morbum imminuit alteri vires iungit. Et panis qui vitæ fortium roborat paruulorum necat. Pro qualitate igitur audientium formari debet forma & sermo doctorum, vt & singulis congruat, & tamen a communis ædificationis arte nunquam recedat. Quid enim sunt intentæ mentes auditorum, nisi (vt ita dixerim) quædam in cithara tensiones stratæ cordarum quas tangenti artifex, vt non sibimet ipsis dissimile canticum faciant, dissimiliter pulsat, & idcirco chordæ consonã modulationem reddunt, quia non vno quidẽ plectro: sed vno impulsu feruntur. Vnde & doctor quisque, vt in vna cunctos uirtute charitate ædificet, ex vna doctrina non vna eademque exhortatione tangere corda audientium debet, aliter nanque viri, aliter admonendæ sunt fœminæ, aliter iuuenes, aliter senes, aliter inopes, aliter locupletes, &c. libro tertio cap primo. Tanta autem arte vox temperanda est, vt cum diuersa sint auditorum vitia & singulis inueniatur congrua, & tamen sibimetipsi non sit diuisa, vt inter passiones medias vno quidem ductu transeat, sed more bicipitis gladii tumores cogitationum carnaliũ ex diuerso latere incidat, quatenus sic superbis prædicetur humilitas, vt tamen timidis non augeatur metus, sic timidis infundatur auctoritas, vt tamen superbis non crescat affrenatio, sic ociosis ac torpentibus prædicetur sollicitudo boni operis, vt tamen inquietis immoderata licentia non augeatur actionis, sic inquietis ponatur modus, vt tamen ociosis non fiat torpor securus, sic ab impatientibus extinguatur ira, vt tamen remissis ac leuibus non crescat negligentia. Sic lenes accedantur ad zelum, vt tamen iracundis non addatur incendium, ex tertio libro capitu. 2. Et grauis quidem prædicatori labor est in communis prædicationis voce ad occultos singulorum motus causasque uigilare. Multo tamen acriori labore fatigatur quando vni & contrariis vitiis seruienti prædicare compellitur. Plerunque enim quis læte nimis conspersionis existit, sed tamen eũ repente aborta tristitia immaniter deprimit. Curandum itaque prædicatori est, quatenus sic tergatur tristitia quæ venit ex tempore, vt non augeatur lætitia quæ suppetit ex conspersione, vt tamen non crescat tristitia quæ venit ex tempore, &c. Quid autem mirum si medici mentium ista custodiunt, dum tanta discretionis arte se temperant qui non corda: sed corpora medentur? Sed quia plerunque, dum duorum vitiorum languor irruit hoc leuius illud fortasse grauius præmit, ei nimirum vitio rectius sub celeritate subuenitur, per quod festinè ad interitum tenditur. Et si hoc a vicina morte restringi non potest nisi illud etiam quod existit cõtrarium crescat, tolerandum prædicatori est, vt per exhortationem suam artificio moderamine vnum patiatur crescere quatenus possit aliud a vicina morte retinere, ca. 39. & sequenti, libro tertio in fine. Sic dicit, pulchrum depinxit hominem pictor fœdius. Gregorius. De hoc rite a rectore agitur si supernæ formidinis, & dilectionis spiritu afflatus, studiosè quotidie sacri eloquii præcepta meditetur, vt in eo vim sollicitudinis, & erga cœlestem vitam prouidè circumspectionis quam humanæ conuersationis vsus indesinenter destruit diuinæ admonitionis verba restaurant. Et quia

ad vetuſtatem vitæ per ſocietatem ſeculariũ ducitur ad amorem ſemper ſpiritualis patriæ aſpiratione renouetur. Valde nanque inter humana verba cor defluit cum indubitanter conſtet, quia exterius occupationum tumultibus impulſum a ſemetipſo corruat ſtudere inceſſanter debet, vt per eruditionis ſtudium reſurgat, hinc eſt enim quod prælatum gregi diſcipulum Paulus admonet dicens. 1. Tim. 4. c. Dum venio attende lectioni, hoc de 4. lib. c. fi. Ocium ſanctum quærit charitas veritatis, negocium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis quam ſarcinam ſi nullus imponit percipiendæ atque intuendæ vacandum eſt veritati, ſi autem imponitur ſuſcipiẽda eſt, per neceſſitatem charitatis deſideranda eſt. Sed nec ſi omnino veritatis dilectio deſerenda eſt, ne ſub trahatur illa ſuauitas, & opprimatur iuſta neceſſitas. Auguſt. 8. quęſtio. 1. qui epiſcopatum. Et quia ſæpe dum prædicatio modis cõgruentibus vbertim funditur apud ſemetipſum de oſtenſione ſui occulta lætitia loquentis animus ſubleuarur, magna cura neceſſe eſt, vt timoris laceratione ſe mordeat, ne qui aliorum vulnera medendo ad ſalutem reuocat, ipſæ per negligentiam ſuæ ſalutis intumeſcat, ne proximos iuuando ſe deſerat, ne alios erigens cadat. Nam quibuſque ſæpe magnitudo virtutis occaſio perditionis fuit, vt cum de confidentia virium inordinatè ſecuri ſunt, per negligentiam inordinatè morerentur. Hæc de lib. 4. paſtoralis. Greg. c. 1.

§. 8. ¶ De archipresbyteris decanis & aliis curatis quid pertineat ad curam quam habent. Super hoc Ioan. And. in nouel. de pœ. & re. omnis allegat Hoſtien. ſic diffinientem curam.

cura q̃d eſt. Cura eſt vigil onerosa ac ſollicita cuſtodia animarum commiſſa alicui, ut curet ne pereãt ſed ſaluentur, quæ competit ex lege, vel commiſſione canonica aut conſuetudine ſeu præſcriptione per ſedem apoſtolicam non improbata. Hæc autem ex diuerſis iuribus colligũtur. Vnde dicti. Cura eſt uigil onerosa ac ſolicita cuſtodia animarum, hoc colligitur ex eo quod legitur de ætate & qualitate cap. intelleximus. 8. q. 1. qui epiſcopatum, & aliis iurib. commiſſa alicui, vt curet ne pereant &c. inſtruendo, ſcilicet ſibi commiſſus in fide & moribus, nec non de vitiis fugiendis ac uirtutibus, & bonis operibus exercendis, ut patet 10. quæſtio. 1. placuit, & in eo quod not. de uita & hone. cler. vt quiſque, ex quo ſequitur q̃d ſi male vel negligenter curet obligatur Deo, ar. inſti. de inuti. ſti. §. ſi quis, cum exinde tenetur reddere rationem, vt de offic. ordin. irrefragabili, & de ſtatu mon. cum ad monaſterium. Hoc autem debet curare prædictis modis, nec non viſitando, corrigendo, puniendo, ſacramenta eccleſiaſtica exhibendo, vt de elec. dudum, ut de pœ. & re. c. cum infirmitas. Caueat igitur quod ſemper hanc obligationem præ oculis habeat, nec reperiatur negligens, dormiens vel dormitans. Vnde pſalm. 120. Non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael, nec mirum, quod ſicut dicti beatus Bernar. Non dormitat, nec dormit qui impugnat Iſrael. Ideò curato dicitur Prouerb. ſexto. Fili ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam, ideſt opus ſollicitudinis illaquea tus es verbis oris tui. Et ſequitur. Teipſum libera, diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Quod ſi hoc diligenter ſeruauerit, eſto quod propter duritiam plebis non proficiat tuus erit, vt probatur 40. diſtinctio. ſit rector, & capitu. epheſiis. Sed non omittat ſeculare brachium inuocare eſto quod peccatores ſine effuſione ſanguinis nequeant coarctari, vt de homi. poſtulaſti, quæ competit ex lege ſcripta, ſiue iure communi, ſicut patet in epiſcopis, vt de offic. ordin. conquerente, & prælatis qui per electionem creantur, etiam rectoribus eccleſiarum parochialium, ex quo ſunt actoritate ſui iudicis inſtituti, vt hæc §. 4. patet, de offic. archid. cum ſatis, & in alii siuribus. ¶ Notandum quod huiuſmodi cura extenditur ad omnes habitantes infra limites prædictorum, quæ ratione & prouentus ſpirituales exinde prouenientes recipiunt in vſus neceſſarios conuertendos, vt de paro. c. ſuper eod. niſi in aliquibus obſtet conſuetudo, vt extra de deci. cum ſint homines. Hi autem limites quantum, ac parochias pro diſpoſitione epiſcoporum extendi poſſunt ex cauſa & reſtringi, vt legitur de exceſ. prælat. cap. ſicut. Et de hac cura tenentur curati reddere rationem, ſicut legitur de priuilegiis, cap. tertio, vel de commiſſione canonica ab epiſcopo generaliter, vel ſpiritualiter facta, ſicut patet in archid. de offic. archid. cap. fin. & in vicariis eccleſiarum perpetuis, ut de offic. vicar. ad hoc. Et etiam ex cauſa ad tempus conſtitutis, vt de appel. peruenit, vel a papa per priuilegium generale vel ſpeciale, vel per compoſitionem ex certa ſcientia confirmatam, vt de tranſact. veniens, aut conſuetudine ſeu præſcriptione. Nam

& Me-

& Metropolitani in sua & etiã in aliena prouincia & episcopi in alienis dioecesibus,& abbates,& archidiaconi,& capellani & similes iura episcopalia & parochialem curam ad huiusmodi pertinentia,inquantum ista possunt in eos cadere per consuetudinem & per præscriptionem acquirunt, sicut de consuetudine probatur in eo quod legitur,de elec. dudum,& de præscrip.auditis.Et aliquid dicunt quod per compositionem non acquiritur cura nisi sit per apostolicam sedem approbata, quibus non assentimus quia iura contradicuntur. Sed quantum ad personam priuatam bene reprobatur cõsuetudo ut nec curam acquirat ex consuetudine,nec sibi eligat confessorem. Hæc omnia Io. And.in nouel. ¶ Quæritur an abbas vel alius inferior episcopo possit præscribere institutionem sci licet in ecclesiis & dare curam animarum. Circa hoc reperitur quoddam consilium ad huiusmodi materiam propositũ datum per dominum Recuperum eximium docto. cui assentit Ioan. And.in casu infra scripto, consultus.Quoddam monasterium est situm in dioeceſi Nucerina,& ei episcopali iure subiectum, hoc monasterium habet sub se capella una cum cura populi,& cum omni administratione,abbas prędictus est consuetus concedere & eis instituere rectores, & hoc a toto tempore cuius contrarij memoria non existit.Episcopus Nucerinus asserens quod nullus alius quam ipsæ in sua dioeceſi potest curam committere populi & animarum,monuet per litteras oẽs & singulos clericos suæ ciuitatis & dioeceſis cuiuscunq; conditionis existant habentes ecclesias curatas cuius iure commissio nem ab eo adepti non essent, sed ab aliis de facto cum de iure non possent eas acceperunt,quod non debeant se intromittere,nisi eam ab ipso primo recipiant, & si non destiterint ab ipsa cura infra mensem fert in eos sententiam excommunicationis .Capellani ecclesiarum dicti monasterij ad prædicta se non teneri dicunt, tum ratione dictæ consuetudinis,tum ratione cuiusdam sententiæ latæ inter episcopum Nucerinum ex una parte,& dictum monasterium & eius capellas ex alia a quodam subdelegato cuiusdam cardinalis papæ delegati & arbitro & cõmissario electo a dictis partibus. In qua causa dicunt dicti doctores quod capellani dictarum ecclesiarum monasterii dictæ monitioni episcopi Nucerini,non tenentur parere,quia secundum opi. glosatoris sola consuetudo præscripta potest abbati hanc iurisdictionem tribuere quod possit cõmittere curam animarum, vt not. de offi. archid. cum satis, licèt ibi Hostien.contradicat cuius Hostien. opinio est contra obseruantiam totius Italiæ vbi archipręsbyteri siue plebani in capellis suis ideſt ecclesijs quæ sunt sub sua plebania instituunt in spiritualibus & temporalibus episcopo nullo requisito. Et minime sunt immittanda quæ certam & longam interprætationem habuerunt. ff. de leg.l.minime.Nec obstat dicta decretalis,quæ dicit obtentu alicuius consuetudinis,quia illa potest intelligi nisi sit tanti temporis cuius memoria non extat in contrarium,quia talis consuetudo licèt sit contrarius,non requirit titulum de prescrip.c. primo , lib.sexto, qui loco constituti habetur ff.de aqua quoti.& æsti. l. hoc iure . Præterea saltem negari non potest quin per illam sententiam saltem paretur titulus præscribẽdi illam libertatem . Pręterea quod dicitur in c.satis , potest intelligi de mandato episcopi generali,sicut dicit canon, quod consecrationes episcoporum debent fieri auctoritate apostolica & consecrationes Basilicarum.Primum patet dist.64. consecrationes. Secundum patet de consue. distin. 1. præcepta & frequen.facit ad hoc quod not. Ioan. dist. 70.sanctorum circa.fi.glo.magnæ Præterea eo ipso quod episcopus scit talem consuetudinem & patitur, videtur dare licentiam, sicut in casu valde simili notat Archi.16.q. 1.c.1.Et addit Io. And.in consilio ad idem nec per hoc abdicatur ab episcopo dominiũ curę,si ille male regit,uel si populus ab episcopo ipso requirit quæ sunt curæ,cũ ponatur nec abbatem nec rectorem nec populum exemptos.Itẽ si plena exemptio cleri & populi contra episcopum potest haberi per præscriptionem sicut per priuilegium , sufficiat dæ priuileg.c.ex parte, quia ista cerimonia quæ cõsistit in uerbo & est minima pars exẽptionis præscribi non potest.Hanc sententiã doctorũ doctorũ sequuntur Francis. de Zab. & plures alii doctores collegij canonistarum uniuersitatis Florentinæ consulti in simili casu dicente.Concludimus quod licèt de iure communi institutio maxime auctorizabilis curę spectet ad episcopũ,ut de hęred. cum ex iniuncto,cũ concor ex iure,tñ specialis spectare põt ad minores epõ,de offi. deleg.super eo.de pscrip.auditis. Et speciali iure dicas cõsuetudinis pscriptæ vellẽt ex priuilegio Põt tamẽ circa hoc ius quærẽdũ cõcurrere simul priuilegiũ & præscriptio,ut de præscrip. auditis,

ditis, nec excluditur ab hoc iure abbatissa & monialis propter conditionem sexus vel fragilitatis immo huiusmodi & multorum similium sunt capaces, de quibus sufficiat remittere ad notabilē gl. Bern. in c. dilecta. de mai. & obe. Et in prædicto casu, scilicet cū monasterium uel plebanatus non sit exemptus potest episcopus uisitare illas ecclesias in quibus abbates seu plebani de antiqua consuetudine instituunt rectores, ar. de cen. cum uenerabilis, nam licet spiritualia concesserit abbati. uisitationem tamen reseruasse videtur, qđ dic ut notatur de dona. pastoralis. Et si concurrant ambo episcopus præfertur, nisi aliud obtineant de consuetudine spirituali. Vbi ēt sciendum quod si monasterium vel etiā plebania sint exempta, per prædictā tamen exemptionem non sunt exempti parochiani nisi in priuilegio exemptionis hoc haberetur. Vnde in his retinet episcopus omnia iura. Dabit ergo pœnitentias publicas, & chrisma bit, & altaria consecrabit, & huiusmodi, & indulgentias &c. Decimas autem habebit plebanus, vel qui prius habebat episcopus vel alius, nil enim iuris accrescit vel decrescit in hoc laicis. decima sexta quæstione prima. Si quis laicus, ex quo populus nō est exemptus ut no. Ioan. An. de priuil. cum personæ, lib. 6. in nouel. vbi dicit quod quando populus non est exemptus, licēt ecclesia sit exempta curabit populum episcopus 10. q. 1. regenda.

§. 9. ¶ Nemo deinceps parochialem ecclesiam alicui non constituto in ętate legitima & sacerdotio commendare præsumat, nec tali etiam nisi unam & euidenti necessitate uel utilitate ipsius ecclesiæ suadēte huiusmodi autē cōmendam ut præmittitur rite factam declaramus ultra semestris temporis spacium nō durare. Statuentes si quid secus de commendis ecclesiarum parochialium actum fuerit esse irritum ipso iure. Grego. 10. in consilio Lugdunen de elect. Nemo libro 6. Super quo. c. Ioan. An. in gl. dicit, quod commendare dicitur multipliciter, aliquando idem est qđ deponere, ut 22. quæst. 2, ne quis. aliquando pro honoratione, & laudatione, iuxta illud. 2. Corin. 10. Non enim qui seipsum commēdat ille probatus est &c. sed hic aliter sumitur, s. prout importat custodiam ecclesiæ alicui cō missam. Et circa huiusmodi commendā mouet aliquas quæstiunculas ipsę Ioan. & soluit in glo. et primo quæritur verum talis commendatarius sit prælatus. Et dicit quod non sed tantum procurator, habet tamen legitimam administrationem. 21. quæst. prima, relatio & hoc intelligas cum debito modo fit, scilicet prout hic dicitur. Secundo quæritur an talis faciat fructus suos. dicitur quod nō secundum Barto. quia custos est, ius in ecclesia habet, tenet tamen Archid. quod vbi ecclesia indiget poterit talis præsentare clericum ordinandum ad titulum talis ecclesię, & de iure patr. postulasti. nec etiam in fructibus ius habet nisi ad colligendum gubernandum & prouidendum sibi & ministris, ut quod sup est in utilitatem ecclesiæ conuertendum, sicut & de uisitatore dicitur dist. 61. obitum, & hoc tenet Hostiē. sed cōtrarium sit de facto. Sed nunquid talem commendatam ecclesiā impetrans tenetur de commenda. facere mētionem? dicit quod sic. ar. de conces. pręben. cum nostris. Sed nunquid ad talem commendam patronus uocabitur? dic quod sic, secundum Inno. Hostien. & Bart. ar. 16. quæst. 7. filiis. Idem in aliis qui ex tali commenda leduntur. Si autem fuerunt contumaces ulterius non audientur. Sed nunquid per ordinarium conferri poterit interim dum durat cōmenda uel reuocari? Respon. dic quod non secundum Bar. nisi cesset causa ex qua facta fuerat. ar. de uo. cap. magne. Sed quid si concessum fuerit episcopo quod vsque ad certū tempus fructus uacantium ecclesiarum percipere possit nunquid prętextu talis indulgētiæ fructus beneficii commendati poterit retinere? Respon. non secundum Guil. cum cōmenda ius tribuat, ut supra dixi. Et quamuis quidam dicāt qđ episcopus commendare potest tm̄ usq; ad illud tempus quo pōt conferre, s. vsq; ad sex menses, tunc scđm Guil. est falsum. si. n. secunda uel tertia die post vocationē cōmēdaret, nō duraret cōmēda p sex mēses, quod tamen potest per hanc constōnē. Si igit ultima die sex mensium qui sibi concessi sunt ad prouidendū fiat commenda durabit commēda, & hoc dicit cōstitutio hæc, caueat tm̄ ordinarius ut priusquā totum tēpus suū labatur commendā faciat, quia postea facere non poterit. ar. de offi. deleg. de causis, uel dic q; etiam illo finito q; eā poterit commendare alicui custodiendam & saluandam donec superior prouideat. de ap. cum teneamur. Sed nunquid finitis sex mensibus poterit ordinarius eandē iterato eidem personę vel alteri commēdare? Vr q; sic ex causis hic expręssis qui tēpus Lateranensis concilii nō currit pēdente cōmēda ex ea facta. Sed certe mens huius constōnis cōtradicit, alias fraus ei fieri posset & perpetuo fieri, argu. de diuor. quanto. Vel distingue, vtrum commēda fiat intuitu

ecclesię

ecclesię vel personę, ut supra. Facta intuitu ecclesiæ, id est eius vtilitate, puta ad reparandam teneant, facta intuitu personæ, id est vtilitate eius, vt inde fructum percipiat, & non tenet. Sed nunquid expirat commenda morte commendantis? Respon. secundum Guil. non ut de commo. cap. 1. Sed nunquid potest habere plures commendatas? Respon. sicut duas ecclesias curatas secundum titulum habere non potest, ita nec curatas in commendam, vt hæc patet nisi ex dispensatione papæ in utroque casu, sed vnam intitulatam, & vnam commendatam curatas ab ordinario habere potest secundum antiquum ius. 21. q. 1. qui plures, sed cum hac moderatione huius cap.

TITVLVS XX. DE STATV episcoporum archiepiscoporum & patriarchatum.

¶ *Episcopi debent tria habere ad sui honorem. Cap.* 1.

PRo patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui domine. psalm. 44. Hæc verba psal. exponit August. pro episcopis distin. 68. quorum sic dicens. Patres missi sunt apostoli, pro apostolis filii nati sunt, & constituti sunt episcopi, ipsa ecclesia patres illos appellat, scilicet episcopos, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum. Non ergo te putes desertam, quia non uides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides per quos nata es, de prole tua creuit ibi paternitas. Filios genuit ecclesia, constituit eos principes pro patribus super omnem terram. Hæc ibi. Vbi tria possunt notari de episcopis in ipsa auctoritate psal. inducta. Pro patribus tuis nati sunt ibi tibi filii &c.

¶ Primum est quod debent habere uitæ sanctitatem, ibi. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.

¶ Secundum quod debent habere curæ potestatem, ibi. Constitues eos principes super omnem terram.

¶ Tertium est quod debent afferre ecclesiæ vtilitatem, ibi. Memores erunt nominis tui.

§. 1. ¶ Quantum ad primum. Sicut filius naturalis corporaliter, vt in pluribus patrissat, ita & filius spiritualis debet mores bonorum patrũ imitari, secundũ illud saluatoris. Io. 8. Si filii Abrahæ estis opera Abrahæ facite. Episcopi ergo cum dicantur filii apostolorũ ſm expositionem datam ab Aug. huius partis, pro patribus tuis nati sunt tibi filii, debent ergo imitari, & hoc est, q̃ dicit Hiero. dist. 11. Non est facile stare in loco Petri & Pauli, tenere cathedram regnantium cum Christo. Non sanctorum filii sunt qui tenent loca sanctorum, sed qui exercẽt opera eorũ. Et idẽ super Micheã. Si in apostolorũ loco sumus, non solũ sermonem eorũ imitentur, sed conuersationẽ, & abstinentiã dist. 35. ecclesiæ. Idẽ ad Heliodorũ. Non oẽs episcopi sunt episcopi, scilicet merito & re. Attende Petrum. Iudam considera. Stephanũ suscipe. Nicolaum respice nõ facit ecclesiastica dignitas Christianũ. Cornelius Centurio adhuc Ethnicus dono sancti spiritus mundatur, presbyteros puer Daniel iudicat, infatuatum sal ad nihilum prodest, nisi vt proiiciatur foras, & a porcis conculcetur 2 q. 7. non omnes, & Aug. q. eadem. Qui nec regiminis in se rationẽ habuit, nec sua delicta detersit, nec filiorũ crimẽ correxit canis impudicus magis dicendus est q̃ episcopus. Debent ergo ipsi esse imitatores patrum suorũ, id est apostolorũ in omni sanctitate uitæ, pascẽtes non semetipsos, vt mali pastores qui aliud nõ quærunt ab ouibus nisi lanam & lac. Contra quos inuehit dominus per Ezechielem prophetam Ezech. 34. sed debent pascere exemplo bonæ uitæ gregem suum, ſm illud 1. Pet. 5. Pascite eum qui in vobis est gregem nõ turpis lucri gratia, neque quasi dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo, omnes illas conditiones virtuosas quas ponit Apostolus. 1. Timot. 3. Oportet episcopum esse sine crimine &c. Expositionem aũt illorum habes supra in tit. de clericis, in princ. fit ut dicit Greg. dist. 10. contra morem. Nihil in episcopale ceruice splendidus fulget q̃ humilitas, pietatẽ quoque & cõpassionẽ ad delinquentes & præcipue ad pœnitentes debet habere. Vnde Ambro. de pœ. dist. 1. Serpens inquit. Pastor ille euangelicus lapsam ouem uexisse legitur non abiecisse. Debet enim iustitiam temperare moderatio. Nam quemadmodum tibi curandus præbeatur, quem fastidio habeas, qui contemptui se nõ compassioni suo medico putet futurũ. Et propterea dixit Grego. dominum permisisse pastorẽ ecclesiæ Petrum negare Christum, ut in sua culpa disceret quam misericorditer alienã infirmitatem tolerat dist. 50. cõsiderandũ. Demũ diligẽter attendere debet q̃ ait Aug. scribẽs ad Valeriũ epm suũ dist. 40. Ante omnia peto, vt cogitet

religiosa prudentia tua nihil esse in hac uira, & maxime hoc in tempore facilius, leuius, & hominibus acceptabilius episcopi aut presbyteri aut diaconi officio. Sed si perfunctorie, i. negligenter atque adulatorie res agatur, nihil apud Deum miserius tristius, & damnabilius. Itē nihil esse in hac uita, & maxime hoc tēpore difficilius, laboriosius, & periculosius episcopi presbyteri vel diaconi officio. Sed apud Deum nihil beatius si eo modo militetur quo noster Imperator iubet. Cū ergo episcopi filii dicantur apostolorū sm illud pro patribus tuis, &c. eos imittentur. Obseruanda est erga eos distinctio, quam ponit Augu. 23. q. 4. vbi ait. Tres personas dixit dominus, & debemus illas inuestigare in euangelio. s. Io. 10. pastoris & mercēnarii & furis. Diligendus est pastor. s. bonus, tolerandus est mercennarius. s. malus prelatus. cauendus est latro, qui, scilicet non canonicè adeptus est ecclesiam.

§. 2. ¶ Quantum ad secundam partem, s. potestatem seu auctoritatē curæ sibi commissæ hoc ex eo quod subdit. Constitues eos principes, i. rectores potestatem habētes super omnem tertam, idest super omnes ciuitates mundi diuersis locis diuersos episcopos deputādo. Nā in Italia, Alemania, & in Francia, & in Hispania, & Anglia sunt episcopi, nūc & olim erāt. etiam & in Africa, & Syria & in Asia in India erant episcopi, ut patet ex verbis Hiero. dicētis. Et Africa, & Persis, & Oriens, & India vnum Christum adorant, dist. 93. legimus, q̄ tamen nationes recesserunt a fide. Principes autem constituti sunt episcopi super diœceses suas principaliter quantum ad potestatē specialē iudicādi de eis. Vnde & de quolibet Pontifice cantatur illud Eccles. 45. c. Principem fecit illum dominus, ut sic illi sacerdotij dignitas in æternum. Episcopi enim nō in castellis, nec in modicis ciuitatibus debent instituī, ne uilescat nomen episcopi, ut dicit Anacletus Papa dist. 80. episcopi. Distinctionē autem episcoporum, ut. s. aliqui dicantur episcopi, alii archiepiscopi seu metropolitani, q̄ idem est, alii primates seu patriarchæ. Et causam huius distinctionis assignat Clemens papa dicens, di. 80. In illis ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi flamines eorum. i. sacerdotes atque primi legis doctores erant, primates vel patriarchas beatus Petrus poni præcepit, qui reliquorum episcoporum causas, & maiora negotia in fide agitarent. In illis aūt in quibus apud dictos ethnicos erant eorum Archiflamines, quos tamen minores tenebant quam memoratos primates, archiepiscopos instituī præcepit. In singulis uero reliquis ciuitatibus singulos, & plures eos constituī præcepit, qui episcoporū uocabula tantum sortirentur. Nec inter ipsos Apostolos par fuit institutio, sed vnus præfuit ceteris. s. Petrus. Hæc ibi. Vbi dicit glo. q̄ par fuit institutio. s. potestatis quoad consecrationem, quia ita potest conficere & ordines conferre, & cōsecrare quilibet eps sicut Papa, sed non fuit par quoad administrationem seu iurisdictionem. In hoc enim Papa maior est cæteris. Nec obstat dicit glo. de Venetis qui patriarcham habent & episcopum, quia non est eorum. sed Grandensis, qui locus multum distat a Venetis. Sicut enim archiepiscopus Pisanus est primas, sed primas respectu Sardiniæ. Principatum igitur suum, idest potestatem secundum rationem, & æquitatē vti debet alias in sui perniciem vertitur. Vnde Greg. 11. q. 3. Ipsæ ligandi & soluendi potestate se priuat, idest, meretur priuari secundum gl. qui hanc pro suis voluntatibus, & non subditorum moribus exercet, iudicare digne de subditis nescīunt qui in subditorum causis sua, vel odia, vel gratiam quærunt, de quibus per prophetam dicitur. Ezech. 13. Mortificabant animas quæ non moriuntur, & viuificabant animas quæ non viuunt, non morientem mortifiat qui iustum damnat, & non victurum viuificare nititur qui reum a supplicio soluere conatur. Causæ ergo pensandæ sunt, & tunc ligandi ac soluendi potestas exercenda. Hęc Greg. in c. ipsæ, & c. plerunque. In foro quoque iudiciali obseruare debet, quod ait Aug. Nos quē quam a communione prohibere non possumus, quamuis hæc prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo siue seculari siue ecclesiastico iudicio nominatum atque conuictū. Hæc ille secunda quæst. 1. multi. De potestate autem episcoporum, infra eo. agetur, & in ti. seq. de potestate.

§. 3. ¶ Quantum ad tertium hoc est quòd vtilitatem debent afferre ecclesiæ notatur hoc cum dicitur. Memores erunt nominis tui. Debent enim episcopi esse memores nominis domini, & lectitando seu lecta meditando, & pro populis orando, & eis prædicando, & eos regulando. Ad lectionem hortatur Apostolus Timoth. episcopum dicens. Attende lectioni exhortationi, & doctrinæ semper permane in his. Et in huius figuram inter cætera ornamenta pontifex in veteri testa. rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio & veritas, quia in pectore pontificis

tificis manifesta debet esse cognitio veritatis, inquit Gratia. distin. 36. §. ecce vnde & Hiero. in Leui. ait. Si quis vult esse Pōtifex, non tam vocabulo quam merito imitetur Moysen, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de his, quia non discedebant de tabernaculo domini, oret ergo indesinenter Moyses in tabernaculo domini. Quod autem ei opus erat vt aut a Deo aliquid disceret, aut ipsæ populū doceret, hæc duo sunt Pontificis opera, ut a Deo discat legendo scripturas diuinas & sæpius meditando aut populum doceat, trigesimasexta distinctione capit. si quis. Hæc optime seruasse nouimus sanctissimos episcopos ecclesiæ Athanasium, Chrysostomum, Basilium, Hilarium, Grego. Ambro. Aug. & alios multos. Debet episcopus, memor esse nominis domini orando pro se & pro populo. Vnde Pe. de se & aliis Apostolis coepiscopis suis ait ad multitudinem credentium. Non est æquum nos ministrare mensis, & derelinquere verbum Dei, sed cōstituite &c. Et nos orationi & prædicationi vacabimus. Act. 6. Sic & in figuram pontifex veteris testa. intrabat in templum ad fundendum præces pro se & pro populo, quod designabat illa incensatio. vt legitur de Zacharia Luc. 1. c. Et ad hoc facit quod ait Hieron. in Leui. Est aliud opus quod facit Moyses, ad bella non vadit non pugnat contra inimicos, sed quid facit, orat, donec vincit populus eius, si relaxauerit & diuiserit manus suas populus eius & vincitur & fugatur. Oret ergo sacerdos ecclesiæ indesinenter ut vincat populus qui sub ipso est hostes inuisibiles Amalechitas, qui sunt dæmones impugnantes eos qui uolunt pie uiuere in Christo vigesimasexta distin. c. siquis vult & dist. 88. dicitur ex concilio Carthaginens. episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed lectioni, orationi, & uerbo prædicationis tantummodo vacet. Debet esse memor nominis domini episcopus ipsum dominum populis prædicando, & quomodo ad eum peruenire valeant declarando. Vnde Paulus ad Timoth. episcopum inquit. Prædica verbum insta opportune importune, secūde Timot. 4. Et in huius figuram præceptum fuit a domino in Exod. 2. c. ut summus sacerdos ingrediens tabernaculum in ora uestis suæ hiacynthinæ haberet tintinnabula inserta ad designandum quod sacerdotes & præcipue episcopi conuersationi suę designatæ per vestem debet adiungere tintinnabula, i. actum prædicationis, ut dicit Grego. distinct. quadragesimatertia, sit rector, & in eadem distinct. dicit idem Grego. Ephesijs Paulus dicit. Mundę sunt manus meæ a sanguine omnium vestrum. Non enim subterfugi quo minus annunciarem omne consilium dei uobis. Act. 20. cap. Mundus ergo a sanguine eorum non esset, si eis Dei consilium pronunciare noluisset, quia cum increpare delinquētes noluit, eos proculdubio tacendo pastor occidit, hoc, scilicet prędicare fuit officium Christi & Apostolorum præcipuum quorum locum tenent episcopi. Vnde & eis dixit Marci. vlti. Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturę. Secundum autem qualitatem & capacitatem audientium sic debet verbum proponere ut dicit. Petrus Apostolus ad plebē. Oportet eum qui docet & instruit animas rudes esse talem ut pro ingenio audientium seipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientium capacitate dirigere. 7. q. 1. oportet. Sed de modo prædicationis qualiter formari debeat habes supra in tit. de prædicatoribus.

¶ *De his quæ pertinent ad executionem officij episcopi, ut in ordinando, confirmando beneficia, in dispensando, in administrando temporalia, & alijs multis.* Cap. 2.

DE episcopis. Nota quod episcopus dicitur ab episcopi quod est supra, & scopos qd est intentio, quasi superintendēs, scilicet curę subditorum, ut dicit August. 8. qō. 1. qui episcopatum. Et nota quod inter episcopum & præsbyterum quantum ad appellationem quandoque non fuit differentia, quia & isti & illi dicebantur episcopi, ut patet distin. 93. legimus. Et sic erant synonima. ut episcopi dicerentur præsbyteri, & præsbyteri episcopi. Semper tamē fuit realis differentia. Vnde & in primittiua ecclesia soli episcopi cōfirmabāt. Act. 8. Et hoc tenet Thom. Pe. de Palu. & Ray. Sed glo. super dicto ca. legimus. circa hoc poni tres opiniones ibi potes uidere. Fuit quædam dignitas in ecclesia antiquitus quæ erat quasi media inter episcopos & præsbyteros, qua dicebantur coepiscopi, quæ constituebantur in castris seu in uillis non in ciuitatibus ut episcopi, & conferebāt ordines minores tantum non maiores, & dare uelebant litteras commendaticias, & pacificas non autem formatas, ut dicit Gratia. distinct. 68. §. primo, & cap. sequen. Sed ablata fuit talis dignitas ab ecclesia, quia abutebantur

tur luctoritate sua vsurpantes quæ pertinebant ad officium episcoporum, dicit Damasus Papa. distin. eadem coepiscopi. Qualem autem oporteat esse episcopum ostendit Apostolus, primo Timoth. 3. Oportet esse episcopum irreprehensibilem, unius uxoris uirū, sobriū, prudentem, ornatum, hospitale, pudicum, doctorem, non uinolentum, non percussorem, non litigiosum, non cupidum, domui suæ bene præpositum, non neophitū. harum conditionum expositionem habes supra titu. decimotertio, de clericis. Et in 23. distinct. dicitur. Qui episcopus ordinandus est antea, examinetur, si natura sit prudens, si docilis, si moribus temperatus, si uita castus, si sobrius, si peruigil, si semper suis negociis cautus, si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege domini instructus, si in litterarum sensibus acutus vel cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus. Liberat autem episcopalis dignitas a conditione seruili, & ascripticia, immo etiam sacerdoralis dignitas, ut distinctione quinquagesimaquarta. si seruus, liberat & curiali, distinctione 54. ex antiquis. Tales tamen, s. serui & huiusmodi non debent ordinati, nisi liberati ab huiusmodi. Episcopus non potest restituere depositum, siue degradatum, sed tantum papa, di. quinquagesima capitu. primo. Nam nec præses prouinciæ potest restituere illum quē dānauit. ff. de quæst. l. prima. in fine. Degradato seu solemniter deposito planum est secundū omnes, sed in deposito uerbaliter sunt opiniones. ¶ Nam Archidiaco. & Abbas de Sicilia tenent, quod potest restituere debite quo ad crimina in quibus posset dispensare ipsæ episcopus. Ioan. And. tenet quod non Episcopi & superiores nullam sententiam suspēsionis vel interdicti incurrunt ipso iure, nisi de eis expresse dicatur, extra de senten. excom. capit. quia periculosum, libro sexto. Episcopus in tota sua dioecesi iurisdictionem habet ordinariam. Vnde potest per se & per alium in quolibet loco non exempto pro tribunali sedere, causas audire personas ecclesiasticas cum oportuerit capere, carceri, deputare, & cetera officia libere exercere. Et quod episcopi possunt a subditis quandoque moderatum auxilium exigere. Vtrū episcopus possit iudicare immediate de subditis prælatorum qui sub eo sunt, nisi gradatim ad eum deferatur? Respon. secundum Hostiens. licèt super hoc a diuersis diuersa no. sint, dico consuetudinem cuiuslibet ecclesiæ obseruandā, quæ iurisdictionem tribuit. Idem Goff. Episcopi singuli in suis dioecesibus, etiam sine cōsilio Metropolitani possunt plurima, ut Ray. ponit, puta consecrare virgines similiter & ecclesias, ordinare clericos, erigere altaria in ecclesia consecrata. Nam in non consecrata sacerdos hoc potest. Item chrisma confice re, baptizatos confirmare, reconciliare solemniter pœnitentes litteras formatas siue commendaticias clericis dare. Hæc septuagesima octaua distinctione, capitulo quamuis, de cō secratio. distinction. prima. nullus præsbyter. 71. distinctio. extraneo. Item possunt inter subditos iudicare. Item anathematizare cū solemnitate, de qua haberur, undecima quę stione tertia, debent. Item diuidere unam ecclesiam in duas, & duas unire, unam subijcere alteri & nouas ecclesias erigere, & hoc quidem ex causa possunt facere & non aliter, & nihilominus requisito cōsensu illorum quorum interest & qui forsan ex hoc lædi posset etiam quandoque eorum consensu non obtento, extra de excess. prælator. cap. sicut. extra de eccle. ædi. ad audiētiam. 10. quæst. 2. c. fina. 12. quæst. secunda cap. placuit. Item possunt episcopalem synodum celebrare. 38. distinctione, quando. Item reuertentes ab hęre si reconciliare, extra de hære. ad abolendam. Item canonem latæ sententię quo ad suam dioecesim condere. 3. quæst. 4. Nullus. Multa quoque alia quæ difficile esset numerare cū episcopus præordinator sit in cunctis. 25. distinctio. perlectis. ¶ Vtrum episcopus principalius debeat intēdere curæ pastorali vl multiplicationi temporalium? Respon. secūdum Thom. in quodlibet. Sollicitudo prælati propria & præcipua debet esse circa gregis custodiam, orando, prędicando sacramenta dispēsando, & sua iura quantum res exigit erogādo. Multiplicatio autem tēporalium potest exerceri oportunitate se offerente sine spiritualium notabili damno, & sic ipsum est multiplicare ea ad ecclesiæ utilitatem, quod si opportunitas non se offerat, nullatenus licet ei seipsum distractiōi ingerere & secularibus occupare cum impedimento notabili. Idem ēt Tho. 2. 2. quæstio. 185. Et ad materiam istam potest pertinere, ideſt, sollicitudo. Vtrum liceat episcopo propter aliquam persecutionē deserere gregem? Respon. secundum Thom. 2. 2. quæstio. octuagesimaquinta, arti. quinto vbi subditorum salus exigit personæ pastoris præsentiam, non debet pastor suum gregem deserere, nec propter aliquod temporale commodum, nec etiam propter aliqd personale periculum imminens cum bonus pastor

Qualis sit eps.

ſtor animam ſuam teneatur ponere pro ouibus ſuis. Si vero ſubditorum ſaluti poſſit ſufficienter in abſentia paſtoris per alium prouideri, tunc licitum eſt paſtori propter aliquod eccleſiæ commodum, vel propter perſonę periculum corporaliter gregem ſuum deſerere & ſcđm hoc intelligit. 7. qō. 1. ſciſcitaris, hæc materia plene tractatur. 7. qō. 1. aduerſitas. §. hoc totum, ubi gl. ſic ſummat. Perſecutio eccleſiæ aut eſt extrinſeca aut intrinſeca. Si extrinſeca quæ ſcilicet fit a manifeſtis inimicis perſequentibus corporaliter, tunc aut ſolus prælatus quærit aut totus clerus, ſi ſolus prælatus, tunc ſi eo recedente tuta eſt ſalus eccleſię, & tunc fugiet exemplo Chriſti, ſi non eſt tuta, tunc ponat animam ſuam pro ouibus ſuis, alias mercennarius eſt. Si totus clerus q̄ritur indiſtincta ſe pro eis hoſtibus opponet. ut diſt. 43. ſit rector. Sed ſi alias poteſt conſuli eccleſiæ, totus clerus fugiet cum prelato. Si non poteſt remanere cum prelato vel omnes vel quidem ex illis. Si autem eſt altercatio de manſuris vel receſſuris res ſorte dirimatur. 26. q. 2. ſors. Si autem perſecutio eſt intrinſeca per eos, ſ. qui adhuc non ſunt præcifi, tunc autem omnes ſunt mali, autem aliqui. Et ſi quidem omnes ſunt mali, aut habet ſpes de eorum correctione, & tunc non ſunt deſerendi ſi nō habetur tunc ſunt deſerendi, ſicut ſecit beatus Benedictus. Si autem non omnes ſunt mali, ſed boni admixti malis non debēt deſerere. 23. quæſt. 4. tu bonus. De hoc etiam in c. Ibi adunati æquanimiter portandi ſunt mali, vbi inueniuntur aliqui boni qui adiuuē tur. Nam vbi omnino fructus de bonis deſt, ſit aliquando de alis labor ſuperuacuus, maxime ſi e vicino cauſæ ſuppetant qui fructum Deo valeant ferre meliorem. Grego. 2. queſt. 1. cap. ultimo.

§1. ¶ De ordinationibus fiendis per epiſcopos, quia iſtud eſt res maxime importātiæ ex qua ſi congrue fiant magna vtilitas eccleſiæ Dei ſequitur. Si autem indebite magnum detrimentum & dehonoratio diuini cultus & pernicies ordinatis & ordinatoribus, ideō maxima diligentia in huiuſmodi eſt ſeruāda. Propter qđ Apoſtolus Timothæo epiſcopo ſcribens ait. Manus cito nemini impoſueris, ſcilicet ordinādo neque communices alienis peccatis. 1. Timot. 5. Vbi Leo. Papa Quid eſt manus cito imponere niſi ante ętatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum obedientię, aute experientiam diſciplinæ, ſacerdotalem honorem tribuere non probatis. Et quid eſt communicare peccatis alienis niſi talem effici ordinantem qualis eſt qui non meruit ordinari, diſt. 87. Vnde de Leone papa legitur quod cum per quadraginta dies ad corpus Beati Petri Apoſtoli oraſſet, ut a domino remiſſionem ſibi peccatorum procuraret, demum apparuit ei Apoſtolus Petrus dicens ſibi hoc a domino obtinuiſſe de omnibus excepto de manuum impoſitione, i. ordinatione, & collatione beneficiorum, de quo adhuc domino habebat reddere rationem. ¶ Prima igitur debet epiſcopus prouidere ut diligenter examinentur ordinandi, & ſic de more illius dioeceſis eſt ut per archipręſbyterum uel archidiaconum vel præpoſitum examinentur, hoc non obſtante debet ipſe alios cum prædictis aſſumere examinatores ſacerdotes timoratos & prudentes viros gnaros diuinæ legis & exercitatos in eccleſiaſticis ſanctionibus q̄ promouendos examinent, vt dicitur diſt. 24. quando. Et præcipue debent examinari de ætate legitima, ſufficienti litteratura & morum honeſtate. Hæc requiruntur in proficiēdis, quibus ſcilicet iniungitur cura animarū, vt dicitur extra de elect. c. cum in cunctis. Et notat gl. ſuper d. c quando examinatio fiēda eſt ante diem ordinationis, vt patet in illo. c. Debet ergo examinari primo de ætate, ut. ſ. attingat decimumoctauum annum ſi vult ordinari in ſubdiaconum. 20. ann. ſi in diaconū 25. ſi preſbyterum, aliās nō debet eum admittere, & ſic admittit citra talem ætatē peccat mortaliter, & epiſcopus etiam talem ſciēter ordinans niſi eſſet diſpenſatus per papam, quia in hoc ipſæ diſpenſare nō poſſet. De ęta te aūt credere debet præſentanti ordinandū, niſi ipſæ manifeſte ſciant contrariū vel per ſe vel per alium vel habeat aſpectū nimis pueri lem, propter quod merito poſſet dubitari, & tunc requirat aliqđ teſtimoniū vicinorum vl cō ſanguineorū. De diſpenſatione aūt habita ſuper hoc a papa non habet credere niſi hoc oſtendat, poteſt tamen credere ſi perſona eſt multum fide digna. Quātū autem ad ordines minore nō requirit determinata ætas dum mō excedat infantiā. De litteratura autē q̄ta eſſe debeat non eſt bene clarum. Et q̄tum ad ſubdiaconatū & diaconatū oportet q̄ ſaltem ſciat bñ & expedite legere, ne faciat confuſionem corā populo in legendo ar. di. 21. cleros, & operam det addiſcendi grāmaticalia, & q̄ ēt ſciat bene legere & inuenire officium, cum ad hoc teneatur ex præcepto, alias ſi non habet modum ad addiſcēdum ipſum, vel quia non habet commoditatem breuiarii, vel quia neſcit per ſe vel cū alio nullo modo dēt ordi-

nari

nari, alias talem scienter admittens vel ordinans videtur peccare mortaliter, cum det illi quotidie occasionem delinquendi & peccādi mortaliter illud omittendo. Quantum autē ad sacerdotium videtur necessariū quod saltē sciat grammaticam, & præcipue si est sacerdos secularis, quia tales communiter exponuntur ad curam animarum, quæ male potest exerceri sine lectione librorum quæ habentur in literali non in uulgari sermone scripti. Vnde Cęlestinus papa, debet quis ante esse discipulus quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere quod didicit. Qui minime literis operam dedit præceptor esse non poterit. dist. 59. ordinatos. Sed si esset religiosus cum ex vocatione sua non deputetur ad curam animarum, vnde oportet eum scire quæ pertinent ad debitam administrationē sacramentorum & præcipue pœnitentię, ideò videtur sufficere quod sciat bene & expedire legere missam & diuinum officium & quæ pertinent ad debitam materiam & formam eucharistiæ & celebrationis missæ, in huiusmodi enim puritas conscientiæ & deuotio regulæ supplent defectum scientiæ. Cōgruum est etiam & solitum examinare de cantu ecclesiastico præcipue clericos seculares. Quantum ad tertium, scilicet de bonitate uitę nisi sit peccator manifestus notorio iuris vel facti, ut publicus concubinarius vel usurarius manifestus & huiusmodi, vel nisi sit excommunicatus maiori vel suspensus vel interdictus potest eum admittere, quia nemo iudicandus est salutis suæ immemor 1. q. 7. sanci mus. Debet tamen admonere omnes ordinandos ut debeant confiteri ante ordinis susceptionē. Debet etiam interrogare si est legitimus, quia si illegitimus non potest promoueri ad aliquem ordinem sine dispensatione, vel episcopi quoad minores vel papæ quoad superiores nisi esset religiosus qui ratione religionis in huiusmodi nō indiget dispensatione, alias ordinans talem illegitimum scienter peccat mortaliter, & ordinatus est suspensus. Item ab subdiaconatum & supra non debet aliquem clericum secularem ordinare sine titulo alicuius vel beneficii vel altaris vel saltem patrimonii alias ipse ordinator haberet sibi prouidere. Et licèt exempti communiter habeant priuilegia quod nō debeant examinari pp q superficialiter potest transiri in examinatione ipsorum, tum quia frequenter abutuntur præsentantes ineptos, puta habentes defectū ętatis vel nimis ignorantes, ideò non incongruum est si in huiusmodi examinentur. ar. 11. q. 3. priui legium. Secundò deberprouideri episcopus ut sicut ipse abstinet ab omni uitio symonię, vel quod habet speciem vel scrupulum eius, ita & faciat examinatores & notarios ab huiusmodi cauere. Et præcipue ab illa corruptela qua solent notarii antequam scribant ordinandam seu præsentandum episcopo petere certam pecuniā, ut florenum vel medietatem vel plus vel minus alias non scriberent, quod expræsse prohibetur. 1. quæst. 2. sicut episcopum. Et quamuis post ordinationem factam pro litera testimoniali ordinis recepti posset notarius moderatum quid accipere ab ordinato pro suo labore quando non est salariatus ab episcopo secundum glo. dict. c. tamen tutius esset abstinere, ut cessaret omne scrupulum præcipue cum multum accipiunt & ordinator & examinatores participant de lucro. Tortina seu cerei qui volunt secundum morem fua sponte offerre recipi possunt, qui nolunt non sunt cogendi. ¶ Tertio episcopus faciens ordinationem in principio & ante omnia faciat generalem admonitionem & exhortationē ad ordinandos ut deuote suscipiant ordines cum per huiusmodi applicētur ad diuina mysteria tanquam Angeli. Et ideò conentur uitam tenere angelicam, præcipue ut caste & honeste viuant, & frequenter confessionem & præcipue cum habent exercere actus ordinum suorum faciant, quia talia faciendo ut acholitatum, subdiaconatum, diaconatum & huiusmodi existentes in peccato mortali, mortaliter peccarent & quod non omittatur officium diuinum ideſt horas canonicas ad quas tenentur, & quod vacent lectionibus librorum diuinorum & huiusmodi, deinde ad cautelam absoluat a uinculo excommunicationis suspensionis & interdicti, a quibus potest ordinandos. Quarto episcopus conferat ipsos ordines, sed non nisi illis qui sunt de sua dioecesi. arg. 9. q. 2. Lugdunensis, vel aliis de licentia suorum superiorum offensa in litteris autenticis quos examinare potest etiam si vult per se vel per alios, & etiam non ordinare cum sibi non uidentur idonei. Conferat aūt temporibus statutis ab ecclesia infra missam secundum qđ notatur in pontificali. Attendat autem cum omni diligentia ut non faciat defectum in expręssione formarum vel collatione instrumentorum ipsorum ordinum & aliis cerimoniis, vnde frequenter respiciat in pontificalis, vt de parte in partem videat quid agere debeat mutare procedendo & auisando or-

Vita.

dinandos

dinandos & reſpiciendo quod tangant inſtrumenta in quibus imprimitur character, de quibus ſupra tit.14.c. de ſacramento ordinis. Frequenter enim defectus in huiuſmodi ſolent contingere in quibus, & quid agendum cum contingunt, habes ſupra in dicto c. Vnde non confidat de miniſtris eius quin ipſe etiam ſingula attendat & præcipue, circa ordinem ſacerdotii, & præcipue quod in calice ſit vinum cum aqua, & ſuper patenam hoſtia, & quod ordinandi tangant calicem, & patenam. Item quod imponat manum ſuper capita eorum prout notatur in pontificali. Ita autem ordinatione facta dicēdo ſecretas moroſe, & fortiter dicat, ut ordinati ad ſacerdotium poſſint cum eo dicere cum habeant celebrare cum eo, non tamen quod iſtud ſit de ſubſtantia ordinationis, uel quod oporteat ſupplere illud ſi non dicerent cum eo. Demū in fine miſſæ ad bene eſſe ſolent epiſcopi ſere commendare ordinatis, & iniungere quaſdā miſſas ſacerdotibus aliis alias orationes pro eccleſia Dei, pro ſummo pontifice. Pro ipſo & pro bono ſtatu ciuitatis.

§.2. ¶In conferendo etiā beneficia oportet ſummam adhibere diligentiam. Nam ſecundum Thom. & Alber. in 4. mortaliter peccat ſcienter conferens beneficia indignis. Vnde Hormiſda papa diſt. 61. c. in ſacerdotibus, ait. In ſacerdotibus eligendis curam oportet eſſe perſpicuam. Irreprehenſibiles enim eſſe eos conuenit quos præeſſe eſt neceſſe corrigendis. Longa debet uitam ſuam probatione monſtrare cui gubernacula committuntur eccleſiæ, emendatorem enim eſſe conuenit populo, quem neceſſe eſt orare pro populo. Et infra. Perferens memorandi criminis labem non habet lucidam ſacerdotii dignitatem. Sicut autem ſecundum Greg. ſingula eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſque perſonis cōmittique debent, quia turpiſſimum eſt ſi ſingula rerū miniſteria perſonis totidem non fuerit diſtributa diſt. 89. cap. 1. ita & beneficia non plura vni: ſed ſingula ſingulis conferantur, vt dicitur diſtin. 70. c. ſanctorum. Et hoc quando illud vnum beneficium eſt ſufficiens ad competentem ſuſtentationem eius. Et quāuis ſolus papa diſpenſet, ut quis habere poſſit plures eccleſias curatas uel plures dignitates, vt expreſſe habetur extra de præbend. cap. de multa prouidentia, & in beneficiis ſimplicibus pluribus habendis epiſcopus valeat diſpēſare, ut dicit glo. ſuper dicto c. diffuse tractās iſtam materiam, tamen ſine cauſa rationabili diſpenſando non eſt abſque peccato cum diſſipet non diſpenſet. Ex quo ſequitur illud inconueniens, ut vnus quidem clericus eſuriat nullum habens beneficium alius autem ebrius ſit multitudine beneficiorum, & aliquando minus dignus. Poteſt autē epiſcopus eccleſias curatas duas vnire ex cauſa rationabili, puta propter exiguitatem, quia vna non ſufficeret ad ſuſtentationem, vel propter raritatem clericorum & huiuſmodi. Accedente tamen conſenſu patronorum ſi habent patronos, & hoc vel ſimpliciter vel ad vitam ſacerdotis eas habentis, & ſic poterit abſque alia papæ diſpenſatione quis habere duas curatas, quia vt vna reputatur ar. 10. q̄. 3. De iſta materia ſatis diffuse ſupra habetur tit. 15. c. de beneficiatis. ¶Primo ergo attendat epiſcopus, vt cui confert beneficium nullum ei obſtet de canonicis impedimentis, vel de his defectibus, de quibus dictum eſt in §. præcedenti, & quod attingat 25. annum ſi beneficium conferendum eſt curatum, quantuncunque exiguam curam habeat, & quod non ſit illegitimus, & infra annum a collatione ordinetur ad ſacerdotium ſi nondum eſt ſacerdos. Contrarium ſcienter faciendo vel ignorantia craſſa, peccaret mortaliter, & collatio non valeret. Examinet etiam per ſe uel per alium de aptitudine adminiſtrationis ſacramentorum, & præcipue circa audientiam confeſſionum, vt ſaltem ſciat communia Dei & eccleſiæ præcepta, & competenter diſcernere inter mortale & ueniale. Sed ſi beneficium eſt ſimplex, nec prædictam ætatem, nec promotionem ad ſacerdotium requirit. Et de illegitimatione ipſe diſpenſare valet dummodo aliàs ſit idoneus, & per alium deſeruire faciat illi beneficio capellæ uel altari, ita etiam quod reprehendat ipſum dicere horas canonicas cum ad hoc teneatur ex præcepto, aliàs nullo modo debet ei conferre quantuncunque exiguum etiam ſit. ¶Secundo attendat ſi beneficium habeat patronos, quia tunc cum tempus habeant quadrimeſtre a notitia vacationis talis beneficii curati uel ſimplicis, infra illud tempus non poteſt epiſcopus diſponere aliquid de eo contra voluntatem patronorum conferendo, ſed ipſo vacante quam citius debet ibi ſubſtituere œconomū ad conſeruandum bona eccleſiæ mobilia uel immobilia ad ſeruiendum in cura & officio illius eccleſiæ, cui & poſtea prouidere habebit de competenti ſalario. Si autem infra prædictum tempus non præſentant, poſtmodum ad ipſum deuoluitur pro illa uice prouiſio eius. Et ſi ipſe epiſcopus infra ſemeſtre

non

non instituit aliquem in illo beneficio curato vel non curato postea deuoluitur ad aliū pro uisio eius, nec pōt intromittere, aliàs peccaret mortaliter & collatio nulla. Et idem de beneficiis quæ spectāt ad eius collationem de his diffusè supra tit. 15. c. de beneficiatis. Si autem patroni præsentant indignum, super quo ipse habet examinare de idoneitate sua nullo modo debet admittere: sed repellere eū aliàs non excusaretur a mortali admittendo scienter indignum etsi ab aliis præsentatum, nec tamen ex hoc patroni amittunt ius præsentādi etiam pro illa vice, sed possunt alium præsentare. Si verò idoneum præsentent debet episcopus ipsum admittere & cōfirmare missō tū prius edicto publico, ut moris est, & nullo contradicente debet eum anulo inuestire, & dare auctoritatem alicui mittendi eum in possessionem. Et hæc omnia fieri debent per instrumentum notarii curiæ ipso tamen beneficiando præbente assensum per se uel per procuratorem suum. Si autem patroni plures essent & vota variarent in præsentando admitti potest præsentatio utriusque partis: sed non debet sequi confirmatio nisi facta discussione cuius præsentatio maioris partis patronorum cæteris paribus. Et circa huiusmodi solent oriri multa litigia quæ deciduntur per Doct. Aliqua breuiter habes de patronatu supra titu. 12. patronis. ¶ Tertio debet attendere, ut nulla ibi committatur symonia in collatione vel in præsentatione ipsorum, nec per beneficiandos, nec per patronos, nec per mediatores, & multo magis ab hoc abstineat, ut scilicet, nec ratione pecuniæ conferat, nec etiā ratione seruitii temporalis recepti, vel recipiendi, aut ratione præcum ad illud principaliter moueatur, sed potius ad meritum personæ respiciat, præces etiam pro se porrectę pro beneficio curato indignum reddunt secundū Tho. Rayn. & plures alios. Collatio autem beneficii symoniacè facta nulla esset, & renunciare oporteret, de qua materia diffusè habes supra, in 2. parte titu. 1. c. de symonia, nec etiā debet beneficia ratione consanguinitatis dare, nec minus dignos consanguineos præponat extraneis magis idoneis, quia hoc pertineret ad uitium acceptionis personarum secundum Tho. de quo supra in 2. parte. Est autem de more seu abusione in multis curiis episcoporum, ut in collatione beneficiorum certam quantitatem pecuniæ ipsi exigant a beneficiatis secundum taxam curiæ ipsorum maiorem uel minorem secundum ualorem beneficii hoc agentes, & in hoc se excusantes ex more Romanæ curiæ, ubi secundum taxā beneficiorum soluitur annata ipsi curiæ, medietatem habet papa, aliam uero medietatem cardinales. Sed non sequitur, quòd si papa hoc facit ex antiqua constitutione vel consuetudine, quòd ipsi similia possint facere cum non habeant plenitudinem potestatis in beneficiis quam habet papa, nec possint defalcare iura, vel introitus ecclesiarum sibi subditarum, ut papa vniuersaliter erga omnes. Præterea & alium statum, & alias expensas papā cum curia facere oportet, quam episcopi in diœcesibus suis, & ita faciunt habentes magnos redditus, sicut & tenues. Vnde uidetur hoc ad symoniam, vel ad extorsionem iniustam saltem pertinere. Vnde cautum est, & vt videtur debitum ab huiusmodi abstineant. Notariis autem curiæ suæ, ita faciant prouidere de labore suo, ꝙ non nimis extorqueat pro huiusmodi a clericis, & ipsi nō participēt de lucro illorum. Et similiter pro confirmatione electarum in abbatissas, uel electorum in præsidentes ecclesiarum collegiatarū nihil accipiant, vt sint immunes a vitio symonię.

¶ Circa alia spiritualia negotia oportet episcopum esse sollicitum semper ea pręponendo tēporalibus, sicut animus præponitur corpori cum & cura animarum prępcipue sit ei iniuncta, & primo circa audientiam confessionum, ubi magis uertitur periculum animarum si indebitè fiat illud officium, attendat quòd confessores habeant & auctoritatem & sufficientem peritiam, & quia ut dicitur extra de pœ. & re. ca. episcopus. lib. 6. nulla consuetudine introduci potest, vt aliquis propria auctoritate sibi eligat confessorem, ideò admoneat sacerdotes, & alios clericos, ut ab eo vel vicario suo petant licentiam confitendi si non habent ab alio superiore, vel nisi confitentur religiosis habentibus ex priuilegio, ut possint audire quoscūque illius diœcesis, vbi fuerint præsentati, vt extra de sepul. c. dudū, in clemen. Sacerdotes vero parochiales eo ipso quo constituuntur in rectores ecclesiarum sine alia licētia possunt audire suos parochianos nō autem alios sine licentia episcopi, vel vicarii sui, uel nisi ipsi confitentes de hoc haberent licentiam. Aduenientes autem extra diœcesim audire non possunt nisi in graui infirmitate, vel nisi illi alienigenę haberent licentiam a suo diœcesano. Nec tantum sacerdotes parochiales possunt absoluere in casibus reseruatis, nisi super hoc habuerint specialem licentiam]. Alii autem sacerdotes non curati audire non possunt sine licentia §. 3.

eorum

eorum qui dare possunt. Religiosi vero exempti audire possunt secundum formam clemẽtinæ dudum, de sepulturis. Et quia maxima ignorantia hodie reperitur in confessoribus, & præcipue clericis secularibus ideo episcopus per se vel per alium examinet & doceat de necessariis ad huiusmodi, de qua materia habes diffuse supra in titu. de confessoribus. ¶ Quantum etiam ad alia sacramenta procuret, quod a sacerdotibus omnia debite ministrentur secundum formam & ritum ecclesię contrarium facientes puniat plus & minus secundum quantitatem excessus, & permaxime sacramentum baptismatis in substantialibus, vt nullus fiat defectus. Faciet etiam obseruari ut nihil exigatur pro collatione seu administratione sacramentorum vel aliorũ spiritualium, sed sponte oblata recipere permittat. Dicit enim Greg. quod eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit quæ non ex ambientis petitione processerit 1.q.2. sicut. Monasteriorum monialium sibi subditorum diligentem adhibeat curam circa obseruationem honestatis earum nec permittat ingressum in monasterium nisi ex causa necessaria ut visitationis medici ad infirmos, deportationis uictualium & huiusmodi, & hoc per personas maturas & honestas & contra ingredientes sine causis huiusmodi solet esse lata sententia excommunicationis per synodales ut in pluribus dioecesibus. Accessum etiam ad crates ad loquẽdum cum monialibus nõ de facili concedet nisi forte consanguineis, & hoc sine pompa & ornatu superfluo. Egressum autem monialium nõ concedat ratione uisitationis parentum etiam infirmorum, ratione autem balneorum propter liberationẽ ab aliqua graui infirmitate de consilio medici, si monialis honesta est & nõ leuis cum decenti societate consangnineorum vel alienarum personarum non suspectarum permittere põt etsi consultius esset abstinere. Quod obseruent regulam suã, ut uiuant in communi omnia tenentes sub uno officiali & lucra ex artificijs & legata & donata a consanguineis, de communi prouideatur per prælatam prout unicuique opus est & facultas permiserit. 12.q.1.non dicatis. Confessorem eis tribuat qui non solum sit honestus, sed etiam sciat quæ spectant ad uitam religiosam ut ualeat eis facere confcientiam de transgressionibus suis prout decet. Congruum etiam uidetur ut lapsum carnis cũ aliis personis sibi reseruet. Visitare etiam ordinarie annuatim debet, & si necessarium viderit etiã pluries. De pertinentibus autem ad mores religiosorum, habes supra in tit. de religiosis. Familiaritates autem & frequentationes laicorum & multo magis clericorum & religiosorum con monialibus intercidat. In consecratione ecclesiarum vel virginum nihil temporale exigat. Similiter in benedictione abbatũ vel abbatissarum. In consecratione tñ ecclesiarum potest recipere procuratorum, vel cũ uadit extra de chrismandum, ut dicitur extra de cen. c. Remana. li. 6. in lectura, & habeẽ infra. Omni anno chrisma cõficiat in cęna domini vel per alium episcopum si non potest fieri hoc faciat & chrisma & oleum sanctum & cathecuminorum faciat in ecclesijs cunctis renouare & uetus cõburere. Omnia anno det sacramentũ cõfirmationis his qui nõ sũt chrismati in ecclesia cathedrali, & hoc fieri debet in festo Penthecostes & admoneat vel admonere faciat p̃ prædicatores qñ adultiuandant ad recipiendũ chrisma q̃ prius cõfitean tur, & quod habeant qui eos teneant. Potest etiam conferri quibuscunque diebus istud sacramẽtum per castella & uillas dioecesis suæ, debet aliquando discurrere & conferre & præcipue quando uisitat. De pertinentibus ad istud sacramentum habes supra titu. 24. de sacramento confirmationis. Contra hæreticos si quos inuenerit debet procedere secũdum iura & officium inquisitorum qui deputati sunt a sede apostolica non impedire, sed adiuuare. Iudæos si ibi sunt facere signũ portare, extra de iudæis. c. in nonnullis, ut discernantur ab aliis & alia facere obseruare, vide quæ habentur supra parte. 2. tit. fi. de iudæis. Possunt etiam episcopi inquirere contra hęreticos, extra de hære. c. per hoc lib. 6. Quãdo inquisitor vel episcopus facit inquisitionem vel processum contra hæreticum aliquẽ quomodo se debeant habere, quia simul aliqua habent facere, vide supra in titu. prædicatoribus. c. de inquisitoribus. Et maleficia facientes expellere de dioecesi, ut dicitur. 26. q. 5. episcopi. Et dicit quædam glo. quod quiper maleficium faciunt quod uir non possit uxorem cognoscere, istud est crimen ecclesiasticum, & ad episcopos spectat seuere punire, ut 26 q. 5. si quis clericus. Diuinationes & incantationes prohibere per cænsuras ecclesiasticas. Et excommunicationem & interdictũ seruare facere. Contra ecclesiasticam libertatem, laicos non permittet agere statuta aliqua et edita destruere faciat quantum potest et quod clerici et causæ ecclesiasticæ et usuriæ et matrimoniales et huiusmodi non tra-

huntur

hantur ad iudicium seculare. Conetur contra publicos vsurarios procedere secundum formam constitutionum usurarum &c. quãquam, de vsuris lib.6.cuius declarationem habes sup in 2.parte.ti.1.de vsurariis manifestis. Abusiones uarias quæ sunt in ciuitate quantum potest prędicatores admonendore prehendendo & aliqñ per excommunicationem conetur extirpare sine scandalo tamen. ar.dist.44.commessationes. Singulis annis synodum faciat, vbi admoneat clericos de agẽdis & vitia repræhendat, exclusis laicis constitutiones synodales legere faciat & exponere pro ignorantibus & mandare omnibus subcerta pæna pecuniaria ut veniant ad synodũ. Et si expedit aliquam cõstitutionem synodalem facere vel immutare hoc tractare cum consilio & consensu capituli. i. canonicorum ecclesię cathedralis ad exemptos clericos vel regulares humane se debet habere in nullo infringere priuilegia suæ exẽptionis, sed conseruate & in nullo procedere cõtra eos in iudicio nec rõne cuiuscunq; delicti, nec rõne cõtractus vel alterius rei si in hoc sunt exẽpti ut cõmuniter sunt hodie. In ecclesijs eorũ nõ celebrare solemniter nõ requisitus ab eis monasteria monialiũ eis subdita visitare non debet vel in aliquo molestare, possunt tñ charitatiue si quid repræhẽsibile viderit admonere. Ecclesiam Romanã habet singulis annis per se vel per procuratorẽ uisitare, qa sic iurat in sua consecratione & alia quæ ibi iurat obseruet, vel procuret super hoc de anno in annum relaxationem ab illo iuramento. Singulis annis si potest omnes ecclesias & monasteria & hospitalia suæ dioecesis debet uisitare & de mõ visitationis dicetur infra in c. speciali. Vicarium autem unum vel plures debet instituere secundum quod viderit expedire, qui audiat causas iudiciales & iustitiã administret, cui det potestatem necessariũ causis expediendis & plus & minus, secundum quod sibi uidebitur, & diligenter aduertat q̃ talis sit qui reputetur sufficiens in scientia, & rectus in conscientia, ut non declinet a vero pręcibus vel muneribus, & puideat ei de cõpetenti salario pro labore suo. Sed quærit Archi. super. c. uobis. 12.q.2. Vtrum vicarius episcopi in spiritualibus & temporalibus possit beneficia concedere, & Goffr. tenebat quod sic extra de præben. in c. dilecto, quia uicarius potest omnia quę pertinent ad iurisdictionẽ Sed instituere est iurisdictionis non episcopalis offi. Guil. Duran. tenet contrarium. Sed Archidia. dicit Credo quod requiratur speciale mandatum quod p robat expræsse de offi. vica. ca. cum in generali, libro sexto, & hoc tenetur.

¶Circa bona temporalia mobilia vel immobilia episcopatus & ecclesiarum & monasteriorum & aliorum locorum piorum sibi sub ditorum debet diligentiam adhibere ne diminuantur vel auferantur. §.4. ¶Et primo quidem cauare debet sibi ab auaritia, vt videlicet nec per se nec per alios negociis secularibus pecunias suas exponat, sed & clericos, suos ab huiusmodi faciat abstinere prout tenetur, ut dist.88.ca.fornicari, & extra necle.vel mo.c.1.nec etiam debet thesaurizare sed quod sibi supereſt in pias causas expẽdere. Vnde Ambro. 12.q.2.aurum ecclesia habet non ut seruet, sed ut eroget & subueniat in necessitatibus. Et Hiero. c. se. 1. Gloria episcopi est pauperũ opibus prouidere, ignominia sacerdotis est propriis studere diuitiis. ¶Secundo abstineat a dilapidatione ipsorũ bonorum cum sit pauperum. 16.q.1.quoniã, vnde amicis vel consanguineis non det nisi in necessitate tanquam pauperibus, sicut legitur sanctum Aug. feciſſe. Ab expẽsis super fluis conuiuiorum plurimorum famulorum vel equorum pompoſo supellectilis se abstineat, obseruando illud quod habet. dist. 41. ex Carthaginensi concilio. Episcopus uilem suppellectilem & mensam victum pauperem habeat & dignitatis suæ auctoritatem fide & vitæ meritis quærat, & in c. sequenti dicitur, nec uestibus vel calciamentis decorem quærat. Legata ad pias causas, si infra annum a morte testatoris hæredes vel executores non soluerint ipsæ episcopus debet postea cogere illos ex officio suo nisi testator ipsę prorogauerit & determinauerit tẽpus illa faciẽdi. Et ne in huiusmodi lateant cõgruũ est ut singulis annis episcopus præceptum faciat notariis sub pæna excommunicationis ut debeãt talia legata referre curię suæ post mortem testatoris, ut videat si adimpleantur, & alicubi est sententia lata per synodalem constitutionem contra tales. Ipsa vero legata quæ haberet exequi episcopus siue pro incertis facta siue pro aliis causis, quãdo per testatorem nõ est expræssus locus vel modus erogatiõis nõ propterea potest ul debet episcopus sibi imbursare sed pauperibus erogare tenetur & idem de aliis incertis quæ perueniunt ad manus eius ratione vsurę vel ludi & huiusmodi. ¶Tertio alienare non debet aliquid immobilium sui episcopatus etiam in casu necessitatis nisi prius habita licẽtia a sede apostolica

lica cum & hoc iuret, extra de rebus eccle. nō alien. c. monasteriorum, in cle. & tunc etiam requiritur certa forma, de qua supra. titu. 12. de alienatione rerum ecclesiasticarum. Similiter non debet permittere alias ecclesia vel monasteria vel hospitalia sibi subdita alienationem rei alicuius immobilis facere sine cōsensu suo ex causis, & cum modis qui habentur. 10. q. 2. hoc ius & 10. q. 2. fine exceptione. Et debet bene inquirere, quod ecclesia nō decipiatur & precium pro necessitate expendatur, vel vtilitatem maiorem ecclesiæ ipsius emendo aliud sibi fructuosius. Multę læsiones fiunt ecclesiis, & locis piis per illicitas alienationes. Sed ubi ecclesia vel monasteria apparent notabiliter læsa, potest eps contractum rescindi facere, vel ad supplementū cogere emptorem. Idem de permutationibus vel transactionibus. Quod autem episcopus in alienationibus possessionum ecclesiæ uelit certam quotam puta ad rationem. 5. pro centenario de precio rei venditæ uidetur expressa extorsio, nec excusare potest ratione consuetudinis cum sit irrationabilis, nō enim potest gabellam ponere in cōtractibus, sicut laici faciunt. Quæ autem repperit vsurpata ab ecclesiis, & piis locis a patronis, vel consanguineis rectoris ecclesiarum mobilia vel immobilia restituere faciat inquātum potest. Ecclesias ruentes faciat per rectores, vel populum reparari, & domos earum prout fieri potest. Quarto nota, vt dicitur. 13. q. 1. episcopi, & c. sequentibus episcopi, & alii rectores ecclesiarum debet habere & tenere res ecclesiæ distinctas a rebus propriis ne sub prætextu rerum propriarum auferantur bona ecclesiæ. Et de bonis quidem ecclesiæ mobilibus vel immobilibus, & aliis clerici non possunt testari, sed de rebus patrimonialibus vel sibi donatis aut legatis, aut acquisitis per industriam possunt testari, & consanguineis licite legare & donare, & ab intestato in huiusmodi succedunt consanguinei. Episcopi autem ex religionibus assumpti non possunt de aliquo testari, nisi de licentia Papæ secundum Thom. in sum. 2. 2. q. 185. ar. 8. Et similiter religiosi assumpti ad ecclesias curatas, sed quicquid acquirunt tales episcopi, uel alias curati ecclesiæ suæ acquirunt etiam per successionē aduenientem. Sed hodie consanguinei prælatorum spoliāt domos eorum in morte, de his plenus habes supra titu. 10. de testamentis.

¶ Nota quinto quod episcopus debet procurare quod ecclesiæ collegiatæ, & monasteria habeāt procuratores suos seu œconomos qui fideliter tractent bona earum. Ipsæ autem episcopus debet habere œconomum rerum episcopatus qui sit testis administrationis debitæ temporalium. Sicut etiā cubicularii quos debet habere personas maturas, & optimæ vitæ, & famæ clericos, vel religiosos debent esse testes sanctæ cōuersationis suæ, vt dicitur. 2. q. 7. cum pastoris, & hic œconomus debet esse clericus, vt dicitur. 89. distinct. c. in quibusdam, & c. iudicatum. In glo. tamen super. c. diaconum, dicitur quòd qui habet potestatem seu administrationem super rebus episcopatus dicitur vicedominus, qui autem super tres canonicorum dicitur œconomus, hodie consueuerunt nunciare Camerlinghi. Et in c. decenter omnibus. di. ea. dicitur quòd talia officia propinquis vel fauore sibi coniunctis non sunt committenda. Et dicit ibi glo. quod ratio huius est, quia magis sunt proni episcopi ad dandum propinquis quam aliis etiam magis dignis. Item alia ratio est huius prohibitionis, quia semper præsumitur quòd res ecclesiæ latenter lædantur per eos. Et distinctio. 88. dicitur episcopus nullam rei familiaris ad se curam reuocet, sed orationi & lectioni & prædicationi tantum modo uacet. Hinc & Ber. Eugenium Papam in li. de consideratione multum inuehit contra episcopos, qui totam sollicitudinem suam ponunt principaliter circa temporalia & suppellectilia sua & comparandos redditus, & de salute animarum paruncurant, dicens quòd si nō possunt habere prudentes & fideles dispensatores, ut decet melius est habere minus idoneos quam episcopi se immiscent huiusmodi occupationibus temporalium.

¶ De dispensatione quæ potest fieri per episcopos. §. 5.

¶ Nota quòd circa lapsos reperiuntur tres regulę ius commune continentes secundum Ray. in sum. & gl. summaria. di. 50. in prin. Prima est quod qui peccauit mortaliter post baptismum non potest promoueri, scilicet absque dispensatione. 25. distinc. primum. 10. 8. di. quoniam. 1. q. 7. si quis omnē. Secunda regula est, quòd promotus peccans mortaliter deiicitur. di. 50. qui semel. di. 81. si diaconus. Tertia est quod ab ordine depositus non potest restitui di. l. 1. & 2. Istæ etiam tres regulę colliguntur. dist. 50. vt constitueretur in principio, ut ubicunque mitius agitur dispensatio est. Idem Hostien. ¶ Sed circa intellectum istarum regularum secundū Ray. & glo. ubi supra tres fuerunt ab antiquo opiniones. Prima fuit quòd omne mortale post baptismum repellit promouēdum & dei-

deijcit promotum, & quia ista est nimis rigida, quia secundum eam nullus posset promoueri, ideo non tenendā. Secunda opinio intelligit istas regulas de magnis peccatis, quia minora post pœnitentiam non repellunt promouendum, nec deiiciunt promotum ar. dist. 41. clericus, & 5. q. 4. in loco. Et quia ista opinio non distinguit inter peccata occulta & manifesta, ideo non est tenenda. dist. 50. c. de his vero. Tertia opinio intelligit prædictas regulas de manifestis, occulta enim post pœnitentiā etsi grauia non repellunt, nec deiiciunt. dist. 48. quoniam. Et quia hæc opinio non distinguit inter enormia quæ etiam occulta repellunt & deiiciunt, & alia peccata, ideò ipsa ēt non est tenenda, extra de accu. c. inquisitionis. Vt ergo sine calumnia procedas distinguendum est de peccatis, quia aut illa sunt enormia aut mediocra aut maiora, quamuis omnia mortalia. Si sunt enormia siue occulta, siue manifesta sint repellunt promouendum & deiiciunt promotum, idest indignū faciunt, vt promoueatur, & si iam promotus sit indignum faciunt ad exequendum officiū susceptī ordinis, & post quantancunque pœnitentiam, & contrarium faciens hoc est accedens ad ordinem suscipiēdum, vel exequēs ipsum ante dispensatiōnem semper peccaret mortaliter. distin. 50. cap. miror. 1. quæstio. 1. erga, &c. si quis, extra de accusa. cap. inquisitionis. Et ut dicit Guil. glosator Ray. quod dicitur de enormibus restringēdum est ad homicidium & symoniam in ordine, idem Hostien. & Goff. addentes uitium hæresis. 1. q. 1. ventum. Quantum vero ad mediocria peccata subdistinguit Ray. quia aut sunt manifesta aut occulta. Si manifesta impediunt promouendum & deiiciunt promotum. dist. 50. c. de his uero. Et intelliguntur manifesta quā do sunt nota per sententiam, vel per conuictionem vel per confessionem factam in iure metu probationis. distinct. 24. c. fi. vel notorio ꝙ non possit aliqua tergiuersatione cœlari. Si autem sint occulta non impediunt promouendum nec deiiciunt promotum, sed possunt promoueri, & ministrare in susceptis absque incursione alicuius censuræ vel irregularitatis, sed non absque mortali peccato, quousque pœniteant, extra de tempo. ordi. c. ex tenore. & c. quæsitum. Dicuntur autem mediocria exemplificando adulterium, furtum, sacrilegium, periurium, fraus cū dolo, incæstus multomagis vitium sodomiticum, extra de excess. prǫla. c. clerici & similia maiora adulterio, fornicatio etiam simplex notoria, ubi admonitus nollet se corrigere, videtur pertinere ad mediocria, extra de coha. cleri. sicut Minora autem peccata etiam manifesta non impediunt promouendum, nec etiam deiiciūt promotum. Et dicuntur minora respectu graiuū, vt venatio in clerico ludus aleæ & ebrietas. distin. 35. c. 1. facere strepitum in synodo. 5. quæstio. 4. in loco, & similia. Si tamen admoniti tales nollent se corrigere, propter contumaciam efficiuntur grauiora. Idem Hostien. Inno. etiam in glo. super c. ex tenore, de tēp. ordi. dicit, quòd in occultis peccatis sufficit absolutio sacerdotis auctoritate clauiū. ar. 6. q. 1. illi. nec credo quòd sit necessaria dispensatio ordinarii quoad promotionem, vel quo ad executionem, quod intelligendum est de mediocribus, ut patet ex illo. c. ex tenore, &c. quæsitum. Et addit quòd non peccat talis sitim facta confessione celebrando licèt bonū sit consilium, quòd vel abstineat, vel pro parte satisfaciat. Quod papa possit in omni casu dispensare super homicidio, & aliis non est dubium. Sed circa episcopos est duplex solēnis opinio secundum Rayn. Prima est quòd episcopus potest dispensare contra duas primas regulas in adulterio & minoribus crimi nibus, scilicet cum sunt manifesta, (vt dictū est,) in maioribus vero adulterio nequaquā nisi in casibus a iure expressis possit dispensare, & hoc expresse dicitur extra de iudi. c. at si clerici. Nam hoc ipso quod de quibusdam conceditur de aliis tacite prohibetur. dist. 25. cap. qualis, extra de translat. c. inter corporalia. ar. ad idem de ten. or. dilectus, ubi dicitur Cum illi dispensatio huiusmodi a canone minime sit permissa. Exprimitur autem in iure de quibusdam maioribus adultetio, in quibus permittitur episcopus dispensare. distin. 50. cap. si quis presbyter. In hæresi tamen hodie non habet locum cum papa sibi reseruet absolutionem, & in c. presbyteros. dist. 50. vbi dicitur de diaconibus & presbyteris idolis immolantibus ex coactione postquam pœnituerint penes episcopos eorum erit potestas aliquid eis tribuendi. Alia siue secunda opinio, est quòd episcopus potest dispensare in omni crimine contra duas primas regulas, nisi expresse prohibeatur a iure, hoc probatur dist. 28. c. presbyter, & optime de pǫ. dist. 6. c. 1. in fi. vbi dicitur. Pontifex iustus atque discretus non cogitur suos sacerdotes semper abiicere, sed nec mox restituere, nisi statutum fuerit a Romano Pontifice, ut extra de sen. excom. c. nuper. circa fi. Hanc opinionem tenet Laud. Vincen. Ioan. & Tan. Et Ber. extra de iudi. in

glo.

glo. super cap. at si clerici, dicit quòd hæc opinio est magis communis cui assentit Ray. & Guil. glossator eius dicit hanc opinionem esse salubriorem & benigniorem supradicta. Sequendo igitur secundam opinionem quæ cõmunior est qui sint hi casus in quibus prohibita sit episcopis dispensatio & papæ reseruetur, plene habes infra titu. sequen. ibi vide. Quantum autẽ ad tertiam regulam, scilicet quòd depositus restitui non potest in officiis suis, in hoc nullus potest dispensare, nisi Papa secundum Ray. & Host. licèt aliqui cõtrarium sentiant, vt habes supra in præmissis.

§. 6. ¶ De episcopatu quoad appetitionem vel recusationem eius vel renunciationẽ. Et quantum ad primum ꝙ non sit licitum appetere episcopatum sed præsumptuosum, hoc declaratum est supra parte secunda titu. 3. capi. de ambitione. ibi vide. Quantum ad secundum scilicet vtrum episcopatum iniunctum a superiore liceat omnino recusare? Respõ. Tho. 2. 2 quæst. 185. art. 2. quòd in assumptione episcopatus duo sunt consideranda. Primum est quid deceat hominem appetere ſm propriam voluntatem. Secundum est quid deceat hominem facere ad volũtatem alterius. Quantum igitur ad propriam voluntatẽ conuenit homini principaliter insistere propriæ saluti & intendere, sed quod aliorum saluti intendat hoc conuenit homini ex dispositione alterius potestatem habentis super eum. Vnde sicut ad inordinationẽ voluntatis pertinet quod homo ꝓprio motu feratur in hoc quod gubernatiõi alterius præficiatur, ita ad inordinationem voluntatis pertinet ꝙ aliquis omnino contra superioris iniũctionem prædictum gubernationis officium finaliter recuset, & hoc propter duo. Primo quia hoc repugnat charitati proximorum quorum vtilitati sequis debet exponere pro loco & tempore. Vnde Aug. 19. de ciui. Dei. Negocium iustum suscipit necessitas charitatis. Secundo quia repugnat hoc humilitati per q̃ quis se aliorum mandatis subiicit. Vnde Greg. in pastoral. dicit quod tunc ante Dei oculos vera est humilitas cum animus ad recipiendũ hoc quod vtiliter subire præcipitur pertinax non est. Quamuis autem vita contemplatiua ex qua quis sibi vacat, & Deo præponitur actiuę qua proximis intẽditur, & amor Dei sit potior amore proximi, tamẽ bonum multitudinis præferendum est bono vnius. Et hoc ipsum pertinet ad dilectionem Dei, quod aliquis ouibus Christi per curam pastoralem impositam intendit. Insuper & prælati non sic transferuntur per prælaturam ad vitam actiuam, vt contemplatiuam deserãt, sed vtrique pro tempore debent vacare. Et inducit ad hoc Thom. auctoritates Augusti. quæ habentur in decret. Dicit enim August. Ocium sanctum quærit charitas veritatis negocium istum suscipit necessitas charitatis, quam sarcinam si nullus imponit percipiendæ atque intuendę vacandum est veritati. Si autem imponitur suscipienda est propter necessitatem charitatis. Sed nec si omnimodo veritatis delectatio deferenda est, ne subtrahatur illa suauitas & opprimatur iusta necessitas 8. quæst. prima, qui episcopatum, vbi dicit glos. quoad finem auctoritatis quod nõ ita debet insistere, tamen delectationi veritatis in contẽplatione quod non deseruiat prout oportet necessitati proximorum in exercitio curę pastoralis. Ad idem Augu. ad Eudoxium. Vos autem hortamur in domino vt ꝓpositum vestrum custodiatis & vsque in finẽ perseueretis. Aut si qui opera vestra mater ecclesia desiderauerit, nec elatione auidam suscipiatis nec blandiente desidia respuatis, sed miti corde obtemperetis Deo cum mansuetudine portãtes eum qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio & docet mãsuetos vias suas nec ocium vestrum necessitatibus ecclesię præponatis. Cui perturienti si nulli boni ministrare vellẽt quomodo nascereminí nõ inueniretis. 16. quæst. 1. vos autem. Item quã vis accipere episcopatum de se non sit necessarium ad salutem sit tamen necessarium ad salutem recipere ratione præcepti superioris. Nec excusaret eum si votum de non episcopando fecisset, qa si intẽdisset hoc nullo modo acceptare etiam per superioris mãdatum votum illicitũ & sic non obligaret, si intendit quantum erat ex parte sui tunc quia iniungitur a superiori non egit contra votum nec ẽt excusaret a tali iniunctione hoc ꝙ haberet ꝓpositum peccandi, quia põt & debet dimittere tale propositũ. Si autem haberet aliqd impedimẽtum puta excommunicationis vel irregularitatis, cum illo non debet suscipere, sed debet manifestare iniungẽti. Et si nõ põt tollere tale impedimẽtũ puta, quia est archiepus qui præcipit, & ille irregularis vel illegitimus & hmõi nõ tenet obedire, & idẽ vr si esset notabiliter ignorans, sed si põt tollere impedimentũ & tollit ipso iudicato vt Papa debet obedire. De renunciando aũt episcopatui quod fieri nõ põt absq; licentia sedis apostolicę habes extra de renun. ca. nisi quod plene declaratur supra ti. proxi. c. de renũciatione.

§.7. ¶De epiſcopis aſſumptis ad huiuſmodi dignitatē ex ſtatu religionis vtrum teneant ab obſeruantias regulares. Reſpon. Tho. 2. 2. qō. 185. arti. 8. quòd cum ſtatus religionis & ſtatus epiſcopalis pertineant ad pfectionem & dicatur ſtatus perfectionis, in hoc tamen eſt differentia inter vtrunq;, quia ſtatus religionis dicitur ſtatus pfectionis, quia ipſa obſeruatio religionis eſt via tendendi in perfectionem. Sed ſtatus epiſcopalis dicitur ſtatus perfectionis quaſi quoddam magiſterium perfectionis. Vnde ſtat⁹ religionis comparatur ad epiſcopalem ſicut diſciplina ad magiſterium & diſpoſitio ad perfectionem, diſpoſitio autē non tollitur perfectione aduenīente niſi forte quantum ad id qđ perfectioni nō cōgruit, ſed magis confirmatur ſicut diſcipulus cum peruenerit ad magiſterium nō cōuenit q̄ ſit auditor conuenit tamen ſibi quod legat, & meditetur magiſquam prius. Sic igitur dicendum, q̄ ſi qua ſunt in regularibus, obſeruantiis quæ non impediant pontificale officium ſed magis valent ad perfectionis cuſtodiā, ſicut eſt cōtinentia paupertas & huiuſmodi, remanet ad illa obligatus religioſus factus epiſcopus, & per conſequens ad portandum habitum ſuæ religionis qui eſt huius obligationis ſignum. Si qua verò ſunt in obſeruantiis regularibus quæ officio pōtificali repugnent ſicut eſt ſolitudo, ſilentium, abſtinentia, graues vigiliæ & huiuſmodi, ex q̄bus impotēs redderetur ad exequendum pontificale officium ad hmōi non tenent. In aliis autem poteſt & diſpenſatione vti, ſecundum q̄ requirit neceſſitas perſonæ vel officii, vel conditio hominum cum quibus viuit, per modū quo etiam prelati religionum ſecum diſpenſant. Quod autem dicitur. 16. q. 1. quòd monachū canonica electio a iugo monaſticæ conuerſationis abſoluit, & ſacra ordinatio de monacho epiſcopum facit, intelligitur hoc dictum non quantum ad omnia: ſed quantum ad ea quæ repugnant pontificali officio. Et quamuis epiſcopi religioſi non teneantur obedire prælatis ſuarum religionum ex eo videlicet, quia deſierunt ſibi eſſe ſubditi, ſicut & ipſi prelati religionum cum non habent ſuperiores non tenentur obedire ſuperioribus prelatis quos non habent, manet tamen adhuc obligatio voti virtualiter ita. ſ. quòd ſi eis legitimè aliquis preficeretur obedire tenerentur inquantum tenentur obedire ſtatutis regulę per modū prędictum & ſuis ſuperioribus ſi quos habent vt archiepiſcopum vel Papā & hmōi. Proprium autem nullo modo pñt habere, nam hęreditatem paternā vendicat nō quaſi propriam ſed quaſi eccleſię debitam. Et ſic intelligitur quod habetur. 16. qō. 1. vbi dicit q̄ monachus factus epiſcopus velut legitimus hęres paternam ſibi hęreditatē iure vendicandi poteſtatem habeat. Vnde ibi ſubditur, q̄ poſtquā eps ordinat ad altare ad qđ ſanctificatur quod acquirere potuit reſtituat. Teſtamentum autem nullo modo poteſt facere, quia ſola diſpenſatio ei committitur rerū eccleſiaſticarum qnę morte finitur. Si tamen ex conceſſione Papę religioſus epiſcopus vel alter faciat teſtamentum non tamen ex hoc intelligitur vt de re propria diſponere ſed auctoritate Apoſtolica intelligitur eſſe ampliata poteſtas ſuę diſpenſationis, vt eius diſpenſatio poſſit valere poſt mortem. Epiſcopi aūt qui aſſumuntur ad epiſcopatum de ſtatu clericali poſſunt bona patrimonialia & acquiſita per induſtriam tenere vt propria & donare vel legare per teſtamentum, prout eis videtur de huiuſmodi bonis. 12. quæſt. 1. epiſcopus. Non enim epiſcopi in ſua ordinatione ad hoc ſe obligāt, vt abſq; proprio viuāt nec etiam viuere abſq; proprio ex neceſſitate requiritur ad officium paſtorale.

§ 8. ¶ Vtrum epiſcopi non largiendo pauperibus bona eccleſiaſtica quę procurant peccēt mortaliter? Reſpon. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 7. aliter eſt dicendum de propriis bonis quę epi poſſidere poſſunt. ſ. ſi non ſunt religioſi & de bonis eccleſiaſticis nam propriorum bonorū verū dominium habent. Vnde ex ipſa rerum conditione non obligantur, vt ea aliis conferant ſed poſſunt vel ſibi retinere vel aliis pro libito largiri in qua tamen diſpenſatione vel receptione poſſunt peccare, vel propter inordinationem affectus per quam plura ſibi conferant vel retineant quam oporteat, vel aliis non ſubueniant ſm debitum charitatis non tamen tenentur ad reſtitutionem. Sed eccleſiaſticorum bonorum ſunt diſpenſatores vel procuratores, vt Augu. 12. q. 1. ſi priuatum. dicit. Ad diſpenſatorem autem requiritur bona fides. Sunt autem bona eccleſiaſtica nō ſolum in vſus pauperum, ſed ēt ad cultum diuinū, & neceſſitatem miniſtrorū expendenda. Vnde antiquitus fiebant quatuor partes de redditibus eccleſiarum vna erat epiſcopi, alia clericorum deſeruientium eccleſię, tertia ſeruabatur pro fabrica ſeu reparatione eccleſię, & quarta pauperibus dabatur, vt habet. 12. q. 2. de redditibus, & quatuor, & aliis c. Si ergo diſtincta ſunt bona, quę decent in vſum epiſcopi cedere ab his quę debent expē

di

di in vſum clericorum vel pauperũ vel fabricę, & aliquid ſibi retineat epiſcopus de his q̃ ſũt deputata miniſtris, vel pauperibus, vel fabricę, non eſt dubium q̃ agit contra fidem diſpenſationis, & mortaliter peccat & tenet ad reſtitutionem. De his autem quę ſunt ſpecialiter ſuo vſui deputata videtur eſſe eadem ratio quæ & de propriis bonis, vt ſcilicet p̃ immoderatum affectum vel vſum peccet ſi ſibi retineat vltra quàm debeat & aliis nõ ſubueniat, vt exigit debitum charitatis. Si vero nõ ſunt prædicta bona diſtincta, eorum diſtributio fidei ſuæ committitur. Et ſiquidem in modico deficiat vel ſuperabũdet, poteſt hoc fieri abſq; bonæ fidei detrimento & ideo abſq; mortali, quia non põt in talibus punctualiter accipere q̃d fieri oportet. Si vero ſit multus exceſſus non poteſt latere. Vnde videtur bonæfidei repugnare & ideò non eſt abſque mortali. Et addit Tho. 2. 2. q. 185. arti. 7. ad 4. quod ſi quis clericus, ver prelatus neceſſitate non imminente prouidendi pauperibus de his quæ ſuperfluunt ex prouentibbs eccleſiæ poſſeſſiones emat, vel in theſauro reponet in futurum, laudabiliter facit. Si autem neceſſitas immineat pauperibus erogãdi ſuperflua cura eſt & inordinata, vt aliquis tunc in futurum conſeruet, quod dominus prohibet dicens. Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum.

§. 9. ¶ De ornamẽtis epiſcopalibus cum celebrat. Nam vltra ornamenta ſacerdotis de quibus ſupra habet. 9. alia ornamẽta ſignificantia res ſpirituales quas debet habere. Et primo caligæ quæ ſignificant rectitudinem greſſuum. i. affectionem & operum. Secundo ſandalia q̃ ſignificant contemptum terrenorum, quia tegunt pedes & defendunt a pluribus. Tertio ſuccinctorium quo ſtola ligatur cum alba ſignificans amorem honeſtatis. Quarto tunicella lõga vſq; ad pedes, ſignificans pſeueranciam. Vnde & Ioſeph dicitur habuiſſe tunicã talarem, ideſt deſcendentẽ vſq; ad talos, quæ inſinuant extremitatem vitæ. Quinto dalmatica lata deſignans largitatem in operibus miſericordiæ. Sexto chirothecæ, quæ deſignant cautellam in operibus, defendunt enim ne ledantur manus a frigore vel aliis, & manus ſunt opera noſtra. Septimo mitra deſignans ſcientiam vriuſque teſtamenti vnde & duo cornua habet, & appenditia mitræ duo poſſunt ſignare expoſitiones additas doctorum; ſecundum duplicem ſenſum, ſcilicet litteralem, & ſpiritualem, qui eſt triplex. Octauo anulus ſignificãs ſacramentum fidei, quo eccleſia deſponſatur Chriſto. Ipſi enim epiſcopi ſunt ſponſi eccleſiæ loco Chriſti. Nono eſt baculus paſtoralis qui deſignant tria quæ ſpectant ad officium paſtoris, nam per curuitatem in capite baculi ſignificatur, quòd debet colligere vagos, per ſtipitis rectitudinem ſignificatur q̃ debet ſuſtentare infirmos, per ſtimulum qui eſt in pede baculi quòd debet pungere & ſollicitare lentos & pigros. Vnde verſus. Collige ſuſtenta ſtimula vaga morbida lenta. Solent etiam quandam crucem paruulam argenteam vel æneam, cum catenula ad colum ſub caſula deferre quæ deſignat paſſionem Chriſti quã debent habere in mẽte per meditationem & affectum imitatiõis. Additur archiepiſcopis pallium in ſignum priuilegiatæ poteſtatis reſpectu ſuffraganeorum. Et deſignat torquẽ auream quam ſolebant recipere legitimè certantes. Romanus autem Pontifex non vtitur baculo paſtorali duplici ratione, vel quia Petrus primus Papa miſit baculum ſum p̃ quandã diſcipulum ſuum, vt ad tactum eius reſuſcitare ſocium & cõdiſcipulum eius Georgium defunctum in via quos ipſæ Petrus miſerat ad prædicandũ, qui baculus reſeruatur, vt dicitur in diœceſi Treuerenſi. Vnde & Papa ibi celebrans vtitur baculo paſtorali, vel ex eo quòd Papa non habet poteſtatem limitatam & determinatam vt omnes epiſcopi & prælati quam de ſignat etiam curuatio baculi, ſed vniuerſaliter vbiq; ideò non vtitur tali baculo. Poſſunt etiam per iſta nouẽ ornamenta ſpecialia epiſcoporum deſignari nouem quæ facere poſſunt ſuper præsbyteros, videlicet clericos ordinare, virgines benedicere, baſilicas dedicare, clericos deponere, ſynodos celebrare, chriſma conficere, veſtes & vaſa coſecrare, &c. Hæc Tho. in 4. diſt. 24. immediate ante expoſitionem littere exceptis paucis additis. ¶ Notãdum ẽt de quibuſdam quæ ſm iura debẽ obſeruare epiſcopi, primo vt non deſpiciant ſed honorent clericos ſuos ſecũdum gradus ſuos, & econuerſo clerici epiſcopos habeant vt patres. Vnde Hiero. ad Nepotianum. Eſto ſubiectus pontifici tuo & quaſi animę parentem ama. Sed epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe ſciãt non dominos, honorẽt clericos ſuos quaſi clericos, vt ipſis epiſcopis a clericis quaſi epiſcopis honor deferatur. Scitum eſt illud oratoris Domittii. Cur ergo te inquit habeam vt principem cum tu me non habeas vt ſenatorem? quod autem Aaron & filios eius hoc eſſe epiſcopũ & præsbyteros nouerimus vnus dominus, vnum baptiſma, vnum templum vnum ſit myſterium. Ex paulopoſt. Peſſimæ

Ex de ſa. unc. c. 1. in glo. vlti.

Epũs qd debet facere.

consuetudinis est in quibusdam ecclesiis prę sentibus episcopis tacere præsbyteros nec lo qui quasi eis inuideant aut dedignentur eos audire. Et si aliud (ait Paulꝰ Apostolus) reue latum fuerit sedēti prior taceat, gloria patris est filius sapiens, hæc ille dist. 95. esto. Itē ex concilio Carthaginen 4. dicitur. Episcopus i ecclesia in consensu presbyterorū sublimior sedeat intra domum vero collegam presbyte rorum se esse cognoscat. dis. ead. vbi glo. sup verbo collegam dicit, ita tamen ꝙ non con temnatur. ff. de offic. prēsi. l. obseruandam. Itē episcopus diebus festiuis diuinis officiis de bet interesse, vnde dicitur de consec. dist. 3. Episcopus si infirmitate nō fuerit impeditus ecclesiæ cui ꝓximus fuerit die dominico de esse non debet, vbi dicit gl. Archid. quod epi scopus diebus dominicis in episcopali eccle sia diuinis officiis debet interesse in qua sacer dotali more præcipitur residere, ut. 7. q. 1. per uenit. Non debet autem sacerdos in fine Mis sæ dare benedictionem populo cum prēsens est episcopus, & precipue in Missa quam can tat ipse sacerdos vel etiam legit, nisi episco pus annuat et quòd det, & tunc etiam nō de bet dare cum solemnitate illa, Sit nomen do mini &c. Potest etiam dici quòd eoipso quòd permittat ei Missam celebrare, & per conse quens permittit ei omnia quæ pertinent ad Missam, vnde & benedicere, vt extra de offic. delegat. capitu. præterea. hæc in glo. super ca pitu. Ecce ego distinctione nonagesimaquin ta, in quo. cap. Hieron. reprehēdit episcopos prohibentes sacerdotes benedicere populū, dicens ibi. Si præsbyter Christum consecrat cum in altario Dei sacramenta benedicit, be nedicere populum non debet qui Christum consecrare non metuit. Quod videlicet intel ligendum est de benedictione in fine Missæ priuatę quam debet ei permittere episcopus etiam si sit prēsens. ¶ Item notandum quòd habetur de priuil. in 6. vbi dicitur. Quoniam episcopi, & eorum superiores se habent di uersis ex causis a suis ecclesiis & diœcesi ab sentare frequenter nec possunt commode ad ecclesias accedere ꝑ missa celebranda vel au dienda etiam ipsa sine qua eos transire non decet absque causa rationabili ulla die. præ senti constitutione indulgemus eisdem, vt al tare possint habere viaticum & in eo celebra re vel celebrare facere vbicunque absque in terdicti transgressione illis permittitur cele brare, vel audire diuina. hæc omnia in tex. vbi dicit Ioannes Andreas in gloss. cum isto alteri viatico poterit episcopus, puta vadens ad curiam de mane ante campanam diei di cere vel dici facere Missam & pergere vias suas, & sic non impedietur in dicta, quod fie ret si haberet expectare diem & solitam ho ram & opportunitatem ecclesiæ, ex text. isto regulariter quotidie debet dicere vel audire Missam nisi impediatur. Item episcopi mu tuū sibi debent præstare auxilium, scilicet in licitis. Vnde Innocent. secundus distinct. 90. ait. Præcipimus vt episcopi ad solum Deum & populi salutem habentes respectum omni tepiditate sopita ad pacem firmiter tenēdam mutuum consilium & auxilium præbeant, nec hoc alicuius amore vel odio prętermit tant. Vbi dicit glos. quòd per istud & capi. sequens patet, quòd ad iudicium ecclesiæ spectat facere pacem, vt hic & extra de treu ga, & pace, capit. treugas. Et etiam mortuo e piscopo vel infirmo vicini episcopi tenentur supplere defectum, vt septima quæstione pri ma Pontifices. Item distinct. 90. ex Concilio Carthaginens. 4. dicitur. Studendum est epi scopis vt diffidentes fratres siue clericos, si ue laicos ad pacem magis quam ad iudicium coerceant, vbi tamen dicit glos. hoc intelli gendum cum ciuiliter agitur de crimine, vel in causa ciuili, secus vbi criminaliter agere tur. Expedit enim peccata nocentium esse not. extra de collu. capitu. primo in glo. Item episcopus debet patrocinium prēstare pupil lis & viduis, & aliis personis miserabilibus contra improborum violentias. Vnde Gela sius. Desolatis propriè defensionis auxilio, & qui suis actibus prodesse propter ætatis in firmitatem non possunt exoratum decet Pon tificem subuenire, quia pupillis tuitionem etiam diuinitas iussit impendi. distinct. octua gesimaseptima, & distinct. octuagesimaocta ua, dicitur. Episcopus gubernationem viduarum & pupillorum ac peregrinorum non per seipsum, sed per archipræsbyterum vel archidiaconum agat, quod intelligendum est de his qui per suos iuuari non possunt, & idem de aliis pauperibus, & debilibus inquantum facultas affit. vnde distinctione octuagesimasecunda, capitulo primo dici tur. Episcopus pauperibus vel infirmis qui debilitate faciente suis manibus laborare non possunt, victum & vestitum inquan tum possibile sibi fuerit largiatur, dicitur eadem distinctione. Ad rectum episcopi pertinet vel præsbyteri qui parochiæ præ est sustentandæ, si vitæ præsentis causa a dolescentiores viduæ, vel sanctimoniales clericorum ecclesiæ familiaritatibus subii ciantur.

Quotidie missa audire.

ciantur, vbi glo. quod propter rerum defectū faciendo aliquas operas clericis vel aliis per talem familiaritatem inducuntur ad turpia. Et ideò episcopus si sunt pauperes debet eis prouidere, & hoc de quarta pauperum, non tamen debent esse ociosæ, sed debēt facere ca latos & alia huiusmodi honesta, de cons. di. 5. nunquam. Sed diligenter attēdendum est quod p̄ personas honestas dent opera & re cipiant precium. Item dist. 86. dicit. Non li cet episcopo manibus suis aliquem cedere, hoc enim alienum esse debet a sacerdote, vbi dicit glo. quod si per se hoc non possit tanquā indecēs dignitati episcopali, pōt tamē hoc per alium ita tamē quod sit clericus. Nam si per laicum incideret in canonē extra de sen. excom. c. cum ex vniuersitatis, & hoc nisi esset incorrigibilis vapulandus nec per clericos possit coerceri.

§. 10. ¶ De his quæ episcopus pōt habere seu exige re ab aliis ecclesiis ex concilio Aurelian sic di citur. De his quæ parochiis in terris, vineis, mancipiis atq; peculiis quicūq; fideles obtu lerint antiquorum statuta seruētur vt in epi scoporum potestate consistant. De his tamen quæ altario concesserint tertia pars fideliter episcopis deferatur. In c. cum autem se. quod incepit antiquos dicitur de medietate, vbi di cit glo. quod tempore primitiuo cum paupe res essent episcopi statutū fuit, vt episcopi de episcopalibus ecclesiis & oibus bonis eccle siæ sumerēt medietatem, sed in omnibus pa rochialibus ecclesiis habent tantū tertiā obla tionum & decimarū vt in dicto. c. de his, post modum quartam, vt 12. q. 2. vobis, & quicun

De quarta epō danda. que c. sequenti. Hodie autem nec tertiam parochialium habebunt nisi ad fabricam repa randam nec illā habebunt nisi velint fabricā reseruare vel renouare 10. q. 3. c. 1. & 2. vel dic quod secundum consuetudinem ista dan tur extra de sepul. c. certificari, hodie autē cū sint diuites episcopi nihil habebunt præter cathedraticum, vt 10. q. 3. c. 1. sed cerre quic quid dicat Io. parochialis ecclesia habet tan tum quartam decimarū et episcopus aliam quartā pro se, alias duas quartas retinet epi scopus pro fabrica & pauperibus vt 12. q. 2. concesso, & c. se. De aliis redditibus nihil ha bet de consuetudine generali & præscripta, licet prædicta c. & alia videantur dicere con trarium, & ita sententiam fuit pro episcopo Bonon. contra ecclesiam sancti Ioannis in Persico, hæc in glo. Addit Archid. ad glo. dicti, c. dicens. Host. de hoc notando ponit hāc sentētiam, & videtur manifeste comprobari extra de censi. c. cum olim, de decimis c. quo niam. Sed tu dicas fm Host. q̄ de iure cōmu ni competit epō non solū quarta decimatio num aliàs decimarum, sed etiā mortuariorū, vt extra de offi. ordi. c. conquærente, vbi de hoc in glo. & extra de test. c. officii. & de verbo sig. c. ex parte. 3. Nec obstat dictum c. 10. q. 3. c. 1. quia ibi non loquitur de canonica epi scopi, sed canonica fabricæ deputata, fateor enim quod illā non habebit epūs, nisi velit su bire onera fabricæ. Nam & quælibet res tran sit cum onere suo, vt extra de pig. c. ex literis. Sed Inno. dixit in prædicto. c. conquerente. de offi. or. quod quarta decimarum & mor tuariorum nō debetur de iure communi & idem sentit ibi Ber. sed Host. ibi dicit, quod salua reuerentia sua debetur quarta (vt dictū est,) quamuis quota ideſt media ver tertia de consuetudine debeatur, & sic loquuntur iura 10. q. 1. de his & c. seq. & ea q. 3. c. vnio, &c. nec numerus, & de sepul. c. certificari. Et ipsæ idem Inuo sententiauit pro Host. in causa q̄ habuit cum fratribus sancti Ioannis Hieroso lymitani prout ibidem ipsæ idem Host. nota vit scilicet in c. conquerente Sed Laudul. no tauit hæc q̄ quartam de decimis & oblatio nibus non consequitur episcopus, nisi subeat onus fabricæ. Et ita de facto secundū ipsum sententiauit dominus Cælestinus. Si tamen sit pauper episcopus nec possit fabricam repa rare, credit ipsæ Laudul. quod nihilominus possit habere quartam vt 10. q. 3. c. priscis, & etiam vltra si illa non sufficiat. ar. 12. q. 1. ex his. Idem Archid. super c. antiquos, dicit q̄ Vin. & Bern. notant extra de test. c. requisisti, quæ c. dicunt qđ res ecclesiasticæ diuidēdæ sunt in quatuor partes, vt 12. q. 2. quatuor, §. 5. cum aliis c. loquuntur de matricibus eccle siis, sed Host. in eo c. inquit, quod illi qui di cunt q̄ epūs nō recipit suā canonicam. nisi de redditibus ecclesiæ cathedralis, videre debēt qm̄ ipsam percipit per oēs suę diœcesis eccle sias & alia pia loca, sicut sunt hospitalia & si milia, vt in. §. secus, prædicti c. requisisti, de testam. colligitur manifeste, & idem sentit Gosfre. in glo. & extra de deci. cum contingat, vbi dicit quod in aliis ecclesiis habe bunt episcopi legitimam portionem in de cimis extra de præscrip. c. de quarta, & in o blationibus, extra de verbo signi. c. cum in ter, & in his quæ in testamento continentur, vt in prædicto c. requisisti. Vin. sequit Ioan. in glo. 16. q. 1. quicunque. Et quia de cathedratico facta est mentio quomodo illud de beat solui vel quantum habetur 10. q. 1. c. 1. vbi

De cathedratico.

1. vbi dicitur. Placuit vt nullus episcoporum per suas dioeceses ambulans ideſt præter honorē cathedræ suę ideſt duos solidos aliquid aliud per ecclesias tollit. Vbi dicitur glo. sum maria ante c. quod istud appellatur quandoque synodaticum, vt extra de censi. olim, & hoc quia frequēter dantur isti solidi in synodo. Addit Archid. ad glo. quod Inn. intelligitur istud de qualibet ecclesia scilicet qđ ab ea possit accipere cathedraticū, excipiuntur tamen omnia monasteria, vt habetur 10. q. 3. inter cætera, in tex. quæ nō tenentur ad cathedraticum. Et quamuis aliquid dicant ēt hoc intelligi de capellis monasteriorum, dicit Archid. super dicto c. quod hoc non est verum secundum Hug. nisi intelligatur in eo casu quando capellæ sunt exemptę etiam tū suis monasteriis aliquo priuilegio speciali ab omni iure dioecesis episcopi. Exponit ergo istæ tex. vbi dicitur, monasteriorum Basilicis, ideſt Basilicæ quę sunt monasterii quę (vt dictum est,) non tenentur ad cathedrati cum. Sed Tan. & Ber. intelligunt hoc de ecclesiis dioecesis & non ciuitatensibus. Idem Hug. isti autem duo solidi quales debeāt esse, sunt diuersæ opiniones vt ponit glo. Aliqui enim dicunt quod debent esse secūdum communem monetam regionis, & si plures appareant magis exigui dabuntur meliores vel saltem mediocres Addi Archid. ad glo. dic secundum Goffr. & credo verius quod erunt solidi vsuales & communis monetæ regionis. Et si plures sint monetę in regione forte dabuntur meliores ar. extra de iureiur. quanto, vel mediocres. ar. 10 q. 2. hoc ius, vel minores extra de cen c. ex parte. Hæc ibi. Cum autem i huiusmodi scilicet in datione cathedratici & datione quartæ vel tertię vel medietatis de decimis & oblationibus dandis episcopo sint varię consuetudines & alicubi nihil detur de omnibus his, vt Florentiæ, alicubi detur cathedraticū solum, alicubi diuersæ portiones de decimis & oblationibus & aliis, videtur in huiusmodi standum consuetudini locorum cum est prędscripta, vt ar. extra de sepul. c. certificari. Item quod dicitur 10. q. 1. decretum est vt omnes ecclesiæ cū dotibus suis & decimis rationibus & omnibus iuribus suis in episcopi potestate consistant atq; ad ordinationē suam pertineant, dicit ibi Archid. pertineant scilicet quoad institutionē, vt scilicet talem per se vel per aliū instituat qui ecclesiæ bene prouideat. Et quo ad alienationē quia præsbyter nō pōt res ecclesiæ alienare sine consensu episcopi 12. q. 2. placuit, vbi nota ſm Archid. super c. 1. 10. q. 1. quod omnia iura quæ videntur dicere qꝙ oēs ecclesiæ monasteria & hospitalia & alia pia loca sub dispositione episcoporum consistant, vt in dict. c. 1. & 16. q. 7. omnes & 18. q. 2. c. quidam, intelligi possunt ſm illud qꝙ habetur extra de reli. do. c. de Xenodochiis, vt videlicet illud verum intelligatur quantū ad hoc vt seruent ea quę ordinata sunt, vt ibi dicitur. ar. extra de testa. c. nos quidem. nec nō quoad alia quę inueniūtur expressa in iure, vt puta dare procurationē cum visitat & huiusmodi. Aliàs autē episcopus. nihil saltē tēporale ab ecclesiis petere potest, vt. 10. q. 3. quia cognouimus. Innoc. & Host. qui ita scripserunt in dict. c de Xenodochiis. ¶ Notandum est etiā quod dicitur 16. q. 1. ex concilio Toletano. Nouerint conditores Basilicarū in rebus quas eisdem ecclesiis conferunt nullā se potestatē habere, sed iuxta canonū instituta, sicut & ecclesiam, ita & dotem eius ad ordinationem episcopi pertinere. Vbi dicit Archid. prędcise dicendum est qꝙ ex quo fundata est ecclesia statim est extra potestatē laici nisi quoad iuspatronatus, nec plus habet ibi ante consecrationē quā postea, quia nihil antea nihil postea nisi iuspatronatus, & statim pertinet ad episcopū in cuius dioeceſi fundata est vt hic, & antequā ecclesia consecretur, ecclesia locus est religiosus & deuotus, de consc. dist. 1. præcepta, licēt non sit paratus, & tamē inuenitur dici sacratus 12. q. 2. nulli. Nec obstat qꝙ dicitur. 16. q. 7. decernimus. Nam qđ ibi dicitur patronos habere potestatem in ecclesiis intelligitur secundū glo. de potestate defensionis. Et addit Archid. ¶ Non autem habeat potestatem dilapidationis. ¶ Scien- De charitatiuo subsidio
dum etiā de charitatiuo subsidio debito episcopis, qꝙ hoc habetur extra de cen. c. cum apostolus, circa medium, vbi dicitur. Sustinemus autem pro multis necessitatibus quæ aliquotiens superueniunt vt si manifesta & rationabilis causa extiterit cum charitate moderatum valeant ab eis auxilium postulare, scilicet epi a subditis, nam ab exemptis non possunt. Idē dicit Honorius, de offi. ordi. c. cō querente, & dicit glo. super verbo rationabilis causa qꝙ si hoc dubitatur superioris arbitrio determinetur, hinc puto in consuetudinem in aliquibus locis introductum, qꝙ episcopi cum a principio susciperūt possessiones ēpatus exigunt ab oībus ecclesiis sibi subiectis charitatiuum subsidium ſm proportionē beneficiciorum Nam quia ipsi habent soluere annatam curiæ & bullas & sibi prouide-

re de

re de multis in principio officii, ideò vt iuuentur in huiusmodi expensis permissum est quod tamen moderate fieri debet. De procuratoribus in visitatione dicetur infra In dioecesi Florentina extat bulla Eugenii quarti, quod non possit exigi pro subsidio charitatiuo, vltra septingentos florenos, aliàs plus exigendo incidit in excommunicationem ipsæ archiepiscopus, & ex hoc videtur tacite illud concedere, ex quo vltra illud prohibet arg. dist. 25. qualis &c.

§.11. ¶ De iurisdictione episcoporum dicit Io. An. in nouel. super c. dilectus, de capel. mo. q̃ si eps vel quisquis alius habeat iurisdictionem vel aliud generale statutũ a iure vel consuetudine vel statuto in aliqua loco vel personas quantocunq; tempore stet, q̃ in aliquo illorum locorũ vel personarũ non vtatur omni iure q̃ in eis habet vel in aliquo c. ipsius iuris, nõ tamẽ contra eum prescribitur, multo minus si ibi aliquid exerceat. Nam ibi per unum solũ c. ipsius iuris generalis omnibus aliis possessionem retinere videtur, nisi aliàs amittat possessionem, puta quia violenter in de expellitur, vel reuertens non admittitur, vel suspicatur se posse repelli. ff. de acqui. pos. l. clam. possidere §. fi. Nam cum hæc iura sint contigua, sufficit in vno eorum retinere possessionem. ff. de acqui. pos. l. possideri, immo nec præscriptio illius temporis cuius non extat memoria, de qua not. de ver. signi c. quid per nouale, curtit contra talẽ cũ semper possideat. Quid enim si aliqua persona vel ecclesia per quinquaginta annos & amplius in tali statu fuit, & tanta tranquilitate pacis quod non oportuit eam visitari nec aliquẽ actũ iurisdictionis in ea vel contra eam exerceri, nũquid pp hoc dicetur q̃ eps amisit in ea iurisdictionẽ suã q̃ in ea habet (absit) ſm Inn. cuius est hæc glo. ar. in eo q̃ nota, & legitur de præscrip. c. vigilanti. Et adde q̃ not. in spe. de iurisd. om iu. ad fi. ver. illud. ¶ Notandum ẽt secundũ Inno. vt ducit Io. And. ibidẽ quod possessio generalis iuridictionis aquiritur ẽt si vnicus actus iurisdictionis exerceatur, puta quia aliquis cognoscit de aliqua causa criminali vel ciuili vel quia excõmunicat aliquẽ, vel quia expedit, vel facit quodcunq; aliud voluerit, q̃ tñ ad iurisdictionẽ pertineat. Et hoc verũ dummodo intẽdat vti iure suo quo ad iurisdictionẽ vniuersaliter. Quomodo de hac intentione cõstare possit, vide q̃ dixi de postu. c. bone 2. Et licet legistæ Pet. & Cy. im probet hãc opinionẽ. Inno. tamẽ ipsæ ipsam determinationẽ suã declarat dicẽs q̃ si audiẽdo cãm ciuilẽ intenderet in ciuilibus tm̃ vti iure suo, nihil acquireretur tũc quo ad criminales. ar. extra de præscrip. c. auditis, & de of. ordi. c. dilectus, quantuncunq; ẽt intẽdat vniuersaliter iurisdictione, vti, tũc tm̃ nõ extendi tur quoad alias personas, nisi ad illas inter quas illam exercuit. Et sic patet q̃ potius extenditur ad partes iurisdictionis quã quoad personas. Et est ratio qa sub iurisdictione cõ præhenduntur oẽs partes & actus iurisdictionis, sed sub vna persona nõ comprẽhenditur alia, quãtuncunq; ẽt intendat p vnã personã iurisdictionẽ in totũ populũ exercere quia diuersi sunt homines. Vnde q̃ fit in vno non extẽditur ad alios regulariter, vt de re iudi. c. quamuis. Et præstat ad hoc ar. q̃ aliàs dicitur in gleba, quia vna appræhensa oẽs appræhensæ intelligũtur, separatæ verò non arg. ff. de acqui. pos. l. possideri, & de conse. eccle. vel alta. c. 1. lib. 6. Sic in hac materia dicẽdũ est, q̃ appræhensa possessione in vno c. iurisdictio intelligit appræhensa & in oibus aliis dum appræhendentes hoc intẽdãt, quia oia capitula iurisdictionis eisdẽ iurisdictioni cõtigua sũt & annexa, secus in personis quæ nõ sunt cõtiguæ sed diuersę. Et p hoc sequit q̃ si eps habet possessionẽ in vna psona, & alius intendens iuri suo aliquid iurisdictionis exerceat in eadẽ psona eps possessionẽ amittit nisi q̃ cito sciuerit contradicat. De hoc ẽt not. de resti. in inte. c. 2. Generalis aũt possessio iurisdictionis alicuius castri vel ciuitatis vel prouinciæ acquiritur, si quis publicè & vniuersaliter poẽs partes ciuitatis bannũ, vt. s. sic præconizet. Talis dñs huius ciuitatis mãdat, q̃ quicunq; hoc vel illud fecerit incurrit talẽ pœnã. In hoc. n. casu etsi nullus pœnã incurrat, tm̃ possessionis generalis iurisdictionis acquirit quia q̃dictũ q̃ iurisdictionis est, fuit sic publice & generaliter promulgatũ, & hoc est verũ si nullus erat in possessione generalis possessionis illius ciuitatis, alioquin ille qui prędicto modo vel alio quocunq; vult appræhendere possessionẽ iurisdictionis generalis, nõ acquirit possessionẽ nisi illorũ capitulorum & hominũ tm̃, q̃ & quos appræhẽdit, vt. ff. de acqui pos. q̃ in eo §. fi. Oia quæ dicta sunt de officio ordinarii supra cõueniunt statui episcoporum, quia ipsi sunt principaliter ordinarii & illa debẽt scire. Et similiter illa quæ dicta sunt supra de beneficiis in tit. de beneficiatis, & oia q̃ dicta sũt supra de eccleſijs & sacramẽtis, qa in hmõi debẽt alii informari p eos, & pœnè de omnibus contentis in ista tertia parte de statibus debent per se vel alios habe-

re notitiam ad directionem populorum nec non de cēsuris ecclesiasticis, de quibus infrà habetur. Et cum omnia hæc fecerint quæ in iure eis mandātur dicere habent illud Luc. 17. Serui inutiles sumus, & quæ debuimus facere fecimus. Sed quis est hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua super omnia miracula. Quis enim ad hæc tam ideoneus qui non omittat, & quæ perpendit & q̄ nō aduertit? Et ideò bene dicit Aug. q̄ nil difficilius & periculosius episcopi dignitate.

¶ *Sermo de archiepiscopis. Cap. 3.*

ACcingere gladio tuo super fęmur tuum potentissime, Ps. 44. Proprie & secundū sensum litteralem loquitur, Pla. De Christo qui vtique potentissimus est, non solum in deitate sua, secundū illud Eccl. 3. Magna est potētia Dei solius, sed etiam in assumpta humanitate data est ei omnis potestas in cœlo & in terra, vt ipsæ ait Matth. vlt. quam potentiam ostendit. Fortis enim armatus, scilicet diabolus fortis. s. naturaliter, quia tota materia elementalis quantum ad motum localem secundum ordinem naturæ ei seruit ad nutū nisi a Deo prohibeatur, propter quod dicitur Iob pen. Non est potestas similis ei super terrā. Armatus autem in malitia, quia calidior serpens erat cunctis animantibus. Gen. 3. cū custodiret atrium suum. s. mundum sibi per uitia subiectum, in pace erāt quæ possidebat nullo contradicente seu resistente tentationibus eis. Sed fortitior eo, scilicet Christus superueniens in mundum dum fortis & potēs in prælio eum deuicit quia (vt ait. Aug.) Manu fermi & affixa cruci debellauit aereas potestates, indeque arma eius in quibus cōfidebat abstulit, scilicet, malitias eius detegendo & reprimendo, & spolia eius distribuit, quia animas fraude deceptas per fidem ecclesię distribuit consignandas. Potentissimus quoq; in miraculis potentissimus in exemplis virtuosis, secundum illud, fuit vir propheta, potens in opere & sermone Luc. vlti. Istæ accinxit gladium, scilicet, iustitię super lumbos suos quia non potentia eripuit homines de manu diaboli vt poterat sed iustitia, quia videlicet peccata nostra, idest, pœnam peccatorum pertulit in corpore suo super lignū cruceis, & corp⁹ suum hic dicitur fæmur suum. s. humanitas, quam ex fœmore patris traxerat secundum corpulentam substantiam. In cuius figuram dicitur Gen. 22. q̄ Isaac portans ligna super humerum quæ designant crucem a Christo baiulatā, Abraham portabat in manu ignem & gladium, ignem, scilicet amoris & beniuolentiæ, & gladium iustitiæ ex quibus passus Christus tulit Deo disponēte, & hoc gladio iustitiæ hominem liberauit, secundum illud Esa. 27. c. Visitabit dominus in gladio suo duro & grandi super Leuiathā, &c. Moraliter autem potest applicari ad quē libet prælatum, pręcipue archiepiscopū qui est princeps episcoporū, vnde merito potest dici potentissimus qui permaximè Christū repræsentat, qui dicit a Petro Apostolo princeps pastorum. Tria hic igitur notantur. Primo eminentia dignitatis, quia potentissimè. Secundo cōgruentia operositatis, quia accingere gladio tuo. Tertio continentia in se honestatis, quia super fæmur tuum.

¶ Quātum ad primū quamuis quilibet episcopus sit potēs in iurisdictione spiritualis q̄ potior est temporali, archiepiscopus tamen potentissimus est, quia super alios episcopos, quod designat palleum eius. Palleum est insigne ornamentum archiepiscopi sumptum de corpore Beati Petri, vt de elect. ca. significasti, quod datur in signum plenitudinis pontificalis dignitatis, quia archiepiscopus est super episcopos. Vnde dicitur ab archos quod est princeps & episcopus quasi princeps episcoporum, non tamen habet plenitudinē potestatis sed solus Papa hanc habent. Vnde Iulius Papa. Ipsa ecclesia q̄ prima est. s. Romana, ita reliqs ecclesiis vires suas credidit largiēdas vt in partem sint uocatę sollicitudinis non in plenitudinem potestatis. 2. q. 6. qui sescit. Quod autem aliqui episcopi vtantur pallēo hoc est ex speciali priuilegio eis concesso ut dicitur de episcopo Lucano, vt de prę sum. c. cum in iuuentute. Et secundum Host. debemus dicere palleum, ad hoc etiam vt in scribendo sit differentia inter pallium honestatis & palleum dignitaris. Pallium enim honestatis quod quilibet etiā laicus deferre potest, est supræmum vestimentum, idest super omnia alia, & chlamydem vocamus, de quo Matth. 6. Qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuā tollere, dimitte ei & pallium. Et vtrūq; s. pallium & palleum dicitur a pallicii Græcè quod Latinè dicitur motus. Nam pallium semper mouetur, & sæpius ēt palleum, vnde & ministri sæpe palleū aptando circumeunt palleatum archiepiscopum. Vel dicitur palleum & melius a pallore seu palleo palles. Præ cæteris enim debet Deum diligere, amor autem facit animum languidum & languor vultum pallidum, secūdum illud.

§. 1.

Palleū archipi.

Mud. Cant. 3. Amore langueo. Debet etiam insistere talis vigiliis, ieiuniis & abstinenti is quæ faciunt hominem pallidum. Ornatui er go vestium conueniat ornatus actionum. Vn de Greg. Rationis ordo nos admonet vt cum vsu pallei aliqua largiri priuilegia debeamus. Sed quoniã cũ honoris augmento cura quoque sollicitudinis debet excrescere vt cul tui vestium actionis quoque ornamenta con ueniant, oportet vt enixius in cunctis studiis se vestra fraternitas exerceat, & circa subiectorum actus sit cura vigilans, di. iio. ratiõis. Repræhendit autem ipsæ Greg. Ioan. archiepiscopum Rauennat. eo ꝙ præter commune ius & consuetudinem generalem extra Missarum solẽnia palleo vtebatur, quod fieri nõ debet, di. c. Contra morem ecclesiasticum est si non patientissime tolleratur quod a nobis absit, etiam iniusta correctio infra. Decorari palleo volumus forsan moribus indecori, dũ nihil in episcopali ceruice splendidius quam fulget humilitas. Ponuntur autem in palleo quatuor cruces coloris nigri propter mortifi cationem vitiorum quæ debet esse in palleato, vt cum Apostolo dicere possit. Mihi mun dus crucifixus est ego mundo. ad Gal. vlti. Et quidam dicunt ꝙ prædictę quatuor cruces quatuor affectiones animi designant, de qui bus Virg. Hinc cupiũt homines gaudent me tuuntque dolentq;. Prima ergo crux quę est in palleo ante pectus significat gaudium. Secunda quę est in sinistra designat spem. Tertia quę est retro dolorem. Quarta quę est a dextris timorem, & ista sicut contraria, sic a contrario apponuntur. Sed quia quandoque huiusmodi affectiones excedunt potius sunt afflictiones. Et ideò i primis tribus crucibus apponuntur actus ad pungendum & reprimendum ne excedant, in quarta non ponitur actus, quia ipsa secum suum aculeũ portat. s. timor. Vel potest dici quod per primam crucem significatur gaudium, quod ideò prę ponitur. s. ante pectus, quia homo debet sem per incedere lęta facie, per secundam dolor, quia a sinistris pandetur omnem malum, per tertiam timor quę retro est, quia timemus q̃ non videmus, per quartam spes & ideò sine aculeo, quia quisque magis debeat sperare q̃ timere. Vel per ipsas designantur quattuor virtutes cardinales, per primam ante pectus iustitia, vt semper sit prę oculis, per secundam fortitudo contra aduersa, & ideò ponitur a sinistris, quia significat aduersitatis, per tertiam prudẽtia quę respicit pręterita vt be ne prouideat, vnde retro ponitur, per quartã tẽperantia, quę nunquam excedit sed a lia tẽperat. Vnde Valerius maximus, li. 4. c. 1. Ni hil tam magnificum tam pręclarum qđ non moderatione tẽperari desideret, & ideò a dex tris ponitur quasi cõclusio aliarum virtutũ. Et Hieron. ait. Sententia est philosophorum moderatas esse virtutes, excedentes modum vel mensuram inter vitia reputari.

In palleo quatuor cruces.

¶ Quantum ad secundũ. Opus congruũ potẽtissimo archiepiscopo est vt accingatur gladio suo, vt in promptu ipsum habeat secun. sed hic gladius est quadruplex. Gladius supnę. dilectionis. Gladius diuinę sermocinationis. Gladius plurimę passionis. Gladius iustę ultionis Accingitur ergo primo archiepiscopus gladio dilectionis. Vnde & primo archiepiscopo vrbis Petro dictum fuit Ioan. vlti. Si diligis me pasce oues meas. q.d. nõ vales esse verus pastor si me non diligis. Nam si diliges non pasces oues meas, idest, fideles meos, sed lanam lac & carnes quęres ex eis. Accingere ergo, idest, tecum cõtinue habes gladiũ dilectionis, hic est gladius aureus quẽ in spi ritu vidit Iudas Machabeus sibi dari ab Onia summo sacerdote apparente & dicente. In hoc gladio vinces. s. & inimicos ifernales sug gestores tentationũ & tyrannos & hęreticos, vt lupos quęrentes gregem dominicũ deuo rare. Mercennarius autem & qui non est pastor, si videt lupum venientem siue diabolũ siue hęreticum siue publicanum prauũ & no centem aliis fugit, quia gladium non habet dilectiõis, quo vulnerata se anima deuota fa tebatur dicens. Vulnerata charitate ego sum. In canticis. Et vt dicit Leo Papa. Erga corrigendos plus agat beneuolentia quàm seueri tas, plus charitas quam potestas, plus coarcta tio q̃ commotio di. 45. licet. ¶ De gladio diui nisermonis sic Apostolus oẽs fideles hortatur ad ipsum habendũ dicens ad Ephe. 6 Et gladium assumitę quod est verbum Dei multomagis archiepiscopus qui habet dirigere nõ solum laicos & clericos: sed etiam episcopos debet accingi ipso gladio. Viuus est. n. ser mo Dei (vt ait apostolus ad Hęb 4.) & penetrabilior oi gladio ancipiti, &c. Semper istę debet esse accinctus in vagina mentis, & cum expedit pro loco & tẽpore de vagina educere prędicãdo, admonendo, disputando, cõsulendo ẽm scripturas veteris vel noui testamẽti. Vnde in figuram dicentibus apostolis. Ecce gladii duo hoc. Respondit Christus satis est. Luc. 22. quia vetus & nouũ testamentũ sufficiunt ad docendũ & ad destruendum omnẽ errorem. Vni eorũ fuit a Petro abscisa nuricu

§. 2.

Gladius quadruplex.

la

la ſeruo Pōtificis altero non euaginato, quia per ipſum vetus teſtamentum oſtenditur & aufertur falſus intellectus ſeruilis populi iudæorum, nam alio ſcilicet nouo vti nō oportet, cum non recipiant eum. Gladium paſſionem diſignare oſtendit Symeon. cum ait virgini Mariæ Lu. 2. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius. ſ. afflictionis, & pſal. 104. Ferrum pertranſiuit animam eius ſcilicet Ioſeph ideſt gladius afflictionis', cum iniuſte fuit calumniatus & incarceratus. Hoc gladio archiepiſcopus debet accingi & ſecum ſemper habere, vt dicat cum Apoſtolo. Quis infirmatur & ego non infirmor, quis ſcandalizatur & ego non vror? Cum enim quotidie cernat tot homines perire, tot miſerias corporales & ſpirituales, quid ei reſtat niſi affligi & dolore? Afflictionem quoque abſtinentiæ qua vt gladio transfigat & mortificet vitia carnis aſſumere oportet, vt dicat. Gladius meus deuorauit carnes. Deuter. 32. ideſt vitia carnalia. Si enim (vt ait Hiero.) i loco apoſtolorum ſumus non ſolum doctrinam eorū imitemur ſed conuerſationem & abſtinentiam. diſt. 53. eccleſiæ, vbi dicit. Eccleſiæ principes ideſt prælati qui delitiis affluunt & inter epulas & laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credunt propheticus ſermo ſcilicet in Michea. deſcribit quòd eiicendi ſunt de ſpaciosis dominibus lautiſque conuiuijs & multos labore epulis conquiſitis. Et ſiuis ſcire quo eiiciendi ſunt, lege Euangelium quia in tenebras extetiores vbi erit fletus &c. Matth. 25. Sed & glaudium vltionis peccatorum aſſumat, vt non diſſimulet ſed puniat, vt dicatur per effectum. Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea reddam vltionem hoſtibus meis. Deuter. 32. Hoſtes Dei & prælati veri ſunt pecca tores, præcipue obſtinati. Vñ Proſper. Si criminoſi nec leui medicamento pœnitentię ſeu patientiæ ſanati ſunt, velut igne piæ increpationis vrendi ſunt, quod ſi nec ſic medela prę ceſſerit in eos qui diu portati & ſalubriter obiurgati corrigi noluerunt, tanquā putridæ corporis partes debent ferro excommunicationis abſcindi, ne putredinis tuę cōtagione reliquos corrumpant. 24. q. 3. Exemplo Moyſi ducis populi, hic enim vt ait Greg. 20. moral. mox vt culpæ veniam ne deleretur obtinuit ſcilicet in monte orans pro populo illo poſt idolatriam perpetratam in vitulo aureo rectitudinis zelo ſuccenſus inquit. Ponat vir gladium ſuper fœmur ſuum. Ite & redite de porta vſque ad portam & per caſtrorum medium, & occidat vnuſquiſque fratrem & amī cum & proximum ſuum & ceciderunt vigintitria millia diſt. 45. diſciplina. In iudicando autem quæ ſunt obſcura debet vti gladio magnæ prudentię & ęquitatis, exemplo Salomonis, qui ad inueniendam veritatem quæ clare probaui nō poterat, ait. Afferte mihi gladum &c. 3. Regum. 3. ca. in cauſa illarum meretricum contēdentium de filio mortuo.

¶ Quantum ad tertiū debet archiepiſcopus vt potentiſſimus in virtute mentis accingi gladio occiſionis vitiorum ſuper fœmur ſuū. ideſt ſenſualitatem, vt feriat illicitos motus ſeu paſſiones eius. Vt enim dicit Simachus Papa. Viliſſimus computandus eſt ſi ſcientia & ſanctitate nō præcellat, qui eſt honore præſtantior. 1. q. 1. viliſſimus. In cuius figurā legit, ꝙ cū Saul factus eſſet rex domini nutu eminebat ſuper populū ab humero ſurſum. 1. Reg. 10. c. quia qui regit alios debet virtute multum eos præcellere. Nomen ergo epiſcopi conueniat actioni, & actio reſpondeas nomini. Dicitur. n. epiſcopus ab epi quod eſt ſupra, & ſcopos quod eſt intentio. quaſi ſuper alios debet intēdere ad curam eorum, & primo ſui, vt dicitur. 8. q. 1. qui epiſcopatum. Archiepiſcopus dicitur quaſi princeps epiſcoporum, quia permaxime debet intendere & virtutibus eminere. Reſpondeat ergo actio nomini (ait Amb. in paſtorali) ne ſit nomen inane, honor ſublimus, & vita procliuis, deifica profeſſio, & illicita actio, religioſus amictus, & irreligioſus pfectus, gradus excelſus, & deformis exceſſus, cathedra ſublimior, & conſcientia humilior, locutio columbina, & mēs canina. Sicut enim nihil eſſe dicimus epiſcopo excelentius, ſic nihil miſerabilius ſi de vita ſancta periclitatur & in crimine teneatur, quia quanto gradus epiſcopalis altior, tanto ruina grauior. Et ideo magna ſublimitas magnam debet habere cautelam, quia cui plus creditur plus ab eo exigetur ſicut ſcriptum eſt, quia optimis permixta ſunt peſſima, & potentes potenter tormenta patientur. Sapien. 6. Et iudicium duriſſimum fiet his qui præſunt. ibidem.

§. 3.

¶ *De patriarchis, primatibus, & archiepiſcopis quo ad eorum iuriſdictionem. Cap. 4.*

DE patriarchis primatibus & archiepiſcopis quoad eorum poteſtatem & dignitatem. No. quòd ſecundum Ray. patriarchę & primates ſunt minores Papa & maiores archiepiſcopis, & patriarcha & primas ſupponunt pro eodem. Nam inter patriarcham & primatem

primatem non est realis diferentia: sed vocalis vt distinct. 99. prouinciæ, propriç tamen dicuntur patriarchę quatuor principales scilicet Constantinopolitanus, Alexãdrinus, Antiochenus & Hierosolymitanus. Et secundũ ordinem hic positum est eorũ maioritas seu dignitas attendenda, vt de priuile. c. antiqua. Alii vero propriè dicũtur primates, vt Aquilegiensis, Grandansis, Bituricensis, & Cantuarien sis & huiusmodi. De primis quatuor patriarchis & de eorum prioritatibus & auctoritatibus habes. distinct. 22. per totum. ¶ Priuilegia autem quatuor patriarcharum principalium sunt ista quatuor. Primum est quod postquam receperint palleum a sede apostolica conferunt ipsi metropolitanis palleum qui sunt sub eis. Secundum est, quòd recipiunt fidelitatis & obedientię iuramentum pro se & Romana ecclesia. Tertium est, quia faciunt vbique ante se crucẽ deferri, nisi vbi Papa fuerit aut eius legatus vtẽs insignijs palibus, & nisi in vrbe Romana. Quartum est quia appellatur ad ipsos omissis mediis, hęc omnia habentur, extra de priuile. c. antiqua, ex tex. & glo precipue Inn. ¶ Iurisdictionem autem habent patriarchę siue primates in subditos suffraganeorum suorum secundum Ray. in octo casibus. Primus est cũ appellatur ad eos. dist. 99. prouincię. Secundus cum vacat ecclesia metropolitana, & postulatur primas vt disponat de rebus ad metropolitanũ ptinentib. s. custodiẽdis vt de offi. ord. c. pśenti. li. 6. Tertius ex cõsuetudine vel priuilegio, hos duos habes. 9. quæst. 3. conquęstus. Quartus cum super arduo negocio dubitatur, nec potest in prouinciali cõcilio terminari, tũc. n. metropolitanus debet primare cõsulere. di. 18. de conciliis. Quintus cum metropolitanus est negligens & remissus, tunc potest supplere defectum eius. 9. q 3. c. cum simus. Sextus si aliquis cõquereretur de archiepiscopo primas esset iudex 11. q. 1. si clericus. Septimus si subditus metropolitani cõquęratur primati quod iniuste eum excommuni cauit, & primas remittit cum ad metropolitanum vt absoluat, & ille non possit absolutionem obtinere poterit absoluere patriarcha, ita quod præcipiat ei quod metropolitano satisfaciat, alias reducat eum in eandem sententiam, de offi. or. c. da reprimendam. Octauus quòd si archiepiscopus vel episcopus fecit mandatum iniustum vel illicitum, & subditus appellauit ad papam. potest patriarcha determinare quòd subditus legitime appellauit, de appel. c. sollicitudinem. ¶ Archiepiscopus & metropolitanus synonima sunt & omnino pro eodem supponunt. Sed archiepiscopus dicit ab archos quod est princeps & episcopus, quasi princeps episcoporũ. Metropolitanus vero a metros quod est mẽsura & polis quod est ciuitas, quia sub certa mensura, in numero ciuitatum constituitur. 6. q. 3. scitote, non tamen est necesse quòd habeat illum tantum numerum sub se scilicet decem episcoporum, vt ibi dicitur. Archiepiscopus non potest compellere subditum suffraganei sui ad suspiciendas commissiones eius in casis nisi sit consuetudo, de fo. compe. c. Romana. lib. 6. & extra de offi. or. ca. pastoralis. Seper quo c. di. Hostien. quòd cum episcopus subsit archiepiscopo quia pinguius. ius habet in eum quam in subditum ipsius põt archiepiscopus epm cogere, vt cõpellat subditum ad suscipiendum. Et si episcopus infra certum tempus sibi assignatum hoc facere neglexerit nec aliquod iustum prætenderit, demum potest cogere vtrumque ar. extra de offi. or. c. quanto, in fi. & c. irrefragabili. §. excessus. Concor. Ber. etiam si ab episcopo appellatum fuerat. ¶ Sed hic sciendum quod iure nouo archiepiscopus causas quæ per appellationem vel alio iure metropolitico deferuntur ad ipsum non potest audire seu committere alubi quã in sua ciuitate vel dioeceſi aut in eis in quibus appellatum extitit, vel causæ ipsę consistunt nisi aliud sibi cõpetat de consuetudine, extra de offi. ordi. c. vt litigantes. li. 6. ¶ Archiepiscopus non habet iurisdictionem in subditis suffraganei sui nisi in quibusdam casibus qui notantur extra de offi. ordi. c. pastoralis. Primo quidem cum deuiant in diuinis officiis a consuetudine metropolitanæ ecclesiæ. 12. distin. de his. Item quando subditus episcopi delinquit in dioeceſi archiepiscopi. 6. q. 3. placuit. In hoc enim casu efficit aliqs de iurisdictione cuiuslibet alterius. Item si habet prædiũ indioeceſi sua extra de fo. compe. ca. fin. Et iste etiam casus pertinent ad quæcunque alium. Item si causa defertur ad eum per appellationem, extra de offi. leg. c. 1. & de offi. or. duo. Item cum absolutus ab archiepiscopo non vult parere episcopo, extra de offi. ordi. ad reprimendam. Item si criminalis causa sit inter episcopum & clericum suum debet de duci ad synodũ in qua præest archiepiscopus. 6. q. 2. c. 1. Item si clericus habet ciuilem causam contra episcopum suũ. 11. q. 1. c. si clericus. Item quando episcopus negligens est in eo quod facere debet. 9. q. 3. cum simus, extra de sen. excom.

Priuilegiũ patriarcharum.

Metropolitanus.

c. per

c. per tuas, & de appel. c. qua fronte. Itē quando defuncto episcopo ecclesia idoneos clericos non habet. 12. q. 2. non liceat. Item cū euidens est sententiam episcopi est iniustam, extra de appel. c. sollicitudinem. Item cum visitat prouinciam, extra de præscri. c. cum ex officii, & de cen. c. fopite, & c. cum nuper.

§. 1. ¶ Per solam vacationem episcopalis sedis, nō archiepiscopus: sed capitulum supplet vices episcopi, extra de sup. ne. præla. si episcopus, & cap. ecclesiæ. lib. 6. Similiter si episcopus sit excommunicatus extra de sup. negli. prælat. Romana. lib. 6. aut captus a Paganis, vt in c. prædicto si episcopus. ¶ Sed nunquid archiepiscopus potest ecclesiæ cathedrali vacanti dare visitatorem? Respondeo non nisi forte capitulum in spiritualibus & temporalibus negligenter vel male administret, tunc enim vocato capitulo & cause super hoc agnitione permissa visitatorem seu ministratorem poterit deputare, qui quamuis habeat legitimam administrationem in spiritualibus & temporalibus tamen illa beneficia quæ ad solum episcopi collationem pertinent conferre non potest si ab alio quam a Romano Pontifice fuerit deputatus, extra de sup. negli. præla. c. ecclesiæ. lib. 6. ¶ Archiepiscopus potest prouinciam suam visitare, licet non sint eius suffraganei negligentes & iterare visitationes & procurationes recipere non obstante contraria consuetudine & dum visitat potest confessiones subditorum suffraganeorū suorum audire & absoluere & pœnitentiam iniungere, extra de censi. perpetuo, lib. 6. Sed vtrum aliquid possit recipere, vide infra cap. proximo de eius visitatione. Archiepiscopus potest concilium celebrare irrequisito primate. dist. 92. siquis episcopus vacans, & 9. q. 3. cap. 2. & 3. Archiepiscopus transiens per quæ vis loca potest facere ante se crucem portari, benedicere populo, in pontificalibus celebrare & huiusmodi. Similiter episcopus etiam in locis exemptis suæ diœcesis. cap. archiepiscopus in clem.

§. 2. ¶ De palleo quo vtuntur Papa Patriarchæ & archiepiscopi. Et Papa quidem semper & vbique vtitur eo. Patriarchæ autem & archiepiscopi solum eo vtuntur infra missarum solēnia in qualibet ecclesia suæ prouinciæ nō autem si egrediatur ecclesiam, vt in processione, vt de vsu. pal. ca. 1. & hoc in diebus in quibus conceditur in priuilegio suo alias non potest. Sed bene potest quandocunque sine palleo celebrare. eod. ti. ca. fi. Est autem palleum illud quoddam ornamentum ad modū stolæ sacerdotalis cum quibusdam crucibus nigris intextis quod defertur supra alia ornamenta circundans pectus & humeros ad modum corone ante dependens, significat autem plenitudinem pontificalis officii. eo. ti. c. nisi. Debet autem peti a papa infra tres menses a tempore consecrationis vel confirmationis si ante fuerat cōsecratus, alias si petitum non fuerit infra dictum tempus legitimo impedimēto cessante, poterit de hoc accusati, & etiam de dignitate remoueri, vt dist. c. quoniam. Et debet peti cum instantia dist. c. prisca. Et debet petens præstare sacramentum fidelitatis & obediētiæ Romanæ ecclesiæ. dist. c. optatum, & de elec. c. significasti. Item in datione pallei debet dari nouum priuilegium vel antiquum confirmari di. c. scriptorum. Item recepto palleo & nō ante potest se archiepiscopum nominare. eo. titu. nisi. Nec ante potest conuocare concilium, nec conficere chrisma, nec dedicare basilicas, nec ordinare clericos, nec episcopos consecrare, vt extre de elec. c. quod sicut. Item non potest archiepiscopus palleum suū alteri cōmodare, quia palleum eius in personam non transit, vnde debet cū eo sepeliri, eodem titu. ad hoc, & c. ex tenore. ¶ Deis autem in quibus potest archiepiscopus vti palleo & solum in missarum solemniis præparatus sunt hi. & nota super capitu. ad honorem, extra de aucto. & vsu pal. Natiuitas saluatoris festum sequens beati Stephani & sancti Ioannis Euangelistæ, Circuncisio domini & Epiphania, in ramis palmarum & in Cena domini, in sabbato sancto, in tribus diebus Resurrectionis dominicæ & Pentecostes, Natiuitas Ioānis Baptistæ in festis omnium apostolorum, in festiuitatibus sanctæ Mariæ, in festo omninm sanctorum, in dedicatione ecclesiarum, in principalibus festiuitatibus ecclesiæ suæ, in ordinationibus clericorum & in die anniuersaria suæ consecrationis.

Palleū est.

¶ *De visitatione fienda per episcopos & alios prælatos.* *Cap.* 5.

INtende ad visitandas omnes gentes, & nō miserearis omnibus qui operantur iniquitatē ps. 58. Loquitur psal. ad dominū Deū potulans per assumptionem humanitatis ius visitationem dum dicit. Intende ad visitandas om. gen. quod alubi aptius loquens ait visita nos in salutari tuo. Secundo prænunciat defectum participationis salutis suæ incarnationis subdit, non miserearis ideſt non

misereberis omnibus qui operantur iniquitatem, scilicet qui perseuerant in malis. Nam vt ait Hieron. assiduè peccantium nõ miserẽt Deus. Exaudita autẽ fuit oratio prophetæ, quãdo ĩ visceribus visitauit nos oriẽs ex alto. Illuminare his qui in te, & in vmmor. se. ad di pe. no. in viam pacis. Luc. 1. Vnde notatur ex ipsa visitatione sui per incarnationem intima miseratio, quia per viscẽra misericordiæ &c. Vnde Hiere. 31. c. In charitate perpetua dilexi te propter ea attraxi te miserãs scilicet suscipiens humanitatem. Et nostra illuminatio quia visitauit, illuminare his qui in tenebris &c. idest ad illuminandum. Et affectum & actuum nostrorum rectificatio, quia ad dirigendum pedes nostros in viam pacis, secundum illud Esaiæ sexagesimo sexto, ponam visitationem tuam pacem. Cum igitur episcopus quilibet vices teneat summi pontificis Iesu CHRISTI debet ipsum visitãdo immitari ĩ visitatione gregis sibi commissi, & licèt Christus tantum semel visitauerit per incarnationem, visitat tamen pluries & frequenter fideles suos & per gratiarum munera & per diuersa beneficia & multa flagella. Sic & episcopus debet visitare plebẽ sibi commissam pluries, & ad minus semel per annum vt iura statuunt. Vnde dicitur. 10. q. 1. Decernimus vt antiquæ consuetudinis ordo seruentur, & annuis vicibus ab episcopo dioeceses visitentur. Et si qua forte basilica fuerit reperta destituta ordinatione eius reparari præcipiatur. Quod si non posset impeditus infirmitate vel alia causa iusta, per alios visitare debet. Vnde in sequẽ. c. dicitur. Episcopum p cũctas dioeceses parrochiasque suas per singulos annos ire oportet, vt exquirat quo vnaquæque basilica in reparatione sui indigeat. Quod si ipsæ aut languore detentus aut aliis occupationibus implicatus adimplere nequiuerit præsbyteros probabiles aut diacones mittat qui & redditus basilicarum & reparationes & ministrantium vitam inquirant. Vbi dicit Archidiaconus quòd hoc verbum oportet aliquando est necessitatis, aliquando honestatis verbum. Sed hic non videtur quòd sit necessitatis verbum, vt supra. eod. quæstione capit. regenda. Et quamuis glos. dicat quòd cum subest causa necessaria tunc singulis annis potest visitare, aliàs si non est necessitas de triennio in triennium visitabit vt de offic. Archidiaconus capit. vt Archidiaconus. Sed addit Archidiaconus ad glos. dicas ordinarium esse vt semel visitentur ecclesiæ annuatim siue sit necessitatis siue non, vt in predicto. capit. decernimus. Sed si fuerit necessitas, uisitabit quotiens fuerit oportunum, extra de hære. capit. ad abolendam. Et sic intelligas omnia iura dicentia pluries posse visitare in anno, secundum Goffr. Nec obstat de cen. capit. cum venerabilis, vbi dicitur quòd bis in anno episcopus procurationẽ accipiat quæ datur pro visitatione, quia illud intelligo cum a fundatione monasterii onus binæ procurationis fuit illi impositum vel forte monasterium illud consueuit bis visitari in anno ab illis episcopis. Item dicit Archidiaconus super verbo vnaquæque basilica, quòd pro hoc soluta est quæstio, an dioecesanus habeat visitationem in ecclesiis non habentibus curam animarũ, & est dicẽdum quòd sic, vt patet per prędicta verba. Nam videbit an ecclesia sit ornata vel cooperta & huiusmodi. Et si non poterit ad vnũquemq; locum declinare archiepiscopus vt quia sunt niues vel inundationes aquarũ alia iusta causa, ad vnum saltem locum congruum clericos & laicos studeat conuocare, vt de cẽ. c. Romana. lib. 6. Ad ipsum ergo episcopum potest dirigi verbum. psal. intende ad visi. &c. Vbi tria possunt notari circa visitationem. Primo q̃ fiat affectualiter & cũ subditorum vtilitate. ibi. Intende ad visitandas. Secundo quòd fiat vniuersaliter & cum modorum varietate, ibi omnes gen. Tertio quòd fiat misericorditer et cum flagellorum seueritate, ibi non miserearis.

¶ Quantum ad primum debet visitatio fieri ex affectu charitatiuo & pro vtilitate nõ sua sed subditorum, quia dicitur. Intende ad visitandas, nõ dicit ad dominandum vel ad epulandum vel ad lucrãdum sed ad visitandum. Aliqui enim visitant subditos cũ multis equitaturis & famulis ac si sint domini vel potius tyranni, de quibus dominus p Ezechielem ait. Vos cum austeritate imperabatis & cum potentia. Cum tamen dicat Petrus Apostolus episcopis. Non quasi dominantes in clero. sed forma facti gregis ex animo. Ex concil. Cabilon. dicitur 10. quæst. 3. Cauendum sane est ne cum episcopi per parochias suas peragrant quandam non solum erga subditos, sed erga socios tyrãnidem exerceant, ne quod absit non cum charitate, sed cum quadam iactantiæ temeritate stipẽdia ab eis exigant. Et dicto ibi glo. quòd subditos appellat laicos & socios clericos. Alii vero visirãt ad epulandum procurantes sibi parari lauta conuiuia, & sic longi temporis vicium breuis §. 1.

hora

hora consumit, vt dicto Inn. extra decē. c. cū Apostolus, vñ vbi dr. Nec sūptuosas epistolas quærat: sed cum gratiarū actione recipiāt quod honeste & cōpetenter fuerit illi ministratum. x. q. iij. illud, dicitur q epi scopi non debent cōllere præsbyteros aut clerū parochiarum suarum supra vires suas eis cōuiuia præparare. Vbi dicit glo. q comedet eps carnes veruecinas vel vaccinas vel porcinas vel tria oua cū aceto. Et in d. c. cauendū, dicit gl. q ea q̄ domi cōsueuit: expēdere expēdet dū est in via. s. in visitādo, vt in aute. de mā. pri. §. illud. coll. iij. Alii visitant ad lucrandum pecunias cum tamē dicat Apostolus, q non debent filii parentibus thesaurizare: sed parentes filiis. Et huic prouisum est p. c. Romana. cen. li. vi. vbi præcipitur sub interminatione maledictionis æternæ, vt epi visitantes nihil recipiant pter procurationem victus cum familia sua ab ecclesiis quas visitant: & non visitantes nihil pertipiant ratione visitationis nec etiā procurationem. Quæ constitutio infra ponitur ad literam cum sua declaratione. Intendant ergo non ad ista: sed ad visitandū. Visitat siquidem medicus ægrum ad curādū. Matth. 25. Infirmus fui & visitastis me. Visitat amicus socium tribulatum ad consolandum sicut tres amici Iob cum visitauerūt afflictum Iob. Visitat pastor gregem ad cōgregādum & defensandum Ezech. xxxiiii. dicit dominus. Visitabo oues meas sicut pastor visitat gregem suum. Sic prælati debent subditos visitare ad curandas infirmitates vitiorū, ad subleuādas necessitates miserorū, ad vniēdum & regulādum actiones subditorum, & sic vtiliter visitēt prout docetur. x. q. i. vbi dicitur. Placuit vt p singulas ecclesias epi & per dioeceses ambulāntes primum discutiant clericos: qūo ordinē baptismi teneant vel missarum & qualiter quæcunq; officia in ecclesia pagant. Et si recte quidē inueniant Deo gras referant. Si aūt minime docere debent ignaros, & hoc modis omnibus pręcipere: sicut antiqui canones iubent, & postea in eo. c. dr, q debent etiam populū docere vt vitia fugiant &c. vt infra dicetur, vbi gl. super verbo ignaros. ar. cōtra illos episcopos qui statim susp̄ dunt simplices sacerdotes, vt xxxviii. dis. sedulo.

§. 2. ¶ Quantum ad secūdum principale. s. q visitatio debet fieri vniuersaliter & cum modorū varietate. Innuitur hoc cum dicitur, ad visitandas o. gen. i. quoscunque sibi subditos cuiuscūque status: & laicos & clericos & religiosos & ecclesias collegiatas & non collegiatas parochiales & regulares: simplices subditos & prælatos hospitales & omnes de sua dioecesi, nisi sint exempti a sua iurisdictione: q de huiusmodi non habet se intromittere iudicare vel visitare. Et quia huiusmodi gentes varię sunt cōditionis & status: & ideō vario mō se debet habere ad eos in iudicādo. In ipsa autem visitationes tria habet facere. s. docere p prædicationem vel collationem inquirere illorum mores & conuersationem corrigere illorum transgressionem. Et quoad primum, nam de aliis duobus infra dicetur. Prędicare debet populo in communi ad ecclesiam conuenienti, per se vel per alium. Vnde dicitur in di. c. placuit x. q. j. q postquam episcopi clericos suos discusserint vel docuerint: conuocata plebe illius ecclesiæ doceant illas vt errores idolorum fugiant, vel diuersa crimina idest adulterium, periurū, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera, & quod nolunt sibi fieri alteri ne faciant. Et vt credant resurrectionem omnium & diem iudicii in quo vnusquisque secundum opera sua recepturus sit, & sic postea episcopus de ecclesia illa proficiscatur ad aliam. Prædicatio autem communis & apta ad populum potest esse, vel de duodecim articulis fidei vel de septem vitiis capitalibus, vel de decem præceptis, vel de 7. sacramētis, vel de. 7. virtutibus vel de. 7. donis, vel de beatitudinibus, vel de aliis materiis moralibus prout videtur expedire secundum qualitatē & capacitatem audientium. 8. q. 1. oportet. Si ecclesia est collegiata habens plures clericos vel canonicos ipsis capitulariter congregatis dicat per modum collationis quæ pertinent ad statum eorum agendum & si sunt religiosi vel moniales, similiter in capitulo faciat exortationem de pertinentibus ad religionem, de q̄bus habes supra multa in titu. de religiosis.

§. 3. ¶ Quantum ad tertium principale quod est in correctione defectuum qui reperiūtur in visitatione. Sciendum quod in huiusmodi debet vti misericordia & seueritate, quod innuitur i hoc quod dicitur. Nō miserearis omnibus qui operātur iniquitatem Debet enim misereri delinquētibus sed nō omnibus. Nā recognoscētibus defectum suum sine accusatione & se humiliantibus est miserendum, Vnde Hiero. Vbi peccator intelligens vulnus suum tradit medico se curandum illi non est virga necessaria, sed spiritus lenitatis, de pæ. distinctio. 1. importuna. Et similiter in his quæ committuntur ex fragilitate, non ex hatuata malitia quæ nec sunt scandalosa pos-

sunt

sunt etiam & dicunt & misericorditer puniri, vt di. 50. quia. Contumacibus vero & ex superbia peccantibus non est miserendum. Vnde Greg. 2. q. 4. c. quanto, ait. In contumacia persistentibus seueros esse nos conuenit, secundum illud Virgilii. Parcere subiectis & debellare superbos. Similiter non est miserẽdum his qui operantur iniquitatem post plures admonitiones. Vnde Siricius papa ait. Ferro necesse est vt abscindãtur vulnera quæ fomentorum non sumpserunt medicinam. dist. 82. c. plurimos. Similiter qui operantur iniquitatem infectiuam aliorum, vt dissẽminando doctrinam hæreticam non est miserendum, sed seuerè puniẽdum. 1. Cor. 5. Auferte malum a vobis ipsis. Modicum enim fermẽtum totam massam corrumpit. Et Hiero. Arrius vna scintilla in Alexandria fuit & quia cito non extincta est, totum orbem depopulata est flamma eius. 24. q. 3. in resecanda. Similiter quando aliquod scelus reperitur diffusum in multos precipue clericos, nó est miserendum, sed seuere puniendum cum est manifestum, quia vt dicit lex. Multis crassantibus opus est exemplo, & hoc nisi timeatur maius scandalum, & malum ex punitione quem vtilitas & bonum arg. l. di. c. vt constitueretur. Et breuiter vt dicitur de censi. c. Romana, libro. 6. Ad subditorum emendationem visitans per salubria monita, nunc leuia nunc aspera iuxta datam tibi a Deo prouidẽtiam diligẽter intendat. Corrigere autem & punire potest variis modis, quia per excommunicationem suspẽsionem & interdictum, incarcerationem, flagellationem, pænam pecuniariam, religationem depositionem secũdum qualitatem excessuum, de quibus pœnis habes plenè infra de censuris ecclesiasticis in pluribus capitulis, & sic puniendo dicere potuit illud. psal. Visitabo in virga iniquitates eorum.

§. 4. ¶ Forma autem tenenda in visitatione ab archiepiscopis quoad propriam dioecesim & dioeceses suffraganeorũ, & ab episcopis quoad subditos suos, & de ꝓcurationibus eis fiẽdis habetur extra de censi. c. 1. lib. 6. Quæ hic ex integro ponetur cum declarationibus doctorum, & est hæc Romana ecclesia, & infra. Statuimus vt quilibet archiepiscopus suam volẽs visitare prouinciam prius ecclesiæ suæ capitulũ atq; ciuitatẽ & dioecesim plene visitare procuret propriam. Nec si solũ erga maiorum: sed etiam minorum ecclesiarum, nec circa clericorum tantum: sed etiam populorum visitationem intentus. Et si commodè vel absque difficultate accedere ad vnamquãque non poterit de pluribus locis ad vnũ congruum clericos & laicos studeat conuocare, ne in illis visitatio postponatur. Deinde liceat ei per totam prouinciam vel eius partẽ visitationis officiũ exercere ciuitates & dioeceses, suffraganeos suos & eorũ subditos cathedralium & aliarum ecclesiarũ capitulà, monasteria, ecclesias & alia religiosa & pia loca clericos & populos libere visitando ac procurationes a locis tantum recipere visitatis. Ex quo tamen aliquẽ de ipsis dioecesibus visitare cæperit, nunquam postea siue totum siue partem eius visitauerit, reuertatur causa visitationis ad illam prius quam omnes reliquę ipsius prouinciæ dioeceses in toto vel ĩ parte quasi securè visitare poterit, & sua denuo fuerint visitare. Quod si forte eadẽ dioecesis vel aliqua ibi ecclesia plus aliis indigue rit visitari, tunc aliarum visitatione intermissa reddat ad eandem si a loci dioecesano req̃situs extiterit, vel de oĩum aut maioris partis episcoporum eiusdem prouinciæ processerit consilio & assensu, ad quod idem se pronos exhibeatur ne animarum profectus aliquatenus negligatur. Si vero malitiosè in his difficultatem aliquam exhibuerũt archiepiscopus licentiam super hoc a sede apostolica postulet confidenter. Postquam autem semel omnes prouincias suæ dioecesis visitauerit, licitum sit ei postea (prius tamen suffraganeotum suorum requisito consilio, & ipsius diffinitione super hoc habita, coram eis quæ in scriptis redigi volumus, vt possint aliis esse nota,) visitationem per eandem reiterare prouinciam iuxta modum superius annotatum etiam si non interueniat in hoc suffraganeorum ipsorum assensus, illam semper prouidentiam adhibendo, vt in posterioribus visitationibus illas ecclesias, eosque cleros & populos prius visitet, qui non fuerant ab eo in prioribus visitati nisi magis sit aliis visitationis officium oportunum. Sane huiusmodi impensurus officium proposito uerbo Dei quęrat de vita & conuersatione ministrãtium in ecclesiis & locis aliis diuino cultui deputatis, ac cæteris quæ ad officium ipsum spectãt, absq; coactione & exactione qualibet iuramẽti ad ipsorũ emẽdationẽ per salubria monita, nũc leuia, nunc aspera iuxta datã sibi a Deo prouidentiã diligenter intẽdẽs. Quod si de aliquibus orta fuerit infamia cõtra eos ordinariis ipsorum vt super his diligenter inquirant denunciet si viderit expedire. Notoria vero crimina quæ examinatione

non

non ægent, cum ſuper his merito notare poſſit ordinarium negligentiam eorundem libere corrigat, pœnam pro illis debitam infligendo. Procurationes autem recipiant ſecũdum quod eſt in canonibus cõſtitutum nullam, tamen pecuniam ipſæ vel aliquis de ſua familia occaſione alicuius officii vel conſuetudinis ſeu quolibet alio modo earum nomine, ſed in victualibus tantum expenſas recipiat moderatas. Caueat in ſuper ne ipſæ vel quiſquam ſuorum aliquod munus quodcunque ſit & qualitercunq; offeratur præſumant recipere vt non quæ ſua ſunt videatur quærere ſed quæ Ieſu Chriſti. Quod ſi fuerit contra præſumptum, recipiens maledictionem incurrat, a qua nunquam niſi duplum reſtituat liberetur. Volumus enim in his fraudẽ qualibet penitus euitari. Hanc autem viſitãdi formam ab vniuerſis etiam epiſcopis aliis que prælatis ordinario iure ſubditos ſuos viſitantibus plenè obſeruari pręcipimus. Saluis ſuper hoc rationabilibus & approbatis religioſorũ cõſuetudinibus & regularibus inſtitutis. Hæc Inno. Greg. 10. in conci. Lugdunen. confirmat dictam cõſtitutionem, & addit pœnam in contra facientes in ca. exigit⁹ eo. ti. vbi dicitur. Statuentes quòd vniuerſi & ſinguli qui ob procurationem ſibi ratione viſitationis debitam exigere pecuniam vel etiã a uolente recipere aut alias conſtitutionem ipſam recipiendo munera ſuæ viſitationis officio nõ impẽſo procurationẽ in victualibus aut aliquid aliud procurationis occaſiõe vio lare præſumpſerit, duplũ eius quod receperit eccleſiæ quã id receptum fuerit, infra menſem reddere teneantur. Alioquin ex tunc patriarchæ, archiepiſcopi epiſcopi duplum ipſum vltra dictum tempus reſtituere differentes ingreſſum ſibi eccleſiæ interdictum nouerint. Inferiores verò ab officio & beneficio nouerint ſe ſuſpenſos, quouſque de duplo huiuſmodi grauatis eccleſiis plenariam ſatisfactionem impendant nulla eis in hoc dãtium remiſſione liberalitate ſeu gratia valitura, hæc ibi.

§. 5. ¶ Declaratio dubiorum circa prædicta, Nota primo quòd cum nõ poteſt viſitare perſe, poteſt viſitare per alium, de offi. ordi. inter cætera, & cum viſitat per alium ipſi viſitati debent facere expenſas victualium viſitanti. Et ipſi quoque epiſcopi ſuper his quos mittunt ad viſitandũ debet facere expenſas de aliis neceſſariis, vt dicitur de offi. ordi. c. ſi epiſcopus. lib. 6. vbi dicit glo. quòd neceſſaria dicuntur vt equi, veſtes, & familia, & huiuſmodi, de quibus epiſcopi debent illis pro videre. Epiſcopi autem non viſitantes perſonaliter nihil penitus poſſunt exigere a viſitatis vt dicitur in dict. capit. ſi epiſcopus. ¶ Secundo nota in glo. ſuper verbo plenè quòd nulla parochia debet remanere inuiſitata dum commodè poſſit viſitari, & viſitationis cauſa ſubſit, & ſunt hæc redigẽda ad arbitriũ boni viri. Nec ſufficit pro viſitatione ſinodũ conuocare & plenè inquirere, quia in tã breui tempore nõ poſſet ſingulorum inquiſitio fieri, tum etiam quia non veniunt ad ſinodum omnes viſitãdi clerici & laici, tum quia ſubiicienda eſt res oculis, & perſonæ præſentia multum operatur ſupra de of. le. c. fi. No. ſecundum Hoſti. quòd non dicetur viſitatio non plena, quia duæ vel tres vel paucæ remaneant viſitandæ. Allegat de conſe. diſt. 2. reuera, & 7. q. 1. denique. Et dicit quod in his inſpiciendus eſt modus regionis No. tertio ſuper verbo laicos, quòd populos viſitatus ipſæ non tenetur ad procurationem ſed eccleſia, ut 10. q. 3. placuit, & ſic eſt conſuetudo. Et ſi non poteſt ad aliquam eccleſiam accedere ſine difficultate puta ſecundum glo. propter niues vel glacies, vel aliquod ſimile, tunc ad vnum locum cõgruum & honeſtum & communem poteſt conuocare clericos & laicos illius eccleſiæ ad quam non poteſt accedere & ibi viſitare. ¶ Nota quarto ſecundum glo. ſuper verbo pia loca, per hæc intelliguntur hoſpitalia & Xenodochia quæ ibi debent viſitari. ¶ No. quinto ſuper illud prouinciam q̃ licet Ber. dixerit hoc verum cum ſuffraganei ſunt negligentes, tamẽ contrarium eſt verũ, vt patet. eo. titu. c. fi. vbi dicitur quòd archiepiſcopus poteſt prouinciam ſuam viſitare, etiam ſi ſuffraganei non ſunt negligentes. Et iterare viſitationem eandem & procurationem recipere a locis non obſtante conſuetudine in contrarium. ¶ No. ſexto ſuper illud libere. gl. ſcilicet contradictione, præſcriptione vel appellatione non obſtantibus ſcilicet poteſt viſitare archiepiſcopus ſuffraganeos, extra de pręſcrip. c. cum ex officii, idem Archid. Et intelliguntur loca viſitata ſiue illa quæ perſonaliter viſitat ſiue illa quæ ad viſitationem conuocat. ¶ No. ſeptimo ſuper illud conſilio & diffinitione, non dicat hic deeſſe ſu, quia ſiue concordent ſiue diſcordent ſuffraganei, hoc diffinire ad archiepiſcopum pertinet quæ diffinitio ſic fiet ſecundum Inno. dicendo. Diffinimus per nos procedendũ ad viſitationẽ prouinciæ noſtræ. Et a tali diffinitione cum ſit ſuper excutione ſui officii

non

non poterit appellare de offi.or.c.irrefragabili.idem Archi.Dicit autem Host.q̃ ideo ingeritur hæc difficultas cõtra & diffinitionis, ut archiepiscopus non sit negligens ad conciliũ conuocandum, cum aliter concilium de facili habere nequeat, nec sine hac diffinitione visitare potest,per quod concluditur,q̃ archiepiscopus vix vel nunq̃ secundã visitationem faciet nisi conciliũ celebret Ioã.An. in nouel. ¶ No.octauo super illud coactione,gl.a principio nõ exigitur iurm, per qđ occultum proponere constringatur, ex quo tñ sine iuramẽto referuntur aliqua corrigenda, postea poterit inquisitor super his exigere iurm. Et quãuis non debeat cogere a principio ad iurm,bene tamen coget venire & rñdere,& sibi in his quæ officium respiciunt obedire, secundum Ber.Inn.& Host.Io.mo.vt Archi.aliàs.n. esset delusoria potestas vel iurisdictio visitandi, si nullam coertionẽ haberet, & quia cui cõmittitur principale & accessoriũ,de offi. deleg. c.de causis Io.An. ¶ No.nono, q̃ circa uisitationẽ clericorum & populorum debet esse intentus,dicit gl.q̃ nõ simul:sed separatim fiet, cum talium vita sit separata, 12.qõ.1.duo.& melius procedit inquisitio quando fit sigillatim,c.inquisitionis de accus. Et hoc verum si qualitas negotii hoc exposcit, aliàs in genere fit inquisitio.Et quo ad punitionem dicit Io. An.in nouel. super sexto hoc intelligendum, s.quantum ad laicos quæ ad crimina ecclesiastica matrimonia,& alia quæ ad ecclesiã pertinent in aliis corrigendis non vsurpabit iurisdictionẽ iudicii secularis,vt de iud.nouit.Impedientes autem nuncios, qui mittuntur ad conuocandũ, vel aliàs iurisdictionem archiepiscopi uisitantis,per eum possunt puniri,qđ dicit,vt de pœnis.c.Romana.lib.6. ¶ No.decimo super illud ciuitates, secundum Hosti.& Ioan.mo. quòd ille ordo seruandus sit in prouincia.s.quoad ecclesiam principalem ciuitatẽ & diœcesim metropolitani.In suffraganeis tamen difficultas & incommoditas sit,in hoc ordine seruando non putant ordinem necessarium. ¶ No. vndecimo super illud eorũ subditos,dicit Io.And.in nouel. quod si concurrant episcopus & archiepiscopus in uisitãdo, secundum Inn.Hostien.& Ioan.mon. Alber. & Archid.quod ambo admittentur cum non sit a iure prohibitum, etsi discordarent in sententia pro reo nisi in causa fauorabili , ut de proba.c.ex literis.Et addit Hostien. & alii , q̃ si ecclesia non sufficit vtrique admittetur primo ueniens,ut de fo.comp.ca.proposuisti.cũ concor.Et si concurrant simul ueniendo, nec apparet quis prior licèt uideretur episcopus præferendus cui specialis inest cura. 10 qõ.1. regenda , prædictis placet archiepiscopũ præferendum.11.q.3.qui resistit,& c.seq. Si uerò concurrat episcopus cum prælato sibi subiecto ad quem etiam spectet visitatio , dicit Archi.præferendũ epm, nisi obstet consuetudo, allegat c.in Latera.de præb. ¶ No.duodecimo secundum Ioã.An.& Inn. super verbo uisitatis,q̃ intelligitur visitare ẽt si cadat cã consignandi uel chrismandi pueros,siue consecrãdi ecclesias, siue pro quocunque alio communi negotio,vel quod multos tangit. ar. 10.q. 3.relatum secundum Inn. uel secundum Hostien.uel Ioan.mo. quod sit pro salute animarum,uel pro cultu diuino ampliando,uel pro statu ecclesiæ melius reformando. 10.q.1.placuit.Secus secundum Inn. si uadit pro causis expediendis. Vnde in his debetur procuratio non autem si uadat pro reconciliatione ecclesiæ secundum Archi. Vicen. & Laud.& Gof. Item secundum Archi. cum archiepiscopus ad vnam diœcesim causa uisitandi accedens, si transit per aliam non est procurandus iure visitationis, quia non visitat, iure aũt hospitalitatis nemini est denegandum.43.di.§.1. hoc tamen si potest. ¶ No.tertiodecimo sup uerbo procurationes ibi in uictualibus, q̃ si eps vel archieps visitans perdit equum,uel soluit vecturas equorum,& his similia , nõ põt hoc exigere a uisitatis nomine procurationis secũdum Inn.& Archid. Et multo minus nõ põt petere expensas quas facit in uia eundo pro visitatione facienda, tum quia hoc nullo iure cauetur , tum quia propter id habet bona dignitatis,vt quę ad dignitatis officium spectãt exerceat.Et talis procuratio hoc respectu potius datur in signum subiectionis ,& propter hospitalitatem quam de necessitate iuris naturalis cum suos redditus habeat , & ideò de illis uiuat,cum pauperes ecclesias uisitat.

Quod si una die uisitationem expedire non potest.Dicit Inno. quòd pluribus diebus , ut oportuerit procurandus erit. 10.q.1. placuit. Nec obstat.10. q.3.c.intet cætera, quia illud intelligitur cum vna die uisitatio potest expediri.Idem Host.addẽs quòd in nullo casu ecclesia est grauanda. ¶ No. quartodecimo sup verbo inquirant , q̃ episcopus tenetur facere hanc inquisitionem ad denunciationẽ ipsius archiepi,ad hoc.2.q.5.mennã.Et si eps nollet inquirere dicunt aliqui, q̃ archieps inquirat, quia curam eius habet , & ad eius officiũ ptinet pp negligentiã epi.art.9.q.3. cum simus. Alii tamen dicunt , q̃ pp eius negligentiã nõ

deuoluitur ad archiepiscopum hæc cognatio, quia in canonibus non est expræssum, ita ponit Inno. allegans ad hoc ar. 10. qó. 3. quia cognouimus. Et si dicatur, q̃ propter hoc remanebunt crimina impunita, cõtra illud de sen. excom. c. vt fame. Respon. q̃ archiep̃s coget ep̃m, vt procedat & puniet, q̃ pót ratione negligentiæ peccati. 34. dist. quorundam. ¶ Not. quintodecimo super verbo notoria. Dicit Inno. q̃ si dubium est iudici, an crimina sint notoria. Primo de hoc inquiret, nec videtur, q̃ habeat aliud pronunciare, nisi q̃ suum est punire hæc maleficia: quia sunt notoria, quia solum in hoc videatur cognoscere, an sit sua iurisdictio puniendi. Archid. dicit hoc notoriũ intelligi, cuius testis est populus, allegat 35. q. 3. quod scripsi, & dicit illius criminis populum esse testem, etiã si crimen est notum maiori parti tantũ allegat de coha. cle. c vestra, & ibi Host. tractat de notorio manifesto & occulto. ¶ Nota sextodecimo super verbo pecuniam secundum Io. And. in nouel. Si ueri philosophantes pecuniam cõtemnunt 12. q. 2. Socrates, multo fortius visitantes, & si secundũ Host. ciuilis sapientia precio numerario de honestari nõ debet. ff. de variis & extraor. co. le. infra §. est quidẽ, multominus canonica de prauanda, quæ multũ reprehendit auaritiam clericorum supra eo. c. ex parte. Hic ẽt nota secundum cõstitutionẽ istã Romana, & sequẽtem, scilicet exigit, q̃ nulla pecunia poterat exigi aut etiã recipi a sponte dare volenti ratione procurationis in visitatione epi, vel archiepiscopi, sed tantũ in victualibus expẽsas moderatas, alias incidebat in pœnam quæ & habetur in c. exigit. Sed per constitutionem Bonifacii 8. quæ habetur in c. seq. & incipit fẽlicis, hoc pro parte remouetur, quia videlicet a volentibus ecclesiarum, & locorum visitatorum rectoribus seu personis pecuniam licite recipere valent pro sumptibus moderatis faciendis in victualibus diebus quibus uisitationis officiũ personaliter exercebunt. Ex quibus verbis patet, q̃ si visitati procurationẽ in victualibus soluere velint pecunia ab eis exigi non potest. Sed si sponte velit soluere pecuniam cõgruentem procurationi accipere possunt. Et sumitur hic pecunia non strictè pro ea quæ consistit in numero, sed etiam pro rebus quę possunt precio æstimari, secundum illud. 1. q. 3. totum. Vnde concordare possunt in aliis vel liquidis, vel de boue, pullo, vel re simili danda pro quantitate taxata, vel sine alia taxatione dummodo seruetur moderamen. Hodie per constitutionem Benedict. 11. quæ incipit, vas electionis taxata est quantitas secundum diuersitatem prouinciarum diuersarum, quæ soluenda est sine victualibus, si a volentibus in pecunia in qua etiam distingui tur, an per se an per alios visitent, quæ etiam restringitur cum per alios visitant. ¶ Nota decimoseptimo secundum Ioan. And. super verbo de familia sua occasione officii aut cõsuetudinis. Per familiam intelligitur clericus vel laicus equester vel pedester, scilicet qui est de domo sua. Nomine officii intelligitur scriptor, sigillator & similes, secundum glo. ibi. Et addit in nouellis, hoc est verum si petatur ratione visitationis, sed non intendit grauare clericum si faciat literas, scilicet scriptor, & aliquid habeat pro labore. ar. 12. q. 2. ecclesiasticis. Host. & Innoc. & hoc nisi de publico reciperet salarium, quo casu stipendiis debet esse contentus. 23. q. 1. militare. Nec excusat consuetudo in talibus, quia censetur irrationabilis, ex quo per sedem apostolicam reprobatur 11. dist. quis nesciat, & per consequens præscribi non potest de consue. c. fi. ¶ Nota decimooctauo super verbo victualibus secundum Io. And. in nouel. horum nomine continetur æsus, potus, vestis, stramenta, & omnia homini necessaria ad viuendum, & hospitiũ & calciarium, & hæc nõ uidentur remissa, etiam si de alimentis transactum sit nisi specificẽtur. Videant tantũ ne vltra facultatẽ grauent ecclesias. Et dicit Hier. ad episcopũ. Cornute cõsidera, ne similam & mella fastidias, qui natus in paupere domo, & tugurio rusticano rugientẽ ventrẽ vix milio & cibario pane poteras saturare 12. q. 2. gloria. ¶ Nota decimono super verbo aliquod munus quodcunque sit, secundum Io. And. in nouel. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. 1. q. 1. sunt nonnulli. Excipit Host. esculentum & poculentum & enxenia, quæ non extenduntur ad munerum qualitates. ff. de offi. procon. l. solent. Dicit demum, q̃ mens huius literæ innuit contrarium. Consultius ergo facit a talibus abstinẽs, tamen huiusmodi recipiens modica garsias, non credit q̃ incidat in pœnã. Et si dicatur quomodo enxeniantur esculentum & poculentũ, vt recipiat procurationem in victualib. Respon. Io. Mo. cũ scilicet visitatus aliquid excellens, tale vltra cõmunes expensas enxeniat, puto q̃ periculũ sit recipere victualia potanda, si portat aliquos capones caseos, vel flascos vini, sed victualia ibi comedenda quantuncunq; excellẽtia recipere, nõ est periculum pœnarũ infra positarũ, exigere tamen posset esset peccatum. ¶ Nota vigesimo super

verbo

verbo maledictionem secundū. Io. An. in no uel. i. pœnam æternam quæ debetur illi pro mortali ex quo sequitur hanc transgressionem esse mortale nec talis potest absolui, nisi duplū restituat illi dat a quo recipit. ¶ Nota uigesimo primo super uerbo ordinario secundū Io. An. delegatus seruat formā mādati de rescri. c. cū dilecta, etiā si datus sit ab alio q̄ a papa, ita qñ q̄ delegatus q̄ nō pōt nō om mittat, d̄ iurepa. c. qd aūt. Nō putat āt Host. & Io. mo. hoc ī legato locū habere triplici rō ne, qa vices papæ gerit. 93. di. c. fi. §. Secunda qa maior est ēpo, de of. dele. c. sane, q nō iclu dit sub clausula gñali, extra de sen. excō. ca. qa piculosū li. 6. Tertia qa Roma. ecclesia cō tra se & suos priuilegiare nō cōsueuit de cēsi. c. cū in institūtia. ¶ No. uigesimo secūdo sup uerbo istitutis. Ho. dicit q̄ regularis denūcia tio. i. pclamatio. in c. nō requirit gl. q̄a nō se cūdū iuris subtilitatē, sed secūdū obseruātias regulares & secūdū diuersas religiosorū constōnes de plano. & simpliciter expedit in qua nec est appellatio admittēda, supra de appel. c. ad nostrā. Dicit aūt nō omittēdū, q̄ si prælatus q̄is religiosus in mortali constitutus notorius uel infamatus incorrigibilis sit, & p pter hoc a suo subdito appelletur, aut appellationi deferet, aut p tāto excessu satisfacere cōpelletur supra, de appel. c. de prior, qa nec ad tale pertinet iudicialis correctio. 3. q. 7. iu dicet. Itē religiosi licèt sint secundū regulam corrigēdi misericorditer tñ nec passim more latronū in grauē carcerē detrudēdo secundū morē prauæ cōsuetudinis, quę quasi pro lege in quibusdam ecclesiis inoleuit, extra de ſta. regu. c. ea. quæ. Item licèt ad abbatē spectet correctio si tamen nimis est grauis de cōsilio cōuentus. i. capituli sui temperanda est sup. de his quæ fi. a præla. c. nouit. Vult ergo finis huius constitutionis q̄ cōsuetudines p suas fiunt uisitationes & correctiones religiosorū sint rationabiles & approbatæ. ¶ Nota vigesimotertio quod monasteria monialium ēt si sint exempta, debet per suos ordinarios, singulis annis uisitari, vt de ſta. mo. c. attendentes, in cle. quod uerum est nisi habeant ex priuilegio, quod non possint uisitari ab ordinariis, quod priuilegium habent prædicatores & minores, de monasteriis sibi subditis & plures aliis de quibus ignoratur. Vnde & cum hoc allegant priuilegium dicunt ostē dere. ¶ Nota uigesimo quarto quod Hostiē. dicit locum incongruum ad quem non tenetur ire ad uisitandum, sed debet rectorem talis loci, & populum congregare ad alium locum congruum, quando scilicet non sufficit ille locus ad procurationem archiepiscopi. Sed Archi. contradicit & dicit quod omnes contribuent scilicet alię ecclesiæ. Dicit ergo Archi. quod iusta causa conuocationis non est paupertas ecclesię. Nā si potest ad locum accedere tenetur ad id & si ecclesia est paup, nihil exiget vel recipiet. 1. q. 2. placuit, suis ergo uisitet sumptibus, quia ad hoc sunt sibi redditus episcopales deputati, sic etiam notat Bern. eo. titu. cum apostolus, & Ioann. Goff. Vincen. & Host. eo. titu. cum instantia, Vnde penitus impotentem euidens paupertas excusat ad tribuendum. Decretalis autem conquerente de offi. ordi. quæ dicit moderare posse exigi, loquitur de ecclesia quæ cum tribuere potest, licèt non in totum procurare habere enim semper debet ratio, ne ministri ecclesiæ ægeant. ar. de re. iu. in condemnatione. ¶ No. vltimo super verbo ingressum ecclesiæ interdictum, & super verbo suspensos in c. exigit. Dicit glo. quod si durante interdicto isti moriantur non sepelienter ī cemiterio, & si interim celebrēt in ecclesia in officio suo sicut prius efficiuntur irregulares, de senten. excom. c. is cui lib. 6. inferiores vero suspensi propter huiusmodi transgressionem, si interim celebrent ut prius sunt ir regulare, nec poterunt ab alio quam a papa absolui, de sen. excom. c. cum medicinalis lib. 6. glo. super verbo quousq;, dicit facta ergo restitutione duplici statim sunt absoluti sine alia sententia, de spon. c. non est quod intelligendum si seruauerunt interea ante restitutionem factam interdictā vel suspensionem, aliàs si non seruassent incidissent & indigerent dispensatione seu absolutione.

¶ De quibus sint fiendæ inquisitiones in uisitationibus ad diuersos status. Cap. 6.

QVia dictum est supra quod post prædicationē ad populum uel collationē ad capitulum clericorum seu religiosorum fieri debet inquisitio in uisitatione. Nunc uidēdum est particulariter quomodo & quo ordine fiet inquisitio. Quando episcopus intrat ecclesiam, rector ecclesiæ uel principalis in cathedrali offert ei crucem osculandam & aspersorium aquæ benedictæ & facta aspersione incipit cantare ipsę rector antiphonā. Ecce sacerdos magnus, & postea antiphonam de sancto cui intitulata est ecclesia, & post uersiculum episcopus cantat orationem de illo sancto. Et primo accedens ad eccle siā Primo. Secūdo

cathedralem post orationem (ut dictū est) debet ire ad locum uenerabilis sacramēti, & uidere qūo & quam honorificè sit recōditum, & bene firmū & clausum & q̄ sæpe mutet ne generetur aliqua corruptio vel uermiū corosio ex antiquitate. Et exinde sacramentum extremæ unctionis ac ēt baptismum & chrismatis & olei cathecumenorum si sunt renouata illo anno & fontes baptismales, quando ecclesia est baptismalis, & si uasa sunt mūda & corporalia præcipue, & calices & pallæ altaris. Et cum reperit in hmōi defectum dure increpet & puniat plus & minus secundū qualitatem excessus. Inquirant si uisitans est archiepiscopus de vita episcopi uisitati suffraganei sui quoad honestatem sui & familiæ suę, & qualiter se habeat in gubernatione episcopatus & ecclesiæ suæ & aliarum ecclesiarum sibi subditarum tam in spiritualibus, q̄ in temporalibus, & permaxime in collatione ordinum vel beneficiorum quomodo se habeat si indignis conferat, puta si ante ætatem legitimam vel illiteratis, vel infamibus, & si pro huiusmodi pecuniam recipiat. Si bona episcopatus bene gubernat non dissipando, sed pauperibus dispensando prout ualet si alienauit aliqua immobilia vel alienationes in aliis ecclesijs sine debita causa & forma fieri permisit. Interrogetur non quidem ipse episcopus, quia testimonium ferret de se ipso, sed alii maturi & discretæ personę qui creduntur scire conuersationē eius & veritatem dicere dēt, si est negligens circa diuinū cultū ut diligenter exerceatur in ecclesia maiori & in aliis, & quod ecclesiastica sacramenta tempore loco & modo debito populo ministrentur & prędicationes in ecclesiis iuxta laudabilem consuetudinem temporibus debitis faciat, per se vel per alios inquiratur. Si est diligēs vel negligens in corrigendo excessus clericorū, & aliorum quorū correctio spectat ad eum de iure priuilegio vel consuetudine. Si visitat ecclesias suę diœcesis non recipiendo nisi procurationem victus. Si confert sacramentum confirmationis tempore suo. Si est rectus in iudicando vel iudicare faciendo per vicarium, ita quod vnicuique ab ipsius tribunal recurrenti ministret iustitiam, & si iudicium gratis reddat, si constitutiones, synodales aliquas habet & seruat, & seruare facit. Quoad subditos ecclesiæ cathedralis quæratur ab archiepiscopo vel episcopo si præpositus vel alius prælatus & canonicis & alii clerici sint eidem episcopo obedientes, & quod omnes portent tonsuram & habitum clericalem & si pacifice & quiete uiuunt. Et si aliqui ex ipsis sunt rixosi & scandalosi & qui sunt illi. Item si canonici & alii capellani, & clerici obediant præposito seu alteri prælato ipsius ecclesiæ in his in quibus tenentur. Si faciunt capitulum & vbi & quotiens & quæ ibi tractant. Et si bene gubernant, & conseruant iura, & iurisdictionem ecclesiæ. Et qui ibi audiunt confessiones & si sunt sufficientes ad illud, & si canonici, & alii clerici viuunt honeste & dicunt officium & confitentur de licentia episcopi vel eius qui possit dare. Si prębendæ sunt communes vel distinctæ, equales vel dissimiles. Qui & æquales sunt redditus & quętus sacristiæ canonicorum, & ecclesiæ in quibus consistunt & ad cuius manus perueniant & qūo dispensantur. Si in dicta ecclesia officiū diurnū pariter & nocturnū dicatur cōtinuè debitis temporibus & debito modo. Et quot in die ex canonicis & capellaneis in dicta ecclesia celebrant. ¶ Deinde q̄rat de inuētario si habet, & scd̄m ea q̄ hñtur in inuētario sibi collata in acceptiōe ecclesię vł officijs sacristiæ sic resignet oia. Quod si aliquid notabile defuerit seu pditū fuerit culpa sua supleř tenetur secus si casu & sine defectu suo Et primo videat de rebus sacristię, p quātitatem & qualitatē & signa distinctiua, calices cum corporalibus, casulas, cappas sericas, seu pluuia, dalmaticas, tunicellas, albas, amictus, stolas, manipulos, cingulos, super pellicia, seu coactas, dossalia, altaria, pallas, toballeas & alia huiusmodi. Et si sunt confracta faciat reparare. Missalia, antiphonaria, homeliaria, & alios libros, dissuta faciat reformare. Item si est ecclesia cathedralis vel alias collegiata, inquirat quot debent ibi esse canonici vel alii in eadem ecclesia seruientes & quis est in ea prælatus. Et in ecclesia cathedrali, quæ sint ibi dignitates scilicet archipræsbyteratus vel præpositatus, aut archidiaconatus, & quis habet in ea curā principaliter, & q̄ ibi p̄sentialiter residēt & deseruiunt & si ecclesia habet aliquas constitutione, ab episcopo approbatas, & quomodo seruantur & si fideliter dantur distributiones in teresentibus officiis ¶ Item inquiratur quot sunt ibi capellæ & si sint intitulatæ, & quibus & quot redditus hñt & si officiant scd̄m obligationē quā hñt, uł alias sine obligatiōe cōpetēter sm quātitatē redditū si p̄bonos hñt qui non cōmittāt fraudes circa redditus capellæ. Si habēt debita fulcimenta ad celebrandum & huiusmodi. Inquirātur nō solū clerici sed

etiam

etiam laici aliqui de populo maturi, & discreti. Si est in populo aliquis hæreticus, vsurarius, symoniacus, sortilegus, concubinarius, maleficus, publicus adulter, vel obstinatus in excommunicatione, vel in inimicitia mortali, vel in non confitendo annuatim & cõmunicando, & præcipue quando omisit per plures annos, & alia huiusmodi, quorum correctio spectat ad episcopum. Et circa hmõi admoneat, corrigat, puniat, pacem componat, prout dominus dederit. Et si est aliquod legatum ad pias causas non mandatũ executioni faciat implere. In visitatione ecclesiarũ parochialium quæ non sunt collegiatæ. Primo viso sacramento Eucharistiæ, & aliis sacramentis si diligẽter teneãtur (vt dictum est supra) fiat inquisitio, & si lumen continue tenet ante sacramentum. Exinde quæratur si ecclesia habet patronum, & quem vel quos, & si bene se habent ad ipsam, vt non extorqueant bona
septimo eius, vel grauent in prandiis enceniis & huiusmodi, vltra id ad quod tenentur. Et si rector ipsæ canonicè institutus est in illa ecclesia. Et si commissa est aliqua symonia cum patronis vel confirmatore. Et si aliquis detinet aliqua bona ipsius ecclesiæ. Item si habet solũ illam ecclesiam parochialem vel plures, & si plures, si sunt vnitæ vel non, & si nõ sunt vnitæ si habet super hoc dispensationem a Papa. Nam alias tenere non potest. Vnde dispensationem ipsam ostendit per modum sufficientem. Item si in dicta ecclesia sunt aliquæ capellæ dotatæ, & si habent capellanos deseruiẽtes secundum debitum, & de quantitate reddituum ipsius ecclesiæ, & ipsarum capellarũ. Et si habent calices, libros vel alia paramenta per se dictæ capellæ. Item quæ in dicta ecclesia habeantur ornamẽta calices, cruces, corporalia, thuribula, planetę & aliæ vestes sacrę pallę, tobaleę & huiusmodi, de quibus habes supra, & si bene & nitidæ tenentur. Item si reliquiæ ibi habentur & qnales. Item si habentur ibi aliqua instrumenta & priuilegia, & si bene custodiuntur. Item si ecclesia vel altaria
Octauo sunt consecrata. Singulariter autẽ interrogetur ipsę sacerdos rector ecclesiæ in absentia tñ populi, sed in præsentia alicuius de sociis eṗi qũo se habeat circa sacramenta, quia multi errores committuntur ex ignorantia q̃ maximè regnat in clero in partibus Italiæ. Singulariter ergo interrogeẽ q̃ sint verba substantialia ad consecrationem eucharistiæ, & si ea mẽtetenus dicit vel in libro, & faciat eum dicere, & videat si in aliquo verbo deficit ei declarando, q̃ si in aliquid omitteret nõ consecraret, & præcipue de forma consecrationis sanguinis quæ prolixior est, nam durat vsq; hæc quotiescunq; fecerit. Et similiter interrogetur de forma extremæ vnctionis, & quomodo se habeat in collatione eius, & multo magis de forma baptismi si baptizat. Inquiratur etiam si habet breuiarium si dicit officium, & si sit bene legere & ordinatè, & si dicit Missam ante matutinas, quod prohibitũ est, & q̃ non dicat officium aliquid manuale faciendo. Si est lusor, negociator vel frequentator tabernæ. Præcipue autem fiat diligens inquisitio circa audientiam confessionum, quia ibi uetsatur periculum & salus animarum. Vnde interrogetur sacerdos cum audit confessiones, quem ordinem tenet interrogẽdo peccatorem. Et si interrogat de decẽ præceptis, & quæ sunt illa, & quomodo interrogat super quolibet illorum, & qñ in eis peccatur mortaliter vel venialiter, vel de simplici fornicatione, si facit conscienciam confitentibus de mortali, eundo. ad meretrices & hmõi, & de peccatis cogitationum quando est ibi mortale vel veniale, & de septẽ vitiis capitalibus, & si scit ea distinctè exprimere, & quando sunt mortalia vel venialia, & de præceptis communibus ecclesiæ, vt auditione Missę & hmõi, & si in hmõi errat doceatur, & admoneatur & procuret habere aliquem libellum, vel summam talia docentem, & ab aliis etiam inquirat. Interrogetur ẽt si audit alios quam suos parochianos sine licentia, quia non potest. Et si scit casus reseruatos episcopo. Demũ de forma absolutionis si scit exprimere interrogetur ẽt ipsæ si hẽt Inĩam confitendi peccata sua, quia alias non posset nisi religiosis expositis ad audiendum confessionẽ ẽm cle. dudũ, de sepul. Et qũo frequẽter cõfiteatur ad qđ admoneatur, ex quo frequẽter celebrat, interrogetur ẽt quantũ populũ habeat, & si visitat infirmos, & sacra exhibet tpe congruo, vt sine eis non decedãt. Si annuatim cõfitentur & cõicant, & quot sint qui remaneant, & per quot annos. Et si est aliqs in parochia maleficus uel incantator, uel notorius, seu manifestus peccator, vel inimicitias graues cõtinuans. Si admonet populũ p̃cipue dieb. festiuis. Interrogentur ẽt laici parochiani aliqui magis antiqui, & discreti de fama & vita ipsius sacerdotis. Si est cõcubinarius, uel alias in honestus lusor uagabundus. Si facit debitã residentiã si officiat bene ecclesiã. Si est scandalosus & litigiosus cũ populo. Si qui ẽt volunt ponere q̃relã cõtra ipsum parochialẽ de quacũq; re tpali uel criminali audiat eos & examinet & iusti-

tiam adminiſtrer. Si autẽ reperit epiſcopus in huiuſmodi inquiſitione ſacerdotem defectuoſum corrigat, & puniat plus & minus ſecundũ qualitatem defectuum, & per maxime cum deficit in formis ſacramentotum baptiſmi & euchariſtiæ, non dimittat impunitum, nec permittat celebrare, niſi bene ſciat ea. Et cautum eſt etiam ordinare, vt ipſi ſacerdotes rurales habeant verba conſecrationes literis groſſis ante ſe deſcripta, & ipſa legant. Videantur etiam non ſolum eccleſia: ſed etiã & domus quam inhabitat, ſi indiget reparatione, & operam det ad hoc cum ſacerdote, & populo prout fieri poteſt. Videat etiam inuentarium de rebus tam eccleſiæ quam ſuppellectilibus domus, & ſi conſeruauit ſibi conſignata, vel diminuerit, quia ex cauſa, & ſi aliquid immobile alienauit.

§. 1. ¶De viſitatione autẽ eccleſiarum ſine cura, & oratorium habẽtium altare & campanam. Primo inquiratur quis fundauit dictam eccleſiam vel oratorium, & a quanto tempore citra, & ad quem ſpectet inſtitutio vel deſtitutio eius, ſeu reformatio & confirmatio quando vacat. Inquiratur etiam in cuius eccleſiæ parochia fundatum eſt dictum oratorium, & ſi fuit fundatum de conſenſu ſacerdotis parochialis & auctoritate epiſcopi. Item inquiratur ſi dicta eccleſia, vel oratorium tenetur ad aliquem cenſum vel onus, & quod ſit illud, & cui debet ſoluere ſi eccleſiæ parochialis vel alteri, & ſi ſoluit de tempore in tempus. Quæratur etiam quomodo & qualiter ſe habeat rector in officiando dictam eccleſiam vel oratorium, cum quodlibet beneficium etiam ſine cura detur propter officium plus vel minus exercendum, quo ſcilicet ad officiationẽ eccleſiæ ſecũdum quantitatem redditus. Nã quantum ad horas quantuncunque minimũ ſit beneficiũ ad ipſas tenetur, vnde & de hoc interrogetur ſi dicit. Item inquiratur de quãtitate reddituum, & in quibus conſiſtant, & quomodo diſpenſetur, & ſi poſſeſſiones bene gubernentur, aut aliquid ſit alienatum ſine legitima cauſa. Item de paramentis calicibus, & aliis ornamẽtis eccleſiaſticis, & libros quot habet vel calices & qualia. Item ſi habet patronos & quos habet. De eccleſiis curatis & non curatis & rectoribus earum & patronis, & quid pertineat ad eos de cõuerſatione, & moribus clericorum, & de modo curæ & de confeſſionibus audiendis, habes ſupra tit. de confeſſionibus per totum.

Primo. Secũdo. Tertio. Quarto Quinto

§. 2. ¶De viſitatione monaſteriorum & eccleſiarum regularium tã monachorum quam monialium & inquiſitione. Primo interrogãdus eſt abbas & prior, vel abbatiſſa & prioriſſa quoad moniales ſoli in præſentia tamen aliquorum de familia epiſcopi, qui ſunt perſonæ maturæ & modeſtæ, vt vicarius eius, & alii quis ex canonicis uel capellanis, qui defectus quos audiunt occultos, aliis non reuelent. Deinde interroget ſigillatim ſingulos monachos vel moniales in capitulato, vel alio loco honeſto. Primo ergo quærat a maioribus quot ſint monachi in dicto monaſterio, vel canonici regulares vel moniales, & quot debẽt eſſe, & ſi numerus eſt ibi conſtitutus, quam regulam profitentur, quot ſunt ibi profeſſi vel profeſſæ, & nouitij vel nouitiæ, & ſi habitus, pfeſſorum eſt diſtinctus ab habitu nouitiorũ uel indiſtinctus. Si faciunt profeſſionem tempore congruo. Si obſeruant regulam quam profeſſi vel profeſſæ ſunt, & præcipue quoad ſubſtantialia vota, vt paupertatem, caſtitatem, & obedientiam. Si obſeruant eam quoad cerimonialia, vt ſilentium, obſeruatio ieiuniorũ, abſtinentia ab eſu carnium extra infirmitatem, & vſu laneorum in camiſijs & linteaminibus non lineorum & alie huiuſmodi. Si habent aliquam diſpenſationem ſuper his ex cõſtitutionibus ſuis approbatis vel a papa. Et ſi habent aliquas conſtitutiones vltra regulam approbatas, et ſi eas obſeruant. Nam profitentes regulam beati Benedicti tenentur ad prædicta cerimonialia obſeruanda. Sed profitentes regulam Augu. canonici regulares ſeu monachæ ad illa non tenentur cerimonialia quæ ſupra dicta ſunt, ſcilicet abſtinentia a carnibus et lineis, niſi ex conſtitutionibus ad regulam additis ad hoc obligarentur. Si eccleſia dicti monaſterii habet curam animarũ inquiratur ſi diligenter exercetur talis cura, et per quem vtrum per monachum vel presbyterum ſecularem, quod fieri debet, ſcilicet p ſacerdotem ſecularem magis quam per monachum vel regularem, niſi exercitium talis curæ haberent a papa vel epiſcopo & abbate. Et inquiratur ſi deputatus ad talem curam ſcit ea quæ ad ipſam pertinent (vt dictum eſt ſupra in corpore huius capituli.) ¶Item inquiratur ſi horæ canonicæ & miſſæ debitis tpibus celebrentur cantando vel legendo, & debito modo ſine diſſolutionibus & confabulationibus, & ſi omnes conueniunt ad officiũ vel remanent ex negligntia, & qui vel quæ & quam frequenter. Et ſi omittunt officium. Si habent officiales diſtinctos, vt camerarium ſacriſtam, celleratium. Et tales interrogentur de officiis ſuis diligenter exercent & fideli-

Primo. Secũdo. Tertio.

ter

ter tractant bona monasterii, & si tenetur cõpetens introitus & exitus & redditus racionium pluries in anno per camerariũ seu procuratorem coram prçlato & aliquibus ex seQuarto. nioribus monasterii. ¶ Interrogentur etiam de quantitate redditũ monasterii & in quibus consistant, & si bene dispensantur, & qđ nullus vel nulla det aliquid consanguineis vel aliis sine licentia superioris, sed nec etiã ipsæ superior, abbas, vel prior, vel abbatissa det bona monasterii mobilia vel immobilia sine consensu capituli & rationabiliter. Item sit sunt aliqua alienata ex bonis immobilib. sine causa rationabili & forma debita, & con sensu capituli & episcopi. Si fiunt reparationes necessariæ in monasterio & domibus eQuinto. ius, & cultiuationes possessionum. ¶ Item inquiratur de libris, calicibus, & paramẽtis, ornamentis & aliis pertinentibus ad ecclesiam, & si diligenter & munde teneantur & resarciantur & alia huiusmodi prout dictũ est supra in corpore capituli. Itẽ si abbas seu prior vel abbatissa corrigit defectus delinquentiũ & si tenet capitulum & quam sæpe, de quo debẽt interrogari magis subditi & præcipue seniores quam ipsę prælatus uel prælati. Sed a prælato inquiri debet quomodo subditi uł subditæ sint & obedientes seu reuerentes. Et si ibi est aliquis uel aliqua proprietarius vel proprietaria, & si sint ibi aliqui scandalosi vel rixosi. Si prouidetur infirmis in necessariis & in uisitationibus & in sacramentis. ET si omnia habent in communi, ad quod inducat quãtum põt. Et si dormiunt oẽs in eodẽ dormitorio & comedunt in eodem refectoSexto. rio. ¶ Interrogetur etiam de fama eorum & honestate, & si habeant aliquas familiaritates suspectas. Si instrumenta iura & priuilegia monasterii bene custodiuntur. ET de debitis quanta sint. De religiosis & quæ pertineãt ad debitam cõuersationem eorum & uitam, habes diffusè titulo. 16. per totum.

§. 4. ¶ De uisitatione monialium. Quoad monasteria monialium inquirenda sunt abbatissa, priorissa & moniales penè de omnibus de quibus dictum est §. precedenti. Sed ultra illa interrogandũ est si facta est abbatissa per aliquam symoniã uel priorissa & si electa est canonice & confirmata. Si commissa est symonia in receptione monialium faciẽdo expræssas pactiones cum cõsanguineis ingressæ pro ipsa receptione. Si aliqua coactio facta est alicui ad faciendum professionem. Si monasterium habet debitam clausuram ut ex nulla parte posset aliquis ingredi. Vnde & circumire debet totum monasterium ut bene uideat dispositionem ędificiorum cum decenti tamen societate, puta duobus ex senioribus vel tribus eum associantibus, cum quibus solus ingredi debet monasterium omnibus aliis remanentibus extra & cum abbatissa seu priorissa & vna vel duabus antiquioribus interroget, si ostia monasterii sua clauibus clausa tenẽtur, quas claues ipsa uel alia honesta & probata antiqua teneat. Si aliquis ingreditur uel aliqua extra casum necessitatis, vel si aliqua egreditur sine licẽtia in quo excessu sunt grauiter puniendæ. Si tenent habitum continue extra cellas, si utuntur põpa in uestibus & uelis & huiusmodi ad modum secularium. In quibus exercitiis se occupant honestis vel uanis puta faciendo reti cellas, bursas uanas & huiusmodi. Si comedunt simul habentes lectionem in mensa. Super omnia si habent aliquam familiritatem cum religiosis, clericis, & laicis non consanguineis quæ depræhenditur ex frequenti eorum adinuicem locutione sine causa vrgenti & ex literulis & ambasiatis & muneribus, quæ omnia debent abscindi & ordinari, ut monialis præcipue iuuenis non sola loquatur ad crates sed in præsentia & auditu alicuius honestæ monialis scđm ordinationem superiorum. Inquiratur etiam quis sit confessor earum & qualis si bonę famæ & sufficiens ad directionem earum quis etiam sit procurator earum, in temporalibus quotiens in anno confitentur & communicant, & si quæ remanent & huiusmodi.

¶ De uisitatione hospitalium. Quæratur primo si habeat patronũ vel patronos & quos. Quantos redditus habeat & ad quid sit deputatum ad gubernandum infirmos, vel ad suscipiendũ peregrinos. Si hospitalarius est institutus a patronis & confirmatus ab episcopo, si ei subditum est. Si aliquid alienatum est ex bonis immobilibus hospitalis indebite. Si aliquis vsurpauit vel detinet bona ipsius quod aliquando faciunt patroni vel uicini, si redditus bene dispensantur scilicet pro infirmis vel peregrinis, & videatur quot sunt ibi lecti & quales, & cum quibus fulcimentis linteaminibus & huiusmodi, si teneat ea munda. Si honestam cõuersationem tenet ipsę hospitalarius, & pius ad infirmos & pauperes adiuuandos. Si res habet per inuentarium & vetusta innouat de tempore in tempus. Si instrumenta & alia eius bona conseruat. Si ecclesiam vel capellam habet, & quis eam officiat, & cum quo red- §. 4.

ditu, & quod prouideatur infirmis de sacramentis cum expedit, quod si notabiliter deficeret remoueatur. De hospitalarijs habes supra ti. 10.

§. 5. ¶De societatibus laicorum quæ reperiuntur in multis ecclesiis. Quærat primo si habentur aliqua capitula & si sunt approbata per diocesanum, & illa examinentur, ut si qua superstitiosa uel in cõgrua ibi habentur, qd' aliquando accidit puta in faciendo missas cãtare de mortuis diebus Dominicis & festiuis, vel faciendo congregationem quãdo celebrantur diuina officia in ecclesiis & huiusmodi. Et si exigitur iuramentum pro obseruatione illorum bonorum omnia talia remoueantur. Inquiratur si habet aliquos redditus & quales & quantos, & si eos bene distribuunt pro reparatione ecclesiæ vel luminaribus vel eleemosynis vel sibi vsurpant. Vnde & faciat videre computum singulis annis introitus & exitus corã sacerdote ecclesiæ. Itẽ si dicta societas habet calicem, missale, & alia ornamenta, etsi bene cõseruat & huiusmodi. Postquam visitauit ecclesiam episcopus recedẽs dicat in ecclesia, De profundis pro defunctis aspergendo sepulchra aqua benedicta cum versi. cõsuetis, & Pater noster, & oratione Absolue. aliqui tamen hoc faciunt in principio visitatiõis, sed nõ est vis, seruãda est cõsuetudo loci. De his interrogatoriis tractat Host. in summa, & plenius Guil. in speculo.

§. 6. ¶Circa materiam visitationis & procurationis. Innoc. in cap. uenerabili, extra de cens. diffusè prosequitur materiam, & Hostien. in cap. procurationes, quæ no. Ioan. Andr. in nouellis ponens casum, super quo formatur quæstionem & est talis. Episcopus educens accesit ad monasterium Sancti Martini in sua dioceseſi situm, mandans abbati & conuentui quod pararent se ad ipsum recipiendum & procurandum quia intendebat eos visitare. Respondet abbas, quod nullo modo se ad uisitationem & procurationem pararet, quia ipsæ & monasterium suum sunt exẽpti a sua iurisdictione, & appellauit ad sedem apostolicam si aliquo modo monasterium grauaret hoc occasione adiicens quod coram ipso vel coram papa si ei magis placeret, paratus erat probare suam exemptionem. Episcopus verò non obstantibus prædictis excommunicauit abbatem & interdixit conuentum. Postea uenit abbas & egit contra episcopum de iniusta excommunicatione, vel potius nulla & petit absolui ad cautelam. Arguitur multum diffusè pro & contra abbatem & episcopum, demum sic soluit. Si episcopus exequens officium suum, ut dicitur in themate, vadat ad aliquod monasterium visitandum in cuius possessione sit uisitandi quantuncunq; abbas monasterii allegat se exemptum, & hoc ipsum offerat se probaturum, dummodo episcopus sciat se quasi possessionem habere, quæ non potuit amitti sine animo eius, & eo sciente si per se possidebat. ff. de acqui. pos. l. peregre. & quantuncunq; contradicat vel appellat abbas, semper visitabit episcopus. Et si pertinaciter renuat, materialibus armis defendat episcopus possessionem suam, de hoc no. de immu. eccle. capitulo primo, & etiam spiritualib. armis ideſt cænsuris, ut de præscrip. capit. cum ex officii. Item videtur si incontinenti episcopus recuperet possessionem, ut de resti. spol. ca. olim. Nam secundum iura ciuilia licet vnicuiq, sibi ius dicere in his casibus & in quibusdam alijs qui notantur in glo. generali. C. quando licet cuique sibi ius dicere, si autem esset in quasi possessione talis iuris quę potuisset emitti etiam ignorante episcopo, ut si aliquod ius per procuratorem possidebat quia id bene amitteret episcopus etiam ignorans tunc bene potest differre uti iure suo si vult, & si nõ vult utetur illo iure & contradictores excommunicabit. Et si postea apparebit coram illo iudice coram quo agitur de iniusta excommunicatione quod adhuc tempore excommunicationis erat in possessione visitandi vel alterius iuris rata manebit sententia. Si verò apparebit quod non possidebat tempore excommunicationis reuocabitur sententia, & tamen non punietur episcopus de iniusta excommunicatione vel nulla. ar. ad hoc de offi. deleg. c. ex literis, nisi appareat de eius malicia vel crassa ignorantia quæ satis apparet hinc si abbas seriatim modũ amissę possessionis dicebat, & hoc ei ostẽsurũ offerebat. Nec obstat huic opi. q; dr, qa snia excõmunicationis nõ debet ferri sine causę cognitione & sine monitione, quia illud habet locũ qñ procedit ut iudex, hic aũt ꝓcedit ut pars quæ iura sua defendit mucrone suo spũali, nã & alias sine cãę cognitiõe & munitiõe ꝓcedit ut iudex, hic ãt ꝓcedit excõicatio, ut de of. or. c. si sacerdos & 5. q. 1. q. dẽ sp tñ monitio vr necessaria, ut de sen. excom. c. sacro. Immo ut dicebat Hostien. iusta causa subest, quia scilicet non admittitur episcopus ad visitationẽ quæ sibi ex iure debetur, nec est necessaria monitio, ex quo abbas dicit quod non suspicietur cum.

eum cum per hoc probetur eius contumacia. Nam in certis non in incertis locus est coniecturis.ff.de re.iur.l.contumacia. Et per hoc quod episcopus exequens officium suū uisitandi non admissus potest sine alia monitione excommunicare rebelles, vt de præscrip.c.cum ex officii. Sed si non exequens officium suum uisitandi,sed in iudicio vult agere episcopus contra abbatem ius sibi esse uisitandi monasterium illud, debet eligere arbitros cum abbate qui hanc causam diriment 11.q.1.si clericus. Et episcopus coget abbatem ad arbitros eligendos 11.q.1. peruenit, & de offic.deleg.c.suspitionis. Si autem contra alium ageret qui dicit se uisitationem episcopalem habere in dicto monasterio,conueniet eum coram iudice rei.ff.ad munici.de iure & curato l.1.Item coram Metropolitano monasterii, secundum Hostien. Si autem ualet excommunicationis sententia,quando constat monasterium,in dioecesi episcopi esse situm,sic uidetur dicendū quando monasterium in alia dioecesi esset situm, dum tamē episcopus faciat quod sit in quasi possessione iuris uisitandi illud, quod si hoc coram superiore non probet,facilis erit superior ad credendum,quod mala fide tulit excommunicationis sententiam, & ad ipsum episcopum puniendum quod non esset si in sua dioecesi situm esset presumptione iuris episcopum releuante. Et hoc not. de verb. signifi.c.ex parte primo. Ex prædictis patet, quod episcopus cui iura episcopalia quæ possidet denegantur,caute & prudenter agit si ut pars,& non ut iudex procedat, quia sic non astringitur ad iuris ordinem obseruandum. Item quia ex hoc se reum constituit & conseruat & aduersarium actorem facit qui necesse habet conqueri de iniusta excommunicatione,vel nulla,ut de offi.ordi.c. ad reprimendā,& sic in dubio absoluetur episcopus,quia fauorabiliores sunt rei quam actores.ff.de re iudi.l.fauorabiliores. Vbi verò episcopus non tanquam ordinarius vel ius suum prosequens,sed quasi delegatus a papa uel alio,descendit ad aliquod monasteriū visitandum quantuncunque sit delegatus in ueritate tamen nunqam est admittendus de necessitate iuris,nisi fidem faciat de sua delegatione nec aliter tenet excommunicationis sententia ab eo lata,ut C.de māda. prin. l.unica,immo & resisti pōt,&probatur in eo qđ notide of.deleg.c.cū in iure,excipe legatum apostolicę sedis de latere maximè quātūad ꝓcurationē dist.97.c.nobilissimus q & in multis priuilegiatus existit,ut patet in eo qđ legit de of.deleg c.officij lib.6.Sed quid si delegato ab eo uel Metropolitano dicat abbas,ego sum exēptus & in possessione libertatis? Respon.si delegatus respondeat,& sentit delegātē a quo cam habet uisitādi esse in possessione uisitandi,nō obstāte hoc visitabit & excōmunicabit,ut ar.li.pen.c.1. ¶Sed qđ eidē delegato uel ordinario visitare uolenti obiciatur quod est excōmunicatus & probatio super hoc offeratur,& quia non admittit, appellatur? Respon.iusta est appellatio, vt de appel.c.interposita.Et per consequens sententia excommunicationis post appellationem lata nulla est,de offi.deleg.c.cum olim. Et ex his patet,quod uisitans non tenetur admittere exceptionem exemptionis,& tñ tenet ad mittere exceptionem excōmunicationis, quā uis autē quidam dixerint supradicta tantum locū habere vbi quis exequitur officiū suū vl exigit sibi debitum iure scripto vel cōsuetudine. Alii tamen dicunt & forte melius, quod vnusquisq; episcopus id qđ iuste possidet, quodcunq; sit illud potest defendere per excōmunicationis sententiā,quantuncunq; & qualitercunq; alius contradicat, & de iure suo probationes offerat. Verbi gratia. Aliqs episcopus possidet aliquē fundum,uult colligere fructus eius,aliquis se opponit,dicens. Domine nō colligatis istos fructus,quia fundus est meus non uester,vel quia ergo possideo non uos. Et hoc coram uobis me offero probaturum. Vtiq; propter affertionē,vel cōtradictionē,seu ꝓbationis oblationē vel appelationē,si ꝓp hoc fieri contingat nō dimittat eps q̄n fructus colligat,& qn excoīcet opponentē,si ipm in sua possessione pturbet vl inquietet,& tenebit excōmunicationis snia, dummodo verum sit qđ eps sit in possessione ipsius fundi,secus eēt si eps non possideret,sed alius,licēt in ueritate ad episcopū proprietas fundi ptineret. Tūc.n. licet possessori cōtradicere & appellare & ēt armis resistere epo uiolēto. Et ē rō,qa possessor nō est uiolēter eiiciendus de possessione sua quā pōt defendere & vim ui repellere.C.de rei uen.l.fi. Sed & sua quāuis de ꝓprietate liqueat tñ p uim recuperare nō licet.C.vnde ui l. siquis in tātam,& 16.q.3.placuit.Sed quo adaptabit iuri qđ eps petat aliqs tāquā pars, & excoīcet renuentē. Si n. dicis q excoīcat ut pars & priuatus sicut ēt petit,sic nulla est snia,qa & priuatus excoīcare nō pōt. Si autē excoīcat ut iudex sic snia est iniusta qa nō debet in ꝓpria & priuata re iudicā(ut dictū ē supra)

Tum

Tum etiam ꝙa & qualitati & formę debet sẽtentia conuenire, ut no. de or cog. cum dilectus. Dicendum igitur quod ut episcopus possit petere & procedere in his quæ notoria sunt & ut episcopus excommunicare, super quo vide quod nota de iu. ca. c. fi. & de testibus c. insuper uersi. instituantur cum remissis suis. Nota in fi. glo. circa fi. dicitur quod episcopus etiam cum uisitat ecclesias ciuitatis vł monasteria, & reuertitur ad domum suam, puta quia propinquat illis ecclesiis debetur ei procuratio secundum Goff. Et ratio secundum Host. qui seminat spiritualia, carnalia ideſt temporalia debet metere, & quia procuratio est annexa visitationi ut extra de cẽnsi. c. cum uenerabilis.

§. 7. ¶ De procurationibus fiendis legitimis nuncijs apostolicis & aliis prælatis sic dicitur extra de censi. cum instantia. Cum omnes ecclesiæ legatis & nunciis sedis apostolicæ ꝑ curationes impendere teneantur, ab earum præstatione nullam volumus habere excusationem (nisi forte per speciale priuilegium sedis apostolicę, quod non credimus) sint exẽptæ etiam si longo tempore procurationis obsequium non impenderint, cum in talibus præscriptio sibi locum nequeat vendicare, quia nos a prouisione pastoralis sollicitudinis circa omnes ecclesias nunquam aspicere mentis oculo cessamus. Innoc. 3. idem in concilio generali. Procurationes quæ ratione uisitationis debentur episcopis, archidiaconis vel quibuslibet aliis, etiam sedis apostolicæ legatis aut nunciis, absq; manifesta & necessaria causa nullatenus exigantur, nisi quando personaliter officium uisitationis impendunt, & tunc euectionum & personarum mediocritatem obseruent in Lateran. concilio, diffinitiuam hoc adhibito moderamine, ut cum oportuerit eos apud aliquem locum aliquam moram facere necessariam, ne locus propter ipsos nimium aggrauetur, procurationes recipiant moderatas ab aliis ecclesiis, vel personis quæ nondum fuerunt de suis ꝑ curatoribus aggrauatę, de cen. c. procurationes, vbi dicit glo. super verbo visitationis, & hoc ideo uicit, quia triplex est procuratio. Vna quæ debetur uisitatori ratione uisitationis, ut hic &c. cum uenerabilis. Alia ratione consuetudinis 18. q. 2. seruitium. Tertia ratione pacti facti, quod appositum fuit in fundatione ecclesiæ capellæ vel monasterii, puta ꝙ det rectori ecclesiæ prandium vel encenium cerę, vel cometibilium patronis & huiusmodi 18. q. Eleutherius. Addit potest & quarta quę scilicet datur legatis & nunciis apostolicis etiam cum non uisitant ut dicetur. Et hos tangitur super verbo personaliter glo. vel etiam per alium cum ipsę inter esse non possit propter latam & diffusam dioecesim, ut dicitur de offic. ordi. ¶ Circa legatos inquit Io. And. in nouel. super illo c. tenet quod post multa dicti Hostien. & sic seruatur quod legati sedis apostolicæ, siue sint de latere siue non de tota legatione sua leuant procurationem suam. Nec leuant illam ratione uisitationis, sed ratione communis oneris, vt de procu. c. cum pro causa. Et legatis non de latere & nunciis curię certam quantitatem taxat pro die. Et hoc facit tam in stando quam in itinerando. Legatis vero de latere taxare solet itinerando. 40. florenorum, sed non in stando. Cum enim sunt in legatione solẽt recipere 25. reddituum, ut dicitur. Et sic olim illa recipiebant vbi una sola prouincia decreta erat, sic, hodie recipiunt quotcunque prouincias regant. Super verbo numerus procurationum. De his quæ consistunt in uictualibus. Nam si uelit accipere vestes vel emendam equorum mortuorum, vel expensas factas in eundo ad locum uel similia, hęc omnia patet supra rationẽ expensarum ad dies. Inno. super uerbo numerum dierum, ut si expendat centum solidos in die, & moratur ꝑ decem dies leuet centum procurationes, & sic quinquaginta libras & non ultra, licet interdum contra fiat & recordatur ad ditandũ parentes, qui quandoque exortis discordiis depauperantur, immo etiam occiduntur secundum Host. & ſ una ecclesia est potens per se soluere unam integram procurationẽ, puta centũ solidos soluat, ſi nõ põt soluere nisi quinquaginta iungatur sibi alia, quæ sibi sit ęqualis, & sic vtraq; faciẽt simul unã procurationẽ integrã legato. Sed q. d ſi rector ecclesię dicat se impotentẽ, legatus dicat eũ potẽtem? Respon. Host. aut euidẽter liquet de potẽtia ſm cõmunẽ famã. arg. ff. de flu. l. 1. & tũc cõpellatur. aut euidẽter liquet qđ eget, & sic nõ cõpellatur. arg. de solu. c. Odoardus. Aut dubitaẽ, & tunc prelatus ſi uult põt ab eo exigere iuramentũ qđ dicat ueritatẽ, & ſtabit dicto suo, de iureiur. c. fi. Aut. põt illũ ex cõmunicare, ſi habeat ipſum ſuspectũ sub hac cõditione, ſi in fraudẽ ueri habeat ipm suspectũ, & relinquet eũ cõscięntiæ suæ, de iureiu. c. mulieri, cũ suis cõcor. Sed q. d de legatis vel nunciis Metropolitani, ſm Host. uidẽ ꝙ sint trã seundo per prouinciã procurandi, allegat de iureiu. c. ego enim. Vnde dicebat Inno. ꝙ qñ archie-

Procuratio triplex.

archiepiſcopus pro negotio totius prouinciæ in aliquo loco moram trahit, erit continue procurandus, ad hoc de elect. vt præterire. Eadem enim ratio quę & in loco, ergo idem ius. Sed diceres licèt vbi eſt eadem ratio iuris cõmunis, & idem ius commune ſequatur, non tamẽ vbi eſt eadem ratio priuilegii eſt, & idẽ priuilegium niſi a principe impetretur, ut de priuileg. c. ſane. Sed reſponderi poſſet aliud in priuilegio nõ corpore iuris clauſo quam clauſo, extra de cen. per totum. Multa habentur. lib. 6. vt c. Romana, & ſequentib. de procuratione prælatorum quæ ſupra declarata ſunt. §. præcedenti.

TITVLVS XXI. DE STATV Cardinalium & legatorum.

¶ *Cardinales quid ſint reſpectu Papæ. Cap. I.*

DOmini ſunt cardines terrę, & poſuit ſuper eos orbem. 1. Reg. 2. Vt dicitur in catholicon. Cardo dicitur illud, in quo motus oſtii firmatur in claudendo & aperiendo. Vnde dicitur Prouerb. 26. Sicut oſtium vertitur in cardine ſic piger in lecto. Et dicitur cardo a cardian quod eſt cor, quia ſicut cor hominem mouet & regit, ita illud regit & mouet ianuã. Et propter hoc etiam quatuor uirtutes dicunt cardinales, quia per eas uertit cor humanũ, ut claudatur uitijs & aperiatur uirtutibus, quæ per maxime uirtutes debent in cardinalibus relucere inhęrẽtes firmiter oſtio qui eſt Chriſtus di. Io. 10. ego ſum oſtiũ, ac ẽt papæ ꝙ eſt uicarius Chriſti, ut per cõſilia & ſancta opera eorum aperiatur fidelibus regnum cœlorũ. Domini ergo papæ ſunt cardines terræ, quia, ſ. cardinales habet aſſiſtentes ſibi. Mora liter terra eſt eccleſia ſancta, & propter ſui firmitatem. Eccl. 1. terra in æternum ſtat. Et propter bonorum operum multiplicem fertilitatem. Gene. 1. Germinet terra herbam virentem, &c. Et propter ſui humilitatem cęlum ſurſum, & terra deorſum ab omnibus cõculcata, & ſubdita influxui cœlorum. Cardines huius terræ ſunt Cardinales, quia ſicut in cardine vertitur totum oſtium, ita in cardinalibus uertuntur negotia conſiliabilia eccleſię vel mundi. aſſunt enim Papæ, ut familiares & conſiliarii, oſtendunt enim Papæ Cardinales dinerſas vias ſuper negotiis propoſitis ſuper quibus conſilium vult accipere, & poſtea ad ipſum Papam ſpectat eligere & determinare, quod magis eccleſiæ videtur expedire. Dicuntur autem eſſe domini tripliciter.

¶ Primo, quia ſunt domini Dei peculiares per perfectam bonitatem.

¶ Secundo, quia ſunt domini Papæ fratres, & familiares per eximiam dignitatem.

¶ Tertio quia ſunt domini mundi gubernatores per cõſultabilitatem, & ſic cardines, ideſt cardinales eccleſiæ ſunt domini, & poſuit dñs ſuper eos orbem, ſcilicet ad gubernandum per eorum conſilium.

¶ Quantum ad primum Cardinales ſunt, i. debent eſſe domini Dei amici ſingulares per vitæ perfectionem, vt ſicut præcellunt alios in dignitate, ita excellant in ſanctitate. Et quas virtutes & ſanctitates debent habere ponit Bernar. ad Eugen. 3. dicens. Veniamus ad collaterales tuos & coadiutores, hi ſeduli tibi hi intimi ſunt, quamobrẽ ſi boni ſunt, tibi potiſſimum ſunt, ſi mali æquæ plus tibi nocere dixeris ſanum dolentem latera, hoc eſt nocere dixeris bonum malis innitentem. De Cardinalibus. Aut ſi bonus ſis bonitas tua ſolitis quem fructum afferre poteſt, & hi quidem quos tu non elegiſti: ſed ipſi te, poteſtatẽ non habent niſi quam tu eis aut tribueris aut permiſeris. Tibi imputa quicquid patieris ab eo, qui ſine te poteſt facere nihil. His exceptis de cætero non inconſiderate eligẽdi quippe ſeu colligendi ſunt in opus miniſterii huius. Sane huic negotio non ſe ingerat rogans cõſilio nõ præce ad agendum eſt, adulantem & ad placitum cuiuſcunque loquentem vnum de rogãtibus puta etiam ſi nihil rogauerit. Pari pondere exiſtimaueris eius humilitate, q timet & eius qui ſperat. Itaq; non uolentes nec currentes aſſumito, ſed cunctantes & renuentes etiam collige illos, & compelle intrare. In talibus ut opinor, requieſcet ſpiritus tuus, q nõ ſunt attritæ frontis, ſed uerecundi & timorati, præter Deum tamen timeant nihil, nihil ſperent niſi a Deo qui aduentantium nõ manus attentant, ſed neceſſitates qui ſtent uiriliter pro afflictis, & iudicent in ęquirate, p mã ſuetis terræ. Qui ſint compoſiti ad mores probati ad ſanctimoniam parati ad obedientiã, manſueti ad patientiam ſubiecti, ad diſciplinam, rigidi ad cenſuram, catholici ad fidem, fideles ad diſpenſationem, concordantes ad pacem, conformes ad vnitatem. Qui ſunt in iudicio recti, in conſilio prouidi, in iubendo diſcreti, in diſponendo induſtrii, in agendo ſtrenui, in loquendo modeſti, in aduerſitate ſecuri, in proſperitate deuoti, in zelo ſobrii miſe- §. 1.

misericordia non remissi, in ocio non ociosi, in hospitio non dissoluti in cõuiuio non effusi, in cura rei familiaris non anxii, rei alienæ non cupidi, suæ non prodigi, vbique & omnibus circunspecti. Qui legatione pro Christo fungi quotiens opus erit, nec iussi renuãt, nec non iussi affectent. Qui quod verecunde excusant, obstinatius non recusent. Qui iussi post aurum non eant, sed Christum sequantur. Qui quæstu legatione æstiment, nec reqrant datum: sed fructum. Qui regibus Ioannem exhibeant, Egyptiis Moysen, fornicantibus Phinees, Helyam idolatris, Helyseũ auari, Petrum mentientibus, Paulum blasphemantibus, & negociantibus Christum. Qui vulgus non spernant, sed doceant, diuites nõ palpent, sed terreant, pauperes no grauẽt, sed foueant, minas principum non paueant, sed contemnant, qui ecclesias non spolient, sed emendent, qui marsupia nõ exhauriant, sed corda reficiant & crimina corrigant, famæ prouideant suæ, nec inuideant alienæ. Qui orandi studium gerant & vsum habeant, ac de re omni plus fidant orationi quàm sue industriæ vel labori, quorũ ingressus pacificus modestus exitus sit, quorũ sermo ædificatio sit uita iusta præsentia gratia memoria in benedictione Qui se humiles cum humilibus, & cum innocentibus innocentes, duros dure redarguant, malignantes coerceant reddant retributionem superbis. Qui non de dote viduæ vel patrimonio Iesu Christi se uel suos ditare festinent, gratis dantes quod gratis acceperunt, gratis facientes iudicium, iniuriam patiẽtibus, uindictam nationibus, increpationes in populis. Qui ad te redeunt fatigati qui dem, sed nõ suffarcinati simul & gloriantes. Non quòd curiosa seu præciosa quæque terrarum atulerit, sed quod reliquerint pacem regnis, legem barbaris, quietem monasteriis, ecclesiis ordinem, clericis disciplinam Deo populũ acceptabilẽ, sectatorẽ bonorũ operũ.

§.2. ¶ Quantũ ad secũdum dicit Aug. de Ancho. in lib. de potestate ecclesiæ, quòd cardinales assistunt Papæ, sicut Apostoli Christo. Apostoli enim sunt nuncupati Christi fratres, ſm illud ps. 21. Narrabo nomen tuum fratribus meis & principes mundi, ſm illud ps. 44. Constitues eos principes super omnem terrã. Sed Papa cũ facit aliquos cardinales insignit eos ista duplici dignitate dicẽs eis. Estote fratres mei & principes mundi. Ipsæ autem Papa personã gerit Christi. Et quamuis etiam episcopi succedant loco Apostolorum (vt dictũ est supra) alio tamen modo quàm Cardinales. Apostoli enim duplici modo se habuerũt ad Christum. Vno modo vt ei præsentialiter assistentes, sicut fuit ante passionem & ascensionem. Secundo modo, vt missi ex præcepto eius per orbem quod fuit post aduentum spiritussancti, quando dispersi per orbem diuiserunt se accipiendo vnusquisque prouinciam vel regnum in sortem suæ prædicationis. Cardinales ergo repræsentant personas apostolorum, vt Christo assistentes, quia ipsi assistunt Papæ præsentialiter, vt vicario Christi. Secundo modo repræsentant personas Apostolorũ episcopi, qui in partem sollicitudinis uocati sunt regentes diuersas ciuitates vel prouincias, ut archiepiscopi, & istud est satis conueniens, ut sicut in hierarchia cœlesti aliqui angeli sunt assistẽtes, alii missi frequẽter ad nos, ita in nostra ecclesiastica hierarchia dicet aliquos assistere, ut cardinales, alios mitti, vt episcopos. Et quamuis (quod dictum est) sit de cõmuni lege, & secundum cõmunem statũ, tamen suborta causa non tollitur, quin cardinales aliquando mittantur, ut legati. Et episcopi aliqui etiam vocati a Papa sunt ei assistentes, sicut etiam Angeli assistentes aliquãdo secundum aliquos mittuntur. Vnde dicitur Esa. 6. q uolauit ad eũ vnus de Seraphin qui purgauit labia sua. Seraphin autẽ est de ordine assistentium. Aliqui etiam dicũt missum ad Mariam fuisse de illo ordine. Et quia etiam Apostoli non semper astiterunt Christo, vt episcopi, sed vt ministrantes in aliis actibus. Nam in ultima cœna, vel post resurrectionem quando dixit, accipite spiritum sanctum episcopauit eos, ideò non est indecens quod omnes cardinales sunt episcopi, sed aliqui presbyteri, aliqui diaconi. Accipiunt autem pileum rubeum a Papa in signum ardentis charitatis quam dicunt habere, ita quod sint parati sanguinem suum fundere, & mori pro bono & defensione ecclesiæ & profectu. Vnde in c. fundamenta, de elect. lib. 6. dicuntur cardinales, fratres, coadiutores, cõsiliarii, & assistentes domini Papę. Repræsentant autem cardinales statum perfectorum non perficiendorum, quod potest trahi secundum Augustt. de Ancho. in libro de potestate ecclesiastica. q. 92. ex dictis Bernar. ad Eugenium dicentis. Hoc tibi persuade, eos qui admittendi sunt ad tuum consilium difficile in curia posse probari. Et ideò si fieri potest uiros probatos eligi oportet, nõ probandos. Hos enim in monasteriis omnes recipimus spe meliorandi. Si curia bonos facilius consueuit suscipere quam facere. Nam plures in curia defe-

ciſſe

ciſſe bonos quam malos profeciſſe probamus. Itaque non uolentes nec currentes aſſume cum cunteſque & renuentes coge & illos compelle intrare, & cum illis requieſcat ſpiritus tuus, & conditiones eorum proſequitur, ut dictum eſt in §. precedenti. Quæ vtique non ſunt niſi ſanctorum & perfectorum virorum. Nec eſt contra quod apoſtoli quorum perſonam repꝛeſentant fuerunt perficiendi non perfecti, fuerunt enim imperfecti & perficiendi reſpectu perfectionis patrię, & perfectionis quam habuerunt in aduentu ſpiritusſancti. Sed perfecti reſpectu turbæ & aliorum perficiendorum per eos, & perfectiores etiam poſt reſurrectionem q̃ ante.

¶ De *ſtatu cardinalium & officio eorum.* Cap. 2.

DE ſtatu cardinalium. Vtrum ſit perfectior ſtatu epiſcoporũ? Reſpõdet Aug. de Ancho. quod iſta comparatio poteſt intelligi tripliciter, ſcilicet quoad ordinis poteſtatem, quoad loci dignitatem, quoad perfectionem charitatem. Et quantum ad ordinem plane eſt, quod diaconi cardinales nedum epiſcopis, ſed nec quibuſcunque præsbyteris pferuntur, quia poteſtas ordinis pontificalis eſt maior ſacerdotali, & ſacerdotalis diaconali, vnde & perfectiorem gradum obtinet. Vnde & Hie. Qui prouehitur a minori, vtique ad maius prouehitur diſt. 93. c. legimus. Quãtum autẽ ad loci dignitatẽ. Sicut Romana ſedes eſt prior & dignior omni alia & omniũ domina & magiſtra diſt. 22. de Conſtantino politana, ita congruum eſt ut clerici & miniſtri illius ſedis quadã ſingulari dignitate pꝛe cæteris fulgeant, ita ut cardinales Romanę eccleſiæ omnibus aliis prælatis perferantur in honoris dignitate. Vnde ob priuilegium & excellentiam dignitatis ſtatutũ eſt quod qui inſequitur cardinalẽ hoſtiliter, vel capit. uel capere facit, vel percuſſerit vltra excommunicationem quam incurrit, de qua habes infra in tit. de excommunicatione etiam incidit in alias grauiſſimas pœnas ſcilicet crimi nis læſæ maieſtatis. Efficitur diffidatus infra mis deteſtabilis nec capax alicuius hæreditatis vel hæreditariæ ſucceſſionis bannitus ędificia eius dantur in ruinam, bona eius confiſcantur fœudis & beneficijs omnibus eſt priuatus. Filii & nepotes eius per rectam lineã deſcendentes priuantur omni honore dignitate mundana vel eccleſiaſtica, excluduntur ab omni actu legitimo, & plura alia quæ habentur de pœnis c. fęlicis. lib. 6. & idẽ per omnia de his qui dederunt ad hoc conſilium vl fauorem vel mandauerint vel ratum habuerint ſi nomine eius eſt factum, vel ſocii fuerint ad hoc. Quãtum ad tertium. ſ. perfectiorẽ charitatẽ dicit idem Aug. q̃ habent ſe ſicut excedentia & exceſſa, qa in dilectione dei uidentur tenere perfectiorẽ ſtatũ cardinales q̃ epiſcopi, repꝛæſentant. n. cardinales ſtatũ eorum aſſiſtentium Chriſto & contemplationi uacantiũ, vnde ſicut Seraphin ardentes interpretant q̃ aſſiſtẽtes Deo viciniores ſunt incẽ ſi charitate Dei, ita cardinales ſtatũ aſſiſtẽtiũ repꝛæſentantes dñt eſſe ardẽtes in Dei charitate. Epi vero qui ſtatũ apoſtolorũ repꝛſentãt, ut miſſorũ per orbem ad prædicandũ, curam animarum habẽtes in charitate proximi dñt oẽs alios pꝛcellere & alios ad ipſam inflammare. Sicut ergo dilectio Dei eſt perfectior dilectione proximi, ita ſtatus cardinaliũ qui ordinatur ad dilectionem Dei perfectior eſt ſtatu epiſcoporum ordinato ad proximi dilectionem. Verũ quamuis unus ſtatus ſit perfectior altero, ut ſtatus religioſus eſt perfectior ſtatu laicali, non inde ſequitur, q̃ quicũque eſt in ſtatu perfectiori ſit melior omni eo qui eſt in ſtatu minus perfecto, ſed qui habet maiorem charitatẽ ille perfectior eſt ſimpliciter, ſiue ſit laicus ſiue religioſus ſiue prælatus. Et ſic cardinales, etſi ſint altioris vel perfectioris ſtatus quam epiſcopi poſſunt tamẽ eſſe & magis & minus perfecti eis ſecundum charitatẽ quã habẽt, in qua quilibet debet ſe aliis inferiorem reputare ex humilitate cum ignoret an habeat, & ſecundum hoc dicebat Aug. 2. q. 7. quamquã, ſecundũ uocabula quę uſus obtinuit epiſcopatus ſit præsbytero maior. Aug. tamẽ Hiero. maior. Quod aũt Hierony. repꝛhẽdit diacones præferentes ſe præsbyteris & epiſcopis, vt 83. diſt. legimus, locum habet de diaconibus aliarũ eccleſiarum qui vtiq; non debent ſacerdotibus præponi niſi forte q̃n locũ teneret epi vel patriarchæ. Sed nec diaconi cardinales pferunt epis vl p̃sbꝛis inq̃tũ diaconi, ſed inq̃tũ cardinales pp dignitatẽ ſtatus, qui tñ poſtponuntur præsbyteris & epiſcopis cardinalibus etſi non aliis.

¶ De abdicatione tpalium in ſtatu cardinalatus, utrũ eis cõueniat? Rñdet Au. de Ancho. circa hoc ſunt cõſiderãda tria. Primũ eſt qđ cardinales in gradu eccleſiæ cui aſſiſtunt hñt primitatẽ. Eſt. n. Romana eccleſia prima ſedes oĩum eccleſiarũ ſm illud In. 9. q. 3. nemo iudicabit primã. Sedo q̃ in ſtatu quẽ repꝛeſentãt req̃runt ardentẽ charitatẽ, repñtãt. n. §1.

ſtatum

ſtatum aſſiſtẽtium & perfectorum. Tertio in officio quod miniſtrant, requirunt iuſtitiam & æquitatẽ. Sunt enim ad tale officiũ vocati ut ſint papæ coadiutores & conſiliarij, & iudices orbis terræ, omnibus iſtis modis maior abdicatio temporalium requirũtur in eis ad eorum perfectionis ſtatum quam in epiſcopis & quibuſcunque aliis prælatis. Nam quã tum ad primum, ſi prima radix omnium malorum eſt cupiditas, in prima ſede & conſiſtẽtibus ei, quæ debet eſſe radix omnium bonorum, prima eſt extirpanda & euellenda cupiditas. Quod enim dicit Leo papa Totius familiæ domini ſtatus & ordo mutabitur ſi quod requiritur in corpore nõ reperiatur in capite, diſtinct. ſexageſimaprimia, miramur. Idem dicit diſt. quadraginta ſeptem. Virum catholicũ & præcipue domini ſacerdotum ſi cut nullo errore implicari, ita nulla cupidita te oportet uiolari. Nã ex ipſa ſequunt poſt modum & ſymoniæ, & iniuſtitiæ & alia mala. Sicut .n. (ait Chryſo.) Omne bonum egre dit a Romana ſedes, ſicut & omne malũ ab illa progreditur efficienter & exemplariter. ¶ Secũdo ſi ardens charitas requiritur in cardinalibus ratione ſtatus quem repreſentant, quia ſcilicet ſunt aſſiſtẽtes primi inter quos ponuntur Seraphin qui dicuntur ardentes a cupiditate omnino debent eſſe alieni, cũ ſint contraria, ei contraria ſimul ineſſe non poſſunt ſecundum philoſophum. Vnde Aug. de pæ. di. 2. Quia radix omniũ malorum eſt cupiditatis, & radix omniũ bonorum eſt charitas, niſi fuerit vna radicitus euulſa, non poteſt altera plãtari. ¶ Quantum ad tertium. Si iuſtitiæ æquitatem tenẽtur ſeruare cardinales ratione officii ad qđ ſunt vocati, quia ut coadiutores papę & iudices orbis oportet eos cupiditatem deteſtari, per quam cito iuſtitia ſubuertitur, ſecundum illud Iſido. Cito uiolatur auro iuſtitia vndecima quęſt. tertia, pauper. Sic igitur patet abdicationem tempo ralium eſſe neceſſariam cardinalibus, & hoc quidem verum eſt quantum ad abdicationem mentalem, vt ſcilicet non inordinate afficiantur ad temporalia cum qua inordinatione nimia non ſtat perfectio, ſed bene cũ ipſa abdicatione mentali ſine abdicatione exteriori temporalium, immo & cum poſſeſſio ne multarum diuitiarum poteſt haberi perfectio, ut patet in Abraham ditiſſimo & perfectiſſimo, & Greg. pa. & Ludo. rege. Fran. Et quamuis ipſi cardinales præferantur epiſcopis in honoris reuerentia & per conſequens deceat eos tenere aliquæm ſtatum apparentẽ famulorum, equorum & miniſtrorum ne dignitas vileſcat, tamen oportet iſta moderari ad congruitatem non ſuperfluitatem. Et cũ Apoſtolus dixit. 2. Cor. 6. Exhibeamus noſmetipſos vt Dei miniſtros, non ſubditi in palatiis ędificandis in conſanguineis ditandis, in palafredis impinguandis, in famulis multiplicandis, in temporalibus cumulandis, ſed in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in ſcientia, in charitate, in verbo ueritatis &c.

¶ Cardinales omnes quamuis papa poſſit eligere de vna patria, non tamen decet, quia §. 2.
hoc pertinere videtur ad acceptionẽ perſonarũ. Pro cuius declaratione dicit Aug. de Anch. ubi ſupra quod papa poteſt ſibi aſſumere cardinales in ſuum adiutorium & conſilium vnde vult quos vult, & quales vult, vnde ſibi imputatur ad meritum vel demeritũ, ſi ſunt boni vel mali, iuuenes vel ſenes, docti vel indocti. Nam ſi ſunt boni & ſapientes accreſcit meritum eius & profectus eccleſiæ quia multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum (inquit. Salomon) Si verò mali sũt & inſcij in his quæ Dei ſunt, eius demeritum creſcit, & detrimentum fidelibus, quia modi cum fructum poteſt afferre ſolius papæ iuſtitia quando ſententia prævalet multorum alitęr affectorum, verumtamen Bern. de congruo aſſignat rationes in lib. de conſideratione ad Euge. quod non de vna patria, ſed de toto orbe cardinales ſunt eligendi. ¶ Primo propter iuſtitiam ſeruandam. Quilibet enim melius cognoſcit conditiones hominum ſuę patriæ quam alius. Et quia vnuſquiſque bene iudicat de his quæ nouit, & horum bonus eſt iudex. 1. Ethic ideò dicit ipſe Bern. an nõ ſunt eligendi de toto orbe orbem iudicaturi. Nec ulla patria excludit ex qua ad cardinalatum aliquis non poſſit uocari. Sed quia de Alemania conſuetum eſt ut eligatur Imperator. qui eſt miniſter eccleſiæ, ne ſecreta eccleſiæ ſuis miniſtris pandantur, ne quos oportet eſſe ſubiectos habeat eccleſia ex ſua patria uel generatione dominos & iudices deſerentes, ideò nõ conſueuit eccleſia de Alemania cardinales uocare. Similiter nec aliqua patria ſic excluditur in hoc ut de qualibet alia non poſſit eligi, q̃uis de terris peculiaribus eccleſiæ magis ſit conſuetum aſſumi tan quam liberiores ad conſilia ferenda & iudicia exequenda. ¶ Secundo propter carnalem affectionem remouendam, ſi de una patria omnes eligantur, non opinatur nec creditur, quod aliter fiat, niſi uel præcum inter

uentione

uentione vel carnis & ſanguinis affectione. Ex quo vt dicit idem Bern. ſequitur ſcandalum non ſolum puſillorum, ſed etiam maiorum de eccleſia, & præcipere cum aſſumuntur ad hoc conſanguinei, & aliquando iuuenes & minus apti. Nec eſt contra quod Chriſtus ſolum de iudæa elegit Apoſtolos plures ex conſanguineis ſuis, quorum ſtatū repſentat cardinales (vt dictū eſt.) Nam hoc fuit fa
ſupra. e. c. 1. §. 1. ctum, quia eccleſia primo in iudæa fundata fuit, & de alia patria aſſumi non poterant fide Chriſti nondum prædicata & recepta. Tum ēt quia Chriſtus ſecundum carnem ſolū ex iudæis natus eſt, & ideò eius Apoſtoli p̄ quos gentibus erat nunciandus ſolum ex iudæis vocari congruit. Quod autem aſſumpſit conſanguineos conſiderandum eſt ad quod vocauit eos, non enim (ait ipſe) veni vos vocare ad requiem, ſed ad labore, ſcilicet flagellorum, paupertatis, neceſſitatis, perſecutionū, & variorum tormentorum. Quando ex cardinalatu aliquis iſta conſequeretur non oriretur ſuſpitio in eligente conſanguineos ad talia. Terrio propter vnitatem in populo Chriſtiano nutriendā. Contemptus eſt enim cauſa diuiſionis & ſchiſmatis in eccleſia, principale enim motiuum ſchiſmatis Græcorū fuit contemptus eorum, qui ad eccleſiaſticos honores non aſſumebantur, & propter hoc etiā mala dimittunt impunita, & hęretici & ſchiſmatici reuertentes ab errore ſuo dimittuntur in officiis & dignitatibus ſuis ad tollendum ſchiſmata & vnionem efficatius cauſandam, vt ſcribit Augu. l. di. c. vt cōſtitueretur & 23. q. 4. diſplicet. Sic ergo cōgruit de diuerſis partibus cardinales aſſummi, ad tollendā diuiſionem & conſeruandam vnionem.

§. 3. ¶Vtrum mortuo papa poteſtas eius remaneat in collegio cardinalium? Reſpondet Auguſt. in di. 51. q. 3. Duobus modis poteſtas papæ remanet in collegio cardinalium ipſo defuncto, primo quantum ad radicem. Comparatur enim collegium ad papam, ſicut radix ad arborem uel ramum. Sicut autem poteſtas arboris vel rami qua floret & fructū producit remanet in ardice, ipſa arbore vel ramo deſtructo, ſic poteſtas papalis remanet in eccleſia, vel collegio ipſo papa mortuo. In collegio quidem tanquam in radice propinqua & in eccleſia prælatorum & aliorum fidelium tanquam in radice remota. Secundo talis poteſtas remanet in eccleſia & in collegio quantū ad illud, quod eſt in papatu materiale, quia papa mortuo poteſt collegium per electionē perſonam determinare ad papatum, ut ſit talis vel talis. Vnde ſicut radix producit arborem mediante qua flores & fructum producit. Sic collegium facit papam habentem iuriſdictionem & adminiſtrationem eius in eccleſia. Vnde ſi nomine papatus intelligimus perſonæ electionem & determinationem qđ eſt quid materiale in papatu (vt dictum eſt) ſi talis poteſtas remanet in collegio mortuo papa. Si vero nomine poteſtatis papalis intelligimus eius auctoritatem & iuriſdictionem, q̄ eſt quid formale, ſic talis poteſtas nunquā moritur, quia ſemper remanet in Chriſto, q̄ reſurgens a mortuis iam non moritur. Vnde ſuper illo verbo, data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, & ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad cōſummationem ſeculi. Matth. c. fi. Dicit Auguſt. q̄ apoſtoli quibus Chriſtus loquebatur non permanſuri erant vſque ad conſummationem ſeculi, ſed in perſona omnium ſequentium eos ipſis locutus eſt tanquam vni corpori eccleſiæ. Sed ſi nomine poteſtatis papalis intelligimus actualem adminiſtrationem, quod eſt quid materiale & formale in papatu ſic actualis adminiſtratio bene moritur mortuo papa, quia nec remanet in collegio actualis adminiſtratio poteſtatis papalis ipſo mortuo, niſi inquantum per ſtatutum prædeceſſoris eſt eis commiſſum, nec remanet iſto modo in Chriſto, quia de cōmuni lege Chriſtus poſt reſurrectionem non eſt executus talem poteſtatem, niſi mediante papa, licēt enim ipſæ ſit oſtium. Petrum tamen & ſucceſſores ſuos cō ſtituit oſtiarios ſuos, quibus mediantibus aperitur & clauditur ianua intrandi ad ipſum. Poteſtas ergo eccleſiæ non moritur mortuo papa quantum ad iuriſdictionem, quod eſt quaſi formale in papatu, ſed remanet in Chriſto. Nec moritur quantum ad perſonæ electionem & determinationem, quod eſt tanquam quid materiale, ſed remanet in collegio cardinalium, ſed moritur quantum ad actualē adminiſtrationē iuriſdictionis eius, quia mortuo papa eccleſia vacat, & priuatur adminiſtratione talis poteſtatis. Nec obſtat ſi dicatur Chriſti ſacerdotiū durare in ęternum ſicut Chriſtus, ergo mortuo papa remanet poteſtas eius, quia hoc eſt verum quantum ad id quod eſt formale in ſacerdotio, ſicut enim omnes ſacerdotes non ſunt niſi vnus ſacerdos, puta Chriſtus quantum ad poteſtatem conficiendi, quia omnes conficiunt in perſona Chriſti, ſic omnes papæ non ſunt niſi vnus papa, puta Chriſtus, quia omnes papæ recipiunt iuriſdictionem & poteſtatem ad

miniſtrandi

miniſtrandi immediatè a Deo, moritur tamẽ actualis adminiſtratio dictæ poteſtatis mortuo iſto vel illo papa.

§.4. ¶Cardinalium collegium nihil poteſt mortuo papa, niſi quod eis per ſtatutum eius, vel prędeceſſoris conceſſum uel permiſſum. Pro cuius declaratione dicit Aug. de Ancho. ubi ſupra, quòd aliquando in dubium uenit uel uenire potuit, an collegium cardinalium poſſit mortuo papa diſpenſare in conſtitutionibus eius, uel addere uel minuere uel ordinare aliqua quæ ſpectarent ad iuriſdictionẽ eius. Quod tamen rationabiliter in dubium venire non debeat, quia conſtitutio ſuperioris vel inferiores tolli non poteſt, papa autem ſuperior eſt collegio cardinalium, ſicut Chriſtus apoſtolis eſt maior. Præterea quãdo ſtatutum ſuperioris ligat inferiorem, inferior mandatum ſuperioris tollere nõ potẽſt, quia ſicut ſecundum Auguſt. nulla res generat ſeipſam vt ſit, ita nulla deſtruit, ſoluit uel ligat ſeipſam præterea in mandatis & ſtatutis ſuperiorum, quicquid non eſt inferiori permiſſum uidetur ei eſſe prohibitum. Et ſic illud quod per iura condita a papa, & ſtatuta ſancta per ipſum non eſt collegio cardinalium conceſſum uel permiſſum, intelligitur Papæ reſeruatum. Nunc autem prædictum dubiũ eſt expreſſe determinatum, de elec. c. ne Romani, in cle. vbi vacante ſede, nihil collegio cardinalium exercendum permittitur niſi loco camerarii eccleſiæ, vel alicuius pœnitentiarii ſi contingeret eos ſede vacante debitũ naturæ exoluere alium vel alium ſubrogare. Puto etiam quòd ſi periculum immineret terris, vel rebus eccleſiæ poſſit collegium ſalubre remedium adhibere, nec ex hoc poteſt dici ꝙ eccleſia mortuo papa perdat ſuam iuriſdictionem, quia remanet in Chriſto: ſed bene perdit ad tempus dictæ iuriſdictionis adminiſtrationem actualem. Et ſi dicatur quod Papa non poteſt ſibi ſucceſſorem eligere, ut patet 8. q. 1. in prin. ſed collegium poteſt papam eligere, ergo poteſt collegium aliquid quod non poteſt papa uiuens. Reſpon. ꝙ hoc ipſum quòd collegium hoc poſſit, ſcilicet papam eligere, & per talem modum non poteſt ſua auctoritate, ſcilicet collegii, ſed auctoritate Papæ, qui ſic ſtatuit.

§.5. ¶In electione ſummi pontificis. Cardinales adinuicem facere tractatum & primariam, (aliàs primaturam) collocutionem antequã procedant ad electionem Papę congruum eſt & poſt conuenientem tractatum clericus procedere ad ipſam electionem, tutius eſt quã retardare cæteris paribus. ¶Primum ſic declaratur ſecundum Augu. de Ancho. electionem papæ debere tractatum & conſilium præcedere ratio ſuadet, & iura pronunciant. Nã conſilium ſecundum philoſophum. 3. Ethicorum, eſt fiendum de his quæ habent tres conditiones potiſſimè. Primo quæ ſunt circa ardua & magni ponderis, nam quæ ſunt leuia, & quaſi nullius precii nõ oportet ponere ſub conſilio. ſed grauia quæ poſſunt in magnum profectum uel defectum redundare. ¶Secundo quæ habent varietatem, quia quæ ſunt vniformia non cadunt ſub concilio, nemo enim conſiliatur de moribus aſtrorum, quia ſemper vniformiter mouentur. ¶Sed cõſilium eſt de actibus humanis qui ſunt multipliciter variabiles. ¶Tertio quæ habent noſtræ actionis poteſtatem, quia quæ non ſunt in poteſtate noſtra agere, vel non agare non cadunt ſub conſilio, vnde dicit philoſophus, quòd nullus Lacedemoniorum conſiliat qualiter Scythæ optime conuerſentur, nec nos latini cõſiliamur qualiter viuant Barbari, quia eorum negotia non poſſunt eſſe in noſtra poteſtate. Dum igitur papæ electio habeat maximam arduitatem, quia eſt opus maximę importantiæ, habeat etiam & uarietatem mentium & affectionum, & opinionum cardinalium & actionis liberam poteſtatem, quia liberi ſunt ad eligendum quem uolunt, ideò congruum eſt præcedere adinuicem tractatũ ipſorum cardinalium. Hoc etiam iura inſinuant. Nam diſt. 23. in nomine, dicitur, ꝙ papa defuncto cardinales ſimul diligentiſſima dilectione tractantes mox ad conſenſum nouæ electionis accedant, & extra de elec. in geneſi dicitur quòd electio nõ reputatur in qua tractatus non præcedit, & collatio non fuerit facta de perſona ad perſonam, numeri ad numerum, & zeli ad zelum, præterea ſi in alienatione rerum immobiliũ eccleſiæ requiritur tractatus & conſilium, aliàs non ualet 12. q. 2. Alienationes, quantomagis in capitis eccleſiæ inſtitutione. In huiuſmodi autem tractatibus diligenter debet attendere & obſeruare, quod mandatur ſtrictiſſimè, de elec. c. vbi periculum. lib. 6. uidelicet obteſtamur, ut penſantes attentius quid eis iminet cum agitur de creatione vicarii Ieſu Chriſti ſucceſſoris Petri rectoris eccleſiæ vniuerſalis gregis Dominici directoris omni priuatæ affectionis in ordinatione depoſita, & cuiuslibet pactionis, conuentionis, obligationis, neceſſitate, nec non conditi, & intendimenti contemplatione ceſſantibus, non in ſe reciprocent

cent consideratione intuitum vel in suos, nec quæ sua sunt quærunt, non commodis priuatis intendant, sed nullo arctante ipsorum in eligendo iudicium, nisi Deo puris & mentibus liberis, nuda electionis conscientia, vtilitatem publicam libere prosequentur, & paulopost omnes circa hoc pactiones, conuentiones, obligationes, condita & intendimenta, etiam iuramento firmata, annullantur & absoluitur quilibet ob obligatione eorum & liberatur. ¶ Quantum ad secundum de mora vel celeritate electionis dicit idem Aug. vbi supra quod mora temporis non facit aliquem actum esse virtuosum de se scilicet, sed consensus vel ordinatio voluntatis in bonum vt malum finem, quia actus moralis ex fine sortitur speciem bonitatis vel malitiæ. Si igitur eligentes protrahunt moram in electione, hac intẽtione vt de persona magis idonea prouideatur vel vt discordia apparens intes eos ad vnitatem reducatur vel vt diuinum auxilium super hoc per multiplicationem orationum fidelium recipiatur, talis diuturnitas temporis propter bonum finem erit virtuosa. Si verò protrahunt moram in electione, vt vnus per alium decipiatur, vel vt mors alicuius expectetur, vel vt per arctitudinem loci citius finem suum consequantur, talis mora propter consensum in malum finem est vitiosa. Tutius tamen est præcedenti conuenienti tractatu celeriter talem electionem facere quam longo tempore eam protrahere, quia per hoc citius periculo ecclesiæ prouidetur, & præsumptio humanæ confidẽtiæ vitatur, & ad hoc facit quod dicitur, de electio c. vbi periculum, lib. 6. Et loquitur de cardinalibus habẽtibus eligere omni conatu & sollicitudine prout possibilitas patitur id acturi tantummodo vt eorum ministerio acceleretur vtiliter per necessaria totius mundi prouisio idoneo celeriter eidem ecclesiæ sponso dato.

§. 6. ¶ Ad cardinales ordinariè spectat electio papæ. Pro cuius declaratione dicit. August. de Ancho. vbi supra quod secundum antiqua iura erat concessum Romanis ius eligendi papam vt patet ex illo capitulo. Ego Ludouicus distinctione sexagesimatertia. Quodam etiam tempore fuit concessum quibusdam Imperatoribus tale ius eligendi vel saltem requisitio assensus eius. Et quia hoc multum fuerunt deuoti ecclesiæ, & iuuabant contra hæreticos & schismaticos, vt patet distinctione vigesimatertia in nomine, & distinctione sexagesimatertia. Adrianus &c in synodo. Sed postmodum, quia abutebantur tali priuilegio, fuit eis ablatum, vt dist. ea. §. verum, &c. cum Adrianus. Nunc autem ad solos cardinales nescitur pertinere, vt patet ex. c. licet de elec. vbi dicitur qđ duæ partes cardinalium requiruntur ad electionem papæ, vt scilicet assentiant ad hoc qꝓ sit papa. Et de elec. vbi periculum lib. 6 dicitur, quod cardinales solum debẽt includi ꝓ electione papæ. Et hoc satis conuenienter factum est, tamen propter eorum assistentiam, cum enim assistant papæ, possunt magis & melius scire mores suorum coassistentium & necessitates ecclesiæ & quid expediat ad regimen ecclesiæ quam alii communiter, tum propter conuenientiam. Nam secundum philosophum in paucioribus est via certior & securior. Quanto enim periculo per pauciora remedia potest subueniri, tanto citius & securius subuenitur, quia igitur vacatio sedis apostolicæ est nimis periculosa ecclesiæ, vt citius & securius possit tali periculo remediũ adhiberi congrue ad paucas personas, puta tantum ad cardinales est deuoluta electio. Sicut enim papa quamuis sit vniuersalis pastor ecclesiæ, est tamẽ prætitulatus episcopus vrbis & singularis, sic & cardinales quamuis dicantur iudices & principes orbis, prætitulantur tamen titulis ecclesiarum Romæ, & in districtu eius. ¶ Deficiente autem collegio cardinalium ita quod nullus remaneret, dicitur aliquid quod tunc electio papę pertineret ad Romanum clerum, quia illi sunt successores cardinalium. Cum enim papa singulariter sit episcopus Romanus, & ecclesia parochialis sua sit ecclesia sancti Ioãnis Lateranem. ideò ad canonicos illius ecclesiæ & clericos pertineret electio papæ. Sed dicit idem Aug. quod eo casu magis tutum esset quod congregaretur propter hoc concilium ad talem electionem faciẽdum, & hoc tum ad vitãdum schisma. ¶ Nam si in eo casu electio fieret per Romanum clerum, posset esse hoc materia schismatis. Nam forte taliter electus non reciperetur ab vniuersali ecclesia in papam, calumniando vel dubitando de potestate talis electionis. Tum propter dubiũ interpretandum qa enim dubiũ est ad quos tunc spectaret electio papæ cũ dubia interpretari quæ emergunt in ecclesia ad generale concilii spectet præcipue vacante sede apostolica, ideò magis tutum esset, qꝓ ad concilium generale referatur. Quamuis enim Romani clerici dicãtur successores cardinalium nominatione, nõ tamẽ in iurisdictione, quia nõ habẽt dignitatẽ

& iurisdictione cardinalium. Et ideò nisi fieret speciale statutum per papam, q̃ deficiente collegio cardinalium, potestas eligendi remaneret in Romanis clericis, vel in canonicis sancti Io. Lateranen. non conueniret eis eligere sum mum pontificē magis q̃ alijs, q̃a sicut papa est Romanus episcopus singulariter, sic singulares personæ & singulares clerici, puta cardinales sunt deputati ad talem electionem faciendam, quibus deficientibus nullis aliis clericis vel canonis singularibus potestas in tali electione conueniret nisi super hoc nouum statutum conderetur. Nec obstat, quod concilium generale congregari non potest nisi auctoritate papæ, vt habetur dist. 17. per totum, quia hoc est verum ipso viuente, secus ipso mortuo & collegio cardinalium deficiente. Nam in tali casu Imperator & alii reges & principes christianorum possent & deberent concilium episcoporum congregare ad huiusmodi electionem faciendam.

§. 7. ¶Sed quæritur vtrum collegium cardinalitū possit eligere papam alium quam de ipso collegio? Respon. Aug. de Ancho. vbi supra planum est quod non præcluditur via cardinalibus ex aliquo statuto, quin possint eligere in papam vndecunq; volunt. Et sic simpliciter loquendo hoc liceteis & possunt. Sed suppositā æquali sufficientia in aliquo qui sit de collegio & in alia extraneo magis expedit de collegio eligere, & hoc pluribus rationibus. Primo quidem quia sic electus de ipsis cardinalibus habet pleniorem cognitionem, quorum consilio agere debet quicquid agit. Non enim est parum summo pontifici cognoscere illos de quorum cōsilio regit totū mundum, cuius zeli, cuius cōditionis sint, & qua affectione in negociis ecclesiæ loquuntur, quia aliquando sub pelle ouina latet mens vulpina. Vnde ipsæ papa spetialiter non debet omni spiritui credere, sed iuxta Apostoli eum documentum probare debet spiritus si ex Deo sint. Secundo quia præexistens de collegio, de ordinatione ecclesiæ habet plenam informationem de ordinationibus & consuetudinibus ecclesiæ. Vnde non de facili nouas consuetudines vel ordinationes inducit quæ possint esse causa admirationis vel perturbationis audientium vel videntium. Extraneus autem in huiusmodi est vt nouitius. Vnde & quandoq; nimis excedit, quandoque nimis restringit & in nouis constituendis semper est in periculum nisi appareat euidens vtilitas. Tertio quia de fidelibus & subditis ecclesiæ habet pleniorem recordationem, quia enim surrexit rex nouus in Egypto qui ignorabat Ioseph, ideò rex ille Pharao cœpit persequi filios Israel. Timendum est ergo, vt si non sumatur de collegio assumendus in papam, & plenè possit recordari qui fuerint fideles ecclesiæ & qui rebelles, ne exaltet deprimendos & deprimat exaltandos. Quarta est, quia status cardinalatus habet propinquam dispositionem ad papatum. Assumpti enim subito de paruo statu ad magnum secūdum philosophum nesciunt ferre fortunam, nesciunt vti tanto dominio. Cardinalatus autē ratione status, & ratione præsentalis assistentiæ ad papam nō habet admirationem de papatu, & ideò assumptus de collegio potest p̃sumi melius vti papatu. Nec obstat si dicatur quod nimia familiaritas parit contemptum, & sic extraneus minus familiaris haberetur in maiori renerentia, quia illud est verum iter stultos, quod scilicet multa familiaritas parit contemptum, non autem inter sapientes, qui sciunt quibus & quādo & qua re debent reuereri, vel etiam potest dici, q̃ reuerentia quæ fit extraneo vt minus familiari procedit ex timore & est tantum exterior, sed quæ fit familiari fit ex amore & est maior interior. Et ad hoc facit quod habetur dist. 23. in nomine, vbi dicitur. Eligatur summus pontifex de gremio scilicet de collegio cardinalium, si reperitur idoneus. Tamen (vt dictum est) & ibi subditur, & extra collegium existentes possunt eligere. Sic abbas sancti Anastasii Romæ fuit electus in papam & dictus Eugenius, & Petrus de Murone assumptus ad papatum, & dictus Cęlestinus, & Clemens. 5. assumptus ex archiepiscopatu, & sic de aliis.

§. 8. ¶ De ipsa autem electione papæ quæritur. Vtrum cardinales teneantur eligere meliorem cæteris aut doctiorem aliis, aut magis peritum in theologia quam in scientiam iuris? Respondetur ista quæstio est triplex. Et ad primam partem scilicet qua quæritur de meliori est considerandum. Primo quod hic quæritur de eo qui creditur & æstimatur esse melior in iudicio rationabili eligentis nō in rei veritate vel secundum certitudinem vel iudicio aliorum. Nam nedum de alio sed nec de seipso potest homo scire per certitudinem si bonus est, secundū illud Eccle. 9. Nemo scit vtrum odio vel amore dei sit dignus. Varia etiam sunt iudicia hominū, nam quē æstimabit magis aptum & bonum alius reputabit minus idoneum. Quæritur ergo si eligens

eligens tenetur eligere quem ipsę credit meliorem aliis. Et tūc distinguitur de bonitate, quia aut quæritur de bonitate simpliciter, aut de bonitate secundum quid. Secundum enim bonitatem simpliciter, ille dicitur melior qui est maioris pfectionis & dilectionis etiam si sit idiota, vel ineptus ad regimen, & si non sit tantæ perfectionis & deuotionis, bonus tamen creditur. Et secundum Tho. in qd libet, 6. q. 4. ar. 1. & 2. 2. q. 185. ar. 3. in eligendo debet quis eligere nō illum quem credit maioris deuotionis & perfectionis, sed quem credit magis idoneum ad regimen illud, etiā si non credit esse tantę perfectionis, sicut plures alios ęstimat tamen bonum esse, quod ꝓ tanto dicitur, quia quantuncunque iudicatur aptus & sagax & industrius ad regimē ecclesiasticum propter naturale ingenium, prudentiam & scientiam, si tamen creditur rationabiliter esse malæ vitæ nullo modo talē debet eligere. Loquendo igitur de meliori secūdum quid, idest, ad talem dignitatem, tūc se cundum Aug. de Ancho. vbi supra aut æqua facilitate potest eligere sufficientiorem & meliorem, aut non ęqua facilitate. Si non ęqua facilitate, puta quia vnus quem credit minus bonum & aptum ad regimen quam alius habet plures voces, & sic potest conscientiam suam conformare cum aliis, scilicet ęstimando illum magis idoneum ex quo pluribus videtur, vel quia etiā sine sua voce peruenitur ad numerum, qui requiritur pro electione. Et sic ad tollendum dissensionem vel displicentiam aliorum erga se, potest eligere eum quem ipsę per se iudicat minus idoneū. Aut ęqua facilitate potest eligere meliorem, puta quia per vocē suam auget vel peruenitur ad numerum sufficientem electioni, & tunc debet eligere quem iudicat meliorem. ¶ Ponit tamen circa hoc distinctionem secūdū quosdam, videlicet quòd est debitum necessitatis seu præceptorium, & debitum honestatis & cōsultorium. ¶ Dicit ergo quòd debito necessitatis & præcepti non tenetur eligere meliorem sed sufficit eligere bonum cui non obstat canonicum impedimentum. Sed de debito consilii & perfectionis debet meliorem eligere. Et sic dicit esse intelligendum dictū Hieron. quod habetur. 8. qō. 1. licet. vbi dicit. Sciant omnes quòd qui dictior, qui sanctior, qui omni virtute eminentior, ille eligitur. Dicit tamē ipsæ ꝙ specialiter in electiōe summi pontificis si scienter præferatur minus bonus meliori & minꝰ doctus doctiori, s. cęteris paribus, quantum ad secundum punctum ꝙ erit accceptio personarum hoc autem vī esse mortale, & ad hoc etiam videtur consentire. B. Tho. in summis, vt habes i. 2. par. ti. i. c. 20. Quod autem dicitur a quibusdā sufficere eligere bonum postposito meliori, vī habere locum in foro contentioso, non in foro conscię tiæ. Quantum ad secundam partem quæstionis. s. de doctiori rūdet ꝙ cæteris paribus doctior est eligendus, quia scientia multum iuuat ad bonum regimen, non tamen intelligē dum de quacunq; scientia, sed de eo quę ad regimen confert vt Theologia, Philosophia moral. & sciētia iuris, quamuis. n. omnis scīa vtilis sit & perficiat intellectum, tñ Astrologia & Philosophia naturalis. modicum valēt ad huiusmodi. Non ergo q̄ est doctior in speculabilius ille debet prælegi sed qui est doctior in scripturis, in prudentia & experientia agibilium & his quæ valent ad regimen. Proterea autem dictum ast cęteris paribus, qa & si esset quis doctiot cæteris in omni facultate etiam Theologia & iuridica, & experimentali, & sciretur esse malus & minus aptus ad regimen, nō propterea debet pręponi magis idoneo ad regimē, & si longe minus docto tamen sufficienter. Multos enim videmus eminentes scientia & deficientes prudētia, & ineptissimos ad regimen. Vnde & Valentinianus Imperator dixit vt habetur di. 63. Valentinianus. Talem in pontificali sede constituite, cui & nos qui gubernamus Imperium nostra capita summittamus & eius monita dum tanquam homines delinquimus, necessaria curantis medicamina suscipiamus, hoc autē sit dum est virtutum perfectione & scientia præditus. Vñ Simachus papa Vilissimus putandus est, si sanctitate & scientia non pręcellat, qui est honore præstantior, debet ergo eligi doctior in scientia vtili ecclesiæ si alias cæteris iudicatur aptior & melior ad regimen. ¶ Quantum ad tertiā partem quæstionis cæteris paribus magis est eligendus Theologus quām iurista secundum Augu. de Ancho. & hoc triplici ratione. Primo ex parte ecclesiæ cui præficitur. Non intelliguntur muri ędificia & possessiones ex quibus insurgunt litigia quæ tolluntur per iura: sed animæ fidelium quę informantur de fide & moribus per theologiam. Nec Christus mortuus est ꝓ temporalibus bonis, immo ea contempsit, sed ꝓ redemptione animarum & salute quæ procuratur per prædicationem sacrę scripturæ. Secūdo ex parte sciētiæ, qua summus pontifex proficitur. sicut. n. ipsę Papa præfertur omnibus pręlatis & pontificibus in dignitate, ita scien-

tia qua debet esse perfectus, præfertur oibus scietiis, præfertur. n. theologia oibus legibus scientiis & sicut scia præfertur scientiæ, ita p fessor Theologiæ aliis prof. ssoribns aliarum scientiarũ. Tertio ex partes iudicii est. n. Papa vniuersalis iudex totius orbis, & omniũ qõnũ insurgentium. Constat autem q iura ciuilia non corrigunt omnia mala, sed multa dimittunt impunita, sed per theologiam omnia vitia reprehenduntur, & punienda ostendunt. Et si dicatur q nisi esset scientia iuris concordia extra mundi terminos exularet, & sic vr multum, necessaria Papæ, qui debet quærere pacem fidelium. Respondeo q ad lites & qõnes terminandas Papa potest & debet assumere contemptibiles de ecclesia, idest, iudices seculares (vt ait Apostol.) Sicut et Apostoli instituerunt septem diaconos qui prouiderent fidelibus in temporalibus, & ipsi vacabãt orationi & pdicationi scripturæ. Bonus et theologus non est nudus a legibus quantum est i eis veritatis & iustitiæ. Scriptura enim sacra omnia continet, & si non formas litigiorum, tamen substantiam veritatis. Et ad hoc facit quod dicitur. 36. dist. qui ecclesiasticis, vbi dr q ad summum sacerdotium nõ aspiret, quæ diuinis stipendiis & disciplinis non est erudi tus. Hæc autem est scriptura sacra, quia autẽ esset bonus canonista, & theologus ille optimum quantum ad hoc.

§. 9. ¶ Collegium cardinaliũ quamuis eligat papam, & per hoc videtur quid maius Papa. Sicut papa instituens episcopos est maior eis; non tamen secundum rei veritatem est maioris potestatis quam Papę. Nã si hoc esset non esset necessarium habere papam. Pro cuius declaratione di. Aug. de Ancho. vbi supra, q potestas collegii differt a potestate papæ, nec est eiusdem ordinationis vna cum alia. Papa enim electus põt duo nominare, vel officium & auctoritatem, & istud est quid formale in Papa, vel determinationẽ Papæ personæ talis, puta Petri vel Iacobi, & istud est in eo q d materiale. Si ergo consideratur papatus quãtum ad officium & auctoritatem quod quid formale, sic papatus non est per electionẽ collegii, sed per electionẽ immediatã a Christo: quia omnes papæ qui fuerunt a principio, & erunt vsq; ad finem mundi, nõ sunt nisi vnus Papa, quia ex quo omnes habent illud idẽ officium, & illam eandẽ auctoritatem, quã habuit B. Pet. q fuit primus Papa, qui non fuit electus a puro homine, sed immediate a Christo a quo recepit auctoritatem papatus in pona omnium sequẽtiũ. Si uerò cõsideretur i papatu termi-

Dñnt ptãs Papę & collegii.

natio pson̄e istius vel illius q d est materiale isto mõ papatus bene est p electionẽ cardinaliũ, & hoc nõ nisi auctoritate eius, quia papa mortuo possunt eligere & terminare hãc personã vel illã, vt fungatur auctoritate papatus super vniuersalẽ ecclesiã. Et hoc nõ nisi auctoritate Papæ, quia q ipsi cardinales sic deputati vt possint eligere & terminare pso-nam hanc vel illã ad papatũ nõ nisi auctoritate papæ hoc faciũt. Planũ est. n. q illud decretũ positũ. 23. di. vbi agit de electionẽ summi pontificis, q mortuo papa primo cardinales epi, deinde reliqui sequaces & vniuersus clerus ad electionẽ summi põtificis Nic. pa. edidit. Planum est similiter q decretalis illa vbi taxatur modus eligẽdi, q a duabus partibus cardinalium electus in summũ pontificẽ habeat ab ipso papa est edita. Vnde tam electio q̃ modus eligendi roborat̃ in collegio auctoritate papæ. Si autem dicat q qui põt maius põt & minus, hoc non est vniuersaliter verũ, nec in spiritualibus, nec i naturalibus, sed habet veritatẽ hoc cũ vnũ essentialiter ordinat̃ ad aliud, & q a prãs papæ est alteris dominis q̃ potestas collegii, ió non seq̃t, q si collegiũ põt eligere papã, possit quicquid põt papa. Propterea collegiũ non est cã papatus, quantũ ad id qd̃ est formale in papatu, sed quãtũ ad id qd̃ est materiale, quia. f. ex cã determinationis pson̄æ per electionẽ collegii & consensum papæ, & hoc nõ nisi auctoritate papę. Nec est simile de Papa creante seu instituente epm, & collegio eligente papã, quia a papa deriuatur auctoritas & officiũ in epm quãtũ ad id qd̃ est iurisdictiõis sicut a Petro deriuata fuit auctoritas iurisdictionis in Apostolis. Sed a collegio non sic creatur papa, q ab eo habeat officium & auctoritatẽ qd̃ est formalem in papatu. Sed isto mõ omnis papatus iurisdictio eius est a Christo immediate. Et ex his sequitur quõd a papa nõ põt appellari ad collegium cardinaliũ vt dicit Aug. de Ancho. q 6. Et ratio est, quia non appellatur nisi de minori ad maiorẽ. vt. 2. q. 6. per totũ. Sed minor est autoritas collegii q̃ papæ. Sicut ergo magna dementia esset appellari a domino ad sibi subseruientes, & a rege ad suos consiliarios, sic maxima dementia esset credere, quod a Papam possit appellari ad cardinales, cum ipsi sint subseruientes, & cõsiliarii eius. Comparatur enim papa ad cardinales, sicut cœlum comparatur ad terram, sicut enim cœlum generat & corrumpit ista inferiora alterat & variat ipsa, nihil tamen istorum inferiorũ insurgit contra cœlũ vel appellat cõtra

ipsum,

ipsum, sed patienter tolerant quicquid cœlũ operatur in eis siue generationẽ, siue corruptionem, siue alterationem, si potestas papalis tanq̃ cœlestis potest oẽs inferiores potestates tã laicorũ q̃ clericorũ generare, corrũpere & alterare, ita q̃ nõ licet appellare contra ipsum ad quod facit quod dicitur dist. 19. in memoriã, licèt ius parendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamẽ feramus & pia deuotione toleremus. Quod autẽ papa eligit cardinales & cardinales papã, hoc non fit eodem modo, quia papa elegit cardinales propria virtute sua & quicquid auctoritatis est in eis, est papæ. Vnde Christus dixit discipulis quorum personas cardinales repręsentant. Non vos me elegistis, sed ego elegi uos &c. Et sine me nihil potestis facere Ioã. 15. Sic cardinales eligunt papam auctoritate ipsius papę, nõ auctoritate propria. Quod enim a duabus partibus cardinalium electus ipso facto ab vniuersali ecclesia habeat summus pontifex auctoritate papæ firmatũ est, vt extra de elec. c. licet Et sic auctoritate ecclesiæ factũ est vt cardinales de ipso electo canonicè non possint iudicare, vel contra ipsum recipere appellationẽ. Præterea q̃ papa sententiet vel iudicet negocia ecclesiæ de consilio cardinalium, hoc non est de necessitate aut ratione papæ, vt papa negocia ecclesiæ determinare sine consilio cardinalium nõ possit, potest enim sine consilio eorum talia expedire & determinare, quia & Christus cuius vicem gerit non legitur aliqua de consilio apostolorum egisse vel determinasse. Verum quia papa purus homo est & potest in talibus negociis fálli & fallere, vt extra de sen. excom. c. a nobis, tanto amplius decet ipsum cũ matutiori consilio agere cuncta quæ agit, quanto per eum determinata ponuntur super candelabrum & non sub modio, & quãto determinationi ipsius mortalium nullus audeat resistere.

§. 10. ¶ De forma electionis papæ secundum antiqua iura vt dictum est, electio ista fiebat per cardinales, vt patet dist. 79. c. 1. & sequenti, quod etiam firmauit & declarauit Nicol. pa. qui ecclesiam rexit anno M. LIX. vt habetur di. 23. in nomine. Aliquo etiã tempore statutum fuit, vt circa ipsam electionẽ consensus Imperatoris requireret, vt in dicto c. in nomine & 63. dist. Adrianus, quod in processu tẽporis fuit eis ablatum tale ius. Quæ autem forma seruaretur in decretis non habeẽ. Postea Alex. 3. in concilio Lateranen statuit q̃ non solũ a cardinalibus fieret electio papæ, sed q̃ etiã duæ partes cardinaliũ ex his q̃ interfunt electioni concordent in aliquem vnũ ad hoc vt ille papa existat, vt patet ex. c. licet extra de elec. lib. 6. Exinde Greg. 10. in concilio Lugdunen. addit ad formam electionis videlicet q̃ mortuo papa cardinales præsentes in loco vbi mortuus est, debent expectare alios absentes per decem dies post quos cardinales qui se reperiunt in loco debent intrare conclaue ad electionem faciendam nec aliquis debet exire conclaue nisi infirmitate superueniente quouisq; fit facta electio debita. Et domini seu rectores & officiales illius ciuitatis in qua celebratur electio debent obseruari facere dictũ conclaue. Et quo debent se habere cardinales in dicto conclaui pro electione huiusmodi plane habetur de elec. vbi periculum lib 6 Quę quidẽ constitutio vt dicit Io. And. in glo. q̃is fuerit reuocata per Adrianum papã & per dominũ Io. tamẽ fuit renouata per Cœlestinũ. 5. & approbata & cõseruata per Bonifa. 8. & per eum posita in. 6. unde habet vigorem. Demum Clemen. 5. in concilio Vien. addit ad dictã formã quædã, vt habeẽ de elec. c. ne Romani, in cle. videlicet q̃ cardinales per exceptionẽ excommunicationis suspensionis, vel interdicti ab electione reppelli non possunt. Itẽ q̃ officium cãmerarii vel pœnitentiariorũ papæ, etiã summi pœnitentiarii durat papa mortuo, qui si deficiant põt cœtus cardinaliũ pro tẽpore vacationis alios subrogare loco scilicet deficiẽtium & non alios præsbyteros. Item q̃ si oẽs cardinales simul vel successiue conclaue eis deputatũ cogerentur exire puta pp incẽdiũ vel timorẽ mortis, illi qui conclaue habebãt custodire quã citius poterunt debẽt compellere ad reintrandũ in loco congruo prout ipsi cardinales conuenerint. Vbi etiam declaratur & determinat cœtũ cardinaliũ, sede vacãte iurisdictionẽ papalem nõ exercere, nisi inquantũ permittit concilium Lugdunen. scilicet in dicto c. vbi periculũ, nec illud vel eius partem alterare põt, cuius contrariũ aliqui doct. prius tenebant, vt Host. Dicebat enim non esse verisimile filium Dei voluisse, vt mortuo papa grex fidelium esset sine pastore vel ecclesia sine sponso. Et ideò tenebat quod collegium cardinalium haberet potestatẽ papæ vt pastor ecclesiæ. Sed respondet ad hoc Ioan. And. in glo. ibi quod sponsus tutor & pastor, & caput ecclesiæ est Christus. Patet primum 77. di. ieiuniũ, in fi. Sed m. 97. di. 100. primo. Tertiũ de sa. vn. c. q. 1. §. vnctio, & 3. q. 4. c. fi. licet ergo deficiat vicariatus Xpi. s. papa nõ deficit

ficit principalis scilicet Christus, qui vicarius solum Petro & successoribus apostolicis datus fuit. Non ergo cœtus cardinalium habet vicariam Christi. Reprobatur etiã opi. Hug. 79. dist. Nullus, quid dixerat cardinales tunc posse creare cardinalem quod non est verũ.

§.11. ¶ De his in quibus possunt offendere cardinales. ¶ Et primum est quod in electione ipsius papæ Si contra conscientiam eligant minus idoneum vel propter pecuniam, vel ad præces aliorum, vel vt habeant personã magis sibi fauorabilem, vel alio respectu irrationabili, quod est grauissimum peccatum. ¶ Secundo si quærit ipsę & procurat diuersis viis eligi per se vel per alios, quod est maximę ambitionis, nam si appetere episcopatum vel ecclesiam curatam, non est absque ambitione, & præsumptione secundum Tho. quãta erit in ambitiẽdo & procurãdo curam omnium fidelium ar. 1. q. 1. principatus. ¶ Tertio in consulendo papæ in negociis ecclesiæ cum scilicet non intendit vtilitatem ecclesiæ & populi Christiani, sed vtilitatem priuatam sui vel alicuius domini temporalis seu ciuitatis ad quam afficitur. Secus si sincere consulat & pura intentione cum matura consideratione, etiam si inde malum vel damnum eueniat ecclesiæ, de reg. in. ca. nullus. lib. 6. ¶ Quarto si procurat beneficia vel prælaturas ecclesiasticas scienter indignis, vel ob munera vel præces vel affectiones carnales. 1. q. 1. sunt nonnulli. ¶ Quinto si quærit habere seu recipit plura beneficia in commendam vltra indigentiam secundum congruentiam sui status, cum hoc sit auferre necessaria penuriam patientibus. ¶ Sexto si circa ecclesias quas tenet in commendam non facit habere diligentem curam vt bene officientur & idonei in eis ponantur in quantum potest & saluti animarum prouideatur & reparationi ipsarum, cum oporteat intendere facere. Communiter enim ecclesiæ & abbatię quę dantur in commendam, reperiuntur male gubernari in spiritualibus & temporalibus. Septimo si quæ secretè tractantur in consiliis, vel sibi committuntur a papa, non occulta teneat, sed reueleat aliis, & præcipue vnde oriri possit damnum vel scandalum, conferendo aũt cum persona fideli & discreta & per modum consilii habendi, illi tamen imponendo in secreto non videtur illicitum. ¶ Octauo in commissionibus sibi factis super diuersis causis a papa, quando non iuridicè & iustè, sed iniquè sententiat amore odio, timore, vel cupiditate. 11. q. 3. quatuor. ¶ Nono si aduertens defectus notabiles in curia vel papa non corrigit seu admonet fraternaliter vt decet quando sperare potest inde emendationem, sed ex negligentia vel timore displicendi aut damnum incurrendi reticet 2. q. 1. si peccauerit. ¶ Decimo si in vita sua, & conuersatione non se exhibet exemplarem in honestate vitę & grauitate morum, sed vacat lasciuiis, venationibus, ludis, & aliis vanitatibus mundi, ex quibus nimis scandalizat ecclesiam Dei. 8. q. 1. qualis. Vndecimo circa familiam vt non teneat nimiam vltra congruẽtiam sui status, & illa sit honesta non vacans procationibus, turpitudinibus, adulationibus & detractionibus, quibus plenæ sunt curiæ commessationibus, & ebrietatibus. Et officiales sui non sunt quærentes munera, aut displicibiles in verbis, & rixosi, sed affabiles & humani ad omnes venientes, & quod non habeat iuuenes calamistratos vel comatos, aut in vestibus diuisatos, ac sericatos ac si deberent ire ad nuptias, sed modestos in omnibus, & sciat de eis si seruant præcepta Dei & ecclesiæ. Duodecimo vt non teneat aliquos familiares: sed seruientes ea intentione principaliter, vt pro seruitiis eorum procuret eis beneficia ecclesiastica, quia hoc symoniacum esset secundum Thom. & alios. Demum nouerint se vt patres religiosorum & pauperum, vnde & nõ sibi thesaurizent, vel consanguineis suis vltra congruitatem & indigentiam tribuant, sed pauperibus & locis piis largiantur.

¶ *Quod papa debet dissipare gentes quæ bella volunt. Cap. 3.*

DIssipa gentes quæ bella volunt. Venient legati ex Egypto & Ethiopia pręueniat manus eius Deo, psalmus. 67. Sicut loquitur psal. ad dominum, ita & potest dirigi ad vicarium suum scilicet papam, vt sit sensus, tu papa dissipa gentes quæ bella volunti dest gentiles seu paganos & Turchas & Saracenos qui bella volunt agere contra Christianos, iniuste detinentes & continue vsurpantes terras eorum, mittendo contra eos exercitus vt cruce signatos ad dissipandum eos. Sicut aliquando factum est & tempore Bern. ad qd etiam hortatur Euge. Et sicut etiam factum est per sanctum Ludouicum regem Franciæ, sed hoc hodie tempore oportuno, nam prius esset dissipandæ gentes Christianorum qui vt gentiles gehennæ dedit bellant ad inuicẽ ex libidine dominandi, & cupiditate acquirendi.

rendi. Sed hoc agere non debent nisi exhortando & arguendo, & cum apparet manifesta iniustitia ecclesiasticis cẽsuris reprimenda. Contra ecclesiam verò bellantes etiam gladio hostili resistendo. Et ad hoc scilicet dissipandum & tollendum bella veniant legati ex Egypto scilicet a diuersis partibus mundi missi ad te, sed ex Egypto educti, seu recedentes ideſt a mundana cupiditate & vanitate. Interprætatur enim Egyptus tenebræ, & significat mundum tenebrosum erroribus cupiditatibus, & variis vanitatibus, a quibus debent esse semoti legati. Vnde Bern. ad Euge. Tales tibi expedit in legationem mittere qui misi post aurum non erãt, sed Christum sequantur, per quæstum legationem non extiment, nec requirant datum sed fructum, qui ecclesias non spolient, sed emendent. Et inducit Bern. de quodam dicto Martino qui cardinalis existens legatus missus in Daciam terram auri & argenti tam pauper remeauit, vt penè expensæ, & equis deficientibus vix peruenit Florentiam, vbi cum episcopus loci donaret sibi vnum equum, eum accepit cum ipso reuersus ad curiam quæ tunc erat Pisis, inde ad modicum episcopus Florentinus vadens ad curiam pro quadam causa quam ibi habebat, visitauit prædictũ cardinalem Martinum reccomendans ei causam suam, cui Martinus decepisti me, nesciebam enim in curia tibi imminere negocium, tolle equum tuum, ecce in stabulo est. Narrat idem Ber. & de alio legato dicto Gottifredo. Qui cum exenteratus fuisset quidam Pisis interrogauit quantum illæ venderetur in foro, & ei dari fecit prẽcium nec aliter recepit. Repræsentat legatus personam Christi de quo dicitur Hiere. 49. Auditum audiui a domino & legatus sum missus ad gentes, vel etiam apostolorum tenet locum. Vnde & 2. Cor. 5. dicit. Legatione fungimur tanquam Deo exhortãte per nos, ideo se debent exibere multum exploratores, aliàs parum fructum afferunt, ad quod facit quod scribitur. Es. 67. c. Misisti legatos tuos procul scilicet tu ecclesia, & humiliata es vsque ad inferos ideſt deiecta propter mala exempla. Sed si bene se habent sequitur fructus, qui subditur in psal. scilicet Ethiopia præueniat manus eius Deo. Ethiopia quæ generat personas nigras quæ propter adustionẽ caloris significat prouinciam vel patriam vitiis denigratam, quæ ex operibus virtuosis legatorum recedit ab erroribus & dissensionibus, & sic præuenit Deum, ideſt iudicium Dei manus operum in bonum commutando. Mittere auem legatos ad diuersas patrias, vt verbis persuasibilibus, etiam humanæ sapientiæ homines reducantur ad bonum, non est hoc dimittere fiduciam diuini auxilii, & in sua virtute cõfidere, sed vti prudentia humana faciendo quod ex parte nostra possumus in salutis præsidium. In cuius exemplum dicit Iacob. Mitto nunc legationem meam ad dominum meum. s. Esau, vt inueniam gratiam in conspectu tuo, scilicet ad placandum iram eius, nam venit obuiam ei ad reconciliandum se sibi. Gene. 32. cum tamen haberet Deum in adiutorem. Nec istud est contra statum cardinalium scilicet mittit cum regulariter sint assistentes. Nam & in hierachia cælesti ex suborta causa angeli assistentes mittuntur vt Seraphin ad Esaiæ purgandum labia Esaiæ. 6. ¶ Legatorum autem tria sunt genera. Aliqui enim dicuntur laterales seu a latere missi, & hi sunt tantum cardinales legati, secundum Io. And. quamuis Ber. dixerit etiam alios non cardinales q mittuntur de curia, dici a latere missi, vt notat ipse Bern. Extra de offi. lega. c. excommunicatis, sed primum vt verius tenetur. Secundi dicuntur locales seu perpetuales qui scilicet prætextu ecclesiarum suarum habent legationem ex priuilegio ecclesiæ suæ, vt archiepiscopus cantuariensis, & boracen. Terrii sũt tẽporales seu non a latere missi. Et isti sũt quicunque alii missi a papa, siue de curia siue extra curiam non cardinales. Est autem differentia inter istos quoad quædam, & præcipue quoad absolutionem ab excommunicatione propter manuum iniectionem violentam in personas ecclesiasticas. Nam primi legati possunt absoluere etiam extra terminos suæ legationis, dummodo sint in via, extra de offi. leg. c. quod translationem. Et etiã si tales excommunicati aliunde veniant vt eo. tit. c. excommunicatus. Secundi legati non pũt tales absoluere. Tertii vero possunt dum sunt infra terminos suę legationis, & eos tantum qui sunt de prouincia sibi commissa. Itẽ legati de latere possunt conferre beneficia in terminis suæ legationis cũ restrictione tamẽ quæ habetur in c. præsenti & c. deliberatione de offi. lega. lib. 6. extra de offi. lega. c. officii. Alij vero legati hoc nõ possunt nisi ex speciali cõmissione sibi facta. Qđ si ecclesia habet patronũ laicũ nõ potest sibi conferri p legatũ nisi ei quẽ prõnus præsentaret, eodem modo si habet patronũ clericũ, cui prõnatus competit rõne sui primonii, extra de offi. lega. c. dilectus. Secus si clericus sit prõnus rõne ecclesiæ,

Legati triplices

vel etiam si sit collegium, quia tunc eo irrequisito potest legatus cõferre, quia pôt quod maius est. s. conferre ipsas ecclesias nõ requisito episcopo. ¶ Sed quærit Ion. And. in glo. vtrum Cardinalis legatus possit cõferre beneficia, quorũ collatio est deuoluta ad papã per Lateran. concilium? Rñdet q̃ potest secundũ Goff. & Inn. & Guil. in speculo reprehendentes Vincen. qui dixit contrarium. Et subdit Io. And. q̃ certum est q̃ legatus etiam de latere non potest conferre beneficia vacantia in curia Romana sine speciali mãdato, vt de præbẽ. c. licet. in fin. lib. 6. quod itelligo, in framensem, vt eo. tit. statuimus. lib. 6. Et nota q̃ vbi est legatus cardinalis in prouincia vel alius habens mandatum speciale, super hoc possunt tres cõcurrere in collatione alicuius beneficii. s. papa, legatus, & ordinarius. Et si apparet quis primo contulit, nõ est dubium. Si vero non apparet, tunc seruandum est qđ habetur de præben. c. si a sede, lib. 6. vbi dicit quòd cum a Papa vel legato eius vni & ab ordinario alteri eodem die idem beneficiũ conferatur, nec appareat quæ collatio fuerit primo facta, erit potior conditio possidẽtis. Sed si neuter possideat is cui Papa contulit, vel legatus propter conferentis ampliorem prærogatiuam erit præferendus.

De collatione beneficiorum.

¶ De auctoritate legati de latere.

§. 1. ¶ Legatus de latere potest confirmare electiones episcoporum, & archiepiscoporũ, & exẽptorum in prouincia sibi decreta, hoc autem non possunt facere alii legati nisi habeant super hoc speciale mãdatum, vt de elec. c. si abbatem. lib. 6. potest etiã legatus de latere dare licentiam abbati subdito immediate Apostolicæ sedi licentiam transeundi. s. a suo monasterio ad episcopatum qui aliàs trãsire non potest. s. sine licentia papæ vel legati, vt in d. c. si abbatem. Et dicit ibi gl. q̃ idem iudicii est de transeundo de vna abbatia ad aliam. Sed si abbatia sit subiecta episcopo, non transibit ad aliam sine licentia saltem episcopi.

Primo.

Secũdo. Item legatus de latere secundum Ber. potest cognoscere de causis contra exemptos, quia per priuilegia eximuntur a potestate episcoporum & huiusmodi, non autem a potestate legatorum: sed alii legati qui non sunt a latere, hoc non possent nisi haberent speciale mãdatum contra priuilegia illorum, extra de offi. le. c. quòd translationem. Sciendum etiam secundum Inno. quòd si legatus aliquem excommunicauerit dũ est in prouincia sibi decreta si est reuocatus non potest eum absoluere. Sed si exiuit reuersurus, postquã reuersus fuerit poterit absoluere & etiam ante egressum si est legatus de latere. Nullus legatus etiam de latere potest conferre vel reseruare ecclesias cathedrales vel regulares, vel collegiatas vt habetur de elec. cap. de liberatione lib. 6. & dicit ibi gl. quòd conferre vel reseruare ecclesias est conferre vel reseruare ipsam primam dignitatem de ecclesia, puta episcopatum, plebanatum, abbatiam, prioratum & his similia. Non autem prohibetur cõferre beneficium, hoc est canonicatum dictarum ecclesiarum. Item legati quicunq; non possunt conferre vel reseruare dignitates in ecclesiis cathedralibus, quæ sunt principaliores post dignitatem episcopalem in illis ecclesiis, ad quas. s. dignitates peruenitur p electionem, vt archipræsbyteratus, archidiacõatus, præpositatus & huiusmodi, vt in d. c. de liberatiõe. Si ergo in ecclesia cathedrali essent duæ dignitates puta archipræsbyteratus, & archidiaconatus, & vterq; haberetur per electionem illam quæ maior haberetur nõ posset dare legatus. Quæ autem sit maior illarũ, dicit ibi gl. quòd licet archidiaconus sit maior in prælatione, de qua maioritate hic intelligitur, tamen in hoc inspiciẽda est consuetudo loci, is enim habetur prior post episcopũ. vt qui præest capitulo & conuocat capitulũ, ille dicitur maior. Aliam ergo dignitatẽ inferiorem in illa ecclesia puta archipræsbyteratum dare posset legatus, vel etiam illa maiorem, si non per electionem: sed collationẽ episcopi daretur. Item legati etiam de latere nõ possunt concedere alicui ingenerali vel speciali, vt recepta resignatiõe beneficiorum ab illis qui habent ipsa beneficia possit ille cui facta est talis resignatio conferre ea alteri, de elec. c. de liberatione lib. 6. vbi dicit glo. quòd etiam non potest committere legatus vni qđ recipiat resignationem beneficii, & committere alteri personæ, quòd postea illud conferat, quia qua ratione vni & eidem committẽdo resignationem & collationẽ datur via ad vacaturas ecclesiarum, eadem ratione daretur via ad idem committendo diuersis personis. arg. de elec. c. 1. lib. 6. Potest ergo legatus recipere per se resignationem beneficii, & postea illud vacans alteri & concedere, sed non potest hoc alteri committere vt faciat. Et hoc quia facilius per istum modum fieret fraus ad vacaturas quam per illum, puta tamen quod legatus bene possit committere alicui, quod recipiat resignationem alicuius beneficii, & recepta resignatione, cum beneficium vacat, bene posset eidem vel alteri com-

Tertio.

Quarto.

Quinto.

committere, quod illud beneficium conferat. Et per hanc decretalem attentari posset, quod licèt episcopus possit generaliter tradere potestatem officiali, vel vicario suo conferendi beneficia vacantia, de offi. vica. cap. fin. non tamen alteri quem officialem non constitueret. Sexto. Item legatus non potest processum delegati impedire, aut eius sententiam irritare, sed potest eum confirmare & exequi. extra de offi. leg. cap. studuisti. Et ratio ibi ponitur quia mandatum speciale derogat generali. Non posset etiam legatus de latere deponere episcopum, nisi ei specialiter Papa hoc cõmisisset, de translat. capit. 1. sed presbyterum posset deponere adiunctis sibi aliis episcopis. Septimo Omnes reseruationes quorumcunque beneficiorum factæ a quocunque legato etiam de latere auctoritate legationis, & decreta interposita super ipsis, necnon denunciationes inhibitiones & processus, quilibet per eum vel per executores deputatos ab eo habitos circa ipsa dummodo ad collationem eorundē beneficiorum iam vacantium nõ sit processum finita legatione viribus euacuantur, & nil valent. Nec executores dicti possunt alterius beneficia taliter reseruata conferre. de elect. ca. præsenti. lib. 6. Item si legatus in aliqua cathedrali vel collegiata ecclesia fecit aliquam reseruationem aliam illa pendente non potest facere in eadem. ¶ Nec etiam postquam aliquod reseruauerit alicui beneficium ad collationem pertinens cuiuscunq; aliud, quod ad illius collationem pertineat, quamdiu reseruato pendet sibi reseruare non potest. Et si secus fecerit nihil valet, vt in dicto capitu. præsenti.

§. 2. ¶ Finitur autem legatio quatuor modis secũdum Ioan. And. in gl. ibi. Vno modo si datus fuerit legatus ad tempus determinatum, finito enim tempore finita est legatio, vt de offi. dele. c. de causis. Secundo quando legatus est reuocatus ff. de iudi. l. iudicium. Tertio quando egressus est legationem animo redeundi. Legationem ideò dixi, quia si esset egressus aliam ꝓuinciam is q̃ est legatus in pluribus ex quo non est egressus legationem nõ expirauit eius iurisdictio. vt de offi. lega nouit. Si enim legatus in qualibet parte legatiõis existẽs iurisdictionẽ exequitur, sicut episcopus in qualibet partes suę diœcesis de offi. ordi c. cum episcopus, lib. 6. Quarto finitur legatio personalis morte ipsius legati, non autẽ morte constituentis ipsum, vt eo. ti. c. legatus. lib. 6. personalis ideò dixi, quia si esset realis puta quia competere dignitati, nõ expiraret morte legati, vt de offi. del. c. quoniã abb. & quod dictum est his modis finiri legationem intel ligitur in sui ꝑsona & quos non ꝑcepta per delegatos. Nam ad quas causas cõmisisset, & res non esse integra finitio eius officio. s. delegati, durat illius delegati potestas, vt de officio leg. c. fi. Et est mirabile, quia iurisdictio delegati a legato bene perpetuatur per citationem & alium iudicialem actum: sed notificatio, inhibitio, & decretum non perpetuant iurisdictionem executoris hoc & aliòs processus faciẽtis. Sed reseruationes beneficiorũ sũt odiosæ propter duo, quia ꝑ eas datur via ad vacaturas, & quia præiudicant ordinarię potestati. Vnde sunt restringẽdæ, & ideo cessant finita legatione. Sed potestas executorum datorum a Papa super gratia facta & rintegra & super facienda re non integra, bene perdurat post mortem Papæ, quia Papa potest ius ad vacaturas dare, sed non sic legatus, bene ergo potest legatus donec durat in officio impedire ordinarium in conferendo: sed finito officio non, hæc Io. An. Constitutiones factę a legato in sua ꝓuincia durãt postea ꝑpetuę, licèt de ꝓuincia fit egressus, vel sit mortuus secus si causam delegent quia egressus eis de prouincia non durat iurisdictio delegatorũ, non autem si legatorum discessum citatio ꝑcesserit, extra de off. leg. c fi Item collatio beneficii per legatum sedis Apostolice alicui facta nullius momenti existit, si in ea non fuit habita mentio de alio beneficio, quod prius obtinẽbat. Et quærit Ioan. An. in gl. ibi. Quid si legatus proprio motu, & hoc expræsso in litteris concessionis confert alicui beneficium habenti aliud beneficium non facta mentione de illo, nunquid valet collatio talis sicut valeret si eo casu Papa alicui contulisset, vt dicitur de Papa. in capit. si proprio motu. de præbend. libro sexto. Et videtur quod non, quia Papa non est subiectus legibus vt legatus. C. de legi. l. digna vox. Vnde aliud in papa aliud in legato. Sed contrarium credo. Sicut enim ordinarius confert alicui beneficium habẽti aliud tenet collatio licèt vtrumque retinere non possit, sic & legatus si conferat, tenebit collatio, licèt vtrunque tenere non possit, & facit suprà de reser. c. gratia, lib. 6. Hoc igitur intendit decretalis, quod sicut impetrans beneficium a Papa tenetur de beneficio quod habet, q̃tuncunq; sit modicũ facere mentionẽ, sic impetrans a legato, aliàs nõ valebit collatio, quia impetratio surrepti tia est, vbi verò non impetrauit sed legatus cõtulit in quo peccauit ille cui facta est collatio?

tio? certe in nullo, vnde credo tenere. Legatus etiam de latere non potest se intromittere de his quæ Papæ specialiter seruantur, vt de transla. episcoporum, cessionibus, summissionibus vnius ad alterū & huiusmodi, extra de offi. deleg. c. nisi, & c. post translationē, nisi quæ reperiuntur in iure eis concessa vel si super aliquibus eorum haberet specialē auctoritatem a Papa. Item nota ꝙ de iuregentium est legatorum, nō violandorū religio. dist. 1. ius gentium. Vbi dicit gl. ꝙ si quis legatū vel amicorū, vel hostium impedit, scdm leges traditur hostibus, vt sit seruus illorum. ff. de leg. l. si. secundū canones est excōicandus, vt 94. dist. si quis. Vbi dixit Alexāder Papa. Si quis legationem impedit non vnius: sed multorū profectum auertit, & sicut multis nocet, ita a multis arguendus est & bonorū societate priuandus. Et quia Dei causam impedit & statū conturbat ecclesię ideo ab eius liminibus arceatur. De auctoritate & potestate legatorum ad quanta & ad que se extendant, diffusè ponit Speculator in ti. de legatis.

TITVLVS XXII. DE STATV summorum Pontificum.

¶De gloria & honore summi Pontificis. Cap. I.

MInuisti eum paulominus ab angelis gloria & honore coronasti eū & cōstituisti eū super opera manuū tuarū. Psal. 8. Loquitur propheta ad patrē omnipotentē de filio suo incarnato, vt introducit Apost. auctoritatem ipsam ad Hæbr. 1. ca. scribens. Qui. s. Dei filius inquātum homo factus mortalis, minor fuit inuentus angelis, qui sunt immortales, sed sanctitate & auctoritate maior. Coronatus vtique gloria immortalitatis in resurrectione, honore venerationis in ascēsione, ꝙa tremunt vidētes angeli. Et iudiciaria potestate in fine sublimatus constitutus est super oēs creaturas. Data est mihi omnis potestas (vt ait ipse. Matt. vlt.) in cœlo & in terra, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestiū terrestrium, & infernorum, ad Phil. 2. cap. Et ꝙa recedens a nobis sua præsentia corporali vicarium suum reliquit in terris, scilicet summum Pontificem qui Papa dicitur quasi parer patruum, ideo congrue hæc verba de Papa possunt exponi. Est enim Papa (vt ait. Hostien.) maior homine, sed minor angelo, quia mortalis homo, maior tamen auctoritate & potestate. Neque. n. angelus pōt consecrare corpus & sanguinem Christi neque absolure, vel ligare, cuius rei iurisdictio plenarie est in Papa, nec ordinare vel indulgētias dare & hmōi. Est gloria & honore coronatus gloria commēdationis, quia non solum beatus dicitur, sed & beatissimus. Quis eum sanctū dubitet, quē apex tante dignitatis attollit? dist. 40. non nos. Honore coronatur, venerationis vt osculentur fideles pedes eius, maior veneratio fieri non potest, Psal. 99. Adorate scabellum pedum eius. Coronatur & magnitudine auctoritatis, quia cūctos ipse iudicaturus, a nemine est iudicandus nisi deprehendatur a fide deuius. dist. 40. si Papa. Vnde & tuplici corona aurea coronatur. Et est constitutus super omnia opera manuum suarū ad disponēdum de omnibus inferioribus, ipsæ aperit cœlum mittit reos ad iufernum, confirmat impertium, ordinat totum clerum. Quia ergo sibi data est cura de omnibus, vt docet Ber. ad Eugenium attendat ad ea quæ sunt in se, & ad ea quæ sunt sub se, & ad ea quæ sunt circa se & ad ea quę supra se sunt.

¶Primo attendat quæ sunt in se. A te inquit idem incipiat consideratio tua non solū aūt a te, sed in te firmatur quocunque euagetur, ad te reuoces eam cū salutis fructu. Sic exeat, vt te non deserat contra salutem propriā cogites nihil. Minus dixi contra præter dixisse debueram. Quicquid se considerationi offerat quod non quoquo modo ad tuam ipsius salutem pertineat respuendum. Et hæc tui cōsideratio in tria quædam diuidatur. Si consideres, quid, quis, & qualis sis quid in natura, quis in persona, qualis in moribus seu vita. Quid verbi gratia homo, quis Papa, qualis benignus manſuetus, vel tale quid. Considerādo quid sis, occurrit quia homo, animal. s. rationale & mortale & ex hac consideratione tibi fructus occurrit, vt mortale quod in te est rationale humilier. Et rursum rationale mortale confortet. A facie considerationis tuæ occurrat tibi homo nudus, & pauper, & miser, & miserabilis homo dolens ꝙ homo sit, erubescens ꝙ nudus sit, plorās ꝙ natus sit, homo ad laborem, non ad honorem. Hō natus de muliere (ait Iob) & hoc cū reatu, breui viuens tempore ideoque cum metu repletus multis miseriis & ꝓpea cū fletu, & vere multis, ꝙa cū animæ & corporis simul. quid. n. calamitate vacat nascēti i pctō, fragili corpe & mēte sterili. vere ergo repletus cui infirmitas

§. 1.

cor-

corporis & ſanitas cordis cumulatur, traduce ſorde mortis additione ſalubris copula, & vt cogitans te ſummũ pontificẽ, attendas periter & viliſſimum cinerem eſſe. Cõſidera quis ſis, quia ſcilicet pontifex ſummus. Et nunc audi canticum meum, equidem minus ſuaue ſed ſalutare. Monſtruoſa res gradus ſummus, & animus infirmus, ſedes prima, & vita ima. Lingua magniloqua & manus ocioſa. Sermo multus, & fructus nullus. Vultus grauis, & actus leuis, ingens auctoritas, & nutans ſtabilitas. Admoue ſpeculum, inſpice tñ et tu, ne forte etſi ſit vnde merito placeas tibi & id qua debeas diſplicere nõ deſit. Oĩa ſibi deſunt qui nil ſibi deeſſe putat, quid ſi ſummus pontifex ſis nunq̃d qa ſummus põtifex ideò ſummus infimũ noris eſſe, ſi ſummũ te putas. Quis ſummus, niſi cui addi nõ poteſt. Grauiter erras ſi te illum exiſtimas. Tu vero conſidera, nõ cõſummatione ſummũ te dicit ſed cõparatione, nõ meritorũ ſed miniſterio rum, ſummũ dixerim planè inter miniſtros. Cõſideres ergo (ait idem in fine 4. lib.) ſanctã Romanã eccleſiam cui patres matrem eſſe eccleſiarum, non dominam. Te vero non dominum epiſcoporum: ſed vnum ex his. De cętero conſidera oportere te eſſe formam iuſtitiæ, ſanctimoniæ ſpeculum, pietatis exemplar, aſſertorẽ veritatis, fidei defenſorem, doctorem gẽtium, Chriſtianorum ducem, amicum ſponſę, ſponſæ paranymphum, cleri ordinatorem, paſtorem plebium, magiſtrum incipientium, refugium oppreſſorum, pauperũ aduocatum, miſerorum ſpem, tutorem pupillorum, iudicem viduarum, oculum cæcorum, linguam mutorum, baculum ſenum, vltorem ſcelerum, malorum metum, bonorum gloriam, virgã potentum, malleum tyrannorum, regnum patrem, legum moderatorem, canonum diſpenſatorem, vrbis terræ lumen, ſacerdotem altiſſimi, vicarium Chriſti, Chriſtum domini, poſtremo Deum Pharaonis, intellige q̃ dico. Proinde ſi conſideras quantus es, cogita tertio etiam qualis. Et hæc conſideratio tenet te in te, non infra deiici, non ſupra attolli, non euadere in longius, non extendi in latius. Tene medium ſi non uis perdere modum. Locus medius tutus eſt. denique longitudo ſcilicet nimia exterminium habere ſolet, & dilatat oſciſſuram, & altitudo ruinã, & profundum abſorbitionem. Nunc vero longum dico cum homo longiorem ſibi promittit viam, quod non facit prudens, latum ſibi facit actum, cum in ſuperfluas animus extenditur curas, quas temperãtia moderãtur. Altum verò cũ de ſe plus præſumit a quo iuſtus ſe continet. Profundum verò cum plus debito ſe diicit, cum fortitudo reſiſtit. Sane in conſiderando qualis ſis, etiam qualis fueris ad memoriam reuocandum, conferendo poſteriora prioribus. Profeceris ne in virtute, in ſapientia, in intellectu, in ſuauitate morũ. An forte q̃ ab his deceris, patientior ſis an impatientior. Solito irracundior leuior ue in ſolentior, an humilior, affabilior an auſterior, exorabilior an difficilior, puſillior animo an magnanimior, ſeuerus magis, an puluſculum diſſolutus, timoratior, an cõfidentior plus quam oporteat, q̃ latus tibi patet campus in hoc genere conſiderandi. Non eris innocens, ſi aut punias eum cui forte parandum eſſet, aut parcas ei qui fuerat puniendus. In tribulationibus quoque qualem te inueneris, nolo diſſimules. Si conſtantem in tuis, & dolentem in alienis gaude recti cordis hoc eſt. Fugienda eſt etiam ocioſitas mater nugarum, nouerca virtutum inter ſeculares nugę ſunt, in ore ſacerdotis blaſphemię. Interdum tamen ſi incidãt ferendæ fortaſſis, referẽdę nunquam fęde ad cachinnos moueris, fędius moues.

§. 3. ¶ Secundo admonet eũ conſiderare quæ ſub ipſo ſunt, & hoc eſt totum mundum in cuius ſignum & figuram fuit, quòd & ante reſurrectionem & poſt reſurrectionem apparẽ te domino diſcipulis nauigantibus ſolus Petrus in mare ſe miſit, & ſic venit ad ipſum aliis nauigio peruenientibus. Mare hoc ſeculum eſt, (ait ipſe Bern.) & aquæ multę ſunt populi multi nauiculæ plures particulares ec cleſiæ apoſtolis igitur ceteris commiſſæ ſunt particulares prouinciæ, vt Iohanni Græcia, Matthęo Ethiopia, Bartholomeo India, Iacobo Hieroſolyma, & huiuſmodi Petro verò totus mũdus. Si igitur omnis debitor eſt ſucceſſor Petri pontifex ſummus. Sapientibus & inſipientibus iudæis & gentibus nõ vt præſit tantum, ſed vt profit in ſollicitudine multa, vt operam det vt increduli conuertantur ad fidem. Conuerſi non auertantur, auerſi reuertantur. Porro peruerſi ordinentur, ad rectitudinem ſubuerſi ad veritatem reuocentur, ſubuerſores inuictis tationibus conuincantur, vt vel emendentur ipſi, vel ſi fieri poteſt autoritatẽ facultatemque perdant, alios ſubuertẽdi vt hæreticos & ſchiſmaticos. Hortantur etiam ipſæ Bern. ipſum ſcilicet papam ad mittendũ prædicatores ad paganos. Exemplo Grego. Papæ qui miſit Auguſtinum ad Angelicos, & eos traxit ad fidem, admonet &

ambitio-

ambitiosos reprimere dicens. An limina apostolorum plus iam ambitio quam deuotio terit? an nō vocibus eius toto die resultat palatium vestrum? an non quæstibus eius tota legum canonunque disciplina in sudat? an non spoliis eius omnis italica inhiat in explebili auiditate rapacitas? Reprehendit exinde de iniustis & nimiis appellationibus, quę fiūt ad curiam dicens. Quousque nō euigilat cō sideratio tua ad tantam appellationum confusionem & abusionem, quæ præter ius & phas præter morem & ordinem fiunt. Nō locus, non modus, non tempus, non causa discernitur, aut personæ præsumuntur leuiter passim plerunq; & nequiter volentes malignari. Nōne his potissimum terreri solebāt. Nunc terrori ipsi ex his magis fiunt atque id bonis antidotū versum est in venenū. Et concluditur in huiusmodi dicens. Prorsus fauendę & manutenendæ sunt appellationes, sed quas extorsit necessitas non calliditas adinuenit, vsurpatorię sūt huiusmodi omnes nō subuenientes in necessitate, sed opitulantes iniquitati. Admonet exinde abstinēdum ab auaritia & muneribus dicens. Præes & singulariter ad quid. Nunquid vt de subditis crescas? nequaquam, sed vt ipsi de te constituerunt: sed sibi non tibi. Alioquin quo pacto te reputas superiorem his, a quibus beneficium vendicas. Parui deiectique est animi de subditis nō profectum quærere subditorum, sed quæstum ꝓprium in summo præsertim omnium nihil turpis. Auaritiam autem longe a te esse supra testatus sum sciens quanta tua necessitate respueris, ad te ꝓinde scripserim ista, non propter te. Nempe quod tibi scribitur soli prodesse nō decet, hic locus auaritiā a quo immunis satis tua opinio est. An & opus tu videris. Exemplificat de duobus archiepiscopis scilicet Colomēsi & Magūtino, quorum vnus magnam summam auri obtulit vt episcoparetur, sed vacuus rediit, alter iudicatus idoneus post gratiam receptā in recognitionem aliquid sponte dedit quod sibi restitui fecit. ¶ Inuehit contra exemptiones & dispensationes quæ fiunt a papa tanquam habētes specialem mali dicēs. Subtrahuntur abbates episcopis, episcopi archiepiscopis, archiepiscopi patriarchis, sine primatibus bona ne species hæc? mirum si excusari queat, vel opus sit factitando, probatis vos habere plenitudinem potestatis, sed vtrum debeatis quæstio est. Inducit exemplum de ordinibus angelorum qui ita ordinatur sub vno capite Deo, quōd etiam inferiores ordines superioribus suscipiuntur. Et loquitur de exemptionibus vel dispensationibus quæ absque causa rationabili fiunt, ex quibus sequuntur, vt ipsæ ait, insolentiæ dissolutiones, dilapidationes, simulationes, scandala, odia, & inter ecclesias, inimicitiæ graues, per petesque discordiæ, & subdit Ber. Non prohibeo dispensare, sed dissipare. Non audis vt ignores dispensatores vos positos in ædificatione, nō in destructione. Denique quęritur, inter dispēsatores vt fidelis quis inueniatur. Vbi necessitas vrget, excusabilis dispensatio est vbi vtilitas prouocat dispensatio laudabilis est, vtilitas dico communis non propria. Nam cum nihil horum est non plane fidelis dispensatio: sed crudelis dissipatio est. Demum solicitat eum ad faciendum obseruare decreta quæ ipsæ Eugenius promulgauerat in Remen. concilio spectantia ad honestatē habitus clericorum, & circa promotionem indebitam ordinum quæ malè obseruabantur.

¶ Tertio admonet de his quæ circa te sunt. §.3.
Bern. ad Eugenium 4. lib. dicēs. Et si ipsa etiā sub te sint, tamen propriora & ea importuniora circa huiusmodi quam sobria & intenta consideratione opus est. Hæc iniquam circa te sunt clerus & populus tuus cui spiritualiter episcoparis, ac ꝓ hoc specialis curę teneris debito, Hi quoque qui tibi quotidie assistunt seniores populi vbis iudices & qui de domo & mensa tua sunt capellani, & cubicularii ministri quique diuersis deputati officiis in obsequium tuum, hi sunt qui non verentur suscitare dilectam, & antequam velit. Primo quidem clerum illum ordinatissimū esse decet, exquo præcipue in omnem ecclesiam cleri forma præcessit. Deinde quod peream agit præsente id ibi turpius. Interest gloriæ sanctitatis tuæ, vt quos oculis habes ita ordinati, ita sint informati quatenus totius honestatis & ordinis ipsi speculum ipsi sint forma, inueniantur præ cæteris oportet expediti ad officia, idonei ad sacra, ad plebes erudiendas solliciti circumspecti ad semetipsos custodiendos in omni castitate. Quid de populo loquar? populus Romanus est. Nec breuius potui nec expræssius tamen totū apperire de tuis christianus parochianis quid sentio. Quid tam notum sæculis quam proteruia & fastus Romanorum, gens insueta paci tumulti assueta, gēs immitis & intractabilis vsque adhuc subdi nescit, nisi cum non valet resistere. En plaga tibi incumbit, cura hanc. Noli diffidere, curam exigeris nō curationem.

tionem. Denique audisti, curam illius habe, & non cura vel sana illum. Verum dixit quidam. Non est in medico semper releuetur vt æger. At melius. De tuis propono tibi. Paulus loquitur, plus omnibus laborauí, non ait plus omnibus profui, aut plus omnibus fructificaui. Nouerat homo quem docuit Deus, quia vnusquisq; secundum suum laborem accipiet, non secundum prouentum. Et ob hoc in laboribus potius quam in prouentibus gloriandum putauit, sicut alubi quoque habes ipsum dicêtem, in laboribus plurimis ita quçso, fac tu quod tuum est. Nam Deus q̃ suum est satis absque tua sollicitudine & anxietate curabit. Planta, riga, fer curam, & tuas explicuisti partes, sane incrementum, vbi voluerit dabit Deus non tu, vbi forte noluerit tibi disperit nihil. Omne papale negocium illi agunt scilicet Romani. Quem dabis nihil de tota maxima vrbe, qui te in papam non receperit precio, seu spe precipii nõ interueniente. Et tunc potissimum volunt dominari, cum professi fuerint seruientem. Fideles se exponent, vt oportunius fidelibus noceant. Et hoc nõ erit concilium tibi a quo se arcendo non secretum, quod se non ingerant, ante omnia sapientes sunt vt faciant mala, bonum autem facere nescíunt, hi iniusti terræ & cœlo vtrique iniecere manus impii in clerum, temerarii in sancta, seditiosi in uicem, æmuli in vicinos, inhumani in extraneos, quos neminem amantes amat nemo. Et cum timeri affectant ab omnibus, omnes timeant necesse est, hi sunt qui subesse non sustinent, præesse non norunt, superioribus infideles, inferioribus importabiles. Hi inuerecundi ad petendum, ad negãdum frontuosi, hi importuni vt accipiant ingrati vbi acceperint docuerunt linguam suam blanda loqui cum operentur exigua largissimi promissores, & parcissimi exhibitores, blandissimi adulatores & mordacissimi detractores, simplicissimi dissimulatores, & malignissimi ꝓditores. Inuehit exinde contra honorem exteriorem, & apparatum curiæ dicens. Vides omnem ecclesiasticum zelum seruere sola pro dignitate tuenda, honori totum datur, sanctitate nihil aut parum. Si causa requiren te paulo submissius agere, ac socialius te habere tentaueris. Absit inquiunt non decet, tempori non congruit, maiestati non conuenit quam geres personam attendito. De plácito. Dei vltima mentio est, ꝓ iactura salutis nulla cunctatio, nisi quod sublime est hoc salutare dicamus, & quod gloria redolet id iustum. Ita omne humile probro datur inter platinos, vt facilius qui esse quam qui apparere velit humilis inueniẽs, timor domini simplicitas reputatur, ne dicatur fatuitas. Virũ circunspectum & amicum propriæ conscientiæ calumniantur hypocritam porro amatorem quietis & sibi interdum vacantem inutilem dicunt. Quid ergo tu euigilas n dum ad huc ad istos qui circundederunt te laqueis mortis. Scio vbi habitas, increduli & subuersores sunt tecum, lupi non oues sunt, talium tu est pastor vtilis consideratio, qua forte ineueneris, quomodo si fieri possit, cõuertas eos ne ipsi subuertant te. Si dura fronte sunt durato & tu ecõtra tua. Nihil tam durum quod duriori non cedat. Non est superuacua consideratio qua intendis disponere domui tuæ prouidere his qui in sinu tuo, & in gremio tuo sunt. Audi Paulum si quis domui suæ præesse nescit quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Et hæc dicens. Non te moneo summis occupatum intendere infirmis & minimis spendere quod maximis debes, at illa per te agens per te etiam oportes prouideas, qui pro te det his prouidéant vacuum prorsus a sollicitudine rerum minorum & vilium oportet esse animum tam magnis & tam multis intentum rebus. Oportet esse liberum quem nulla sibi vendicet violenta occupatio, Oportet esse ingenuum quem nulla deorsum trahat in digua affectio. Oportet esse rectum, quẽ nulla seorsum auertat sinistra intẽtio. Oportet esse cautum, quẽ nulla subeat furtiua suspicio. Oportet esse vigilem, quem nulla a sese abducat peregrina & curiosa cogitatio. Oportet esse firmum, quem nulla concutiat repentina turbatio. Oportet esse inuictum quem nulla fatiget continua tribulatio. Oportet esse amplum, quẽ nulla coercet rei temporalis amissio, his te non dubites & bonis priuandum & seriendum malis: si animum diuidens, & dei rebus tuis pariter reiculis nolueris imperiri. Procurãdus quẽ implices qui pro te molat pro te dico non tecum. Quædam per temet facies quædam per te & alios simul, quædam per alios & absque te, non est quòd inter ista dormitet consideratio tua, quærẽdus proinde fidelis & prudens quem constituas super familiã tuam. Fideles nõ fraudet. Prudens vt nõ fraudetur. Adhuc inutilis est, si tertiũ desit auctoritas, talis. s. fideli & prudẽti, subdẽdi sunt oẽs, nullũ patiatur cõtradictorẽ nemo qui dicat cur fecisti sic, vt potestatẽ hẽat excludere & admittere quos vult,

mutare

mutare miniſtros transferre miniſteria ad quos & qñ voluerit. ¶ Ita timori ſit omnibus vt ſic & vtilitati præſit oĩbus, vt oĩbus proſit, & de omnibus clãdeſtinas & ſuſurraneas delationes nõ recipias aduerſus eum, ſed magis detractationes cẽſeas. Et hanc tibi velim generalem conſtituere regulam, vt omnem qui palam veretur dicere quod in aure locutus eſt ſuſpectum habeas. ¶ Itaque vnus omnibus facienda iniũgat & vni omnes reſpondeant tu illi habeas fidẽ vacans tibi & eccleſiæ Dei. Si quo minus aut fidelis inueniatur, aut prudens fideli potius committendum. Sane & duobus tutius hoc quãquam ſi idoneus nõ reperitur etſi minus fidelem ſuſtinere potius cõſulo quam te immergere labyrintho huic. Memento ſaluatorem Iudã œconomũ habuiſſe. ¶ Deinde reprẽhendit epiſcopos, qui nimiam diligẽtiam habent de temporalibus facultatibus, & quaſi nullam de animabus. Et poſt plura ſubdit. Non oportet vt vitia domus tuę vltimus ſcias, quod quam plurimis nouimus contigiſſe. Qua propter vt diximus, alius alia diſpenſet, de diſciplina tu prouide. Illud nemini credas. Si inſolentior corã te, vel ſermo inſonuerit vel habitus apperuerit, manus tua ſuper eiuſmodi tu vlciſcere iniuriam tuam. Impunitus auſum parit, auſus exceſſum. Domũ epiſcopi decet ſanctitudo, decet modeſtia, decet honeſtas, quorum diſciplina cuſtos, ſacerdotes domeſtici, aut cẽteris honeſtores, aut omnibus fabula ſunt in vultu, in habitu, in inceſſu illorum qui circa te ſunt nil reſidere impudicum, nil incedens patiaris. Diſcant a te coepiſcopi tui comatulos pueros, & comptos adoleſcentes ſecum non habere. Certe inter mitratos diſcurrere clamiſtratores non decet, Nec auſteritatem, tamen ſuadeo tibi, ſed grauitatẽ, illa infirmiores fugat, hæc reprimit leuiores, illa odibilem hæc incontemptibilem reddit. Quid hac mediocritate gratius vt nec de ſeueritate ſis oneri, nec de familiaritate contẽptui, in palatio papam, domi te patrem familias exhibeas, tamen te domeſtici tui, ſi nõ facito vt timeãt. Vtilis ſemper cuſtodia oris, quæ tamen affabilitatis gratiam nõ excludat ille conuenientior auidus ſi actu quidem ſeuerus ſis, vultu ſerenus, verbo breuis. Capellani tui non ſint ſine honore, his contenti ſint quæ tu prouideris illis, tu vide ne egeãt ſuper hoc quem forte ab aduentantibus petere deprẽhendẽs, iudica. Giezitam, idem de oſtiariis, idem de cæteris officialibus decernendum.

¶ Quarto de his quę ſunt ſupra te. in 5. li. ad monet conſiderandum, ſcilicet quæ ſunt in ſuperna pattia, & ait. Hoc velim ſolerter advertas vir ſagaciſſime Eugeni, quia totiens peregrinatur conſideratio tua, quotiens ab illis rebus ad iſta deflectitur inferiora & viſibilia, ſiue intuenda ad noticiam, ſiue petenda ad vſum, ſiue pro officio diſponẽda vel actitanda, ſi tamen ita verſatur in his vt per hæc illa requirat, aut procul exulat. Sic conſiderare vel approbare repatriare eſt. Ibi ponit in ſecundo cap. tres ſpecies conſiderationis. Et primam vocat diſpenſatiuam, quę ſcilicet ſenſibus ſenſibilibuſq; rebus ordinate, & ſocialiter eſt vtẽs ad promerẽdum Deum. Secundam appellat ęſtimatiuam, quę prudenter ac diligenter quęque ſcrutans & ponderans ad inueſtigandum Deum. Tertiam appellat ſpeculatiuam, quæ in ſe eſt colligens, & quantum in ſe eſt diuinitus adiuuatur rebus humanis eximens, ad contemplandum Deum. Et ſubdit quòd tribus modis Deus & angeli eius noſtra conſideratione inueſtigantur opinione, fide, & intellectu quorum intellectus rationi innititur, fides auctoritati, opinio ſola veriſimilitudine ſe tuetur. Et declarat quomodo de angeliis quę dam noſcimus intellectu, quædam opinione quædam fide, vt de his quæ tradit ſcriptura ſacra de ordinibus Angelorum, & miniſtris eorum pulchra & deuota ſcribens de ſingulis ordinibus. Deinde de Deo quomodo ſibi hoc verbum eſt conuenit, & quomodo dicatur eſſe principium, & quomodo ex ipſo, per ipſum, & in ipſo ſint omnia. Item quòd Deus quo nihil melius cogitari poteſt. Et quomodo ſimplex eſt, & non ſolum vnus ſed vniſſimus. Nec trinitas perſonarum tollit hãc vnitatẽ ſcilicet ſubſtantiæ ſuæ deitatis. Vbi etiã ponit octo differentias vnitatis & vltima eſt vnitas trinitatis quæ oẽs excellit, & hoc in 9. c. & in 10. Et in 11. ponit de vnitate triũ ſubſtantiarũ in vna pſona Chriſti ſcilicet carnis animę. & verbi. Declarat etiam quid ſit Deus quãtum ad effectus plurimos quos operatur in creatura & præcipue rationabili. Demum exponit quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum in Deo, quia longitudo eſt æternitas, latitudo charitas, ſublimitas potentia, profundum ſapientia in omnibus, aliàs in nobis habetur longitudo per perſeuerantiam, latitudo per dilectionem ſcilicet vſque ad inimicos, profundũ per humilitatem cõſideratis Dei iudiciis, altitudinem per contemplationem ſeu fiduciam promiſſorum.

§. 4.

¶ De

¶ *De poteſtate Papæ in genere vbi de poteſtate ordinis & iuriſdictionis, & inter prætationis. Cap. 2.*

Oīs poteſtas eſt a Deo.

DE poteſtate papę. Nota q̄ quāuis omnis poteſtas ſit a Deo & abuſus poteſtatis non ſit a Deo, poteſtas tamen Papæ per excellentiam & ſingularius eſt ab ipſo Deo. Iſta tria puncta ſic declarantur. Primum ponit Apoſtolus dicens. Non eſt poteſtas niſi a Deo. Ro. 13. Hoc autem ſic declaratur. Et probat Augu. de Ancho. in li. de poteſtate papæ, alias intitulatur iſtæ lib. de poteſtate eccleſiaſtica, qui ſæpe in hoc titulo allegatur. Deus eſt cauſa cuiuslibet rei habentis entitatem in bonitate in triplici genere cauſæ ſcilicet efficientis, formalis, & finalis. Efficientis igitur eſt omnis poteſtas a Deo ratione deriuationis ſicut enim omnia entia creantur & deriuantur ab vno ente, & omnis ſubſtantia ab vna ſubſtantia, ita omnis principatus cauſaliter deriuatur ab vno principe. Talis autē princeps eſt Deus. Vnde ſcribitur Sap. 6. Data eſt vobis a Deo virtus & poteſtas ab altiſſimo qui interrogabit opera veſtra, & Dan. 3. Sciant gentes quia dominatur altiſſimus in Regno hominū, & cui voluerit dabit illud. Secundo eſt a Deo omnis poteſtas formaliter ratione eius ordinationis. Nam in quolibet principatu eſt ordo quidam ſuperioris ad inferiorem, & inferioris ad ſuperiorem. Et quātuncunque ſuperiores vel inferiores ſint mali, ipſæ tamen ordo de ſe habet rationem boni, quia etiam ipſa mala bene ordinata & loco ſuo poſita laudabiliora ſunt, & eminētius commendant bonum, & ſemper ex tali ordine conſurgit aliquod bonum. Et ſi ex principatu malorum ratione diuinæ ordinationis inſurgit aliquod bonum. Vnde & Auguſti. dicit quod per poteſtatem a Deo diabolo traditā Iob probatus eſt vt iuſtus appareret. Petrus tentatus ne de ſe præſumeret, Paulus colaphizatus, ne ſe extolleret, Iudas damnatus vt ſe ſuſpēderet. Tertio eſt a Deo poteſtas finaliter ratione eius reductionis. Nam quandiu ſumus in hoc mundo, ſumus in via & in quodam bello. In bello autem neceſſe eſt vt aliqui ſint principantes & alii ſint ſeruientes. Et ideō quandiu bellatores ſumus & in exercitu, tandiu Angeli dominabuntur Angelis, & homines hominibus, quia tota eccleſia militans eſt terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Sed cum peruenerimus ad Deū tanquam ad terminum & finem noſtræ ſęlicitatis, non erimus amplio bellatores, nec neceſſaria erit amplius dominatio. Vnde. 1. Cor. 15. dicitur, quōd cum ipſę filius tradiderit regnum, ideſt ſuos electos Deo patri, tunc euacuabitur omnis principatus & omnis poteſtas.

¶ Quod abuſus Papæ non ſit a Deo, ſed malicia & prauitate hominū, probatur ex hoc quod dicit dominus per prophetam, ipſi regnauerunt & non ex me principes extiterūt & non cognoui. Fit autem abuſus poteſtatis ſecundum Augu. de Ancho. tripliciter. ¶ Primo per prauam adeptionem, ſunt enim aliqui qui poteſtatem & principatum praeadipiſcuntur, quia vel per ſymoniam vel per minas vel per ambitionem, in quorum perſona dicit propheta. In fortitudine noſtra ſumpſimus nobis cornu. Et Leo Pa. 1. q. 1. c. Principatus, vbi ait, principatus quem metus extorſit, aut ambitus occupauit, etſi actibus vel moribus nō offendat, ipſius tamen initii ſui eſt pernicioſus exemplo. Secundo per prauā eius executionē, quia ſi legitime aſſecuti ſint poteſtatem, tamen non vtuntur prælatione ad vindictam malefactorum & laudē bonorum, ſed econtrario ſecundum illud. Heſter. 16. Multi bonitate principum & honore. ſ. bonitatis q̄ in eos collatus eſt abutunt in ſuperbiam, & nō ſolum ſubiectos nituntur opprimere, ſed datam ſibi gloriam non ferentes in ipſos qui dederunt moliuntur inſidias, & ſic ēt intelligitur illud Hier. 8. q. 1. Audater, fortaſſe aliquid dicimus, tamē quod ſcriptū eſt dicimus. Non ſemper princeps populo & iudex eccleſiæ per Dei arbitrium datur, ſed prout merita noſtra depoſcunt. Si mali ſunt actus noſtri & operamur maligna, dantur nobis princeps ſecundum cor noſtrum. Et induxit exemplum de Saule qui cum factus eſſet rex populi iubēte domino (vt habet. 1. Reg. 9.) dicit dominus non per ſe eſſe factum, ſcilicet quoad abuſum eius. Tertio abutitur quis poteſtate & prælatione per prauam intentionem ſicut illud prælati q̄ etſi bona & iuſta faciunt in ſuo regimine, hoc nō agunt propter iuſtitiæ obſeruationem, ſed propter ſuæ gloriæ diuulgationem, ſecundum illud Iob. 34. Regnare facit hypocritam propter peccata populi, vbi Greg. in glo. dicit quōd poteſtatem principatus Deus tribuit, e latione verō potentiæ malicia noſtra inuenit. §. 1.

¶ Quod poteſtas Papæ ſit ſingularius a Deo quā alię poteſtates, declarat hoc tripliciter.

¶ Primo quantum ad electionem.

¶ Secundo quātum ad eius gubernationem.

¶ Tertio quantū ad impugnationem & inobedientium ſibi punitionem.

¶ Quan-

¶ Quantum ad primum sic declarat. Sicut Deus generaliter habet esse in omnibus rebus per prę̃sentiam, potentiam, & essentiam, in suis tamen fidelibus habet esse quodã speciali modo scilicet per gratiam, & charitatẽ. Sic licèt in electione omnium potestatum Deus operetur (vt dictum est) quodam tamẽ singulari modo operatur in electione summi pontificis, qui suos fideles habet regere & ordinare ad cultum Dei. Vnde multum peccãt electores qui huic singulari diuinę prouidentiæ qua regit ecclesiã non inniituntur. ¶ Quãtum ad secundum scilicet eius gubernationem quamuis Deus habeat curam generalẽ omnium rerum, singulari tamen modo habet curam de potestate summi pontificis regentis & gubernantis ecclesiam suam. Vnde dicit Chrys. in quadam homelia q̃ magna cura est Deo de ecclesia, nõ montibus circundata: sed fide circumsepta. Nam propter ecclesiam cœlum extẽsum est, aer sparsus est, mare diffusum est, terra fundata est, paradisus plantatus est, & multa mirabilia facta sunt propter ecclesiam, mare diuidebatur & iterũ suebatur, propter ecclesiam prophetæ, propter ecclesiã apostoli, propter ecclesiam vnigenitus dei filius factus est homo. Ego ipsam statui, inquit persona Christi, qui cœlum fundaui & Angelos creaui. Sed propter cœlum crucifixus nõ sum, propter cœlum celeste corpus non accepi, nec naturam Angelorum assumpsi, vt dicas quoniam cœlo angelis & omni creatura singularior & honorabilior est ecclesia. ¶ Tertio ostenditur excellentia huius potestatis super alias quãtum ad punitionem impugnantium & non obedientium sibi. Gerit enim summus pontifex in ecclesia, uicẽ illius prophetæ de quo dicitur Deuter. 18. Prophetam suscitabo vobis de fratribus vestris &c. Quicunque non audierit prophetam illum, ego vltor existam pœnam scilicet æternam & temporalem sibi infligendo glo. dicit ex quo verbo habetur q̃ impingentes in summũ pontificem, & resistens sibi grandi pœna puniendi sunt. Vnde ipsæ Papa significatur per monte Synai, de quo dicitur Exo. 19. q̃. die tertio descendit dominus in montem Synai dicens filiis Israel. Ne ascendatis ĩ montem nec tangatis fines eius qui enim tetigerit morietur. Significatur enim summus pontifex per talem montem. Primo enim ratione generalitatis, quia sicut mediante tali monte descendit Deus coram toto populo iudæorum, sic Christus mediante potestate summi pontificis in lege noua descẽdit Deus super toto populo Christianorum. Secundo rõne sublimitatis quia sicut ille mons sublimior erat omni alio monte, ita papa sublimior est omni alio prælato. Tertio ratione legalis veritatis, quia sicut de illo monte data est lex, ita ab ipso papa omnes leges & iura exquirenda sunt. ¶ Omnis ergo qui hunc montem ausu temerario tangit impugnando, vel sibi nõ obediendo debet mori nõ quo modocunque, sed lapidibus & iaculis confodiendus. Vnde Symmacus papa ait. Quis sanctum esse dubitat quem apex tiaræ dignitatis attolat. dist. 40. Non nos, & Boni facius. Huius culpa redarguere præsumitur mortalium nullus, qa cunctos ipse iudicaturus a nemine iudicãdus nisi deprehendatur a fide deuius. Pro cuius perpetuo statu vniuersitas fideliũ tanto instantius orat quanto salutem suam post deum exilium incolumitate animaduertit propensius pendere. di. eadem. Si papa. Et si contingat aliquos assumi ad summum pontificum qui non sunt boni homines, sunt ali quando tamen boni prælati. Non bonum homine simpliciter facit sola charitas. Sed bonus prælatus potest esse per prudentiam & scientiam, quæ faciunt hominem bonum secũdum quid, idest ex partes intellectus, eo q̃ secundum ipsam potest esse vtilis ad regimẽ aliorum. Dicitur enim dist. 61. quòd rudibus & imperitis gubernacula ecclesię nõ sunt committenda. Et in hoc etiam apparet singulis prouidentia Dei, qua regit ecclesiam suam mediãte etiam potestate malorum hominum benè & vtiliter. Si autem talis sit assumptus ad papatu qui sit malus homo & malus prælatus etiam nihilominus potestas talium est a Deo & sub tali principatu prædestinati purgantur & saluantur & mali conteruntur & damnantur. Semper tamẽ honorandus est rõne dignitatis. Vnde Ber. ad Eugenium lib. 2. ait de Papa. Tu es sacerdos magnus & pontifex summus tu princeps episcoporum, tu hæres apostolorum Tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abrahã, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. Tu es cui claues traditæ sunt. Hæc ille. Et cum hoc dixit Pasce oues meas. Ioan. vlti. Sed hoc prius promisserat cum dixit, tibi dabo &c.

Papa significatur.

¶ Tibi dabo claues regni cœlorũ. In quibus verbis tria possunt considerari. Primo potestas ecclesiasticalis ad plura se extẽdens quia in plurali dicit claues regni cœlorum. Secundo largitas diuinalis ipsam liberè conferens, §. 3.

quia

quia Christus est qui ait, dabo, non vendan. Tertio sublimitas papalis eũ plene suscipiẽs, quia scilicet dicit Petro & sub ipso omni suo successori. Vnde tibi dabo claues reg. cœ. &c. In tota communitate christiana seu ecclesia est necessarium esse vnum solum præsidentẽ, quem dicimus esse papam successorem Petri, hoc autem probat Heruæus in tracta. de potestate papæ, ratione & auctoritate. Rationem autem inducit duplicem. Et prima sumitur ex vnitate ecclesiæ & est talis. In omni vno principatu bene ordinato est vnus solus summus princeps ad quem regimen pertinet omnium qui sunt de illo principatu, & in omnibus quæ pertinent ad bonum regimen illius principatus bene dispositi. Sed principatus ecclesiæ seu communitatis Christianæ est talis, videlicet vnus & bene ordinatus, ergo debet habere vnum solum principaliter præsidentem, qualis est papa. Maior probatur quantum ad tres partes quas continet. Nam quòd in vno principatu debet esse vnus solus præsidens supræmus patet ex hoc, quia pluralitas principum quorum vnus non subest alteri, repugnat bono reipu. qa vnus posset destruere quod alius posset facere. Vnde ex hoc cõcludit philosophus. 12. Metaphi. quòd totius vniuersi est vnus solus princeps dicens scientia nolunt mala disponi, nec bona est pluralitas principatuum, vnus est ergo princeps s. Deus. Quantum ad secundã partem maioris, scilicet q̃ sit princeps omnium de illo principatu patet, quia si aliquis non esset ab eo, non esset princeps totius principatus. Quantum ad tertium patet, quia si principatus & præsidentia eius non se extenderet ad omnia quæ pertinent ad bonum regimen illius principatus vt posset de oĩbus disponere, sua præsidentia esset insufficiens ad bene regendum. Minor autem probatur. s. q̃ principatus ecclesiæ seu communitatis Christianæ sit vnus, quia Christus dicit Ioan. 10. Fiet vnum ouile. s. Ecclesiæ, patet etiam ex symbolo Niceni concilii & vnam sanctam catholicam & Apostolicam ecclesiam. Est etiam talis principatus bene ordinatus, quia a spiritu sancto regitur ecclesia secundum Aug. dis. 8. Qui contempta, qui errare non potest. Et ad instar hierarchiæ cœlestis optimè dispositæ, iuxta illud Exo. 25. omnia fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratũ est, ergo oportet esse vnum præsidentem ecclesiæ. s. papa. Secunda ratio sumitur ex conformitate fidei & morũ, quæ debet esse tota in ecclesia Dei & est talis. ¶ In tota vniuersitate Christiana debet esse cõformitas, de his quæ pertinent ad veritatem fidei & bonos mores circa necessaria ad salutem. Sed talis conformitas nõ potest saluari nisi in ordine ad vnũ caput seu vnũ præsidentem ad quem spectat sententiare, quid credendum & quid nõ credendum, ergo &c. Et in tantum est istæ principatus vnus quòd nullus auctoritate humana potest dirimere. Ita quòd nec Papa cũ tota ecclesia posset istam monarchiam mutare. Et ratio est, quia vicarius generalis in aliqua communitate subiecta, non potest licitè facere contrarium quod principalis dominus ordinauit. Sed dominus Iesus Christus cuius papa est vicarius ordinauit vnum monarchã, vt patet per illud. Tu es Petrus & super hanc petram, &c. Et si dicatur quòd hæc vnitas monarchiæ accipiẽda sit in ordine ad vnum pastorem qui est Christus non valet, quia oportet ponere monarcham qui conuersetur cum subditis, & eos regat secundum varietatem temporum & locorũ & personarum, & vnum solum ordinauit Christus talem. s. Petrum & successores eius dicens. Tu es Petrus &c. & tibi dabo. ¶ Probatur hoc idem auctoritate Ioan. 10. Fiet vnum ouile, & vnus pastor, & illud est multiplex, sicut multiplex est ordo. Nam in quilibet septem ordinum imprimitur speci alis character, qui est quædam potẽtia spiritualis, ad agendum ea quæ pertinent ad illum ordinem. Sed de ordine sacerdotii est difficultas. Et cum ait tibi dabo claues regni cœlorum, &c. per clauem intelligitur potestas ecclesiastica & hæc dicitur clauis per similitudinẽ, quia sicut per clauem homo potest aperire & claudere, ita per potestatem ecclesiasticam clauditur regnum ecclesiæ militantis vel triumphantis indignis per subtractionem absolutionis, vel per excommunicationem, & bene dispositis, aperitur per absolutionem a peccatis & a sententiis. Est autem duplex potestas ecclesiastica. Vnde in plurali dicit claues, scilicet potestas ordinis & potestas iurisdictionis. Potestas ordinis, ibi, scilicet tibi dabo claues reg. cœl. & q̃cunq; &c. Vbi dicit gl. potestatem ligandi, & soluendi vni, ideſt, Petro concessit, vt nos ad vnitatem inuitaret. Christus enim principem Apostolorum eum constituit, vt vnum principalem vicariũ Christi haberet ecclesia, ad hoc optime facit q̃d dicit Cypr. 24. q. 1. loquitur. Cõstituit vicarium cum dixit. Pasce oues meas, sed promisit cum dixit. Tibi dabo clau. regni cœlorum. Quantum ad ordinem sacerdotalẽ est character impressus in aĩa in susceptio

Papa successo rẽ Pe.

Prima ratio.

Secũda ratio.

Duplex ptãs ecclesiasti ca.

ne sacerdotii indelebiliter a Christo, ut a causa principali ab episcopo vt a causa instrumentali ideſt quadã potentia non innata nec acquisita, sed a Christo infusa, qua videlicet aperiri põt regnum cœlorũ scilicet conficiendo corpus Christi verũ, & vt ita dixerim per consecrationẽ hostiæ faciẽdo cœlos aperire, & Christũ in sacramẽto existere. Habet etiã ptãtem super corpus Christi mysticũ. ſ. in absolutione sacramẽti pniæ disponẽdo ad gratiam instrumẽtaliter. ¶ Sed quia istud est magis obscurũ sciendũ ſm Heruẽ in lib. de potestate papæ, ꝙ effectus sacri pnię cuius minister est sacerdos est remissio peccati actualis. Hæc aũt remissio hĩi nõ põt nisi p displi centiã ipsius peccati actualis inquantũ est offensa Dei & p voluntatẽ satisfaciendi, & soluendi emendã p pœnã, & quia humana natura est insufficiens p se ad talẽ displicentiã, hñdam, & talem voluntatẽ satisfaciendi quæ sit Deo accepta, quæ quidẽ vocatur cõtritio. Ideò prouidit nobis Deus se sacramẽto pnię p quod minister ministrãdo tale sacrm possit in nobis causare talẽ dispositionẽ ad gratiam per ꝙ̃ suppleatur defectus noster qui est ex parte operantis, quia nõ nisi per talem dispositionem cõmuniter attigit ad contritionem, ita ꝙ ex parte operis operati. ſ. sacri actio pertingit ad cõtritionem, immo oportet ponere in ministro ptãtem spiritualẽ, p quã vna cũ debita forma verborũ causet talẽ dispositionẽ ad gratiam. Et hæc est ptãs characteris quæ põt esse sine ptãte iurisdictionis, sicut patet in sacerdote nõ hñte curã. Et econuerso põt esse potestas iurisdictiõis siue ptãte characteris, vt patet in nõ sacerdote hñte curam animarũ. Quia verò peccator nõ est dignus reconciliatione cũ Deo, nisi p talẽ displicentiã peccati, & voluntatẽ soluendi habendam, ideò oportet quod minister per quẽ debet reconciliari peccator habeat ptãtem iudicandi, vtrũ sit dignus recõciliatione vel nõ & ꝙ ẽt habeat ptãtem reconciliandi eum & repudiandi vel ligandi eum si sit dingnus pœnitentia reconciliante eum ad iustã pœnam, ita ꝙ materia sacramenti sit persona obligata stare sententiæ ministri absoluentis eum & ligantis eum ad pœnam iustam. Istud autem requirit potestatem iurisdictionis, quia nullus obligatur alicui vel pœnæ taxatæ ab eo nisi sit ei subiectus, & per consequens habeat iurisdictionem super eum. Et ideò in ministro sacramenti pœnitentiæ requiritur vtraque potestas. ſ. potestas characteris quæ est dispositio ad gr̃am supplendo defectum qui est ex parte operis operantis. i. ex parte conatus peccatoris. Et ptãs iurisdictionis ſm quã peccator sit subiectus & obligatus suo ministro.

Effectus pniæ est.

¶ Notandũ est aũt ꝙ cũ quæritur vtrũ minister habens iurisdictionem sit de necessitate sacramenti pœnitentiæ est quadruplex modus dicendi. Aliqui enim dicunt quod hic. ſ. minister habens iurisdictionẽ nõ est de necessitate talis sacramenti: sed de necessitate præcepti ecclesiæ, quia ecclesia sic præcepit, ut scilicet quilibet annuatim confiteat proprio sacerdoti, extra de pœ. & re. c. Omnis. Hoc autẽ probant triplici ratione. ¶ Primo quidẽ quia si esset de necessitate sacramenti minister habens iurisdictionem super cõfitentem, sequeretur quod papa non posset a quoquam absolui a peccatis cum nullus habeat super eũ iurisdictionem, ſed hoc est falsum. Secundo quia in articulo mortis non posset quis absolui a quocunque sacerdote, sed solum a curato suo, qđ est falsum. Tertio quia sicut in susceptione ordinis sacerdotalis constitutur quis minister ad consecrandum corpus Christi, ita constituitus minister sacramenti pœnitentiæ. Sed in susceptione sacerdotii nõ confertur aliqua iurisdictio ordinato, ergo non est de necessitate sacramenti pœnitentiæ ꝙ minister eius habeat iurisdictione. Sed Heueus reprobat hãc opinionem vt erroneam & falsam. Et hoc probar ex ista rõne. ſ. ex forma, & ex effectu ipsius sacramenti pœnitentiæ qui est absoluere & ligare, quia absoluere vel ligare reum in quocunq; foro pertinet ad iudicem, & per consequens ad habentem iurisdictionem super eum. Sed minister sacramenti pœnitentię absoluit pœnitentiam in foro conscientiæ & ligat scilicet obligando ad certam satisfactionem, ergo &c. Patet hoc ex forma, egõ absoluo te &c. & auctoritate Xp̃i dicentis. Tibi dabo cla. &c. & quæcunq; solueris super terram &c. Mat. 16. Sequeretur & aliud inconueniens ex hoc. ſ. quod confessus ei qui non habuit iurisdictionẽ non teneretur iterare confessionem quãdo hoc sciret, ꝙ est falsum. Itẽ ex hoc & aliud inconueniens sequeretur, videlicet quod quilibet sacerdos esset proprius sacerdos, quod est falsum. Primam autem illorum rationẽ sic destruit, quia Papa quamuis simpliciter loquẽdo nõ sit subditus alicui iudici, non tamẽ sequitur quin possit se subiicere alicui, quod fecit cum confitetur, nec aliàs posse consequi effectum sacramenti pœnitentiæ nisi se subiiciendo. Sed potest ad hoc eligere quem vult & tenetur ei quem elegerit se subiicere in faciendo

Quæstio.

Prima opinio.

ciendo pœnitentiam iniunctam pro mortali. Secundam rationem euacuat, quia videlicet intentio papæ est quæmlibet in articulo mortis licentiare ad subiiciendū se cuilibet, cum deest proprius sacerdos. Ad tertiam respondet dicens, quod in susceptione ordinis sacerdotalis constituitur quis minister sacramenti pœnitentię, quantum ad illum per quod sibi competit disponere ad gratiam modo supradicto ad debitam materiam in quam debeat agere. In prædicto enim foro materia debita non solum est peccator indigens gratia, sed etiam oportet, quod sit peccator obligatus sententiæ confessori s. Et hoc non confertur in illo ordine, sed in collatione curæ. ¶ Secundi dicunt quod de necessitate sacramenti pœnitētiæ est iurisdictio, & quod talis iurisdictio cōfertur in repetitione ordinis sacerdotalis. Quod probant. Primo quidem, quia in receptione sacerdotii datur potestas remittē di peccata, vt patet ex forma quæ ibi dicitur. Secundo quia si hoc non esset, non posset absolui peccator in articulo mortis a quolibet sacerdote, quod tamē ab omnibus tenetur. Sed hanc opinionem vt falsam & erroneam reprobat ipse Herueus. Nam ex hoc sequeretur quod vnus sacerdos non plus haberet curam animarum quā alius, si quicquid pertinet ad curam secundum istam potestatem, totum est collatum in susceptione ordinis. Item secundum hoc in ecclesia Dei nulla esset collatio curæ animarum nisi in susceptione ordinis sacerdotalis, q̄a quicquid fit postea magis debet dici solutio potestatis suspensæ vel ligatæ quam collatio potestatis de nouo. Iterū secundum hoc nullus habens ordinem sacerdotalem haberet curā, quod est falsum. Primum enim motiuum horum sic destruit dicens. De necessitate sacramenti sunt duę potestates scilicet potestas characteris, quę facit ad causandum illam dispositionem ad gratiam. Et cum hac ratione materię requiritur potestas iurisdictiōis, & quęlibet facit ad remissionem peccati. Quando ergo dicitur in susceptione sacerdotii datur potestas remittendi peccata, verum est quod datur aliqua potestas faciens ad remissionem peccati, quia non est potestas iurisdictionis quæ habilitat materiam faciens subiectam sacerdoti vt iudici suo. Ad aliam rationem de articulo mortis dictum est supra. ¶ Tertii dicunt quod de necessitate sacramēti pœnitentiæ est iurisdictio, sed illa est iurisdictio (vt dicūt) est arbitraria ita scilicet quod in arbitrio peccatoris est subiicere se, cui voluerit se subiicere, ita quod quantum est de necessitate sacramenti quilibet a quolibet sacerdote potest absolui. Quod autem non potest absolui quilibet a quolibet, hoc est propter præceptum ecclesiæ. Vnde quicunq; vadit ad alium pro absolutione quam deputet papa vel prælatus peccat, vnde non consequitur remissionem peccatorum. Quod autem illa iurisdictio sit arbitraria, probant per hoc, quia papa non potest habere iudicem arbitrarium. Et per hoc quia quilibet in articulo mortis a quolibet sacerdote potest absolui. Hanc etiam vt erroneam reprobat, quia sequeretur ex hoc, quod potestas iurisdictionis non plus descendit ad inferiores positiuè loquendo a sede apostolica quam econtrario, quia secundum hanc positionem potestas iurisdictionis p se loquendo est in arbitrio peccatoris quantum ad illud quod est sibi positiuum, q̄a papa vel alii prælati pe se loquendo nullam curam cōferunt, sed tollunt impedimenta quibus peccator impeditur ab eo, quod sibi de iure diuino competit scilicet ad hoc quod est posse subiicere se cui voluerit. Ad rationes autem dicendum est, quod papa non est astrictus alicui determinato iudici iure diuino vel humano, licèt de iure diuino sit astrictus se se subiicere alicui si vult habere effectum sacramenti. Vnde ipse potest se subiicere cui vult. Omnes autem alii ab eo in vtroque foro sunt sibi subditi, sicut suo iudici. Et ideò nullus potest se subiicere alicui alteri extra periculum mortis, nisi de licētia sui scilicet mediatè vel immediatè. ¶ Est ergo quarta opinio quam tenet vt veram quod de necessitate sacramenti pœnitentię est minister habens potestatem iurisdictionis qua confitens sit astrictus sententiæ confessoris, quam potestatem debet habere minister vel immediatè a Deo sicut papa habet super totam ecclesiam. Omnes autem ministri alii habent hoc a papa, vel ab ipso suscipiente sacramentum, vel subiiciente se quantum ad illum qui de iure diuino nulli determinato iudici est subiectus, sicut patet de papa. Est ergo de necessitate sacramenti pœnitentię iurisdictio ministris super confitente. Hostien. ¶ Et hoc est de necessitate diuini præcepti non ecclesiæ tantum, ita quod papa hoc tollere non posset, nec in sua persona nec in alia. Vnde papa non potest absolui ab illo cuius sententiæ stare non esset obligatus, propter quod si vellet confiteri alicui, vt socio aut subiecto, & non vt iudici suo, quantum est de effectu sacramenti nihil fieret. Sed in hoc

Secūda opinio.

Tertia opinio.

Quarta opinio.

differt de papa & de aliis, quia (vt dictum est) omnes alii a papa habent iam iudicem determinatum cui a Deo sunt omnes alii subiecti. s. papam vel alium ex depositione papæ, mediatè vel immediatè, & ideò sine licentia eius mediata vel immediata non pñt se subiicere alii. Quod autem si fiat hmõi subiectio, seu confessio articulo mortis cuicunque sacerdoti cum deest proprius, & hoc intelligitur fieri de licentia interpretatiua papæ. Sed papa qui nulli est personæ determinatæ subiectus, potest in illo foro se subiicere cui vult ad quam subiectionem tenetur ex præcepto diuino si contingat eum peccare mortaliter. Hæc Herueus.

¶ *De potestate ecclesiastica signata per claues ubi ponuntur septem potestates, in quibus Petrus præcessit alios Apostolos. Cap. 3.*

De potestate iurisdictionis. Nota secũdũ Herueum in li. de potestate papę quòd potestas iurisdictionis videtur importare quãtum apparet ex interpretatione potestatẽ dicendi ius siue statuendo siue sententiando. Nam dicere ius vel iustum potest contingere dupliciter. Vno modo sine quacunque obligatione sicut quando aliquis scolastice, puta determinando in scholis, dicit aliquid ee iustum. Et, ista potestas dicendi ius per hunc modum non est illa de qua nunc agitur. Alio modo potest vocari potestas ius dicendi, vel qñ aliquis habet potestatẽ super aliquos, sic q̃ possit obligare eos ad tenendum pro iusto hoc quod dicit, siue statuendo siue sententiando. Statuẽdo quidem sicut qui habet potestatem talem, statuat ex causa rationabili, vt ieiunet in quadragesima ipso facto, quòd hoc statuendo dicit, habet rationem iusti siue debiti fieri, ita q̃ subditi illius qui habet talem potestatem tenẽtur adhærere huic dicto tãquam iusto. Et idem est in prohibitis, quia subditi tenẽtur vitare prohibitionem ab isto tanquã iniustum. Sententiando autem vt si aliquis habens talem potestatem aliquem subditum sententiet esse reum vel innocentem, dictum suum in tali casu tenẽtur subditi habere pro iusto vel pro iure, & talis potestas ius dicendi est potestas quam vocamus iurisdictionẽ, ita quod potestas iurisdictiõis potest sic describi. ¶ Potestas iurisdictionis est qua præsidens alicui reipub. potest dicere ius statuendo, vel sententiando cum obligatione subditorum ad habendũ illud quod dicitur pro iusto. Contingit autem in his statuendis vel sententiandis aliquando potestatẽ iurisdictionis determinari dupliciter. Vno modo quantum ad causas, ita scilicet quod ipsa potestas non se extendit ad omnes casus sed ad quosdam. Alio modo quantum ad populum subiectum. s. q̃ se extendat tãtum ad populum & non ad plus.

Dicere ius fit dupl'r.

Ptãs iurisdõnis

¶ De iurisdictione seu potestate papę i declarando dubia circa ius diuinum vel naturale. §. 1.

Sciẽdum q̃ quædam sunt de iure diuino vel naturali, quædam de iure humano positiuo.

¶ Quantum verò ad illa quæ sunt de iure naturali vel diuino, iurisdictio seu potestas papalis non se extendit, sic videlicet quod ista possit mutare, vel etiam dare eis vim obligãdi. Et ratio est quia inferior non potest mutare leges superioris, Deus autẽ est superior ad Papam, ea autem quæ sunt de iure diuino vel naturali, sunt a lege Dei scripta vel menti indita. Vnde non potest eam mutare, vigesimaquinta quæstione prima. Sunt quidam. Verum est tamen quod in talibus quæ sunt de iure diuino vel naturali, si est aliquod dubium ad papam pertinet auctoritas declarandi. Et sic potest exponi illud, tibi scilicet Petro, & cuilibet successori tuo dabo claues, ideſt potestatem ad aperiendum, ideſt declarandum regnum cœlorum, ideſt, scripturam, scilicet sanctam. ¶ Vbi sciendum quod declarare dubia in aliquibus potest cõtingere dupliciter. Vno modo inquisitiuè seu opinatiuè, sicut potest quilibet ex ingenio vel habitu inquirendo de dubiis alicuius scientiæ. Et isto modo declarare potest pertinere ad quemlibet sciẽtem vel doctum in aliqua scientia. Alio modo potest accipi declarari cum auctoritate aliqua sic scilicet, quòd declaratio sua debeat haberi pro vera, & firma, ita quod non liceat oppositum tenere vel opinari. Et isto modo potestas vel auctoritas declarandi prædicta dubia est solũ apud summum Pontificem. Hoc autem sic probatur. Oportet enim in ecclesia ponere vnũ caput, ad quod pertineat declarare illa quæ sunt dubia circa quæcunque ad fidem pertinentia, siue sint speculatiua siue agibilia. Cuius ratio est, quia oportet ponere ecclesiam sic dispositam, quod tota communitas vniuersalis ecclesiæ maneat in vnitate fidei, & in vna sententia de fide. Sed hoc non posset esse nisi tota communitas ecclesiæ haberet recursum ad vnum caput. s. præsidẽtem, apud quem esset auctoritas declarãdi dubia. Constat aũt q̃ in ecclesia nõ posset esse aliq̃t

Dubia declarare.

tale

tale caput niſi ſolus Papæ, ergo ad ipſum pertinet hmõi declarare dubia. Et ſi obiiciatur cõtra hoc quod cũ papa ſit ſingularis perſona potens peccare & errare apud aũt ptãtem errantẽ non debet eſſe auctoritas contra q̃ non liceat opinari. Rñdendũ, quod licèt papa vt ſingulari perſona & proprio motu ages poſſit errare, ſicut dñ de illo Leone contra quem fuit Hylari. Pictau. ad concilĩ generale, tamẽ Papa vtẽs cõcilio & requirens adiutoriũ vniuerſalis eccleſię Deo ordinãte qui dixit Petro Pro te rogaui vt non deficiat fides tua non põt errare. Nec põt eſſe q̃ vniuerſalis eccleſia tanq̃ verũ recipiat aliquod erroneũ. Nec tñ papa ſicut ſingularis perſona ſnĩam erroneã teneat, ſequitur q̃ auctoritas eius obliget ad illam ſnĩam tenendam nec quod auctoritas illa ſibi erranti ſubtrahantur, ſed etiam quod auctoritas ſua non habeat locum obligandi in tali caſu. ſ. quia eſt obiectum aptum natũ auctenticari, ſicut non ſequitur quod careat viſu ille qui non videt ſaporem qui non eſt obiectum viſus.

§.2. ¶ De iuriſdictiõe ſeu poteſtate papę circa poſituua præcepta. Sciendum quod quantũ ad ea quæ euidenter valent ad ordinandum hominem in Deum ſm præcepta diuini iuris vel naturalis ſiue præcipiendo ſiue ſtatuendo, vt quod ſemel in anno q̃s confiteatur ad minus ſiue prohibendo quæ retrahunt homines a prædictis, ſiue taxando pœnas contra tranſgreſſores, quantũ ad pœnas vitę præſentis Papa habet plenariã poteſtatem in talibus omnibus abſq; exceptionẽ alicuius caſus ad talia pertinentis. Et hæc ſunt illa q̃ pertinent ad ius poſitiuũ pertinẽs ad eccleſialticã iuriſdictionẽ. Et ſic poteſt intelligi illud. Tibi dabo claues i. poteſtatẽ ligandi per præcepta & ſtatuta ſoluendi per abſolutionẽ vel diſpenſationem, quęcunq;. i. in omni materia poſitiua & regni cęlorũ i. militantis eccleſiæ. Qđ autẽ papa in huiuſmodi habeat plenitudinẽ poteſtatis, probatur ſic. In omni republica bene ordinata oportet ponere aliquẽ qui prę ſit reipublicę, qui poſſit totam communitatem mouere ad omnia illa quę conferunt ad bonum reipub. & ad finem ad quem ordinatur reſpub. & pręcipue de his quę ſic conferunt, vt ſine eius non bene ordinaretur communitas & bonum reipu. Sed pręſidens vniuerſaliter reip. in communitate Chriſtiana eſt papa, ergo papa poteſt pręcipere talia quę conferunt ad bonum reipub. in cõiter Chriſtiana. Dico aũt quę conferunt ad bonũ reipub. ſic q̃ ſine eius reſpu. non attingeret ad finem debitum, quia non omne conferens ad bonum cõmune põt præcipere, ſicut nõ põt p̃cipere cõtinentiã monachalẽ, vel ieiunare in pane & aqua p̃ totã quadrageſimã niſi hoc faceret pp culpã puniendã vel aliud ſimile. Sic ergo in ſtatuendo poteſtas Papę ſe extendit p̃cipiendo vel prohibendo oia illa q̃ conferunt ad obſeruandũ ea quæ ſunt iuris diuini vel naturalis eo mõ quo dem̃ eſt, in quorũ obſeruantia cõſiſtit bonũ reip. Chriſtianę.

¶ De iuriſdictione ſeu poteſtate papę in ſententiando de ſubditis, & quod debent haberi pro talibus prout ſententiat, & quantũ ad poteſtatem ligandi & ſoluendi eos ſiue in foro iudiciali exteriori ſiue in foro pęnitentiarii. §.3.

ſciendum ſm Herueum in dicto lib. quòd Papa habet plenitudinẽ poteſtatis quantum ad oẽs caſus & quantũ ad oẽm perſonã exiſtentem de eccleſia militanti, & hoc probatur ex illa auctoritate. Tibi dabo cla re. cœl. per id qđ ſequitur, qđcunq; ligaueris &c. ſ. ſententiando per abſolutionẽ vel cõdemnationem in vroque foro. Probatur ẽt iſtud ratione tali. Oportet ponere in tota cõmunitate Chriſtiana aliquẽ pręſidẽtem ad quem pertineat per ſe vel per aliũ ſentẽtiare de quolibet qualiter debeat regi ſm id quod egit vel omiſit quantum ad omnia quæ pertinent ad hominem ordinandũ in Deum ſiue pertineant ad notitiam conſcię ſiue ad iudicium exterius. Sed quantum ad ea quæ pertinent ad ordinandum hominem in Deũ, nullus eſt talis p̃ fidens, niſi papa, ergo &c. Maior patet, quia oportet ponere quod ille qui pręeſt reipu. & alicui communitati poſſit ſuper quęmlibet de cõitate dare ſniam, quomodo debet regi in ordine ad finem reip. & modo quo reſpu. debet ordinari ad illum finem. Sed ad hoc quod quilibet de cõitate Chriſtiana ordinet in finem debitũ reipu. Chriſtianę, & ſic mõ quo debet ordinari, oportet quod ſit aliquis qui de quolibet poſſit ſententiare qualis ſit & qualiter regatur ſecundũ illud quod egit, vel omiſit, non ſolum in foro iudiciali exteriori, ſed ẽt quantũ ad ea quę pertinent ad forum conſcientię, quia vtroq; mõ oportet hominẽ ordinari in Deum ſm modũ conueniẽtẽ cõitati Chriſtianę, qa tali mõ iſtituit deus quod homo ſubderetur iudicio pręſidentis ſm poteſtatem eccleſialticam, papa ergo habet poteſtatem ſententiandi de omnis hoíe pertinente ad cõitatem chriſtianã in omni caſu, & quantum ad forum iudiciale & forũ pœnitentiale. Et cum hoc ẽt quod talem poteſtatem poteſt conferre alii, vt dicetur, infra.

§. 4. Prīa rō. ¶Ista autē iurisdictio & potestas vniuersalis papæ est instituta a Christo, vt patet ex illa auctoritate. Tibi dabo cla.ego.s. Christus. Et qd promisit tūc impleuit, cū ait, pasce oues meas Ioan. vlt. Probat hoc Heruæus in d.tra cta. tali ratione. Instituere iurisdictionem ſm quā aliqua communitas debet regi ptinet vel ad ipsam communitatem vel dñm illius cōmunitatis: sed communitas quæ debet regi per potestatem papalem est communitas Christiana quantū ad ecclesiam militantem, huius autem communitatis non est dñs nisi Christus, vel papa, ergo ista potestas debet instituj vel a Christo vel a Papa vel a tota communitate Christiana, sed non est instituta a Papa vel a communitate Christiana, ergo a Christo solo. Quod autē potestas papalis non sit instituta a papa probatur sic. Ad vicarium non pertinet instituere potestatem qua vtit vt vicarius alterius cum sibi committeretur quia prius est potestatem instituere quā eam alicui vicario cōmittere. Item quia papa talem potestatē papalē nec restringere nec ampliare potest, quia nullus papa potest facere q̄ ipsæ vel alius papa habeat maiorē ptātem q̄ illa quam habet. Sed qui potest aliquā potestatē instituere, potest eam restringere & ampliare, ergo &c. Item quia ipsæ idem conferret sibi potestatem quod est inconueniens dicere in potestate ordinata, non ergo a papa est instituta talis potestas. Quod autē ista potestas nō sit instituta a communitate christiana seu ecclesia probatur sic, quia aut hoc factum est auctoritate sibi ab alio commissa, aut auctoritate propria. Sed quod non sit instituta ab ecclesia per auctoritatē sibi ab alio cōmissam patet, quia nec a Christo commissa legitur talis auctoritas communitati christianæ, cum non habeatur hoc in aliquo euangelio, quòd Christus ecclesiæ contulerit auctoritatem instituendi sedem apostolicā. Sed nec a Papa, facta est talis cōmissio, nec fieri potuit, quia minus est instituere aliqua potestatem quam eius institutionem cōmittere. Sed papa non potest primum (vt dictū est ergo multo minus potest secundum. Quod nō sit instituta ab ecclesia potestas papalis auctoritate propria probatur primo ex parte obiecti ipsius potestatis sic. Illa potestas non pōt instituj a cōmunitate christiana propria auctoritate quæ includit illud quod excedit omnem auctoritatem humanā, ita quod per se nulla auctoritas humana ad hoc sufficit sine commissione alterius. Includit enim in se ptās papalis ligare & soluere in foro conscientiæ quæ dicit potest actio Dei Includit etiam absoluere pœna debita in foro Dei, vt p indulgentias fit, hæc aut excedunt auctoritatem humanam, ita quod ad hoc nō sufficit sine alia, ergo a communitate christiana non potuit instituti auctoritas & potestas papalis propria auctoritate. ¶ Secundo probatur hoc idem ex parte finis vel potestatis papæ sic. Finis iurisdictionis ecclesiasticæ q̄ post Christū principaliter residet apud papā, est ordinare communitatem Christianā ad impendendum Deo debitum cultum & sibi acceptū, & per consequens vitę æternæ meritorium. Sed ad nullam cōitatem pertinet posse instituere iurisdictionē ſm quam impēdat cōitas ipsa debitum domino præsidenti cōmunitati tali, cuius dominiū vel regimē in nullo dependet ab ipsa communitate. Et ratio est, quia ad inferiorē non pertinet iudicare de eo, quod competit superiori. Sed sic se habet cōitas Christiana ad Christum siue ad Deum, q̄ Christus dominatur tali cōmuntati, taliter quòd damnum eius & regimē in nullo dependet ab ipsa cōitate, ergo ad cōitatem Christianam non pertinet instituere iurisdictionem ipropria auctoritate ſm quam communitas Christiana ordinatur ad impēdendum debitum cultum Deo. ¶ Tertio hoc idem probatur exparte modi habendi talem potestatē sic. Illam potestatē instituere propria auctoritate qua quis vtitur, vt vicarius alicuius dñi, ad nullum aliū pertinet nisi ad illum dñm cuius qui sic tali potestate vtitur est vicarius. Sed potestas papæ de qua loquimur est potestas qua ipsæ papa vtitur vt vicarius Christi in terris, ergo istā instituere ad nullum alium pertinet nisi ad Christū. Et si dicat quod oēs principes terreni sunt etiam vicarii Christi, quia potestata a dño Deo est. Ro. 12. licèt non sit a Deo abusus potestatis, & tñ principes possunt instituere iurisdictionē super populū quem regunt ppria auctoritate, vel auctoritate cōmunitatis cui pſunt. Respondetur quod aliter sunt principes vicarii Dei & aliter Papa. Principes enim non sunt vicarii Dei axpræſſe & explicite, per expræſſam institutionem & explicitam eius nisi aliqui reges qui fuerunt instituti reuelatione diuina, vt Saul & Dauid. Possunt tñ principes dici vicarii Dei implicitè, inquantum s. Deus dedit naturæ humanæ rationem naturalem, qua posset iudicare esse bonum aliquam potestatem esse in republica quæ præesset oibus in cōmunitate, quæ posset restringere malos & conseruare bonos circa ea quæ pertinent

Scda rō.

Tertia ratio.

Papa vicarius Xpi.

pertenent ad bonum humanum. Sed Petrus cui succedit papa non sicut simplex episcopus, sed sicut generalis vicarius super totam ecclesiam factus est generaliter & expræsse a Christo vicarius modo prædicto cum dixit pasce oues meas. Et hoc sibi promisit cū ait. Tibi dabo claues regni cœlorū ergo.s. Christus non ecclesia vel alia persona. Et nota secundum Isido. Debent. iuuare ecclesiam principes sæculi quando infestatur ab aliis, vnde 23.q. 5. sic ait. Principes sęculi nonunquam intra ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, vt per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Cæterum intra ecclesiā potestates necessariæ non essent nisi vt quod non prævalent sacerdotes efficere per doctrinæ sermonem potestas hoc impetet p disciplinæ terrorem. Sępe per regnum terrenū, cęleste regnum proficit, vt qui intra ecclesiam positi contra fidem & disciplinam agunt, rigorem principum conterantur. Et paulopost. Cognoscāt principes sęculi Deo rationem se debere esse reddituros, p ecclesia quam pro Christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax & disciplina ecclesię per fideles principes siue soluatur, ille ab eis rationem exigit, qui eorū potestati suam ecclesiam tradidit. Hęc ille. s. ad defendendum & iuuandum non inuadendum & vsurpandum bona & iura sua, & ad obediendum, nō imperandum ei vt faciunt frequenter. Concludit Herueus tria. Primū est quòd collatio iurisdictionis vel potestatis papalis pertinet ad solum Christum. Secunda est quod prima collatio potestatis papalis fuit facta singulari & determinatę psonę Petri dicente Christo ipsi, tibi dabo, & pasce oues meas. ¶ Tertium quod aliæ collationes factę aliis papis iurisdictionesq; papales sunt factę a Christo personę electę ab ecclesia, vel ab habente vices ecclesię in hoc sicut habent modo Cardinales.

Principes dñt iuuare ecclesiā.

§5. ¶ De plenitudine potestatis papalis & iurisdictionis erga alias potestates inferiores, vt patriarchas, archiepiscopos, episcopos, & parrochiales curatos. Vbi sciendum secūdum Herueum in dicto tractatu, q uòd omnis potestas ecclesiastica alia a papali sub est ei quoad tria.

¶ Primo quantum ad correctionem abusus.

¶ Secundo quantum ad institutionem & collationem ipsius potestatis inferioris.

¶ Tertio ad subndium adminlcluariū, idest quòd tenetur iuuare eam si aliquo modo indigeret.

¶ Primū probat sic, præsidentia principis in omni principatu ordinat ad hoc q̄ ipse moueat omnes subditos illius principatus ad bonum seu finem reipublicæ, vnde ad eum pertinet q̄tum in eo est conferre & ordinare ea quę conferunt ad tendendum in bonum rei publicę, idest ea quę sunt virtuosa & tollere ea que tollūt motionem ad talem finē vt vitiat & abusiones. Ad eandem.n. potestatē pertinet mouere aliquos ad aliquē finem, & tollere ea quę impediunt motionem, & profectum cōitatis. Hęc autem sunt vitia & abusiones quę inordināt hoīem a Deo. Tota aūt respu. seu cōitas Christiana ad hoc ordinat vt ad fuū finē debitum, q̄ cōiungatur Deo p opera virtuosa, & quia hoc impeditur p vitia & diuersas abusiones, ideò ad papā q̄ est primus prędens & principalis, quia potest & debet hmōi vitia corrigere & tollere erga omnes inferiores potestates quantū in eo est vt tota cōitas Christiana tendat in debitū finem. Et ad hoc posset induci illud Hiere. 1. Ecce constitui te (ait dns) super gentes & regna vt euellas, destruas, dissipes, & disperdas scilicet quoad vitia ædifices, & plātes quoad virtutes. Nullus prælatus ecclesiasticus est super regna nisi papa. Et in signum huius Zacharias Papa deposuit Ludouicum a regno Francię, quia inutilis erat, vt habetur. 15. q. 6. Alius. Et Inn. Imperatorem Fædericum ab imperio. ¶ Quantum ad 5m. s. q̄ omnis ptās inferior papa est subdita ei quātum ad institutionem & collationem eius & remotionē probatur, sic omnes potestates inferiores a papa sunt limitatæ & determinatę vt. apparet de facto. Aut igitur sunt institutę a Christo immediatè ab vniuersali ecclesia, aut a Christo mediante Papa vt vicario generali eius. Sed non a Christo immediatè nec ab ecclesia vniuersali ergo a Papa vicario Christi. Quod non sint institutæ a Christo immediatè tales potestates inferiores probatur sic quia si sunt institutæ a Christo immediatè ita determinato vt sunt quantum ad populum & quantum ad territoria, & quantum ad ea quę sunt in foro contentioso vel pœnitentiali potestas patriarchalis, archiepiscopalis, epalis & parochialis, aut Christus fecit hoc ante ascensionē aut post, sed neutro istorū modorū fuit, ergo non a Christo institutę immediatè. Quod non fecit hoc Christus ante vel post ascensionē, ostenditur ex hoc, q̄a si fecisset in euāgelio haberetur expręsse vel implicitè, sed nihil de hoc in eo hr̄ nec determinatio & distinctio hmōi ptātū nec quantū

Papa potest instituere omnes ptātes.

ad casus nec quantum ad territoria, nec quã tum ad nomina. ſ. patriarcharũ archiepiſcoporum, & huiuſmodi ergo &c. Probatur & alia rõne, quia ſi a Chriſto eſſet immediatè inſtitutus ordo qui eſt inter Papam patriarchas, archiepiſcopos & alios, epiſcopus non poſſet immediatè inſtitui vel confirmaria Papa. Et ratio eſt quia illud quod pertinet ad ius immediatè inſtitutum a Deo, non poteſt immutari ab homine. Sed cum oppoſitum quotidie fiat de communi cõſuetudine eccleſię, quia non ſolum Papa immediatè cõfirmat epiſcopos omiſſo archiepiſcopo qui eſt medius: ſed etiã ſibi retinet prouiſionem de eo faciendam prout ſibi videtur, ergo non a Chriſto immediatè ſunt inſtitutę huiuſmodi poteſtates inferiores. Quod non ſint inſtitutæ ab vniuerſali eccleſia vt a dante auctoritatem, ipſi inſtitutioni, quod ideò dico, quia quandocunq; in aliquo concilio aliqua ſtatuuntur tota auctoritas dans vigorem ſtatutis eſt in ſolo Papa, alii poſſunt facere ad directionem conſulendo, & orationibus iuuare, quod in dubiis a domino dirigantur. Probatur ergo quod non ſit huiuſmodi inſtitutio ab eccleſia ſic: Illa poteſtas quæ non poteſt inſtitui niſi a Chriſto vel habente poteſtatem ab eo, non poteſt inſtitui ab eo q̃ non eſt Chriſtus nec habens auctoritatem inſtituendi ab eo. Sed poteſtas iuriſdictionis ſpiritualis pertinentis ad eccleſiam eſt talis ſcilicet quod nõ poteſt inſtitui niſi a Chriſto vel habente auctoritatem in hoc ab eo. Et ratio eſt, qa poteſtas ordinãdi hominem in Deum ſecundum Dei acceptionem non poteſt inſtitui niſi a Deo vel habente auctoritatem ab eo ergo nullus alius poteſt inſtituere talem poteſtatem. Sed eccleſia vniuerſalis nõ eſt Deus nec Chriſtum, nec ſuper hoc habet auctoritatem ab eo, quia collatio talis in ſacro canone non habetur, tum etiam quia ſi talis fieri non poteſt a papa ſine communitate Chriſtiana Papa non haberet plenitudinem poteſtatis, quod eſt falſum. Ex quo igitur inſtitutio poteſtatum inferiorum non eſt facta immediatè a Chriſto, nec ab vniuerſali eccleſia vt probatum eſt, ſequitur quod ſit facta a Papa vt a vicario Chriſti generali. Quod etiã patet ex hoc quia frequenter Papa creat nouas ſedes ſeu epiſcopatus, & mutat & priuat & iura dicunt expreſſa hoc facere poſſe. Et ad hoc facit q̃ dicit Dionyſius Papa. 13. q 1. Eccleſias ſingulas ſingulis præsbyteris dedimus parochias & cemiteria eis dimiſimus &c. Termini epiſcopatum fuerunt diſtincti tempore apoſtolorum, vel paulopoſt, & de hac diſtinctione ſedium epiſcopaliũ archiepiſcopalium & patriarchalium habetur diſt. 80. c. 1. Sic igitur inſtituere & conferre poteſtates omnes eccleſiaſticas inferiores papatu quoad iuriſdictionẽ ptinet ad Papam. Quantum ad tertium etiam patet quod omnes poteſtates inferiores etiam ſeculares debent & tenentur iuuare Papam in eo quod expedit ad bonum regimen eccleſiæ. Et quantum ad hoc ei ſubſunt quod ſic probat. Reſpublica tenetur ad cõſeruationem illius poteſtatis a qua dependet reipublicæ bonum. Sed bonũ reipublicæ Chriſtianæ potiſſimè depẽdet ex poteſtate eius, cuius eſt ordinare totã eccleſiam, & ordinare gradus & ſtatus in ea, ergo &c. huic etiam concordat philoſophus. 12. Metaphiſicę dicẽs quod bonum exercitus dependet ex ordine vnius poteſtatis ad aliã & potiſſimè ex ordine exercitus ad iudicem. Et ſic etiam totum bonum eccleſiæ dependet ex ordine vnius partis ad aliam, puta curati ad epiſcopum, epiſcopi ad archiepiſcopum, & ſic vſque ad Papam, præcipue tamen bonum eccleſiæ depẽdet ex ordine totius populi ad Papam propter quod omnis poteſtas debet ei adminiculari. Et ſi contra hanc poteſtatem aliqui ſeculares vellent, ipſi principes ſeculares debent ſubditos compeſcere & rebelles ei ſubiicere.

§. 6. ¶ De poteſtate papæ ponit Herueus in dicto tractatu. 5. errores exortos ab aliquibus. Primus eſt quod poteſtas prælatorũ inferiorum papæ ſiue ſint epiſcopi ſiue ſint curati eſt immediatè a Deo ſicut poteſtas papæ. Secundus quod in hierarchia eccleſię militantis infimi ideſt parochiani, nõ poſſunt reduci in Deum per pęnitentiam, niſi mediãtibus curatis & parochialibus ſacerdotibus. Tertius quod licèt Papa & epiſcopi ſint principaliores reſpectu parochianorum non ſunt tamen immediate curat eorum, ſiue non immediatè habent eurã eorum. Quartus error eſt quod nec Papa nec epiſcopus poſſunt audire confeſſiones parochianorum quin teneantur cõfiteri eadem peccata ſuis ſacerdotibus parochialibus. Quintus error eſt quod dato quod confeſſi papę vel epiſcopis non teneantur ea dẽ peccata confiteri parochialibus ſacerdotibus tamen Papa vel epiſcopi non poſſent dare generalem auctoritatem audiendi confeſſiones aliquibus vt fratribus & huiuſmodi quin confeſſi talibus teneantur confiteri eadem peccata ſacerdotibus parochialibus. Ponit rationes & auctoritates quas inducũt ad iſta.

ad ista probandum & eas omnis efficacissime euacuat, & auctoritates ab eis male itellectas sane declarat in dicto tractatu quæ oēs causa breuitatis omitto. Et concludit quod isti errores non solum sunt iudicandi errores: sed hæreses, quod probat per dictum Pelagii di. 21. Quamuis vbi dicitur quod qui detrahit ius suum aliis ecclesiis iniustus est. Qui aūt detrahit ius suum Romanæ ecclesiæ hæreticus est cænsendus. Sed ponentes dictos errores detrahunt ius suum Romanę ecclesiæ seu apostolicæ sedi, quasi non subsint & sint aliæ ecclesiæ sibi subiectæ, & potestate iurisdictionis ab ea accipientes, cum tamē Christus Petro dixerit. Tibi dabo claues, ergo &c. ergo sunt hæretici. Quibus etiam datur licentia alicui a Papa vel episcopis cōfitendi vel audiendi confessiones aliorum non oportet q̄ petant licentiam a suis parochialibus sacerdotibus confitendi vel audiendi confessiones vt dicit quædam glo. Ber. quæ reprobata fuit per Clementē. 4. vt fala in extrauaganti quæ incipit, quidam temere. Quinimmo eis inuitis & contradicentibus possunt ex dicta licentia confiteri, nec si confessi tenentur iterum suo curato confiteri quod etiam notat Io. And. extra de pæni. & remissi. c. Si episcopus lib. 6.

§. 7. ¶ De potestate iurisdictionis tēporalis & spiritualis quæ est in ecclesia. Sciendum secundum August. de Ancho. in sum. de potestate papæ quod est triplex potestas & variata.

¶ Prima est immediata scilicet a Deo & hæc est summorum pontificum.

¶ Secunda est deriuata scilicet a Deo per papam & hæc est omnium inferiorum prȩlatorum.

¶ Tertia est in ministerium data, & hæc est Imperatoris & principum terrenorum.

¶ Quantum ad primū potestatis iurisdictionis plenè spiritualium & tēporalium est immediate a Deo in Papa, & probatur tripliciter. Primo sic. Auctoritas iurisdictionis non conceditur nisi per claues ecclesiæ, sed claues ecclesiæ Christus non concessis nisi Petro, prout promiserat Petro di. Tibi dabo claues regni cœ. Super quo verbo dicit glo. Christus solum vnum caput & vnum vicarium in ecclesia esse voluit, ad quem diuersa membra recurrerent si forte adinuicem dissentirent. Secundo probatur, qui non dat aliquid non potest illud auferre, sed si Papa non daret episcopis & aliis prælatis potestatem iurisdictionis nō posset eos deponere priuare & illam suspēdere cuius tamen oppositum facit & facere potest secundū omnes ergo potestas iurisdictionis plenè residet in solo pa. Tertio sic, in illo residet imediatè potestas iurisdictionis spiritualium & temporaliū cuius auctoritate fit prælatorum electio & cōfirmatio, sed hoc fit a papa ergo in eo residet plenitudo potestatis. ¶ Quantum ad secundum scilicet quod potestas eporum & aliorum ꝓlatorum ecclesiæ sit deriuata a papa in eos mediante Papa, probatur ratione & auctoritate. Ratio autem est talis, sicut se habent riuuli ad fontem, radii ad solem, rami ad arborem, sic se habent potestates eporum & aliorum ad potestatem papæ, nam vt dicit in c. Ephesini concilii quomodo multi radii solis, sed sunt lumen vnum & rami arboris multi sunt, sed vnum robur, & multi riuuli de vno fonte defluunt, vnitas tamen seruatur in origine, sic ecclesia vna est q̄ in multitudine latissimæ fœcunditatis extenditur. 24. q. 1. Loquitur, sed constat quod aqua riuulorum non est aqua fontis immediata, sic nec potestas ꝓlatorum est immediate a Christo, sed deriuata in eis a Christo mediāte papa. Patet hoc etiam auctoritate Cyrilli patriarchæ Alexādrini qui sic ait in libro thesaurorum. Sicut Christus accepit a patre ducatū & sceptrum ecclesiæ gētium ex Israel egrediens super omnē principatū & potestatem & omne quodcunq; vt ei genua cuncta curuentur, sic Petro & successoribus plenissimam cōcessit potestatem & nulli alii quam Petro q̄ suum est plene, sed soli ipsi cōmisit totum. ¶ Quod aūt potestas temporalis Imperatorū regum & principum sit in ministerium data a Deo mediāte papa & aliis ꝓlatis ecclesiæ, in q̄bus residet spiritualis potestas, probat triplici rōne. Prima est talis. Illa ptās est data in ministerium alteri ab alio, per q̄ habet instituī regulari & ordinari q̄ cōfirmari si bona sit, & per q̄ habet iudicari & cōdemnari si bona nō sit sed talis est potestas Imperatorum, regum & principum, qa p papā habet istitui regulari & confirmari si bona est, & per ipsā habet iudicari & cōdēnari si bona n̄ est, ergo talis ptās nō est imediate a Deo, sed in ministerium potestatis spūalis data. Vtrunq; aūt horum ꝓbatur, scribit. n. di. 22 Sctā. q̄ ptās papæ cuiuslibet ordinis dignitatem & gradū habet instituere. Qd ēt habet ptātē secularem iudicare & cōdēnare si nō sit bona patet. 15. q. 6. Alius vbi dr̄ q̄ Zacharias papa regē Francorū depo suit non tā p suis iniq̄tatibus q̄ pro eo q̄ in vtilis erat regno, & 96. dist. c. duo sunt, dicit quod Innocentius Archadium Imperatorē excom-

Ptās Imperatoria ē data a Deo p papā.

excõmunicauit, quia causa fuit exilii Chryso. & alius Innocẽ. deposuit Federicũ Imperatorẽ. Secunda rõ est talis Illa potestas est in ministeriũ data alteri cui iuramentũ fidelitatis præstat, & ab ea recognoscit omne qđ habet. sed omnis potestas Imperatoris & secularium principum est talis, dicitur enim dist. 64. Tibi domino, quod Imperator iurat Papæ nunquam mandatum ei præterire, & sibi in omnibus fidelitatẽ seruare, ergo talis potestas est solum in ministerium data. Et si inueniatur quãdoque Imperatores aliquos aliqua tẽporalia dediſſe ſummis põtificibus, ſicut Cõſtantinus donauit Siluestro non fuit hoc dare quod suũ erat, sed restituere quod tyrannicè sublatũ est, & eodẽ modo si inueniatur aliquos summos põtifices dediſſe aliqua bona tpalia Imperatorib. & principibus non est hoc intelligendum eos hoc feciſſe in dominii recognitionẽ, sed magis in pacis eccleſiaſticæ conſeruationem, quia ſeruum Dei non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes. Item quòd omnis potestas secularis ſit ſubdelegata reſpectu Papæ patet p. illud 11. q. 1. quicunque litem. Tertia ratio est talis. Illa potestas est in ministerium aliis data quæ est restringenda, amplianda, & executioni mandanda ad Imperium eius a quo data est in ministerium, sed talis est potestas principum terrenorum. Vnde Bern. ad Eugeniũ pa. in lib. de cõſideratione ſuper illo verbo. Ecce gladii duo hic ait. Quid tu de vno gladio vſurpare tentas quẽ ſemel reponere iuſſus es in vaginam, & loquitur de gladio temporali, & ſubdit. Quem tamen gladium qui tuum eſſe negat non ſatis mihi videtur attendere verbum domini dicentis ſic. Conuerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo gladius ipſe euaginandus est ad tuum Imperiũ, alioquin ſi nullo modo ad te ptineret dicentibus apoſtolis. Ecce gladii duo hic, nõ reſpõdiſſe dominus, ſatis eſt ſed minus. Et ſic patet qđ huiuſmodi potestas ſecularibus principibus est in ministeriũ data ſcilicet a papa Hæc Augu. de Ancho. Nec obſtat his (ait ipſe) quod dicitur. 23. q. 4. quod a Deo est conceſſa potestas imperialis & in vindictam noxiorum datus gladius. Non enim est iuriſdictio Imperialis vel secularis a Papa vt ab homine puro, ſed a papa vt a gerente vicẽ Chriſti in terris, vel quod est a Deo: ſed mediante ſcilicet papa. Similiter non obſtat quod dicitur di. 10. Quoniam ſcilicet q; potestates ſunt diſtinctæ ſecularis ſcilicet & ſpiritualis, & ad diſtinctos fines ordinantur, & 96. di. Duo ſunt quibus regitur hic mundus ſcilicet pontificalis dignitas & regalis potestas. Non n. ſunt ita diſtinctæ quin vna ſubalterneť alteri ſcilicet ſecularis eccleſiaſticæ, vt minor maiori, & ſicut luna ſoli in illuminatione. Sunt etiam diſtinctæ, quia non conueniunt vni eodem modo, quia potestas iuriſdictionis ſpiritualium conuenit Papæ ſecundũ immediatã inſtitutionem & executionẽ: ſed potestas iuriſdictionis temporalium conuenit ei ſecundum inſtitutionem & auctoritatem, ſed non ſecundum immediatam executionem, niſi forte in quibuſdam caſibus qui notantur, qui ſi. ſint legit. cap. Per Venerabilem.

¶ *De potestate eccleſiaſtica ſignata per claues.*

Cap. 4.

DE potestate eccleſiaſtica ſignata per claues regni & de collatione eius facta a Chriſto, vnde ipſe dixit. Dabo, dictum est. Restat videre quomodo ſingulariter Petro & excellentiſſimè data est, quia dixit tibi ſcilicet Petro, de quo prius dixerat. Tu es Petrus & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meam. &c. Et q̃is apoſtolis omnibus collata ſit ptãs clauium & omnibus epis conferatur, aliter tamen & excellentius Petro & cuilibet Papæ ſucceſſori eius. Et de apoſtolis ait pſal. 140. Nimis honorati sũt amici tui Deꝰ nimis confortatus est principatus eorum. Ad eos aptat illud eccleſia, maiores amici quam alii. In nouo vel inueteri teſtamento credũtur comuniter fuiſſe apoſtoli, quibus ipſe Chriſtus ait. Vos dixi amicos, quia omnia feci vobis no. Io. 15. Ipſi (vt ait Apoſtolus ad Ro. 7.) primitias ſpiritus acceperunt, & ſicut prio res tempore dicit glo. ita potiores gratiæ copia. Nimis autem ideſt valde honorati ſunt a Chriſto & eccleſia conſtituti iudices ſæculi, lumina mundi, paſtores primi eccleſiarũ. Nimis etiam ideſt valde cõfortatus est, ideſt roboratus & confirmatus est principatus eorum ideſt potestas eorum, excedit enim omnem principatum terrenum. Vnde Gre. Nazãzenus ait Imperatoribus Conſtantinopolitanis. Dedit vobis potestatem ſcilicet Deus dedit & principatum multo perfectiorẽ principatibus veſtris di. 10. c. Suſcipitis.

§. 1. Septuplex poteſtas collata apoſtolis.

¶ Principatus autem iſtæ ſeu potestas collata apoſtolis est ſeptulex. Primo potestas baptizãdi. Secundo potestas prædicandi & temporalia accipiendi. Tertio potestas ſacerdotalis conficiendi, ſoluendi & ligandi. Quarto potestas epiſcopalis confirmandi & ordinandi.

nandi. Quinto potestas miracula operandi. Sexto potestas perfecte conuersandi, Septimo potestas iurisdictionalis sententiãdi. Has omnes habuerunt apostoli a Christo, sed Petrus aliquo modo excellentius cæteris, & omnes possunt dici claues regni de quibus dictũ fuit Petro. Tibi da. cla. re. cæ. Potestatem quidem baptizandi dedit apostolis Christus nõsolum quando dixit post resurrectionem apparens eis in Galilea, docete omnes gentes baptizantes eos &c. Mat. vlti. sed etiam ante passionem. Dicitur enim Ioann. 4. quòd Iesus non baptizabat: sed discipuli eius ideſt apostoli qui hoc non præfungebãtur scilicet baptizare nisi a Christo habuissent potestatem. Et licèt Chryso. dicat quòd discipuli non baptizabant baptismo Christi: sed Ioannis, tamen Aug. & Alcuinus contrarium asserunt scilicet quòd baptizabant baptismo Christi, in quo dabatur spiritussanctus. Cur rebant enim tunc simul & legalia & euangelica sacramenta secũdum virtutem vsque ad passionem, & quia non erat conueniens q̃ ipsi alios baptizarent non baptizati: ideò & ipsi apostoli prius fuerunt baptizati a Christo, & sic exponitur illud Ioan. 13. Qui lotus est ideſt baptizatus, nõ indiget nisi vt pedes lauet, ideſt affectus purificet aqua pœnitentiæ, quod etiam habetur de consecra. distin. 4. c. quando a Hierosolymis. Nec est inconueniens quòd ipsi baptizarẽt nondum, facti sacerdotes, cum & nũc laicus in necessitate baptizat, vt de consecratione. distinctio. 4. Constat. Verum vt vnitas ecclesiæ seruaretur & a capite Petro omnis actus Hierarchicus originaretur noluit Christus eos baptizare nisi ex Petri cõmissione & ordinatione. Hæc potestas potest dici clauis regni, quia per vsum eius ideſt per baptismum apertitur regnum cœlorum baptizatis. Et quia baptismus est fundamentum & principium fidei Christianæ, cuius directio commissa est Petro, ideò Christus ei dixit. Tu es petrus & super hanc petram ædifi. &c. quem alio nomine vocauit Cephas ideſt caput. Io. primo quia ab eo vt a capite post Christum omnis spiritualis potestas debebat deriuari aliquo modo, dixit tamen non solum Petro, sed etiam simul aliis cum eo, docete eos baptizantes &c. Ne crederetur baptismus a Petro habere virtutem nõ ab ipso (vt enim dicitur. Io. 1.) ipse scilicet Christus est q̃ baptizat scilicet interius mundando. ¶ Secundum potestatem scilicet præ dicandi dedit Christus apostolis & ante passionem quando misit eos ad predicandum iu

Ptãs prædicandi.

deis dicẽs. In viam gentium ne abieritis &c. Euntes autem predicate dicẽtes, q̃a appropinquat regnum Dei. Luc. 9. Post resurrectionem autem apparẽs & præcipuæ in die assensionis dixit. Eũtes prædicate euangeliũ omni creaturæ. Mar. vl. Prædicatio autem congrue potest dici clauis regni, quia per ipsam aperitur scriptura quæ dicitur regnum & datur introitus ad virtutes quæ etiam dicũtur regnum cœlorũ. Et quamuis cum esset cum Christo nõ essent ipsi apostoli adhuc sub regimine Petrus nec in prædicando, nec in baptizando, nec in aliis, tamẽ post quam factus est ab ipso pastor ecclesiæ, & in prædicãdo & in aliis fuerunt sub Petro, vt si diffiderent inter se in prædicãdo & huiusmodi, sicut facta est altercatio inter Paulum & cõuersos ex iudaismo qui erãt Antiochiæ ex obseruatione legalium. Actuum. 15. esset aliquis superior qui eos renueret determinaret. Vnde cum præsens erat Petrus in prædicando omnes sibi deferebant & ipsæ sermonem fecit in electione Matthię. Et similiter post missionem spiritussancti primus narratur Petrus surrexisse ad prædicandum tria milia hominum sua prædicatione cõuertẽs. Vnde & Anacletus distin. 21. dicit in nouo, quòd Petrus primus ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit, cæteri verò apostolicum eodẽ pari consortio honorẽ & potestatem acceperunt, ipsum quoque principẽ eorum esse voluerũt, vnde & recte dictus est Cæphas quasi caput aliorum pugnantium per prædicationem contra mundum, & ab ipso facta est ordinatio predicatorum & predicationum, licet assensu & consilio aliorũ, Apostolorum, sicut papa agit de cõsilio cardinalium, quod pertinet ad regimen ecclesiæ. Sic ergo potest dici quòd Apostoli, & alii potestatem pdicandi post Penthecosten habuerunt a Petro Christo inspirante propter seruandam in omnibus ecclesię vnitatem. Dicitur autem post resurrectionem misisse ad prædicandũ, dando. s. eis os & sapientiam & virtutẽ verbi, sed Petro singulari ctum fuit. Pasce oues meas. s. per verbũ prædicationis, & tibi dabo claues regni cœlorum. Cum hac autem potestate prædicandi dedit Apostolis Christus & Petrus post Christũ eis & aliis prædicatoribus metendi temporalia. i. accipiendi ab illis quibus spiritualia seminauerant. Dixit enim Christus Matth. 10. Dignus est operarius cibo suo. Et. 1. ad Corin. 9. dicitur. dominus ordinauit his qui euangeliũ nunciant de Euangelio viuere. Et Hiero. inquit. Apostolicis

Actuũ. 1

stolicis viris, & euangelizatoribus Christi in necessariis vsibus nō retribuere seipsum condemnare est. 16. q. 1. De potestate faciēdi miracula dicitur Lucæ. 9 cap. Dedit eis potestatem super omnia Demonia vt languores curarent. Hanc autem potestatem habuerunt omnes apostoli immediate a Christo & ante resurrectionem & post non a Petro, nō enim potestas faciēdi miracula potest dari a puro homine: sed a solo Deo, quinimmo ipsæ Deꝰ est qui miracula operat p sanctos suos, vt per instrumenta. Vnde psal. 135. Qui facis mirabilia magna solus. Vnde & ipsa potestate faciēdi miracula apostoli aut alii fuerunt vti nō possunt ad placitū, sed quādo Deo placet. vt dicitur de pē. di. 2. c. Quærendum. Et Iudas prodidit tor hanc etiam creditur habuisse, licet autem potestatem faciendi miracula nō habuerunt a Petro apostoli alii habuerunt tamen eam sub Petro & minorem Petro. Vnde & in illo vsu omnes deferebant Petro. Sic enim & Io. euāgelista qui fuit maior post Petrum fecit, vnde & primum miraculum factū per apostolos post missionem spiritus sancti factum est per Petrum associatum cum Ioan. dicente claudo medicanti, quod habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Nazareni surge & ambula, qui subito sanatus est Act. 3. Et in gestis martyrii Petri & Pauli, de electione Simonis Magi quem dæmones per aera portabant, Paulus Petro legitur detulisse, nam post piam contentionem ad inuicem præcepit Petrus dæmonibus, vt demitteret illum ad terram, quod & factum est, & sic coruens Simon expirauit. Quod autem minorem operationem in miraculis alii apostoli egerunt Petro, patet quia ad vmbram Petri sanabantur infirmi. Actuum. 5. quod de aliis apostolis non inuenitur. Vnde per eccellentiam quandam ei singulariter fuit dictū. Tibi dabo claues regni cœlorum. Dicit hæc potestas clauis quia per miracula patuit aditus multis ad regnum ecclesiæ per fidem conuersis. ¶ Potestatem quartam scilicet recte cōuersandi dedit apostolis non solum eo modo communi quo dictum est, dedit eis potestatē filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius &c. Io. primo, sed quodammodo speciali cū eos elegit ad apostolatum, & non solum doctrina & exemplo, quæ eis familiarius communicabat sed etiā gratia interiori, de qua eis dixit Io. 15. Sine me nihil potestis facere scilicet aliqd meritorium, aliem tamen potestatem seu gratiam recte conuersandi dedit eis pleniorem & perfectiorem in die pentecostes. Nam antea non fuerunt ita confirmati quin potuerint peccare mortaliter, & de facto in hoc inciderunt tempore passionis omnes apostoli, secundum P. de Pal. fidem diuinitatis Christi mente negātes, cuius tamen virtute & in numera miracula cognouerant, sed per aduē tū spiritus sancti potestas, recte viuendi á Deo fuit roborata vt mortaliter peccare non possent secundum communem opinionem. Vnde & Petrus si in dissimulatione obseruationis legalium peccauit prout vult Augu. propter quod Paulus cum reprehendit, vt habetur ad Ga. 2. c. illud tamen veniale fuit secundum Tho. in. 4. sen. di. 1. q. 2. ar. 5. q. 3. Ita tamen potestas recte cōuersandi, & si procedat ex radice & affectu dilectionis, ostenditur tamen in tolerationē magnæ passionis, & omnes quidem apostoli perfectam dilectionem habuerunt, & multa p Christo libenter passi sunt. Vnde dicitur act. 5. de apostolis, post flagellationem ipsorum ibāt apostoli gaudentes a cōspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Petrus tū feruentiorem dilectionem ostendit præ cæteris. Vnde & ter Christus ei dixit. Simon Ioannis diligis me plus his? Ioann. vl. Et ex lapsu suo fortior & feruentior resurrexit. Vnde Ambr. Fidelior factus est Petrus postquam perdidisse se fleuit, atq; ideo maiorem gratiam peperit quam amisit dist. 50. Fidelior, passus etiam videtur passione acerbiori præ cæteris, nam cū passo crucis sit acerbissima, & ipsæ hanc sustinuerit verso capite ad terram, hinc facta fuit crudelior, ipsa autem dilectio & martirii passio apte dicuntur claues regni cœlorum, qa per eas ad cœlum aditus patet. Vnde & de Christo dicitur Esa. 22. dabo clauem Dauid super humerum eius appellans clauem crucem Et p Dauid intelligens Christum, quod cōgrue dicitur de Petro per excellentiam, tibi dabo claues regni cœlorum &c. ¶ Quantum ad quintam potestatem scilicet sacerdotalem, scilicet cōficiēdi, ligandi, & soluendi in sacramento pœnitētiæ. Christus dedit omnibus apostolis in vltima cœna, cum dixit. Hoc facite in meam cō memorationē. Lu. 22. quasi diceret, potestatem hoc faciendi ideſt conficiendi accipite, tunc enim eos fecit sacerdotes etiam Iudam tunc ibi præsentē secundum omnes doc. præter Hylarium qui dicit Iudam non cōmunicasse, quamuis hac potestate nō crediderit nisi ante penthecostem & tunc in vltima cœna eis data est potestas ligādi & soluendi omnibus ipsis in foro pœnitentiæ & non antea.

Ptās faciēdi miracula.

Ptās recte conuersandi.

Ptās cōficiendi & soluēdi.

Nam

Nam quod antea dixerit discipulis, quæcunque ligaueritis in terra, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque solueritis &c. Mat. 18. fuit verbum promissionis non collationis talis potestatis. Et similiter quando dixit Petro. Tibi dabo cla. &c. sicut etiam quando misit apostolos ad prædicandum & vngendum infirmos oleo, non dedit eis potestatem conferendi potestatem extremæ vnctionis, cum non essent adhuc sacerdotes, sed figurauit illud q̃ postea essent collaturi sacerdotes, quia ad ipsos non ad alios spectat dare extremam vnctionem, secundum illud Iac 5. Infirmatur aliquis in vobis inducat præsbyteros de ecclesia vngentes eum oleo &c. Tho. tamen in 4. dicit, quod potestatem sacerdotalem quantum ad secundarium actum qui est soluere & ligare, Christus dedit post resurrectionem cum insufflauit in eos, dicens. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis &c. puod videtur magis consonum dictis sanctorum. Posset tamen intelligi dictum Thom. quantum ad ostensionem seu vsum dictæ potestatis secundum illum modum loquendi scripturæ quo consueuit dicere rem fieri cum innotescit, vt ait Pet. de pal. De hac autem potestate conficiendi, ligandi atque soluendi inquit Antherus papa. Absit vt quicquam finistrum de his arbitremur qui apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos Christiani sumus, qui claues regni cælorum habentes ante diẽ iudicii iudicat. 11. q. 3. c. Absit. Et quamuis se putagintaduo discipuli fuerunt etiam a Christo missi ad prædicandum, non tamen habetur quod eos fecerit sacerdotes sicut apostolos. Vnde quod dicitur dist. 21. In nouo, q̃ præsbyteri tenent typum eorum, & in eorum loco sunt constituti ab ecclesia non ex hoc habetur quod fuerint facti sacerdotes a Christo nisi in figuram, vt sicut illi discipuli erant sub apostolis, ita præsbyteri sub episcopis. Et sic etiam intelligendum est quod ait Gratianus dist. 21. §. 1. videlicet quod Christus discipulos 72. instituit minores sacerdotes scilicet in figuram non realiter ordinando eos vel inspirando apostolos quod post penthecostem ordinarent eos in sacerdotes. Quamuis autem eandem potestatem & æqualem in conficiendo habuerint omnes apostoli & episcopi & sacerdotes, tamen quantum ad potestatem ligandi & soluendi plenitudinem habuit Petrus potestatis & iurisdictionis, & sic intelligitur illud Anacleti distinctione vigesimaprima. In nouo testamento post Christum dominum a Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primo in ecclesia pontificatus datus est dicente domino ad eum. Tu es Petrus &c. & tibi dabo claues &c. ligandi & soluendi quia potestatem primus accepit a domino scilicet quo ad iurisdictionem. Quantum ad sextam potestatem scilicet episcopalem. Seiendum q̃ varia est opinio inter doctores de potestate seu charactere episcopali. Nam canonistæ communiter tenent quod sit ordo distinctus ab aliis, & quod imprimatur spiritualis character. Et ad hoc facit quod ait Isido. distinct. 21. Cleros dicens ordinem episcoporum qua dripartitũ, & Leo papa distinctione 32. Omnium, vbi dicit episcopatum esse quartum ordinem, sed Tho. in 4. dicit sumendo propriè ordinem, scilicet prout ordinatur ad cõficiendum eucharistiam non esse ordinem distinctum nec imprimere characterem, & quod in prædictis cap. dicatur ordo sumitur ibi largè prout importat dignitatem habentem potestatem ad quasdam sacras actiones perficiendas quæ non potest sacerdos, vt chrismare, ordinare, ecclesiam consecrare & huiusmodi. Pet. de pal. & Herueus & August. de Ancho. in tractatibus suis de potestate papæ dicunt ibi non imprimi characterem specialem, sed ampliatur seu perficitur ipsæ character sacerdotalis per consecrationẽ episcopalem, vt scilicet possit aliqua facere quæ non potest simplex sacerdos, (vt dictum est,) & quia plenè potest administrare omnia sacramenta & conficere. Extenditur autem ista potestas episcopalis per se ad chrismandum, ordinandum, & consecrandum omne dignum consecratione, vt ecclesias, virgines, vasa, templa & huiusmodi. Et etiam ad ligandũ & soluendũ in foro exteriori per excommunicationẽ. Vnde excõmunicatio dẽ mucro epalis 24. q. 3. Corripiantur. In hac ptãte. s. ordinis oẽs apostoli fuerunt æquales siue fuerint facti epi a Christo in vltima cæna, vel post resurrectionẽ siue sint ordinati a Petro ſm alios & idẽ est de oibus epis consecratis quæ ptãs auferri nõ posset ab homine nec deleri, quia a Deo confert, etsi mediante epo & instrumentali causa. Et sic intelligendum est q̃ ait Anacletus dist. 21. In nouo, videlicet q̃ cæteri apostoli cũ eodẽ Petro paricõsortio honorẽ & ptãtem acceperunt. s. q̃tũ ad ptãtem cõsecrationis nõ quantũ ad ministrationẽ seu iurisdictionẽ. Verũ Pet. de pal. in tractatu de ptãte papæ dicit, q̃ solus Petrus factus est a Christo immediate eps & papa cum

Potestas epalis.

Dist. 24 q. 3. ar. 2. q. 2.

Vide supra tit. 14. c. 16 §. 3.

pa cum dixit ei. Pasce agnos meos & oues meas Ioan. vlt. ideſt do tibi poteſtatem paſcendi, qui paſtus ſpiritualis ſit per collationem ſacramentorum,& per confirmationem paſcuntur agni & nouelli in fide, vt efficiantur arietes ad bellandum publicè in cõfeſſione Dei ſine timore, & per ordinis collationẽ paſcuntur oues profecti in obedientia & patientia, vt pariant filios ſpirituales per baptiſmum, pœnitentiam & prædicationem quæ agere ſpectat ad ſacerdotes, Chriſtus ergo quia per excellentiam poteſtatis ſeu poteſtatem excellentiæ poterat conferre effectum ſacramentorum & characterem & gratiam ſine collatione ſacramenti exterioris ideſt alicuius rei ſenſibilis, ſicut dedit apoſtolis omnes ordines in vltima cœna ſine cõtractu alicuius ſacramẽti & ſine forma conſueta, ita dicendo Petro paſce oues meas, dedit ei poteſtatem & characterem epiſcopalem poſtmodum Petrus cõſecratus a Chriſto in epiſcopum, conſecrauit poſt penthecoſtem Ioan. Euange. vt principaliorem poſt eum & poſtea Iacobum maiorem fratrem eius. Et exin de iſti tres conſecrauerunt Iacobum minorẽ in epiſcopum & patriarcham Hieroſolymorum dantes in hoc formam eccleſiæ de numero trinario epiſcoporum conſecrantium eos. Et ita intelligendum eſt quod dicitur d. 66. Petro, de ordinatione Iacobi minoris cum glo. ſua tamen non quod numerus trinarius ſecundum Pe. de Palu. ſit de ſubſtantia conſecrationis illius, ſed de inſtitutione eccleſię. Vnde & ipſi apoſtoli aliquando non ſeruabant prædictum numerum cum non habebãt in promptu, ſicut Paulus fecit Timotheũ & Titum & Dionyſium epiſcopos. Credendũ etiam eſt quod fecerint aliquos ſimplices ſacerdotes, ex. 72. diſcipulis vel aliis. De diaconibus ſeptem, clarum eſt ab eis ordinatis. Actum 6. & hi ſciebant officia ordinum inferiorum. Habebant etiã apoſtoli ſancti epiſcopi poteſtatem excommunicandi fideles manifeſtè peccantes quod facientes tradebãt eos Sathanæ vexandos corporaliter, vt fecit Paulus apoſtolus erga illum Corinthum qui nouerca abutebatur. 1. Cor. 5. & alios etiam. Iſta tamen poteſtatem quia ad iuriſdictionẽ pertinet recognoſcebant & habebant ſub Petro. Hæc igitur eſt clauis regni cœlorum ideſt eccleſiæ militantis poteſtas epiſcopalis collata principaliter Petro, & ideò dixit. Tibi dabo claues regni cœlorũ &c. Nec obſtat quod Augu. dicit in libro de quæſtionibus noui & vete. teſta. quòd Chriſtus omnes apoſtolos fecit epiſcopos. Ad hoc enim poteſt tripliciter reſponderi. Vno modo quod fecit omnes apoſtolos epiſcopos, ſed differenter, quia Petrũ per ſe fecit epiſcopum alios per Petrum. Sicut etiam dicit propheta & Chriſtus allegat in Euangelio Ioa. Erunt omnes docibiles Dei ideſt a Deo: ſed alii immediate vt diſcipulis, alii mediate vt conuerſi p ipſos. Secundo modo põt dici quod Chriſtus fecit omnes apoſtolos epiſcopos ideſt præſbiteros quod fecit per ſe in vltima cœna. Sæpe enim epiſcopus ponitur pro ſimplici ſacerdote, quod probat Hiero. per id quod habetur Act. 20. vbi Apoſtolus loquẽs ad ſeniores ciuitatis Epheſii inquit. Poſuit vos ſpiritus ſanctus epiſcopos. i. præsbyteros. In vna. n. ciuitate nõ debet eſſe niſi vnus epiſcopus, ſicut dicit Clemens Petrum inſtituiſſe. di. 80. c. In illis. Idem etiã p batur per c. Legimus. di. 93. & ſic etiã poteſt intelligi illud pſal. 108. dictũ de Iuda. Epiſcopatũ eius accipiat alter. ideſt præsbyteratum vel apoſtolatum. Fuit etiam hoc paſſioni congruum, vt ſicut in creatione humani generis, vt eſſet maior vnitas Deꝰ fecit ex vno omne humanum genus, vt dicitur Actuum. 17. quia primo Adam & ex eo Euam. Sic ad ſeruandum eccleſiæ vnitatem nõ fecit Chriſtus duos vel tres epiſcopos, ſeu omnes apoſtolos a quibus aliis fierent, vt eſſent plura capita, ſed decuit facere vnum epiſcopum tantum a quo cæteris fierent & his fuit Petrus, & ideò ſibi dictum fuit. Tibi dabo &c. claues ſcilicet eccleſiæ militantis. ¶ Septima & vltima poteſtas in eccleſia eſt iuriſdictionis iudicãdi & ſententiandi in foro pœnitentiæ & foro contentioſo. Hanc autem etſi apoſtoli omnes habuerunt a Chriſto, tamẽ vt eſſent ſub Petro. Ipſæ autem Petrus immediate a Chriſto accepit omnem plenitudinem iuriſdictionis, & ſic omnis eius ſucceſſor, ideſt papa plenitudinem poteſtatis habet a Chriſto, alii autẽ epiſcopi & prælati in parte habent & omnes a papa. Vnde Gregori. inquit. Romana eccleſia vices ſuas ita aliis impartiuit eccleſiis, vt in partẽ ſint vocatæ ſollicitudinis, nõ in plenitudinem poteſtatis. 2. q. 6. Decreto. &c. ſequenti. Ad quod deſignãdum papa ſemper & vbique vtitur palleo. Alii vero prælati certis diebus & locis vt extra de vſu pal. capi. Ad honorem hanc poteſtatem Petro cõtulit Chriſtus cum ait. Paſce oues meas, ſecundum Petrum de Palude, quæ poteſtas extenditur ad omnia dubia iuris diuini vel naturalis declarando omnia iura poſitiua ſtatuendo & abrogando, omnia priuilegia condonando de omnibus

Ptãs iuriſdictionis.

nibus vtroque foro qui ſunt in eccleſia ſentẽ tiando pœnas omnes temporales pro peccatis debitas per indulgentias relaxando etiam quoad defunctos,& multa alia de quibus dc claratum eſt ſupra quæ nullus alius poteſt & ideo ipſi ſoli dictum eſt. Tibi dabo claues. Et ad hoc ſunt plures auctoritates vt Pelagii papę dicentis diſt. 21. quamuis vniuerſe per orbem catholicæ eccleſiæ vnus thalamus Chriſti ſit tamen ſancta Romana eccleſia catholica & apoſtolica nullus ſynodicis conſtitutis cæteris eccleſijs prælata eſt,ſed euangelica voce & ſaluatoris noſtri primatum obtinuit. Tu es inquiens Petrus & ſuper hãc petram edificabo eccleſiam meam. Et diſt. 22. inquit Nicolaus papa. Omnes ſiue patriarche ſiue in cuiuslibet apicẽ ſiue metropoleos primatus aut epiſcopatum cathedras vel eccleſiarũ cuiuſcunque ordinis dignitatem inſtituit Romana eccleſia. Illam vero ſolus ipſe fundauit, & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit qui beato æterne vitæ claugero ſcilicet Petro terreni ſimul & celeſtis imperii iura commiſit. Non ergo quęlibet terrena ſentẽtia ſed illud verbum quo conſtructum eſt cœlum & terrã, per quod denique omnia ſunt condita elementa Romanam fundauit eccleſiam, illius certe priuilegio fungitur illius auctoritate fulcitur,& in fine c. dicitur, ſanctus Ambro. ſe in omnibus ſequi magiſtram Romanã eccleſiam profitetur,& in c. ſequen. dicit Anacletus in fine. Hæc apoſtolica ſedes caput & cardo, vt præfatum eſt a domino & non ab aliis conſtituta eſt,& ſicut cãrdine oſtium regitur, ſic huius ſancte ſedis auctoritate oẽs eccleſiæ domino diſponẽte reguntur,& Agatho papa diſt. 19. ait. Sic omnes apoſtolicę ſedis ſanctiones accipiende ſunt tanquam ipſius diuina voce Petri firmate. Item Ambro. Et ſi aliis imperatur diſcipulis, vt laxent retia ſua. Soli tamen Petro dicitur. Duc in altum ideſt in profundum diſputationum. Quid enim tam altum quam altitudinẽ diuinarum videre ideſt ſcire Dei filium & profeſſione diuine generationis aſſumere. 24. q. 1. non turbatur. Vnde ad papam referuntur dubia fidei pro determinatione, vt dicit Inno. ea. q. c. quotiens. Idem Ambro. Eſt aliud apoſtolicum piſcandi genus quo genere ſolũ Pecrum dominus piſcari iubet dicens. Mitte hamum & eum piſcem qui primum aſcendet tolle. 24. qõ. 1. vbi dicit glo. quòd per hamum intelligitnr iuriſdictio,qua Petrus aliis pręfuit. Item Leo papa ea,q. Beatiſſimus Petrus accepit a domino principatum & Roma na eccleſia in eius permanet inſtitutis. Item Cyrillus in libro theſaurorum dicit ſuper illud. Tu es Petrus,ſecundum hanc domini ,pmiſſionem eccleſia apoſtolica Petri ab omni ſeditione & hęretica circunuentione immaculata manet ſuper omnes præpoſitos & epiſcopos & ſuper omnes primates eccleſiarum & populorum in ſuis pontificibus in fide pleniſſima & auctoritate Petri. Item ex ſynodo Niceno, quæ ſemper fuit magne auctoritatis apud græcos & latinos dicitur. Eccleſia Romana ſemper primatum habuit, ſemperque habere debet,quod intelligendum eſt poſtquam Petrus in ea ſedit. Item ex alio cõcilio dicitur. Veneramur ſecundum ſcripturas & canonicum diffinitione ſanctiſſimũ antique Romanę epiſcopum primumeſſe & maximũ epiſcoporum omnium. Dicit autem antiquę Romanę ad differentiam Conſtantinopolis quam Conſtantinus illuc ſedem ſuam tranſferens & priuilegiis vrbis Romanę excellens nouam Romam appellari voluit Item ex auctoritate concilii Calcedonen. inter cętera legitur ibi geſta quod tota ſynodus acclamauit Leoni Papæ. Leo ſanctiſſimus apoſtolicus & icomenicos ideſt vniuerſalis patriarcha p multos annos viuat. Quod autem epiſcopi ſucceſſerit loco apoſtolorum & curati & omnes ſuperiores prælati loco diſcipulorũ,probatur. diſt. 21. c. In nouo,& 60. di. c. Foris. Itẽ Marcellus pa. 24. q. 1. c. Rogamus,dicit de Petro. Ipſe eſt caput totius eccleſię,cui dominus ait. Tu es Petrus, &c. huius ſedis primatus fuit apud vos ſcilicet Antiochię, quæ poſtea iubente domino Romam translata eſt. Hunc autẽ iuſtum domini exponit Inno. extra quę ſi ſint legi. Per venerabilẽ, dum dicit ſic. Locus quẽ elegit dominus apoſtolica ſedes eſſe dinoſcitur,cum ergo Petrus vrbem exiuiſſet volens dominus eum ad locum quem elegerat reuocare interrogatus ab eo,domine quo vadis. Reſpondit. Venio Romam iterũ crucifigi,quod intelligens pro ſe dictum ad locum priſtinum eſt reuerſus. Motus enim Petrus lachrimis Chriſtianorũ a facie Neronis fugiens aliam ſedẽ forte eligere volebat ſm illud Mat. 10. Cum vos perſecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliã, ſed hoc dominus prohibuit volẽs ibi ſedem Petri finaliter permanere, vnde non ex Petri, ſed ex ipſi electione eccleſia Romana facta eſt ſedes Petri, quare nõ pót ſedes apoſtolica a Petro mutari ſicut elegit dominus ſyon, vnde templũ facere alubi non licuit, etiam ſummo ſacerdoti, vnde peccauit Heliachi in epoleos egypti, ſimile

Roma prima ſedes.

mile templum faciens illi hierosolimorum, vt refert Iosephus. Sine causa autem rationabili sedem suam a Deo Romæ fundatam nō posset ipse pa. euertere nec alio transferre, & si faceret immo etiam quantuncunque causa probabilis, quia non nisi contraria Dei iussio ne mutāda est quod semel iussit sine assensu generalis concilii super hoc specialiter cōuocati & Dei reuelatione super hoc inuocata non essent translatio facienda, quia nec propter transgressionem, nec propter captiuitatem populi Dei per septuaginta annos licuit locum templi quem dominus elegerat in mutari. Nec est simile de mutatione sedis Antiochie, quia illam sedem Petrus elegit motu proprio. Nec etiam est simile de translatione sedis imperialis eius enim auctoritas est a populo Romano qui ius suum & potestatem in Imperatorem transtulit, instit. de iu. na. §. Sed quod, auctoritates enim quædam quę videntur ponere qualitatem potestatis in Petro & aliis apostolis sane intelligēde & exponende sunt. Dicit enim Cyprianus. 24. q. 1. Loquitur, quamuis Christus omnib⁹ post resurrectionem suam parē potestatem tribuat & dicat. Sicut misit me pater & ego mitto vos. Accipite spiritum sanctum, tamen vt vnitatem manifestaret potestatis eiusdem originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erāt vtique ceteri apostoli quod Petrus fuit pari consortio præditi & honoris & potestatis, sed exordium ab vnitate proficiscitur vt ecclesia Christi vna monstretur. Vnde vni dicit scilicet Petro. Tu es Petrus &c. super vnum edeficata ecclesiam. Hæc ille. Sed ista parilitas & equalitas potestatis & honoris intelligenda est de potestate ordinis & consecrationis non de potestate iurisditionis. Item quod ait Amb. 2. q. 7. Beati Petrus & Paulus eminent inter apostolos vniuersos & quadam prerogatiua precellunt, puto autem illos equales esse in meritis quia equales sūt in passione. Hi duo dicunt alios apostolos precellere, non quidē in ptāte ordinis, sed in ueneratione gentium, & quia vrbem suo martyrio consecrauerunt, in passione socii existētes, vt dicitur. 22. di. Sacrosancta, vnde & de cōcilio curie Romanæ in indulgētiis dicitur de beatorum Petri & Pauli apostolorum auctoritate confisi &c. Pares autem dicuntur isti duo nō iurisdictione sed merito & sanctitate martyrii, & sic etiam intelligitur illud Hiero. 2. q. 7. Paul. Petrus reprehēdit q̄ non auderet nisi se nō imparem sciret. Vbi subdit Gratia. quod hoc nō est de officio ecclesiastice dignitatis, sed de potestate vite & conuersationis intelligitur, & sic etiam Augu. in ca. Puta ea. q. Cyprianum Petro apostolo cōparat scilicet quantum ad martyrii coronam, non quātum ad iurisdictionis potentiam. Item quod dicit Bern. in lib. 3. de consi. ad Eugenium. Si vt in summa ita & solam institutam a Deo scilicet vestram apostolicam dignitatem existimas, si hoc sentis dissentis ab ipso qui ait. Non est potestas nisi a Deo, & omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, nō ait sublimiori tanquam in vno sed sublimioribus tanquam in multis, non ergo sola tua potestas a domino sunt & medio cres & inferiores. Si istud intelligatur de potestate ordinis sacerdotalis & pōtificalis, si papæ existimaret potestatem suam sacerdotalem & pontificalē solam esse a Deo constitutā excludendo potestatem ordinis aliorum pontificū & sacerdotum, dicendo illorum nō esse eque immediate a deo sicut suam erraret, quia vt dictum est potestas ordinis in omnibus est equaliter a Deo. Item si papa existimaret potestatem seu iurisdictionis solā esse a Deo, omnem q; aliā potestatem iurisdictionis ecclesiasticę non esse a Deo, nec immediate nec mediate erraret, sed si existimat suam esse a Deo immediate aliorum verò esse a Deo sed mediante scilicet sua nō erat. Item ex eo quod legitur. Act. 8. scilicet quòd miserūt apostoli qui erāt Hierosolymis Petrum & Ioannem in Samariam ad cōfirmandum baptizatos, videtur ex hoc Petrus inferior apostolis esse, quia communiter mitti tur inferior a superiore. Sed respondetur quòd missio quæ fit per auctoritatem vtique est a superiore sicut papa mittit legatum, & rex balium, sed missio quæ fit per cōsilium & suasionem potest esse etiam ab inferiore, & sic consiliarii dicuntur mittere regem quando vadit alicubi de consilio subditorum, quia per consilium mouent eum ad illud faciēdū. Et sicut apostoli & seniores miserunt Petrum & Ioannem & hoc persuadendo & consulendo pro salute populi. Item ex eo q̄ legitur. Actuum. 15. quòd Iacobus minor tulit sententiam in quæstione legalium vbi erant Petrus & ali. in concilio congregati. Et hoc maior videtur fuisse Petro, quia maior est qui iudicat inter omnes. Sed potest dupliciter responderi. Primo quòd Iacobus iudicauit non vt iudex omnium sed tanquam iudex illius loci specialiter, non qui Petrus potuisset iudicare, sed quia voluit illi deferre loco suo, sicut papa quando est in aliqua ciuitate posset omnia audire & iudicare

sed

Roma-na sedes non est trāsferē da.

Equa-ptās a-postolo-rum.

sed in multis non facit, vt deferat episcopo loci. Alio modo potest dici, quod Iacobus ipsæ non dedit sententiam in illa materia legalium: sed Petrus, qui prius locutus fuerat qd agendum esset, postmodum autem Iacobus addidit, & sententiam suam non quasi auctorizans, sed vt assentiens & confirmans sententiam Petri pro parte omnium aliorum, sicut fit in conciliis, in quibus formatis decretis seu canonibus per papam, respondetur ab omnibus prælatis per placet. Item quod dicitur distin. 21. c. in nouo, quod apostoli principem suum esse voluerunt Petrum, & per consequens totius ecclesiæ, & sic non a Christo, sed ab apostolis uidetur Petrus habuisse primatum. Respon. quod apostoli hoc voluerũt voluntate consequenti & acceptanti Dei ordinationem, non autem voluntate antecedente seu accusante ipsam auctoritatem, nam hoc habuit a Christo, vt ibi dicitur, hæc Petrus de Palude.

§. 2. Renunciare papatui.

¶ Quæritur vtrum papa possit renunciare papatui, videtur quod non, quia papatus est, a solo Deo immediatè, vt supra ostensum est, sed quod a solo Deo est non potest tolli per aliquem nisi Deus, ergo non potest renunciari per papam qui est homo. In contrarium habetur extra de renunc. c. 1. lib. 6. ubi expresse determinatur quod potest papa renunciare papatui. Ad istam quæstionem sic respondit August. de Ancho. in sum. de potestate papæ, quod utique renunciare potest non obstante quod papatus sit a Deo, quia hoc est ita a Deo quod etiam ab homine cooperante isto uel in illo, scilicet cooperante eius cõsensu & volitione talia enim tolli possunt, & dissolui illius hominis dissensu & contraria volitione. Probat autem hoc per exempla in naturalibus, in moralibus, in artificialibus. Et in naturalibus quidem, quia anima rationalis singulariter a Deo infunditur cum nullus possit infundere & creare ipsam nisi Deus, & tamen quia infunditur a Deo cooperante homine, quia homo hominẽ generat & sol secundum philosophum, ideo opere humano potest anima a corpore tolli & separari, vt per occisionem. In moralibus verò videmus, q̃ gratia singulariter a Deo infunditur animæ cooperante tamen homine, vnde illud super Thren. 4. Conuerte nos domine ad te & conuertemur, dicit glo. q̃ gratia Dei nõ conuertimur nisi ex nostra voluntate conuertimur. s. libertate arbitrii ipsam acceptando, sicut ergo gratiæ infusio est a Deo per hominis tñ cõsensum & liberi arbitrii conuersionẽ, ita separatio eius gratiæ potest esse per hominis dissensum, & eius liberi a Deo auersionẽ. In artificialibus manifestũ est, q̃ templũ Salomonis & tabernaculum Moysi ex mandato Dei fabricata sunt, & singula in illis operata, & tñ quia cooperante homine illa fabricata sunt. Cooperãte etiã homine illa destructa sunt. Sic etiã papatus etsi a Deo sit, tamen consensu ipsius papæ cooperante, & ideò eius dissenso renunciari potest, ẽt si iurasset vel nouisset nõ renunciare, & ipsæ videret se impotentẽ ad talẽ curã, propter infirmitatẽ grauẽ & incurabilẽ, vel cognosceret se omnino insufficientem. Et de quatuor quidẽ summis pontificibus in gestis sanctorũ legimus renunciasse papatui. s. Clementẽ, Cyriacũ, Marcellinũ & Cœlestinũ, nõ tamẽ ex eodem fonte seu causa processit illa renunciatio. Nam Clemẽs renũciauit p̃p mali exẽpli in posterum vitationem, cum fuerit institutus papa a beato Petro, ne quid simile attẽtaretur a successoribus, vnde renunciauit & loco eius factus est Linus, & post eum Cletus, & post eos idem Clemẽs, vt notatur. 8. q. 1. c. 1. Cyriacus verò renũciauit propter martyrii coronatione associans se. 11. milibus uirginũ beatæ Vrsulæ & sociabus ex reuelatione angelica. Marcellinus autẽ renunciauit propter idolatriã operationẽ ponens thura idolis. Vnde p̃nitens in concilio iudicauit se deponendũ anathematizãs qui corpus suũ sepeliret, vt habetur di. 21. Sed Cœlestinus q̃ prius dictus est Petrus de Murrone renũciauit papatui p̃p suę insufficientiæ recognitionẽ concilio ductus (vt creditur) spiritu sancti hos oẽs canonizauit ecclesia & ascripsit cathalogo sanctorũ. Vnde non est credendũ in ipsa renunciatione erasse & fecisse qd̃ non potuissent. Et licèt Danthes poeta vulgaris repræhẽdat Cœlestinum de illa renunciatione. Rectius de ipsa loquitur Francis. Petrarcha & sentit fidelius in libro de uita solitaria ipsum commendans. Pet. de Palu. in lib de potestate papæ idem concludit, sed subtilius, dicit enim quòd papa potest cedere papatui, & cedendo desinere esse papa, si cardinales acceptent alias non. Sunt enim in hac acceptione papatus duo, vnum est ius suum quod ei acquiritur ex canonica electione, aliud est ius ecclesię cui obligatur, cuilibet autem licet iuri suo renunciari in omni eo in quo non est alteri obligatus vel subditus. C. de pac. l. siquis, sed qui semel se obligauit non potest se ad libitum liberare, igitur papa ex parte quidem sua renunciare potest papatui, sed quia semel se obligauit ecclesiæ ex illa parte re-

quatuor papæ renunciauerunt papatui.

papa obligatur ad duo.

te renunciare non potest, nisi de assensu cardinalium qui in omnibus quæ ad papam spectant repræsentat vices ecclesiæ. Est enim papa obligatus, ex quo acceptauit ecclesiam regere, vnde nisi ecclesia quitet eum & consentiat, scilicet per cardinales, videtur q̃ non possit renunciare: sed cõsentientibus illis potest, & secundum hanc distinctionẽ debet intelligi illa determinatio de renun. c. 1. lib. 6. Sed contra si arguitur matrimonium, in quo est vinculũ diuinum, & non consummatum nulla renunciatione potest tolli, ergo nec vinculum inter papam & ecclesiam, q̃ est in vinculum diuinum, sed papatus est de iure diuino cum sit inter eos matrimonium spirituale, & ipsæ papa sit sponsus ecclesiæ nulla renunciatione vel resignatione tolli potest eadem ratione. Sed ad hoc respondet idem Pet. scilicet non est simile vinculum, quia in matrimonio carnali per consensum mutuum expræssum per verba de præsenti quæ sunt verum sacramentum sequitur vinculum diuinum, q̃ est subiectiuè non in anima tantum: sed in toto composito, vnde tandiu durat vtrunque suppositum, vnde illud vinculum, q̃ est quid diuinum, & res sacramenti sequens non mutuum consensum, sed sacramentum integratum ex consensu, & verbis in personis habilibus non potest ab homine dissolui, secundum illud. Quos Deus coniunxit homo non separet, sed consensus cardinalium eligentiũ repræsentantium consensum sponsæ ex vna parte & consensum electi quasi sponsi ex alia per quæcunque verba expræssus non est sacramentum nec sacramentale, vnde ex opere operato habet effectum diuinum quoad vinculum, sed manet illud vinculum pure humanum solo consensu hominum, vnde consensu contrario tolli potest eadem ratione qua & sponsalia de futuro. Potestas ergo papalis, prout est in sede Romana habet fundamentum diuinum non humanum, & ideo nunquam destruitur, sed prout illa potestas est in persona quæ est in sede solum per consensum humanum habet fundamentum humanum duplex, scilicet ipsum hominem, & illum consensum quæ sunt destructibilia, vnde quodlibet eorum destructo destruitur potestas nõ in se, sed in illa persona in qua erat per accidens per hoc. s. q̃ erat in sede, quia igitur nihil tam naturale q̃ vnumquodque dissolui eo genere quo ligatum est, pp q̃ obligationes quæ solo consensu contrahuntur, cõsensu contrario distrahuntur, & ẽt dissoluuntur re existente integra. Inde est, q̃ vinculum obligationis inter papã & ecclesiã solo consensu contractũ cõtrario consensu dissoluitur, & renunciando in manibus cardinaliũ acceptantium desinit esse in sede, & perdit per consequens ptãtem quæ remanet in sede, & acquiritur succedenti in sede ex ipsamet successione. Ratio autem quare non sic dissoluatur cõsensus mutuus expræssus in matrimonio de præsenti per dissensum iam assignata est, nec papa statuere posset, quod non possit renunciare papatui secundum August. de Ancho. ¶ Quæritur vtrum papa possit deponi pro quocunque crimine notorio, & videtur quòd sic. Dicitur. n. dist. 40. Si papa, q̃ huiusmodi culpas redarguere præsumit mortalium nullus, quia cunctos ipsæ iudicaturus a nemine iudicandus nisi deprehendatur a fide deuius, ergo videtur quod saltem pro hæresi possit deponi, immo & glo. super dicto c. dicit, q̃ pro quocunque: alio crimine notorio adulterii, symoniæ & huiusmodi, si esset incorrigibilis & scandalizaret ecclesiam posset deponi. In contrarium est quod dicit Anacletus dist. 79. Electionem summorum pontificum sibi dominus reseruauit, licèt eorum electionem bonis sacerdotibus & spiritualibus populis concessiset, & 9. q. 3. dicitur nemo iudicabit primam sedem. Neque enim ab Augusto, nec ab omni clero, nec a regibus, nec a populo iudex iudicabitur, ideò papa, vbi glo. dicit, quòd cõcilium non potest iudicare papam, vt extra de ele. c. Significasti, & hoc nisi se submitteret iudicio aliquorum, vt 2. q. 7. Nos. Item Symachus papa ait 9. q. 3. Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminare sedis istius præsidem suo sine quæstione reseruauit arbitrio, voluit beati Petri successores cœlo tantum debere innocentiam & subtilissimi discussoris indagini inuolutam habere conscientiam. Dicendum secundum August. de Ancho. vbi supra quod papa pro crimine quãtuncunque notorio non est deponẽdus, quia talis depositio vel accusatio redũdaret in malum totius ecclesiæ cum si audirentur eius accusatio ecclesia remaneret acephala, & hoc nisi pro peccato hæresis, de qua etiam si vellet se corrigere & emendare non deberet deponi, vt notat Hugo. distinctione vigesimaprima, & ideo episcopi in concilio congregati Marcellinum confessum de hæresi, & idolatria non deposuerunt, quia paratus erat corrigi, & suam sententiam reuocare, quòd & fecit. Pro ipsa autem hæresi congrue ipso facto deponitur, quia papa eligitur in caput totius ecclesiæ, iuxta illud Ephe. primo

§. 3.

ipsum,

ipsum, s. Christum dedit caput super omnẽ ecclesiam, quæ est corpus eius. Papa autẽ repræsentat personã Christi. Vnde & Petrum Christus vocauit Cephas, i. caput, capitis aũt est influere vitã oĩbus membris. Principium autem vitæ spiritualis est fides, quia sine fide impossibile est placere Deo (ait Apostolus.) Si ergo papa deprehendatur a fide deuius mortuus est ipsę papa vita spirituali, & p cõ sequẽs alijs uitam influere non pót, vnde sicut homo mortuus non est homo, ita papa in hæresi deprehensus non est papa, quia ipso facto est depositus. Idem dicit Pet. de Pa. vbi supra, q papa nullo casu quandiu est papa per quodcunq; crimen nõ põt a concilio nec a toto mundo deponi, & hoc non solum quia est superior & nullum hominem habet supra se qui eum ualeat iudicare se quia est a Deo qui sibi Romani præsulis quandiu præsul est iudicium reseruauit. 9. q. 3. Aliorum, sed qñ labitur in hæresim sunt eo ipso est prędtus ab ecclesia & desinit esse caput, & tunc deponii de facto non de iure, quia qui non credit iam iudicatus est de iure sed hoc est ante iudiciũ, quia eo ipso q hæreticus est ab ecclesia est prædtus, non põt autẽ caput a corpore prędtum q̃diu est prædtum caput esse illius corporis a quo est prædtum vnde papa p hoc desinit esse caput corporis ecclesiæ, & sic hęreticus nõ põt esse nec manere papa quia extra ecclesiam nõ pñt haberi claues ecclesiæ, per alia autem peccata papa est caput languidũ quod non propter hoc desinit esse caput, nec potest a membris per consequens iudicari. Dicit autem Pet. qđ illa glo. super c. si papa, superius inducta quæ dicit qđ p quocũq; alio crimine notorio si est incorrigibilis papa potest deponi & iudicari est falsa. Et rationẽ eius assignat, dicit. n. glo. q exquo papa est incorrigibilis cum contumacia dicatur hæresis, & ipsę ex hoc sit contumax per consequens est infidelis & hæreticus. Sed dicendum est secundum Pet. qđ cũ cõtumacia dicatur hæresis, sumitur large hæresis sicut & symonia etiam largè dicitur hęresis propter aliquam similitudinem. Cũ autem dicitur papam posse deponi vel esse depositũ propter hęresim sumitur ibi propriè, & strictè hęresis, s. p errore fixo eorum quæ sunt fidei, non ergo propter alia peccata quã tuncunque sit incorrigibilis potest deponi. Idem dicit Aug. de Anch. circa gl. illam Addit tamẽ quod posset saluari illa gl. uidelicet quod cum dicitur quod propter incorrigibilitatem alicuius vitii possit deponi intelligatur qñ sic est incorrigibilis quod illud peccatum quod committit mortale credit & dicit non esse peccatum. tũc enim esset verè & propriè hæreticus & sic posset deponi, non autẽ propter hoc solum quod non desistit ab actu peccati. ¶ Quid igitur sit fiendum quãdo papa est ita malus quòd moribus suis destruit ecclesiam Dei, dicit Pet. de Pa. quòd est duplex remedium. Primum est exemplo Pauli qui Petro. in facie ei restitit Antiochiæ, qa in ducebat gentes quasi ad iudaizandum in obseruatione legaliũ nimis condescendens iudæis conuersis ne eos scandalizaret, ut habẽ ad Gal. 2. & 2. q. 7. Paulus, sic papæ in malis non esset obediendum, sed resistendum per honestam repræhensionem. Vnde si papa uellet totum thesaurum ecclesię dare parẽtibus suis, uel ecclesiam sancti Petri destruere, aut dare parentibus patrimonium Petri uel aliquid huiusmodi quod non licet, non esset p mittendum, sed ei resistendum sine ipsius tamen depositione. Secundum remedium est exemplo Beati Hilarii qui contra Leonẽ papam prævaluit orando. Istæ Leo. fuit ut credo qui alio nomine dicitur Liberius papa q fauit hęreticis Arrianis. Orandum ergo esset pro tali papæ incorrigibili a tota ecclesia ut Deus illũ corrigeret vel de medio amoueret nec unquam Deus sic ecclesiam suam despiceret quin eam exaudiret, & esset cõtra eum concilium conuocandum si ipsæ nollet conuocare ut per illud moneret uel Deus imploraret ut remediũ apponeret in resistendo malis quæ uellet facere ne ecclesia periclitaretur. Aliud exemplum habetur de hoc in re medio de Anastasio papa qui fauens hęreticis assellando diuino iudicio percussus est. 19 Anastasius. Item nota secundum Aug. de Ancho. quod dudum papa est papa quanuis cõcilium generale congregari non possit, nisi eius auctoritate, ut patet distin. 17. per totum tamen quia papa propter crimen hæresis non est papa, ideò in tali casu eius auctoritas non requiritur, sed sufficeret auctoritas collegij Cardinalium, & aliorum episcoporum & doctorum. Item dicit quod si notorium sit papam mortuum hæresim, & peruersum dogma docuisse uel nutriuisse, in ecclesia dum viuebat nec se correxit post mortem etiam potest accusari, & damnari. argumen. uigesimoquarto quæstione tertia, cap. Si vera.

¶ *De poteſtate papæ quæ eſt maior omni poteſtate creata. Cap. 5.*

DE poteſtate papæ quæ eſt maior omnia alia creata poſt poteſtatẽ Chriſti aliquo modo extendens ſe ad cæleſtia, terreſtria, & infernalia ut de eo poſſit illud uerificari dictũ de Chriſto in pſ. 8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues & bou. uniuer. inſuper de pe. cãpi. Voluere cœli & piſ. ma. Et aptè quia ipſæ eſt uicarius Chriſti, quoad terreſtria dicti oues, &c. quoad cœleſtia dicit uolucres, quoad infernalia dicit piſces maris, per uolucres cœli deſignari angelos bonos & malos, habetur in Euang. Dicuntur autem ei ſubiecti, quia maior eis in quatuor uidelicet.

¶ Primo in iuriſdictione.

¶ Secundo in ſacramentorũ adminiſtratiõe.

¶ Tertio in cognitione.

¶ Quarto in præmio.

Vnde Chryſoſt. ait homini mortali omnium quæ in cœlo quæ in terra ſunt poteſtatem commiſit Deus & ualidiorem cœlo eccleſiã eſſe monſtrauit.

§. 1. ¶ Pro intellectu primæ partis quæritur utrum papa ſit maior angelo in iuriſdictione, & uidetur q̃ non quia natura ſpiritualis habet iuriſdictionẽ ſuper naturã corporalẽ ex ſuæ naturę conditione, ſed angelus eſt naturæ ſpiritualis, ergo habet iuriſdictionẽ ſupra papã q̃ eſt naturæ corporalis. Sed in contrarium eſt quod dicitur Hęb. 2. in perſona Chriſti cuius papa uicarius exiſtit, non angelis ſubiecit, Deus orbẽ terræ futurum et de quo loquimur. Ad hoc reſpondet. Augu. de Ancho. ubi ſupr. q̃d maior eſt iuriſdictio papæ quam cuiuslibet angeli. eſt. n. triplex regimen ſecundum philoſophum. Primum eſt ethicum, & morale. Secundum eſt familiæ & paternale. Tertium eſt polliticum & regale. Primum reſpicit curam uniuſcuiuſq; hominis in ſe p uirtutum regulationẽ. Secundum reſpicit regimen domus & familiæ per paternalẽ monitionem. Tertium reſpicit regimen prouinciarum & regnorum per pœnarum comminationem. Primum regimen commiſſum eſt Angelis, quia unaquæque anima ab ortu ſuę natiuitatis habet angelum ad ſui cuſtodiam & exercitium ſecundum Hierony. Secũdum commiſſum eſt archangelis, quorum eſt familias & ciuitates dirigere & gubernare, unde requiſitus. Raphael archangelus a Thobia an ſciret uiam eundi ad ciuitatem Medorum, dixit ſe itinera omnia illius frequenter ambulaſſe. Tertium conuenit principatibus quorum eſt prouincias & regna miro ordine diſponere. Vnde dixit angelus qui loquebatur Daniel. Princeps regni Perſarum reſtitit mihi, 21. diebus. Dan. 10. Nulli ergo angelo commiſſa eſt iuriſdictio & cura totius orbis, ſed Papæ totius mundi iuriſdictio & cura commiſſa eſt, non ſolum ut nomine mundi importatur terra, ſed etiam ut nomine mundi importatur cœlum, quia ſuper cælum & terram iuriſdictionem accepit, unde dicitur quod cœleſtis & terreni imperii Petro Chriſtus iura conceſſit, diſtinct. 22. Omnis. Ad quod facit quod Chryſoſt. ait in lib. de laudibus Pauli, prefert enim Paulum cui libet Angelo in iuriſdictiõe dicẽs, quod Angelis diuerſarum gentium cura commiſſa eſt ſed nullus eorum ita creditum ſibi populum gubernauit, ut Paulus vniuerſum orbem, nam Michaeli gens commiſſa eſt iudæorum, Paulo uero terræ & maris atque uniuerſi orbis habitatio, ipſumque deſertum. Si igitur iuriſdictio Pauli maior fuit iuriſdictione omnium Angelorum multofortius intelligendum eſt hoc de Petro cuius papa perſonam repræſentat, & idem Chryſoſto. ſuper Ioan. dicit Petrum totius orbis ordinat magiſtrum & doctorem, cui poteſtatem dedit uniuerſorum. Ad argum. autem reſpondetur, quod licèt Angelus ſecundum gradum naturæ ſit ſuperior homine, etiam papa & ipſius naturæ conditione, diuina tamen auctoritate & commiſſione poteſt ad plura ſe extendere iuriſdictio hominis & præcipue papæ quam Angeli.

Papa eſt maior angelo.

§. 2. ¶ Secundo papa eſt maior Angelo in ſacramentorum adminiſtratione. Adminiſtratio enim ſacramentorum non eſt commiſſa Angelis de lege cõi, ſed ſacerdotibus & epiſcopis de ſingulari autẽ mandato Dei poſſet Angelus bonus ſacramenta miniſtrare ut baptizare & eccleſiam conſecrare, ſicut legit̃ de eccleſia S. Michaelis ab ipſo archangelo conſecrata, & q̃is cõiter dicat q̃ talis non deberet iterum baptizari, nec eccleſia iterũ conſecrari, q̃ũ egiſſet bonus angelus, tñ q̃a Sathanas trãsfigurat ſe in angelũ lucis, tutius eẽt quoad baptiſmũ illum iterare & licèt in doctrina & in his q̃ ſe tenẽt ex parte intellectus hõ reducat aliq̃n in Deum per angelos, ut patet de apparitiõibus & reuelationibus factis per angelos antiquos patribus, tñ in charitate & in his quæ ſe tenẽt ex parte affectus hõ reducitur in Deũ immediate per ipſummet principaliter & miniſterialiter, p papam & alios miniſtros eccleſiæ qui ſunt adminiſtratores

ſacramen-

ſacramentorum, in quibus gratia nobis confertur. Origo autem adminiſtrationis ipſius eſt in papa.

§.3. ¶Tertio in cugnitione aliquo modo papa eſt maior angelo. Vnde ſuper illo verbo. Beat. es Symon bariona. quia caro & ſang. non re.ti. ſed. p.m. dicit glo. verè beatus, quia tale quid reuelatum eſt Petro, cuius papa ſucceſſor exiſtit, qđ nec Angelus, nec homo ſcire potuit. De miniſterio. ſ. incarnationis, & paſſionis angelis accreuit aliqua cognitio per p̄dicatio nē apoſtolorū quorum caput fuit Petrus, cuius papa eſt ſucceſſor licèt. n. ſcirent angeli filium Dei concipiendū de virgine, tñ modus concipiendi vel grauidationis eos latuit. Sed prædicantibus Apoſtolis multa cognouerunt circa illud myſterium, quæ ante ignorabant, quod etiam notat Apoſtolus Eph. 3. & Hiero. dicit angelicas virtutes myſterium incarnationis ad plenum non intellexiſſe, donec paſſio Chriſti per Apoſtolos fuit prædicata. Et quamuis Diony. dicat primam hierarchiā illuminare ſecundam, & ſecundam tertiam, & tertiam homines, vnde & papā, tamen ex hoc ordine communi non arctatur ſpirituſſanctus, q̄ non poſſit docere & illuminare, & perficere homines abſque tali ordine. In multis enim Apoſtoli immediate fuerūt edocti a ſpiritu ſancto, & hoc concludit.

§.4. ¶Quarto Papa eſt maior angelo quo, ſcilicet ad multa, ſ. in præmio, ſ. in præueniendo ad gloriā. Dicitur enim Mat. 22. de ſanctis. Erūt ſicut angeli Dei, in cœlo, & alibi æquales ſunt angelis Dei. Cum. n. ſm Gregor. diuerſi ſancti ad diuerſorum ordines angelorum aſſumunt ſecundū eorū merita maiora uel minora, & tot homines aſſumuntur ad gloriā quot angeli remanſerūt, dicere oportet, q̄ ad ordinē Seraphin plures aſcendent, qđ rōnabiliter credendū eſt de Apoſtolis quorū Petrus fuit caput, vnde & ipſæ papa ſucceſſor eius. Certū eſt aūt q̄ Seraphin ſunt maiores in præmio aliis angelis, ergo &c. ¶Vbi ét ſciēdū, q̄ quamuis quoad naturæ conditionē angelis ſit maior quilibet puro homine ét papa, non tñ quantū ad repſentationē Dei. In ipſa. n. perfectius repreſentatur Deus in natura humana quam angelica, & præcipue longè melius Deus repræſentatur per papam, & quantum ad naturæ conformitatem, quia Dei filius nunquam Angelos apprehendit: ſed ſemen Abrahæ, & quantū ad officii poteſtatē, quia nulli angelorum conceſſit claues ligandi & ſoluendi ſicut Petro & ſucceſſoribus eius, & ideo non minor honor debetur papæ quam angelis. Vnde papa recipit a fidelibus adorationes, proſtrationes, & oſcula pedum, quod non permiſit angelus a Ioan. Euangeliſta ſibi fieri. Apoca. vlt. Si autem per volucres cœli intelligantur angeli mali ſecundum illud Luc. 8. Volucres cęli comederunt illud. Sic ét Deus ſubiecit papę hmōi uolucres & dęmones, & quantum ad effectum ſpiritualem per prędicationes, & adminiſtrationes ſacramentorum quibus dę mones ab animabus expelluntur, & quantum ad effectum corporalem uel abiiciendo eos ab obſeſſis coporibus, ut fecit Paulus a Phitoniſſa. Et per excommunicationem immittendo dęmonem ad vexandum corpus peccatoris, ut patet. 1. Corin. 5. c. hunc tradidi ſathanæ, &c.

¶De canonizatione ſanctorum fienda per papam. Si per volucres cœli intelligantur ſancti viri, ſm illud Mat. 13. Volucres cœli requieſcunt in ramis eius. ſ. Synapis. Sic ét ſubiecit Deus volucres cęli papę quantū ad canonizationē, vt venerentur a fidelibus pro ſanctis. §.5.

¶Pro huius declaratione ſciendum ſm Aug. de Anch. in li. de ptāte pa. q̄ ſanctum aliquē canonizare non eſt aliud q̄ ſanctitatem alicuius venerandā & approbandā manifeſtare pp fidem eccleſiæ eius opera imitantis & beneficia recipientis. Tria ergo principaliter requiruntur ad canonizationem ſancti.

¶primum eſt eius ſanctitatis approbatio.

¶Secundum eſt ſanctitatis eius acceptæ a populo Chriſtiano veneratio.

¶Tertium eſt fidei totius eccleſiæ beneficia illius ſancti poſcentis confirmatio.

¶Iſta autem tria ſolū ad ſummū pontificem pertinet qui eſt caput eccleſiæ. Nam ſicut ſolius Chriſti eſt hoiem ſanctificare cauſando ſanctitatē, ſecundū illud Leui. 21. Ego dñs q̄ ſanctifico eos, ſic ſolius papæ qui eſt uicarius Chriſti hoium ſanctitatē approbare & manifeſtare. Similiter ſicut ſolus papa eſt caput totius eccleſiæ, ita ſolū ad ipſum pertinet membris eccleſiæ mādare ſanctū aliquē ſub veneratione hīe. Vlterius ſicut opera perhibēt teſtimoniū ſanctitatis alicuius cum fidei eccleſiæ innitunt, ita ad illū ptinet hmōi ſanctum canonizare ad quē pertinet qōnes fidei determinare, qđ quidē planū eſt ſpectare ad ſummū pontificē, ſicut patet. 24. qō. 1. c. Quotiens rō fidei uentilatur. Et quamuis mandare ſanctū aliquē vniuerſaliter a toto populo uenerari pertineat ad ſolū illū q̄ peſt toti eccleſiæ, i. papæ, tñ quantū ad eos qui ſunt canonizati per eccleſiā, quorū feſtiuitates nō pńt vniuerſaliter celebrari, nec eis vigilia ordinari de ta

libus potest episcopus in sua diœcesi ordinare, q̃ certa die eorum festiuitas celebretur & vigilia deputetur, assentiente tñ clero, & populo, vt dicitur de conse. di. 3. pronunciandũ, circa fi. ¶ De modo aũt canonizationis dicit Hosti. extra de reli. & ve. q̃ in canonizatione sancti secundum morem quem nũc tenet ecclesia, 12. per ordinem sunt seruanda. Primũ est frequens denunciatio, vt non solum semel, sed pluries papæ denuncietur qui pro sãcto debeat venerari, vt sic multiplicatis intercessoribus largiatur quod petitur. Secundũ est commissio, s. examinationis fiendæ. Tertium est commissionis inquisitio, s. per testes iuratos & fideles. Quartum est inquisitionis factæ relatio. Quintum est relationis diligẽs examinatio. Sextum est examinationis factæ per consistorium discussio. Septimum est secreta diffinitio & terminatio. Octauum est manifesta publicatio. Nonum est diei canonizationis assignatio. Decimum est ipsius papæ & assistentium genuflexio & orationis deuotio, ne Deus permittat ecclesiam suam decipi vel errare. Vndecimum est sermocinatio, & miraculorum ac operum misericordiæ recitatio, necnon ipsius sancti in cathalogo sanctorum conscriptio. Duodecimum est missæ in honorem sancti celebratio & canticis spiritualibus personatio. In primitiua tamen ecclesia non seruabantur ista pp duo. Primo quia ibi sancti, vt in pluribus erant martyres, in quib. non requirebatur talis examinatio sicut in confessoribus. Secundo quia ex feruore fidei & ex meritis Christi & Apostolorum miracula & alia opera sic erant euidentia, quòd non poterant tergiuersatione celari. Si autem quæratur vtrum in canonizatione requiratur requisitio cardinalium & consilium eorum. Rñ. Aug. de Ancho. vbi supra, q̃ de necessario non requiritur, nam potestas papæ non limitatur in aliquo, nec dependet a collegio, sed potius econuerso. Non. n. collegium assistit papæ per modum determinationis seu limitationis potestatis eius, sed magis per modũ determinationis seu limitationis potestatis eius, sed magis per modum misterii & consilii, vt debito modo hmõi ptãtem exequatur. Sed si quæratur de congruo, puto q̃ magis tenetur requirere collegium in tali causa q̃ in aliqua alia, quia in his quæ sunt fidei tanto cautius & tanto maturius est agendum quanto dolus & fraus est magis circa hmõi uitanda. Ne ergo canonizatio alicuius sancti, pcure tur turpis lucri cã vel humanæ gloriæ pompa nõ solũ requisitione collegii, verumẽt cũ requisitione uenerabiliũ virorũ de ecclesia, papa in tali cã debet procedere exẽplo Assueri qui licet Ethnicus interrogauit sapiẽtes suos super quodã agendo, quorũ cõsilio cuncta faciebat scientiũ leges ac iura maiorũ Hester. 1. ¶ Non debet papa statim aliquẽ sanctũ sibi denuncia tum canonizare. Et hoc pp tria fm August. de Ancho. Primo pp miraculorũ raritatẽ q̃ sunt signa attestationis. Dicit. n. Aug. in lib. de uera religione, q̃ ideò miracula in nostra tempora durare permissa non sunt, ne aia semper uisibilia quæreret, & eorum consuetudine frigeſceret genus humanum, quia igitur vera miracula nunc raro fiunt ne ficta narrentur turpis lucri causa vel humanæ laudis appetitus gloria, nunc bene videndũ est quib. credendũ sit de diuinis miraculis & inuisibilibus rebus. Aliqñ. n. fiunt miracula non uera, sed apparẽtia per dæmonũ inuocationẽ sicut magi Pharaonis, aliqñ per malos homines ex inuocatione Christi & nominum sanctorũ. Vnde dicitur Mat. 7. a quibusdã reprobis Christo. Dñe non ne in noie tuo virtutes multas fecimus? Aliqñ fiunt vera miracula cum vanæ gloriæ vel elationis infectione, sic dicit glo. Nume. 20. q̃ Moyses, & Aaron qñ percussione vergæ fecerunt aquã decurrere de petra habuerunt quãdam vanam gloriam, & ideò meruerunt audire, quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me, &c. non ergo miracula oia sunt sufficienter demonstratiua sanctitatis, & ideò ẽt ipsa examinanda. Secundo non debet statim aliquis sanctus denunciatus canonizari pp operis arduitatẽ. Nã quanto opus est magis arduum, tanto cũ maiori tarditate & maturitate faciendũ. Vñ nec Christus statim Lazarũ suscitauit, sed præmissis multis circunstantiis. Non ergo canonizatio sanctorum cum sit opus valde arduum statim, sed per menses & annos est differẽdum, & de operibus eius interim inquirendũ. Nec. n. sufficit q̃ habuerit magnam scientiã, quia scientia non facit hominẽ bonũ simpliciter. s. quoad bonitatẽ volũtatis quæ est per charitatẽ, s. bonũ fm quid, s. quoad intellectum. Vnde. 1. Corin. 13. Si habuero oẽm scientiam, charitatem aũt non habuero nihil sum. Nec ẽt q̃ habuerit donum prophetiæ, quia prophetia communis est bonis & malis, ut patet in Balaam, & Aug. 1. qõ. 1. prophetizauit Saul cum esset malus, vt sanctum Dauid persequeretur. Nec ẽt fama alicuius orta ex populo & turba procedendum est, sed testimonio maiorũ qui sunt sanioris consilii & verioris iudicii. Tertio non est statim fienda canonizatio pp fidei firmitatem.

Modus canonizandi.

Dicit

Dicit n. Chryſ. qđ ideò Chriſtus Chananeã clamantẽ nõ ſtatim exaudiuit, quia volebat fidem illius occultari, ſed in palã fieri. Expectanda ergo eſt frequens operatio miraculorum & diuulgatio famę, operũ miſericordiæ alicuius anteq̃ canonizet, vt fides de eius ſanctitate in cordibus Chriſtiani populi firmet & roboretur. Et ad hoc facit qđ ait Leo papa di. 61. Miramur. Si ad honores mundi ſine ſuffragatione tẽporis ſine merito laboris indignum eſt præueniri, & notari ambitus ſolet, quos probitatis documenta non adiuuant, q̃ diligens & quam prudens habenda eſt diſpẽſatio diuinoru munerũ & cæleſtium dignitatum, ita ut in priori vita teſtimonium perhibeat pro laboribus multis, pro moribus caſtis, pro actibus ſtrenuis celſioris loci premiũ nulli debeatur. Sciẽdũ qđ nullus patrũ uetteris teſti eſt canonizatus a papa. Et rõ huius ẽ ſecundũ Aug. de Ancho. quia cã ſemper præcedit effectum ſuum & non ſequitur, ſed fundamẽtum & cã omnium ſanctorũ fuit Chriſtus, ipſæ. n. eſt ſanctum ſanctorũ vt dr̃ Dan. 9 Nullus ergo debuit canonizari pro ſancto q̃ fuit ante Chriſti natiuitatem. Appellat tn̄ eccleſia illos ſanctos, & eorum ſanctitate exemplariter proponit imitandã, necnon orationibus eorum ſe commendat eorum tn̄ ſanctitatẽ non ſolemnizat ſeu canonizat. Secunda ratio q̃ tn̄ includitur in prima eſt, quia ſcti patres veteris teſtamenti q̃tacunque ſanctitate pollerent. non fuerunt in tpe plenitudinis, gratiæ quæ p Chriſtũ facta eſt Io. 1. Sed pleni tudo græ in illa lege quaſi tenebatur incluſa figuratiue. Vnde Aug in lib. de ſimbolo ſup illud. Domum tuã decet ſanctitudo, dicit qđ nullius ſolemnitatẽ eccleſia ſolẽnizat priusq̃ domus ſanctitatis fundaretur, & ideo in tẽpore plenitudinis gratię potius ſanctitatẽ Bea. Mariæ Ioan. Bapt. eccleſia ſolemnizatq̃ alicuius alterius, quia illa ſanctum ſanctorum generauit, & iſtę digito demonſtrauit. Tertia ratio quare eccleſia illorum ſanctitatẽ non ſolemnizat eſt, quia quantuncunq; perſonaliter eſſent ſancti, claritas tn̄ diuinæ viſionis eis fuit clauſa nondũ ſoluto prẽcio humanę naturæ per Chriſtum, Vtrum autẽ eccleſia poſſit errare in canonizatione ſanctorum, habes ſupra, in tit. 12. c. 7. de reli. ſanctorum.

§. 6. ¶ De poteſtate papæ erga inferiores qui nolunt poſſunt per piſces maris, quia ſicut piſcis moratur continue in fluctibus aquarum, q̃ mare dicuntur pp amaritudinẽ, i. ſalſedinẽ, ita qui ſunt in purgatorio continuè morantur in afflictionibus pœnarum, ſed ſubiecit Deus Papæ etiam piſces maris, ſi eos qui ſunt in purgatorio ad ſubueniendum eis per indulgẽtias. Sciẽdum ergo q̃ hi qui ſunt in purgatorio ad ſubueniendum per indulgentias ſecundum Aug. vbi ſup. quãuis quãtũ ad meritum eſſentiale abſolutum quo quis meret vitam æternã operationa per radicem charitatis non ſint in ſtatu merendi tale. n. meritũ non dependet ab opere alterius, ſed ab opere proprio, tn̄ quãtũ ad meritũ conditionale quo quis meretur pœnæ remiſſionẽ vel liberationis acceleratione, dummodo alii pro eis faciant illa quæ inſtituta ſunt ab eccleſia ad pœnæ remiſſionem conſequendam illi q̃ ſunt in purgatorio mereri poſſunt, cum dependeat ab opere alterius, & adhuc uiatores ſint & foro papæ, vnde poteſt, ei s de theſauro eccleſiæ per excommunicationẽ indulgẽtiæ ſubueniri, quod non ſic eſt intelligendũ, q̃ oĩs indulgentia data ẽt a papa valeat exiſtentibus in purgatorio, faciente aliquo pro ipſo qui eſt in purgatorio illud quod cõtinet indulgentia fiendum puta ieiunium vel elee moſynam vel viſitationem eccleſię, nõ ſuffi cit intentio illa facientis, & applicantis ad eũ qui eſt in purgatorio, ſed exquiritur intentio papæ, hoc replicantis per bullam, ſ. qđ qui fa cit talẽ eleemoſynã uel vadit ad talẽ eccleſiã conſequat tn̄ de indulgentia ipſe vel p quo fecerit uiuus vel defunctus. Quamuis aliqui dicant indulgentias non poſſe ad mortuos extendi, quia Chriſtus, dicit· Quæcunq; ſolueris ſup terrã, &c. illa autem ſunt ſub terra non ſuper terram. Sed poteſt rñderi dupliciter uno modo quod ly. ſuper terrã referatur ad ſoluentem vt ſit ſenſus, quecunq; tu exiſtens ſuper terram ſolueris, &c. Non. n. papa mortuus poteſt ligare & ſoluere, ſed uiuus. Alio modo ſi referatur ly ſuper terrã ad abſolutos, ſ. exiſtentes ſuper terrã, cum purgandi ſint intra vel circa terram dici poſſunt ſup terrã, quia non in cœlo. Et ita determinat B· Tho. in 4. ſ. quod indulgentiæ pñt extendi ad eos qui ſunt in purgatorio modo dicto. Et ſi quærat utrũ papa poſſit per excõicationẽ indulgentię totum purgatorium expoliare. Auguſt. de Ancho. vbi ſupra, reſpondet per diſtinctionem trimembrem, videlicet, q̃a aut hoc intelligitur quantum ad eius abſolutam iuriſdictionem, aut quãtum ad eius ordinatam executionem, aut quantum ad diuinam acceptionem, ita ut ſi faceret quod Deus acceptaret. Primo modo puta qđ põt expoliare purgatorium quantum ad oẽs illos qui ſubiiciuntur iuriſdictioni ſuæ ſcđm

Vtrũ papa poſſit purgatoriũ expoliare.

meritum conditionale ut sint aliqui qui faciunt pro illis de purgatorio ea propter quæ ordinatæ sunt indulgentiæ ualere. Si qui ergo essent in purgatorio qui non recepissent sacramentum baptismi ut adulti qui recedentes cum baptismo flammis cum non sint propriè sub iurisdictione papæ & illi etiam qui non habent amicos facientes pro eis id pro quo datur indulgentia istis non ualeret. Quantum autem ad omnes alios posset papa purgatorium expoliare quod sic probatur, quia papa potest omnium illorum pena tollere per satisfactionem & communicationem indulgentiæ in quibus potest uti clauibus ecclesię in omnibus qui sunt in purgatorio sibi subiectis, & simpliciter Christus dicit Petro. Tibi dabo claues regni cælorum, probat etiam hoc arguendo a fortiori per factum Greg. papa qui per suam orationem absoluit Traianum a pœna inferni quæ est infinita, ergo multo fortius papa per communicationem indulgentię potest absoluere omnes qui sunt in purgatorio a pœna illa quę est finita. Sed ad hoc posset responderi quod illud fuit præter legem cõmunem. Loquendo vero de potestate papæ quantum ad ordinatam eius executionẽ papa potest nec debet illud facere. Ratio est quia potentia papæ iusta & rationabilis non reducitur nec reduci debet ad actum per uolunrariam affectionem, sed per rationabilem rationem. Sed si per talem potentiam reduceret ad actum, ut quod totum purgatorium spoliaret non esset ibi legitima ratio, sed potius uoluntaria affectio, ergo tali legitima potestate papæ non potest nec debet purgatorium spoliare. Sed tertio modo scilicet quantum ad diuinam acceptionem hoc est si papa illud faceret uolendo totum purgatorium expoliare per indulgentiam an Deus haberet acceptum, dico quod ignotum est mihi & puto quod ignotum sit cuilibet creaturæ & ipsæ papæ. Nec credo quod papa possit scire totum quod facere potest per potentiam suam, & præcipue quod potest facere per communicationem thesauri ecclesiæ. Huius ratio est, quia illa potentia est homini ignota quę est in virtute uoluntatis & æquitatis sibi ignotæ, sed papa agit in uirtute & æquitate dei, quę est sibi ignota, ergo similiter posse papæ est sibi ignotũ. Beatus Thom. in 4. dicit simpliciter papam non posse per indulgentiam purgatorium expoliare, quia ad indulgentiam dandam requiritur causa rationabilis & discreta ad hoc ut ualeat, illa autem videtur irrationabilis & indiscreta cum nec ipsæ Christus descendens ad inferos purgatorium expoliauit secundum Thom. in 3. parte, quod etiam tenet ipsæ August. de Ancho. Pueris autem qui sunt in limbo non potest papa communicare indulgentias, vt sint participes earum secundum Aug. de Ancho. Et ratio est, quia non habuerunt personalem indulgentiam in mundo, cum non habuerunt usum liberi arbitrij nec sacramentalem, quia sine baptismo mortui sunt, sed sine gratia non potest quis esse particeps indulgentiæ, ergo &c. Et multo minus hi qui sunt in inferno.

¶ Vtrum papa per communicationem indulgentiæ possit contritos & confessos sic a tota pęna & culpa absoluere quod non transeant per ignem purgatorii, puta dando indulgentiam plenariam? Respondet August. de Ancho. vbi supra quod ad hoc quod communicatio indulgentiæ habeat completum & uniuersalẽ effectum quantum ad totam remissionem peccatorum in contritos & confessos, ita ut decedens statim euolent & non transeant per ignem purgatorii. Aliqua requiruntur ex parte indulgentiam conferentis. Aliqua ex parte indulgentiam recipientis. Aliqua ex parte retardationis pœnæ eorum quibus talem indulgentiam conferentis consecuti retardantur. ¶ Ex parte quidẽ conferentis indulgentiam tria requiruntur. Primum eius voluntatis applicantis determinata intentio. Cum enim papa sit vniuersalis dispensator thesauri ecclesiæ non potest prædictum thesaurum erogare aperiendo per claues ecclesiæ conferendo indulgentiam nisi applicet intentionem suam ad partem vel totam remissionem peccatorum eis quibus confert indulgentiam. Secundum est clauis potentiæ recta & determinata iurisdictio, si enim excederet terminos iurisdictionis suæ faciendo indulgentiam quibus non potest, vel de quibus non potest non complete ualerent vel nihil. Tertium est clauis scientiæ rectus vsus & debita discretio vt scilicet indulgentiam faciat non pro libito uoluntatis & propria affectione, sed secundum causam iustam vtilem & rationabilẽ, si aliquod horum trium defuerit indulgentia non consequetur effectum suum saltem totum, & completè. ¶ Ex parte etiam recipientis indulgentiam tria requiruntur ad consecutionem eius. Primum ꝙ habeat fidem in intellectu ideſt ꝙ ecclesia possit illam indulgentiã conferre credat, quia si illud non cederet nil

§.7.

reci-

reciperet. Secundū ꝙ habeat charitatē in affectu. ſ. ꝙ ſit verò contritus & confeſſus, nam ꝑ contritionē reconciliat Deo, ꝑ confeſſionē eccleſiæ, & tunc numero & merito eſt de numero militū eccleſiæ, ꝙbus theſaurus eccleſiæ apperiri debet pro ſatisfactiõe pœnæ. Tertium ꝙ habeat cõpletionē cauſæ pro qua fit indulgētia in effectu ut cõpleuerit voto ideſt propoſito & effectu illud puta vt uadat ultra mare cruce ſignatus, vel ad ſepulchrū Chriſti & huiuſmodi, ſi aliqđ horum defuerit, puta ꝙ eius effectū totū non conſequet. Ex parte tertii ſciendū quod quattuor ſunt quę faciunt retardare conſequentes talem indulgētiā ne ſtatim euolent. Primum eſt formæ indulgentię taxatio, vt ſi dicatur indulgentiam ſibi plenam oīum peccatorū ſuorū de pœnitentia ſibi iniuncta indulgemus, tunc ſi moreret nõ ſtatim euolaret, qa maior ſibi pœnitētia fuerat iniungenda q̃ ſibi fuerit iniũcta, & vigore indulgentiæ nõ ſibi remittit niſi pœna ſibi iniuncta a confeſſore. Pro illa ergo parte pœnæ quæ ſibi plus debeat iniugi in foro pœnitētiæ luet ī purgatorio. Scdm ē alicuius peccati omiſſio pro obliuionem vel ignorantiā ſcilicet quod nõ fuit de eo cõfeſſus, & hoc præcipue uidetur habere locū qñ dicit in forma indulgentiæ, qđ habeat remiſſionē omnium peccatorum de quibus eſt corde cõtritus & ore confeſſus, quia non ualet quoad peccata non confeſſa. Tertiū eſt alicuius mortalis poſt conſecutionem indulgētiæ ppetratio, de illo enim licèt poſtea confiteatur & ſatisfaciat, tñ non habet indulgentiam quoad illud ſequens. Quartum eſt culpa uenialis in expurgatio, ideſt quia decedit cum aliqua culpa uniuerſali, de qua non eſt contritus, ſed fixus in affectu eius, ſtant enim uenialia cum gratia, & cum eis poteſt quis decedere & in purgatorium ire. Nam enim poteſt remitti pœna remanente culpa, vnde indulgentia quo ad talia uenialia quibus eſt in affectu fixus non valet, ſed ſi iſta concurrant, puta quod papa a tota culpa & pœna abſoluere poſſit, ita quod talis euolabit. Huius ratio eſt quia Chriſtus poteſt tollere totam pœnam ergo & papa uicarius eius, cui commiſſa eſt diſpenſatio theſauri eccleſiæ, ſuper 2. Corinth. 2. Si quid uobis cõdonaui propter uos in perſona Chriſti, dicit glo. ideſt tanquamſi Chriſtus donaſſet, impropriè tamen dicitur per indulgentiam culpam remittere, quia ſolus Chriſtus remittit culpam principaliter, de conſecratio. diſt. 4. c. nemo, ſacerdos per ſacramenta inſtrumentaliter.

¶ De poteſtate papæ erga eos qui ſunt in terra ſcilicet paganos qui ſignantur per pecora campi. Iudæos & hæreticos qui ſignantur ꝑ boues, & Chriſtianos qui ſignantur per oues. Omnes hos ſubiecit Deus papæ ſub pedib. eius ideſt ſub iuriſdictione eius, vt declarabitur ſecundum illud pſal. 8. Omnia ſubiecciſti ſub pedibus eius, oues & boues. De poteſtate quam habet papa ſuper hæreticos, ſchiſmaticos, iudęos & paganos & terras eorum habes multa pulchra notata per Ioan. And. in nouel ſuper c. quòd ſup his, de voto poſt. Innoc. quæ habentur ſupra tit. 3. de dominis temporalibus. Quod pagani ſub ſint papæ, probat aug. de Ancho. vbi ſupra ſic. Papa pręeſt mundo vice Chriſti, Chriſtus autem habet plenam iuriſdictionem ſuper omnem creaturam, cum in nomine eius omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & inferno rum ad Philippen. 2. c. Chriſtus enim per paſſionem ſuam meruit iudiciariā poteſtatem ſuper omnem creaturam, vnde ipſę reſurgēs (ait Matth. vlt) Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Cum autem vicarius Chriſti ſit papa, nullus poteſt ſeipſum ſubtrahere ab obedientia eius de iure, ſicut nullus de iure poteſt ſe ſubtrahere ab obedientia Dei. Et ſicut recepit Chriſtus a patre ducatum & ſceptrum eccleſię gentium ex Iſrael egrediens ſuper omnem principatum & poteſtatem & ſuper omne quodcunq, eſt, vt ei genua cuncta curuentur, ſic ipſi Petro & ſucceſſoribus eius pleniſſimam poteſtatem commiſit, ut dicit Cyrillus patriarcha Alexandrinus in li. theſaurorum. Et quamuis pagani per excommunicationem vel abſolutionem in confeſſione ſolui vel ligari non poſſunt tamen ptā te clauium ligati ſunr ꝑ eccleſiam iudicati damnati, & ſic ſi uellent euigilare & ad fidem reuerti ptāte clauium abſolui poſſent. Similiter q̃is de eccleſiæ dici nõ poſſint merito fidei & bonæ operatiõis, tñ de eccleſia dici pñt iudiciaria ptate & occaſionali utilitate, non autem põt auferre papa dñia & iuriſdictiones a paganis quæ iuſtè detinent. Ratio huius eſt ſm Aug. de Ancho. quia ſm philoſophum 1. politicorū, dñium vnius ſuper alterum inter beneficia naturalia cõputaī. Sunt enim quidā naturaliter dñi aliorū, qui. ſ. intellectu uigent & mente aliis prouidere pñt. Alii verò ſunt naturaliter ſerui q virib. naturalib. pollēt & intellectu deficiunt, bñficiū aũt iuris & ꝑ maxime naturalis nemini eſt auferēdū, extra de re. iu. lib. 6. Bñficia. n. naturalia mediū infidelibus, ſed nec etiā dęmonibus

§. 8.

bus ſubtracta ſunt. Ordo igitur principandi cum ſit naturæ beneficium omni humanæ creaturę conceſſum nec per papam nec per alios reges Chriſtianorum ab infidelibus ſubtrahendum eſt, cuius Dei iudicium eccleſia imitatur, qui beneficia naturę communiter & bonis & malis largitur. Nec eſt contra quod eccleſia perſequitur Saracenos & huiuſmodi, quia hoc facit eccleſia vt chriſtiani inquantum illi impugnant iura eccleſiaſtica & occupant terras chriſtianis debitas, ut terram ſanctam & multa alia quę pertinent ad chriſtianos, & quia moleſtant ipſos chriſtianos per mare & per terram capientes & ſeruituti adiicientes cum poſſunt, & talia dominia & iuriſdictiones vſurpatas licitum eſt chriſtianis ab eis recuperare, & quouſq; reſtituant vel componant accipere quecunque ſua cum bellum ſit iuſtum ex parte chriſtianorum ar. diſtin. 1. Ius gentium. Itē ſecundum Auguſt. de Ancho. vbi ſupra papa poteſt punire paganos & barbaras nationes cum agunt contra legem naturalem in manifeſtis, quia unuſquiſque poteſt puniri pro tranſgreſſione legis quam recipit & profitetur. Sed lex naturalis eſt ita cordi inſerta quod deponi non poteſt, vt ſi furarentur vel committerent uitium ſodomiæ & huiuſmodi, ſed pro eo quod faciunt contra legem diuinam ſcilicet ueteris vel noui teſtamenti, aut contra legem poſitiuam cum neutram recipiant, puniri non poſſunt. Si tamen pagani ſunt ſubiecti aliquibus regibus & principibus chriſtianis, dignum eſt vt viuere debeāt legibus quibus viuūt alii ſubditi aliorū principum. Ne videantur melioris conditionis propter ſuam infidelitatem quam chriſtiani, & cogi ad hoc & puniri poſſunt, puta qđ cum ſtatutum generale eſt in aliqua ciuitate vbi tales habitant quod qui portat arma incidat de hoc conuictus in pęnam 10. florenorum poterit de tranſgreſſione huiuſmodi puniri paganus ſicut chriſtianus tali ciuitate. ar. diſt. 8. quæ contra morem, ſeruatis tamen eis ritibus & obſeruantiis ſuę ſuperſtitionis ſecundum morem ſuum, ſicut enim non poteſt cogi ad fidem, ita non ſunt compellendi ad faciendum cerimonias & ritus & cultus chriſtianorum, nec tamen aliquid facere poſſunt in ſua ſuperſtitione perfidię qđ uergat in confuſionem & irreuerentiam fidei chriſtianæ aliàs poſſent puniri, extra de iudę. & ſara. c. in clemen. & in matrimoniis ſuis dimittuntur in ritibus ſuis. Nec eſt contra q̄ ſcribitur 11. q. 1. Si quis, & diſt. 63. Adrianus, & 23. q. 8. Conuenior, in quibus c. uidetur quod Imperator poſſit nationibus imperare, quia illud intelligitur de nationibus ſibi ſubiectis. Et quamuis pagani puniri non poſſunt pæna ſpirituali excommunicationis & huiuſmodi poſſunt tamen puniri ab eccleſia pęna pecuniaria, & a principibus etiam pęna corporali.

§. 9. ¶ De poteſtate papæ in iudæos deſignatos p boues, quia iugo legis Moyſaicæ adhuc tenēt colla ſubiecta & boues iſtos etiam Deus ſubiecit ſub pedibus papæ. Nam & prohibuit nulla officia publica iniungi iudæis diſt. 54. nulla, & ſtatuti pænam in contrafacientes, extra de iudæis. Item prohibuit eos emere mancipia chriſtiana diſt. 54. mancipia, quod ſi ſecus fecerint quam pænam incurrant, ibi vide in tex. & in glo. Item prohibet chriſtianis ut iudęorum conuiuia vitent, nec eos ad ſua conuiuia recipiant ut 28. q. 1. Omnes. Secundo ne cum eis cohabitent, aut in eodem balneo ſe lauent. Tertio ne in ſuis infirmitatibus chriſtiani iudæos vocent vel eorum medicinas ſuſcipiant, nec eorum azima comedant 18. q. 1. Nullus Quarto nec teſtamento eis aliquid relinquant. Quinto vt in diebus lamentationum & dominicę paſſionis feneſtras & oſtia aperta non teneant vel ipſi in publico appareant. Sexto vt utriuſque ſexus in omni chriſtianorum prouincia omni tempore habitus in qualitate publicè ab aliis diſtinguantur extra de iudæ. c. In nonnullis. Septimo ut teſtimonium ipſorum contra aliquem chriſtianum non recipiatur in die ſabbati. Octauo ne nutrices vel ſeruientes chriſtianas habeant eod. tit. & ſi iudęos, contrarium facientes puniri poſſunt non quidē pæna excommunicationis cum extra eccleſiā ſint, ſed pæna temporali vt pecuniaria vel corporali vt flagellationibus deputentur 28. q. 1. Sepe. Indirectè autem punire poteſt eccleſia iudæos pæna ſpirituali excommunicando ſcilicet chriſtianos principes quibus ipſi iudæi ſubduntur ſi negligunt eos punire pæna temporali, quando ipſi in chriſtianos fore faciunt. Ad fidem verò ſuſcipiendam nō debet papa uel alius iudæos compellere, cum fidē infundere ſit ſolius Dei, & hoc dicit diſt. 45. De iudęis ꝓcipit ſctā ſynodus nemini de inceps ad credēdū vim inferre, dicit tñ Aug. de Anch. qđ ſi ſpereť aliquorū cōuerſio per terrores & flagella cōpelli poſſent, nō quidē ad fidē ſuſcipiendā, ſed ad obicē nō præbendū p obſtinatā uoluntatē, nā in conuerſione infidelium eccleſia debet iudiciū Dei imitari, de quo

dicit

dicit Aug. 23. q. 6. Schismatici dicũt, cui Christus vnquam vim intulit quẽ coegit. Ecce habent apostolum Paulum agnoscant in eum prius cogentem Christum, postea docentem, prius ferientem, postea consolantem. Mirum est quomodo ille qui pœna corporis ad euangelium coactus intrauit, plus omnibus laborauit. Et quamuis Aug. loquatur de schismaticis, tamẽ exemplũ inductum est optime ad propositum de iudæis cum Paulus iudæus esset. Quantam uero ad iudæos qui iam coacti sunt ad fidem, idest suscipere baptismũ si coacti sunt coactione absoluta, cum sacramentũ nõ perceperint non sunt cogendi ad tenendũ Christianismũ. Si uerò sunt coacti actione cõditionali cogendi sunt ad tenendum quod promiserunt, quia coacta voluntas conditionalis est uoluntas, & hæc distinctio etiam habetur di. 45. de iudæis in glo. ¶ Item nota secundum Augu. de Ancho. vbi supra quòd iudæi qui subduntur dominio Christianę fidei debent per papam & alios principes Christianos quibus ipsi subduntur cogi ad laborandũ manibus suis aliàs videtur esse participes peccatorum & turpis lucri sectatores, vel quòd ipsi fraudantur eorum redditibus debitis eis ex collectis vel condemnationibus ipsorum. Ratio istius, quia si non coguntur manibus laborare vnde honestè lucretur, solum lucrum vsurarum ad ipsos iudæos peruenieret propter quod si contingat ipsos iudæos fore facere, cũ eorum culpa non debeat transire impunita, necessarium erit in maleficiis quæ non merẽtur mortem vel mutilationem membri, ut pęna pecuniaria mulctentur, quæ quidem pecunia nomine pœnæ ab eis ablata tanquã usuraria per iudices & principes Christianos retineri non potest, sed reddenda est illis psonis a quibus extortæ sunt vsuræ, vel secundum consilium diœcesani in pios vsus debet eroga ri. Et hoc quidem intelligendum est de collectis eis impositis, quæ si ad manus iudicium vel principum venerint ab eis retineri nõ possunt, ne ergo ipsi principes sic damnificentur non sint negligentes eos compellere manibus laborare ad uictum lucrandum uariis artificiis, ut non otiosè viuentes de solis vsuris ditẽtur, nec est cõtra, extra de iudæ. c. Sicut, vbi dicitur, q̃ nullus exigat a iudæis coacta seruitia, nisi quæ ipsi tempore præterito facere consueuerũt. Intelligitur enim illud de seruitiis coactis vltra debitum quæ essent in cõmodum dominorum & detrimentum irrationabile iudæorum, sed talis coactio nõ est huiusmodi, quod paruuli iudæorum non sint baptizandi contra uoluntatem parẽtum & de multis aliis iudaismum concernentibus, habetur in 2. parte ti. fi. ¶ Vtrum autem possint recipi eleęmosynæ a iudęis, distinguẽdum est secundum Aug. de Ancho. quia aut habent bona non obnoxia restitutioni, puta quia de suis honestis laboribus acquisita, & de illis possint recipi eleęmosynæ, aut sunt obnoxia restitutioni, quia per vsuram extorta, & tũc possunt recipi eleęmosynæ hac intentione, vt restituatur illis personis pecunia a quib. extorta est, vel etiam quia probabiliter præsumitur, quod Christiani quorum bona habent iudæi per vsurariam potestatem potius pauperes Christianos deceat habere bona illa recto res ciuitatum quã quòd remaneant apud iudæos a quibus nullam restitutionem sperent, sed istud secundum videtur habere locum in paruis rebus, vt eleęmosynis quotidianis, sed in notabili quantitate non esset tutum.

¶ De potestate papæ in hæreticos & schismaticos signatos etiam per boues inquãtum cor nu superbiæ resistunt veritati, hos etiam boues Deus subiecit pedibus eius, ad puniendũ quadrupliciter, scilicet excommunicatione, depositione, rerũ tpalium ablatione & militari persecutione, sed horũ declarationẽ habes supra in 2. parte ti. fi. c. de hæreticis. Et quãuis vel confessis de hæresi abiurẽt hæresi & cõuertantur vere ad fidem pro prima vice eis parcatur, tamen relapsis non parcitur: sed sine ulla penitus audientia relinquantur iudicio secu lari ad mortem dãnandi, extra de hære. ¶ Sed vtrum baptizantes imagines & violatores sacramentorum, puta vtentes eis in maleficiis sint per papam hæretici iudicandi. Respõ. Augu. de Ancho. vbi supra quòd si tales credun tur illa quæ faciunt baptismum & alia sacramenta ad maleficia & facinorosos actus ordinari, & per ipsa sacramenta talibus maleficiis & facinorosis actibus patrocinium præstari, planum est quòd etiam de Deo male credũt, quia Deus ad tales actus sacramẽta non ordinauit. Nescit. n. diuina iustitia patrociniũ præstare criminibus (ait Chry.) Falsa similiter credunt de doctrina quæ pertinet ad ædificationem fidei, quia secundum doctrinam fidei nos confitemur vnum baptismа in remissionem peccatorum, non in perpetratione scelerum & maleficiorum, vnde talis non solum indirectè: sed etiam directè infideles & errantes in fide reputari debent si sic credũt, vt operantur. Sed nunc pro hæreticis iudicãdi essent quando pestifera dogmata emendare nollent, & defendere pertinaciter essent paraţi. §. 10.

Dubiũ esse in fide.

ti.24.qõ.1.hæretici. ¶Item quæritur vtrum dubius in fide sit cẽsendus hæreticus, videtur quod sic, quia extra de hæreticis dicitur. Dubius in fide est infidelis. In cõtrarium est, quia Thomas fuit dubius in fide, & tamẽ non dicitur hæreticus. Respondet August. de Ancho. quòd dubium esse in fide contingit quinque modis. Primo modo surreptitia tentatione, & hoc non facit hominem hæreticum, non enim est in potestate hominis quid superueniat ei ad cogitãdum. Vnde si subito surreptitiæ vel diabolica illusione quis incipiat dubitare de aliquo articulo, vel de his quæ sunt fidei si statim captiuat intellectum suum in obsequiũ Christi, vt hoc deliberat credere quod credit ecclesia nõ cedit sibi talis dubitatio ad defectum: sed ad profectũ. Vnde apostoli propter huiusmodi tentationis impulsum petebãt Domine adauge nobis fidẽ, semper enim debemus rogare Deum, vt adiuuet credulitatem nostram. Secũdo modo veritatis elucidatione dubitatur, & hoc non facit hominem hæreticum, sed est Christianæ perfectionis. Ponunt enim doctores Christianæ fidei illa q̃ sunt magis determinata in fide sub dubitatione quæstionum, rationes pro & contra ad illa adducendo, non quòd de ipsa conclusione dubitetur, sed vt veritas dictæ conclusionis magis elucidetur, secundum quem modum dicit philosophus quòd dubitare de singulis nõ erit inutile. Per tales enim dubitationes pro & contra inducendo ad illa quæ sunt fidei, veritas piis hominibus opitulatur, & contra impios defendirur, vt dicit Augu. Tertio modo dicitur dubius adhæsione imperfecta, & hoc ẽt non facit hominem hæreticum, sed peccatorẽ & malum Christianũ. Omnes enim peccantes secundum Chry. imperfectè credunt eo quod non viuunt secundum ea quæ credunt. Nam si perfectè adhærent his quæ credunt sic uiuerent quasi post modicum transituri de mundo, non quasi in æternum mansuri. Quarto modo dicitur dubius in fide voluntaria hæsitatione, & hoc facit hominem incredulum & errantẽ non tamen hæreticũ, eo. n. ipso quod aliquis eligit voluntariè credere, quod vult & discedere non vult, nec est paratus in omnibus sequi doctrinã ecclesiæ, ac p consequens errans & infidelis reputandus est vt fuit Thomas apostolus, non tamen est hæreticus nisi pertinax sit in his quæ malè facit. Qninto modo dicirur dubius in fide pertinatia defensionis, & hoc facit hæreticum, quia non solum nõ credit ea quæ sunt fidei, & quę inconcusse tenet ecclesia, sed pertinax est in suo errore, & illud defendit post susceptum Christianismũ: nam iudæus vel paganus male sentiens de fide non dr̃ hæreticus, etsi infidelis sit. ¶De schismaticis per boues ratione superbiæ designatos, papa subiicit pedib. suis potestatem exercens in eos. Nam cum sit duplex ptãs in ecclesia, scilicet ordinis & iurisdictionis. Potestate iurisdictionis priuat papa schismaticos auferens ab eis omnem iurisdictionem in subditos. Potestate verò ordinis seu consecrationis priuat eos quãtum ad executionem, hoc est quod non debeant uti actibus ordinum suorum, tamen quia talis potestas ab hoĩe auferri non põt, quia character q̃ imprimitur in ordinatione quæ est ipsa talis potestas est indelebilis. Vnde quãtuncunq; sacerdos vel episcopus consecret hostiam vel cõferat ordines uere conficit, & ueros ordines confert (seruata tamen forma ecclesiæ,) sed ad sui perniciem & recipientium a talibus sacramenta scienter facit, ut 1.q.1.c. Quod quidam, & in multis aliis capitulis. Dicuntur aũt schismatici omnes resistentes papæ, nõ quocunque modo: sed per spontaneam intentionẽ ac manifestã rebellionẽ, & eius iudicialis sententiæ recusationẽ non recognoscendo ipsum, vt caput ecclesiæ. Sed si per alicuius commodi temporalis consecutionem uel periculi euitationẽ resistat præceptis papæ, & non obediat, si talis etsi grauiter peccet, non tamen dicitur schismaticus, schisma enim importat diuisionem ab vnitate fidei & charitatis ecclesiæ. Est autẽ duplex vnitas in ecclesia, vna est membrorum ad caput, alia membrorum ad inuicem, de qua duplici vnitate corporis Christi mystici, ait Apostolus Ephe. 4. scilicet veritatem facientes in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput Christus, & hoc quantum ad primam vnitatem, & sequitur, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis ſm operationem quantum ad vnitatem secundam. Illi ergo quantum ex animo, & secundum intentionem se ab ista duplici vnitate diuidunt schismatici appellantur. Vnde q. summo pontifici tanquam capiti ecclesiæ subesse renuũt, & qui membris subiectis ipsi ecclesiæ communicare recusant schismatici censendi sunt de qua duplici diuisione loquitur Apostolus. col. 2. quando dicit. Nemo vos seducat in humilitate & religione ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenẽs caput, scilicet quantum ad primam diuisionẽ ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratur, & constructum crescit in aug-

§.11.

Schismatici dicũtur.

augmentum Dei. Huius corpus diuisio facit secundam diuisionem. Hæc Aug. de Ancho. multa de schismate habes supra in 2. par. ti. 3. c. de schismate, quæ ibi potes videre

§.12. ¶Vtrum omnes tyranni resistentes papę sint schismatici. Respondet Augus. de Ancho. ubi supra dicens, quod tria possunt distingui genera schismaticorum, secūdum Aug. de quæstionibus. Euāgelii. Nam aliqui sunt schismatici intentione non operatione. Quicunque enim ita inuident bonis ut quærant occasionem excludendi eos, vel crimina sua sic defendere parati sunt, si obiecta fuerint vel probata vt etiam conuenticulorum segregationes vel ecclesiæ perturbationes facere cogitent, tam schismatici sunt ab unitate ecclesiæ corde discisi, etiam si non inuentis occasionibus aut occultatis factis suis, sacramēto ecclesię corporali conuersatione socientur, & hos tyrannos supportat ecclesia, quia tandiu sustinet peccatum aut errorem alicuius donec aut accusationem inueniat aut prauam opinionem defendat. Secundo sunt alii schismatici operatione, sed non intentione, quia per se non intendunt se ab vnitate ecclesiæ diuidere, propter tamē aliquod commodum temporale consequendum, vel periculum euitandum, conuenticulorum segregationes faciūt ac p hoc schisma incurrunt, & schismatici cēseri debent, quia uoluntas coacta vel mixta uoluntas est secundum Augus. & philosophum, sicut effectus sequens ex causa per accidēs est effectus, exempla in his qui mouent bellum iniustum contra ecclesiam quando non satisfacit eorum cupiditati. Hos tyrannos schismaticos ecclesia reuocat quantum honeste potest. Imitatur enim iudicium Dei respicit intentionem magis quam operationem. dicit. n. Aug. ad Bonifac. Charitas quæ colligit & uiuificat omnia membra ecclesiæ, si nos videat de alterius ruina gaudere, statim nos præcidit a corpore, quod intelligendum est quando gaudet attendens tantum ad ruinam proximi & non ad bonum, commune inde sequens. Si igitur ministri ecclesię non dolent de ruina subditorum, iam ipsi præcisi sunt a corpore ecclesię, quia si in corpore ecclesiæ essent sine dubio dolerent, & eos reuocare procurarent. Tertio modo dicuntur aliqui schismatici intētione & operatione, & hos domat & corrigit ecclesia, & eos insequitur, donec aut pœnitendo redeāt, aut in nequitia male liberi defluant. Vndedi uinæ & humanæ leges statuerunt aut ab ecclesiæ vnitate diuisi & eius pacem nequissimè perturbantes a secularibus potestatibus comprimantur, ut 23. qō. 5. Non uos, & c. 2. Nec ob. quod Greg. dicit. 23. q. 8. Si morte Longobardorum me miscere voluissem, hodie Longobardorum gens, nec regem, nec ducem haberet, sequia Deum meum timeo, in morte cuiuslibet hominis me miscere formido. dicit enim Augus. de Anchona. quod papa, & alii prælati ecclesiæ verum est quod non debent se miscere in mortem hominis per immediatam executionem ut propria manu pugnent. Vnde Ambro. Aduersus milites & Gothos lachrymæ meæ arma mea sunt, aliter mihi pugnare non licet. 23. q. 8. Conuenior. sed & mediāte potestate seculari possūt & debent papa & alii prælati ecclesię de tyrānis & turbantibus pacem ecclesiæ iustitiam exercere & adiutorium procurare, ut patet. 23. qō. 3. per totum, & q. 6. c. Vides & dist. 63. Adrianus.

Triplices schismatici.

§.13. Ioā. 10. ¶De potestate papæ erga Christianos, & p̄cipue Imperatores, hi designantur per oues de quibus saluator ait. Oues meæ uocē meā audient. Et subiecit sub pedibus eius præcipue secundū illud. Omnia subiecit sub pedibus eius, oues &c. Vnde qñ Petro papatū dedit dixit. Pasce oues meas. Vbi primo videndum est de potestate eius quoad imperatorem, & imperiū. Et primo q̄ papa possit eligere imperatorē. Aug. de Anch. vbi supra, probat sic. Imperator est minister p̄p̄, eoipso q̄ est minister Dei cuius vices gerit. Vñ Apostolus ad Ro. 13. dicit q̄ nō sine cā gladiū portat, qa Dei minister est in irā ei qui malefacit. Deputauit. n. Deus Imperatorē tanq̄ ministrum summi sacerdotis. Vnde Marcel. Papa Maxētio dixit. di. 96. Boni principis ac religiosi est ecclesias cōtritas atq; cōfissas restaurare, nouas edificare, & Dei sacerdotes honorare atque tueri, & ideò papa di. ea. Si Imperatore catholicus est (quod salua pace ipsius dicimus) filius est non præsul ecclesiæ, quod ad religionem competit, discere ei conuenit non docere sæculi potestates si fideles sunt ecclesię sacerdotibus voluit esse subiectos. Est autem principalis agentis eligere ministros & instrumenta ad suum finem sicut ars militaris, cuius finis est victoria, habet eligere equestrem & frenefactiuam secundum quod videt expedire fini intento, ut dicitur primo Ethicorum. Vnde puto quod Papa vniuersos fideles in præsenti ecclesia ad pacem habeat ordinare, & ad spiritualem finem contendendum (alias supernalem finem consequēdum) dirigere & destinare iu-

sta

sta causa & rationabili existente, per seipsum possit Imperatorem eligere, aut propter eligentiū negligentiam vel discordiam, aut propter electi bonitatem & condecentiam, aut propter populi Christiani & pacis prouidentiam, aut propter coercendi hæreticorum paganorum & schismaticorū audaciam & potétiam. Posse enim papę fulcitum debet esse ueritate iustitia & ęquitate. Non enim potest aduersus veritatem, sed pro ueritate. Nec obstat. 22. q. 4. Quęsitum; vbi dicit Inno. Meminerāt maiores a Deo potestates his fuisse cōcessas, & propter vindictam noxiorum gladiū fuisse permissum & Dei ministerio esse datū. Nam ut dicit Augu. Verum est Imperatorē gladium recipere a Deo eo quod papa nō recipit nisi ut papa est vicarius Dei. Non enim papa pōt eligere Imperatorem ut singularis persona sed ut successor Petri & vicarius Christi. Sicut autem papa potest eligere Imperatorem, ita potuit electores Imperatoris instituere, & institutos mutaī ex causa rationabili. Sicut enim Imperatorem electum potest non confirmare & confirmatū deponere. Vbi sciēdum, quod Greg. 5. tempore Othonis Imperatoris conuocatis & requisitis principalib. Alemanię septē electores instituit officiales ipsius curiæ Imperialis, quatuor laicos ut regem Boemiæ, ducem Saxoniæ, commitē Palatinum, & Marchionem Brandeburgensem & tres clericos, ut archiepiscopū Maguntin. Colonienſem, & treuerensem. Causa autem quare de Alemania solum prædicti electores sunt assumpti communiter triplex assignatur. Vna fuit quia de Alemania fuerunt illi princeps qui liberauerunt ecclesiam de seruitute Longobardorum & ipsiorum Romanorum. Secunda fui deuotio illius populi ad sāctos apostolos, quod apparet in eorum continua peregrinatione ad visitandum ecclesias ipsorum apostolorum. Tertia fuit uoluntas ipsius papæ Gręgo. 5. qui de Theutonia fuit natus & Othonis consanguineus. Sicut autē Romani ante Christi aduentum, quia fuerūt patriæ. Zelotes, reipub. amatores, & legis & iustitiæ reseruatores, ideo Imperium in toto orbe obtinere meruerę, ut habetur ex 1. Mach. & per Aug. 5. de ciuitate Dei. c. 2. Ita postmodum cum obscuratum fuit aurum, mutatus color optimus & armis contrariis ad uirtutes fuerunt armati, merito iam Imperium quam eligendi Imperatorem potestatem prediderūt, quantuis dicatur Imperator rex Romanorum. Hæc Augu. de Ancho. Et sicut ab apostolica sede hoc illis est concessum ita cū expediret vtilitati & paci Christianitatis, posset immutari extra de elec. ca. venerabilē. Nec hoc esset leuitati ascribēdum. Vnde scribitur Hester. 16. Prouidendū est paci omniū prouinciarum, nec debetis putare, si diuersa iubeamus ex animi nostri venire leuitate, sed pro qualitate & necessitate temporum, ut rei pub. poscit utilitas ferre sententiam. Nec obstat quod dicit Grego. 25. q. 2. Ecclesiasticæ moderationi conueniens est, ut quæ ordinata fuerunt vel decisa in posterū, nulla debeāt refragatione turbari, hoc enim intelligitur quando causa ordinationis illius & decisionis nō mutatur, tūc enim permanere debet, sed si mutatur causa ordinationis in bonum uel malum, potest & debet talis ordinatio mutari cum autem contingit electores duos Imperatores eligere, ad papam pertinet alteri parti in hoc fauere, ut unum illorum præ altero elligat, quem magis cognoscit esse ido neum pro aduocatione & defensione ecclesię & cui fama uita & iustitia magis suffragantur, vel quando altera pars vocata & expecta ta nollet eligere, vel ad eligendum conuenire ut extra de elect. Venerabilem. Et ratio huius est, quia si princeps uocati & expectati nolunt cōuenire sede apostolica aduocato & defensore carere non debet. Ostenditur hoc & exemplo, quia cū Lotharius & Cōradus fuissent electi in discordia, papa Lotharium coronauit, & Imperiū obtinuit coronatus. Hæc Augu. de Ancho. ¶ Item papa posset prouidere de Imperatore per hæreditariam successionem, quādo videret populo Christiano pacē dari magis per hereditariam succeſſionem Imperii quam per electionem, sicut enim ordinauit illud ita posset & istud cum sit de iure positiuo, in quo omnis papa habet plenitudinem potestatis, secundum Augu. de Ancho. Et ratio huius est, quod ecclesia indiget Imperatore tanquam aduocato & defendente pro statu pacifico uitæ præsentis. Scribitur dist. 11. Quoniam, & 96. distin. Cum ad verū ꝙ Christiani Imperatores pro ęterna uita pōtificibus indiget, & pontifices ꝓ cursu temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus vterentur. Et apostolus pręcepit. 1. Timoth. 2. orationes & obsecrationes fieri pro regi & omnibus qui in sublimitatibus sunt constituti, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate. Et pro hoc etiā Hieremias mandauit pro regibus infidelibus orationes fieri. Baruch. 1. dicens. Orate pro uita Nabucho. regis Babylonis & pro vita Balthasar filij eius, ut sint dies ipsorum sicut dies cœli.

Electores qua re sunt de Alemania.

Imperium ui

deretur succes-- sione me lius re-- gi.

cœli. Existimat etiam ipsæ Augu. de Ancho. quòd consideratis gestis & conditionibus hominum videtur magis expediēs ecclesiæ pro pacifico statu fidelium ordinare imperiale dominium per hæreditariā succession quam per electionem propter tres rationes. Prima est, quia Imperator si sciret Imperium sibi deberi non solum ad vitam, sed per hæreditariā successionem in propriis filiis magis conaretur ad iustitiæ obseruationem & ecclesiæ defensionem & protectionem. Secunda ratio est, quia cum consuetudo sit quasi altera natura, si fideles per diuturnam consuetudinem essent assueti Imperio obedire & ecclesiæ famulari, cuius Imperator est minister non facile rebellarent. Tertia est, quia ecclesia ex morte Imperatorum vel discordia electorū, cum aliquando magno tempore careat Imperatore aduocato vel defensore plura bella & litigia percipit insurgere in suis fidelibus, & plerunque ipsæmet a suis vasallis paruipenditur & impugnatur. Et ad obuiandum his & aliis impedimentis quæ occurrunt ex carentia rectorum in partibus Italiæ, ideò melius esset quod dictum est, scilicet per successionem hæreditariam prouideri. Hæc Aug. Et si hoc etiam verum esset, tamen quia ex huiusmodi mutatione multa scandala sequi possent a quibus abstineri oportet etiam in to lerandis malis, nedum in promouendis maioribus bonis, ideò dimittendum distinct. 4. c. denique.

§. 14. ¶ De prioritate papatus ad Imperium. Sciendum secundum August. de Ancho. papatum fuisse prius Imperio aliquo modo. Pro cuius declaratione notandum, quòd de dominio regali vel imperiali possumus loqui dupliciter. Primo modo, vt est vsurpatum & tyrannicū.

Imperiū duplex.

Secundo vt est naturale polliticum. ¶ Primum, scilicet tyrannicum permissum est in pœnam damnantium & pœnam peccantium. Et hoc fuit ante sacerdotium. Nam secundū Aug. 15. de ciui. Dei. cap. 1. Primus regum terræ fuit Cayn qui prius condidit ciuitatē, in qua regnaret vocans eam nomine filii, scilicet Enoch. Et sic omnes ex eo geniti vsurpatiuè dominium habuerunt. Et post diluuium renouatum videtur istud dominium tirannicum a Nēbroth, de quo dicitur Genesis. 10. quòd cœpit esse robustus venator coram domino, ideſt oppressor hominum permittente domino, sub quo ædificata est turris Babel & linguæ confusæ. ¶ Sciendū dominium est naturale & polliticū, & hoc concessum est in remedium peccati, scilicet ad coercendū ipsum & pacem iustorum procurandam. Et istud secutum est sacerdotium. Incepit enim sacerdotium in persona Melchisedech significantis Christum & summum pontificem. Erat enim sacerdos Dei summi, vt dicitur Gene. 14. Et hunc tradunt Hebrei fuisse Sem primo genirum Noe, & post eum omnes primo geniti pro sacerdotibus habebantur vsque ad legem Mosaycam. Sub lege verò scripta magis expræssum & solemnizatum fuit summū sacerdotium vsque ad Christum in gente hebreorum. Nam aliæ nationes idolatriæ deditę habebant, & ipsi suos sacerdotes maiores & minores idolis sacrificantes, vt di. Isido. distinct. 21. cap. 1. perfectionatum autem fuit in Christo qui pontifex factus futurorum bonorum per proprium sanguinē introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Representatum autem & delegatū in Petro Christi vicario. Exaltatum autem in sua vniuersali iuris dictione, manifestū in Siluestro papa Dominium autem temporale iusto titulo acquisitum initium habuisse videtur in Moyse Duce populi constituto a Deo, post quem secuti sunt iudices, vt patet in li. Iudicium, per totum. Et deinde talis modus regēdi mutatus in regnum seu regale sceptrum in Saul vel potius in Dauid. Et si apud alias nationes essent reges & principes, vtrum iusto titulo obtinuerunt ignotum est. Monarchia aūt ideſt principale dominium mundi, primo cępit a Syriis sub Nino rege Niniuę. Et de Assyriis translatum est ad Medos & ad Persas sub Cyro & Dario, & de Medis & a Persis translatum est ad Grecos sub Alexandro magno, & Grecis translatum est ad Romanos sub Octauiano, quod dominium demum subiugatum est & subditum Christo, vt habetur in visione Danielis. c. 2. signatum per lapideam statuam illam in puluerem redigentem, & ostēsum fuit Octauiano Imperatori per Sybillā, die qua natus est rex regum & dominus dominantium. ¶ Postmodum translatū est Imperium sub Constantino conuerso ad fidem sub Romanis ad Græcos annuente Papa Siluestro, & exinde a Græcis ad Alemanos sub Carolo magno disponente Papa Adriano, nam & ipsę Carolus Magnus dominus erat Franciæ & Alemaniæ, dicitur tamen Imperator etiam nunc Rex Romanorum propter dignitatem ratione deriuationis, quia inde deriuatum est Imperium, & ratione confirmationis, quia a Romano pontifice habet confirmari. Et ratione coronationis, quia Romæ communiter debet coronari. Ex verbis autem

Sacerdotium in cępit.

Initiū imperiū & trāslationem.

autem Aug. in lib. de ciuitate Dei in diuersis locis videtur elici secundum Aug. de Anch. quòd imperium Deo disponente sit translatum ad Romanos propter quinque. Et primo propter magnam reuerẽtiam sacramentorũ, etiam si errarent in cultu plurium Deorum. Et hoc satis patet primo libro Valerii maximi. cap. 1. Secundum fuit clementia, & uirtus animorum. Vnde in laudem eorum dictum est parcere subiectis & debellare superbos, ut dicit Virgilius. Et quòd accepta iniuria ignoscere potius quam persequi malebant, vt dicit Saluſtius. Tertium fuit fides permissorum, ideſt firma obseruatio, exemplum patet de Marco regulo, qui causa promissi reuersus est ad hostes Carthaginenses, vt dicit Valerius maximus. Quartum fuit iusticia discussionũ, vnde dicitur Actuum 25. quòd festus respondit. Non est consuetudo Romanis damnare aliquem hominem priusquam ille qui accusatus est, præsentes habeat accusatores locomque defendendi accipiat. Quintum fuit carentia propriorum hoc est quòd non attendebant ad propria commoda quod patet ex eo quod scribitur primo libro Machabeorum octauo.

§. 15. ¶ Quod papa sit maior Imperatore in dignitate patet, non solum ex auctoritate Ambrosij, quòd non tam aurum est præciosius plumbo quam regia potestate sit pontificalis auctoritas, vt habetur. dist. 96. c. Duo, sed etiam per exempla Imperatorum gentilium potest ostẽdi. ¶ Nam, vt narrat magister in histo. scholastica. Cum Alexander Imperator veniret in iudæam cum proposito exterminandi eam ex visione quam habuit terribili obuians Ioiadę summo sacerdoti ad eum venienti, induto pontificalibus de equo descendit dignissime - que eum veneratus est, & adorauit dicens principibus secum commitantibus se non ipsum adorasse, sed Deum, cuius principatum & uicem gerebat in terris. Et de Sibylla Tyburtina narratur ab historiographis, quod cũ ostendisset Octauiano Imperatori, quem Romani volebant Deum vocare circa solem circulum, & in medio eius virginem pulcherrimam puerum gestantem in gremio, & dixisset illum puerum maiorem eo, scilicet Christum adorauit & prohibuit se Deum vocari. Cum ergo papa sit vicarius Christi patet dignitatem eius maiorem esse Imperiali. Patet etiam hoc ex similitudine quæ inducitur, extra de maio. & obe. Solite, vbi papatus seu pontificalis dignitas assimilatur Soli, & regalis potestas Lunæ. Sol autem dicitut pater omnium planetarum & dominus, & sicut Luna recipit lumen a Sole, ita Imperialis dignitas suam iurisdictionem a papa. Quod autem dicit Hugo. super cap. Cum ad verum. dist. 96. quòd Imperator potestatem & gladii dignitatem Imperialem non recipit ab apostolico, sed a principibus, & populo per electionem, dicit Augu. de Ancho. quòd quicquid fuerit de præteritis Imperatoribus, planum est, quòd modernorum Imperatorum electio pertinet ad summum pontificem, vel immediatè per se vel mediatè per electores quos ipsæ ordinauit. Item quod dicit Hugo. ibidem quòd potestates dictæ, scilicet Imperialis & apostolica sunt discretæ & diuersæ, verum est, quia ad diuersa principaliter deputatæ, vna ad spiritualia, alia ad temporalia. Non tamen ita diuersæ, quòd vna non reducatur in aliam, vtroque enim est a Deo, sed apostolica immediatè Imperialis verò mediante apostolica. Itẽ quod dicit idem quòd Imperator est maior papa in temporalibus, hoc non est verum quantum ad iurisdictionem: sed quantum ad immediatum vsum, & immediatam executionem temporalium secundum quem modum Imperator potest dici maior Christo, quia Christus non habuit immediatam executionem bonorum temporalium, etsi habuit plenum dominium quantum ad vniuersalem iurisdictionem, & sic papa vicarius eius in spiritualibus & temporalibus est maior quocunque alio rege vel Imperatore, & sic intelligitur quod dicit Nico. papa in d. cap. Cum ad verum dist. 96. quòd papa non debet vsurpare ea quæ sunt Imperatoris, quia scilicet non habet immediatè exe cutione vel administratione tẽporalium vti eorum quæ pertinent ad Imperatorem.

Primo exẽplo.

Secũda similitudo.

¶ Quod Imperator electus debeat per papam confirmari, habetur extra de elect. c. Venerabilem, quòd confirmatus debeat per papam inungi, vt consecrari & confirmari, patet ex tra de sacra. unc. c. cum veniſſet, quòd confirmatus & inunctus debeat per papam corona ri patet de elec. cap. venerabilem. Nec obstat quòd Constantinus Imperator imposuit coronam Silueſtro papæ, vt dist. 96. Constantinus, quia hoc fecit non sicut dominium & au ctoritatem præbens: sed sicut minister obsequens, cuius signum fuit quòd tenens equum eius stratoris officium sibi exhibuit. Et in coronatione Imperator papæ iuramentum fidelitatis præstat, vt patet distin. 63. c. tibi domino. Item papa potest Imperatorem ex sufficienti causa excommunicare, vt 96. distin. c. duo,

Papa cõfirmat imperatorem.

eiduo, & ipſum deponere & imperio priuare, ſicut Inno. 3. Othonem Imperatorem, & Innoc. 4. Federicum, & gladio corporali ſi adminiſtrationem temporalium nollet dimittere perſequi, & bellum contra ipſum conuocare & vaſallos & ſubditos a iuramento fidelitatis abſoluere. 15. q. 6. c. nos ſanctorum.

§. 16. ¶ De donatione facta eccleſiæ per Conſtantinum Imperatorē. Vtrum potuerit facere, & vtrum ſucceſſores eius poſſint reuocare. Quātum ad primum dicit Aug. de Ancho. quæſt. 43. quòd papæ (cum ſit verus Dei vicarius in terra) eo iure temporalium adminiſtratio cōceditur ab Imperatore, & recipitur etiam ab ipſo, quo iure prædictorum bonorum adminiſtratio recipitur a Deo, & datur Deo. Recipitur autem temporaliū adminiſtratio a Deo per ipſum Imperatorem quantum ad vſum, & quantum ad ſui officii ſtipendiationem. Non enim aliter Imperatores, & reges tributa recipere poſſent, niſi quia ſtipendiarii & miniſtri ſunt Dei. Sed Deo datur temporalium adminiſtratio ab ipſo Imperatore quantum ad honoris venerationem & dominii recognitionem & ſuorum miniſtrorum ſuſtentationem. Dicendum ergo quòd Conſtan. Imperator in illa donatione dedit papæ, & ſuis ſucceſſoribus Imperii temporalem adminiſtrationem in honoris veneratione, & dominii recognitionem. Et papa hanc eandem immediatam adminiſtrationem concedit imperatori, quem eligit in vſum, & in ſui officii ſtipendiationem pro defenſione & pacifica gubernatione eccleſiæ. Et ad hoc optime facit quod ait Dauid. 1. Paral. vlt. diſtin. In manu tua domine virtus & potentia & in manu tua magnitudo & imperium omnium, quæ ſunt diuitiæ, tua eſt gloria, tu dominaris omnium. Ego autem & populus meus quid ſummus, et poſſimus tibi aliqua promittere vel dare cū tua ſint omnia, peregrini enim ſumus coram te & aduenæ. Sed hæc ipſa quæ de manu tua accepimus dedimus tibi ad hoc etiam facit quod ſcribitur. 12. quæſtio. 1. videntes. ¶ Quātum ad ſecundum, quòd non poſſit reuocari talis donatio. probat idem dupliciter. Primo ſic, quod ſemel Deo dedicatum eſt, humano iudicio reuocari non poteſt. Vnde dicitur. 12. quæſt. 2. de rebus, quæ Deo ſemel contributę & dedicatæ ſunt, & poſtea ſub occaſione conceſſionis principum, a quibuſdam inuaduntur ſancimus, vt prius conſulatis principē ad reſecandam tam præſuptuam factionem, & recognoſcendum vtrum ſit illius conceſſio, an inuaſoris præſumptio. Quod ſi principis inordinata fuerit largitio, ipſæ ſit princeps „ emendatione redarguendus. Si autem inuaſoris declaratur præſumptio vſque ad emendationem excommunicationis ſit vindicta coercendus. Secundo probatur ſic. Non alio iure adminiſtrationē temporalium Conſtantinus recipit niſi conſenſu populi & principum ac vniuerſi Senatus vrbis Romanæ, ſed cum conſenſu omnium iſtorum talem conceſſionem Conſtantinus fecit eccleſiæ. Scribitur enim. 96. diſt. Conſtantinus. Vtile iudicamus vna cum omnibus ſatrapis noſtris, & vniuerſo ſenatu, optimatibus etiam & cū cuncto populo Romanæ eccleſiæ ſubiacenti, vt ſicut Beat. Petr. in terris vicarius filii Dei videtur eſſe conſtitutus, ita & pontifices ipſius principis apoſtolorum poteſtatem amplius, quàm terrenæ imperialis noſtræ ſerenitatis manſuetudo habere videtur conceſſam a nobis noſtroq; imperio obtineat, & vſque in finē mundi illibatam inconcuſſam permanere decernimus. Tertio poteſt induci, ꝙ talis donatio fuit legitimè facta multorum & ſanctorū pontificum factum, qui talibus prouinciis & terris eccleſiæ donatis vſi ſunt, vt bonis eccleſiæ, & omnes Imperatores iurant papæ cō ſeruare ei iura ſua, vt patet diſt. 63. Tibi domino, & c. ego Ludouic. Nec aliquis ſanctus contrarium aſſerit. Nec eſt contra ſi dicatur, ꝙ par in parem non habet imperium, ergo quod Conſtantinus conceſſit, alius poteſt reuocare. Nam vt dicit Aug. quòd quantum ad illa quæ ſunt iuris poſitiui, verum eſt, ꝙ par in parem non habet imperiū, ſed quantum ad illa quæ ſunt iuris naturalis & dominii diuini, omnes obligantur præſentes & ſequētes, quo iure Cōſtantinus talem obligationē fecit, potius enim reddidit in illa donatione qđ ſubtractum erat, quia domini eſt terra & plenitudo eius, cuius papa eſt vicarius q̄ & dederit quod erat imperii. De tali autem obligatione ſic ſcribitur in d. c. Conſtan. Corā Deo viuo qui nos regnare præcepit, & corā eius horribili iudicio obteſtamur oēs ſucceſſores nr̄os, Imperatores & optimates cūctos ampliſſimūque ſenatū & vniuerſū pp̄m in toto orbe terrarū nūc & in poſterū nulli eorū quoquo mō hęc conceſſa infringere vel aliquo mō cōuelli. Si quis aūt tentator extiterit ęternis dānationib. ſubiaceat innodatus. ¶ De ptāte papæ in alios reges & principes populi Chriſtiani ſm Aug. de Anch. Sicut ſummo ſacerdoti leuitici gn̄is oēs iudęi obedire tenebantur cuiuſcunq; ſtatus extiterint, ſic oēs Chriſtiani maiores & minores pa. locū Chriſti tenenti parere tenēt. §. 17.

Donatio Conſtātini.

Et de obedientia exhibenda ſummo ſacerdoti Leuitici generis punitione in obedientiæ, habetur Deuteron. 17. vbi dicitur. Si difficile & ambiguum apud te iudicium proſpexeris, venias ad ſacerdotem, &c. & infra. Qui ſuperbierit nolens ſacerdotis obedire Imperio, morietur, ſuper quo verbo dicit glo. quòd condemnationis ſuſtinet ſententiam qui contẽnit ſummi pontificis obedientiam tanquam ſi contemneret Dei omnipotentiã. Vnde Chriſtus dicit Luc. 10. Qui uos ſpernit me ſpernit. Et Gregor. ſeptimo, libro Moralium ait. Peccatum paganitatis incurrit quiſquis dum Chriſtianum ſe aſſerit, ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit, diſtinct. 81. cap ſi qui ſunt. Exẽplum pœnæ inobedientiæ, habes in Saule primo Rege. 1. Regum. 15. ¶ Vtrum autem ſubiiciantur Papæ ipſi reges quantum ad tẽporalium recognitionem dicit Aug. de Anch. Puto pro veritate eſſe dicendum quòd Papa vicarius Ieſu Chriſti in toto orbe terrarum vice Dei viuentis ſpiritualium & temporalium habet vniuerſalem iuriſdictionem. Sed ipſorum temporalium immediatam adminiſtrationem non recipit niſi in regionibus occidentalis Imperii per conceſſionem factã eccleſiæ a Conſtantino. Quare autem eccleſia non vtitur temporalium adminiſtratione niſi in partibus Italiç mediante Imperatore quem eligit, & non in aliis regnis quæ ſunt in occidentali Imperio, hoc non eſt propter carentiam auctoritatis, ſed propter nutriendum in filiis ſuis vinculum pacis, & vnitatis, quia ex quo Imperium fuit diuiſum, & a diuerſis in diuerſis partibus diuerſimodè, & tyrannicè vſurpatum eccleſia propter vitandũ ſcandalum Iudæorum ſe tributariam fecit cum Petro, vt oſtenderet ſe non obligari. Matth. 16. & 11. quæſtio. 3. Inter verba. Qui autem dicunt papam in ſolo orbe totum dominium habere ſuper ſpiritualia non autem ſuper temporalia ſimiles ſunt conſiliariis Regis Syriæ qui dixerunt. 3. Reg. 20. Dii montium ſunt dii eorum, & ideo ſuperauerunt nos, ſed pugnemus contra eos in campeſtribus & in vallibus in quibus dii eorum dominium non habent & obtinebimus contra eos. Ad literam. Sic hodie mali conſiliarii adulatione peſtifera ſeducunt reges & principes terræ dicentes. Dii montium puta ſpiritualium bonorum ſunt ſummi pontifices, ſed non ſunt dii uallium, quia temporalium bonorum nullum dominium habent. Ideò in campeſtribus, ideſt in potentia bonorum temporalium pugnemus contra eos & obtinebimus. Sed quid dicat eis diuina ſententia audiamus, quia dixerunt inquit, Syrii Deus montium eſt Deus eorum & non Deus vallium, dabo omnem hanc multitudinem in manu veſtra & ſcietis, quia ego ſum dominus. Et hoc patet per multa exempla, non ſolum eorum Regum, & Imperatorum infidelium qui eccleſiam perſequentes conati ſunt eam exterminare, & non potuerunt, ſed dominus concidit ceruices eorum & ad nihilum redegit, ſed etiam Chriſtianorum principum qui bellantes contra eccleſiam vel perſequentes ſummum pontificem exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt, vt patet de Iuliano apoſtata, de Mauritio Imperatore Gregorium perſequente, de Theoderico Rege Italiæ Ioannem Papam incarcerante, de Federico Imperatore contra eccleſiam inſurgente, & multis aliis qui male finierunt & miſerabiliter. ¶ Quod a ſententiis Regum & principum omnium ad Papã poſſit appellari, patet per id quod ſcribitur. 2. quæſtione. 6. Ad Romanam eccleſiam ab omnibus & maxime ab oppreſſis eſt appellandum & concurrendum quaſi ad matrem, vt eius vberibus nutriantur auctoritate defendantur oppreſſionibus releuentur, quia non poteſt nec debet mater obliuiſci filium, & idẽ habetur. 11. qõ. 1. Quicunque. Nec obſ. extra de app. Si duobus, vbi dicitur q̃ non eſt appellãdum a iudice ſeculari ad papã niſi in terris eccleſiæ, quia hoc intelligitur, q̃ nõ eſt fiẽdum indifferenter & in quibuſcunque, ſed in negociis arduis & neceſſitate vrgente a quocunque iudice quis grauetur, ad papam recurrere poteſt ſpectat etiam ad papam corrigere eos, cum delinquunt, ſecundum illud Hiere. 1. Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas & deſtruas, diſſipes & diſperdas. ſ. ſcelera reprehendendo, puniendo & amouẽdo. Sic etiam in veteri teſtamento prophetæ qui erant patres ſpirituales in populo Iudæorum auctoritate domini reprehendebant Reges delinquentes, vt patet. 1. Reg. 15. Samuel Regem Saulem de inobedientia. Nathan Propheta Dauid Regem de adulterio. 2. Reg. 12. c. Hlias propheta Acab Regem Iſrael de idolatria. 3. Reg. 8. ſummus ſacerdos Oſiam regẽ Iuda, de præſumptione ingreſſus in templum ad incenſandum. 2. Paral. Nico. Papa regem Lotharium de adulterio. 2. q. 1. ſcelus, & huiuſmodi poteſt, & ipſos reges ex cauſa rationabili deponere, ſicut Zacharias Papa depoſuit Regem Francorum, & ſubſtituit Pipinũ. 15. q. 6. c. Alius.

¶ De

§.18. ¶De potestate Papæ in clericos & præcipue in dandis officiis vel beneficijs. Vbi primo seruandum est quod dicitur distinct. 23. Tales ad ministerium eligãtur clerici qui digne possint Dominica sacramenta tractare. Melius est enim sacerdoti domini paucos habere ministros qui dignè possint opus Dei exercere quam multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant, distinctio. sexagesima prima. Miramur. Dicit Leo. Si in quibuslibet ecclesiæ gradibus prouidenter scienterq; curandum est, ut in domo domini nihil sit inordinatum, nihilque præposterum, quantomagis elaborandum est ut in electione eius qui super omnes gradus constituitur non erretur. Nam totius familiæ domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore nõ inuenitur in capite, & infra. Sicut enim bo ni operis fructum sibi comparat. qui rectum tenet in eligendo sacerdotem iudicium, ita graui semetipsum afficit damno qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignum. Seruare quoque debet quod ait Gregor. dist. 89. Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibuscunque personis sigillatim cõmitti iubemus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita in ecclesiæ corpore secundum ueridicam Pauli sententiam in vno eodẽq; spirituali corpore conferendum est hoc officium vni, alii committẽdum est illud, &c. Sed hodie accidit quod ait Hieron. 7. quæstione secunda. Gloria uidelicet. Multi ędificant parietes & columnas ecclesiæ subtrahunt, marmora nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur & ministrorum Christi nulla est electio, cum tamen idem dicat octaua quæstione prima. Licet, quod qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni uirtute eminentior, ille eligatur ad sacerdotium. ¶Quæritur ergo primo utrum papa peccet mortaliter in acceptione personarum. Et respond. Augustin. de Ancho. vbi supra quod mortale peccatum est quod tollit nobis Christum qui est uita nostra, ut habetur Coll. tertio. Christus autem est in nobis tribus modis, scilicet per iustitiæ æquitatem, per doctrinæ ueritatem, per uitæ sanctitatem. Ioannem decimoquarto. Ego sum uia, scilicet iustitiæ, & ueritas scilicet doctrinæ, & uita scilicet sanctimoniæ. Quando igitur acceptio personæ repugnat iustitiæ æqtati, ut qñ papa in aliqua causa teneret iudicium reddere alicui, & nõ redderet sciẽter faciens contra iustitiam, quia diues vel amicus vel consanguineus vel nobilis esset, contra quem esset ferenda sententia, mortale esset. Secundo quando acceptio personæ repugnaret veritati doctrinę, vt si papa docet atiquid contra bonos mores vel sacram scripturam, vel determinaret amore alicuius personæ, similiter mortale esset Tertio quando acceptio personę repugnaret sanctitate vitæ, ut quando papa in conferendo officia vel beneficia ecclesiastica præferret scienter vitiosum virtuoso ex indebita causa, ut quia consanguineus vel potens similiter mortale esset. Item quando papa ad prælaturam ecclesiasticam vel beneficia conferenda prçferret consanguineos vel amicos extraneis magis idoneis ex causa indebita, scilicet, consanguinitatis ratione principaliter non euadit vitium acceptionis personarum Secus autem si consanguineos æque idoneos ad prælaturas præfert extraneis. Idem. Tho. in quodlibet. Item si diuitem pauperi vel nobilem ignobili præfert in beneficiis conferendis principaliter ratione diuitiarum vel nobilitatis, acceptor est personarum, secus si hęc faceret, quia essent æque idoneus, vel quia magis possit ecclesiæ prodesse, (præsupponendo tamen in ipso bonitatem) Nam quem sciret esse vitiosum notoriè, posset malei conferre propter nobilitatem uel aliquid huiusmodi. ¶Item si ad pręces regum, & principum moueatur papa ad conferendum beneficia ecclesiastica contingit tripliciter ibi esse vitium. Primo si pręces porrigantur pro indigno supplicantes pro illo æquę indignum sciũt, peccant utique grauiter. Et papa vel alius prelatus qui illas præces exaudit, sciens illum indignum. Secundo contingit ibi esse vitium, quod etsi dignus sit pro quo rogatur papa vel alius non alius non attendat ad dignitatem personæ, sed ad fauorem humanum quem principaliter intendit annuendo præcibus rogãtium propter quas confert. Et istud secundum, & primum pertinet ad acceptionem personarum. Secus autem si principaliter moueretur propter personæ idoneitatem. Tertio contingit ibi vitium ex parte rogantium quando hoc procurant, vt ille pro quo rogant esset eis fauorabilis in eorum causis vel petitionibus iustis vel iniustis, peccaret etiã conferens quando hoc sciret secũdum Augu. de Ancho. ¶Item peccat papa si cõfert prælaturam ecclesiasticam petenti, & procurã ti secundum August. de Ancho. quia procu-

Ad præces conferre beneficiũ.

Conferrendo curã pa-

tenti vtrũ peccet.

rans per se vel per alium hoc, vel est iniustus vel est superbus. Iniustus quidem quia plus vult sibi de honore accipere, aut de potestate vel aliis modis de quibus nescit se dignum. Superbus quia sine superbia non est quod aliquis existimet se magis dignũ prælatione quam aliis quibus præficitur. ET uidetur idem sentire de quocunque ecclesiastico beneficio. Sed Thom. Ray. & alii dicunt hoc solum habere locum in beneficijs, curatis ratione curæ animarum quæ idoneæ administrari non potest sine gratia seu charitate quam nullus se habere scire valet. De aliis verò scilicet, non curatis dicunt licere per se vel per alium procurare, si alias est dignus. ET hoc videtur sonare auctoritas Augustini, quã pro dicti sui confirmatione ipsę August. de Ancho. inducit, & habetur. 8. q. 1. Qui episcopatum, vbi ait, quòd locus superior sine quo populus regi nõ potest, etsi administratur vt decet, indecenter tamen appetitur. Et sic patet quod loquitur de prælatura. De hac materia vide diffusius in secunda parte tit. 3. c. de ambitione. ¶ Item tenet August. vbi supra, quod peccat qui procurat magisterium, & petit licentiam magistrandi. Et hoc propter periculum quod in eo incurritur, quia etsi sciat se habere scientiam valentem ad salutem suam, & aliorum, qualiter tamen possit administrare illam ad salutem aliorum scire non potest. Et propter honorem qui ibi annectitur, vnde aliquando superbitur, & propter gloriã quę in ipsa quandoque appetitur, omissis alijs malis quæ inde aliquando sequuntur. Et ex hoc videtur innuere, quod papa peccet tali procuranti conferendo. Tho. tũ in quodlibet, cõtrarium tenet scilicet, q licitũ sit procurare, dummodo alias sit idoneus, & habeat rectã intentionem, s. cõmunicandi scientiam ad honorem dei, & salutem animarum. De hoc etiam diffusius supra. c. de ambitione.

§. 19. Potest damnare ad infernũ.

¶ De potestate papæ vtrum, s. possit aliquos iustè ad pœnam inferni damnare. Et respondet Augu. de Ancho. quod sic per decretum Nicolai papæ. distin. 23. In nomine domini, vbi dicit de illis qui seditionem ponunt in ecclesia, & potissimè in electione sum mi pontificis, quod perpetuo anathemate damnentur, & cum impijs qui non resurgunt in iudicio deputentur, ergo &c. Ista tamen videtur impropria, & larga locutio, quia quod inobedientes decreto vel præcepto papæ iusto, & in tali inobedientia decedentes damnẽtur, hoc non est causaliter vel occasionaliter ex parte potestatis uel uoluntatis papæ, nisi occasione accepta per inobedientem non datam per papam, sed hoc ex parte rebellionis, & obstinationis in transgrediente mandatum. Nam, & transgressor talis præcepti potest ad pœnitentiam reuerti, & euadet damnationem. Præterea eodem modo, & ratione põt quilibet prelatus mittere ad infernum subditum suum, quia potest ei aliquid præcipere quod transgrediendo vel contemnendo damnabitur si non pæniteat, quod vtique non attribuitur potestati superioris, sed dispositioni, & malę uoluntati inferioris non obedientis. Verum in hoc est differentia inter papam, & alios prelatos, quia ipsæ potest facere canonem vel præceptum generale, quod omnes fideles obligat, sed alij prelati non, nisi sibi subiectos. Ad auctoritatem inductam respondetur, qđ loquitur per modum impræcationis zelo diuinæ iustitię, sicut fecerunt sancti, vt habetur in scripturis vel per modum prænunciationis, quia talibus eueniet damnatio.

§. 20.

¶ De potestate papæ in ordinandis officiis ecclesiæ. Sicut enim secundum Isidorum distinct. 25. cap. Perlectis, episcopus dicitur ordinator incunctis scilicet, in sua dioecesi, ita papa in vniuersali ecclesia. Pro cuius declaratione nota secundum Augustin. de Ancho. vbi supra sicut docente Apostolo in corpore humano singula quęque membra propria, & discreta officia habent, vnũquodque non sibi soli agit quod agit, sed aliis etiam, sic in corpore ecclesiæ dona officiorum distincta sunt distributa diuersis, & unusquisque non sibi soli deseruit in eo quod solus habet, sed & aliis. Istorum autem officiorum principalis distributor est Christus docente Apostolo ad Ephe. 4. cap. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, qui dedit quosdam quidem apostolos, quosdam &c. Executor autem ordinationis istorum officiorum est ipsæ papa, qui uice Christi aliquos ordinat loco apostolorum per quos Christi doctrina sit testificanda, aliquos loco ꝓphetarum, per quos sit exponẽda, aliquos loco euangelistarũ, p quos sit scribenda, & declaranda, aliquos loco pastorum, per quos sit executioni mandanda. Hunc ordinem officiorum ecclesiæ in figura uenit Regina Saba. 1. gentilitas a finibus terræ uidere, uidensque domũ Salomonis. i., ecclesiã Christi, & cibos mensæ eius. i. sacramenta, & dogmata & ordinem

dinem miniſtrantium. i. varietatem officiorũ ordinatam veſteſque eorum, ideſt uirtutes exteriorem modeſtiam, & holocauſta quę offerebantur. i. orationes non habent vltra ſpiritum prę admiratione dixit. Beati viri tui, beati ſerui tui qui ſtant coram te ſemper. 3. Regum. 10. Et quamuis etiam terrena poteſtas varia officia ordinet in temporalibus tamen ſpiritualis poteſtas eccleſię poteſt officia terrenę poteſtatis corrigere, & remouere, ſed terrena poteſtas non poteſt officia eccleſię immutare. Vnde Innocen. dicit quòd ad nobilitatem neceſſitatum mundanorum, ideſt officiorum, & poteſtatem pars Dei. i. eccleſiã commutari honores, aut diuiſiones perpeti nobis non eſt viſum. diſtin. 10. Lege, & quod ait Gregor. diſtinct. 89. c. ſingula, quòd vni quantuncunque exercitatio non ſunt cõmittenda duo officia eodem tempore, intelligitur regulariter, & de iure communi, ſed papa qui eſt iuris conditor huic legi non tenetur, quia poteſt plura vni committere, vel propter perſonę cui committũtur idoneitatem, vel propter officialium paucitatem, ſeu propter eccleſię neceſſitatem.

§. 21. ¶ De poteſtate papę in nouis religionibus creandis. Ipſæ ſolus nouas religiones creat, & approbat, extra de relig. do. Ne nimia. Pro cuius declaratione nota tria ſecundum Auguſt. de Ancho. Primo ex parte eccleſiæ promotio. Nam quælibet religio debet ordinari principaliter ad cultum Dei, & ad promotionem eccleſiæ. Secundo ex parte religionem intrantium conſideratur charitatis perfectio, quia quælibet religio eſt quædam via tendendi in perfectionem charitatis. Tertio ex parte diuini cultus ad quem religio inſtituitur, conſideratur debita ordinatio. Opponitur enim religio ſuperſtitioni, quia ſuperſtitio non eſt aliud niſi religio ſupra modũ ſeruata, quia cultum diuinum ſuperſtitioſus vult impendere cui non debet vel quomodo non debet, vt dicit glo. ſuper illo verbo ad Col. 2. habent quidem rationem ſapientiæ in ſuperſtitione, propter iſta ergo tria ſolus papæ eſt religionem ordinare, & ordinatas approbare, quia ſolus ipſæ habet conſiderare vniuerſalem eccleſiæ promotionem. Sem per enim artifex ſupræmum finem conſiderans, habet omnes inferiores ad illum finem dirigere, & ordinare, vt dicit Philoſoph. 1. Ethicorum. Et cum ipſæ ſupræmum perfectionis gradum in eccleſia teneat, ipſæ ſolus habet aliis viam ad perfectionẽ tenendi oſtendere. Similiter ſolus ipſæ habet illa quæ ad diuinum cultum pertinent vniuerſaliter ordinare. Et quamuis omnes qui iure colunt Deum, communiter poſſint religioſi appellari propter quod iudæi qui verum Deum colebant religioſi dicti ſunt Actuum. 2. vbi dicitur quod multi religioſi ex iudaiſmo conuenerant ex omni natione quæ ſub cœlo eſt. Propriè tamen, & diſtrictè religioſi dicuntur, qui totam vitam ſuam diuino cultui dedicant, & mundanis ſe ſubtrahentes per profeſſionem, & habitus proteſtationem vel diuinæ contemplationi, uel animarum inſtructioni, vel alicui fructuoſo operi exteriori ad eorũ imperfectionis exercitationem, & eccleſiæ promotionem inſiſtentes. Et quamuis religiones particulares ab earum fundatoribus ſpecialiter nominentur, vt Benedicti, Dominici, Franciſci, & huiuſmodi, tamen religiones dici non debent, niſi fuerint per eccleſiam approbatæ, & confirmatæ.

¶ De poteſtate papæ in dando exemptiones quibuſcunque a ſuis ordinariis prælatis. Sicut enim Moyſes in veteri lege qui figuram in quibuſdam geſſit ſummi Pontificis committebat minora ſenioribus Iſrael, maiora vero ſuo iudicio reſeruabat, vt habetur Exodi. 18. ſic maiora collegia, & maiores perſonas de eccleſia ſuæ viſitationi, & correctioni, immediatè reſeruari poteſt. ¶ Pro cuius declaratione dicit Auguſt. de Ancho. vbi ſupra quòd in exemptione tria poſſumus conſiderare, ſcilicet papam eximentem perſonam exemptam, & ipſam exemptionem. Et ex horum quolibet patere poteſt, quod papam eccleſia poteſt facere exemptionem quam vult. Et quantum ad primum, cum papa ſit vicarius filii Dei, ſicut quod Deus fecit mediantibus creaturis tanquam mediantibus cauſis ſecundis, totũ pòt facere immediate per ſeipſum, ita papa ſaltem quantum ad poteſtatem iuriſdictionis. Sicut omnes fideles regit mediantibus eccleſiæ miniſtris, ita poteſt immediatè per ſeipſum regere. Et ſi hoc non facit non ex defectu virtutis, & potentiæ cum miniſtri non regnant niſi ex uirtute eius. Sed magis hoc eſt excommunicatione bonitatis, & clementiæ eius, ſicut apparet etiam de Deo. ¶ Secundo oſtenditur idem ex parte exemptorum. Sic enim debet eſſe in eccleſiaſtica hierarchia ſicut eſt in cœleſti hierarchia ſecundum Dionyſium, ſed in cœleſti hierarchia eſt, q̃ angeli de ſupræma hierarchia ſunt exempti, quia non recipiunt diuinas illuminationes mediantibus aliis, ſed

§. 22. In exẽptione tria sũt.

immediatè per ſeipſos, & per eos ad omnes inferiores deriuantur. ¶ Tertio iſtud patet ex parte ipſius exemptionis. Cum enim papa ſit caput totius eccleſiæ non debet ipſe priuari operatione hierarchia quæ eſt uiſitatio, & correctio, vt ipſe aliquos immediatè ſupponat ſibi per exemptionem & ſubtrahat a viſitatione, & correctione inferiorum prælatorum, non tamen poteſt papa aliquos eximere in ſpiritualibus vel temporalibus a ſemetipſo, quia omnis poteſtas includitur in poteſtate clauium, quæ non niſi Petro conceſſa eſt, ſicut & Deus fidelis eſt, & ſeipſum negare non poteſt. 2. Timot. 2. c. Negaret autem ſeipſum ſi eximeret aliquos a ſuo dominio ſpirituali vel temporali, quia tunc negaret ſe eſſe dominum omnium tam corporalium quam ſpiritualium. Cum igitur papa ſit verus vicarius Dei, ſi aliquos eximeret a ſemetipſo in iuriſdictione temporalium vel ſpiritualium nega ret, quòd eſſet verus vicarius Dei. Vnde non eſt dubium, quòd ſi papa pro tali veritate teſti ficanda moreretur: verè martyr Chriſti eſſet cenſendus, ſcilicet cõſtanter negando aliquẽ clericum vel laicum Regem vel Imperatorẽ eſſe ſe exemptum ab eo in iuriſdictione temporalium vel ſpiritualium. Nec obſtat quòd ex antiqua conſuetudine in Gallicana eccleſia prælati Franciæ non recognoſcant tempo ralia a papa: ſed a rege, & ipſæ rex a nullo recognoſcat: quia abuſio dicenda eſt & non ſequenda. diſt. 8. ſi conſuetudinem. ¶ Fuiſſe aũt valde incongruum aliqua collegia, & præcipue religioſorum eximere a iuriſdictione epiſcoporum & aliorum oſtendit Aug. de Anch. vbi ſupra dicens, quòd ordinatio ſubditorum ſub prælato eſt facta in commodum ipſorum ſubditorum, & eorum vtilitatem potiſſimè quantum ad tria.

¶ Primo quantum ad delinquentium correctionem.

¶ Secundo quantum ad bonorum promotionem, & eorum quietiorem contemplationem.

¶ Tertio quantum ad collegiorum ſeu mona ſteriorum vel eccleſiarum tutiorẽ gubernationem.

¶ Quæ quidem tria quandoque contingit impediri pro immediata epiſcoporum iuriſdictione. Nam prælati in eorum viſitatione nõ ſolum ſubditos grauant, non admonent & corrigunt, ſed expoliant adducentes turbam equorum, & famulorum, per quorum viſitationem quod infirmum eſt nõ conſolidatur, quod ægrotum eſt non ſanatur, quod confractum non alligatur, quod abiectum non reducitur, quod perditum non requiritur, vt magis dici debeat diſſipatio quam viſitatio propter quod dicit dominus Ezech. 33. Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, nec paſcant amplius ſemetipſos, ſed ego ipſe requirã oues meas, & viſitabo ipſas, & ideò per papam cui cura debet eſſe de omnibus ad prouidẽdum quod vtilius eſt congruum eſt aliqua collegia, & aliquas perſonas eximi, vt in his quæ dicta ſunt, quietius & ſecurius poſſint promoueri, nec in hoc debent epiſcopi grauari, vel perturbari, ſi ſine eorum culpa aliquæ perſonæ, vel collegia ſubtrahantur a iuriſdictione ipſorum, quia cum ſubditi non præſupponantur eis, non incommodum immo nullum præiudicium, ſed maximum beneficium fit, cum tales ſubdit ab eorum iuriſdictione ſubtrahantur. Sic enim populus Dei eſt multiplicatus, vt vix ſufficiant vires prælati mediam partem ſubditorum inſtruere, & corrigere, præſtatur autem præiudicium his qui quęrũt quę ſua ſunt, non quę Ieſu Chriſti. Nec eſt contra quod ſcribitur. 93. diſtin. Nulla ratione clerici aut ſacerdotes habendi ſunt qui ſub nullius epiſcopi diſciplina, & prudentia gubernantur, quia tales acephalos conſuetudo nuncupauit. Loquitur enim illud. c. de clericis vagabundis, & proteruis, vt patet per id quod ſequitur. Nec enim monachi, vel aliqui qui eximuntur ſine capite ſunt, quia ſupponuntur viſitationi, & correctioni ſuorum prelatorum. Et eiſdem rationibus dantur a papa, & priuilegia in multis contra ius commune, & conſeruationes priuilegiorum. De quibus vide in parte prima titu. 8.

¶ *De poteſtate papæ in diuerſis materijs ex his quæ ponit Thom. in diuerſis libris ſuis per uiginti quatuor quæſtiones formatas.*

Cap. 6.

QVeritur primo vtrum Pontifex Romanus ſit primus, & maximus omnium epiſcoporum, & patriarcharum? Ad quod reſpondet Thom. in tractatu contra errores Græcorum. cap. 66. quòd ſic, quod probat ex canone concilii vniuerſalis, vbi dicitur. Venerantur ſecundum ſcripturas, & canonum diffinitiones ſanctiſſimũ antiquę Romę epiſcopum primũ eſſe, & maximũ omniũ epiſcoporũ. Et hoc auctoritati cõſonat ſacrę ſcripturę

quę

quæ per Apostolos Petro attributit primũ locum tam in Euãgeliis quam in actibus Apostolorum. Vnde dicit Chrys. super Matt. tractans illud, accesserunt discipuli ad Iesum dicẽtes. Quis est maior in regno cœlorum? Sic quoddam humanum scandalum conceperunt, quod etiam in se occultare non poterant, & tumore cordis non sustinebant in eo quod viderant Petrũ sibi præferri & præhonorari. Quod etiam papa prælatus sit cæteris patriarchis in eod. libr. assetit idem doctor inducens ad hoc dictum Cyrilli qui ait, quod ipsius, scilicet apostolici throni Romanorum pontificum solius est repræhẽdere ita tuere, corrigere, disponere, soluere, & ligare, qui ipsum ædificauit. Hoc etiam patet ex auctoritate domini dicentis Luc. 22. Tu aliquã conuersus confirma fratres tuos.

§. 1. ¶ Questio secunda est Vtrum papa in totam ecclesiam Christi vniuersalem prælationem habeat? Ad hanc quæstionem respondet B. Thom. affirmatiue in prefato tractatu contra errores Græcorum in capit. 67. vbi dicit quòd prædictus Christi vicarius in totam ecclesiã Christi uniuersalem prælationem obtinet. Legitur enim in Calcedonensi concilio quod tota synodus Leoni papæ acclamauit Leo sanctissimus Apostolicus oecomenicus, idest, vniuersalis patriarcha per multos, annos uiuat. Et Chrysost. super Matt. Filius qui patris est, & ipsius filii potestatem Petro uniuersaliter concessit vbique terrarum, & homini mortali omnium quæ sunt in cœlo, dedit auctoritatem dando ei claues ad hoc ut ecclesiam vbique terrarum ampliet. Et super Ioannem in Homelia. 85. Iacobum localiter terminat in loco. Petrum autem totius orbis magistrum & doctorem. Hoc etiam traditur ex auctoritate scripturæ. Nam Petro oues suas Christus indistincte commisit dicens Ioannis ult. Pasce oues meas. Dicere autem pontificem vel Romanæ ecclesiæ non habere uniuersalis ecclesiæ primatum est error similis errori dicentium spiritum sanctum a filio non procedere, ut dicit Thom. in dicto tractatu contra errorem Græcorum. Nam ipsę Christus Dei filius suam ecclesiam consecrat, & sibi consignat spiritu sancto quasi ex suo charactere & sigillo vt ex suprapositis auctoritatibus habetur, & similiter Christi vicarius suo primatu & prouidentia vniuersalem ecclesiam tanquam fidelis minister Christo subiectã seruat. Et ad id quod dicitur distinctione 99. Nullus patriarcharum uniuersali uocabulo vuquam utatur, vt in capitu. sequen. vbi Grego. prohibet se uniuersalem vocari. Respon. Beatus Thom. in tracta. contra impugnan. relig. sic dicens, qđ papa vniuersalem pōtificem se prohibet nominari, non hoc ideò est quod ipsæ non habeat auctoritatem immediatè & plenam in qualibet ecclesia, sed quia non præficitur cuilibet particulari ecclesiæ vt proprius & specialis illius ecclesiæ rector. sic enim cessarent omnium illorum Pontificium potestates.

¶ Quæstio tertia vtrum papa sit caput vniuer- §. 2.
salis ecclesiæ? Ad quod respon. Beat. Thom in multis locis, & potissimè. in 3. parte quæst. 8. articu. sexto, vbi quærens vtrum sit proprium Christi caput esse ecclesiæ ita quòd ca put in alia membra tripliciter influit. Vno modo intrinseco influxu prout virtus motiua & sensitiua a capite deriuatur ad cætera membra. Alio modò secundum exteriorem quandam gubernationem, prout, scilicet secundum visum, & alios sensus qui in capite radicantur, dirigitur homo in exterioribus actibus. Interior autem influxus gratię non est ab aliquo nisi a solo Christo cuius humanitas ex hoc quod est diuinitati coniuncta, habet uirtutem iustificandi. Sed influxus in membra ecclesiæ quantum ad exteriorem gubernationem potest talibus conuenire, & secum hoc alii possunt dici capita ecclesiæ, secundum illud quod dicit Amos sexto capit. Optimates capita populorum, differenter tamen a Christo. Primo quintum ad hoc qđ Christus est caput omnium eorum qui ad ecclesiam pertinent secundum omnem locum & tempus & statum. Sed homines dicuntur capita secũdum spiritualia loco, sicut episcopi suarum ecclesiarum, vel secundum determinatum tempus, sicut papa est caput totius ecclesię, i. tempore sui Pontificatus, & secundum determinatum statum, prout, s. sunt in statu viatoris, & sic papa est caput fidelium, sed viatorum tantum. Alio modo ſm hoc qđ Christus est caput ecclesię propria virtute, alii verò dicuntur capita inquantum vicem gerunt Christi, secundumillud. 2. Cor. 2. Nã & ego quod donaui, si quid donaui pp uos in persona Christi. Ex his etiam patet papam esse superiorem in tota ecclesia, qđ ét vr̃ idẽ doctor asserere in 4. dis. 50. vbi querẽs an oẽs tenentur ad ieiunium, dicit arguendo sic ſm Ber. in lib. de di. & p. In præcepto superioris, non debet dispensare inferior, sed quælibet singularũ psonarũ est inferior q̃ ecclesia, quę ieiunium sub præcepto statuit nisi forte ille

qui est caput totius ecclesiæ uel loco capitis, s. papa Item sequitur quod nullus potest dispensare, s. nisi papa.

§.3. ¶Quarto quæritur vtrum papa sit sponsus vniuersalis ecclesię? Ad qđ tñ. B. Tho. in tra. contra impug. reli. dicens qđ spōsus ecclesiæ proprie loquendo est Christus, de quo dr̄ q habet sponsam sponsus est Io. 3. Ipse. n. de ecclesia, sno nomini filios generat. Alii aūt spō si dicunt sicut ministri sponsi exterius coope rātes ad generationē spiritualiū filiorū, quos quidē nō sibi sed Christo generant, qui quidē ministri in tantū sponsi dicunt inquātum vicem veri sponsi obtinent. Et ideò papa qui obtinet vicē ueri sponsi in tota ecclesia uniuersalis sponsus ecclesiæ dicitur. Et quamuis epūs suæ dioecesis spōsus sit, & presbyter suæ ecclesiæ, non pp hoc sequitur qđ sint plures sponsi vnius ecclesiæ, secundum Th. in d. tra. Et ratio est, quia sacerdos suo ministerio cooperatur epō tanq̄ principali, & similiter episcopi papæ & papa ipsi Christo. Vnde Christus papa episcopus & sacerdos non computantur nisi vnus sponsus ecclesiæ.

§.4. ¶Quinto quęritur. Vtrum reges & principes Christiani, & per consequens omnes fideles teneantur esse subditi Romano Pontifici? Ad quod B. Tho. affirmatiuè in tract. suo de rege & regno ad regem Cypri, ibi loquēs de regno ecclesiæ & regali sacerdotio ita ait. Huiusmodi regni mysteriū vt a terrenis sponsalia essent discreta non terrenis regibus sed sacerdotibus est cōmissum. ita præcipue summo sacerdoti Christi vicario Romano pontifici, cui omnes reges Christianos oportet esse subiectos sicut ipsi dño Iesu Christo. Sicut n. ad quē ultimi finis pertinet directio subiici debent illi ad quos spectat cura antecedentiū finium & eius Imperio dirigi. Et quia sacerdotiū gentium & totus diuinorum cultus erat propter temporalia conquirenda q̄ omnia ordinantur ad multitudinis bonum cōe cuius regi cura incumbit, consequēter sacerdotes gentilium regionis subiiciantur. Sed ēt in ueteri lege promittebant bona tēporalia siue terrena non a dœmonibus sed a bono Deo religioso populo exhibenda. Vnde & in ueteri lege sacerdotes leguntur regibus fuisse subiecti. Sed in noua lege est sacerdotium altius, per quod homines traducuntur ad bona cęlestia. Vnde in lege Christi reges debent esse sacerdotibus subiecti. Vnde mirabiliter ex diuina sapientia factum est ut in Romana vrbe quam Deus præuiderat Christiani sacerdotij principalem sedem futurā hic mos paulatim inolescęret ut ciuitatis rectores sacerdotibus subderētur. Sic enim maximus. Valerius refert omnia post religionē ponenda semper nostra ciuitas duxit & in quibus summę maiestatis decus conspicua luit, quapropter non dubitauerunt sacris imperia seruire.

¶Nexto quæritur an sit de necessitate salutis subesse Romano pontifici? Ad quod resp. Beat. Thom. affirmatiuè in lib. de erroribus Græcorum c. 72. vbi sic ait. Ostenditur etiā quod subesse Romano pontifici sit de necessitate salutis. Dicit. n. Cyrillus in libr. thesaurorum. Itaque fratres mei si Christum imitamur, ut ipsius oues vocem audiamus manentes in ecclesia sancti Pet. Apost. Nō influemur uento superbiæ ne forte tortuosus serpens propter nostram cōemptionem nos eiiciat, Vt Euam olim de paradiso. Et Maximus in epistola orientalibus directa dicit Coaduna tam & fundatam super petram confessionis Petri dicimus uniuersalem ecclesiam secundum Saluatoris diffinitionem in qua necessario salutis animarum nostrarum nostrum est manere & obedire, fuam seruantes fidem & confessionem. Est autem hæreticum dicere non esse obediendum statutis papalibus secundum sanctum Tho. in libro contra impugnan. religio. vt in decreta. distinct. 22. dicitur. Omnis qui Romanæ Ecclesię priuilegium ab ipso summo ecclesiarum capite traditum auferre conatur proculdubio in hęresim labitur, & infra. Fidem quippe uiolat qui aduersus illam agit, quę est fidei mater. Hoc autem priuilegium Christus Romanæ ecclesię contulit, vt omnes ei sicut Christo obediant. Vnde Cyrillus in libro thesaurorum. Vt membra maneamus in capite nostro Apostolico throno Romanorum pontificum, a quo nostrum, & quomodo, & quid credere, & quid tenere debeamus ipsum venerantes ipsum rogantes pro omnibus, quoniam ipsius solum est repræhendere, corrigere, disponere, statuere, soluere, & loco ipsius ligare qui ipsum ędificauit, vt nulli alii quod suum est, plerunque ipsi soli dedit, cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanquam ipsi domino Iesu obediūt. Vnde patet quod quicunque dicit non esse obediendum in his quæ per papam statuuntur in hæresim labitur, & ad idem est quod ipsæ doctor concludit libro quarto, contra gentiles. ca. 7. §.5.

¶Quæritur septimo. Vtrum sit magis obediendum papæ quam alteri cuiuscunque potestatis §.6.

teſtatis inferiori? Ad quod reſpõdet ſanctus Tho. in 2. ſenten. diſt. finali. in reſponſione literæ quod ſic. Et pro maiori declaratione facit quandam diſtinctionem, videlicet qđ poteſtas ſuperior & iferior dupliciter ſe poſſunt habere, aut ita quo inferior poteſtas ex toto oriatur a ſuperiori, & tunc tota virtus inferioris fundatur ſuper virtutem ſuperioris, & ideò ſimpliciter in omnibus eſt magis obediendum poteſtati ſuperiori quam inferiori. Sicut etiam in naturalibus cauſa prima plus influit ſuper cauſatum cauſæ ſecundę, quam etiam ipſa cauſa ſecunda, vt diciiur in li. de cauſis, & ſic vt ſe habet poteſtas Dei ad omnem creatam poteſtatem, ſic ſe habet poteſtas ſuperioris ad poteſtatem inferioris vt principis ad proconſulem, ſic etiam ſe habet poteſtas papæ ad omnẽ poteſtatem in eccleſia, quia ab ipſo papa gradus dignitatis diuerſi in eccleſia diſponuntur & ordinantur. Vnde eius poteſtas eſt quoddam eccleſię fundamentum ut patet Matth. 16. Et ita in omnibus magis tenemur obedire papæ quã epiſcopis vel archiepiſcopis, vel etiam monachi abbati abſque vlla diſtinctione. Alio modo poteſtas ſuperior & inferior poſſunt ita ſe habere quod ambæ ordinentur ex vna quadam ſupræma poteſtate, quæ vnam alteri ſubdit ſecundum quòd vult, & tunc vna eſt ſuperior niſi in illis in quibus ſupponitur vna alteri a ſupræma poteſtate, & in illis tam eſt obediendum ſuperiori quam inferiori. Eodem modo ſe habent poteſtates epiſcopi, & archiepiſcopi deſcendẽtes a poteſtate papæ. Hęc Beatus Thom. Ad primum membrum facit quod dicit Augu. 11. quæſ. 3. Qui reſiſtit vbi inter cætera ſic ait. Ipſos humanarum legum gradus aduerte ſi aliquid iuſſerit curator, non faciendum eſt, ſi contra proconſulem iubeat, nec vtique contemnis poteſtatẽ, ſed eligis maiori ſeruire. Nec hinc debet minor iraſci, ſi maior prælata eſt auctoritas, rurſum ſi aliquid ipſæ proconſul iubeat & aliud iubeat Imperator, vel ſi aliud iubeat Imperator & aliud Deus quid iudicatis, maior poteſtas Deus. Da veniam o Imperator, tu carcerem, ille Gehennam minatur, hinc iam tibi aſſumenda eſt fides tua tãquam ſcutum ad idem diſtinctio. octaua. Quæ contra mores in fine. Quantum ad ſecundũ membrum facit quod habetur extra de offic. ordin. cap. Paſtoralis, vbi exprimuntur caſus in quibus archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum, vnde in aliis ipſi ſubditi ſuffraganeorum non tenentur obedire. Ex prædictis etiam patet, quòd papa poſſet præcepto ſuo aliquem cogere ad ſuſcipiendum epiſcopatum, vnde & ſanctus Thom. in quarto ſenten. diſtinct. vigeſimaoctaua. ſic dicit. Quidam dicunt quod papa non poteſt præcipere alicui quod accipiat epiſcopatum quia conſenſus debet eſſe liber. Sed hoc poſito periret eccleſiaſticus ordo, niſi enim quis poſſet cogi ad regimen eccleſiæ ſuſcipiẽdum conſeruari non poſſet, cum quandoque illi qui ſunt idonei, hoc onus volunt ſuſcipere niſi coacti. Hæc ille. Et ad hoc facit quod dicit Gregor. octa. queſtione prima, in ſcripturis, & in c. qui epiſcopatum, & exemplum Auguſt. diſt. 40. an omnia.

§. 7. ¶ Octauo quæritur. Vtrum Romanus Pontifex ſuccedat Beato Petro, in ea perfectione poteſtatis & dignitate Vicariatus Chriſti, qua ipſe Beatus Petrus a Chriſto caput & paſtor vtilis eccleſiæ fuit in eccleſia ſublimatus? Ad quod reſpõdet ſanctus Thom. in quarto, contra gentiles capitulo ſeptuageſimoſexto. vbi poſt ſermonem de inſtitutione qua Beatus Petrus a Chriſto caput & paſtor univerſalis eccleſiæ eſt conſtitutus, ita loquitur. Non poteſt autem dici quod & ſi Chriſtus hanc poteſtatem & dignitatem Petro dederit, ad alios ipſa non deriuetur. Manifeſtum eſt enim quod Chriſtus eccleſiam ſic inſtituit vt eſſet vſque in finem ſæculi duratura, ſecundum illud Eſa. nono. Super ſolium David & ſuper regnum eius ſedebit vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iuſtitia amodo & vſque in ſempiternum. Manifeſtũ eſt igitur quod ita illos qui tunc erant in miniſterio conſtituit vt eorum poteſtas deriuetur ad poſteros pro vtilitate eccleſię vſque ſæculi finem, præſertim cum ipſe dicat Matthæ. vlti. Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſęculi. Per hoc autem excluditur quorundam error præſumptuoſus qui ſe ſubducere nituntur ab obedientia & ſubiectione Petri, ſucceſſorem eius Romanum pontificem univerſalem eccleſiæ paſtorẽ non recognoſcens. Hæc ille. Cæterum hanc quæſtionem determinat idem S. Tho. in trac. contra errores Græcorũ dicens. ca. 69. Oſtenditur etiam qꝫ Petr. ſit Chriſti vicarius & Romanus pontifex ſucceſſor. Petri in eadẽ poteſtate ei a Chriſto collata. Dicit. n. cannon Calced. concilii. Siquis epiſcopus prædicatur infamis liberam habet ſnĩam appellãdi ad beatiſſimũ epm antiq Rom. quẽ habemus Petrũ refugii petrã & ipſi ſoli libera prãte dei loco ſit ius diſcernẽdi epi ĩfamiã ſm claues.

claues ſibi a domino collatas, & infra, & omnia diffinita ab eo teneãtur tanquam a vicario apoſtolici throni Item Cyrillus Hieroſolimitanus patriarcha dicit ex perſona Chriſti. loquens. Tu cum ſine & ego ſine ſine cum omnibus quos loco tui ponam pleno & perfecto ſacramento & auctoritate cum eis ero, ſicut ſum & tecum, & Cyrillus epiſcopus Alexandrinus in li. theſaurorum dicẽs, quod apoſtoli in euangeliis & epiſtolis affirmauerunt in omni doctrina Petrum eſſe loco domini & eius eccleſiam dãres ei locum in omni concilio & ſynagoga in omni electione & confirmatione, ad idem facit quod habetur
§.8. di. 21. c. In nouo, & di. 22. c. Sacroſancta.

¶ Nono quæritur vtrum papa habeat in eccleſia plenitudinem poteſtatis. Ad quod reſpondet. b. Tho. in tracta. contra errores Grecorum c. 68. affirmatiue vbi ſic dicit. Habetur etiam ex prædictorum doctorum auctoritatibus, quod Romanus pontifex habeat in eccleſia plenitudinem poteſtatis, dicit enim Cyrillus patriarcha Alexandrinus in li. theſau. Sicut Chriſtus accepit a patre ducatum & ſceptrum eccleſiæ ex Iſrael gentium egrediens ſuper omnem principatum & poteſtatem, & ſuper omne quodcunque eſt ut ei genua cuncta curuentur, ſic & Petro & eius ſucceſſoribus pleniſſime commiſit & infra. Nulli alii quam Petro Chriſtus quod ſuũ eſt plenũ ſcilicet ipſi ſoli dedit, & infra pedes Chriſti humanitas, & ipſæ homo cui tota trinitas dedit pleniſſimam poteſtatem, quoniã vnus tantum aſſumpſit & in vnitate perſonæ trãſuexit ad patrem ſuper omnem principatum & poteſtatem & ſuper omne quodcũque eſt, ut ei genua cuncta curuentur, & adorent eũ omnes angeli Dei, quem totum dimiſit per ſacramentum & poteſtatem Petro & eccleſiæ eius. Et Chryſo. ad conſulta Bulgarorum ex perſona Chriſti loquens. Ter te interrogo ſi me diligis, qui me ter trepidus & timidus negaſti, nunc etiam reductus, ne credant te fratres gratiã & auctoritatem clauium amiſiſſe, quia amas me, coram ipſis iam tibi confirmo quod meum eſt plenum hæc ille. Habet autem papa plenitudinem poteſtatis in eccleſia etiã pontificalis quaſi rex in Regno. Sed epiſcopi aſſumuntur in partem ſollicitudinis quaſi iudices ſingulis ciuitatibus præ-
in 4. diſ. poſiti, propter quod eos ſolos in ſuis literis
19. fratres vocat, reliquos autem omnes vocat filios. Hęc Tho. vbi etiam dicit quod in Regno tota poteſtatis plenitudo reſidet penès regem, in ariſtographia autem apud vnum non reſidet plenitudo poteſtatis ſed apud omnes, qui autem Romanum pontificem negãt habere plenam in eccleſia poteſtatem cõtra eccleſię unitatem errant ſecundum bea. tho. in trac. cõtra errores Græcorum c. 73. vbi ſic ait. Sicut prædicti errantes contra vnitatẽ corporis myſtici peccant Romani pontificis poteſtatem abnegantes, ſic contra puritatem ſacrati corporis Chriſti delinquuntur dicentes ex azimo pane non poſſe corpus Chriſti conſecrari.

¶ Decimo quęritur. Vtrum a papa deriuetur poteſtas in alios prelatos? Ad hanc quæſtionem reſpondet Tho. affirmatiue in locis ſuperius annotatis. Primo in 4. contra gentiles, dicit dominus Petro. Tibi dabo claues regni cęlorum, vt oſtendatur clauium per eum ad alios deriuanda ad conſeruãdam eccleſiæ vnitatem. Item hoc idem dicit in 4 ſen. diſt. 24. q. finali, ſub his verbis, quamuis omnibus apoſtolis data ſit communiter poteſtas ligandi & ſoluendi, tamen in hac parte vt ordo aliquis ſeruaretur primo ſoli Petro data eſt, ut oſtẽdatur, quod ab eo debeat iſta poteſtas deſcendere. §.9.

¶ Vndecimo quæritur. Vtrum papa poſſit §.10.
vti poteſtate clauis in quemlibet de eccleſia? Reſpondit ſanctus Tho. in 4. ita dicens, quod diſt. 19.
vſus clauium requirit aliquam prelationis q. 1. articu. 3.
poteſtatem per quam ille in quem vſus clauium communicatur, afficitur materia propria illius actus, ideò ille qui habet diſtinctã poteſtatem ſuper omnes poteſt vti clauibus in quemlibet. Ille autẽ qui ſub eo diſtinctas poteſtates acceperunt non in quæmlibet vti poſſunt clauibus, ſed in eos tãtum qui in ſortem uenerunt niſi in neceſſitatis articulo ibi nemini ſacramenta deneganda ſunt. Itẽ iſtud declarat idem in tractatu contra impugnantes reli. ſic di. Epiſcopi in eccleſia tenent locũ domini noſtri Ieſu Chriſti. Vnde di. Dionyſ. in li. cæleſtis hierarchiæ, pontificum ordo primus quidem eſt animarum ordinatio nũ ſublimiſſimus & nouiſſimus. Idem etenim in ipſũ perficitur & impletur omnis hierarchiæ diſpoſitio, vt omnem hierarchiã videmus in Chriſto cõſummatam, ſic unãquãque in proprium diuinum ſummum ſacerdotẽ, ideſt epiſcopum. Vnde prima Petri. 2. dicit. Conuerſi eſtis ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum, hoc autem præcipue uerum eſt de Romano pontifice. Cui (ut Cyrillus dicit) omnes iure diuino caput inclinant, & tanquam ipſi domino Ieſu obediunt. Et Chryſoſt. dicit ſuper illud Ioannis

vlt.

vlt.cap. Pasce oues meas, & loco mei prępositus,& caput esto fratrum.

§.11. ¶Quęritur duodecimo. Vtrum papa possit concedere alicui quòd quis vtatur potestate clauium in eum in foro conscientię? Respondet sanctus Tho.affirmatiuè in 4.distin.superius assignata.q.9. ita dicens. Potestas clauiū quantum est de se extendit se ad omnes, sed quòd sacerdos non posset vti potestate clauium, cōtingit ex hoc quòd eius potestas ad aliquem specialiter limitata est. Vnde ille qui limitatiue potest extendere in quem voluerit,& propter hoc etiam sibi potest dare potestatem in seipsum, quamuis in seipsum ipsę potestate clauium vti non possit, quia potestas clauium requirit quòd in aliquem subiectum,& ita in alium. Sibi ipsi enim aliquis subiectis esse non potest. Hęc ille.

§.12. ¶Quęritur tertiodecimo. Vtrum papa possit concedere potestatem alicui, ut utatur in eū potestate clauium in foro exteriori, uidelicet quòd aliquis eum excommunicet? Respondet sanctus Thom.negatiue in eo loco,ita dicens in solutione unius argumen. Iudicium exterius est apud Deū, apud quem aliquis redditur minor ex eo quòd peccat nō autem apud hominum prelationes. Et ideò in exteriori iudicio sicut nullus in seipso sententiam dare potest excommunicationis, ita nec alteri committere, nec se excōmunicare, sed in foro conscientię potest alteri committere suam absolutionem vel iurisdictionem quam ipsę habet vel dicendum quod absolutio in foro confessionis est principaliter potestatis clauium, & ex consequenti respicit iurisdictionem. Sed excommunicatio respicit totalē iurisdictionem, quantum autem ad potestatem ordinis sunt ęquales, non autem quantū ad iurisdictionem,& ideò non est simile.

§.13. ¶Quęritur quartodecimo. Vtrum papa sit proprius sacerdos dicendus aliquo modo cuiuslibet parochiæ? Respondet sanctus Tho.affirmatiuè in trac.contra impugnantes religionem, ita dicens. Ad id quod obiicit; quòd semel in anno quilibet confiteri proprio sacerdoti tenetur. Dicendum quòd proprius sacerdos non solum est sacerdos parochialis, sed etiam episcopus uel papa, ad quos magis pertinet cura eius quam ad sacerdotem, ut multipliciter ostensum est. Proprium enim hic nō accipitur secundum quòd diuiditur contra commune, sed secundum quòd diuiditur cōtra alienum. Vnde qui confessus est episcopo suo vel alicui habenti vicem eius cōfessus est proprio sacerdoti. Hęc ille.

¶Quęro quintodecimo. Vtrum papa sit prę- §.14.
latus immediatus cuiuslibet fidelis? Respon. sanctus Tho.affirmatiuè in 4.dist.17 qō.7. dicens incōueniens esse quòd duo ęqualiter super eandem plebem cōstituerentur, sed quòd duo quorum vnus principalior alio super eādem plebem constituantur non est inconueniens,& secundum hoc super eandem plebē immediatè sunt & sacerdos parochialis & episcopus & papa,& quilibet horum potest incommittere ea quę sunt iurisdictionis ad ipsum pertinentia alteri. Hęc ille. Item in eodem trac.ait Papa habet immediatam iurisdictionem in omnes Christianos, quia Romana ecclesia nullis synodocis constitutionibus cæteris ecclesiis prelata est: sed euangelica domini voce & saluatoris sui primatum obtinuit, ut habetur in decretis.di 22.quamuis. Hęc ille.

¶Quęro sextodecimo. Vtrum papa possit cō- §.15.
mittere aliquibus prędicare & confessiones audire fidelium uti potestate clauium irrequisitis propriis sacerdotibus parochialibus? Respondet sanctus Tho. affirmatiuè in 4.dist. 17.qō.7. Cuius inter alias hęc vna ratio est, quicquid potest inferior pōt & superior, sed ipsę sacerdos parochialis potest dare licentiā suo parochiano quòd alteri confiteatur, ergo multo fortius superior eius hoc potest. In corpore.q.ita dicit, dicendum quòd sacerdos potest aliquid dupliciter impedire, ne alicuius confessionem audiat. Vno modo propter defectum iurisdictionis. Alio modo propter defectum executionis ordinis, sicut excommunicati, degradati,& huiusmodi. Quicūque habet iurisdictionis potest ea quę sunt iurisdictionis committere. Et ideò si quis impediat, quòd alterius confessionem audire non possit per iurisdictionis defectum, potest sibi per quemcunque habentem iurisdictionem immediatam in illos committi quòd confessiones audiat & absoluat, siue per ipsum sacerdotem, siue per episcopum suum siue per papā. Si autem propter ordinis executionem impedimentum audire non possit, potest ei concedi quod confessionem audiat per eum, qui ei impedimentum auferre potest. Hanc q. in trac. contra impugna, relig. manifestam facit,& clarissimam ex cōsuetudine quę in Romana curia ab antiquissimis temporibus obseruata est ita dicens, post multas alias rationes ad hoc facit consuetudo Romanę ecclesię ad quam & accedentes a pœnitentiariis papę ad quoscunque sacerdotes literas impetrant, vt eis confiteantur. Item legati papę, & eorum pœnitentiarii confessiones audiunt, non

petita

petita licentia a parochialibus sacerdotibus, & etiam auctoritate papæ vbicunque prædicant., & ita patet quòd prædicare & audire cõfessiones potest aliis committi sine licentia parochialium sacerdotum dicit. Hæc ille.

§.16. ¶Quæritur decimoseptimo. Vtrum præter duos ordines institutos a Deo, scilicet eporũ & sacerdotum parochialium posset papa instituere tertium ordinem talium prædicatorum, quia propria auctoritate prædicarent & confessiones audirent? Respondet sanctus Thom. affirmatiuè in trac. contra impug. relig in so. vnius arg. aduersariorum, ita dicẽs, quòd etsi duo ordines tãtum essent a Deo instituti, qui possent prædicare propria auctoritate, posset tamen ecclesia tertium ordinem statuere prædicatorum, qui propria auctoritate prædicarent, & præcipue papa qui habet plenitudinem potestatis in ecclesia. Sicut & in primitiua ecclesia fuerunt ordines sacri, scilicet presbyteri & diaconi, & tamen ecclesia postea maiores sibi constituit, vt magister sententiarum dicit. Hæc ille.

§.17. ¶Quæritur decimooctauo. Vtrum papa possit compellere collegia generalium studiorum, vt ad eorum societatem religiosi admittantur? Respondet Beatus Tho. affirmatiuè in præfato tractatu. sic dicens in responsione ad vnum arg quòd aut obiiciunt, quòd nullo modo potest cogi ad societatem inuitus, vt lex dicit, patet quòd intelligitur de priuata societate quæ consensu duorum vel trium constituitur, & ad societatem publicam quæ non constituitur nisi ex superioris consensu a superioris auctoritate aliquis compelli põt, sicut princeps qui præest reipublicæ potest cõpellere ciues, vt in sua societate aliquem recipiant, sicut collegium alicuius ecclesiæ cogit, vt aliquem recipiat in canonicũ & in fratrẽ. Vnde cum collegium studii generalis sit publica societas ad eam potest aliquis induci auctoritate superioris cogente, & infra. Vnde nulli dubium esse debet scholares cõpelli posse auctoritate apostolica, vt ad societatem studii religiosos admittant. Hæc ille.

§.18. ¶Quæritur decimonono. Vtrum ad papam maxime pertineat ordinatio studiorũ & vniuersitatum? Respondet sanctus Thomas in tractatu. supra nominato affirmatiuè, vbi dicit. Ad eum enim qui regit rempublicam pertinet ordinare de nutritionibus & adiuentionibus iuuenum in quibus exerceri debeant, vt dicitur. 10. Ethicorum, & policia ordinat, vt habetur. 1. Ethi. quas disciplinas debitum est esse in ciuibus, & quales vnumquemque addiscere & vsquequo. Et sic patet quòd ordinare de studio pertinet ad eum qui præest reipublicæ, & præcipue ad auctoritatem sedis apostolicæ qua vniuersalis ecclesia gubernantur, cui per generale studium prouidetur. Hæc ille.

§.19. ¶Quæritur vigesimo. Vtrum auctoritas vniuersalis ecclesiæ in determinatione fidei principaliter resideat in papa? Respondet sanctus Tho. affirmatiuè. 2. 2. q. 2. arti. 3. ita dicens. Postquã autem aliqua essent auctoritate vniuersalis ecclesiæ determinata, si quis illi determinationi pertinaciter repugnaret hæreticus censeretur. Quæ quidem auctoritas principaliter residet in summo pontifice. Dicitur enim. 24. q. 1. Quotiens fidei ratio ventilatur arbitror omnes fratres nostros, & coepiscopos non nisi ad Petrum, idest sui nominis & honoris auctoritatem recurrere debere, contra cuius auctoritatem, nec Hiero. nec August. nec aliquis sanctorum suam sententiam defendit (vt dicit Hiero. ea. qõ.) Hæc est fides papa beatissime, quã in catholica didicimus ecclesia, in qua si minus perite aut parum cautè forte aliquid positum esse emendari cupimus a te, qui Petri fidem & sedem tenes. Si autem hoc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me culpare voluerit se Imperium vel maliuolum, uel etiam non catholicum, sed hęreticum comprobabit.

§.20. ¶Quęritur uigesimoprimo. Vtrum ad papam pertineat confirmare sententia synodorum? Item vtrum ad papam a synodo appelletur? Item vtrum solius papę auctoritate habeat vniuersalis synodus congregari? Item vtrum necesse habeat papa congregare concilium vniuersale quotiescunque habeat aliquid de fide terminare? Ad omnes istas quęstiones similiter respondèt sanctus Thom. ad primas tres affirmatiuè, ad quartam negatiuè in quęstionibus de potentia Dei. quęstio. 10. ar. 4. vbi quęritur vtrum spiritus sanctus procedat a filio, qui respondens ar. facto in contrarium dicit sic. Sicut posterior synodus habet potestatem interpretandi symbolum a priori conditum, aut ponendi aliqua ad eius explanationem, ita etiam Romanus põtifex hęc sua auctoritate potest, cuius sola auctoritate synodus congregari potest, & a quo sententia synodi confirmatur ad ipsum a synodo appellatur, quę omnia patent in gestis Calcedon. concilii uel synodi, non est necessarium quòd ad huiusmodi expositionem faciendam vniuersale concilium congreget,

cum

cum quandoque id fieri prohibeant bellorum diſſidia, ſicut in ſexta ſynodo legitur quod Conſtantinus Auguſtus dixit quod propter imminentia bella vniuerſaliter epiſcopos congregare non potuit, ſed tamen illi qui conuenerunt quædam dubia in fide orta ſequentes ſententiam Agathonis papæ determinauerunt ſcilicet quod in Chriſto ſint duæ voluntates & duę actiones, & patres in Calcedonenſi ſynodo congregati ſecuti ſunt ſententiam Leonis papę, qui determinauit Chriſtum eſſe in duabus naturis. Hęc ille. ¶Item utrum patres exiſtentes in concilio univerſali poſſint aliquid ſtatuere ſine auctoritate papę. Reſpondet Thom. negatiuè in tractatu contra impug. relig. ſancti patres in concilio congregati nihil ſtatuere potuiſſent niſi auctoritate ſummi pontificis interueniente ſine qua etiam concilium congregari non poteſt.

§.21. ¶Quęritur vigeſimoſecundo. Vtrum papa ſubiiciatur ſtatutis conciliorum. Huic quęſtioni videtur reſpondere ſanctus Tho. ſub diſtinct. in prima ſecundæ, quæſtio. 98. artic. 6. vbi quęrens, vtrum omnes legi ſubiiciantur, ita dicit quod ſecundum quod lex de ſui ratione duo habet. Primo ſcilicet quod eſt regula humanorum actuum. Secundo quod habet vim coactiuam. Dupliciter poteſt aliquis eſſe ſubiectus legi. Vno modo ſicut regulatum regulæ, & hoc modo omnes illi qui ſubduntur poteſtati, ſubduntur legi, quam fert poteſtas. Alio modo ſicut coactum cogenti, & hoc modo homines virtuoſi & iuſti non ſubduntur legi ſed ſola mala, & infra tractãs quod dicit iureperitus, quod princeps dicitur eſſe ſolutus a lege, quãtum ad vim coactiuam legis nullus enim proprie cogitur a ſeipſo, lex autem non habet vim coactiuam niſi ex principis poteſtate. Sic igitur princeps dicitur eſſe ſolutus a lege, quia nullus in ipſum poteſt iudicium condemnationis ferre, ſi contra legem agat. Vnde ſuper illud pſal. 50. Tibi ſoli peccaui, dicit qđ rex non habet homines qui facta eius diiudicent, ſed quantum ad vim directiuam legis princeps ſubditur legi propria uoluntate ſecundum quod dicitur extra de conſtit. cap. cum omnes, ibi quod quiſque iuris in alium ſtatuit, ipſæ eo vti debet, & ſapientis dicat auctoritas patere legem quam tuipſæ tuleris.

§.22. ¶Quęritur vigeſimotertio. Vtrum papa poſſit mutare ſtatuta ſanctorum patrum in conciliis generalibus aut eis diſpenſare. Reſpondet beatus Tho. affirmatiuè in tract. contra impug. relig. vbi ad illud Zozini papa quod habetur in ca. contra. 25. q. 1. Contra ſtatuta patrum condere aliquid vel mutare auctoritas huius ſedis non poteſt, ſic dicit. Dicendum quod hoc eſt verum in illis quæ ſtatuta ſanctorum patrum decreuerunt eſſe de iure diuino, ſicut articuli qui determinati ſunt per concilia. Sed illa quę ſancti patres determinauerunt de iure poſitiuo ſunt relicta ſub papæ diſpenſatione ut ea poſſit mutare vel diſpenſare ſecundum oportunitatem temporum vel negociorum, ſancti enim patres in conciliis congregati nihil ſtatuere potuiſſent, niſi auctoritate Romani pontificis interueniente ſine qua etiam concilium congregari non poteſt, nec tamen papa quando aliquid aliud facit aliter quam a ſanctis patribus ſtatutum ſit, contra ſtatuta facit, quia ſeruatur intentio ſtatuentium, quæ eſt vtilitas eccleſiæ ſicut & omni iure poſitiuo accidit, derogatur enim prioribus ſtatutis per ſtatuta ſequentia. Vnde quod dicit Grego. diſt. 15. Sicut, in fi. quod ſe & non illa deſtruit quiſquis pręſumit abſoluere quod ligãt vel religare qui abſoluunt, & loquitur de ſtatutis conciliorum, intelligitur ſecundum gloſam ibi quantum ad articulos fidei, nõ quãtum ad ſtatuta poſitiua. Quidam tamen dicunt, quod papa poſſet tollere ſingula, & nõ omnia ſimul, quia hoc eſſet deſtruere ſtatum eccleſiæ.

§.23. ¶Quæritur vigeſimoquarto. Vtrum papa habeat plenitudinem poteſtatis diſpenſandi in omnibus ſtatutis conſtitutis per regulas vel eccleſiæ prælatos. Item vtrũ papa poſſit diſpenſare circa ea quæ ſunt iuris diuini vel iuris naturalis Item vtrum papa poſſit diſpenſare cum bigamo ut promoueatur. Item vtrum papa poſſit diſpenſare, ꝙ aliquis ſacerdos non indutus veſtibus ſacris conſecret corpus Chriſti. Ad has quatuor quęſtiones reſpondet Sanctus Tho. ſimiliter in quodlib. 4. q. 8. art. 3. ad primã, tertiam, & quartã affirmatiuè ad ſecundam negatiuè ſic dicẽs. Non eſt dubitandum ꝙ papa habeat plenitudinem poteſtatis in eccleſia, ita quod quęcunque ſunt inſtituta per eccleſiam uel eccleſiæ prælatos ſint diſpẽſabilia a papa. Hæc enim ſunt quæ dicũtur eſſe iuris humani vel poſitiui. Circa ea verò quæ ſunt iuris diuini vel iuris naturalis diſpenſare non poteſt, ꝙa iſta habẽt efficaciã ex inſtitutiõe diuina. Ius aũt diuinũ eſt qđ ptinet ad legẽ nouã vel ueterẽ, ſed hæc eſt differẽtia inter legẽ utrãq,

quia

quia lex uetus determinabat multa tam in preceptis cerimonialibus pertinenbus ad cultum Dei, quam in præceptis iudicialibus pertinentibus ad iustitiam inter homines cõ seruandam, quæ in nouo testamento nõ obligant nisi assumãtur ab ecclesia vel aliqua ciuitate pro suo statuto, & hoc quoad iudicialia, nam cerimonialia ex toto cessant quantũ ad literam. Sed lex noua quæ est lex libertatis huiusmodi determinationes non habet, sed est contenta præceptis moralibus natura lis legis & articulis fidei & sacramentis gratię unde etiam dicitur lex fidei & lex gratiæ propter determinationes articulorum fidei & efficaciam sacramentorum. Cætera verò quæ pertinet ad determinationem iudiciorum humanorum, vel determinationem diuini cultus liberaliter promisit Christus qui est nouę legis lator prælatis ecclesiæ & principibus populi Christiani determinando. Vnde omnes huiusmodi determinationes pertinent ad ius humanum, in quo papa potest dispensare. In solis verò his quæ sunt de lege naturæ & in articulis fidei & sacramentis nouæ legis dispẽsare nõ potest, hoc enim non esset posse pro ueritate sed contra ueritatem. Manifestum est quòd bigamum promoueri non de lege naturæ nec pertinet ad articulos fidei nec etiam est de necessitate sacramenti, quod patet ex hoc quod si bigamus ordinetur, recipit ordinis sacramentorum, sed hoc pertinet ad quandam determinationem diuini cultus. Vnde circa hoc papa potest dispensare, sed dispensare non debet nisi ex magna & euidenti causa. Satis etiam posset dispensare circa hoc quòd sacerdos non indutus vestibus sacris conficeret corpus Christi, & eadem ratio est de omnibus aliis huiusmodi, quæ ex constitutione humana processerunt. Hæc ille.

¶ *Casus quinquaginta inquibus solus papa dispensat.* Cap. 7.

NOta multos casus pertinẽtes solum ad papam recollectos ex summis Ray. & Hostien. ex corpore iuris & aliorum doctorum, ex quibus ostenditur plenitudo potestatis eius, de quibus etiam plures non ueniunt in generali mandato, sed requiruntspeciale mandatum ipsius di. 17. huic sedi extra de transl. c. licet, & de offi. le. c. quod translationem. ¶ Et primus est quęstio fidei. Cum enim vertitur dubium de aliquo pertinẽte ad articulos fidei vel ad sacramenta, determinatio spectat ad papam, ut 24. q. 1. Quotiẽs. ¶ Secundus est translatio episcopi vel electi & confirmati, extra de transl. c. Inter corporalia, & de offi. le. ca. 3. Et idem videtur de translatione abbatum exemptorum. ¶ Tertius est depositio episcoporum 3. q. 6. quãuis &c. dudum, & de abbati perpetuis exemptis. ¶ Quartus acceptio renunciationis episcoporum vel electorum confirmatorum vel abbatum qui immediate absunt sedi apostolicæ. 6. q. 3 Denique, extra de trãs. c. Inter corporalia, & de reg. c. Licet. ¶ Quinto est exemptio episcoporum, scilicet quod nõ sub sint archiepiscopis. 16. q. 1. Frater, & idem de quibuscũque religiosis vel clericis, ą sunt in aliqua dioecesi & non subsint iurisdictiõi dioecesani. ¶ Sextus est restitutio depositorũ ab ordine. 2. q. 6. Ideo 1. & 2. Nota tamen quòd glosa hoc intelligit de depositio actualiter, idest degradato solemniter, secus in depositio verbaliter. Sed Ioan. Andreas intelligit simpliciter de omni depositio. Specu. vero sequitur opinionem illius glosæ. Nam verbaliter depositum dicit quòd episcopus ualet restituere, per c. At si clerici, de iudi. quam opinionem sequitur Archi. & Abbas Siculus. ¶ Septimus est iudicialis diffinitio seu interpretatio priuilegiorum suorum extra de iudi. c. Cum uenissent. Et idem secundum Hostien. si dubitetur de rescripto apostolico, ita quòd ab alio per viam rationis solui nõ possit, extra de offic. leg. c. 2. Idem secundum Hostien. de interpretatione statuti facti per legatum, cuius iurisdictio finita est, nec alius ei successit & idem de dispensatione in casibus qui per eadem statuta papę reseruantur. ¶ Octauus est mutatio sedis episcopalis. 7. q. 1. Temporis, & idem est de mutatione vel dimissione conuentum acceptorum per ordinem mendicantium quia fieri non potest sine auctoritate papæ, extra de do. conce. lib. 6. ¶ Nonus est constituere alicui de nouo sedem episcopalem. 16. q. 1. Felix, de conse. di. 1. De locorum. Et similiter instituere nouã religionem vel assumere de nouo conuentus ab ordinibus mendicantibus. ¶ Decimus est subijcere vnum episcopatum alteri, vel vnũ episcopatum diuidere in duos vel duos in vnum vnire simul habetur hæc. 16. q. 1. Et temporis de offi. lega. quod translationem idem de eccle. vel mo. seu conuentibus exẽptis. ¶ Vndecimus est commutatio uoti Hiero solimitani, extra de uo. Ex multa, idem de uoto ad sanctum Iacobũ, vel ad limina apostolorũ Petri, & Pauli, ita tenet curia. ¶ Duo

Extra ã excess. p̃la. ca. Sicut uni re.

decimus

decimus de voto continentiæ etiam simplici secundum docto. Et multo magis in voto religionis solus papa dispensat. Et in voto solēnizato per susceptionem sacri ordinis quamuis papa possit dispensare secundum Tho. in 4. alios, non tamen consueuit. In solemnizato autem per professionem in religione approbata vtrum papa possit dispensare sunt contrariæ opiniones. Et in 4. tenet Tho. quòd communior est opinio quòd possit, & ad hāc videtur ibi declinare, licèt in secunda secundæ contrarium determinet. Et Albert. cōcor. prima tamen communibus seruatur, videlicet faciendo de monacho non monachū, nec obstat, extra de sta. mo. c. Cum ad monasterium. Nam quod maneat religiosus, & dispē serut in votis essentialibus religionis implicat contradictionem, & sic non potest. Rarissimè tamen cum dispensat hoc facit, & ex maxima causa puta ad pacem vnius regni. Hanc conclusionem, scilicet quòd papa possit dispē sare in voto solemni, tenent isti doc. Petr. de Palu. Herueus in 4. Io. Neapo. in quodlibet. Duran. in 4. Hugo. Cardinalis, hi ordi. prædica. Richar. in 4. & Bonauen. ordi. minorum. August. de Ancho. Henricus de Gandauo in quodlibet. Arch. in rosario glo. super c. cum ad monasterium. ¶ Tertiusdecimus q̄ solus papa concedit quod veniat quis contra iuramentum licitum, extra de iureiu. Venientes, vel etiam de quo est dubium an sit licitum, extra de ele. Venerabilem, nec tamen hoc debet facere sine causa rationabili. Et hoc intelligitur secundum Guil. solum in arduis. De dubiis tantum dicit Thom. in sum. etiam episcopum posse dispensare. ¶ Quartusdecimus est dispensatio in multis irregularitatib. cōtractis, vt in criminibus maioribus adulterio, cum scilicet quis est confessus in iudicio aut conuictus, extra de iudi. At si clerici & specialiter, in irregularitate cōtracta ex eo quòd quis scienter permisit se bis baptizari. de consec. distin. 4. Eos, & c. qui bis. Et idem si ignoranter, & postea sciens ratum habuit. Similiter si quis recepit bis eundem ordinem. 1. qō. 7. cap. Saluberrimum. Idem intelligitur de reconfirmato seu chrismato, & de conse. dist. 4. Dictum in irregularitate etiam contracta ex eo quòd quis fecit se ab hæreticis ordinari ad subuersionem fidei 1. q. 7. Conuenientibus solus papa dispensat, & similiter in suspensione contracta ex ordinatione symoniacè facta ex parte ordinatoris & ordinati. 9. q. 1. ab excommunicatis. 1. q. 1. si quis episcopus. Et similiter in retentione beneficii scienter obtenti symoniacè, vel dignitate. De hac tamē materia symoniacè, quia intricata est, vide in 2. parte titu. 1. c. 1. & in tract. de censuris. ¶ Quintusdecimus est in bigamo, vt possit ordinari, ext. de big. Nup. & c. fi. ¶ Sextusdecimus est in clerico non ordinato ministrante in ordine sacro quem non habet, talis non potest ad superiorem ordinem promoueri sine dispensatione papæ. Etsi in suscepto ordine certo modo possit per episcopum tolerari, extra de clemen. non or. mi. c. 1. 2. & 3. de quo vide supra in c. de ordinibus. ¶ Decimusseptimus in corpore vitiatis si sit vitium vel impediens executionem ordinis si monoculus vel digito carens vel epilenticus vel gerens notabilem deformitatē, vt inciso naso, vel multum gibbosus vel gutturosus, extra de cor. vitia per totū, & dist. 55. per to. ¶ Decimusoctauus in homicidio vel mutilatione alicuius membri uoluntariè factis, siue cum peccato siue sine peccato, vt ex iustitia iudicis. l. di. miror. Et idem de dantibus ad hoc cōsilium auxilium vel fauorem verbo vel facto vel cooperatione propinqua, vt sequatur effectus. dist. 50. Si quis vi duam. De hoc tamen plene vide infra ti. de irregularitatibus. ¶ Decimusnonus in excommunicato maiori recipiente ordines, extra de sen. excom. c. cum illorum, & eodem modo si existens apostata a religione recepit ordines, extra de apost. c. fi. Vigesimus in excommunicato maiori suspēso vel interdicto ministrante in aliquo ordine sacro, a tali irregularitate solus papa dispensat. Verum est tamen quòd ordines mendicantium & forte aliqui alii habēt ex priuilegiis suis, q̄ in huiusmodi irregularitate contracta possunt prælati sui dispēsare, nisi forte absolutio ab illa excommunicatione vel esset papæ reseruata, quia tunc videtur quòd etiam dispensatio in tali irregularitate inde contracta papæ reseruetur. ¶ Vigesimusprimus cum illegitime natis quantū, scilicet ad susceptionem ordinum maiorum vel beneficiorum curatorum & dignitatum, extra de fi. prę. is qui lib. 6. Nota tamen quòd per religionis ingressum tollitur talis irregularitas quoad omnes ordines, dist. 66. per to. non tamen quoad prælaturam. ¶ Vigesimussecundus quod vnus habeat duo vel plura beneficia cum cura solus papa dispēsat nisi sint vnita, vel vnum alteri annexum, extra de prębend. c. De multa. Et similiter quòd vni ecclesiæ duo pariter pręsint. ¶ Vigesimustertius est, non habens annum. 30. ætatis suæ completum habeat episcopatum, extra de elec. c. cum nobis olim. Quantum ad parochiales ecclesias 21. q. 2. c. finali.

ecclesias vel dignitates curatas ante. 15. annum, vt quis eas habeat, solus papa dispensat extra de elec.c. Licet canon.lib.6. Circa dignitates aũt nõ curatas ante.20. annum habere papa dispensat Idem Ioan. An. ¶ Vigesimusquartus est, in ætate ordinandorum ad sacros ordines, nam subdiaconus ante. 18. annum non debet ordinari ad diaconatum non ante.20. ad presbyteratum non ante. 25. debet ordinari, & sufficit annum inchoasse, extra de æta.& quali.c. generalem in cle. ante istam ætatẽ solus papa dispensat. De ista materia vide supra de sacramento or. Quod. si talis promotus ante ætatem legitimam fuerit suspensus a prelato, & postea se exerceat in ordine illo, efficitur irregularis non dispensandus nisi per papam secundum Ray. Ioan. An. Archid. & alios. ¶ Vigesimusquintus est, solus papa potest cõcilium generale celebrare. dist. 55. per totum & ipse solus concedere potest canonẽ generalem. 25. q. 1. § si ergo, circa medium, & C. de leg. b. lib. 6. ¶ Vigesimussextus, quòd solus papa potest personam ecclesiasticam iure suo priuare. 9 q. 3. Per principalem, & distin. 19. in memoriam, extra de excess. præla. c. quam sit graue. Solus potest concedere præbendam vel ecclesiam non vacantem, extra de concess. præben. c. nulla, & de rescrip. c. eam te. Legatus autem etiam habens plenam legationem, hoc non potest, in quibuscunque personatibus debeat quis per electionem assumi, extra de offi. le. c. de liberatione lib. 6. ¶ Vigesimusseptimus, quòd solus papa excommunicatum a se nominatim potest absoluere de elec. cap. Venerabilem. De participante cum tali in crimine similiter, sed de clericis participantibus scienter cũ talibus in crimine similiter, varia est opinio, extra de sent excom. cap. Significauit. ¶ Vigesimusoctauus, quòd solus papa potest absoluere excommunicatum a suo delegato, quia nolebat obedire suæ sententiæ diffinitiuæ si steterit in excõmunicatione per annũ, extra de offi. leg. Quærenti. Et idem in excommunicato a legato vel delegato, cuius iurisdictio expirauit, nec aliter ei successit, ut in d. c. quæ renti. de offic. ord. c. Pastoral. ¶ Vigesimusnonus, quia solus papa cognoscit causis appellatione remota. 9. quæstio. 3. cuncta, & cap. aliorum. Item solus cognoscit de causis per appellationem delatis vel relationem, extra de offi. leg. c. Licet. Et ad ipsum appellatur omissis mediis. 2. q. 6. c. 2. & se. & secundum Host. legatus videtur habere idẽ priuilegiũ. ¶ Trigesimus, solus ordinat illum ad diaconatum & presbyteratum quem ordinauit ad subdiaconatum, extra de tem. ord. c. Cum in distribuendis. Item solus potest conferre ordinem subdiaconalem diebus dominicis & aliis festis precipuis. ¶ Trigesimusprimus, solus semper & vbique palleo vtitur, ad designandum plenitudinem suę potestatis vbique extra de vsu pal. c. Ad honorem, ipsæ etiam concedit aliis palleum. di. c. ca. Palleum. Patriarchæ etiam secundum Guil. habent priuilegium concedendi pallea suis subditis. ¶ Trigesimussecundus, solus dispensat cum eo qui nõ est in sacris, vel alias de iure est indignus, ꝙ promoueatur in episcopum, extra de elec. Dudum. § fi. & C. de cri. sacrile. l. disputari. ¶ Trigesimustertius est, quia solus electum in imperatorem confirmat vel cassat, vel etiam imperatorem deponit extra de elect. Venerabilem, & de sent. & re iudi. c. Ad apostolicæ. li. 6. Et quandocunque princeps secularis fuerit inutilis & negligens, circa regni gubernationem & iustitiam per papam põt deponi, vt 17. quæstio. 4. Si quis deinceps. 6. q. 1. Nullus. Vnde Zacharias papa deposuit Ludouicũ regem Francorũ 15. q. 6. Alius, & Inno. 3. Othonem Imperatorem, vt in dicto ca. venerabilem, & Inno. 4. Federicum Imperatorem, ut in dicto c. Ad apostolicæ. Et de Constantinopoli in Frãcia prius translatum imperiũ fuit. Nam Adrianus papa vocauit Carolum Magnum ad liberandum Italiã de manibus Lõgobardorum, quo facto dedit sibi impetium. dist. 63. Adrianus. ¶ Trigesimusquartus, quia absoluit ipsæ a sententiis excõmunicationis. suspensionis vel interdicti, quarum absolutionem sibi reseruat in constitutionibus quæ in corpore iuris vel per extrauagantem, de quibus habes infra in trac. de censuris. ¶ Trigesimusquintus, quia electionem nondũ factam prouinciat nullam si fiat, extra de elec. c. Innotuit. ¶ Trigesimussextus, solus habet canonizare sanctos, alias non licet venerari aliquem pro sancto, scilicet faciẽdo officium solemne pro ipso, vel ecclesiam vel altare nisi fuerit canonizatus, extra de reli. & vene. sanct. cap. 1. ¶ Trigesimusseptimus, ut quis habeat plures dignitates vel personatus, etiam si curam non habeant, aut etiam in eadem ecclesia, extra de pb. c. de multa, & de consue. c. consuetudinẽ. lib. 6. ¶ Trigesimusoctauus, quia quod valet facit nõ valere & econuerso, extra q fi. sint legi. c. Tanta. Hoc tamen in positiuis habet locũ non in sacris & huiusmodi, quæ quoad substantialia mutare non potest. ¶ Trigesimusnonus, quia potest monachum tam con-

Vide cõcil. Trid. in sessione. 23. c. 12.

tra ſuam voluntatem quam abbatis de mona ſterio extrahere,& alicui prælato uel principi in ſocium aſſignare vel ſecum tenere.9. quæ-ſtio.tertia,cap.fin.& 11.qō.3.qui reſiſtit.

¶Quadrageſimus, quia ſententia eius facit, ius, extra de ſent.& re iu.In cauſis.¶Quadra geſimuſprimus quia eadem die ordinat quo conſecratur,extra de elect.c.ꝙ ſicut.§. præterea.¶Quadrageſimuſſecundus eſt, quòd diſpenſat in gradibus conſanguinitatis & affinitatis prohibitis quoad matrimonium contrahendum,extra de reſti.ſpol.Litteras, & de conſanguin.& affinita.Non debet. Non tamen poteſt diſpenſare in omnibus gradibus prohibitis, quia non in his quæ ſunt de iure naturali.De hoc tamen habes plenius, ſupra titu.primo.¶Quadrageſimustertius eſt,quia poteſt tollere leges quo ad utrun que forum in his quibus vertitur animæ periculum, ſicut in materia præſcriptionis vſurarum & hu iuſmodi,extra de præſcrip.cap.fina. & de iudi.nouit.& de ſecund. nupt. cap. penul. & de foro compet.ca.fin.lib.6.& de iureiuran.ca.2. lib.6.ubi autem non vertitur periculum animæ tollere non poteſt leges in terris, in quibus non habet iuriſdictionem temporalem quoad forum ciuile,cum poteſtates ſint diſtinctæ,diſt.96.Duo,& cap. Cum ad uerum, ſecundum Ioan. ¶Quadrageſimuſquartus, quia poteſt concedere indulgentias generales certis locis ſeu eccleſiis, vel certis perſonis vt ille quæ conceduntur in articulo mortis, & extendere eas ad exiſtentes in purgatorio, ſecundum Thom.& alios.¶Quadrageſimuſquintus eſt., quòd poteſt legitimare quaſcun que perſonas quoad ſpiritualia vbique quoad temporalia, vt honores & hæreditates in terris eccleſiæ in aliis terris aſſentientib. agnatis,ſecundum Ant.de Butr.extra qui.fi.ſint legiti.cap.Per venerabilem.Quadrageſimuſſextus eſt, quia nouas poteſt inſtituere religiones & regulas approbare religionum,& reprobare,& in cerimonialibus earum immutare, & diſpenſare ſecundum Pet.de Palu.in quarto.¶Quadrageſimuſſeptimus eſt,quia poteſt in omnibus eccleſiæ præceptis diſpenſare, vt in ieiuniis in confeſſione & in communione fienda annuatim in auditione Miſſæ & huiuſmodi, ſecundum Thom. in 4.non tamen debet ſine cauſa rationabili.

¶Quadrageſimuſoctauus,quia poteſt hominem abſoluere ab obligatione qua tenetur homini ſecundum plenitudinem poteſtatis. argum.9.q.3.Per principalem.arg. C.de præci.impe.offe.l.quotiens, ſecundum Inn. Hoſtien.& Ber.¶Quadrageſimuſnonus,quia de nullo crimine poteſt accuſari vel condemnari niſi pro crimine hæreſis.diſt.40.ſi papa. Et hoc quando eſſet incorrigibilis de ipſa hæreſi,vt dicit ibi glo.nam ſi vellet errorem deponere non poſſet priuari.¶Quinquageſimus, quia ſolitus eſt legibus quamuis ſecundum leges viuere debeat,& nullā ſententiam excō municationis ſuſpenſionis vel interdicti vel notam irregularitatis incurrere poteſt,ſed bene notam culpæ.¶Quinquageſimusprimus, quia poteſt ſimplici ſacerdoti committere,vt conferat ſacramentum confirmationis, & minores ordines & conſeruationes eccleſiarum & virginum, non autem maiores ordines, licèt Hugo dixerit contrarium,ſecundum Pet. de Pal. Thom. in 4. poteſt etiam conferre auctoritatem laico, quòd iudicet in ſpiritualib. & quòd excommunicet art.di.32.Præter hoc §.verum.¶Vtrum autem in matrimonio cō tracto per verba de præſenti poſſit diſpenſare,i.diſſoluere, dubium eſt canoniſtis aſſerentibus hoc facere poſſe theologis contrarium affirmantibus. Et cum omnia poſſit papa & multa alia. Poteſt etiam,& hoc quod eſt cōmune omnibus,ſcilicet errare & peccare.Iuxta illud.Omnis homo mendax, grauius cæteris puniendus niſi pęniteat in inferno. di.40. Si papa. Nam & ſymoniam committere poteſt ſecundum Tho. in dando ſpiritualia pro temporalibus appreciatiuè, ſicut diuulgabat de Bonif.9.& hæreſim incurrere, ſicut narratur de Liberio pa.ſeu Leone,& hæreticis perniciosè fauere,ſicut ſcribitur de Anaſt.di.19. Anaſtaſi.& Nigromantiæ intendere, ſicut in chronicis habetur de quodam Silueſtro Papa mago,ſed pęnituit,& rapinis inuolui,ſicut de Benedicto Papa narrat Pet. Damianus, etiam luxuriis vacare,ſicut de Ioan.11. narratur in chronicis, qui cum in adulterio oblectaretur, a diabolo ſubito percuſſus eſt, & quæcunque alia flagitia committere poteſt. Nec tamen propter huiuſmodi ſubtrahenda eſt ſibi obedientia vel debita reuerentia reſpectu perſonæ quam repræſentat, ſcilicet domini noſtri Ieſu, niſi hæreticus inueniatur, nec electio eius ex aliquo poteſt inuitiari vel inuitiari, ſi eſt facta a duabus partibus cardinalium niſi propter hæreſim ſi in ea permaneret.

¶*Quare mutatur nomen Papæ in ſui creatione.* *Cap.* 8.

ADdrianus Papa tertius Anglicus nationē dicebat,ꝙ Rom.Pont. nemo eſt miſera-

ſerabilior conditione eius nulla miſerior. Fatebatur enim in eadem ſede tantas miſerias inueniſſe, vt facta collatione præſentium tota præſens amaritudo iocunditas & fœlicitas fuerit. Spinoſam enim dicebat eſſe cathedrã Romani pontificis, meatum acutiſſimis vſq; quaque confertum aculeis, tantæque molis, vt robuſtiſſimos præmat terra, & comminuat humeros. Coronam & phrigium clara merito videri, quoniam ignea ſunt ſeque nunquã a natali ſuo Anglię mallet exiſſe, aut in clauſtro Beati Ruffi apud Valentiam perpetuo latuiſſe quam tantas intraſſe anguſtias, niſi ꝙ diuinę diſpenſationi reluctari non auderet. Hoc etiam ſępiſſimè affirmabat, quòd cum de gradu in gradum a clauſtrali clerico per omnia officia in ſummum pontificem aſcendiſſet, nihil vnquam fœlicitatis aut tranquillę quietis vitæ priori adiectum eſt ab aſcenſu, & vt verbis eius vtar. In incude & malleo dilatauit me dominus. Sed nunc operi quod infirmitati meæ impoſuit, ſi placet, ſupponat dexteram, quoniam importabile eſt mihi. Nonne miſeria dignus eſt, quæ pro tanta pugnat miſeria? Sit ditiſſimus qui electus eſt, ſequenti die pauper erit, & infinitis ferè creditoribus tenebitur obligatus. Ambire vero ad ſummum Pontificem, & non ſine fraterno ſanguine ad illud etiam aſcendere & Romulo ſuccedere in parricidiis non Petro in ouibus paſcendis. Bene ergo dicitur non tam nuncupatiuè quam etiam ſubſtantiuè ſummus Pontifex ſeruus ſeruorum. Seruiat enim ſeruis auaritiæ, ideſt Romanis neceſſe eſt, vt niſi ſeruierit fiat aut ex pontifex aut Romanus. Hæc dixit dictus Adrianus cuidam ſuo familiari dicto Ioanni, vt refert Vincen. libr. 30. Speculi hyſtorialis. c. 3. ¶ Notandum etiã quòd poſt Petrum Apoſtolum primum ſummum Pontificem, alii ſuccedentes ei in papatu retinebant ſibi nomen proprium prius habitum in baptiſmo. Sed poſt 400. annos ab incarnatione & ultra ordinatum fuit, quòd in creatione ſummi Pontificis mutaretur nomen proprium. Quod rationabiliter factum eſt triplici de cauſa, vt notat Archidiac. ſuper 6. in princ. Primo exemplo Chriſti qui ſummo pontifici quem ſuum vicarium dereliqt in terris, mutauit ei nomen proprium. Nam prius vocabatur Symon, vt patet Matthę. 16. vbi Chriſtus ei dicit. Beatus & Symon Bariona, i. filius Ioan. Et Ioan. vlt. Symon Ioannis diligis me plus his? Sed Chriſtus mutauit ei nomen vocans cum Cœphas, ideſt Petrus, vt patet Ioã. 1. quando Andreas frater eius addnxit eum primo ad Ieſum. Secunda ratio eſt ad innuendum quòd totus debet innouari in re & ſanctitate conuerſationis, ſicut mutatur in nomine quicquid eſt in eo de veteri homine, i. defectuoſitatis & paſſionum totum a ſe auferat & exuat induens nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Tertia ratio eſt ob quandam decentiam nuncupationis ipſius. Nam aliqñ aſſumebantur aliqui qui nuncupabantur nominibus non decentibus, ſicut dicitur de quodam Papa Leone, qui prius dicebatur os porci. Quando verò creatus eſt immediate affertur coram eo, vt dicitur tabula ſummorum pontificum prædeceſſorum, & vnum ex illis ad beneplacitum aſſumit, verum eſt quòd ex nominibus eorum qui fuerunt ante Silueſtrum Papam, penè nulli nuncupantur niſi Clemens & Alexander. Sed ex nominib. eorum qui fuerunt poſt Silueſtrum, & eo nomine nuncupantur cum numero ſucceſſionis in tali nomine. Vnde ſub nomine Ioan. faerũt 23. vltimus vocatus eſt Ioann. vigeſimuſtertius. Et ſub nomine Gregor. fuerunt vſque hodie. 12. ideò vltimus dictus eſt Gregor. 12. Et ſub nomine Nicolai fuerunt quinque, ideò qui nunc viuit & regnat vocatur Nicolaus quintus. Anno domini a Natiuitate. 1447. Creatus Papa, & ſic de aliis Gregor. autem magnus qui eſt primus in illo nomine, fuit ille qui hoc adinuenit. vt dicat ſe ſeruum ſeruorum Dei, vt cognoſcat ſe maxime illum, cuius Vicarius eſt dominum, ſcilicet Ieſum Chriſtum debere in humilitate imitari, qui ait diſcipulis. Qui maior eſt veſtrum ſit miniſter, ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Matth. 20. Et in ultima cœna eis dixit. Ego in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat.

TITVLVS XXIII. DE STATV conciliis vniuerſalibus.

¶ *De differentia Papæ & Concilij.*
Cap. 1.

NOon abſcondi miſericordiam tuã & veritatẽ tuam a concilio multo. Pſ. 39. Propterea poſt titulum de ſummis Pontificibus ponitur vltimo de Concilio, non quia concilium ſit maius Papa de electio cap. ſignificaſti. Sed qa concilium nõ ſolum comprehendit papam, vt caput quod eſt principale in conciliis, ſed

ſed etiã,& reliquum corpus eccleſiæ vt alios prælatos,de quo concilio inquit propheta. Nõ abſcondi miſericordiam tuam &c. vt ait Auguſt. in lib. de ciuita. Dei vt homo confidentius ambularet ad veritatem, ipſa veritas Dei filius homine aſſumpto(non deo cõſumpto)ueniens fundauit,& ſtabiliuit fidem veritate pleniſſimam,& miſericordia fęcundiſſimam,vt omnis qui credit in Deum habeat vitam ęternam. Ioan. 3. vbi adimitur omnis miſeria. Cæpit enim mediator Dei, & hominũ homo Chriſtus Ieſus facere & docere, viam Dei in ueritate docuit vt contemnantur terrena, & appetantur ſuperna, & illuſtrentur hominum corda ad rectè agẽda. Tria enim ſunt(vt ait Empedocles philoſophus)in tota rerum uarietate præcipua, ſcilicet nobilis affluentiæ contemptus, futuræ fęlicitatis appetitus mẽtis illuſtratio, quo rũ primo nihil honeſtius, ſecũdo nihil fælicius, tertio nihil ad ambornm conſecutionẽ efficacius, philoſophus in li. de vegetabilibus
Io. 19. Paſſionem miſericordiſſime ſuſtinuit ad redimendum genus humanum, ac etiam virtutem paſſionis in ſacramentis relinqnendo. Vnde ex latere eius pendentis in cruce exiuit ſanguis,& aqua, quæ deſignant præcipua ſacramenta, aqua baptiſmum, quod eſt primũ, & maximum ſacramentorum in effectu efficaciſſimum ad delendum omnem culpam & reatum, ſanguis ad exprimendum euchariſtiam, quod eſt finis omnium ſacramentorum ad quod alia quodammodo ordinantur, maximuu in eſſe memoriale perenne dominicæ paſſionis. ¶Hanc veritatem, & miſericordiam Deus humanatus non abſcõdit, ſed patefecit,& mũdo exhibuit nõ abſcõdit a concilio multo, dummodo ſit conciliũ non conciliabulum,& ſynagoga ſathanæ, cõgregatio ſcilicet adunata, non niſi ad unum tendens ſcilicet, honorem Dei, veritatem in dagandam,& ſalutem animarum procurandam tale fuit concilium malignãtium Chriſtum obſidens, quando collegerunt pontifices,& phariſei concilium aduerſus veritatẽ & miſericordiam tractantes occidere Chriſtum, quod deteſtatus eſt Iacob patriarcha cum in ſpiritu hoc præſciuit, ait. In concilio eorum non veniant anima mea, quia in furore ſuo occiderunt virum ſcilicet, Chriſtũ. Geñ. pe. Virtuoſiſſimum contra omnem miſericordiam,& veritatem. Simile concilium congregantibus hæreticis,& fautoribus hæreticorum abſcondit Deus ab eis veritatem fidei,& miſericordiam ſaluatoris quale fuit concilium Ariminenſe congregatũ a Conſtantino hæretico, & fautore Arrianorum, quod in æternum damnatum fuit, quia contra veritatem fidei, vt diſt. 15. Sancta Romana. Pſ. quoque renuit ſedere in concilio vanitatis,& cum iniqua gerentibus nõ introire, pſal. 25. quale fuit concilium ſeu cõcilium quod congregauit Abſalon contra ptrẽ ad auferendum ei principatum, & Roboam cũ iuuenib. occaſio fuit ſchiſmatis,& diuiſionis regni vnius in partes duas, vt patet in 2. & 3. lib. Regum. Hoc eſt concilium ſchiſmatico rum ſcindere quęrentes, ſed non valentes tunicam Chriſti inconſutilem cum ſcindi vere non poſſit, quia vna eſt columba mea, vt dicitur Cañ. 6. ſcilicet, ſacroſancta eccleſia, ergo recedentes ab vnitate eccleſiaſtica, conſtituunt aliam eccleſiam, ideſt, ſynagogã Sathanæ, ſed extra archam ſcilicet ſanctam eccleſiam catholicam reperti diluuio dãnationis abſorbentur, quale fuit concilium velpotius ſupercilium pręſumptionis congregatũ ab Henrico Imperatore quorundam epiſcoporum ad irritandum decreta Greg. 8. & deponendum eum,& alium non papã, ſed antipapam,& Antichriſtum inſtituendo, ſimile concilium Baſilienſe congregatum prius canonice, ſed poſt diſſolutionẽ eius ſeu mutati onẽ per Eugenium papam. 4. Anno dñi. 1437. factum eſt conciliabulum, etiam latibulum ſerpentis antiqui baſiliſcum generã tis . Nam ut ſchiſmatici temere deponentes Eugenium idolum ſibi ſtatuerunt ducem Sabaudię Fęlicem appellantes cum fæliciſſimus ſit effectus. Ab his ergo conciliis uanitatis & malignitatis abſcondit Deus miſericordiam & veritatem, ſed non abſcondit a concilio multorum, ſcilicet tendentium ad unũ ſcilicet conſeruationis vnitatis eccleſiaſticę, de qua dicitur. 14. q. 1. Loquitur, ibi vide de unitate eccleſiæ. In concilio ueritas credendorum manifeſtatur,& obſcuritas omnis vt dubietas tollitur ueritas conuerſationis religioſæ per canones ampliatur ſacramẽtorum confectio,& ritus & miniſtratio quibus homines miſericordiam conſequũtur, inſinuatur. Sicut autem verax, & miſericors deus inferiora corpora illuſtrat, decorat & fæcundat per corpora ſuperiora, ita & animas fidelium irradiat per præſidentes veritate doctrinæ ac morum & a miſeriis reuocat errorum & vitiorum

¶Creauit enim luminaria magna, & poſuit §. 1.
in firmamento. Geñ. 1. Fecit enim Solem in poteſtatẽ diei, Lunam,& ſtellas, in poteſta-

tem noctis, inquit psal. 135. Ad luminandum sua claritate, & ignorandum sua influeti vi tuositate. Per solem autem vt maius lumina re intelligitur potestas episcopalis. Et per lunam dignitas temporalis vel mediocres prælati ecclesiarum, vt abbates, priores, & huiusmodi. Per stellas auctoritas doctoralis & sacerdotalis curam habentis animarum, hæc sunt in cęlo ecclesię & in concilio congregantur. Primo nota in Sole sublimitatem positionis, eleuatus enim sola terra super nostrum orizontem ascendit vsque ad mediũ cœli, & tunc virtutes vsque ad punctum declinationis fortiores efficiuntur, quia cum uita prelati proficientis in spiritualibus eleuatur a terrenis tota ecclesia ornatur & bonis operib. roborat. Eccl. 26. Sicut Sol oriens mundo in altissimis Dei sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius lucerna splendens super candelabrum sanctum. Quę dam gemmæ sunt splendidiores in obscuro q̃ luce, qa quidam ante prælationem satis cõmẽdabilis uitæ fuerunt, sed super candelabrum ecclesiæ constituti lucem in tenebras, famam in infamiam conuerterunt, quibus melius fuisset sub modio latuisse quam cum infamia candelabrum ascendisse. Effundat ergo prælatus ecclesiæ radios vitæ exemplaris in omnibus factis suis, vt refulgeat Sol in clipeos aureos, & resplendeant montes ab eis, hoc est a prælato in clericos suos, & a clericis fulgeat sanctitas in laicis. Sit enim purus animo, benignus eloquio, mansuetus obsequio, iustus in consistorio, largus in conuiuio, castus in thalamo, deuotus in choro, seuerus in occulto, honestus in publico. ¶ Secundo utilitatem operationis. cœlum. n. eius lumine illuminatur, & terra eius calore inflammatur, quia prælati doctrina illuminant, ideſt, illuminare debẽt corda subditorum ad ueritatem, & inflammant, ideſt, inflammare debent corda subditorum ad charitatem. Sol enim est origo & principiũ fontale luminis. 2. Regu. 1. & caloris. secundum Reg. decimusquartus. Lux auroræ. Oriente Sole mane absque nube rutilat. Dum prælatus prædicationi non vanitatibus aut scientiis sæcularibus uacat quę sunt sicut nubes, vacuitatem non soliditatem habent dicente Hieronym. doctore eximio. Nonne videtur vobis in uanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus Dyalecti ca arte torquetur, qui physicus perscrutator oculos trans cælum leuat, vltra profundum terrarum, & abyssi in quoddam inane, mergitur qui tantam metrorum siluam in suo studioſus corde congerit & distinguit, distin 37. Hęc vt prodigus filius siliquis porcorum pascitur, quæ inflant non satiant, sed doctrinis sacris vt ueri solis inflammantur homines ad charitatem. 1. Reugm vndecimũ. Cras erit vobis salus cum inclauerit sol vbi enim lumen solis diffunditur, non facile inueniuntur venena peruersorum dogmatum, nec vbi calor eius inflammat gramina leuium & fragilium morum perseuerãt, quia Iacob. 1. dicitur. Exortus est sol cum ardore & arefecit fenum. ¶ Tertio sol habet volubilitatem circumitiõis oritur enim sol & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem. Ecclesiast. primo. Oritur sol quando bona vita prælati declaratur, occidit cum orationi vacat publicis aspectibus se subtrahit, gyrat per meridiem, cum ex zelo feruoris diligenter visitat commissam sibi plebem, sed tamen ad locum suum reuertitur, cum ad conscientiã suam ingreditur & flectitur ad Aquilonem quando in humilitate se custodit, habens prę oculis ventum illum aquilonarem turbidum scilicet pęnam gehænnalem sicut Esdræ. ¶ Quarto velox est cursus solis & conuertit in gyro cœlum in locum suum in vno die, quia licet firmamentum quotidie reuolune do solem rapiat secum, tamen semper in fine anni reuertitur quasi ad punctum proprium. Sic prelatus dum multa egit dum vltra se rapiatur ad seipsum sollicitus infirmitatis freno reuocetur. Si ergo episcopi, & alii prælati ad prælationem bene veniant, imitantur solem in nobilitate conditionis si in ea bene viuant, imitantur eum in sublimitate positionis, si bene doceant, imitantur eum in vtilitate operationis, si humiliter ad se redeant, imitantur eum in volubilitate re gyrationis.

¶ Lunæ comparantur rectores temporales, §. 2.
vel mediocres prelati ecclesiarum qui lumen recipiunt a superiori prælatura, sicut luna a sol. Secundum. n. sæculi sapientes, luna a sole lumen recipit, sic rectores seculares saltem spiritualibus a prælatis ecclesiæ habant gubernari, ut inferior a superiori, vt patet distinctione. 96. Duo sunt. Est autem luna secundum Isid. mensura temporis, dominatrix matis, ministra roris. Vnde ex luna colligimus varietatis initiũ, humiditatis dominiũ, serenitatis præsagium, ut sint seculares rectores vel prelati mediocres, vt Abbates

&

& priores. Discreti in dispensatione per temporalem prouidentiam. Seueri exterius in culparum correctione per iustitiam. Sereni luminis per clementiam in pœnarum mitigatione. ¶Est ergo Luna varietatis mitium. Nam secundum philosophum a circulo Lunari temporalia & caduca incipiunt psa 103. Fecit lunam in tempore. Singulis noctib. non mutato subiecto figura Lunæ mutatur, quia pro necessitatibus ingruentibus ab eodē prælato temporalia prouidè dispensantur. Seneca. Si prudentiam amplecteris, ubique idem eris, & prout rerum ac temporum varietas exigit, ita te accommodes tempori, nec te aliquibus mutes, sed potius aptus, sicut manus quæ eadem est, cum in palma extenditur, & cum in pugnum constringitur. Nec eodem modo credimus prælatum habendum ad omnes. Nam elleborus vno modo cibus est, alio modo venenum, talio modo medicamentum, & idem panis qui hominem nutrit, accipitrem interemit, & leuis sibilus qui equos mitigat, catulos instigat. Luna in omnibus in tempore suo ostenso temporis & signum eui eius. Summopere autem cauere debet rectores cupiditatem, vt radicem omnium malorum. Hæc enim inducit ad leges iniquas condendas, ad libertatem ecclesiasticam infringendam, ad noua pedigia inuenienda, vel antiqua augenda contra canonicas sanctiones. Hæc iniustis taliis populos grauat, ecclesias spoliat, symonias in beneficiis procurandis multiplicat, pietatem eliminat, thesauros non tā auri quam criminum congregat, hoc fouet litigia, suscipit bella iniusta, vendit officia, peruertit iudicia, nec abstinere nouit a vetitis, nec gaudere concessis, nec veritati adhibere consensum permittit. ¶Est etiam Luna habens humiditatis dominum, humorem enim illum quem calor Solis arefecit de die. Luna roriflua reponit de nocte, vnde qui sub lumine Lunæ dormiunt, capita sua humectata sentiunt secundum illud Can. 5. Caput meū plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium propter quod vocabant gentiles Lunam Reginam cœli. Hiere. 7. & 44. & Sap. 14. Solem & Lunam rectores orbis terrarum Deos putauerunt. Gratiam enim quam ardor peccati sicca uit, iustitia prelati corripiendo reducit psal. 71. Orietur in diebus eius iustitia & abun. pacis do. au. lu. Luna aufertur quando senescit & deficit, cuius defectu omnia elementa patiuntur, nam vacuitas & vanitas tunc inueniuntur in cerebris pecorum, in visceribus marmorum in medullis arborum, & ligna tunc cęsa cito conuertuntur in puluerem sic ablata iustitia membra ecclesiæ in dissolutionē ad ducuntur. Vt enim ait Aug. in li. de ci. Dei. Amota iustitia quid sunt regna nisi magna latrocinia? In concilio senatorū prolixius disseruit Lelius rēpublicā diu nō posse consistere, sed ruituram fore, oportet ergo principes punire facinora, debellare superba, exterminare abusionum vetusta, probos exaltare, magnificare rectos. Est etiā Luna serenitatis præsagiū, quia secundū beatū Ambr. in hexameron si Luna. 4. serenitatem ostēdat totus etiā ille dies, & qui nascentur ex illo exactus ad mensem vento pluuiisque carebunt, quia rector quadratus virtutibus & perfectus, nullis exagitatur turbulētis impręssionis, sed est sicut Luna plena lucidus & serenus. Ecclesiastici. 50. Quasi stella matutina in medio nebulę, & quasi Luna plena in diebus suis lucet, & quasi sol refulgens, sicut istę refulsit in tēplo Dei. Sicut. n. status gratior est ad videndū, qñ ex serenitate luminariū dies est serenus & purus quam quando omnia quatiuntur fragoribus & intermicantibus fulgoribus & cœlestibus & ignibus Ita se habet in ecclesia cum rector vel prelatus non est turbidus: sed pacatur, sicut pueri gratulantur & gaudēt ad aspectum sereni solis, sic subditi ex clementia pastoris lętantur, sed fugiūtur turbidum & crudelem, sicut animalia pusilla leonem & draconem, psal. thronus eius, sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, psalm. 88. quia in prælato perfecto clementia non habet intra defectum. Prouerbiorum 20. cap. dicitur. Misericordia & veritas custodiunt regem, & clementia firmatur thronus eius.

¶Stellis etiam comparantur inferiores doctores & prelati, qui in nocte gratię secundum suas vicissitudines illuminant mundū sicut stellę de nocte cœlum. Ecclę. 43. Species cœli gloria stellarum mundum illuminans in excelsis dominus. Et Danielis. 12. dicitur. Qui ad iustitiam eruditi plurimos, quasi stellę in perpetuas æternitates, scilicet fulgebunt quæ eruditio peroptimè sic pagina sacra. Sicut enim stellas non extinguit nox, ita mentes fidelium inhærentes sacræ scripturæ firmamento non obscurat mundana iniquitas, inquit Zepherinus papa dist. 38. Consideratur autem in stellis actus naturalis, effectus actualis motus circularis, cursus canonicus & regularis. Lucent enim stellæ naturaliter, illuminat accidentaliter, mouentur orbiculariter, currunt indeclinabiliter & regula §3.

riter. Debent. n. tales lucere in seipsis per puritatem conscientiæ, illuminare subditos p̃ claritatem famæ, moueri orbiculariter, ideſt faciliter per promptitudinem obedientiæ, & hoc quantum ad superiores, currere regulariter quoad Deum per ordinem intentionis recte. De primo Apoc. 22. Ego sum genus Dauid stella splendida & matutina. Splendida, vt non sit concupiscentia in affectu, lasciuia in aspectu, immũditia in tactu, luxuria in actu. Lux. n. diuina quanto mutabilius fulget, tanto penetrabilius videt, & cum nos uideri non credimus velut in Sole oculos clausos tenemus, & Deum nobis, & non os Deo abscondimus. De secundo Matth. 2. Stella antecedebat magnos donec venirent ad locum, vbi erat puer. Stellę lumen secundum philosophum nil aliud est nisi lux sui orbis circunquaque diffundens radios suæ claritatis, quia sacerdotes & doctores diffundere debẽt lucem sui nominis ex bona doctrina & fama illuminare, & conuertere populum, sicut stella magos reduxit ad Christum, quæ licèt illuminet tenebras noctis, tamen disparet eorum lumen in p̃sentia solis, nam eorum famam secretius opera eorum diffundunt, cum fauorem humanum non appetunt Sap. 10. Fuit illis in velamento diei & in luce stellarum nocte. Et vt dicit Greg. in pastorali. Officium p̃conis ideſt, docentis suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit. Vnde in ornamento primi sacerdotis, quod dicebatur rationale, ante pectus erat positum scriptum manifestatio & veritas. Et Chrysost. dicit, q̃ sacerdos debitor est, vt veritatem quam audiuit a Deo in scripturis, manifestet populo, alioquin proditor est veritatis. 11. q. 3. Nolite timere. ¶ De tertio Baruch. 3. Stelle dederunt lucem in custodiis suis, vocatę sunt, & dixerunt, adsumus, quia postquam laudabiliter conuersati sunt clerici in locis suis, & vocantur ad beneficia & officia non quærunt dilationes non subterfugia, non priuilegia, non dimittunt minus beneficium propinquiori, cum uiderint se p̃ficere posse in minori, ne sint sicut lenones q̃ minus pulchram concubinam dimittunt pro pulchriori. ¶ De quarto Iudicum. v. Stellę manentes in ordine, & in cursu suo contra Syſaram pugnarunt, ideſt, diabolum, qui nos excludere nititur a gaudio. Sic enim interpretatur Susaram expugnauerunt, nihil. n. ita expugnat diabolum, sicut habere rectetudinem intentionis ordinis ordinatę ad Deum. Tunc autem mihi videtur intentio ordinata in doctore & sacerdote quando timorem suscipiẽdi officium concipit ex dilectione Dei, & tamen quodammodo sollicitudinem appetit ex ędificatione proximi, & in dubio constitutus intra se recurrit ad examinationem sui, & puritatem suam conspiciens, & quod ita expedit videns Deo humiliter obedit in susceptione officii. Timebat Hieremias ire ad prædicandum appetebat Esaias. Recurrebat ad conscientiam suam Moyses, & post excusationem humiliter susceptę officii executionem. Superbia enim esset si tantum officium assumeret sine timore. Superbia nihilominus si Deo resisteret pertinaci mente. Et sic patet de doctorum & sacerdotum gloria curatorũ comparata charitati luminarium quæ lucẽt, & a multis miseriis nos subleuant. Sic episcopi & prælati superiores mundi principes, & rectores tenebrarum harum doctores, & curati quippe luceant veritatis doctrina, misereantur sibi & aliis perfectæ conuersationis sanctimonia, vt quilibet dicere valeat. Non abscondi misericordiam tuam & veri. tuam a concilio multo. ¶ Sed o dolor, o pudor, o magna miseria mundi, nam signa quæ dominus prædixit contingere perituro sęculo in Sole Luna & stellis. Luc. 21. Signa, scilicet ignominiæ, quæ scribit Iohel propheta. 2. ca. Sol & Luna obtenebrati sunt & Stellæ retraxerunt splendorem suum, impleri quotidie cernimus, vt non sit veritas, nec misericordia inueniatur in terra, vt dicitur Oseæ. 4. ca. Nam quantum ad Solem p̃lationem episcopalium obtenebrarum omittẽdo quòd olim Deus hunc fabricauit, secundum illud psal. 83. Tu fabricatus es auroram & solem, quia ad prælaturam vocati latebant, fugiebant, cogebantur, inuiti detinebantur, vt ecclesiarum curam assumerent, non frequentabant curiam, non faciebant sibi causam, non prouocabant ad appellationem friuolam, sed nunc simulacrum solis fabricatur manibus hominum, secundum illud psal. 113. Simulacra gentium argen. & aur. opera ma. ho. Quia per symoniacam prauitatem quædam statuæ prælationem acquirunt, sed vt dicitur Hiere. 43. Conteret Deus statuam domus solis, quæ sunt in terra Egypti, vt cum vnus p̃latus aliqñ fabricatur de vili materia congregantur ad eum consanguinei & nepotuli, ut tota progenies videatur in eo episcopatu. Prælati autem fabricati quasi semper sub tutela, ita q̃ plures episcopi sint in vna diœcesi, & secundum philosophos aliqñ videnſ in cœlo duo soles, sed vnus non est verus sol, sed quædam nubes simillima soli, & vocatur parellion,

rellion, quę signū est futurę inundationis, ita & hoc signum est futuræ subuersionis, de p pe ecclesiæ. Sublimitas positionis solis degenera per vitæ deprçssionem. 2. Paral. 18. cap. Mortuus est Achab. rex Occidente Sole, & Sol occidit cum prælatus ab arce sapientiæ, terrenis incumbit. Non decet pastorē more pecoris vultu deiecto in terram, cœli contemplatione reiecta sensibus incubare corporeis, inhærere terrenis, sed quæ Rursum sunt sapere, cœlum mente suspicere, alioqui quę differentia pastoris & ouis? Quæ utilitas construere in anima castra & turres, simo & creta agrum sationarium impinguare, si rigor pœnitentię relaxatur, si in cultura dñicæ messis, nec auellitur spina, nec extirpatur tribulus, nec triticū verbi domini seminatur? Nūquid dñi cura est de bobus & asinis de legibus extorquendis, de registris antiquissimis expiandis, per pecuniam & nō perpotius de animabus saluandis? Vilitas operationis solis degenerat per ocium & torporem, quod figurabat Iacob Gen. 28. volebat n. requiescere post solis occubitū, & ipsi, si curati post feruorem charitatis extinctum non corrigūt excessus, accipiunt procurationes, non exercent curationes, sed magis exultationes quia postquam de lucis post visitationē recedunt, ipsa frequenter in deteriori statū relinquunt & mala quæ ante fuerant sopita, reuiuiscunt suscitata & publicata. 1. Mac. 12. Cōueneret ut ædificarent ciuitatem, & cæciderunt muri ducunt familiam infinitam, experunt mensam ferculis oneratam, accurunt milites & scutiferi ex diuersis locis, & quia timent religiosi pauperes vim compulsiuam, ablatiuā, & inquietatiuam comedunt, iacentibi psal. 103. Ortus est sol & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Proponunt personas indignas faciunt fieri receptiones prauas, suscitant eis angarias exactiones, impediunt correctiones, litteras suas de facili concedūt regularibus, ne post factam receptionē vel appellationem quis uiolenter eiiciatur, uel iniuste vexetur quousque causa eius coram episcopo canonicè terminetur. In qbus dissolutionis fomes & dissensionis incendium cōtinetur, crescunt crimina correctiones mutāt, postulant iudicē ordinarium, conflāt excusationes, patrociniarequirunt, quæq, secretius in capitulo corrigi debuerant in consistorio publicè proponunt. Eccl. 3. c. Vidi sub sole in loco iudicii iniquitatē, & in loco iustitiæ impietatem, & hoc multum deformat sanctitatem ecclesię, & ueritatem reddit obscuram. Volubilitas regenerationis degenerat in spiritus defectionem. Ioan. 2. Spiritus in prælato deficiet & caro efficitur, quia ad secretum mentis non reuertitur. Ecclesia. 17. Quid lucidius sole & hic deficiet, aut quid nequius quam quod excogitauit caro & sanguis, & hoc arguetur. Arguamus igitur tales carnales prelatos qui perdunt gloriæ suę titulum, intrant conscientiæ scrupulum, scandalizant populum, ingerunt nepotulis suis periculum. quia dum conferunt nepotulis, suis malæ meritis bñficia ecclesiastica, sunt eis multorum peccatorum & periculorū occasio & causa. Fragilem enim murum ponūt in fundamento ædificii, & eos qui præliari nesciunt, & primu cornu vbi est pondus præli, & eos in sublime extollūt in præsagium futuri suspendii, & mari turbato, dant eis regere nauim in periculum naufragii, & ideò quia seminant in carnem, de carne metent corruptionem. Et istæ sunt quatuor passiōes solis, propter quas hic dicitur sol obtenebrari. Nube igitur tegitur dum prælatus ad prælationem accedit per ambitionem. Eccle. 32. Sole nube tegā. Fragilitas nubis uanitas est ambitionis. Eclypsim patitur, cum in prælatione lumen suum perdit per vitæ depræssionem quando descendit vsq, ad temporaliū occupationem. Iohel. 2. Sol cōuertetur in tenebras. A feruore suo remittitur per torporem, ideò Neæmiæ. 7. dicitur. Non aperiuntur portę vsq; ad calorem solis, quia refrigerū feruoris spiritualis in prælatis causa est damnationis in subditis, quare non aperitur ianua paradisi eis de natura creaturæ, & in nihil, vel primam materiam sol resoluitur & cum reuertitur ad carnis corruptionem. Sic enim prælatus deficit, & cum tempore motus solis transit. Eccl. 3. Omnia tempus habēt & suis spaciis transeunt vniuersa sub sole. Malè ergo accidit, male viuit, malè officium facit, malè in se reddit sol, & luna, &c.

¶ Vidimus de ignominia Solis quantum ad §. 4.
prelatos superiores, videamus de illa quoad mediocres seu dominos temporales sub ratione lunæ. In eis degenerauit sapientia & prouidentia quæ debet esse in eis degenerat per negligentiam, & ignorantiam, iustitia per sententiam, clementia per seuiciam.

¶ Inde est quod quatuor passiones legimus in luna, luminis defectionem, itineris cōsueti inordinationem, maculæ infusionem, sanguinis infectionem, ad ista quattuor designāda. ¶ De primo psalmista. 10. secundum aliā litterā. Peccatores intenderunt arcum pa.

sa.su.in pha. vt sagittent in obscura Luna rectos corde, hæretici enim sicut fures noctiuagi aut sicut vespertiliones lucifuge dormiũt de die & vigilant de nocte, suarum falsitatum sententiis ecclesiam impetunt sub prælatorum cæcitate. Vacant ergo prælati iuri ciuili & malæ resistunt emergentibus periculis fidei. Scimus quod dœmones procurant ignorantiam doctorum & silentium vt cadat populus sine lumine in præcipitium, & cum soluetur Sathanas & erit in maxima potestate, tunc conticescent verba doctrinæ, & implebitur illud Esa. decimotertio. Luna non splendebit in lumine suo, & visitabit dominus super orbis mala, & propter hoc animarum perditio, quia cessante lege diuina in prelatis quibus incumbit ex officio docere silente iure positiuo consuetudines humanæ sunt in exercitio etsi vnaquæque pars proprium dirigat artificem in finem suum, sicut lex diuina non requiritur ad causarum stre pitum, ita nec humana necessario ad salutem animarum. ¶ De secũdo in apocriphis Esdræ scribitur quòd Sol subito reluxescit noctu & luna in die hoc est negligentia, & inordinatio prælatorum & rectorum sæculi, quia spirituales & sapientes quasi sepeliuntur, & uiles & instabiles præficiuntur. Eccles. 17. Stultus ut luna mutatur, & quia prælati sunt hodie sub tutela, ideò tot prælati quot officia, tales etiam constituuntur in suis officiis qui scandalizant populum, & uelut exactores fiscalium tributorum quãtum humorem purgantes cum medicina nimium laxatiua spiritum extrahunt dum victum auferunt miserorum. ¶ De tertio Prouerbiorum septimo. Vir non est in domo sua, &c. In die plenæ lunæ reuersus modo enim non est luna plena, quia non est sine macula, sed impura, quia non sumus sine fragilitate humana, quæ animis inualescit in eis qui permittunt subditos per campos licentiæ uagari ad præcipitia. Nam quidam ex pigritia & pusillanimitate non corrigunt, quidam quia reprehensibiliter viuunt, quidam quia per indiscretam humilitatem, auctoritatem corripiendi perdiderunt, quidam quia fauorem subditorum quærunt, quidam quia tantum creuit malitia per consuetudinem obdurata, quod eam amouere non possunt, & sic a modica scintilla augetur ignis, a modica ruina submergitur nauis, a modica stilla caditur lapis, dormit nauta cum nauis periclitatur, modicus cum pestilentia grassatur, ianitor cum fur depręda tur, vigiles cum ciuitas obsidetur, quæ si capiatur primo in eos irruetur. Chrysostom. super. Epistolam ad Hæbr. Miror si quem contigerit saluari ex his qui principantur in tantis minis, & in tanta pigritia. ¶ De hoc Abacuch vltimo, Sol & Luna steterunt in habitaculo tuo, ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuę. In fremitu conculcabis terram, quod ad litteram exponitur de Dario, & Cyro qui recæperunt se in domo regia & alii uastauerunt terram Israel, quia prælatis corrigere dissimulantibus, & ociantibus, diripitur populus a dœmonibus qui irruunt sicut armatus exercitus. ¶ De quarto Iohel. secundo. Luna conuertetur in sanguinem antequam veniat dies domini magnus, quod hodie experimur in prelatis qui relicta humanitate quæ est proprium hominis induunt ferinam rabiem spirantes sanguinem, vix esset maior credulitas si Leones, & Vrsi potestatem regendi accæpissent. Apocalip. sexto capit. Luna tota facta est quasi sanguis, tamen si verè præessent, puto quod humaniores essent, quia nobilium ferarum est parcere subiectis, & debellare superbos. Vnde Elephantes & Apri & Leones præmordent, & transeunt illa quæ ad terram impulerunt. Ignobiles vero bestiæ vt sues huiusmodi, reuoluendo conculcant, & perfodiendo pertinaciter conuoluunt. Etisti tyrannidem suam exercent in pauperes religiosos, quibus detrahunt pauperes sacerdotes quos deuorant, & corrodunt. Apocalip. octauo. capit. Percussa est tertia pars lunæ, quia isti non seuiunt in subditos rebelles, non in milites in ecclesia insurgentes, sed tantum ad tertiam partem, scilicet personas miserabiles. ¶ Decimæ a militibus auferuntur, ecclesię spoliantur, sacerdotes mentiuntur, & occiduntur, hic prelatorum iustitia exerceatur, certe vobis imputatur o prælati Pilati in pauperes, quod a Philisteis archa Dei capiatur, quod Saul cum filiis suis occiditur, quòd Malchus sequit in CHRISTVM. Phassur in Hieræmiam. Balthassar in uasa Domini, quod Gladius Petri Rubigine consumitur, ecclesia sancta contemnitur, sacramenta uilescunt.

¶ Videamus tertio de ignominia stellarum. §. 5.
Stellæ enim retraxerunt lumen suum q̃tum ad minores sacerdotes & doctores qui creuerunt hodie sicut stellæ cœli. Degenerauit in quibusdã eorũ puritas cõscientię in carnis con-

concupiſcẽtiam, claritas famę in infamia, prõptitudo obedientiæ per inobedientiam & cõtumaciam, ordo intentionis rectæ in fraudulentiam. Inde eſt quod legimus ſtellas immundas corruptiuas, fixas, erraticas. De primo Iacob 25. Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius. Amiſit enim eccleſia mundiciã in illis doctoribus & ſacerdotibus qui vacãt incontinentiæ, immundiſſimę luxuriæ vtilitate, & hoc in conſpectu eius, quia cum ſint fornicatores, & aliquando notorii ſine timore conſecrant, ſine honore myſteria tractant ſine amore diſpenſant, ſine pudore frequentant myſteria, etiam angelicis poteſtatibus reuerenda, & manibus, cruentis & labiis pollutis, oculis meretriciis, viſceribus uenenatis, corporibus fætidis, ſpiritib. mortuis, ad ſacroſanctum Chriſti corpus accedunt, cũ Dauid ſanctus & pueri eius panem figuralẽ non auderent tangere, niſi prius abſtinuiſſent a mulieribus, & bene dicit in conſpectu eius, quia quidam eorum etſi caueant peccare in conſpectu hominum, tamẽ in conſpectu Dei faciunt quod turpe eſt dicere, tanto audacius quanto ſecretius, ſi tamen ſecretum eſt vbi iudex videt & angeli qui indignabũdi recedunt & aduerſarius qui ſuggerit, vt in ore trium teſtium ſequatur iuſta ſententia damnationis. ¶ De ſecundo Apoc. 8. Stella magna cui nomen Abſinthium ardens quaſi facula, cecidit in aquas & multi homines mortui ſunt ex aquis, quia amaræ factæ ſunt. Magna per ſuperbiam, ardens per luxuriam, ſicut facula fœtens per infamiam, velut Abſinthium amarus & corruptius per exempli mali influentiam, ſed ſecundũ Greg. tot prælati mortibus digni ſunt quot perditionis ęxempla ad ſubditos tranſmittunt, propterea libri laicorum falſi videntur, quia ſacerdotũ exemplaria corrumpuntur. Chryſoſt. in lib. de dignitate ſacerdotali. Certius puta aliquẽ laicorum qui gemens pro peccatis ſuis probetur obnoxius adiuuandum eſſe ſuffragio, quam ſacerdotem cum accuſatur pro aliorum delictis Idem in eodem. Tanto indigent vulnera ſacerdotis auxilio, quãto ſimul uniuerſi populi multitudo. Non video quod indigent ampliori ſacrificio ſacerdotes quã populus expiari, niſi grauiores deberent eorum culpæ cenſeri. Grauiores autem etas facit, non conditio vel genus operis, ſed dignitas facientis. ¶ De tertio Iob 10. Qui præcipit ſoli & non oritur, & ſtellas claudit ſub ſignaculo, iurat clericus quod faciet ſe promoueri ſucceſſiuè, & inobedientiã ſuã colorat per prẽces vel falſas ſuggeſtiones uel priuilegii impetratione, & non oritur ſol ſuper parochianos, & clauduntur ſtellæ fixæ, vel in ſcholis vbl aliis officiis, & quod per ſeipſos ſoluere noluerunt per vicarios ſoluunt. Similes illis dequo Ruth. 4. qui voluerunt habere agrum Abimelech & non Ruth. quia eccleſias & præbendas habere volunt, ſed animas curare nolunt, nec ſemen ſuſcitare Chriſto, ſed vxorem ſuam ideſt carnem cum poſſunt vitiis & adulteriis exponentes, quod abuſio eſſet in vxore carnali, dicunt quod tradunt. vxorem impręgnandam, cum tamen ſpado non generet ſed deuirginet nec proſtituta paſſim pariet. Sed vbi eſt illud Agatheni concilii. Diaconus pręsbyter ſi per tres hebdomadas ab eccleſia ſua defuerit, triennio a cõmunione ſuſpendatur. Et illud Inno. 3. in cõcilio generali. Qui parochialem eccleſiam habet non per vicarium, ſed per ſepiſum illi deſeruiat in ordine quem ipſius eccleſiæ cura requirit. Procedit huiuſmodi inobedientia & contumacia vſque ad quoſdam religioſos, qui non ſunt contenti pro multitudine obedientiæ ſuæ, ſed impetu quodam contra gratiam currunt ad gratiam vt impleatur illud Matth. 24. Stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum mouebuntur. Ita enim a ſupræmo deſcẽdunt ad infimum, ut a ſummo contemplationis cadunt ad infimum terrenę ſollicitudinis, nec ſufficit eis exemptiones decimarum immunitates procurationum cõtra Deum quęrere, ſed etiam temporalia vſurpare. Nam multo labore, multo precio vtuntur adeptis priuilegii & epiſcopalibus inſigniis mitra, anulo, & baculo & ſandaliis ſed verius ſcandalis. Reſpondeatur mihi, ſed attenditur rerum dignitas, profeſſioni monachorum hoc non congruit, ſed miniſterium hoc eſt proprie epiſcoporum, puta quod darent multam pecuniam ſi poſſent impetrare vt vocarentur epiſcopi, ſed labor & latebræ & voluntaria paupertas, hæc ſunt inſignia monachorum. De quarto ſcilicet fraudulentia perfidia. Inde hi ſunt ſidera errantia quibus caligo tenebrarum conſeruata eſt in æternum. Sidera errantia dicuntur planetæ qui mouentur duplici motu contra firmamentum, & cum firmamento, ſacerdotes & capellani ſunt qui ouibus procurant paſcua, & tamen cum lupis diripiunt ouium ſpolia. ¶ Recipiunt enim ad prædicationem prædicatores quæſtuarios q abuſiones prędicant & cum eis participant precium quaſi paſtores communicãt cũ lupis.

pis vt ipſi lupi deuorent ouium carnes, & paſtores habeant lanam, & licet in hoc non ſint minores prælati immunes a culpa tamẽ procedit hæc noxa ab epis qui dãt eis incautè litteras ſuas, immo vendunt, & ad conciliarios epiſcoporum qui recipiunt munera. Apocalypſis. 9 c. Stella cecidit in terrã & data eſt eis clauis putei abyſſi, & aſcẽdit fumus & obſcuratus eſt aer, & exierunt locuſtæ, & data eſt omnis poteſtas ſicut habent ſcorpiones terræ, & cum deberent eos reprimere & ſubditos ſuos defendere, dãt eis poteſtatẽ ad diſcurrendum, & deuorandum, & inualeſcit hæreſis, & reſuſcitatur plaga Egypti, & ideò Sol & Luna obtenebrata ſunt, & ſtellę retraxerunt ſplendorem ſuum, & quia veritas cũ expediat tacenda non eſt ne opprimatur, & miſericordia nulli deneganda, & qui corrigit miſericordiam præſtat correcto vt ſe ualeat emendare, ideò non abſcondi miſericordiã tuã, & veritatem tuam a concilio multo.

¶ *De concilijs uniuerſalibus prouincialibus, & ſynodalibus ad quos pertineat ipſa congregare, & qui habeant conuenire. Cap. 2.*

QVid ſit concilium vel ſynodus & vnde dicatur. Dicit autẽ Iſido. in 7. etymolo. quod ſynodus ex græco interpretatur comitatus vel cętus. Concilii vero nomen tractum eſt ex Romano more. Tempore enim quo agebatur cauſa ſcilicet reipublicę omnes conueniebant in vnum, communique intentione tractabant. Vnde & concilium a cõmuni intentione dictum eſt quaſi conſilium & conſilium quaſi conſidium. d. in l. litteram tranſeunte. Vel concilium dictum a communi intentione, eo quod in vnum dirigat omnem mentis intuitum. Supercilia enim oculorum ſunt vnde qui ſibimet diſſentiunt, omnino non agunt concilium, quia non conſentiunt in vnum. Cætus verò conuentus eſt vel congregatio a coeundo, ideſt conueniendo in vnum dicta, & ſicut conuentus eſt cætus, ſic & concilium a ſocietate multorum in vnum appellatur. Hęc Iſido. diſtin. 15. c. 1. Non tamen omnis cætus ſeu congregatio hominum dicitur concilium vel ſynodus, ſed congregatio prælatorum eccleſiaſticorum ſub aliquo vno capite ad tractandum de ſalute animarum & debita conuerſatione fideliũ, & quãuis ſynonima ſint cóciliũ & ſynodus, cõſueuit tñ cõgregatio facta generalis ſub papa vel legato dici concilium, & ea quæ fit ab inferioribus vt metropolitano vel dioeceſano cum clero ſuo dici ſynodus. Cõciliorum autem ſeu ſynodorum triplex eſt differentia, vt notat glo. diſtinct. 16. In ſumma. Quoddam enim eſt generale, vt illud qđ fit præſente papa vel eius legato ad hoc ſpecialiter deputato a papa conuenientibus epiſcopis, & aliis prælatis plurimis prout ipſę ordinauit, & iſtud non poteſt celebrari niſi auctoritate papę, vt patet diſt. 17. per totum. alias nullum eſſet & non concilium, ſed conciliabulum, & ſynagoga Sathanę diceretur & eſſet. Vnde Pelagius papa. Multis denuo apoſtolicis, & canonicis eccleſiaſticis inſtruimur regulis non debere abſq, ſententia Romani Pontificis concilia celebrari ſcilicet generalia, qua propter non concilium ſed veſtrum cõuẽticulum vel conciliabulum cauſatur, & quicquid in eo actum eſt irritũ habetur, & vacuum. diſt. 17. Hęc ſcribit epiſcopis Conſtantinopolitanis. Hinc & rex Theodoricus cum vocaſſet plurimos epiſcopos de diuerſis prouinciis ad concilium celebrandum in vrbe, propter crimina quæ impingebantur ab aduerſariis contra Symachum aduenientes ob reuerentiam regis dixerunt hoc fieri non poſſe ſcilicet, celebrare concilium, ſed ſpectare ad Symachum papã qui impetebatur. Et perſuadentibus ipſis Symacho papę ut ipſę conuocaret ſeu auctoriate eius congregarentur in concilio aſſenſit eis & eum immunem, & liberum ab illis vitiis prolatis contra eum declarauerunt di. 17. Hinc etiam. Et ea quę ſtatuuntur in huiuſmodi conciliis generalibus omnes fideles aſtringunt.

Concilium triplex.

¶ Concilium prouiciale eſt quod celebratur a metropolitano cum ſuis ſuffraganeis vel a primate vel a patriarcha, qui eſt ſuper metropolitanum, poteſt tamen metropolitanus celebrare concilium cum ſuis ſuffraganeis ſine auctoritate primatis, vt diſti. 92. Siquis epiſcopus, & in tali concilio poſſunt fieri conſtitutiones ſeu ordinationes cũ ſententiis fulminatoriis quæ aſtringunt omnes illius prouinciæ ſe metropolis, clericos & laicos non exemptos. Nam exempti non tenentur ad illa, nec poſſunt cogi ad veniendũ ad talia concilia, ſed omnes alii epiſcopi, & abbates illius prouinciæ non exempti debẽt accedere, ibi etiam poſſunt terminari litigia quæ haberent clerici contra ſuos epiſcopos. §. 1.

¶ Cõciliũ ẽpale qđ magis cõſueuit dici ſynodus ẽ cõgregatio q̃ facit epſ clericorũ de dię ceſi ſua, qđ facere põt irreq̃ſito ſuo metropolitano

litano, ad quod debent accedere omnes recto
res eccleſiarũ illius diœceſis, & alii clerici tam
de ciuitate quam de comitatu, & etiam religioſi & abbates non exempti, in quo fieri poſ
ſunt conſtitutiones quæ dicuntur ſynodales
ab epiſcopis, cum cõſenſu tamen capituli ſui
ſcilicet canonicorum eccleſiæ cathedralis, &
ſententias fulminare quæ aſtringunt omnes
illius diœceſis & non alios, de huiuſmodi cõ
cilio epiſcopali ſeu ſynodo ſeu prouinciali.
in §. ſequen.

§.3. ¶ Adde & quartam differentiam cõciliorum
ſecundum Anto. de Butr. & Ioan. de Imola,
ſuper ca. Graue. de præben. videlicet conciliũ
religioſorum, de quo habetur de ſta. mona. c.
In ſingulis, & c. ea. quæ. Sed iſta magis con
ſueuerunt dici capitula generalia vel prouin
cialia, de quibus agitur in conſtitutionibus
eorum, & in dicto c. In ſingulis, dicitur de
triennio in triennium, ſed diuerſæ regiones
in hoc diuerſo modo ſe habent.

§.4. ¶ De concilio particulari prouinciali vel epi
ſcopali agitur diſtin. 18. per to. vbi dicitur ad
quid celebrentur, & quo tempore & qui de
bent venire, & quòd nihil epiſcopi dicunt exi
gere. Ad quid celebrentur declaratur di. 18.
c. 2. Dicit Leo Pa. de conciliis epiſcopalibus
non aliud dicimus q̃ ſancti patres ſalubriter
ordinauerunt, in quibus de omnibus quære
lis quæ in diuerſos eccleſiæ ordines naſci aſſo
lent iudicetur, & diſt. ea. dicit concilium Lao
dicenſe. Non oportet vocatos ad concilium
cõtemnere, ſed adire debere, & aut docere aut
doceri quæ ſunt ad eccleſiæ cæterorumq; cor
rectionem vtilia, poſſunt ergo facere ſtatuta,
& metropolitani in ſuis conciliis prouinciali
bus, & epiſcopi in ſuis diœceſibus, nec ob
uiat quod dicit Gratianus in principio di. ſci
licet quòd ſunt inualida ad diffiniendum &
conſtituendum, non autem ad corrigendũ,
quia vt dicit glo. hoc intelligitur de maiori
bus negociis, ſcilicet ſpectantibus ad fidem,
quia hoc ſpectat ad papam, vt ſint obligato-
ria vniuerſaliter, quia hoc ſpectat ad concilia
generalia. ¶ Quantum ad tempus faciendum
quòd antiquitus celebrabantur talia concilia
bis in anno, vt patet per ca. 1. diſtin. ea. prima
vice ante quadrageſimam, ſecunda in autum
no, vt patet cap. 2. diſtin. ea. ſed hodie nec ſe
mel in anno, nec in ſpacio multorum annorũ
fiunt ex maxima negligentia prælatorũ quæ
in c. Quoniam quidem diſt. 18. reprehendi
tur, & huiuſmodi neglectu ſequuntur multa
mala in clero debent autem omnes ſuffraga
nei epiſcopi venire ad concilium prouincia-
le niſi impediti ſint. Vnde dicitur di. ea. Pla
cuit, vt quotieſcunque concilium congregan
dum eſt epiſcopi qui nec ætate, nec ægritudi
ne, nec alia grauiori neceſſitate impediuntur
competenter occurrant, quòd ſi non poterũt
occurrere, excuſationes ſuas litteratorie ſub
ſcribant, & rationem impedimenti, vbi dicit
glo. ſuper verbo ægritudine, ſcilicet graui, ut
diſt. ea. ſi quis epiſcoporum. Non enim leuis
febricula, vel quartana vetus. Glo. ſuper ver
bo litteratorie, vel etiam certum nunciũ, cui
poſſit credi. diſtin. 97. nobiliſſimus. Glo. ſuper
verbo, rationem. Nota quòd non ſufficit di
cere ſe non poſſe venire, niſi rationem impedi
menti aſſigner, ſic extra de offic. deleg. cap. pru
dentiam, & illam cauſam probabit, vt 4. quæ
ſtio. 5. Quiſquis, & per vnum teſtem ſufficit
probare cum iuramento ſuo. Debent autem
accedere non ſolum epiſcopi, ſed etiam abba
tes non exempti, poſſunt & alii clerici veni
re, qui habent cauſas diſcutiendas, vt diſt. ea.
decernimus. Qui autem non veniret ad con
cilium vel venientes receſſerunt ante diſſolu
tionem concilii puniuntur, vt patet c. Si quis,
& c. ſeq. diſt. ea. ¶ Non debent autem metro
politani alquid exigere ab epiſcopis, & aliis
venientibus ad concilium, vel cõuicti de hoc
debent reſtituere in quadruplum, ut dicitur
diſt. ea. Quoniam quidem, in fi. Et Leo Papa
dicit. De eulogiis, ideſt muneribus ad ſacra
cõcilia deferendis, nihil inuenimus ad maio
ribus determinatum, ſed ſicut vnicuique præ
sbytero placuerit, ſcilicet deferat. diſt. ea. vbi
dicitur in fi. c. quòd huiuſmodi p benedictio
nes, nec ſunt vt arbitror requirendæ, nec vl
tro delatæ reſpuendæ, & in c. decernimus, di
citur ea. diſt. quòd quilibet epiſcopus reuer
ſus de concilio prouinciali, infra ſpacium ſex
menſium debet conuocare omnes abbates &
clericos, & totam plebem & declarare eis ſeu
inſinuare, quæ ordinata ſunt in ipſo cõcilio,
alias puniuntur hoc omittentes, & quia iſta
non ſeruantur, ideò male. Verum per hoc nõ
tollitur quin epiſcopus non poſſit celebrare
concilium in ſua diœceſi, nec obſtat quòd di
citur in c. per eccleſiaſticas. diſt. 14. quia illud
intelligitur de conciliis prouincialibus, quæ
non facere debent epiſcopi, ſed archiepiſco-
pi. Si autem archiepiſcopi non celebrent con
cilium prouinciale, vt deberent, tamen de
bent epiſcopi celebrare ſua concilia ſeu ſyno
dum, & cuncta quæ obſeruanda dicuntur in
cõciliis prouincialibus ſeruari debent in epi
ſcopalibus, ſed in eis conueniunt epiſcopus
cum omnibus rectoribus eccleſiarum abbati
bus

bus non exemptis clericis, & admonere debet de agendis pro salute animarum, & declarare seu insinuare suas constitutiones.
A simili sunt adinuenta in religionibus capitula generalia & prouincialia in quibus fiunt ordinationes seruandæ quæ dicũtur acta quæ obligant ad seruandum vsque ad sequens capitulum postquam fuerint promulgatæ, de quibus quilibet prior debet suo conuentui intimare.

§.5. ¶De conciliis generalibus quando initium habuerunt. Refert Gratianus dist. 15. in prin. Isido. in libro etymo. 6. asserere, quòd a tempore Constantini Imperatoris. Vnde & Siluestri Pap. Nam in præcedentibus temporibus persecutionem infidelium contra Christianos; feruente docendarum plebium non dabatur facultas, & quia non erat episcopis licentia concessa conueniendi in vnum, ideo ecclesia in diuersas hæreses scissa est, quæ per concilia postmodum confutatę & damnatę sunt. Non obstat ca. placuit. 13. q 2. in quo ostendi tur per Melchiadem papam celebratum concilium qui tamen præcessit Siluestrum. Nam vt dicit glo. & Archid. quod quamuis concilium fecerit Melchiades, non tamen ita generale, sicut postea facta fuerunt: sed cum paucis. Similiter qui- dist. 16. in princ. fit mentio de canonibus apostolorum recipiendis, scilicet autenticis non apochriphis. Et hoc uidetur quòd apostoli aliquando etiam conuenerunt, & sic concilium fecerunt. Erant enim omnes episcopi ad componendos illos canones. Quinimo primum concilium ecclesiæ celebratum fuit Hierosolymis sub Petro apostolo primo pontifice summo præsente etiã ibi Iacobo Hierosolymorum patriarcha seu archiepiscopo, quando scilicet disceptantib. ad inuicem Paulo & Barnaba cum conuersis a iudaismo qui erant Antiochiæ circa obseruationem legalium. Vtrum scilicet fideles conuersi ex gentilitate deberent seruare legalia, quæstio hæc delata est ad apostolos qui erant Hierosolymis, & merito quia de fidei negotio agebatur, & conuenientes discipuli videre de verbo hoc. Petrus, vt caput concilii & pontifex summus declarauit illos ad hoc non esse inducendos. Exinde Iacobus apostolus quasi in persona omnium aliorum congregatorum locutus est assentiens ei, quod Petrus declarauerat & determinauerat, vt sanctũ & iustum, sicut & nunc in conciliis generalibus obseruatur, vbi proponitur aliquid instituendum. Etsi iustum videtur respondẽt omnes episcopi & prælati placet, vt patet. 1. q. 7. c. Conuenientibus, vbi ad propositum in constitutionem fiendam, sancta synodus respondit. Placet omnibus nobis, & sic determinatione facta in dicto concilio scripserunt ecclesiæ Antiochiæ, visum est nobis & spiritui sancto Act. 15. ¶Ex conciliis igitur generalibus quatuor dicuntur cæteris solemniora & antiquiora, scilicet Nicenum, Cõstantinopolitanũ, Ephesinum, & Calcedonense. Hæc totam principaliter complectuntur fidem, quasi quatuor euãgelia, vel totidem paradisi flumina, de quibus ait Gregor. Sicut sancti euangelii quatuor libro: sic quatuor concilia susc ipere & celebrari, alias venerari me fateor, quia in his velut in quadrato lapide fidei structura consurgit, & cuiuslibet vitæ atque actionis norma existit, scilicet in constitutionibus eorum. dist. 15. sicut Horum conciliorum primum. 318. episcoporum sub Cõstantino Imperatore per actum, in quo Arrianæ perfidiæ blasphemia condemnata est quam de inæqualitate sanctissimæ trinitatis, idem Arrius asserebat, scilicet patrem esse maiorem, filium minorem, & ibi etiam editum est symbolum fidei quod cantatur seu legitur in missa, in quo declaratum est filium esse consubstantialem patri. Celebratum autem fuit hoc concilium. Anno domini. 314. Secunda synodus seu concilium generale fuit Constantinopoli sub Theodosio seniore a centum quinquaginta patribus in qua condemnata est hæresis Macedonii dicentis spiritum sanctum minorem filio & patre, sed ibi declaratum est spiritum sanctum consubstantialem esse patri & filio. Tertia synodus Ephesina prima. 200. patrum sub Theodosio iuniore Augusto, in quo anathematizatus fuit Nestorius asserens in Christo duas distinctas personas, humanam, scilicet & diuinam in vna persona domini nostri Iesu Christi. ¶Quarta synodus Calcedonensis sexcentum triginta sacerdotum, ideſt episcoporum sub Martiano principe. Euticen Abbatem Constantinopolitanum uerbi Dei, & carnis vnam naturam pronunciantem, & Dyoscorum eius defensorem cum aliis hæreticis condemnauit, prædicans ipsa synodus Christum Deum sic natum de virgine, vt in eum subiecta diuinæ & humanæ confiteamur naturæ. Hę synodi principales quatuor fidei naturam pleniſſimè prędicantes. Sed & si qua sunt similia concilia quæ sancti patres spiritu sancto pleni sanxerunt omni manent stabilita vigore. Hæc dist in. 15. cap. 1. dicitur autem in distinct. 16. Sancta octo vniuersalia concilia, vbi dicit glo. quòd ista concilia de quibus est

sermo

sermo, aliquando dicuntur quatuor vt patet supra ex eo q̃ in quatuor locis diuersis celebrata sunt. Aliquãdo dicuntur octo, vt in dicto c. Santa octo, ex eo q̃ octies fuerunt celebrata & in diuersis, tpibus, sed in vno & eodẽ loco vel ciuitate fuerunt pluries celebrata in diuerso tpe, vt patet in dicto c. sancta octo dist. 16. Beda ẽt in lib. de tpibus, post prędicta concilia, numerat & alia 24. cõcilia celebrata sub diuersis tpibus & in diuersis locis & in singulis statuti sunt diuersi canones, vt patet dist. 15. c. 6. quæ habentur dispersi in diuersis partibus corporis iuris, & aliqui etiam abierunt in dissuetudinẽ. De aliis cõciliis celebratis vsque ad annũ dñi millesimũ nõ ita patet. Circa annũ verò dñi millesimũ Victor genere Alemanus Florentiæ conciliũ celebrauit, & multos epos pp symoniã & fornicationem deposuit. Nõ post multũ tẽporis postea Greg. 7. concilium celebrauit, & Henricum Imperatorem tertium excommunicauit, qa se contra ecclesiã erexit & schisma procurauit, aliũ papã faciens. Post hunc Vrbanus secundus conciliũ celebrauit apud Clarũ montem & ibi ordinatũ fuit vt dicerentur horæ officii virginis Marię ordinarie sicut dicitur officiũ dñi nostri. Exinde sub Nico. papa 2. hic fuit primus epus Florentinus Senis electus congregatum est concilium cum 114. episcopis Romæ, in quo Berengarius Turonẽsis abiurauit hæresim suam coram Nico. circa eucharistiam, in qua dicebat ibi tantum, esse Christum, vt in signo, de hoc de consec. dist. 2. Ego Berengarius, & hoc ante Innocen. 2. fuit, anno domini M CXXXXIIII. synodus sub Innoc. 2. celebratur Remis & Petrus Leonis qui per contentionẽ & ipsæ ordinatus est seu factus papa demum repulsus est. Ad qđ schisma tollendum multũ laborauit beatus Ber. & ita profecit quod extinctum est in illo eiecto Petro, qui Anacletum fecerat se nominari. Aliud concilium in vrbe Romana celebrauit, anno dñi M.CLXX. floruit magister Pet. Lombardus episcopus Parisien. ideſt Magister sententiarum & Petrus Comestor, qui fecit hysto. scholasticam, anno domini M.CLXII. Gratianus monachus aliàs episcopus de Classa ciuitate Tusciæ. Dicit Martinus in sua chronica, quod compilauit decretum, vt notat Hugo. 2. q. 6. §. Forma, dicit enim quod floruit Alexandro in theologia regẽte, anno domini M. CLXIIII. mortuo Adriano electus canonicè, Alexander. 3. Senæ, & tenuit cathedram annis 22. mensius 11. diebus 15. & alter per schisma- creatus qui dicebatur Octauianus 5. immo etiam tres alii, sed omnibus repulsis remansit demum Alexander papa, qui duo concilia vniuersalia celebrauit vnum Turonis in Francia anno domini M.CLXIII. aliud Romę dictum Lateranense, schisma tunc fuit quod durauit 16. annis, & dissensio magna inter Alexandrum & Fædericum scilicet imperatorem, quod tamen ablatum est & facta pax inter eos. Quattuor ergo antipapæ scilicet Victor, Pascalis, Calixtus & Innocentius de fecerunt, & remansit solus Alexander. Tempore huius martyrizatus est sãctus Thom. Cantuarien sis archiepiscopus. Et canonizatus anno Domini M. CC. Innoc. 3. sub quo cœperunt ordines mendicantium. Et anno domini M.CCXV. concilium Lateranense celebrauit, in quo conuenerunt M. CCXV. prælati scilicet patriarchæ, archiepi, epi, & aliis plati & multæ salutiferæ decretales ibi ædite sunt, anno domini M.CCXXX.III Greg. 9. beatum Dominicum canonizauit a confirmatione ordinis 18. & a morte ipsius beati dominici anno 13. ac etiã beatum Fräciscum. Hic Greg. conuocauit conciliũ Romæ, sed Imperator impediuit & cœpit duos cardinales & multos prælatos eos occidendo, anno domini M.CXL. vel circa, Inno. 4. Ianuensis celebrauit conciliũ in Lugduno, & Imperatorem Fædericum excommunicauit post quem fuit Alex. 4. anno domini M.CCLXXIIII. creatus est papa Greg. 10. natione Lomgobardus, hic Lugduni concilium celebrauit vbi fuerunt quingenti episcopi 60. abbates & alii prælati circa millæ, in quo Gtecorum & Thartarorum nuncii interfuerunt, & Græci ad vnitatẽ redire ecclesię promisertũt in cuius signum cõfessi sunt spiritum sanctũ a patre & filio procedere. ¶ Post hunc Honorius. 4. & est vltimus in Martiniana, anno domini M.CCLXXXVII. post hos fuit Cęlestinus quem sequitur Bonifac. 8. & eum Benedictus 11. demum Clemens 5. sub quo concilium Viennense. Ioan. 22. Vrba. Grego. 11. post quem schisma inter duos scilicet Vrbanum, sub quo Italia, Vngratia, & Alemania fuerunt & Clementem sub quo Francia, Hispania & Aragonia fuerunt. Vrbano successit Bonifacius 8. Bonifacio Inno. Inno. Greg. 12. Ex alia parte Clementi successit Benedic. 13. Et sub his duobus scilicet Greg. 12. & Benedic. 13. factum est tertium schisma concilio celebrato Pisis vbi factus 3. papa dictus Alexander ordinis minorum, cui successit Ioan. vigesimus tertius. Et cõcilio generali

nerali congregato Conſtantiæ Greg. 12. ſpõte renuntiauit. Io. 23. deponitur, eſt & Bene dictus 13. depoſitus propter contumaciam nolens comparere, & cum magna concordia cardinalium ipſorum trium qui ſe pro ſummis pontificibus gerebant, & etiam adiunctis vocibus quibuſdam nationum canonicè eſt electus Martinus 5. de domo Columnenſium, anno domini M. CCCC. XVII. cui ſucceſſit Eugenius 4. natione Venetus ſub quo celebratum eſt concilium generale Ferrarię, ſed propter peſtem poſtea translatum Florentię, in quo concilio generali reducti ſunt Greci ad fidem & confeſſionem veram de proceſſione ſpiritus ſancti & Armeni etiã reducti ſunt, ad quod concilium venerunt patriarcha Grecorum Conſtantinopolitanus & Imperator Grẽcorum. Et in ipſo etiam cõcilio generali de Baſilea in Ferrariam, & de Ferraria in Florentiam translato ab Eugenio propter reductionem Gtẽcorum, illi congregati Baſileæ facientes ſchiſma, temerariè depoſuerunt Eugenium, & ducem Sabaudie dictum Amadeum creauerunt vocantes Fælicẽ, ſed anno domini M. CCCC. XLIX. de menſe Aprilis renunciauit papatui dictus Fælix, & hoc mortuo Euge. & Nic. 5. ſuccedente ei in papatu.

§. 6. ¶ Quod concilia generalia non poſſunt præfigere legem papæ, notat abbas de Sicilia ſuper c. ſignificaſti, de elec. quod concilia generalia non poſſunt ſtatuendo præfigere legem papæ, immo in omnibus ſtatutis concilii intelligitur tacitè excepta auctoritas papæ, & textus huius decretalis. Significaſti, frequenter allegatur præcipue in materia vbi diſputatur de poteſtate concilii & papæ. Et vide de hoc bonum textum 9. q. 3. vbi dicitur. Nemo iudicabit vel iudicare poteſt primam ſedem ſcilicet papam, nec Auguſtus nec populus nec clerus, & c. aliorum, & multa alia ea. ibi poſita ad idem faciunt. Et per iſtum textum arguit Io. Andr. quod ſententiæ papæ eſt ſtandum, quando contradicit ſententiæ totius concilii. Et remittit ad notata in c. in iſtis diſt. 4. & c. Sicut diſt. 14. Infert etiam Io. And. quod per iſtum textum, ſolum papa poteſt interprætari ſtatuta concilii, nec mirum cum ſecundum eum poſſit & tollere & limitare, vt c. ſtatutum, de reſcrip. lib. 6. Vide bonam glo. in c. Vbi periculum, de elec. lib. 6. quæ dicit q̃ licet nõ ſit licitum q̃ papa reuocat ſtatuta concilii ſine ipſius cõcilii cõſilio, põt tamẽ ſi vult, pro quo facit tex. hic & ibi, ſed textus iſtę & oĩa prædicta debent limitari & reſtringi ad ea quæ pẽdent a plena diſpoſitione papæ. ¶ Nam in his quæ ſunt iuris poſitiui indubitanter eſt papa ſupra cõcilium quia ipſæ eſt caput eccleſię. Vnde licet poteſtas ſit data papæ & toti eccleſiæ, papæ tamen tributa eſt tanq̃ capiti, vnde debet corpus moueri a diſpoſitione capitis, vide bonum tex. ad prędicta in c. Ita dominus diſt. 19. & in nouo teſtamento, & in c. quamuis diſt. 21. & 24. q. 1. Loquitur &c. pudẽda. Sed in his quæ non dependent a plena poteſtate papę, non eſt ſimpliciter dicendum qđ papa ſit ſupra ſtatuta concilii, ideò in concernentibus fidẽ, concilium eſt ſupra papã. Vnde papa non põt diſponere cõtra diſpoſita p̃ conciliũ in hmõi, vide bonũ tex. cũ glo. diſt. 19. c. Anaſtaſius. Hinc eſt quod concilium poteſt condemnare papã de hæreſi, vt di. 40. Si papa. Poteſt. n eſſe hæreticus papa, & de hæreſi iudicari. Et dicunt doctores in c. in fidei fauorem, de hære. lib. 6. quod concilium eſt iudex puta tantum, q̃ ſi papa moueretur melioribus rationibus & auctoritatibus q̃ concilium ſtandũ tunc eſſet ſentiæ papæ. Nam & concilium põt errare, ſicut alias errauit in facto matrimonii inter raptorem & raptam declarans non poſſe eſſe matrimoniũ. Et dictum Hiero. melius ſentientis fuit poſtea prælatum ſtatuto cõcilii 36. q. 2. c. Tria iuncto c. Placuit, facit qđ notatur & legitur diſt. 20. c. 1. Nam in concernentibus fidẽ dictũ etiam vnius priuati eſſet præferendũ ſententiæ papę ſi melioribus rõnibus & auctoritatibus noui & ueteris teſti moueret quã papa. Nec obſtat ſi dicatur qđ conciliũ non poteſt errare, quia Chriſtus orauit pro eccleſia ſua ne deficeret, vt notat in c. maiores, extra de baptiſ. & 24. q. 1. A recta, & c. pudenda. Nã licet concilium generale totam eccleſiã vniuerſalẽ cõcernat, tñ ibi verè nõ eſt uniuerſalis eccleſia, ſed repreſentatiue, q̃a vniuerſalis eccleſia cõſtituit ex collectione oĩum fideliũ. Vnde oẽs fideles terrę cõſtituunt totã vniuerſalẽ eccleſiã, ſaltem cuius caput & ſponſus eſt ipſæ Chriſtus Papa aũt eſt uicarius ipſius Chriſti, & nõ eſt verũ caput eccleſiæ vt notat glo. ne Romani, de elec. in cle. quæ ẽt dicit q̃ mortuo papa eccleſia nõ eſt ſine capite, q̃a nõ eſt ſine Chriſto, qui eſt caput eius, & iſta eccleſia eſt quæ non poteſt errare, & de conſe. diſt. 1. eccleſia. Vnde poſſibile eſt quod tota fides remaneret in vno ſolo ita quod verum eſt dicere, quia fides non deficit in eccleſia ſicut ius vniuerſitatis poteſt reſidere in vno ſolo aliis peccantibus, & hoc patuit poſt paſſionem Chriſti

Christi vbi remansit in sola virgine, quia omnes alii scandalizati sunt, & tamen Christus orauerat pro Petro ante passionem, vt non deficeret fides sua, ergo non dicitur ecclesia deficere nec errare si remaneat fides in vno solo. ¶Item dico, quòd in concernentibus vniuersalem statum ecclesiæ non potest papa disponere contra statutum generalis concilii, si statuendo decoloraretur status ipsius ecclesiæ, vt dicit tex. 1. q. 7. Et si illa, & in hoc casu intelligo multas glos. quæ videntur velle quòd papa non potest disponere contra vniuersalem statum ecclesiæ, vt notatur in c. Literas, de resti. spol. Et vide quod notat Innoc. in c. quanto, de consue. vbi dicit quòd non est papa permittendus venire contra statum vniuersalem ecclesiæ si inde infirmaretur ecclesia, secus si ex causa rationabili papa vult venire limitando statum ecclesiæ seu tollendo statutum concilii super statu ecclesiæ, sic intelligo quæ notat glo. in ea. Quæ ad perpetuam. 25. quæstio. 1. Hæc ille Pet. de Anch. videtur dicere quòd papa potest tollere singula statuta ecclesiæ, scilicet mere iuris positiui, quia istud vel illud, sed non omnia simul, quia hoc est destruere statum vniuersalem ecclesiæ. Idem abbas de Sicilia inducit glosam super. c. si papa distin. 40. vbi dicitur quòd papa potest etiam iudicari pro quolibet mortali notorio, in quo esset incorrigibilis & scandalizaret ecclesiam, quia talis contumacia reputatur hæresis, & multum opi. illius glo. approbat, sed vt supra in titulo de summis pontificibus dictum est per Petrum de Palude ille glo. non est uera, quia illa pertinacia propriè dicitur hæresis. Sed cum dicitur in dicto c. si papa, ipsum de hæresi posse iudicari, intelligitur propriè & strictè hæresis, prout importat errorem circa fidem, nó pro pertinaci permanentia in aliquo crimine etiam notorio. Verum est quòd in concilio Constantien. celebrato circa annos domini. M. CCCCXVII. in quodam decreto, quod incipit. Frequens, fuit statutum quòd non solum in causa hæresis, sed etiam in causa schismaticis concilium posset de papa iudicare & rectè, quia satis appropinquat hæresi, differens ab eo, sicut dispositio ad habitum, non tamen videtur intelligendum de omni schismate, sed de eo quod ortum esset in electione ipsius summi pontificis, ut cum dubitaretur probabiliter, vtrum canonicè esset facta, an per violentiam & huiusmodi, sicut accidit de schismate, q̃ tunc in dicto concilio Constantien. fuit amotum, q̃ durauerat per annos 40. vel circa, & ortum habuit post mortem Gregor. 9. In creatione successoris immediatè qui dictus est Vrbanus. 6. ex eo quòd dicebatur illa electio facta per metum, qui cadere poterat in constantē virum, vnde & a Cardinalibus recedentibus post menses aliquos ab eis creatus fuit alter in ciuitate Fundorum in confinibus regni Sciliæ qui dictus est Clemens 6. sed non de schismate quod oriretur habito seu præsidente vno indubitato summo pontifice, ex hoc quòd aliqui recederent ab obediētia eius statuentes sibi aliud caput, sicut factum est in cō cilio Basilien. Effecto conciliabulo temerarie deponentibus Eugenium. 4. vnicum, & indubitatum vicarium Iesu Christi, & erigentibus Nephariæ idolum quem appellauerunt Fœlicem prius Sabaudie ducem dictum Amadeum.

§. 7. ¶Quando concilium dicitur legitimè celebratum? Circa quod notandum, quòd tunc fit legitimè generale concilium quando fit de mandato papæ ipso interueniente, vel alio de eius speciali mandato, iuxta id quod legitur & notatur distin. 3. §. porro. distinct. 17. cap. 1. & 2. Idem Tho. vt supra patuit in ti. præcedenti. ¶Sciendum etiam quòd priscis temporibus in congregatione conciliorum semper interfuerunt imperatores, vt patet in cap. Canones distin. 15. & dist. 17. §. hinc etiam, dicitur, de Theodorico rege conuocante concilium & multa concilia fuisse per imperatores conuocata, vt patet in discursu historiæ tripartitæ in libro conciliorum. Ideo autem antiquitus Imperatores communiter concilia congregabant, quia tunc ecclesia malè poterat vti potestate sua propter aduersitates & diuersitates quas patiebatur ad hæreticis quib. aliquando fauebant & adhærebant magni principes & reges, vnde statim cum potuit hoc correxit, & non per principes, sed per se concilia conuocauit, & aliquādo per Imperatores præcipiente ecclesia celebrata sunt concilia, aliquando ipsa rogante, & postea auctorizante, aliquando ipsa auctorizante, aliquando ipsa ratificante, vt dist. 17. per to. & maxime in §. hinc etiam, & aliquando consultu Imperatoris & sui præsentia. Dicunt autem aliqui quod papa negligente & nolente conuocare cōcilium ad locum idoneum pro aliqua causa ardua imminente. Potestates congregandi concilium spectat primo ad omnes Cardinales qui post Papam sunt maiores clerici omnibus aliis quibuscunq; ar. eius quod legitur de ma. & obe. c. 1. per Innocen. & quia censentur vnum corpus cum eo quasi sede vacante

Cōciliū cōgregare quis pot.

came, videtur ad eos spectare talis potestas. Secundo spectat ad patriarchas præcipue ad Constantinopolitanum, cuius sedes est prima post Romanam, vt patet distin. 22. de Constãtinopolitano, & aliis. c. Quod tamen intelligẽdum cum catholicus est patriarcha. Tertio ad Imperatorem. Quarto ad reges. Quinto ad alios principes, nam potestas vnius deoluitur gradatim ad alium propter negligentiam ar. de elect. c. Cum in cunctis, & de concess. præbend. cap. 2. Vel dicamus quòd duæ partes concilii in aliquo loco idoneo congregatæ poterunt & alios conuocare, iuxta nota ta per Innocen. in cap. 2. de no. ope. nuncia. si autem duæ partes non sunt congregatæ, tunc videtur habere locum ordo supra positus.

Vbi autem papa esset hæreticus vel de hæresi suspectus, tunc ad eum non spectare videtur potestas congregandi concilium. Arg. di. 40. Si papa. ¶Sed quæritur qui sint vocandi seu qui tenere debeant ad concilium generale?

Ad cõcilii uocandi.

Ad quod dicendum videtur, quòd solum episcopi & superiores sunt de necessitate vocandi, vt nota Inno. & Io. And. in cap. Graue. de præben. & facit ad hoc dist. 18. episcopus non debet, & c. Propter, cum sequenti. Est tamen in potestate papæ conuocare etiam abbates si vult. argumen. 63. distinct. c. Adrianus, vbi fit mentio de abbatibus. Et de Greg. 10. legitur quòd ad concilium generale quod congregari fecit Lugduni vocauerat beatum Thom. de Aquino. & hoc suæ eminentis scientiæ ratione qui tamen, nec episcopus, nec abbas, nec alius prælatus erat. Imperatorem vel alios princeps non tenetur cõuocare per §. hinc ẽt. dist. 17. potest tamen si vult vocare si ei videtur expediens ad scandala vitanda, vt distin. 63. §. verum. Et si quæratur, an papa teneatur omnes episcopos & superiores conuocare totius orbis, loquendo de catholicis? Respõdeo quòd hoc videtur ex eo quod habetur. di. 16. c. 1. vbi dicitur, q̃ sancti patres in concilio Niceno, q̃ fuit primum & solemnius de omni orbe terrarum conuenerunt, & quia in concilio prouinciali omnes episcopi prouinciæ sunt vocandi sub archiepiscopo suo, vt distin. 18. per totum, ergo a simili in concilio vniuersali omnes episcopi orbis, cum papa dicatur archiepiscopus orbis. distinctio. 25. in fi. & prouincia eius fit vniuersitas orbis, quod quidem satis iustum, ibi agitur de maximo præiudicio, & de rebus arduis, facit quod legitur distinctio. 19. Anastasius & distin. 21. nunc autem satis, tamen videtur posse dici quod vbi non agitur de fidei dubiis, vel de facto papæ possint numerus relinqui arbitrio, quot scilicet, & qui sunt vocandi, nam concilium generale videtur id quod papæ mandato congregatur ipso interessente vel alio eius nomine, & de eius speciali mandato, iuxta illud quod notatur dist. 3. §. Porro, & distin. 17. cap. 1. & 2. & in summa, nec curandum videtur de numero diminuto prælatorum ibi existentium propter verbum Christi dicentis. Matth. 18. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. 1. quæstio. 1. Cum scriptura, & 24. q. 1. Alienus est. Cum tribus enim pueris, scilicet Anania & aliis simplicibus vnanimibus, & Dei mandata seruantibus dominus fuit, & eos irrorauit in medio ignis, vt patet di. 16. per totum. In multis cõcilii congregatis in valde differenti numero conuenerunt episcopi aliquando in maximo numero, aliquando enim fueret 600. aliquãdo. 300. aliquãdo. 200. aliquando. 100. aliquando. 40. aliquando. 30. aliquando. 20. aliquando. 15. episcopi, & in omnibus facti sunt canones, aliquando plures vel pauciores, & aliquando papa fuit præsens aliquando legati ex parte ipsius. In Nicenno interfuit sanctus Nicolaus. In quodam Carthaginensi interfuit sanctus August. & cum Aurelio Carthaginẽsi archiepiscopo ædiderunt canones, sed quando de fide agitur de hæresibus extirpandis uel schismatibus, quia causa est communis omnibus catholicis, & omnes tangit, ab omnibus episcopis catholicis tractari & terminari debet, & omnes episcopi debent ad concilium conuocari secundum regulam, quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari, de re. iu. lib. 6. & distinc. 56. cap. 1. & de his quæ fi. a ma. par. ca. c. fi. Residet auctoritas tamen concilii penes vocatos venientes, & saltem si intersunt duæ partes omnium episcoporum orbis, per id quod legitur de his quæ fi. a ma. parte ca. c. 1. per Io. An. vel forte sufficeret si maior pars eporum orbis interfuerit, vt notatur per compos. in c. quia propter. de elec. quæ aũt vocati nõ veniunt, legitimo impedimento cessante uriq; peccant, vt patet di. 18. & puniri debent. Qui aũt impediti sunt excusatorẽ mittere debent, vt patet ibidẽ. In sessione aũt in concilio quis alium inter prælatos eiusdem dignitatis, puta episcopos vel archiepiscopos, abbates & hmõi debet præcedere, nota Symachus papa, sic scribens. Episcopos secundum ordinationis suę tempus si ue ad cõsedendũ in concilio siue ad subscribẽdũ siue in qualibet alia re sua attendere loca decernimus & suorũ sibi prærogatiuam ordi-

num

num vendicare, distin. 17. §. illud de clericis. Et subdit Gratianus, quòd tempus ordinationis non ad ecclesia: sed ad personas refertur, sicut ex consuetudine sanctæ Romanę Ecclesiæ, vt episcoporum vniuscuiusq; prouinciæ euidenter apparet.

¶ *Quod non licet appellare a pontifice Romano ad successorem ipsius. Cap. 3*

QVoniam quidam hostes virtutis & vnitatis aduersarii dicere præsumpserunt, quod licet a Romano Pontifice ad successorē ipsius vel ad generale concilium appellare, ideò cum correctione sedis Apostolicæ intendo probare, ꝙ sentire ꝙ a Romano Pontifice possit ad quemcunque appellari est hæreticū manifeste, & hoc probo vnica ratione quæ est talis. Quicunque priuilegium Romanæ ecclesiæ a Christo traditum auferre conatur, est hereticus, sed dicens & tenens, quòd licet appellare a Pontifice Romano ad successorem eius aufert priuilegium Romanæ ecclesiæ a Christo traditum, ergo talis manifeste hæreticus est. Maior ponitur in decretis. dist. 21. c. Omnes, vbi dicitur sic. Non dubium est, quia ꝙsquis cuilibet ecclesiæ ius suum detrahit iniustitiam facit, qui autem Romanæ ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in hæresim labitur, & cum ille vocetur iniustus, hic est dicendus hæreticus, fidem quippe violat qui aduersus illam agit quæ est mater fidei, & ipsæ contumax inuenitur, qui eam cunctis ecclesiis prætuliſſe cognoscitur. Ad probationem minoris præmitto tria.

¶ Primum est quid vocatur priuilegium Romanæ ecclesiæ.

¶ Secūdum est quæ sunt priuilegia Romanę ecclesię a Christo eidem tradita.

¶ Tertium est a quo, & ad quem est generaliter appellandum.

§. 1. ¶ Primo videndum est quid sit priuilegium Romanæ ecclesiæ. Priuilegium Romanæ ecclesiæ est dignitas, vel prærogatiua concessa Romanę vel vniuersali ecclesię in pſona Beati Petri primi Romani pontificis, & vniuersalis vicarii Iesu Christi. Hæc probantur per illud quod habetur distin. 21. cap. Omnes, vbi dicitur sic. Ipsam Romanam ecclesiam solus ipsæ fundauit, & supra petram fidei mox nascentis erexit, qui Beato Petro ęternę uitę claues regni terreni simul, & cœlestis imperii iura commisit, non ergo quælibet terrena sententia, sed illud verbum quo cōstructum est cœlum & terra, per quod denique cōdita sunt oīa elementa Romanam fundauit ecclesiam, illius certe priuilegio funditur, illius auctoritate fulcitur. Ex his patet quòd priuilegium Romanæ ecclesię dicitur dignitas, quæ ei in persona collata est.

§. 2. ¶ Secundo videndum est quę sunt illa priuilegia quę habet Romana ecclesia, vel Romanus pontifex quod est idem, & quamuis explicando dignitates summi Romani pontificis possent enumerari multa, tamen ad propositum enumero quinque tantum. ¶ Primū est quòd Romanus pontifex est caput summum & vnicum vniuersalis ecclesiæ habens primatum & principatū super totā ecclesiā, & nullus est eo maior vel superior, & ipsa Romana ecclesia, & per hoc etiā dicitur caput & mater & princeps omnium ecclesiarū. Ista patent ꝑ multa. c. dist. 12. c. Non decet a capite membra discedere, sed iuxta scripturæ testimonia omnia membra caput suū sequūtur. Nulli vero dubium est, ꝙ apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, a cuius nos regulis nullatenus conuenit deuiare, & sicut filius venit facere volūtatem patris, sic & vos implete voluntatē matris vestrę quę est ecclesia, cuius caput (vt prædictum est) Romana existit ecclesia. Vbi notandum, ꝙ id quod prius dixerat ecclesia apostolica, postea dixit, vt prædictū est Romana, ex quo patet, ꝙ eadē est Romana & apostolica ecclesia di. 19. c. ita dominus. Priuilegia papę.

¶ Secundum priuilegium Romanę ecclesię, vel Romani Pontificis est, quod Romanus Pontifex est generalis princeps & prelatus habens super omnes plenitudinē potestatis, & ei subiecti sunt omnes qui pertinent ad ecclesiam militantem, eique in omnibus obedire tenentur, etiam si grauia videantur patet hoc 2. q. 6. ca. Quid se scit. Ipsa nanque ecclesia quæ sancta est, ita reliquis ecclesiis vices suas ordinauit vel credit largiendas, vt in partem sint vocatæ sollicitudinis non in plenitudinē potestatis. Vnde cum in palleo conferatur Pōtificalis officii plenitudo, prout dicitur extra de auctorit. & vsu pal. solus Romanus Pontifex in Missarum solemniis palleo semp vtitur & vbique, quoniam assumptus est in plenitudiuem ecclesiasticę potestatis quæ p palleum significatur. Alii autem eo, nec semper, nec vbique, sed in ecclesia sua in iurisdictionem catholicam acceperunt certis debent vti diebus, quoniam vocati sunt in partem sollicitudinis, & plenitudinē potestatis extra eo. Ad honorē, & ꝙ sit vniuersalis habēs ptātem

ſuper omnes, habetur. di. 93. c. Legimus. ¶ Tertium priuilegium eſt, q̃ Romanus pontifex poteſt condere ſtatuta perpetua firma & immobilia. Vnde conſequens eſt, vt ab hmõi ſedis rectorib. plena auctoritate factis, nullius conſuetudinis prępediente occaſione remoueatur, ſed firmè & inconcuſsè teneatur, & hanc firmitatem in ſuis ordinationib. innuit Chriſtus cum dicit. Tu es Petrus, &c. Matth. 16. Et quamuis Chriſtus dicatur fundamentum eccleſię, iuxta illud. 1. Corint. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere pręter id quod poſitum eſt, quod eſt dominus Ieſus, & Petrus etiam dicatur fundamentum, ſecũdum illud. Super hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Matth. 16. aliter tamen & aliter. Nam Chriſtus eſt fundamentum quaſi naturale ſeu vniuerſale, quod ſuſtentat omnia. Petrus autem eſt fundamẽtum quaſi primus lapis adhærens fundamento naturali quod eſt Chriſtus, Chriſtus eſt fundamentum eccleſię, quod ſuſtentat totum ędificium ſpirituale, Petrus verò & quilibet eius ſucceſſor ſeu apoſtolica ſedes fundamentum dicitur, vt prima pars ędificii, propterea vocatur petra, vt diſt. 19. Ita dominus. Hoc idem dicunt Chryſoſt. Hieron. Origę. & Thom. ſcilicet, quòd Petrus cum Chriſto, & poſt Chriſtum eſt fundamentum eccleſię & petra.

¶ Quartum priuilegium eſt quòd Romanus pontifex dat auctoritatem, & robur omnibus conciliis, & hæc patent ex pręmiſſis, quia ſi eſt vnicum caput, & princeps totius eccleſię, habens ſuper omnes plenitudinem poteſtatis, & ſolus potens facere ſtatuta firma, & perpetua tanquam eccleſię fundamentum, ſequitur, q̃ ſolus poteſt roborare ſtatuta conciliorum & firmare, hoc autem patet diſtin. 17. per totum, & 2. q. 5. Ideò huic ſanctę ſedi prędicta priuilegia ſpecialiter conceſſa ſunt tam de cõciliis, & iudiciis, & inſtitutionibus epiſcoporum congregandis quam de ſummis eccleſiarum negociis. Item. 3. qõ. 6. dicitur. Dudum a ſanctis Apoſtolis ſucceſſoribusque eorum in antiquis decretum eſt ſtatutis, quòd hactenus ſancta & vniuerſalis eccleſia Apoſtolica tenet non oportere pręter ſententiam Romani pontificis concilia celebrari. ¶ Quintũ priuilegium Romanę eccleſię, & Romani pontificis eſt. q̃ omnes iudicat, & a nullo poteſt iudicari, diſt. 40. ſi papa, vbi dicitur huius culpas redarguere pręſumit mortalium nullus, quia cunctos ipſe iudicaturus a nemine eſt iudicandus niſi deprehendatur a fide deuius, & 9. quęſt. 3. ca. Conqueſtus. §. Sola. n. Romana eccleſia ſua auctoritate valet iudicare de omnibus, de ea autem nulli iudicare permittit. ¶ Tertium principale. Videndum eſt a quo & ad quem liceat appellare. Vnde rñdeo breuiter, q̃ a minore ad maiorem, ab inferiori ad ſuperiorem appellari poteſt, & nõ econuerſo, & hoc nomen appellationis importat, quia appellatio eſt ꝓclamatio grauati ab iniquo iudice per iniquam ſententiam a qua petit releuari per eum ad quem appellat. Releuare autem non poteſt aliquis iniuriam ab aliquo factam niſi habeat iuriſdictionem ſuper illum qui fecit iniuriam, iuriſdictionem autem nõ habet qui ius dicere non poteſt. Vnde iuriſdictio dicitur quaſi iuris dictio, ſed poteſt dicere aliquis ius dupliciter. Vno modo per modum cognitionis, & ſic ius dicere põt quicunque iuriſperitus vel doctus ſciens docere in aliqua materia quid iuſtũ vel iniuſtũ, & ad talem põt haberi recurſus pro conſilio, ſed non pro reclamatione auxilium impendendo. Sed ſecundo modo põt iusdicere aliquis per modum ſniæ obligationis, & hoc propriè, & ſolũ pertinet ad iudicẽ iuriſdictionẽ habentẽ qui poteſt eum cõtra quem ius dicit, i. ſniam ferre ad tenendum quod iudicatum eſt ſententialiter coercere, & talis eſt ſuperior eo contra quem iudicatur, quia inferior aut æqualis ſuperiorem coercere non poteſt. Item cũ appellatio ſit ad releuandũ grauatum, oportet vt ſit apud illum qui poſſit, & grauatum tollere a grauamine & poſſet grauantem a deſiſtendo a grauamine cogere. Vnde neceſſariò ſequitur quòd appellatio a minore ad maiorem, ab inferiore ad ſuperiorem fieri debet, vt habetur 2. q. 6. Anteriorum. §. illud. ar. ad hæc. diſt. 25. Inferior, & 2. q. 6. placuit. 21. diſtinct. Nunc autem. Patet ergo q̃ appellandum eſt a minore ad maiorẽ, ab inferiori ad ſuperiorẽ a membris ad caput, a filiis ad matrem. Et ex his tribus præambulis probatur prædicta minor, ſcilicet q̃ quicunque ſentit q̃ a Romano pontifice ad quemcunque alium liceat appellare conatur quantum in ſe eſt auferre priuilegia Romanæ eccleſiæ, quod probatur ex omnibus præmiſſis. Primo ſic. Quicunque ſentit Romanũ pontificem non eſſe ſummũ ſupræmum, & vnicum caput totius eccleſiæ, auferre conatur priuilegium Romanæ eccleſiæ a Chriſto conceſſum, ſed quicunque a papa appellandum eſſe ſentit, ſentit papam non eſſe ſummum & vnicum caput eccleſiæ, ergo, &c. Maior patet ex primo præambulo. Minor ex tertio patet, ex quo ſequitur, q̃ quicũque hoc ſentit, ſentit contra articulum. Nico

§. 3.

Vt ſup. ti. 22. c. 3

ne synodi, vbi dicitur unam sanctam ecclesiam, quia ecclesia habet unitatem ex vnitate capitis. Vnde & Io. 10. dicit Christus. Fiet vnum ouile & vnus pastor, sed si licitum esset appellare a papa, & ille ad quem appellaretur esse caput, sic papa non esset caput, vel essent duo capita, quod esset monstruosum, & disrumpens ecclesiæ vnitatem. Et hinc est q̃ (fœlicis recordationis) Bonifacius octauus in extrauaganti quæ incipit unam sanctam probat per vnitatem ecclesiæ esse de necessitate salutis omnem humanam creaturã Romano pontifici esse subiectam. Secundo arguitur idem ex secundo priuilegio sic. Quicunque asserit q̃d Romanus põtifex non habeat plenitudinem potestatis super omnes, auferre conatur priuilegium ecclesiæ Romanæ a Christo traditum, quod patet per secũdum priuilegium supra positum, sed sentiẽs appellandũ esse a papa, sentit ipsum non habere potestatis plenitudinẽ super omnes, ergo, &c. Minor patet, quia ille ad quem appellatur habet ptãtẽ super illũ a quo appellatur quia potest eius iudiciũ mutare & sniam retractare, sed si quis haberet potestatem super papam papa careret illa potestate, eo quod in hoc eis esset subiectus & per consequẽs nõ haberet plenitudinem potestatis. Ex tertio priuilegio arguitur idem sic. Quicunque sentit Romanã ecclesiam non habere firmitatẽ immobilem & perpetuam auferre conatur priuilegia Romanæ ecclesiæ ei a Christo tradita, sed sentiens q̃d a Romano põtifice possit, appellari, sentit Romanã ecclesiam nõ habere perpetuam & immobilem firmitatẽ, ergo prædictũ priuilegium ei auferre conatur. Maior patet, quia ecclesia sicut est vna sic est firma, ideo dicitur in utroq; symbolo, unam sanctam ecclesiam. Sanctum autem idem est quod firmum, vnde & immutabilia statuta uocantur sanctiões, Minor patet quia iudex ad quem appellatur potest iudicia & sententias eius a quo appellatur mutare & retractare ergo si a papa licitum sit appellari iudicia & sniæ papæ immutabiles, & firmæ nõ erũt. Et ideò quicunque statuta papæ crediderit violanda, prævaricator fidei reputatur, i. hæreticus. 25. q. 1. Generali. Ex quarto priuilegio probatur idem sic, quia si appellari posset ad alium, aut appellatur ad alium papam, aut ad concilium generale. Non ad papam successorem, tum quia non habet imperium par in parem, extra de electio. cap. Innotuit. §. quamuis, tum quia Romanus Pontifex parem potestatem habet cum præcedente. Is autem ad quem appellatur debet esse superior, tum etiam quia absens, sicut ille q̃ mortuus est ex hoc modo migrauit, tum etiam quia potestas papę se extendit ad illos qui sunt super terram, ut patet ex forma collatæ potestatis, scilicet quodcunque ligaueris super terrã, erit ligatum & in cœlis. Super terram autem non est papa defunctus. Sed nec ad concilium generale a papa appellari potest, quia papa omni concilio superior est, nec robur habet quicquid agitur nisi auctoritate. Romani pontificis roboretur & confirmetur, sentire ergo quod ad concilium a papa appellari possit est hæreticorum & contra illũ articulum sanctam ecclesiam catholicam. Ex quinto priuilegio patet idem sic. Quicunque sentit quod a Papa possit ad alium appellari, sentit quod Romanus pontifex ab alio possit iudicari, sed hoc est contra priuilegiũ Romanæ ecclesiæ, ergo talis sic sentiens priuilegium Romanę ecclesię auferre conatur. Itẽ hoc sentire est sentire quod papa habeat superiorem & quod sit aliquis eo maior, q̃d est dicere Romanum pontificẽ non esse unũ caput & uniuersale, & per consequens sentit contra ecclesiæ unitatem.

¶ Sed cõtra ista sunt duæ obiectiones. Prima est quod Romanus Pontifex est homo purus & potest peccare. Deus autem qui non defecit necessariis non relinquit eum sine remedio suæ salutis, sed nõ esset qui posset eũ corrigere inueniretur sine remedio salutis suæ, ut igitur non remaneat sine remedio salutis videtur quod aliquis possit eum corrigere, in casu in quo peccaret manifestẽ & enormiter. Sed ad hoc respondetur quod licet papa vt singularis persona & ex proprio motu agens peccare posset in moribus, tamen a nullo homine potest repræhẽdi, scilicet per modum iudicii, ut eum scilicet condemnare ualeat, ut dicitur in illo capitu. si papa, distinc. 40. Ne per hoc remanet sine remedio suæ salutis, ut dicebatur in argumento. Nam habet sacram scripturam eius & omnium uitia corrigentem, habet rationem, & sinderesim redarguentem, & licèt non potest increpari, vel iudicari, potest tamen admoneri & exhortari, iuxta illud infra ad Timot. 5. Seniorem ne increpaueris, sed hunc obsecra ut patrem, nec facile pręsumendum est ipsum esse in aliquo irretitum crimine. Vnde Symachus distinct. 40. Non nos, dicit. Quis enim sanctum esse dubiter, quem apex tantæ dignitatis attollit? Igitur quamuis peccare possit ut persona singularis, tamẽ a nullo §. 4.

poteſt redargui.i.iudicari vel ab ipſo ad aliū appellari. Secunda obiectio eſt talis. Contingere poſſet quod papa hęreticus eſſet & uelleret hęretica ſtatuta condere, quod ſi contingeret deficeret fides Petri, quia non eſſet qui in hoc caſu poſſet reſiſtere nec teneretur eccleſia ſtatutis eius hæreticis obedire. Videtur ergo in hoc caſu ſaltem licitum eſſe ad aliquem appellare. Ad iſtud dicendum ſicut prius quod licēt ut perſona ſingularis ex motu proprio agens errare poſſet in fide, ſicut ſcribitur de Leone, contra quem Hilarius Pictauienſis ad concilium generale venit, tamen utens concilio & requirens adiutorium uniuerſalis eccleſiæ Deo ordināte qui dixit. Ego rogaui pro te &c. non poteſt errare, nec pōt eſſe quod uniuerſalis eccleſia accipiat aliquid tanquam catholicum, quod eſt hæreticum, quia eccleſia vniuerſalis quæ eſt ſponſa & erit ſemper, & non habens maculā neque rugam. Epheſ. 5. hæc eſt &c. Item Sācta Romana Eccleſia quę ſemper immaculata permanſit domino procurante & beato Petro apoſtolo opem ferente in ſęculo futuro permanebit ſine vlla hęreticorum inſultatione. Cant. 5. dicit ſponſus de eccleſia. Amica mea columba mea, immaculata mea. Cyprianus 24. q. 1. c. Loquitur, in fine. Adulterari nō poteſt ſponſa Chriſti incorrupta eſt & pudica. Si tñ papa vt ſingularis perſona in hæreſim laberetur notorię, adhuc tamen non eſt appellandum a papa, quia talis primo mouendus eſt ab illis qui in electione papę totum corpus eccleſiæ repræſentant, qui ſunt modo eccleſię Romanę cardinales, & ſi admonitus vellet ſe corrigere non deberent eum iudicare, ſed ipſemet humiliter ab errore deſiſtens ſeipſum deberet punire, ſicut ſupra dictum, eſt de Marcellino. 21. diſt. &c. Si autem vellet in hæreſi pertinaciter permanere videretur a papatu eo ipſo deiectus 24. q. 1. cap. Audiuimus, & minor eſt quolibet clerico catholico ut dicit glo. 24. q. 1. in princip. nec videretur habere poſſe ſummi capitis dignitatem ſi fidei non tenuerit vnitatem.

¶ *De conciliis prouincialibus & ſynodalibus Cap.* 4.

QVia de cōcilio ſinodali & prouinciali nimis breuiter ſupra dictum eſt, hic aliqua addentur notata per Anton. de But. & Io. de Imol. ſuper cap Graue, de præbend. & per ſex membra. Et primum eſt. Qui ſunt vocandi ad huiuſmodi concilia. Ad quod dicendum quod vocandi ſunt ad concilium prouinciale epiſcopi omnes totius prouincię & nō alii ſunt neceſſario vocādi, per id quod habetur diſtinct. 18. Quoniam quidem, &c. ſequen. Si tamē alii venerint voluntarie sūt admittendi, ſcilicet prælati eccleſiarum dictæ prouinciæ, & ſic poteſt intelligi de his q̄ ſi. a præla. c. finali, & quod ibi habetur. Sed licet alii non ſint neceſſario vocandi tamen poterunt ex honeſtate vocari, exquo de eorum factis agitur. Et ſimiliter alii quorum concilium eſt neceſſarium arg. diſt. 63. obeū tibus. Ad ſinodale autem ſeu ſpeciale concilium vocandi ſunt abbates ſcilicet non exempti, nam exempti non tenentur accedere & ſacerdotes & clerus etiam ciuitatis & dioeceſis ſunt vocandi. diſt. 18. decernimus, quod ſane intelligendum eſt dummodo taliter ꝓuideatur quod eccleſiæ non patiātur magnū detrimentum in diuinis. ar. eorum quæ habentur de cleri. nō reſi. c. penul. Vnde poſſēt aliqui dimitti in diuerſis plebanatibus, præcipue pro adminiſtratione ſacramētorum, præcipue pro infirmis quando eſſent. Ad cōciliū verò vniuerſale (vt dictum eſt ſupra) vocandi ſunt epiſcopi totius orbis, & ſuperiores ꝓlati, & non prælati, prout papæ videtur. §. 5. Expediē da in ſynodo.

¶ Secūdum membrum eſt quæ expediri poſſunt in huiuſmodi conciliis. Et in concilio quidē prouinciali poterit cognoſci de cauſis quæ vertuntur inter epiſcopos & clericos 2. q. 7. ſiquis epiſcopus, cum quatuor ſequen. & etiam de omnibus cauſis clericorum quæ deferentur, quod intelligitur quando factū eſt notoriū vel non deffideretur in breui poſſe liquidari. ¶ Quas cauſas diffinire poterit epiſcopus vel archiepiſcopus. 7. q. 3. Scitote, & diſt. 18. c. 1. & 2. & hoc cum conſenſu vel cōſilio aliorum epiſcoporū vel maioris partis eorū, vt de tē. or. c. ſi archiepūs, & de accu. ſicut olim. De cauſis aūt archiepōrū conciliū ipsū cognoſcere nō poterit, cū cōciliū nō habeat poteſtatem in archiepūm ut in capite, ſed talia reſeruatur ſuperioris iudicio. Cauſas uero criminales eōrum, conciliū ipſum poterit audiræ, ſed non diffinire abſq; licentia papæ ſpeciali. 3. q. 6. Accuſatus, & de iud. c. 1. niſi reperiatur aliud in iure expreſſum, vt in dicto c. Graue. Cauſas vero inferiores ab epiſcopis etiam criminales, concilium ipſum audire poterit & diffinire, ut habetur. 15. quęſt. 1. c. 1. & 2. In concilio vero ſynodali ſeu epiſcopali poterunt tractari cauſæ ciuiles, & etiam criminales clericorum dummodo non agitur ad pœnam depoſitionis

Vocandi ad ſynodum.

positionis ab officio cum episcopus solus nō possit pœnam talem imponere per ea quæ habentur. 15.q.7. Fœlix. & c.seq. & de re iudic. c. Non potest. In concilio verò generali si in eo prçest papa, potest ibi de omnibus causis cognosci cum habeat plenitudinem potestatis, & sit ordinarius omnium & totius orbis. 9.q.3. Cuncta, & c per principalem, si vero præsit in concilio generali alius loco papæ, tunc idē quod dictum de prouinciali.

§.2. ¶ Tertium membrum est qualem potestatē habeant ipsi congregati in concilio, an ordinariam vel delegatam & in quos. Et dicendū. q̄ in concilio prouinciali archiepiscopus ibi præsidens habet ordinariam, ad hoc, ca. Sicut olim, de accu. Episcopi verò seu suffraganei, qui ibi sunt in ipso concilio siue sunt ibi, vt iudices prout sunt secundū aliquos, per id qđ habetur. 6.q.3. Scitote, siue ibi sint, vt assessores prout sunt secundū alios, gesta per capitulum non valebunt sine concilio eorū vel eis irrequisitis, vt hic dicit Io. An. per ea quæ habētur, 15.q.7. si quis. Sed dominus Io. de Imo. hic dicit quòd pōt dici quòd ipsi episcopi in cognoscendo sunt ordinarii cum ipsi principaliter cognoscant, sed in diffiniēdo sunt, vt assessores, quia ipsi principaliter non sententiant, sed assistunt sententiati, vt in cle. Audi tore, de rescrip. Et aduerte quòd in ipsa sententia archiepiscopi non solum requiritur cōsilium episcoporum, sed etiam consensus eorum vel maioris partis eorum, ut dicit Ioan. de Imo. quia si requireretur solum conciliū, non censerentur gestum id quod geritur per ipsum concilium prout censetur, sed potius per ipsum archiepiscopum per id quod habetur de arbi. c. Cum olim, vnde requiritur consensus saltem maioris partis ipsorum episcoporum, & hoc nisi sit causę criminalis episcopi, in qua requiritur consensus omnium, si tractatur ad finem, vt deponatur ab officio, vt probatur in d.cap. Scitote, sed in causis criminalibus presbyteri, diaconi vel subdiaconi etiam si agitur ad finem depositionis sufficit consensus maioris partis, vt no. Archi. in d.c. scitote, & 15.q.7.c. Episcopus, secundum Ioann. de Imo. ¶ De concilio autem synodali dicendum quòd ipsæ episcopus ibi præsidens habet ordinariam potestatem, sicut habet archiepiscopus in synodo prouinciali, ut distin. 18. Decernimus. In concilio verò generali, vbi prçest papa, alii non videntur habere iurisdictionem, qui scilicet interfunt, sed potius videntur consultores cum papa habeat plenitudinem potestatis, & ordinarius sit cunctorum, vt 9.qō.3. Cuncta, & c per principalem. Si verò in generali cōcilio præest alius de mā dato papæ & ille censetur habere delegatum, vt de offic. deleg. per totum. De aliis verò qui ibi interfunt dicendum videtur, idem quod de abstinentibus in prouinciali concilio.

§.3. ¶ Quartum membrum est quod requirantur in cognitione causarum quæ ibi agitantur. Et dicendum quod in concilio prouinciali, vel episcopali cum procedatur non ex delegata potestate, sed ex ordinaria si agatur causa ciuiliter contra presbyterum vel alium in sacris constitutum, poterit contra episcopū procedere archiepiscopus in prouinciali concilio constitutus vel episcopus in synodali existens, nec requiritur numerus episcoporum, tunc immo poterit ipsę solus procedere sine numero episcoporum, ad hoc quod notatur de fur. capitu. fina. & de vsuris capitu. primo secundum domi. Anton. de Butr. immo & si contra eos agatur de crimine ad finem, vt deponatur ab ecclesia, poterit ipsę solus de causa cognoscere & eum diffinire. 18. quæstio. 2. Si quis prout vult domi. Antoni post Innocē. & Ioann. Andr. quod intelligitur quòd possit solus procedere sine numero, sed non sine concilio eorum & assensu vel maioris partis concilii prouincialis, vel sine consensu maioris partis cōcilii synodalis, ad hoc, vt p ipsum cōcilium censeatur actū, vt videtur velle Ioā. de Imol. qui etiam dicit post Innocen. & Io. And. quod talis numerus episcoporum non requiritur etiam si tracterur de sententia excommunicationis uel suspensionis ferendæ etiam contra episcopum cum archiepiscopus posset talem sententiam ferre contra episcopum sine tali numero, vt patet ex his quæ habentur de cle. non resi. cap. Ex tuę, immo etiam vicarius archiepiscopi absente eo potest tales sententias ferre, vt habetur in cap. Romana, de offic. ord. lib. 6. hic ita transit dominus Anton. sed certe, vt censeantur tales sententiæ latæ per concilium, requiritur q̄ sint latæ de consensu eorum, vel maioris partis secundum Ioann. de Imol. Si verò velit procedere criminaliter ad finem, vt deponatur ab ordine contra presbyteros, diaconos vel subdiaconos, & tunc archipiscopus uel episcopus solus procedere non poterit contra eos, sed requiritur vltra ipsum episcopum in causa presbyteri numerus sex episcoporum, & in causa diaconi vel subdiaconi numerus trium episcoporum, vt patet ex his quę habentur in d.cap. Fœlix, & cap. Non potest. In causa vero episcopi si contra eum procedere

velit archiepiſcopus ad depoſitionē ab ordine ſeu officio,& tunc requiritur vltra ipſum numerus.12. Epiſcoporum, vt 15. quæſtio.7. Fœlix. Et ſi aliquis eorum ſit ſuſpectus, tunc de conſenſu accuſati, & accuſatorum eligetur alius de illa prouincia ſi haberi poterit, alias de propinqua.2.quæſtio.5. Placuit, & talis eliget archiepiſcopum de conſenſu accuſati & accuſatoris, prout no. glo.3. quæſtio. 9.in ſumma,& talis numerus ſecūdum quoſdam requiritur in litis conteſtatione, & allegationibus audiendis & in actu ſententiæ,immo & in libelli oblatione, per id quod habere de libel.obla.capitu.1.ſecundum Hoſtien. qui etiam dicit, quod talis numerus requiritur,& in commiſſione facienda, per ea quæ habentur in auct. apud eloquentiſſimum.C. de fide inſtrum.immo etiam in relatione facienda papæ,per id quod habere.3.q6. Dudum,immo & plus, quia talis numerus erit neceſſarius,nō ſolum ſi agitetur cōtra ipſum epiſcopum criminaliter, ſed etiam ciuiliter in modum exceptionis opponatur crimen cō tra eum,vt ſic ipſæ confirmatus deiiciatur ſe cundum ea quæ habentur. cap. ſuper his, de accu. quamuis autem Innocen.dixerit, quòd talis numerus requiritur quando agitur de crimine ad finem,vt deponatur ab officio ſeu ordine,& non quando, vt deponatur ab eccleſia,certe tamen quòd numerus requiratur quando proponitur crimen per viam exceptionis videtur caſus diſtinct.23.Illud, videtur quòd tunc ſufficiat numerus ſex epiſcoporum, vt videtur probari in dicto ca. Illud, quod videtur velle ibi Archid.ſecundū Ioan. de Imo. In concilio vero generali vbi adeſt papa, vel alius de mandato eius in concilio exiſtens procedit, & talis procedere poterit non ſolum contra presbyterum & inferiores, ſed etiam contra epiſcopum ad finem, vt deponatur etiam ab ordine vel officio, & de ipſa cauſa cognoſcitur etiam criminaliter,&tūc non requiritur etiam aliquis numerus epiſcoporum, per id quod habetur de dolo & cont. veritatis,& de accu. cap. Cum dilecti. Et hoc niſi aliud appareat id forma mandati, per id quod habetur.3.q 6.c.Hæc quippe.

§.4. ¶Quintum membrum eſt,an exiſtētes in cō cilio habent ius reuocandi domum,ideſt,redeundi domum ad placitum ſuum?Et dicendum quòd aut concilium fuerit ſpecialiter congregatum per aliquibus cauſis & exiſtentes ibi tenentur pro illis reſpondere, nec quo ad illas habent ius reuocādi domum,ex quo pro illis ſpecificè congregatum eſt cōcilium. Etſi pro aliis cauſis ibi conuenirentur non tenerentur cum habeant ius reuocandi domū per id quod habetur de foro compet.c.fi.Si autem concilium ſit congregatum generaliter pro correctione morum & ſubditorum, tunc non habent ius reuocandi domum, ſecundum Innocen. qui dicit hoc habere locum in ciuilibus cauſis,alias ſi criminalibus quis accuſaretur, tunc videtur quòd habeant ius reuocandi domum, quia oportet quòd in cauſa criminali quis ſpecificè vocetur, & etiam ſpecialiter criminaliter exprimantur,per quibus vocatur,ad hoc 5.q.2.cap.fi.Et ita hic trā ſit Ioan. Andr. per quod dicit hic Anton.de Butr. inferri poſſe ad interdictum. cap.1.de iudic. Quare facta fuit ibi illa interrogatio, an vellet in concilio reſpondere, quia forte ſecundum eum habebit ius reuocandi domū, & etiam quia non fuerat vocatus pro crimine illo pro accuſabatur, prout hic refertur per Ioan.de Imo. qui dicit quòd licèt hæc opin. Innocen.quem ſequitur hic Ioann. And. & Anton. de Butr. ſeruetur in practica, tamen ſuſtineri poſſet illa opinio quam tenet Petrus de Anchar. dicens quòd quando concilium eſt generale conuocatum, non habet quis ius reuocandi domum, vt hic plenè per Ioan.de Imo. Et vt dictum eſt ſupra poteſt archiepiſcopus facere concilium ſine primate vel patriarcha quando illi ſubeſt, vt diſtinct.18.cap.1. Et eadem ratione epiſcopus ſynodale ſuum ſine archiepiſcopo, & multo fortius patriarcha, vel primas facere poteſt concilium cum epiſcopis & ſuffraganeis ſuæ prouinciæ cum ſint in maiori dignitate, per id quod habere.cap.Duo ſimul, de offic.ordi. & de maior.& obed.cap.fi.ſecundum Ioann. de Imo.qui etiam dicit quòd ad tale concilium non tenebitur accedere archiepiſcopus ſubiectus primati vel patriarchæ,cum non reperiatur hoc iure cautum, ad hoc quod habere diſtinct.18.cap.1.licèt ipſæ archiepiſcopus coram eo conueniri poſſit patriarcha vel primate,de offi.ord.cap. Paſtoralis, & ad eū appellari poſſit,vt de appella.dilecti filii.

¶Sexto quæritur ad ſtatutum factum per archiepiſcopum & ſuffraganeos ſuos in concilio prouinciali,& ſuper criminibus eccleſiaſticis laicorum, etiam non vocatis laicis valeat, & an laici ſint vocandi ad concilia huiuſmodi?Reſpondetur per Ioan. Calde. concilio.& quòd vtique tenet & ligat. Quod probat multipliciter,primo per cap.1.de offic.ordin. & de iudi.c. Nouit. Et ad hoc benefacit, de purga.cap.c. Nos inter,cum glo. ſua. Nam ſi §.5.

hoc

hoc posſunt per viam iudicii, vt ibi nota, ergo & posſunt per viam ſtatuti, qa par eſt poteſtas eorum in prædictis, immo forſitã maior, quia pro futura culpa vel exceſſu nõ poſſunt ferre ſententiã excõmunicationis, ſed p uiã ſtatuti poſſunt, ut in c. Romana, de ſenten. excom. lib. 6. coniuncto. c. ut animarũ, de conſtitu. lib. 6. Non obſtat q̃ nõ interfuerint qua ipſorũ interſit vt ſic vocari debeant 63. diſt. c. 1 & de re iudica. c. q̃ oẽs tangit lib. 6. quia nõ eſt verũ qđ ipſorũ interſit. Poſito. n. qđ interfuerint pñtes, nõ tñ poſsũt cõtradicere cum ipſos obſequẽdi, manet neceſſitas nõ auctoritas impetrãdi. diſt. 96. Bñ quidẽ. Item ſatis eſt qđ nõ eſt expreſsũ qđ debeat vocari. 2. q. 5. Conſuluiſti. Ad hoc ſingulariter facit glo. in c. fi. de his quæ fi. a præla. vbi dicit qđ laici in cõſtitutionibus & conciliis eorum intereſſe non debent niſi ſpecialiter inuitentur, vt diſt. 43. Adrianus. Nec obſtat qđ in dicta glo. videt cõtrariũ dicere q̃a vult qđ interſint, qa ipſorũ intereſt quia loquitur in alio caſu. Nec ẽt ob ca. ad ſedem. 35. q. 5. vbi dicit qđ in materia matrimoniorũ, quia eos tangit, poſſunt intereſſe, non tñ dicit laicos ad ſynodũ vocandos, licet probet matrimoniũ fore laicorũ. Poſito. n. qđ poſſint intereſſe, nõ ſunt tñ vocandi. Vnde & doctores dicunt ibi qđ pñt intereſſe ut audiant, nõ aũt ut iudicẽt & doceãt vt 62. diſt. Docendus. Et ſubdunt, qđ immo ad illa vocari non debẽt qa poſſunt ea quæ ſtatuuntur in conciliis in prædicationibus publicari quę. ſ. cõcernunt eos. Poſſunt ẽt venire laici pro petenda vel defendenda iuſtitia, vt de iudi. c. Nouit. Hæc Io. Calde. Prẽcipue aũt reges & principes interſunt in cõciliis generalibus, qñ ibi agit de dubiis fidei, & ad tollẽdũ hęreſes ſchiſmata, ſicut factũ eſt ſub Cõſtantino Imperatore pp Arrianos & ſub Sigiſmundo Imperatore ad tollendũ ſchiſma diebus noſtris. Nõ ãt interſunt vt ſtatuant vel doceant, ſed vt acquieſcant & defendant. Vnde Nic. papa diſt. 96. ait. Vbinã legiſtis Imperatorem anteceſſores veſtros ſynodalibus cõuentibus interfuiſſe niſi, forte in quibus de fide tractatũ eſt quæ uniuerſalis eſt, quæ oium eſt communis, q̃ non ſolum ad clericos, ſed etiam ad laicos & ad oẽs omnino pertinet Chriſtianos, & in c. præcedenti dicit Martinus, Imperator exiſtens in concilio Calcedon. Nos ad fidem cõ firmandam non ad potentiam oſtendendã exemplo religioſiſſimi principis Conſtantini ſynodo intereſſe volumus, vt inuenta ueritate non vltra multitudo prauis attracta doctrinis diſcordet. Hæc ille.

¶ Notandum autem quod in dicta decretali grauæ, vbi notatur per doc. iſta materia de conciliis ſunt plura aduertenda. ¶ Et primo repræhenditur exceſſus prælatorũ conferẽtiũ beneficia indignis, in quibus. ſ. nec eſt morũ honeſtas, nec litterarum ſcientia, carnalem ſequentes affectũ non iudiciũ rationis. ¶ Secundo huic exceſſui prouidet p pęnas, videlicet qđ in cõcilio prouinciali ãnuatim fiendo taliter delinquentes poſt primam & ſecũdã correctionem eis factã nõ ſe emendantes ſuper quo in ipſo concilo fit diligens inquiſitio dicunt per conciliũ ſuſpendi a collatione beneficiorum inſtituta p ipſum cõciliũ perſona Ydonea. prouida & honeſta, quę ſuſpẽſi ſuppleat defectum in beneficiis conferendis. Et hoc ipſum circa capitula eccleſiarum, quę in hoc delinquerint obſeruetur. Metropolitani verò delictum in hoc ſuperioris iudicio relinquant ex parte concilii id nunciandum. ¶ Huiuſmodi aũt ſententia ſuſpenſionis nõ põt relaxari niſi per Romanũ pontifi cem vel vnum ex quattuor patriarchis principalibus, vbi primo not. doc. ſcilicet Pet. & Io. de Imo. qđ prælatus promouens indignũ ſi ille male adminiſtrat & nõ reperiatur poſtea ſoluẽdo talis prælatus tenetur ipſi eccleſię ſatisfacere de elec. nihil. ¶ Secundo arguendo a contrario ſenſu oſtenditur qđ cõſã guineus prælati ſi ſit dignus poterit prælatus eum alteri præferre, vt de choa. cle. c. 1. ſed ſi alter eſſet multo magis idoneus, tunc ſecus videtur. ar. 8. q. 1. Licet. ¶ Tertio no. qđ ex eo qđ dicit in cõcilio prouinciali ãnuatim fiendo qđ hmõi cõciliũ prouinciale ſingulis annis archiepi cum ſuffraganeis ſuis facere tenentur. Et videtur hoc eis eſſe præceptorũ, ut patet de accu. c. ſicut olim, vbi dicitur in fi. qđ ſi quis hoc ſalutare ſtatutũ neglexerit ad implere, a ſui executione officii ſuſpẽdatur, ſed tam grauis pæna non imponitur niſi pro mortali, & in dicto c. Sicut olim, dicitur qđ de corrigẽdis exceſſibus & moribus reformã dis præſertim in clero diligentem habeant tractatum canonicas regulas vt eas faciant obſeruari, debitam pęnã tranſgreſſoribus infligendo, & ut ualeat efficacius adimpleri p ſingulas dioeceſes ſtatuãt perſonas honeſtas prouidas & idoneas quæ per totum annum ſimpliciter & de plano abſq; vlla iuriſdictione ſollicite inueſtigent quæ correctione uel reformatione ſunt digna, & ea fideliter perferant ad Metropolitanum & ſuffraganeos non alios in concilio ſubſequenti, & ſuper §. 6.

his & aliis prouida deliberatione procedant & quę ſtatuunt faciant obſeruari publicando eas in epiſcopalibus ſynodis annuatim per ſingulas dioeceſes celebrandis. Hæc omnia in dicto c. ſicut olim de accu. ¶ Nota quarto ex tex. c. Graue, de præben. q̃ diligens inq̃ſitio fieri debet in concilio prouinciali de ꝑ motione facta ad beneficia. Item quod concilium prouinciale habet iuriſdictionem ſuper prælatos prouinciæ, & ipſos corrigere & ſuſpendere poteſt, non tamen deponere epiſcopum niſi auctoritas papæ interueniat, vt patet 3. q. 6. accuſatus. Item tale concilium Metropolitani non poteſt corrigere delictũ Metropolitani, ſed ſolum de eo inquirere & ſuperiori denunciare, vt patet ex c. Graue. Et ratio eſt quia ipſæ prę̃eſt ipſi concilio. Vnde ab ipſo tanq̃ ab inferiori non põt damnari, diſt. 11. inferior, ſed ſi concilium celebraretur per patriarcham vel primatẽ ſub quo eſt Metropolitanus, tunc bene poſſet per concilium puniri, quia tunc ceſſat ratio prædicta vt de appe. c. cum ceſſante ſecundum Io. de Imo. Item prę̃lato ſuſpenſo a collatione beneficiorum propter delictum capitulũ non ſuccedit in poteſtate conferendi ipſa, & hoc niſi in iure aliud caueatur ad hoc q̃ notatur de conceſ. præben. cap. Quia diuerſitatem.

§. 7. ¶ Quinto nota quia ſicut a tali ſuſpenſione facta per concilium propter conferenda beneficia indigno non poteſt concilium ipſum abſoluere, ſed ſolus papa vel patriarcha prius hic deſcriptus ſecundum Ioã. de Imo. poſt Io. And. ita a contrario ſenſu a ſuſpenſione concilii prouincialis poteſt concilium ipſum abſoluere niſi per ius eis expręſſe prohibeatur, vt hic.

§. 7. ¶ Notandum ſuper glo. dicti c. Graue. Prima inquiſitio ſuper huiuſmodi fienda eſt, cum per famam vel clamorem peruenit hoc ad ſuperiorem, immo ex officio ſuo poteſt inquiere ſuperior ſemiplene, etiam nõ præcedente aliqua infamia ſecundum Goffr. qđ & placet Innoc & hoc quia non agitur ſpecialiter, vt de crimine pæna imponatur ordinaria, ſed quia concilium fit principaliter ad correctionem morum, vt in c. Sicut olim de accu. ſecundum Innoc. quæ ratio placet Hoſtien. poſtquam addit & alias rationes. Prima eſt quia proceditur ex mero & puro officio, quæ ratio ſola per ſe ſufficit, ut de of. or c. 1. Secunda ratio eſt, quia cum congregati in concilio paucis diebus morentur ſimul illi dies non ſufficerent fortè ad facendum ſolum inquiſitionem infamiæ, & ideo talis inquiſitio fit ſemiplene & ſummarie ad correctionem peccatorum qui Hoſtien. dicit prædicta procedere in his quę nunciantur cõcilio ut notoria, uel quæ deinquentes non cõfitentur vel diffidentur, uel de quibus plana ſunt indagine, & poteſt ſtatim fieri fides, nõ autem in dubiis cum talia non poſſint corrigi. 11. q. 3. Graue, ſed ſunt committenda, ut de cen. c. Romana. lib. 6. Et ita refert & reſidet. Io. And. & doct. communiter. Quod dicitur in 2. glo. non videtur bona ſolutio, & ideo aliter dicendum ſecundum Io. And. uidelicet quod conferens ſcienter beneficium indigno reſpectu beneficii collati, ſtatim priuatus eſt poteſtate conferendi illud ad hoc quod habetur de elec. c. Quanquam lib. 6. ſed reſpectu poteſtatis conferendi alia beneficia procedit quod hic dicitur ſcilicet quod eſt neceſſe quod ꝓcedat bina admonitio ſeu correctio, & ſi poſtea confert indigno, tunc poteſt ſuſpendi per concilium a poteſtate conferendi etiam alia quæ nondum cõtulit. ¶ Nec ob. ſi dicatur qđ pæna duplex imponitur cõtra id quod habetur de iudic. etſi clerici, in fi. quia illud contingit ex eo quod non imponitur pro eodem delicto ſed ex diuerſo. Nam prima imponitur ratione collationis factæ indigno. Secunda ratione contumaciæ in non obediendo cõcilio, ſed nec eſt mirum quod ex vno delicto quod quis commiſit in plures, pati poſſet plures pænas per id quod habetur de re iudi. c. 1. lib. 6. ſecundum Hoſt. & communiter doc. in glo. 3. Suſpendantur etiam ordinati ſi non ſunt idonei, ſed verius videtur quod iſti non remouentur niſi ſint irregulares. Dicit dominus Ant. immo & ipſi ordinati ſeu promoti remouebuntur, ſi ſunt inhabiles, quod verius eſt ſecundum Benedictum per ea quę habentur de elec. c. nihil. Nec obſtat quod dicit gl. de monitione, qa illa nõ reſpicit promotum ſed promouentẽ qui non debet generaliter ſuſpẽdi a collatione beneficiorũ niſi poſt binam admonitionẽ. Et quamuis Hoſt. uariauerit dicens poſt binam correctionẽ addendam & tertiã, p id qđ habet de ſen. excom. c. ſacro. Quod & licet tutius ſit ſcđm Io. An. c. Ab eo, de ap. li. 6. uerius tñ videt q̃ in hoc caſu ſufficit bina admonitio, ut patet ex tex. ipſum nõ cauil lãdo ſcđm dictũ Flo. Et q̃ dicit Hoſt habet locũ i excoicatione, ſecus in hac ſuſpẽſione. In glo. 4. perſona, hæc So. gl. nõvr bona cũ videat violare textũ dicti c. Cũ in cũctis q̃ videt generaliter loq̃ ſic ẽt de bñficio ſimplici, vt hic vñ dici ꝑt ſoluẽdo cõtratiũ q̃

illud

illud loquitur de potestate conferendi illud beneficium collatum indigno, vt talis potestas deuoluatur ad capitulū ut ibi dicitur. Hic dicitur autem de potestate generali conferendi alia beneficia durante illa suspensione, cum hæc non deuoluatur ad capitulum sed potius ad concilium seu personam instituendam per concilium, vt hic patet, p quo facit, quia cum dicta prouisio cum in cūctis, sit exorbitans, ex quo inferior supplet defectum superioris non est extendenda seu trahenda extra casum dicti. c. Cum in cūctis, vt in regula quę a iure cōmuni &c. de reg. iur. lib. 6. sed strictè intelligenda per consequens non extendenda ad casum istum. Et ita tenē dum est & dicendum quicquid hic dicāt Io. And. & dominus Anto. dicentes quod prosolutione huius contrarii quod not. glo. recurrendum est ad ea quæ habentur de elect. Quanquam lib. 6. & bene cum ibi loquatur cum potestas deuoluitur ad superiorem, propter delictum vel negligentiam, non autem econuerso, vt hic loquitur secundum Ioā. de Imo. Qui etiam dicit quod decretalis ista locum habet in conferentibus indignis beneficia simplicia seu prębendas, licèt maior idoneitas requiratur in aliis per id quod habetur eodem tit. c. Cum in illis. lib. 6. Beneficia enim quæcunque conferenda sunt, sunt conferenda dignis & idoneis, si tamen digni & idonei non reperiantur, prouidendum est de his qui haberi possunt dummodo ipsa prouisio fieri possit sine peccato mortali, per qđ habetur de prębend. c. penult. Et dicit hic Ioā. And. post Host. quod hoc procedit quādo nullus ibi reperit idoneus & dignus, alias si in dioecesi unus reperiatur idoneus saltem ad regimen multarum ecclesiarum, tūc erūt ei conferenda. 21. q. 1. c. 1. secundum quas nō ob. quod habet de prębend. c. Cum nō ignores, quia illud habet locū nisi necessitas immineat quę legem non habet, vt de consue. c. Quanto. Et ita resident hic communiter doctores secundum Ioā. de Imol. In glo. vltima mouetur dubium, an ordinarius seu archiepiscopus qui præest ipsi concilio potuisset absoluere si talis reseruatio fuisset facta, sicut concilium ipsum potuisset ab huiusmodi suspensione absoluere, si non fuisset facta reseruatio papę, vt dicit ista glo. Super quo respondit Host. per distinctionem, quia aut sententia fundatur in persona eius concilii, ut quia dixit. Non talis archiepiscopus cum concilio & consensu concilii &c. & tunc non poterit absoluere, ex quo in sentētia fuit facta mentio de concilio. Aut fundatur, in persona archiepiscopi, quia dixit. ¶ Nos talis archiepiscopus cū concilio suffraganeorum &c. & tūc poterit absoluere, ex quo in sentētia non fuit facta mentio de concilio, secundum Host. cū quo, videtur transire Ioā. And. quod dictum licet sit notabile, non tn videtur procedere sine dubio, quia ex quo talis sententia profertur, qn concilium est congregatū, quod consistit ex ipsis suffraganeis cū archiepiscopo suo, videtur talis sententia lata de consensu concilii, & per ipsum concilium ut uidetur sentire hic Innoc. secundum Ioā. de Imol. Circa quod tn vide notata de præscr. c. cum ex officii. Et hoc qn talis sentētia fuit lata ab homine & non per viā statuti. Nam si per viam statuti est lata sententia poterit archiepiscopus absoluere qualitercunque verba statuti sonent, ēt si faciant mentionem de concilio, prout voluerit Ioā. And. hic, & Ant. de Butr. & Ioan. de Imol. Et hoc ex eo, quia sicut quilibet ordinarius pōt absoluere a sententia statuti papæ vbi non sit reseruatio, vt in c. Nuper, de sent. excom. ita & multo fortius poterit absoluere a statuti prouincialis sententia, quia nō debet esse maioris auctoritatis sententia statuti prouincialibus quam sententiæ statuti papæ. Et licèt aliqui dicant hoc non esse sine dubio quia scilicet alia ratio in vno quam in altero, ex eo quia non ita de facili pōt adiri ad papā sicut ad archiepiscopum, dicit tamen dominus Anton. qđ hoc dictum Ioannis hic practicatur. Dominus Flor. fatetur dictum Ioan. verum in sen. Nam si ordinarius absoluere potest a sententia concilii prouincialis (vt dictum est) poterit etiam pariformiter absoluere a sententia generaliter lata per cōcilium vel per archiepiscopum, cū sententia generaliter lata equiparetur sentētiæ latæ per viam statuti quoad potestatē absoluendi, per ea quæ habētur ex c. Ex frequentibus, licèt quoad alia nō æquiparetur, vbi autē sententia huiusmodi specialiter lata sit, tunc ab ea inferior eo absoluere nō poterit, immo nec eius superior saluo tn eo quod habetur de off. ord. c. Cum ecclesiarum. Circa hoc tamen adde quia si fuisset per archiepiscopum de concilio vel consensu concilii nihilominus ipsæ archiepiscopus poterit absoluere, ex quo prędest illi concilio, & per eum lata est sententia, & hoc nisi fuisset reseruatum, vt in isto capit. Graue, secundum Ioannē de Imol. qui post dominum Flor. hic dicit prædicta procedere, non solū in sententia excōmunicationis

de qua.

de qua loquitur.c.Nuper,sed etiam in sentẽtia suspensionis de qua hic,cum tales sententiæ veniant nomine cænsuræ, vt de uerborũ sign.c.Quærenti.& communiter æquiparantur.Et hoc etiam volunt Pau.in clemen.1.de sen.excom. Prælati nihilominus & episcopi delinquentes in conferendo beneficia indignis puniri possunt per archiepiscopum eorum etiam sine consensu secundum Inno.& Ioan.An.de æta.& quali c.2.Si tamen per ipsum non puniantur,puniuntur per concilium secundum Hostien.

¶*De personis quæ dicantur ecclesiasticæ. Cap.5.*

QVæ dicantur personæ ecclesiasticæ.Nota primo quod ait Hierony.22.qõ.1. duo sunt genera Christianorum, est vnum genus quod mãcipatum diuino officio & deditum contemplationi & orationi ab omni strepitu temporalium cessare cõuenit ut sũt clerici & Deo deuoti,uidelicet cõuersi.Et in fra.Hic uictu & uestitu cõtenti,nullam inter se proprietatem habentes omnia debent habere communia. Aliud genus Christianorũ est vt sunt laici. Laos enim Græcè & Latinè populus,his licet temporalia possidere, sed non nisi adusum ideſt non abutendo secundum glosam.His concessum est vxorem ducere,terram colere, inter virum & virum iudicare,causas agere,oblationẽ offerre, de cimas reddere,& hi saluari poterunt(si tamẽ uitia bene faciendo euitauerint)Hęc ibi.Vbi primo nota quod hic dicit Hieronymus,clericos nullam proprietatem habere, intelligitur secundum illa tempora cum viuebãt in communi clerici vel de illis qui sunt religiosi.Nam clericos seculares nunc licite habere proprium certum est , vt patet.11.q.1.in multis capitulis,& extra de pecu.clemen.per totum.¶Nota secundo quod cum secũdum Hiero.per istam distinctionem non sit dare tertius genus Christianorum, oportet dicere,quod quæcunque nõ comprehẽditur sub genere laicorum pertineat ad genus clericorum ideſt deuotorum, & hi dicuntur personæ ecclesiasticę gaudentes priuilegio clericorum duplici.¶Primũ est personale, scilicet quod inficiens in eos manus uiolentas seu temerarias est excommunicatus.per c. si quis suadente.17.q.4.¶Secundum priuilegium eorum est reale scilicet quod conueniri non possunt in causis ciuilibus vel criminalibus sub iudice seculari sed ecclesiastico. 11.q.1.c. de persona, & quia de bonis eorum patrimonialibus vel ecclesiarum suarum & locorum suorum non debent talliari,sed esse liberi ab oneribus laicorum, vt impositionibus præstantiis gabellis,pedagiis & huiusmodi. Vbi etiam notandum quod religiosi & si efficiant apostatæ uel eiiciantur a religione vel licetiam habeant manere extra clausſtrum aut in domo laicali si sunt professi tacite siue clerici siue conuersi aut moniales vel clerici seculares in sacris instituti, non incidentes inhabitu & tonsura,cum sciuntur esse tales gaudent,nihilominus vtroque priuilegio,tã reali quam personali.Sed cum sit multiplex genus personarum quæ sunt vel videntur esse ecclesiasticæ videndum quæ sint certitudinaliter & quæ non & quæ sub dubio sunt per uarias contrarias opiniones doctorum. §.1.

¶Et primo quidem ordinati in sacris ordinibus scilicet subdiaconatum & supra ac etiam canonici regulares, monachi mendicantes qui dicuntur fratres,cæterique de religionibus approbatis ab ecclesia obligantes se ad tria vota substãtialia religionis extra de statumo.Cum ad monasterium , hi sine dubio sunt personę ecclesiasticæ de quibus habetur.27.q.1.Vt lex continentiæ.Conuersi etiã in huiusmodi religionibus,strictè sumpto uocabulo ꝓ obligatis ad ipsa vota sicut clerici eorũdẽ certum est esse ꝓsonas ecclesiasticas vt expræssè notatur in dicto.c. Vt lex continentiæ,sed & nouitii taliũ religionũ clerici vel conuersi q̃uis nõ sint proprie & completè religiosi quia libert ad egressum, necdum rebus propriis spoliati,tamen ut personæ ecclesiasticæ cænsentur indubiè gaudentes dictis priuilegiis,ut de sen.excommuni. Religioso li.6.Idem de monialibus & earum nouitiis & conuersis,vt in d.c. vt lex continentiæ.27.q.1.Sed super dicto c. quærit glo. de conuersis ecclesiam secularem ideſt clericorum secularium, puta ad seruiendũ ibi, utrũ scilicet cęnseantur personę ecclesiasticę. gaudentes eorum priuilegiis.Et respondit per distinctionem,quia aut retinent sibi sua,& tũc non gaudent huiusmodi priuilegiis, aut tradunt se & sua alicui determinatæ ecclesiæ,& si seculari ecclesiæ,& tunc gaudent hmõi priuilegii.Et ex hoc tamen non tollitur quin si cõtrahæret matrimonium teneret & filii ex hoc matrimonio nati possunt petere legitimã portionem de rebus oblatis ecclesiæ ut 19.q.3.si qua mulier,& c.se.Sed Ioan.Andr. super cle.ideſt decimis, dicit de his conuersis,quos ibi textus uocat oblatos, etiam seculares ecclesiæ dantes se & sua etiam ecclesiæ regulari

De conuersis.

Infr.tit. 24. c.1. in prin.

regulari quos etiam dicit propriis abrenunciare & continentiam vouere ex ipsa conuersione & oblatione, & hoc nisi realiter faciant, & cum effectu, & sine fraude non gaudere huiusmodi priuilegiis, vt si hoc faciant non ob deuotionē: sed ad fugiendum onera communitatis, quia fraus & dolus nemini debent patrocinari, extra de rescrip. c. sedes. Dicit etiā quòd per illud verbum cum effectu, tolluntur non solum fraudes & fictiones, sed & conditiones & pacta quæ suspensum tenerent talium oblationum effectum, non sufficit ergo quòd sua donassent remanentes in sęculo retento sibi vsufructu. Oportet ergo, vt dent se & sua cum effectu, & tunc siue ecclesiæ regulari, idest religioforum siue seculari se & sua dent gaudent priuilegio seculari, vt de priui. c. Vt priuilegia. In verbo de mutato habitu seculari dicit glos. ita quòd habitus distinguatur ab habitu seculari licèt ex toto non habeat habitum monachale. ar. 33. qō. 5. quod Deo. Et Archi. super glo. c. duo sunt. 12. q. 1. dicit quòd tales, ex quo habitum mutant personæ ecclesiasticæ habentur & priuilegiatæ intelliguntur. ar. 12. qō. 2. ecclesiarum seruos. Si autem dant sua donantes sine fictione ecclesiæ vel religioni, tunc cum illa efficiantur bona ecclesiæ vel monasterii, gaudent immunitate ecclesiastica, sicut & alia bona ecclesiarū, non autem alia bona donantis si qua haberet, sed si se dat retento sibi vsufructu bonorum non censetur persona ecclesiastica priuilegio gaudens ecclesiastico. ¶ De hospitalariis dicit Io. de Imo. post Anto. de Butr. quòd ex glo. 7. super c. Literas de præbend. in clem. eoipso quo hospitalia sunt constructa auctoritate episcopi sunt ecclesiastica religiosa & spiritualia & eis accedere possunt, & gaudent priuilegio piæ domus, & eorum rectores etiam coniugio vtentes aliquod tñ signū ferentes, vt crucis vel beatæ Mariæ imaginē, alterius sancti, gaudent priuilegio clericali, & in rebus quæ hospitali applicarentur, & de his intelligenda est glo. 17. qō. 4. Quisquis. Nam in rebus propriis & separatis personalibus non gaudent priuilegio, nam nō sunt clerici, nec religiosi cum non voueant tria substantialia vota, nec sint ligati alicui de religionibus approbis, vt de religio. do. secundum Laudul.

§. 2. ¶ Secundo sciendum, quòd nomine clericorum, qui vt personæ ecclesiasticæ gaudent priuilegio ecclesiastico reali & personali intelliguntur non solum in sacris constituti, scilicet subdiaconatus & supra, sed in minoribus ordinibus, vt patet. 11. qō. 1. cap. de persona, etiam excommunicati, suspensi, & depositi, & irregulares nisi essent solemniter degradati, vt quæ traduntur curiæ sęculari exuti cum solemnitate priuilegio clericali gaudent, ut c. degradatio de pœnis. lib. 6. Quinimo etiam per psalmistatum, qui idem est quod prima tonsura secundum theologos quæ non est ordo, sed dispositio ad ordines, efficitur quis clericus & gaudet priuilegio clericali, ita q. iniiciens manum violentam in eum incidit in canonem. Si quis suadente. 17. quæstio. 4. huc expræsse ponit glo. dist. 21. c. 1. & probat per c. Non dubium, & per c. parochianos, de senten. excōmun. Sed in hoc est differentia inter clericos constitutos in sacris & ordinatos in minoribus tantum, quia in maioribus seu sacris constituti semper retinent priuilegium clericale, nec possunt ei renunciare vel dimittere, & si de facto dimittendo transeundo ad actus oīno cōtrarios, vt cōtrahendo vel negotiationib. & militiæ vacādo, & aliis huiusmodi insistendo, debent cogi redire ad clerum & viuendum clericariter, dum autē ignorantur tales, quia incedunt sine habitu & tonsura, capientes vel percutientes huiusmodi, non incidunt in canonē, sed postquam sufficienter constat, extunc inciderent non dimittendo aut suo prælato remittendo, sed in minoribus constituti clerici seculares possunt liberè & absque peccato clericatum dimittere contrahendo matrimonium, vel aliis exercitiis omnino laicalibus insistendo & habitum & tonsuram ex proposito dimittendo, & tunc nō gaudent priuilegio clericali, sed si retinere intendit, & tamen nō incedit in habitu & tonsura post trinam admonitionem a prælato, si non resumit habitū & tonsuram extunc exuitur priuilegio clericali. Idem si in synodo per constitutionem synodalem fit trina admonitio, vel vna pro tribus super hoc, vt est inconstitutionibus synodalibus Florentinis. De qua materia vide infra in ti. de excom. c. 1. Ioculatores quoq; qui Gallicano vulgariter dicuntur Goliardi, Tuschorum autem vulgari dicuntur buffones, si per annum ipsum artē exercēt ipso facto sunt exuti priuilegio clericali, ac si etiam tempore breuiori ter admoniti non respuerint, de vita & ho. cle. c. 2. lib. 6. Vbi dicit glo. Io. An. quòd intelligitur hoc de illis ioculatoribus qui hæc faciunt in publico spectaculum corporis suis exercentes, secus si in priuato vel infirmitatis, vel alicuius honestæ rei causa hoc fieret. Clerici etiā si contraxerint cum vnica & vergine si desorant

Tōsuriastæ.

rant tonſuram & veſtes clericales priuilegiũ retinent canonis, ſi quis ſuadente. 12. q. 4. nec ad iudicium trahi poſſunt ſeculare in ciuilibus vel criminalibus, aut pecunialiter ab eo ideſt iudice ſeculari condemnari. Reali autẽ non gaudent, vt in aliis & huiuſmodi, vt de cle. coniu. c. 1. lib. 6.

§. 3. ¶ Tertio notandum quòd ille perſonæ quæ dicuntur Deo deuoti conuerſi compræhenſi ſub primo genere Chriſtianorum a Hiero. 12. quæſtio. 1. duo ſunt, multas & varias ſpecies hominum vtriuſque ſexus complectuntur, ibi enim maſculinum genus concipit fœminum, quæ dicuntur perſonæ eccleſiaſticæ gaudentes priuilegio huiuſmodi quibus inferre iniuriam perſonis vel rebus ſacrilegium reputatur, vt 17. qõ. 4. Quiſquis, quamuis aliqui vel aliquæ ex his non renuncient propriis ex profeſſione ſua nec cõtineant a matrimonio, nec profiteantur aliquam regulam, & primo

Mulieres canonicè. mulieres quæ canonicæ ſeculares nuncupantur, eximuntur per priuilegium apoſtolicum a poteſtate iudicis ſecularis, & ſi non ſint exẽptæ in particulari ſubſunt diœceſano loci, vbi ſunt, & ſiue exemptæ ſiue non, viſitantur a diœceſano, vt perſonæ eccleſiaſticæ. Et hoc cõtingit propter mutationem ſtatus, ſcilicet de laicali ad eccleſiaſticum quamuis retineant proprium, & aliqua & ſubſtantialibus religionum approbatarum non profitean tur, nec tamen ex hoc ſtatus eorum, vt ordo legitur approbatus, de quibus habetur. c. in demnitatibus, de elec. lib. 6. & cap. attendentes, de ſtatu mo. in cle. immortalis ſtatus videtur quaſi reprobari & redargui per c. perniciosam. 18 qõ. 2. de prædictis, etiam in cap. dilecta. de ma. & obe. in glo. ¶ Item pœnitentes ſolemniter dicuntur perſonæ eccleſiaſticæ, vt dicit glo. 17. q. 4. Quiſquis, & hoc probat per c. aliud. 11. q. 1. vbi Leo papa dicit q̃ melius talis, ſcilicet ſolemniter pœnitens expectabit iudicium eccleſiaſticum quam forenſe, ſed quia iſta ſolemnis pœnitentia, de cuius forma agitur diſt. 50. in capite hodie non imponitur, ſed quaſi prohiberi videtur, depẽ. diſt. 1. quamuis, ideò non eſt hic inſiſtendum. Item gaudent templarii huiuſmodi priuilegio, vt no. glo. 17. qõ. 4. cap. Quiſquis, & Archid. ibi. Et de templariis ſancti Ioannis

Pœnitẽtes ſolẽniter.

Ioãnitę Hieroſolymitani, qui vulgaritet dicũtur fratres, certum cum profiteantur regulam Auguſtini, & teneantur caſtitatem, & vſum ſeu adminiſtrationem habent ſuorum beneficiorum, non proprietatem. De militibus gaudentibus licet habeant proprietatem, vt ſint vxorati, dicit Io. de Lig. ſe cõſuluiſſe, & Bar. etiam ſe hoc notaſſe in l. ſemper. ff. de iure immu. quòd gaudent hoc priuilegio, niſi appareat quòd in fraudem hoc egerint, ſcilicet ad vitandum onera communitatis ſuſceperint talem habitum, de reſcript. ex tenore. Milites etiam qui dicuntur deſpata portantes ſignum ſpatæ rubeæ in pectore etiam gaudent huiuſmodi priuilegio, vt religioſi. Et vide de hoc priuilegium eorum renouatum per Nicolaum quintum. ¶ De hæremitis dicit canon. 16. qõ. 1. Qui verè & purè ſolitariam eligunt vitam digni ſunt conuenienti honore. Ex quo textu elicit glo. hanc concluſionem quòd hæremitę gaudent priuilegio clericali, ut perſonæ eccleſiaſticæ nõ obſtante quòd habeant & habere poſſunt proprium, ut 19. qõ. 4. § econtra. Pau. Et quæ ſit regula eorum nõ inuenitur. Et quamuis, vt loquitę ſine rege, tamen negandum non eſt ſi ſunt perſonæ eccleſiaſticæ quin ſubſint diœceſano loci, vt diſt. 93. Nulla ratione, & ſic communiter tenetur. Ludouicus de Roma videtur tenere contrarium, quod forte poſſet intelligi de illis quæ a ſemetipſis habitum recipiunt, non ab epiſcopo vel ab alio valente conferre, nec alicui regulæ vel ſuperiori reperitur aſtrictus vagus & profugus hincinde. De Geſuatis quamuis non profiteantur aliquam regulam, tamen quia deferunt habitum religioſum in cõmuni viuunt, & continentur ſecundum quaſdã eorum obſeruantias deuotas. Ant. de But. tenet, vt perſonæ eccleſiaſticæ gaudeant huiuſmodi priuilegio. Dicit enim in c. Nullus, de foro. compe. quod generaliter omnes perſonę quæ regulariter viuunt ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, quamuis non faciunt profeſſionem, vt no. glo. & tex. in ca. Indemnitatibus, de elec. lib. 6. de maio. & obe. Dilecta glo. quòd facit & ſubdit idem Antonius pro Geſuatis maribus & fœminis, & idem dicit de muliere incluſa allegat. 11. q. 1. de perſona, quod videtur intelligendum de incluſa ſponte ob deuotionem & mutato habitu.

Milites deſpata.

Heremitæ.

Geſuati

§. 4. ¶ Quarto notandum de fratribus & ſororibus tertii ordinis beati Franciſci qui dicuntur cõtinentes ſeu pinzocari, vtrum gaudeãt priuilegio clericali perſonali & reali glo. ſuper c. Cum ex eo. in cle. videtur dicere & Pau. & ibi Laudul. & Ioann. Cald. in quodam cõſilio, & Federicus in alio conſilio, quòd tales non gaudent priuilegio, ſed ſunt nudi eo. quia non ſunt propriè religioſi, nec clerici. 12. quæſtio. 1. Duo ſunt ſed Zen. in dicto cap. Cum ex eo. tenet contrarium, inducens pro

ratione,

ratione, quia sunt de ordine approbato per apostolicam sedem, cum etiam hæremitæ nō sint alicuius ordinis, & tamen gaudent tali priuilegio, ut in c. Qui vere. 16. q. 1. cum glo. Idem Lapus dicens, quod negari non potest quin ille de tertio ord. beati Fran. sint personæ ecclesiasticę & religiosę largo modo sumpto vocabulo. Idem dicit Io. de Lig. asserens se hoc consuluisse & idem tenet Bar. quamuis enim habeant proprium & vxores tamen quædam modū viuendi tenēt ab ecclesia approbatum, ut in cle. 1. de reli. do. & sic sunt personæ Deo deuotę. 12. q. 1. Duo sunt, propter quod sunt exempti a iurisdictione seculari & a muneribus & aliis, a quibus clerici sunt exempti, & ita dicit consuluisse multos aduocatos, & Archi. & Bon. & Hug. & Dinum, quoad milites gaudentes, Dicit tamen ibi Bar. contrarium seruari in ciuitate Perusina, quia scilicet tales pinzocari scilicet Franciſci conueniuntur sub iudice seculari & soluunt collectas quod procedere posset secundum eum quando dictum habitum sumpsissent in fraudem, quia tunc eis non prodesset. Et addit Io. de Imo. quod si constat de fraude illa non proderit talis ordo uel habitus, si autem de illa non constat, & tunc si appareat priuilegium exemptionis huiusmodi. & tunc est clarum quòd sunt liberi ab huiusmodi vexationibus laicorum, dummodo tamen tali priuilegio non sit derogatum per consuetudinem vel præscriptionē vt de priuil. Si de terra, &c. Accendentibus si de priuilegio non appareat, tunc verior est opinio Zen. Io. de Lig. & Bar. per rationes prædictas & facit etiam, ad hoc c. cum monasteriū de elec. secundum Io. de Imo. sed Fran. de Zab. per notata in cle. per literas de præben. dicit esse considerandum statum horum. Nā si sunt astricti ordini perpetuo, vt non possint egredi, tunc videntur cænseri personæ ecclesiasticæ, quia deputati perpetuo ad usūpium, alias non. Hic adde quod in regula eorum qualis illa sit, tamē est approbata ab ecclesia ille modus viuendi etsi non sit completa religio, habetur quod nulli tali post professionem dictę regulæ licet ad sæculum redire, sed ad actiorem transire religionem. Ipsæ āt Franciscus videtur magis firmare opinio Zen. & sequacium scilicet quod sint personæ ecclesiasticę, cum non solum sit certus modus viuendi, sed & certus ordo Deo deuotus & a papa approbatus, & sic gaudent priuilegio clericali in persona & rebus, quod etiam tenet Anto. de Butr. in c. nullus, de fo. competen. & Pet. de Ancha. & Pet. de Peru. & Abb. sicu. Idem & Ioan. de Capistrano ordinis minorum peritus in theologia & in iure & in quodam suo tractatu huius materiæ. Et potissima eius ratio & aliorū doctorū videt esse, quia talis modus viuendi est a pluribus summis pontificibus approbatus præcipue per Eugeniū tertium in priuilegio quod incipit. Nimis, vbi mandat episcopis & aliis prælatis ne permittant eos in grauaminibus ciuitatem communitatū a laicis molestari, sed immunens eos seruent in suis bonis nisi talia essent alii obligata, vt cænsuaria tributaria vel legata cū certo onere & huiusmodi, etiam Inno. 4. dedit eis priuilegiū exēptionis & incipit priuilegiū illud nec per seculares. Et ex his patet quod dictū Laudul. Fę de. Io. Cal. in consi. & Pau. scilicet qđ talesnō sunt personæ ecclesiasticæ nec gaudēt priuilegio clericali non est tenendum, & hoc fortè quia non viderunt eorum regulam vel priuilegium, ideò sic consuluerunt.

¶ De vestitis de pænitentia seu pinzocharis vtriusque sexus beati Dominici idē dicēdū quia de similib. idē est iudiciū, vt de trāsla. Inter corporalia, habēt etiā & ipsæ regulā approbatā a papa, quā profitētur illū modū uiuendi & cum tali habitu instituit beatus Dominicus, & dicebātur fratres de militia, quia militabant contra hæreticos in partib. Franciæ & Hispaniæ, vbi beatus Dominicus prædicabat quē habitum albumin tunicis, nigrū in clamidibus & capuciis gestant tam mares quam mulieres huius tertii ordinis, & regulam suam approbatam ab Honorio papa, qui ordinem prędicatorum approbauit, & post reconfirmata per Bonifacium 9. & Inno. profitentur continentem certas obseruantias ad quas tenentur, quarū tamen transgressio nō obligat ad mortale. In qua regula continetur, quod post professionem eius non liceat eis ad sæculum redire, nec coniugati talem statum assumere possunt, nisi de licentia & consensu mutuo amborum, qui coniugati matrimonio vti possunt, sed soluti in dicto statu contrahere non possunt, tamen si contraherent teneret matrimonium, licet peccarent mortaliter, quia assumptio talis status cum professione habet vim uoti simplicis, quod impedit contrahendum sed non dirimit contractum, vt distinct. 27. c. 1. & per totum. Manere aūt possunt in domibus ppriis & habere propriū, ac etiam collegialiter & in communi viuere, si volunt propria sponte, non ex ui regulæ, & Franciſc. Zabar. hoc §. 5.

asserit

afferit de illis de tertio or.beati.Franc. ſcilicet quod poſſunt vti matrimonio contracto ideò autem doctores non loquuntur de tertio ordine beati Dominici,ſicut de tertio or. beati Fran.quia pauci ſunt in partibus iſtis, & penè nulli in ſexu maſculino,ſed multi in vtroque ſexu de tertio or.beati.Fran.& hæremitę & hoſpitalarii & in congregatione viuentes ſub tali habitu & regula militant q̃ uis autẽ hi de tertio or.beati Fran. ſiue beati Dominici a quibuſdam nuncupentur benignæ,quarum ſtatus reprobatur propter errores earum,de hære.Ad noſtrum, in cle. cũ non habeant errores earum, quod quidem declaratum fuit per Io.22. in extrauaganti, ſcilicet quod non includuntur ſub nomine illarum reprobatarum.Habent quoque iſtæ veſtitæ ſeu pinzocherę de tertio or.beati Dominici priuilegium,quod ipſę vidi, q̃ tempore interdicti poſſunt admitti ad diuina fratrũ prædicatorum,quod quidem priuilegium nõ habent ille de tertio or.beati Fran. quinimmo incurrerent excommunicationẽ tam ipſi fratres admittentes ad diuina ſua q̃ ipſi de tertio ordine accedentes ſeu participantes in eorum diuinis vt habetur de ſenten.excommu.Ex eo,in cle.Et hoc niſi eo tẽpore admitterentur interdicti,quo admittũtur enim omnes laici,vt in feſtis reſurrectionis,natiuitatis domini,& pẽtecoſtes,aſſumptionis beatæ Mariæ,vt de ſen. excom.c.alma.lib.6.Et in feſto corporis Chriſti per extrauagantem Martini 5. Cauſa autem illius conſtitutionis ſcilicet ne admittantur ad diuina tempore interdicti hi de tertio ordine beati Franciſci fuit ne vileſceret cænſura eccleſiaſtica,ſi non ſeruaretur a talibus. Nam multi & multę ſunt ſub tali habitu tertii ordinis in Italia.¶ De mantellatis quoq, ſeu pinzocheris de tertio ordine hæremitarum dicendum eſt quod & de præfatis. Et ego vidi priuilegium in bulla plumbata conceſſum primo a Bonifacio 9.in ſua obedientia, poſtea confirmatum a Martino 5. & a ſucceſſore eius Eugenio 4.in quo datur facultas præſidentibus dicti ordinis hæremitarum quod poſſint tam virginibus quam matronis & viduis tradere talem habitum ſcilicet pinzocherarum qualem habent ille de tertio ordine beati Dominici & Franciſci qui tamẽ eſt coloris nigri,& quod dictæ mantellatæ ſint exemptæ & audeant priuilegiis & immunitatibus dicti ordinis hæremitarum.

§.6. ¶Quę autem hoſpitalia vel oratoria dicantur religioſa,& eccleſiaſtica gaudentia eccleſiaſtica immunitate & prophana & non ſubdita dioeceſanis plene tractatur per Ludoui cum de Roma in quodam conſilio ſuo.Circa quorum declarationem ſciendum primo, quod licet de iure ciuili locus efficiatur religioſus ex hoc ſolum quo cadauer hominis ſepelitur ibi,& præcipue Chriſtiani,ut.ff.de re diui.l.Intantum §.religioſum, tamen iure canonico derogatum eſt in hoc ciuili, vt no. glo.or.13.q.2. In eccleſiaſtico,ſicut & illis iuribus derogatum eſt ciuilibus quib. dicebatur loca ſacra capta ab hoſtibus definire eſſe ſacra,quod expræſsè dicitur ff.de rel.lo.l.Cũ loca.Cuius contrarium ponit glo. ſingularis 7 q.1.Paſtoralis arguens hoc ex c.Quod quidam 1.q.1.¶Secundo notandum quod ad hoc quod hodie hoſpitale vel oratorium ſit locus religioſus gaudens immunitate eccleſiaſtica,oportet quod in conſtructione eius interueniat auctoritas epiſcopi, vt de reli. domi.c.Ad hæc. Et cum hoc conſtat certum eſt ſecundum omnes doctores locum talem hoſpitalis vel oratorii eccleſiaſticum eſſe. Simplicia enim hoſpitalia ad pauperes recipiendos ſine altari, cemiterio vel alio iure epiſcopali poſſunt conſtrui per quaſcunque priuatas perſonas ſine auctoritate epiſcopi & licentia,vt not.Inno.in dicto c. Ad hæc, & glo.in c.quidem 18.q.2.& in cle. Quia cõtingit,de reli.domi.Quinimmo & ibi ſine cuiuſcunque auctoritate conſtrui poteſt oratorium ſimplex vt oretur licet non poſſet ibi miſſa celebrari non accedente epiſcopi aſſenſu, vt de conſe.diſtin.1.Vnicuique,& c.clericos,quod etiam no. Hoſt.& Io. And. de cen. in c.fi.Quinimmo nec in tali oratorio poteſt fieri erectio campanarum, vt expræſsè habetur de priuil.c.Patentibus glo. etiam in cle.Quia contingit,de reli.domi.dicit quod qui domum ad hoſpitalitatem pauperum dedicauit,deputauit ſine auctoritate epiſcopi poteſt pœnitere & ad vſus prophanos conuertere,quod minime foret ſi locus religioſus eſſet effectus,vt de reg.iu.in c.Semel deo. ¶Tertio aduertendum quod ſi hoſpitale vel oratorium non conſtat eſſe epiſcopi auctoritate conſtructum ad iudicandum de eo, vtrum ſit auctoritate epiſcopi conſtructum & p cõſequẽs cænſendũ eccleſiaſticũ, vel nõ cũ auctoritate epi recurrẽdum eſt ad præſũptionẽ ex qualitate circunſtantiarũ talis loci.Nam vbi reperiunt oẽs circunſtantię loci prophani & non eccleſiaſtici, vt ſi non habet cemiterium vel ſepulturæ ſignum.Et ſi inſtitutio vel datio talis hoſpitalis ſit per laicos

Locus religioſus.

cos non requisita licentia diœcesani vel auctoritate, & si ex bonis illius hospitalis soluantur collectæ communitati laicorum. Si oratorium ibi positum regatur per laicos, & si non habet campanile vel campana super tectum eius, cum concurrunt omnia ista simul erit vtique prophanus locus, quamuis talis locus esset celebrationi & orationi deputatus prout fere est in omnibus palatiis magnarum personarum, vt capellæ formam habeant & oratorii, nec censeri locum religiosum, nec ad cu ram episcopi pertinere cum nō habeat consueta signa loci ecclesiastici. Si autem hospitale haberet oratorium ædificatum in forma ecclesiæ, & campanile erectum super tectum cum campana, quæ pulsatur cum in celebratur & altare in forma lapidea sicut habēt aliæ ecclesiæ ibique per sacerdotes & alios clericos celebratur publicè præsumendum est locum religiosum esse, & quod ipsa auctoritas interuenerit omniaque legitimè cōcurrerint. Ita notat & determinat Archi. de consec. dist. 1. Nemo. & eum sequitur Io. Cal. in consilio suo ar. c. Quod interrogasti. distinct. 27. & 27. quæstio. 1. c. Vidua. & de regu. c. vidua. Non enim possum hæc sine episcopi auctoritate fieri. Similiter si sit ibi cemiterium vel signum sepulturæ præsumitur locus ecclesiasticus. Quamuis enim perceptio decimarum oblationum, & onus baptizandi & sepeliendi non censeantur facere ecclesiam curatā vt elegan ter determinant. Host. & Ioā. An. in nouel. in c. Quia nonnulli de cle. non resi. quod sequitur Federicus in consiliis suis, nihilominus arguunt locum ipsum ecclesiasticum & religiosum, vt no. glo. in cle. Quia contingit, de reli. dom. ver. altare. Hæc omnia eleganter dicit Ioan. Cald. in consiliis suis. Quod autem dicit Archi. in c. diffiniuit 17. quæst. 4. quem referendo sequitur Bal. in l. Si quis ad declinandum. C. de epi. & cle. scilicet quod fugiēs ad hospitale tutus est a iudice seculari, sicut si fugisset ad ecclesiam, intelligi debet de hospitali auctoritate iudicis ecclesiastici, scilicet episcopi constituto. Illud enim priuilegiis omnibus vti poterit, vt ecclesia, vt C. de episc. & cler. l. Omnia, licèt ergo aliqua pia opera in aliquo loco exerceantur, vt eleæmosyne & orationes, & tamen ibi non sunt clerici officiantes, nec campanæ, nec altare, scilicet fixum, nec episcopus est in possessione exercendi communiter episcopalia, tunc cū plura concurrant ad iudicandum ad quæ etiam accedant, quæ notantur per cle. Per literas de præbend. iudicari potest locus prophanus. Pro illo enim potius iudicandum est pro quo faciunt plures rationes, vt de deci. c. Suggestum, in fi. Federicus in consi. 125. Et ex prædictis satis colligi potest quòd ex hoc solo, q hospitale non habet campanile supra tectum vel nomen laici, vt domini Bonifacii, vel legini & non nomen sancti, vel quia datur per laicos & administratur in temporalibus, debeat censeri prophanus, quando videlicet cū his officiatur per clericos in horis celebrantur ibi continuè missæ, habet cemiterium vel sepulturam. Nam tunc ex potioribus circunstantiis censebitur religiosa domus, & visitabitur a diœcesano nisi exemptum, & tunc seruandum quod habetur in cle. Quia cōtingit de reli. domi. Idem Ludo. in suis singularib. dicit, quòd si in hospitali, de quo dubitatur vtrum sit constructum auctoritate episcopi, eoipso quòd missæ celebrātur præsumitur auctoritate episcopi ædificatum, dictum est singulare. Archi. de consec. di. Nemo. sed hoc solum non videtur sufficere cum in aliquibus locis prophanis dicantur aliquando missæ, sed quando continuarentur, & per clericos in horis officiaretur, vel aliis adminiculis de quibus supra. ¶ Quærit idem dominus Ludo. de Roma. in d. consi. vtrum de relictis huiusmodi hospitalibus seu fraternitatibus, quæ non sunt constructæ auctoritate episcopi, debeatur ipsi episcopo canonica portio, ideſt quarta? & respondet quòd non. Et prima responsio eius est, quia ad hoc, vt debeatur episcopo de relictis canonica portio, scilicet quarta, necesse est loca illa esse religiosa & pia atque sibi subiecta, vnde exempta ad soluendum huiusmodi onus non tenentur, vt concludunt Innoc. & Ioan. An. in c. Officii de testa. & Federicus in consil. 6. sed tale hospitale non est subiectum episcopo, quia prophanum, ergo non tenetur. Secunda responsio est, quia quamuis de relictis pauperibus certi hospitalis religiosi, quia scilicet constructum est auctoritate episcopi, debeatur episcopo canonica portio, vt determinat Ioan. An. in cap. Dudum, de conuer. coniu. in nouel. quasi videatur eis relictum contemplatione hospitalis illius. ff. de An. le. l. Annuam, tamen de relictis pauperibus certi hospitalis non religiosi, nec episcopo subiecti, non debetur ei canonica portio, quoniam de relictis pro anima alicuius piis ac miserabilibus personis non solum nominatim, quia tunc esset clarum, sed etiam in genere, vt no. Bald. in autentico. Similiter episcopo canonica portio non debetur, vt no. glo. or. c. 2. de sepul.

Tertia

Tertia reſponſio eſt, quia canonica portio debetur epiſcopo ratione ſpiritualis iuriſdictionis, & curæ quam habet epiſcopus in eccleſiis ſuis, vt tradit Ioan. And. in d. c. Officii, ac etiã ratione communionis quam habet in eccleſiis ſuis, in quibus ſit relictum, vt in c. In noſtra, de ſepul. Sed in huiuſmodi hoſpitalibus prophanis nullam habet iuriſdictionem ſpiritualem, nec onus, nec communionem, igitur ſibi non debetur. Vltimo accedit ad hoc determinatio Feder. in conſil 145. dicentis q̃ de relictis domui in qua morãtur leproſi ad hoc nõ fundata auctoritate epiſcopi, ſed mera laici voluntate. Item de relictis loco mulierum de tertio ordi. be. Franciſci ſine auctoritate diœceſani inſtituto non debetur quarta ſeu canonica portio epiſcopo, & hoc quia omnino ſunt libera ab epiſcopali iuriſdictione. Notandum autem quòd iſta canonica portio debita epiſcopo de relictis eccleſiis ſubditis in aliquibus diœceſibus non datur, vt Florentiæ & in illis locis contraria conſuetudo excuſat a ſolutione huiuſmodi.

TITVLVS XXIIII. DE excommunicatione maiori, quædam per modum prologi, & deinde ſingulis excommunicationibus, quæ habentur in corpore iuris & extrauagantibus.

EXcommunicatio dicitur excluſio ſcilicet a communione. Sicut autem eſt triplex communio fidelium, ſcilicet in conuerſatione vel loquela, cibo ſalutatione, & huiuſmodi in ſacramentorum ſuſceptione, & in bonorum ſpiritualium participatione quæ fiunt in eccleſia iuxta illud. Participem me fac Deus omnium timentium te. pſal. 98. &c. Sic triplex poteſt dici excommunicatio alijs omiſſis. Et prima excommunicatio maior quæ ẽt dicitur anathema, & excludit a prædicta triplici communione. de hac. 3. qõ. 4. Engeldrudam, & 11. q. 3. Sicut apoſtoli, & c. nihil. Secunda eſt excommunicatio minor quæ excludit a participatione & a communione ſacramentorum paſſiua tamen ſecundum Ioan. de Lig. vt de cle. excom. mi. c. Si celebratur, & de hac. 11. quæſtio. 3. Cum excommunicato, & 3. qõ. 5. Engeldrudam. Tertia eſt excommunicatio data a Deo. ſ. inflicta per quodlibet mortale, & de hac. 11. qõ. 3. audi. Iſta ergo quarta pars tractat de cenſuris eccleſiaſticis, & ſex titulos habet. In primo tractabitur de excommunicatione maiori. In ſecundo de minori excommunicatione. In tertio de interdicto. In quarto de ſuſpenſione. In quinto de irregularitate. In ſexto de pœnis in genere. Quantũ ad primum ſciendum quòd excommunicatio maior quandoque infertur ab homine ſiue a iudice, & quia iſta poteſt inferri pro variis & innumeris caſibus etiam iniuſtis, ideò poni non poſſunt caſus ipſius. Quandoque infertur a iure particulari per conſtitutiones videlicet ſynodales alicuius diœceſis vel prouinciales factas, ſcilicet in concilio prouincialeſ, vel per legatum alicuius prouinciæ, quæ non extenduntur ad alia loca, extra prouinciam vel diœceſim. Et quia hæc variãtur multis modis, quia quot diœceſes tot quodãmodo conſtitutiones, ideò ipſæ etiam omittantur. Quandoque vero infertur excommunicatio a iure communi ſecundum cõſtitutiones factas in conciliis vniuerſalibus, vel a ſummis pontificibus, quæ aſtringunt & ligant vbique terrarum fideles quarum quædam habentur in corpore iuris. Vnde Ho. de ſen. excom. in princ. 30. enumerat excommunicationes collectas ex decre. & decretalibus. Ioan. vero An. in cap. eos, de ſen. excom. lib. 6. in glo. numerat 32. quæ habentur in ipſo lib. 6. & idem in clemen. 1. de ſenten. excom. nnmerat quæ habentur in cle. Quæ aliæ ſunt per extrauagantes diuerſorum ſummorum pontificum. Et iterum quædam aliæ ſunt quæ annuatim fiũt in curia a ſummo pontifice contra quaſdam perſonas ſeu committentes quædam vitia, vt infra patebit. Igitur circa iſtam materiam excommunicationis maioris ſic procedetur. Primo ponentur caſus ipſi propter quos incurritur ipſa excommunicatio maior, quorum quidam ſunt ſedi apoſtolicæ reſeruati, quantum ad abſolutionem. Secundo tractabitur de ipſa excommunicatione. Tertio de ipſius abſolutione. Imponendo autem ipſos caſus excommunicationis iuris prius agetur de illis, in quibus frequentius incurritur excommunicatio cum aliquali declaratione, ſecundum nota per doctores, & exinde de aliis breuiſſime expedietur. Demum ponentur de verbo ad verbum quædam extrauagantes, & ipſę proceſſus, qui fit annuatim in curia per papam continens plures excommunicationes.

Diuiſio huius titu.

¶ *De excommunicatione contra inijcientes manus violentas in perſonas eccleſiaſticas. Cap. I.*

SI quis ſuadente diabolo huiuſmodi ſacrilegii vitium vel crimen incurrerit, quòd

in

in clericum uel monachum manus uiolentas iniecerit, anathematis vinculo subiiciatur, & nullus episcoporum illum præsumat absoluere, nisi mortis vrgente periculo donec apostolico conspectui præsentetur, & eius mãdatum susciptat. Inno. 2. 17. q. 4. Super hoc de creto sunt quinque notanda. Primum est, q̃ sub nomine si quis, compræhenditur etiã fœmina, ut dicit ibi glo. & Archid. patet exemplum in c. de sent. excom. Mulieres. Secundo notandũ est, quis clericus vel religiosus gaudeat isto priuilegio, & quis non. Super quo Io. de Lig. in tracta. de cen. eccle. dicit, q̃ monachus non clericus gaudet isto priuilegio. s. quod iniiciens manum uiolentam in ipsum est excommunicatus. Item canonicus regularis nõ clericus. Item nouicius religiosus gaudet hoc priuilegio, vt in c. religioso, eod. titu. lib. 6. Item moniales & conuersæ earum extra de sent. excom. c. de monialibus, Item conuersi religionũ, sed de conuersis secularium remanet dubium. Host. autem in c. non dubiũ, de sen. excomm. dicit, q̃ conuersus remanet in domo sua viuens, vt laicus nõ gaudeat hac immunitate. 27. q. 1. vt lex continentię. Si uerò fit conuersus tradens se & sua consecratus incedens, horas audiens, honeste uiuens, talis gaudet hac immunitate. 17. q. 4. Si quis, probatur hæc sol. in ca. vt priuilegia, de priuilegiis, uer. hoc autem, & hanc credo ueram. Io. de Lig. Item clericus coniugatus non bigamus incedens in habitu clericali & tonsura gaudet hac immunitate, vt in cap. vno de cle. coniu. lib. 6. & hoc quoad duo, scilicet q̃ a percutiens eum incidit in canonem, & respondere non habet in iudicio seculari. De percutiẽte clericum coniugatum non bigamum dimittentem habitum & tonsuram, & post ea reassumentẽ, vrrum talis incidat in canonem sunt opiniones. Et quidam dicunt quod non. Nam satis est quod semel elegerit sibi uitam laicalem professione, vt in regula, quod semel de reg. iur. lib. 6. Alii dicunt contrarium q̃d scilicet iusta pœnitentia nemini est auferenda. 2. qõ. 5. si quis, pro hoc faciunt notata per Inno. in c. fin. de vita & ho. cle. qui dicit clericos priuatos priuilegio, quia se immiscent negociationibus illud reassumere dimittendo. Ioan. Mo. & Archid. tenent hanc partem, hãc etiam probat cle. de vita & ho. cle. si litera intelligatur secundum rectum, & continuum intellectum. Nam ibi dicit tex. quamdiu in præmissis existant uel instant eo ipso amittant, & ille versus secundum verum intellectum refertur ad omnia præcedentia, vt in c. 1. & c. Secundo requiris, de appella. Confirmatur hoc, quia illa constitutio est pœnalis, ideo in dubio debet recipere interpretationẽ in partem mitiorem. Ioan. de Lig. ¶ De percutiente depositum dicunt. Ioan. de Lig. & Hugo. dist. 50. accedens, q̃ incidit in canonem, & idem Ber. & Ho. sed Bar. Brix. tenet contrarium, q̃ videtur approbari per c. Degradatio, de pœn. lib. 6. Ioan. And. in d. c. degradatio, dicit primam opin. esse veram in depositio verbaliter, sed in actualiter depositio est vera contraria opinio. Io. de Lig. Percutiens clericum per saltum promotum incidit in canonem, quia talis recipit caracterem. ¶ Clericus percutiens seipsum irato animo incidit in canonem, quod probatur 23. quæstio. 5. Si non licet. Prærerea tale priuilegium est indultũ toti ordini clericali, cui renunciari non potest. Ioan. de Lig. Idem Archi. & Ioan. An. ¶ Percutiens clericum excommunicatum vtrum incidat in canonem. Dicunt aliqui, q̃ non per c. Excommunicatorum. 23. quæstio. 5. & 2. qõ. 1. Multi sed in contrarium est communis opin. Nam excommunicatus retinet ordinem ratione, cuius inducta est immunitas, ergo durat durante causa, hanc opi. tenet Io. idem Vincen. & Goff. Inn. & Ioan. An. speculator. ¶ Percutiens clericum incedentẽ sine habitu, si monitus fuerit & habitum non assumpserit non incidit in canonem. Si autẽ non fuerit admonitus & ipsum percusserit, non in actu belli & aggressuræ, tunc incidit etiam si clericus habitu deposito se aliis immiscuerat, sed si ipsum percusserit in actu belli & aggressuræ, tunc non incidit secundum Innoc. Hic tamen putarem considerandum & ponderandum quis dedit causam bello & aggressuræ. Nam si clericus iniustè causam dederit, tunc indubitatum est, quod illi contra quos venit clericus, non incidunt ex capite defensæ permissæ, vt in c. Si vero, de sentẽ. excom. & cæteri fauentes aggresso etiam non incidunt. Item si tertius contra tertium, & clericus temerè se immiscat habitu deposito, & tunc crederem percutientes in liminibus aggressuræ non fore excommunicato. Et sic intelligo opin. Innocen. & Ioan. de Lig. ¶ Percutiens ordinatum non baptizatũ non incidit, quia non habet characterem. Percutiens ordinatum inuitum coactione absoluta non incidit in canonem, quia talis non recipit characterem extra de baptismo. Maiores, in glo. sed inuitum coactione conditionali, nisi postea ratificet expræssè vel tacitè talem percutiens, non incidit in canonem Ioan. de

de positum.

seipsum

excõicatum.

suprati. 23. c. 5. §. 1.

coniugatum.

sine habitu.

ſuite ordinatũ.

Lig. Detinens clericum asportantem res suas vel alienas apud se depositas, per violentiam & auferens eo inuito, non incidit in canonē, si ei auferat dum est in asportando antequam se recipiat ad locum destinatum. Si autē hoc faceret ex interuallo postquam peruenit ad locum destinatum, & adeptus fuerit possessionem rerum illarum perfectè incidit secundum Petrum de censura ecclesiastica.

2.1. ¶Tertio notandum est quod in quibusdam casibus, quamuis non actualiter iniiciat quis manum violentam incidit in canonem propter quosdam actus iniuriosos personales factos contra tales, sicut cum quis percutit clericum subiicientem se verberibus eius pro emēda offensæ commissæ, de senten. excommuni. contingit. Clericus verò se subiiciens verberibus, videtur etiam quod excommunicatus sit, vt di. Ioan. And. in nouel. quia participat in crimine damnato, extra eo. cap. nuper, & si concubinæ. Nisi dicas quod participium, aliàs participatio in crimine, tunc inducit excommunicationem in participāte quando participat cum excommunicato, non in illo actu tantum pro quo principalis excommunicationem incurrit, ad hoc infra eo. Si concubinæ, ibi post latam sententiam, & decretalis nuper, ponit etiam illum excommunicatum tempore communionis. Nec ob. si dicas quòd mandans vel cooperās percutienti sit excommunicatus, quia nō est ex vi participii, sed ex proprio facto, quo etiā quandoque excommunicatus est non prohibens infra eo. Quanto, vel nisi dicas, q̄ summittere non sit participare crimini, quia probabiliter credere poterat illum remissurum prior tñ solutio non vī sufficiens vbi ictus iterantur, cum ex primo ictu sit excommunicatus. Hæc Io. And. Item Pau. in cle. eos de consang. & affi. Et sic uidentur dicere, q̄ non sit excōmunicatus. Pe. vero de Peru. dicit, q̄ talis clericus si permittit se percuti vna percussione tantū, tunc nō ligatur maiori, quia antequam sequatur læsio percutiens non est excommunicatus, & sic se subiiciendo non participat excommunicato, sed excommunicando. Si aūt subiicit se pluribus percussionibus, tunc ligatur maiori, quia participat excōicato & in crimine. Et ista prima solutio facit ad quæstionē q̄ faciunt prædicti doctores de eo qui recipit cōionē a religioso sine licētia eius a quo debet habere, vtrum. s. sit excōicatus sicut & ipse religiosus remittunt ad notata, circa istam decreta, contingit. ¶Item reputatur quasi manus violenta, cum quis retinet clericū incarceratū vel in custodia vel vinculatū, vt in c. nuper. Includens clericum violēter ne ab inimicis ipsum quærētibus occidat, nō incidit in canonē, quia licèt assit violentia, nō tñ dolus, sed ad salutē ipsius fit, nō aūt ad iniuriā. Hoc tenet Inno. in c. nuper. Duo. n. requiruntur ad hoc, vt quis incidat in canonē illum. Si quis suadēte. 17. q. 4. s. animus dolo sus, & factī ppetratio, vt patet ex ipso textu, & Io. An. ēt tenet, q̄ in pœnā latæ sniæ nullus incidat p̄ solā attēptationē, nisi peruenerit ad actus cōsumationē, per c. ppetuæ, de ele. c. lib 6. Vnde vibrans gladiū, vt pcuteret gladiū q̄ tñ nō pcussit, q̄ ille ictum uitauit, non incidit in canonē. Io. de Lig. Si aliqui inimici clerici obsidēt ipsum in castro vel in domo, forte alicuius mulieris claudāt ipsum, & nō ut illū custodiant, sed vt illi verecundiā faciāt, non dicent illū tenere in custodiā uel carcerē, q̄a nec hoc intendunt. Itē nec violentiā inferūt pſonæ vel rebus adhærentibus. Hæc sunt verba Inn. nescio tñ si per hęc verba intendit Inno. dicere hos non fore excōicatos licèt hoc videatur p̄ verba illa, nec violētiā &c. quia requirit canon, credo tñ in obsidēte ponderandum pp q̄ fiat obsessio. s. an pp castrū habēdum & nō pſonā violandā, & tūc credo, q̄ nō incideret. Si aūt fieret obsessio pp̄ persona, vt violetur, tūc incideret. De claudente vero domum mulieris ad verecundiā clerici detegēdam, credere ipsum includentē excōicatum, nam fit iniuria pſonæ clerici inclusi. Io. de Lig. Itē reputatur quasi manus violenta, vt cū qs mādat capi uel verberari tales, & sequitur effectus, vt in c. perpendimus. Item percutere reputatur clericū cū quis ratā habet percussio nē clerici factā noīe suo, vt in c. cum quis eo. tit. lib. 6. Item pcutere reputatur clericū cum non defendit clericū cū læditur pſonaliter & defendere pōt sine sui periculo extra eo. quā te. ¶No. circa hūc casum variæ sunt opi. Quidam. n. vt Io. & Ber. in glo. super c. quantæ, in glo. & verb. di. q̄ istud. s. nō defendere clericos ab iniuriis pſonalibus cū fieri possit inducit excōicationē quantū ad officiales, ad quorū officiū pertinet eos defendere. 33. q. 5. Administratores. 24. qō. 5. Forte. Host. vero dicit in sum. hoc esse intelligendū generaliter de quocunq; et si nō teneret ad hoc ex officio dummodo nudo verbo tantū ꝓhiberi possit, vt si diceret illi q̄ vellet iniuriari, caueas tibi vel nō facias & ille nō abstineret. ar. ad hoc extra eo. Dilecto. lib. 6. Idē videtur sentire Ioan. de Lig. super c. Quantæ. Inno. verò recitat vtranque opi. & dicit quod si aliquis verberaret in nomi-

Subiiciens se verberibus.

Incarcerans.

Non defendens

nomine meo, & ex negligentia non prohiberem sine dolo, nō inciderem in canonem, cū necessarius si dolus, secus si ex proposito nō prohibeo. Ioā. And. in nouel. in d. c. Quantæ dicit qđ Vinc. Abb. & Hosti. finaliter tenēt, q̄ sine quis habeat verberantem in potestate siue non, siue ille verberetur nomine illius siue non, incidit in canonem quando pōt prohibere & non prohibet dummodo dolose dimittat, alias non. Et addit vnū dictum multū notabile, di. in hunc enim vel alium canonem nullus incidit sine dolo. ar. ff. de adult. l. Spuens. pen. ff. de ficca. l. 1. Idem Io. de Lig. ¶ Spuens in faciam clerici est excommunicatus secundum. Hostien. & ledens eū pede vel alia parte corporis similiter, s. animo iniuriandi q̄tū ad utrunque, idem si effundant aquam super eum. ¶ Detinens clericum per vestem vel freum equi. ne clericus liber transeat tenet In no. qđ sit excōicatus, i d. c. nup mouetur quia uiolatur persona, licet mediantibus rebus adhærentibus personæ. Idem de auferentibus res de manibus clerici, etsi auferat forte dñs uel possessor, sed commodauerat clerico vsq, ad certum tempus & huiusmodi, quia ante finitum usum non debet tolli. Occidens equū cui insidet clericus, vel lacerans uestes quas habet indutas, dicunt quidam qđ sit excōicatus, si hoc fiat iniuriam clerici. Nam videtur iniuria fieri personæ, quæ fit vestibus quibus induta est, & equo cui insidet, secus si uestes fuerint separate a persona & equo allegant, & contingit, de sen. exc. Hanc opi. credo ueram, licet contrarium dicant. Nam licèt canon sit pœnalis propter quod uideretur eē restringendus non ampliandus, est tamen fauorabilis attento ordine clericorum cui indulgetur, & ideò ampliandus, extra de re. iu. Furans. Odia. Io. de Lig. Furante corrigiam cum qua cinctus est clericus vel vestes quibus est indutus eo dormiente, dicit Inn. non esse excommunicatum, quia nullam infert uiolentiam personæ quę non sentit. In hoc casu crederem contrarium, & ego credo quod sit de mente canonis quod qualitercunque quis cōtingat personam clerici iniuriosè, etiam incidat in canonem, ut no. Arch. in d. c. Ioan. de Fugiēs. Lig. Fugiēs inimicos, & ut facilius euaderet, eiiciens clericum de equo & ipsum ascēdens ut fugiat, an sit excommunicatus, pro & contra potest argui. Credo tutius tenendum ipsum esse excommunicatum. Nam hoc est iniectio & violentia, nec iure fit, ergo insurgūt uerba canonis & mens, nec ob. qđ licitū sit sibi se defendere, hoc verū est sine læsione tertii, putarē tamen in impositione pnię ponderandam qualitatē necessitatis, an ineuitabilis, quia aliter euadere non poterat an commoditas, ut no. cle. de homi. Io. de Lig. Hanc opinionem tenet Bart. Brix. & Tan. sed Petr. de censuris ecclesiasticis tenet cōtrarium, & inter cæteras rationes hanc inducit, quæ notanda est etiam. in aliis casibus. Dicit. n. non credo aliquem sapientem dicturum talē peccare mortaliter, ergo necesse habebit dicere illum non esse excommunicatum, nam cum excommunicatio sit æternæ mortis damnatio, vt. 11. q. 3. Nemo, non infligitur nisi pro mortali. Compellentem clericū ut exeat defundo per metum vt sibi aliquid det, ut postea ipsę ingrediatur fundum, dicit Inn. non esse excōmunicatum quia non fit manus iniectio in clericum, nec in res adhęrentes ei, quod credo uerū si sit metus verbalis, secus si realis alias per contractum personæ etiam si ne uiolentia præcisa. Io. de Lig. De illo vero q̄ persequitur clericum fugientē ut percutiat & clericus sine percussione cadit & lædit, dicit verb. q̄ non credit q̄ incidat in canonem secus si ipsæ clericus fugiens quasi coactus p̄cipitat se in aquam uel in aliud periculum se ingerat ut euadat, quia tunc incidit. ¶ Quin decim casus in quibus iniiciens manus uiolentas non est excommunicatus.

§. 6. Cōpellens. Persequens.

¶ Quarto notandum est qđ in quibusdā casibus percutiens clericum vel religiosum non incidit in canonem, & hoc ideò, quia non fit suadente diabolo ut dicit tex. decreti, vel. q̄. a non est manus uiolenta. Et hi. 15. casus sūt. Primus est cū quis percutit clericū incedētē inhabitu laicali quē ignorat clericū, ut in c. Si vero. 2. eo. ti. & secundū Inn. & Io. And. ēt si occideret non incideret in canonē, quia ad hoc requiritur dolus ut quis incurrat, nā probabilis ignorantia excusat, si autem percutiens uidit tonsurā, & tñ non credidit ipsum clericū tūc incidit, ut no. glo. in prædic. c. Et hoc uerum est nisi probabilis ignorantia excusset & exurgat ex more patrię, qui debet attendi. Nam alicubi laici tēpore caloris deferunt tonsuram. Si autem quis intenderet p̄cutere clericū, & percutiat laicum glo. in c. Si uero, tenet q̄ incidat, sed contrariū vr, nā debet non iudicare secūdū qd quis facere intēdit, sed secūdum qđ fit, & hāc partem credo ueram, sed si intendens percutere Titium laicum errans in persona, percussit Cayum clericū. Alanus dicit qđ incidit, q̄a iniuriari uoluit. ff. de fur. l. ult. Tan. tenet. cōtrariū per c. Si uerò, credo opi. uerior em Tā. moueor, q̄a

§. 2. Incedēs laicaliter.

vt uendicet ſibi pœna canonis, debet præcedere perſuaſio diabolica quæ hic nõ pceſſit circa Clericũ. Io. de Lig. ¶ Secundus eſt cum quis percutit clericũ incedẽtẽ in habitu laicali, nec aliquid de clericatu oſtẽdẽtẽ, tertio monitum non correctum, ut in c. Contingit. Idem in clerico qui cõremptu habitu fert arma & tertio monitus non corrigitur, ut in c. In audientia quinimmo etſi non ſit admonitus & immiſceat ſe tyrannidi, ut in c. Cũ nõ ab homine. eo. ti. ¶ Tertius eſt in clerico gerente adminiſtrationẽ rerum ſecularium, ut in c. Sacerdotibus, ne clerici vel monachi, quod quidẽ indiſtincte ſumit, quodnõ eſt uerum, ſed prius requiritur monitio, vt in c. In audientia, ſic tenent. Vinc. Inn. & Hoſt. & hoc verum eſt niſi eẽus in ſynodo mandaſſet ſub pœna priuilegii clericalis illud, quia hoc haberet locum trinæ admonitionis. Ioan. de Lign. ¶ Quartus eſt in eo qui iocosè iniicit manus in clericos, vt in c. 1. eo. ti. debet tamen ponderari qualitas ioci, & ratio fallẽdi, qa in pœna canonis requiritur perſuaſio diabolica q̃ excludit iocus ipſius qualitate ponderata arnotatorũ, in c. 1. de pſum. Io. de Lig. ¶ Quintus in magiſtro q cã diſciplinæ percutit ſcholarem, c. infra eo. ti. debet tñ ponderari modus percuſſionis, quia leuis permittitur magiſtro, in c. cum voluntate, eo. ti. Et dicit. Vin. quod magiſter cũ ita percutiat ex quo cã correctionis hoc facit, nõ incidit in canonẽ. Addit ẽt qđ ſi principalis magiſter, phibeat ſub magiſtro vel alii cui cõmittit aliquos pueros docendos qđ nõ percutiat, & tñ percutit eos exiſtentes clericos, ſed cã diſciplinæ, credit q̃ ſic prohibitus nõ incidit in canonem, quãuis ſit percutiens, quia per hmõi prohibitionem nõ põt ei auferre beneficium iuris, quod eſt corrigere poſſe quos quis docet. ¶ Sextus in repugnante clerico ipſum impulſante cum moderamine inculpatæ tutelæ, in c. Si verò. eo. ti. Ratio fallendi eſt, quia eſt inductum ſe defendere iure naturali. Itẽ ſi quis a clerico ludente ſecum grauiter pecuſſus, & propter hoc motus ſine deliberatiõe repercutit eum grauiter incõtinẽti iratus animo vindicandi nõ facturus ſi deliberaſſet. Dicit frater. G. qđ non poteſt dici ſine deliberatione feciſſe, exquo libidine vindictæ fecit vnde incidit in canonem. Si autem eſſet tanta ſurreptio qđ nec ſe vindicare nec iniuriare intenderet non incidit. Pet. de cenſ. eccl. idem dicunt quidam, quibus magis aſſentit Innoc. ſuper dicta decre. cum quis verberat vel ledit clericum ob tuitionem patris vel matris, vel vxoris uel filiẽ uel familiæ ſuæ vel etiam extraneorum, quia ſcilicet talis non eſt excommunicatus, nam & ſocii iniuria propulſanda eſt. 23. q. tertia, non inferenda, & c. fortitudo. Alii dicunt quod eſt uerum de defenſione illarum perſonarum tãtũ per quas nobis fieri iniuria intelligitur ſicut ſunt vxor, filii, & ſerui, & huiuſmodi. Inno. etiã dicit quod ſi quis occideret clericum defendendo alium, ne clericus ſ. illum occideret, non incideret in canonem, ſed eſſet irregularis, pro defenſione autem ſuarum rerum occidendo nõ vitaret excõicationem. Et dicit Io. And. in nouel. ſuper dicto c. ſi verò quod ſi clericus percuſſit laicum non intendens plus percutere eum, & hoc conſtat laico non debet percutere clericum, ſi vero clericus venit ad repercutiendum laicum, vel de hoc laicus probabiliter dubitet tunc licet laico percutere clericũ ad imminentem uiolentiam repellendam. Dicit etiam Ioã. de Lig. in tractatu de bello particulari, quod ſi laicus pro rebus ſuis defendendis iniiciat manum i clericum ſi alias nõ poſſet vim vi repellere, & hoc facit cum moderamina inculpatæ tutelę quod credit non eſſe excommunicatum, allegat Inno. hoc dicentem, capit. 2. de reſtitut. ſpolia. Nõ enim eſt ibi manus violenta (vt dicit canon ſi quis ſuadente) ſed uiolentiæ repulſoria. Idem dicit eſſe ſi iniiciat manum in clericum ſic uiolentiam propulſando pro rebus proximi, ſicilicet quod talis non eſt excommunicatus, nam licitum eſt obuiare errori, vbi obuiare poteſt, alias conſentire videtur. diſt. 83. Error. ¶ Septimus in reperiente clericum in adulterio vel ſtupro cum uxore, matre, ſorore, uel filia, ut in cap. Si verò, primo cum ea etiam quæ putatur vxor, & non eſt idem dicendum, & hoc tenet Vincent. & Goffr. in dicto capit. Nomine etiam uxoris intelligitur ſponſa de præſenti, ut tenet Glo. nomine verò matris, vtrũ intelligantur omnes aſcendentes, & nomine filiæ deſcendentes tenet glo. quod non hoc caſu quia non debent extendi lineę. Hoſtien. dicit hoc tutius. Ioann. de Lig. & hoc ſecundum Vincen. non ſolum ad coitum eſt reſtringendum, ſed amplexus & Deoſculationes, & quando quis præparat ſe ad opus carnis ſi tamen non in loco ſuſpecto, ſed in publico hoc faciat, ſicut ſit quãdoque ludendo, tunc verberans huiuſmodi incideret in canonem. Item cum per ſigna aperta & propinqua negocio, conſtat a clerico turpitudinẽ coitus ibi ante expletã ſtatũ eſſe cũ prædictus, uerberans hmõi non incideret,

Armatus.

adminiſtrator.

Iocosè.

Diſciplinam.

Repugantem.

Adulterantem.

ret, si hoc facit incontinenti antequam diuertat ad alia. Nam postea verberans incideret, & hoc intellige de attinentibus, prædictis. Item si clericus tangat mulierem inuitã propter turpitudinẽ, si illa se defendens cum moderamine inculpatæ tutelæ reum percutiat, non incidit in canonẽ ſm Vincẽ. ¶ Octauus in eo qui auctoritate suæ prælationis, uel de mandato prælato iniicit manum in clericulum eod. titu. Ex tenore, & c. Vniuersitatis, & intelligas in prælato corrigente non tamen modum excedente, aliàs foret locus appellationi, & puniretur sic excedens, ſeuis. n. correctio est permissa Si autem prælatus mãdat clericum verberari ad tormentum poni p laicum, vterque est excommunicatus, ut in c. Vniuersitatis, & hoc nisi talis clericus esset incorrigibilis, siue quia non bene potest capi per clericum de mandato sui prælati. Item dicit Archid. distinct. 45. quòd non est tutum nec honestum monachum uerberari per conuersum laicum. ¶ Nonus in senioribus ecclesiæ qui pueros corrigere possunt, ut in cap. Cum voluntate eo. titu. hoc intelligitur, modum non excedendo. ¶ Decimus in dominis corrigentibus, cum corrigunt domini subditos suos, extra eod. Cum uoluntate, ibi dicit glo. quod dominus domus põt corrigere clericos inferiorum ordinum sine pœna excommunicationis. Quilibet enim familiam suã corrigere debet 23. q. 4. Duo ista. ¶ Vndecimus in propinquis, extra eo. Cum uoluntate vbi dicit glo. quod non solum pater, sed etiã propinqui domesticos suos corrigere debent. C. de emenda, propinquorum l. una. ¶ Duodecimus in patribus corrigentibus filios hoc intelligo dummodo non sint constituti in sacris. Nam sacer ordo liberat a patria potestate, & etiam seruili quoad manuum iniectionem 54. dist. Ex antiquis, & c. Frequens. Si autem tales personæ excedant modum tenet gl. quod non sunt excommunicati, vt in c. Cum voluntate mouetur, quia canon excigit dolũ, sine quo violentia non committitur, sed hæ manus sunt charitatiuę, licèt modus excedatur, ego tamen non credo glo. veram, nam limitata correctio permissa est patribus erga filios, & dominis erga seruos, sicut prælatis erga subditos per supra allegata. Excessus ergo inducit pœnam. Ioan. de Lig. Pet. de Peru. tenet quod etiam in sacris existentem, pater potest verberare causa correctionis, prima opinio tutior, sed secunda rationabilior, vt scilicet possint parentes verberare etiam existentes in sacris causa correctionis, quam etiam tenet Pau. de Pa. ¶ Tertiusdecimus in eo qui iniicit manus in clericum depositum traditum curiæ seculari, de iudi. c. cum non ab homine, hic punctus supra est tactus. ¶ Quartusdecimus in eo qui iniicit manum in clericum se ad vitam contrariam clericatui dantem, vt cum bigamiam cõtrahit. dist. 84. c. Quisquis, & nota, quod bigamus exutus est omni priuilegio clericali, vt de bi. c. 1. lib. 6. ibi tamen dicit glo. Io. And. quod hoc est verum de his qui sic in minoribus contraxerunt, scilicet cũ duabus vel cum corrupta, secus si in sacris, quia tunc non perdit priuilegium clericale. Idem Archid. Guil. Bar. Io. Mo. Item intrans religionem bigamus gaudet tali priuilegio, secundum Ioan. And. in q. mercuriali. ¶ Quintusdecimus, nota secũdum Rich. ordinis minorum super 4. sen. dist. 18. quod non incurritur maior excommunicatio, quando aliquis non ex deliberatione socium suum clericum leuiter impellit, quamuis sit turbatus, mortale enim peccatum non committitur, nisi ex deliberatione vel post tempus humanæ fragilitati sufficiens ad deliberandum, cum factum est tale quod homo non obstãte humana fragilitate & infirmitate tenetur de necessitate deliberare, vt per deliberationem ab illo opere illicito retrahatur, nullus autem excõmunicatur a iure nisi propter peccatum mortale, cum enim iura præcipiant quod a iudice non affligatur nisi propter peccatum mortale, videtur q̃ conditor iuris non voluerit, q̃ excommunicato a iure incurreretur nisi propter mortale peccatum. ¶ Sextusdecimus casus in quibus excommunicatus propter iniectionem manuum violentam in personas ecclesiasticas potest absolui citra papam.

¶ Quinto notandũ est, q̃ in quibusdam casibus etsi incidat quis in canonem propter iniectionem manuum violentam in prædictos, põt tñ absolui citra sedẽ apostolicam. Et primus est de periculo mortis, vbi nota q̃ intelligitur tale periculũ non solũ p̃p infirmitatẽ, sed ẽt si sit in quocũque periculo vicino morti, puta si timeat hostem uel prædonem uel crudelitatem potentis, vel si nauigaturus sit, & per loca insidiosa transiturus. ff. de donat. cau. mor. l. 3. & 4. Idem Host. Et addit quod idem est si obsessus sit vel obsideat vbi iaciuntur machinæ uel baliſtæ, est tamen iniungendum ei quod si euaserit præsentet se sedi apostolicæ uel ei qui possit eum absoluere mandatũ eius super hoc recepturus extra de sen. excom. c. A nobis. 2. Et idem in casibus sequẽtibus remoto, scilicet impedimento, præterq̃

Auctoritas.

Senior.

Corrigens.

Propinquus.

Pater.

Bigamus.

Indeliberatus.

§. 3.

in puero, vt de sent. excom. de cætero in fi. & c. Ea noscitur, in fi. & si cessante impedimento non se præsentant, incidunt in eandē sententiam excommunicationis, extra de sentē. excom. Eos lib. 6. ¶ Secundus casus est, cum quis habet inimicitias capitales, vel alias iustas excusationes propter quod non potest se sedi apostolicæ præsentare de sent. excom. de cætero. De ista excusatione stabitur arbitrio boni viri. ff. de verbo. obli. l. Continuus. §. cum ita extra de vo. ℭ super his. Tertius in ostiariis qui prætextu officii clericum non grauiter læsit, de sen. excom. Si verò. Et nota quod si talis non casu fortuito, sed ex deliberatione percussisset clericum grauiter a papa debet absolui, extra de senten. excom. Si verò, idem de officiali. Quartus in officiali qui in arcendo turbam non ex proposito, sed nō sine culpa aliquem clericum percusserit, vt in dicto c. si verò. Quod si clericus armatus venit ad bellandum & facit insultum, & is contra quē venit ipsum capit secundum Innoc. si scienter hoc facit excommunicatus est, sed ad papam non mittitur, si tamen hoc fit ad defensionem non est excommunicatus, dum tamē cessante causa defensionis ipsum liberè abire permittat, vt Host. dicit, si etiam officialis publicus talem capiat auctoritate propria qui aliter non poterat compesci ab iniuria alterius, non est excommunicatus immo meretur 23. q. 3. Fortitudo, & c. sequenti. Et hoc dico si prælatus non est ibi qui hoc faciat, & ipsæ eum prælato quam citius potest restituat, alioquin contra de sen. excom. vt fame. §. laici. Et nota etiam Pet. de Peru. super dicto c. Vt fame, quod non solum iudici seculari licitum est capere clericum delinquentem ne fugiat, sed vt præsentet episcopo, sed etiam læso cuicunque alii secundum Innocen. qui ēt dicit, quod si laicus habet clericum seruientem quem habet suspectum de furto, quod potest illum capere & detineri. ¶ Quintus si sit mulier, nec distingui debet, vtrum fortis vel debilis. Et notata secundum verb. quod in potestate episcopi est mittere vel non, quia non distinguitur circa eas inter atrocem, & non atrocem iniuriam. ¶ Sextus si sit senex & valitudinarius. ¶ Septimus si sit membris destitutus, ita scilicet quod ad sedem apostolicam accedere non possit, tres casus proximè dicti habentur, extra de sen. excom. c. mulieres. & c. Ea noscitur, & c. quāuis. ¶ Octauus de infirmo, qui scilicet perpetuum habet infirmitatis impedimentū, vel ēt tpale, si timetur ℭ accederetur mors, extra de sent. excom. ℭ de his. ¶ Nonus in paupere quē oportet mendicare, vt in d. c. ℭ de his. Et de his ēt quatuor casibus habes ēt infra c. 52. ¶ Decimus si regularis verberat regularē, de sen. excō. Monachi, & c. Cum illorum, & ēt si percussisset secularem, de senten. excom. Religioso. lib. 6. ¶ Vndecimus in his qui non sunt sui iuris, si cut filiifamilias & serui, de sen. excom. mulieres. De filiofamilias seruo not. quod intelligē dum est, ℭ non debent mitti quando hoc esset in præiudiciū patris vel domini, nisi fuisset tam enormis excessus, ℭ propter vitandū scandalum essent ad sedem apostolicam mittendi, de sen. excom. Relatum. Et intelligendum est de seruis. ſ. qui sunt seruilis cōditionis, non famulis seruiētibus, sed & de filiisfamilias intelligit Inno. si sunt impuberes, alias si sunt adulti, licèt sint in patria potestate, mittēdi sunt ad curiam, quia in hoc sui iuris sunt, quia possunt, ire quo volunt. ¶ Duodecimus in impubere, de sen. excom. c. 1. & hoc ēt si post pubertatem postulant se absolui, vt eod. titu. c. finali. ¶ Et nota si non sunt doli capaces non inciderunt, si sunt doli capaces tūc incidunt, si animo iniuriandi aut vindicandi percutiunt. Sed postquam peruenerunt ad pubertatem, vt in 15. vel 16. anno si adhuc tales sunt, quòd sine periculo ad sedem apostolicam ire nō possunt propter imbecillitatem corporis vel defectum discretionis ab episcopo possunt absolui recepto iuramento, quod impedimento sublato se præsentabunt, vt notatur de sen. excom. c. si Dicit Pet. de Pal. in 2. sen. ℭ pueri & mulieres qui probabiliter ignorant iura positiua, percutientes clericum sciētes esse clericum & nescientes pœnam canonis, nec scire debentes, non enim peccant, quia nesciunt canonem. Si quis suadente &c. nihilominus quia contra legem naturæ faciunt, cum pœnam legis naturę incurrerunt etiam pœnam legis positiuę, quamuis excusabiliter ignorent. ¶ Tertiusdecimus de clericis qui communiter viuunt, & sub eodem tecto dormiunt, & in eadem domo vescuntur, de vita & ho. cle. Qm̄, ℭ cōmuniter exponit, qm̄ simul viuunt in aliquo collegio. ¶ Quartusdecimus in monialibus, de sen. excom. de monialibus. ¶ Quintusdecimus in hospitalariis sancti Ioannis Hierosolimitani, extra de sent. excō. c. canonica. ¶ Vltimus casus est de inferentibus clericis leuem iniuriam, extra eo. Peruenit. Et licèt quidā dixerint hanc decretalem cōtinere priuilegiū nō ius commune, dicit Io. And. in nouel. super d. c. ℭ consuetudo quæ est optima legū interpræ interpræ

tatur

tatur ius commune, qđ ius commune conti neat, & q epi in leuibus possint in absoluere & hoc credo. Et ad contrariorum solutionē distinguo inter leuem, mediocrem & grauē sine enormen offensam, ut in leui oēs in differenter absoluant, in mediocri certas personas priuilegiatas, ut ostiarios, officiales & seruos & clericos communiter viuentes, & professos, in enormibus nullos nisi in casibus in quibus papa non potest adiri. Hæc Io. Andr. Idem Io. de Lig. Et de enormi iniuria exemplificat Io. And. super c. Cum illorum eo. tit. dicens. Enormis est si effodiat oculos, si uulneretur, si in theatre vel foro vel in conspectu iudicis percutiatur, multo fortius si in cemiterio vel dormitorio uulneretur alias verberetur, si quocunque membro mutiletur si ad effusionem sanguinis grauem & ex graui ictu prouenientem perueniatur, si in episcopum abbatem, vel secularem in clericum per religiosum manus iniiciat si ex manus iniectione scandalum oriatur. Item si in priorem siue abbatem vel locū tenentēm manus iniecerit. Et dicit Hosti. idem intelligendum, quotiens inferior & subditus in superiorem manus iniicit, & per hoc videtur solui quæstio de monacho, qui absente abbate percussit uicarium quem abbas dimiserat in claustro, alium tamen claustralem. Hæc ibi. Pet. etiā de Peru. super dicto c. prædicta ponit & specialiter hoc, quod si abbas se absentando loco sui dimittit aliquem vicarium iniiciens manum in eum reputatur enormē iniuriam commisisse, ut absolui non posset circa sedem apostolicam, & in directorio iuris dicitur q prædicatores & minores in huiusmodi enormibus iniuriis seu percussionibus incidētes uigore suorum priuilegiorum nō possunt absolui a superioribus ordinis sui. Et in eo. lib. dicitur quod idem est idest enormis iniuria quandocunque inferior in suum superiorē manus iniicit, & Io. de Lig. super d. c. Cum illorum dicit, quod cum religiosus percutit clericum secularem, hodie potest absolui per episcopum in casu, quo posset absoluere aliū clericum eo. tit. Religioso lib. 6. dum scilicet percussura est leuis. Host. dicit quod iudiciū de leui iniuria uel enormi est totum episcopi arbitrio committendum, allegat extrauagantem per lectis, & addit. Caueat tamen sibi de arbitrio temperato. Qui ergo per episcopos non possunt absolui vel per suos prælatos sedi apostolicæ reseruantur. Sed utrum legati de latere iure legationis ualeant quoslibet p hmōi absoluere sunt uariæ opi. in spe tenet quod non possunt absoluere pro atroci. Et intelligit atrocem homicidium uel mutilationē membri non simplicem sanguinis effusionē, etiā cum offium fractione idem Hostien. in c. quod translationē de offi. lega. Abbas tenet quod quoslibet & pro qualibet per cussione, ut in c. Ad eminentiam, &c. Ea nosci tur eo. ti. Io. And. & Io. de Lig. dicunt qđ hæc opi. videtur vera si ponderetur textus cō stitutionum, qui loquitur generaliter & etiā quia concessum legatis, & sic ut beneficium latissimè interprætandum, ut si beneficio ff. de consti. prin. etiā quia hoc est fauorabile animabus, & sic non est restringendum. Stat ergo regula, quod per solum summum pōtificem vel legatū de latere absoluantur tales. Qui legati de latere papæ missi, dum sunt extra terminos suæ legationis dummodo sunt in uia, tales absoluere possunt etiam si tales excōmunicati aliundè ueniant extra de offi. lega. excōmunicatis, sed legati qui non mittuntur de latere papæ dum sunt extra terminos suæ legationis neminē talē absoluere possunt, sed dum sunt infra terminos prouinciæ sibi commissæ possunt absoluere tantum exi stentes de prouincia sibi commissa non aliū de venientes. Et secundum Io. And. dicuntur legati de latere solum cardinales, alii vnde cunque missi sunt, non dicuntur, de latere. Maiores etiam pænitentiarii in curia ac minores possunt absoluere de enormi lesione facta in personis clericorum, etiam si mutilassent uel occidissent dummodo non prælatos occiderint vel mutilauerint, possunt autem hoc si sunt præsentes ipsi qui debent absolui, & consilio prius habito consensu cum cardinali scilicet summo pænitentiario. Et multomagis hoc potest ipsæ summus pænitentiarius non tamen occisores vel mutilatores prælatorum potest absoluere sine consensu papæ, sic repperi in libello casuum ipsorū pœnitentiariorum. Et hoc dico quantum ad istud de pænitentiariis.

¶ *Excommunicatur qui sanctæ Romane ecclesiæ cardinales hostiliter fuerint insecuti uel cæperint uel fuerint socij* Cap. 2

SI quis deinceps in hoc sacrilegii genus irrepserit, quod sanctę Romanę ecclesiæ cardinales hostiliter fuerit insecutus vel percusserit aut cœperit vel socius fuerit facientis aut fieri mandauerit aut factum habuit ratum, aut consilium dederit vel fauorē, aut postea receptauerit vel defensauerit scientes

eundē, ſi cut in crimine læſæ maieſtatis reus perpetuo ſit infamis, &c. & infra. Ex inſecutione prædicta ſicut ex iniectione manuum uiolenta ipſo facto ſententiam excōicationis quis incurrat tā ipſæ inſecutor quam alii ſuprадicti tanti mali particeps nec ab alio quā a Romano pontifice poſſunt beneficiū abſolutionis obtinere niſi in articulo mortis. Bonifa. extra de pæ. c. Ælicis. lib. 6. & infra. Si princeps, ſenator, conſul, poteſtas, vel alius dominus ſiue rector contra præſumptores prædictos præſentis conſtitutionis tenorem nō fecerit obſeruari, tam ipſę quam officiales eius infra menſem poſtquam res ad eorum noticiam uenerit, eo ipſo ſniam excōmunicationis incurrant Bonifa. vbi ſupra. Inſecutus, de perſecutione & captione non erit dubiū, ſed de inſecutione hic ſpecialiter ſtatuitur hæc pœna. Ioan. Hoſti i. ſicut hoſtis & inimicus capitale vel publicè & manifeſtè, ſic ēt ſumitur. 11. q. 3. quicunque Arch. Percuſſerit hoc de illo intelligo qui non iuſtè fecit, puta ſe non defendendo tunc enim ceſſaret pœna, quia vim vi repellere licet cuilibet. Io. And. Cœperit cape. hoc intelligo cum effectu, vnde ſi non capiatur, ſed fiat ei inſultus ad domum, vt ei fiat iniuria vel obſident eum in domo vel caſtro, non vt eum ibi cuſtodiant, ſed ut inferant ei verecundiā, non credo tūc habere locum quod hic dicit ſcd̄m id qd̄ no. per Inn. in c. nuper, de ſen. exco. ratum habuit, hoc intelligo cum eius contemplatione vniuerſali nomine ſic factum, vt infra de reg. iur. Ratum. Ioan. An. Idem Archi. Fauto rem, non nudum vel ſimplicem. Et nudū cōſilium vel ſimplex fauor intelligitur illius q ad maleficium faciendum nihil adiicit Ioan. Et tales hanc ſniam non incurrunt, vt dicit in tex. ipſius conſtitutionis. Receptauerit. Pari enim pœna ſunt puniendi receptatores, ſine quibus diu latere non poſſunt delinquentes. ff. de recep. le. 1. niſi eſſent conſanguinei vel affines. ff. eo. l. 2. Io. And. ¶ Nota etiam q̄ ſic delinquentes incurrūt & alias pœnas multas temporales, & non ſolum ipſi ſed & filii, & nepotes eorum quas potes videre in text. Dicit enim Arch. qd̄ quātum ad infamiam & bonorum confiſcationem effectualem & pœnam corporalem infligendam neceſſaria eſt ſententia ſaltem generalis, vt ſ. pronuncietur eum criminoſum eſſe crimine læſæ maieſtatis, alias quamuis dominium bonorū ſuorum ipſo iure vel ipſo facto etiam prius amittat ex die commiſſi criminis, non tamen ei auferentur, nec fiet executio ablationis bonorū ſuorū vel alterius pœnæ, niſi poſt ſniam ſaltem generalē. Poſtq̄ res ad noticiam deuenit, poteſt hoc tripliciter intelligi. Vno modo ſic quaſi velit dicere qd̄ ſi aliquis accuſator exiſtat, debeat ad inſtatiā huius eſſe criminalis, ex quo fuit cōteſtata infra ſpacium menſis per ſententiam terminari, & executioni mandari, alioquin iſti incurrūt pœnas impoſitas & hoc inſertas. Secūdo modo pōt intelligi qd̄ dicit de noticia & abſq; accuſatore aliquo denunciauit ſibi qd̄ tale facinus perpetratū fuit, & hoc ſiue aliquis de officialibus ſuis hoc nunciauerit ipſi iudici ſiue q cunq, alius q̄uis priuatus, debuit ergo iudex ſtatim ut audiuit tali nunciatione recepta p̄cedere ad inquiſitionē & teſtium receptione ex vicino, in quo tale facinus dicebatur perpetratū, quos teſtes iudicabit ſibi denunciās & ſi non oēs tamen aliquos, & ſi iudex neglexerit, qd̄ nō inquiſierit & veritatē non inueſtigauerit & ſniam condemnatoriā non tulerit, & executus eam non fuerit a tēpore nunciationis prædictæ ſibi factæ, & menſis lapſus fuit, ita qd̄ omnia prędicta expedita non fuerint iſti pœnæ ſubiicitur hic impoſitæ & inſertę, tam ipſæ q̄ eius officiales, hoc tamē intellige, nā quando res ignorat debet plenius ad noticiam iudicis aduenire, & tunc diuina & humana lex reſoluatur, & ſm qd̄ ibi cōſtitutum eſt remota acceptione perſonarū diffinitiua ſnia proferatur. 11. q. 3. ſummopere. Tertio modo poteſt intelligi quod hic dicitur per notitiam per famam, vt iſtæ mēſis incipiat currere ex die ex qua iſta fama auribus iudicis innotuit, quamuis non ſit tunc. n. ſtatim debet iudex procedere ex officio ſuo ad inquiſitionem. Hæc Archi. Et ibi ponit pures inſtantias ad prædicta & eas ſoluit. & ibi multa dicit.

Exponit.

¶ *Contra bannientes epiſcopos & adhoc cooperantes.* *Cap.* 3.

SI quis ſuadente diabolo in hoc ſacrilegii genus proruperit qd̄ quāuis iniurioſe pōtificem vel temere percuſſerit, acceperit ſeu banniuerit vel hoc mandauerit fieri aut facta ab aliis rata habuerit vel ſocius in his fuerit facientis, aut cōſilium in his dederit, aut fauorē ſeu ſcienter defenſauerit eundē in illis caſibus de p̄dictis in quibus excōicationē per iam editos canones non ſubiret ſit hmōi noſtræ conſtitutionis auctoritate anathematis mucrone p̄cuſſus ac nō queat niſi p ſummū pontificē præterq̄ in mortis articulo abſolui,

solui, & infra. Potestas verò consiliarii baliui, scabini, aduocati, rectores, consules, & officiales ciuitatis qui in episcopum suũ commiserint aliquid præmissorum quocunq, nomine cænseantur in præmissis culpabiles existẽtes, similiter excõicationis, sniç a aqua nisi ut præmittitur valeant absolutionis beneficiũ obtinere, sint subiecti. Clemens extra de pæ.

Exposi- tio cap. Si quis in cle. Diabolo, qđ si nõ fieret persuasione diabolica, puta ignoranter, non esset locus pœnis infra scriptis, de sen. excom. Si uero Paulus. Quemuis pontificem. Illos ergo q renunciauerunt loco non ordini vñ includere qno ad excõicationẽ incurrenda. Electus verò nondũ consecratos qui pontifices, ideſt epi non sunt, non vñ includere quoad excõicationẽ incurrendam. Io. And. Idem Paulus, q̃tum ad electos non consecratos. Temerè ille igitur qui percuteret se defendendo, nõ ligatur his pœnis. Ioan. An. Banniuerit. ¶ Nota qđ plus habet ista decre. quã illa fælicis, eo. ti. lib. 6. in eo. quod punit bannientẽ, qđ illa nõ facit Io. An. & istud bannire procedit de cõsuetudine ciuitatum. Vnde periculum qđ imminet bannitis est diuersum scđm varietatẽ bãnorũ. quibusdam. n. si capiãtur imminet mortis periculũ quibusdã solutionis pœcuniæ & quidam pñt impunè offendi. Pau. Mãdauerit, hic uñ solum mandatũ punire, & si mandatũ non sequatur effectum, sed satis est durum hoc tenere. Ideo posset exponi litera, ut, s. percussiones, captiones, vel banna sint facta, ut sic requirat factum perfectũ. Pau. Idem Io. An. Rata oportet ergo qđ hæc facta sint eius contẽplatione, alias ratum habere nont posset, de reg. iur. li. 6. Ratum. Io. An. Itẽ Pau. & Arch. in c. Fælicis. eo. ti. li. 6. in quodam simili. Socius, hęc strictẽ puto summi socium pro agẽte qui aliquid cooperatur ad actum percussionis captionis uel banni. Et licet in delinquendo sint plures socii quandoq, quorum nullus est principalior & tales includuntur sub agentibus, de quibus præmisit, qñq, tñ unus est principalis & alter cooperans, & sic sumitur hic socius, qđ patet, quia de faciẽte præmiserat. Io. And Consilium fraudulentum non nudum, & dñ nudũ quod nihil adiicit ad peccandum, ut no. in c. Nuper de sen. excom. in 2. gl. Cõsilium autẽ præstatur suadendo, rogando, & impellendo, instruendo, uel utilitatem inde securam ostendendo, ut no. Inno. de homi. c. Ad audiẽtiam. De nudo uero consilio hic non prouidetur. Pau. Fauorem. Sciendũ, quod est simplex fauor qui nil adiicit ad peccandum, de tali uerò uidetur hic intelligendum, & quia littera hoc dicit in his, scilicet percussione captione vel banno, patet quod fauens huic delinquenti post delictum prẽter defensorem, de quo sequitur non incurrit hanc pœnam, sed in materia hęreticorum latius recipiuntur fautores, ut habes infra Io. And. Defensauerit, puto quod etiam defensorem post maleficium punire intendit. Est ergo quidam defensor, 1. auctorizator delicti, & talis grauius punitur quam agens. 11. q. 3. Qui consentit. Est alius defensor qui ẽt post delictum defendit, puta impediendo ne delinquens ad manus iudicis deueniat examinandus vel puniendus. 28. quæst. 1. Si custos, vel impediendo ne fiat executio, hoc etiã intendit includere & probatur eo. ti. Fælicis. lib. 6. Non puto qđ is qui talem defenderet ne lędatur a priuato, nedũ tertio, sed illo offenso, puta episcopo vel eius consanguineis vindicare uolentibus includatur hac pœna. De illo qui defendit in iudicio patrocinando, vide quod dixi post Hostien. de cle. ex. Proposuit, super verbo fautorem. Paulus autem hoc prosequitur & declarat per distinctionem, quia scilicet aut ad vocatus vel procurator talis defendit iustè, quia scilicet putat eum inculpabilem iura pro eo allegando & ostendendo eum innocentem, & sic non ligatur aliqua pœna etiam si postea appareat eum culpabilem. Ratio est quia in talibus iusta defensio reseruatur de exceptionib. Cum inter. aut contra iustitiam & conscientiam defendit, & sic ligatur hac pœna de hære. si aduersus. Tales enim defensores appellantur. 18. quæstio. prima, de præsentium. Pau.

Idẽ sup. cap.

¶ *Excommunicatur quicunque semel in hæresim damnatam labitur. Cap.* 4

QVicunque semel in hæresim damnatam labitur eius damnatione seipsum inuoluit Gelasi. pa. 23. qõ. 1. ca. 1. Ex glosa. summaria dicitur quod siue veterem siue nouam sequatur hęresim excommunicatus est, licet sit occultus. ¶ No. quod occultus hic intelligendus est respectu plurium & nõ respectu actus exterioris. Nam secundum Petr. de Pal. in 4. pro solo actu interiori quo tamen solo homo est perfectus hæreticus, non incurrit excõicatio, sed si aliquo actu exteriori manifestat delictũ suũ q̃tuncunq; occultũ, tunc incurrit. Vniuersos qui de sacris aliter senti-

re

re aut docere nō metuūt, quam ſacroſancta Romana eccleſia prædicat & obſeruat & generaliter quoſcunque eadem Romana eccleſia vel ſinguli epiſcopi per dioeceſes ſuas cū concilio clericorū vel clerici ipſi ſede vacāte cū cōcilio ſi oportuit epiſcoporum vicinorū hæreticos iudicauerint vinculo perpetui anathematis inodamus. Lucius 3. in c. Ad abolendam, de hære. Dicitur in quadam Glo. ſuper verbo iudicauerint ideſt in hereſim iam damnatam & indubitatam incidiſſe, alias enim ſi de articulis fidei dubitatio oriretur, & dubium ſit, quod bene vel male diceret ſola Romana eccleſia habet determinare. 24. q. 1. Quotiens. Et dicit Pet. de Ancha. nota epiſcopum cum cōſilio clericorum poſſe de hæreſi cognoſcere & punire, ergo epiſcopi ubi etiam de fide agitur ſunt ordinarii, & de officio tenentur inquirere, infra eodem, excō municamus, dubia tamen fidei non poſſunt decidere, ſed reſeruanda ſunt papæ, & quia cauſa hereſis eſt ardua patet quod in ſententia proferenda epiſcopus requirit conſilium capituli, licet conſenſum non expecter, de his quæ fiūt a præla. Nouit. Hodie non poteſt epiſcopus ferre ſententiam in cauſa hæreſis ſine inquiſitore hæreticæ prauitatis, infra eo. clemen. 1. Nota quod priuilegium exemptionis non eximit exemptum a iuriſdictione dioeceſani committentem crimen hæreſis. Pe. de Ancha. ¶ Dubitatur an quicunque tenet vbicunque contra articulos Pariſius damnatos ſit excommunicatus, & videtur quod ſic, etſi non ſententia epiſcopi, qui non ligat non ſubditos nec extra territorium, ſaltem ſentētia huius decretalis. Ad abolendam, quæ dicit. Vinculo perpetui anathematis obligamus omnes qui per ſingulos epiſcopos tanquam hæretici ſunt damnati. Dicēdum qđ epiſcopus non intendit omnes articulos dānare ſicut hæreticos, ſed ſicut dubios & periculoſos, tum quia multi catholici eos tenēt, tum qa nō excōmunicauerunt, ſed denūciauerunt excommunicatos, tum quia non ſolū dogmatizantes, ſed etiam aliter credentes eſſent excommunicati, tum quia ad ſolum papam pertinet determinare generaliter quid eſt hęreticum & quid catholicum. Non eſt ergo excommunicatus a iure qui tenet illud, quod una eccleſia particularis iudicat eſſe hæreticum, ſed qui firmiter adhæret ei quod eccleſia vniuerſalis vel Romana diffiniuit eſſe hæreticum, ad quam pertinet hoc, quia quādiu adhęret homo fidei eccleſię Romanæ, quæcunq; alia eccleſia tenet oppoſitum nunquam eſt hæreticus, de ſum. tri. c. Damnamus, in fine, quia illa non poteſt errare ſed omnis alia ſic, ſicut tota eccleſia Græcorum Vnde determinans contra tales articulos nō incurrit ſententiam iuris. Si verò quæratur vtrum ſententiam epiſcopis incurrit contra eius prohibitionem faciens, certum eſt quod ſic, ſi eſt ſubditus in loco ſubdito, & idem eſt ſi exemptus etiam in loco exempto, & multo magis ſi nō exemptus in loco exempto, quia in talibus quæ ſunt fidei non prodeſt exemptio. Si autem ſit non ſubditus iure communi vel ſubditus in loco extra territorium nō incurrit. Si vero extraneus in loco dioeceſis, aūt eſt talis qui non ſortitur forum ratione delicti, ſicut forte archiepiſcopus, & ſic non incidit, aut talis qui ſortitur, & tunc ſi eſt de articulis per eccleſiam Romanam damnatis, tunc incidit. Si autem non eſt de illis nō incidit, quia non peccat per inobedientiam, quia tunc eſt ſubditus. ¶ Et nota quod excorpore iuri nō videtur haberi, q̄ abſolutionem ab excommunicatione propter hęreſim contractam papa ſibi reſeruauerit ex quo argui poſſet quod ab epiſcopis poſſent abſolui. per c. Nuper. de ſen. excom. ſed per proceſſum papæ, qui ſit annuatim in curia ſibi reſeruat eorum abſolutionem ut patebit infra in ipſo proceſſu. Quot modis dicatur quis hæreticus & quis propriè ſit hæreticus, & quot ſint hæreſes iam confictè & quot modis puniantur & qualiter & quando ad miſericordiam recipiantur, vide in ſecunda parte titu. 12. c. de hęreſi. Excommunicatio cōtra fautores & receptatores hęreticorum.

§. 1. ¶ Excommunicamus omnes hæreticos & fautores & receptatores & defenſores, eorū Honorius. 3. de ſen. excom. Nouerit. Dicit Petr. de Pal. in 4. quod credentes hęreticorū ſunt qui licèt nulli hæreſi expræſſe adhæreāt credunt tamen hæreticos eſſe bonos homines & habere bonam fidem ſicut ſunt apud nos ſimplices, non habentes explicitā hæreſim, ſicut quidam hęreticalis captus cum uno hæretico perfecto, interrogatus dicebat. Volo mori in fide domini Guilgelmi Lan. Sic enim uocabatur ille perfectus hæreticus, iſtæ erat credēs proprie. Defenſores autem ſunt qui perſonam defendunt. ut aduocati præſtando patrocinium uel tabelliones faciendo inſtrumēta vel iurantes alias iuuantes in cauſa, qui autem non perſonam, ſed hæreſim defendit hæreſiarcha eſt. Receptatores ſunt qui in domo vel terra ſua eos recipiunt ſemel vel pluries publicè vel priuatè. Fautores ſunt qui

aliquando fauent facto mittendo alimoniam & huiusmodi, aliquando verbo, vt dicendo. Isti sunt boni homines, iniustum est agere cõtra eos, & inquisitores imponunt ex maligne conficta. Item commissione qñ qui potestate fungitur in capiendo, & aliàs nõ fauent inquisitoribus, sicut debent. Omnes isti sunt excõmunicati ipso facto sicut hæretici, quod intelligendum est dum tamen vitium suum aliquo actu prodeat exteriori publicè vel occultè. Item qui in potestate existens omittit facere quod debet, licèt nihil exterius agat in currit, quia ad idem iudicium pertinet habitus & priuatis. Hæc ille. dist. 13. Quomodo exponantur dicta vocabula, scilicet fautores, raceptatores, vide in c. sequenti.

¶ *Excommunicatio contra sepelientes hæreticos receptatores uel fautores eorum.* *Cap. 5.*

QVicunque hæreticos credentes receptatores vel fautores eorũ sciẽter præsumpserint ecclesiasticæ tradere sepulturæ vsque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere, nec absolutionis beneficium mereãtur nisi propriis manibus extumulent publicè & proiiciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuo careat sepultura, de hære. lib. 6. Quicunque laici vel clerici cum vniuersaliter dicat, quicunque, & ita nullum excipiat. Credentes illi dicuntur credentes hæreticorum, qui ore proprio dicunt se credere erroribus eorum, de pœ. dist. 1. Fieri potest, & hoc indubitatum est, & probatione non indiget. Item qui adorauerint & reuerentiam suo modo exhibuerint consolationem uel communionẽ ab hæreticis acceperint uel similia perpetrant, quæ ad ritum eorum pertinent. Credentes meritò possunt dici factis quibus error exprimitur, vt posui exempla. Item qui sermones & prædicationes eorum audierint si semel tantum audierint, & nunquam amplius redierint, non debent iudicari hæreticorum credentes, nec enim videntur approbasse quod postea vitarent. arg. efficax ad hoc. 1. q. 1. Cõstat. Itẽ si quis eos visitauit, alimoniã dedit, ducatum præstitit vel similia fecit, in quibus vel de ritu eorum ostenditur, non credo quod possint credẽtes iudicari. Nam hoc fiunt quandoque interuentu pecuniæ secus si prius erant lapsi, & postea ista facerent, de hære. lib. 6. Accusatus omnem tamen prædictos quos dixi non debere iudicari credentes fateor suspitione maxima non carere, & ideo posse eis indici purgationem canonicã, iuxta canonicas sanctiones. Item qui libros hæreticorum susciunt, si statim eos destruxerint incendio vel alio modo innoxios iudicãdos credo, scilicet destruentes. 5. qõ. 1. c. 1. aliàs si suspecti sunt, & non destruunt est eis indicenda purgatio canonica. Archid. Receptatores. glo. Archi. illi dicuntur tales qui scienter recipiunt, & si non frequenter ar. efficax. de pœnis, fœlicis. lib. 6. Nam verbum frequentatiuum in iure pro simplici verbo ponitur, vt receptare pro recipere. Horum autem qui scienter receptant, quidam sunt in culpa, quidam non. ¶ Hic notandum sanè videtur, q̃ iuramenta ciuilia videntur illum intelligere esse receptatorem, qui latenter recipit & celat & cõseruat, vt manus iudicis euadat, vt innuitur. ff. de recep. lib. 1. Defensorem glo. Archi. Si defenderit quis errorem ipsum, damnabilior est eo q̃ errat, & non solum hæreticus, sed etiam hæresiarcha dicitur. 24. q. 3. Qui aliorum. Si uerò defenderit personam resistens viribus vel potentia ne ad manus iudicis veniat puniendus vel examinandus, potest contra huiusmodi defensores procedi ad excommunicationem, & pro huiusmodi præsumptione posset ei indici purgatio canonica. Fautores glo. Archid. qui publica potestate funguntur, vt prę lati & principes ex sola omissione possunt dici fautores, puta si ab ecclesia condemnatos non fugant & puniunt sicut debent. 23. qõ. 3. Qui potest. Priuatæ verò personæ in hoc casu si non capiunt, si prætereuntes non detinent, fautores dici non possunt. Nam hoc ptinet ad eos qui potestate funguntur. Et hoc verum nisi fuerint priuatæ personæ tales, q̃ iuramento se astrinxerint. Si. n. iurauerunt indicare & cęlant non nego eos fautores. ¶ Itẽ si quis excusat hæreticum non ex linguę lubrico, nec per iocum, sed in cõuenticulis vel inter laicos, sicut multi sæpe dicentes. Isti nõ sunt tales quales dicuntur, nec negant ista vel illa uel forte, quia aduocati sunt aliqui, & defendendo eos excusant eorum processus, pñt dici fautores, consideratione habita personarum, loci, & temporum. Item si quis facto faueat, probatione non æger, puta in eo qui tali alimoniam pręstat & procurat quo liberat, qui ea per quæ liberat subministrat etsi qua sunt similia. Item in eo qui pręcibus liberatur 14. q. 6. c. 1. Scienter ergo si hoc nesciebat ipsæ tumulans non ligatur hac pœna, quia facti ignorantia vnumquemque excusat. Ecclesiasticæ sepulturę vult dicere littera ista, q̃ talium cadauera non debent in cemiterio eccle-

cleſiaſtico tumulari, nec alibi ad modũ Chriſtianorum, ſed foras iactari ab eccleſiaſtica ſepultura in ſignum perpetuæ damnationis Archi. Propriis manibus, ergo non alienis. Imponuntur prędictis & alienæ pœnæ, quas potes videre in textu.

¶ *Excommunicatio contra rectores impedientes vel non iuuantes epiſcopos, & inquiſitores in inquiſitione hæreticorum & fautorum receptatorum. Cap. 6.*

VT inquiſitionis negocium contra hæreticam prauitatẽ ad Dei gloriam & augmentum fidei noſtris temporibus proſperet, & in qua conſtitutione ſunt plures conſtitutę excommunicationes. Primo omnes poteſtates domini temporales & rectores quibuſcunque dignitatibus uel officiis & nominibus cẽſeantur, & eorũ officiales & baliui qui diœceſanis vel epiſcopis vel inquiſitoribus hęreticæ prauitatis non obediunt in hæreticorum vel ipſorum credẽtium vel defenſorum receptatorum, fautorum inueſtigatione, captione & cuſtodia diligenti cum ab eis fuerint requiſiti ſunt excommunicati. Secundo omnes prędicti rectores ſi prædictas perſonas peſtiferas non duxerint vel duci fecerint ſine mora poſt quam fuerint requiſiti in poteſtatem ſeu carcerem epiſcoporum ſeu inquiſitorum, vel ad locum alium aliquem, de quo ipſi vel aliqui ex ipſis mandauerint infra eorum dominorũ vel rectorum diſtrictum, vbi per viros catholicos a præfatis epiſcopis vel inquiſitoribus, vel eorundem aliquos deputatos ſub arcta & diligenti cuſtodia teneãtur donec eorum negocium per iudicium eccleſiæ terminetur ſunt excommunicati. Tertio omnes ſupradicti rectores & eorum officiales, & nuncii ſi de hæreſi ab epiſcopis vel inquiſitoribus condemnatos, & eorum brachio derelictos non ſtatim cœperint, & inde latæ animaduerſione debita puniendos non obſtantibus appellationibus quibuſcunque prædictorum ſunt excommunicati. Quarto omnes ſupradicti rectores & officiales ſi captos pro crimine hæreſis abſque dictorum epiſcoporum ſeu inquiſitorum aut ſaltem alterius eorum licentia vel mandato a captione uel carcere liberauerint ſunt excommunicati. Quinto omnes ſupradicti ipſorumque officiales, ſi de crimine hæreſis cum merè ſit eccleſiaſticum cognouerint quoquo modo, vel iudicauerint ſunt excommunicati. Sexto omnes ſupradicti ſi execntionem pro huiuſmodi crimine a diœceſanis vel inquiſitore iniunctam promptè, prout ad ſuum ſpectat officium facere detractent vel diœceſis vel inquiſitoris iudicium, ſententiam ſeu proceſſum directè vel indirectè impedire præſumant ſunt excommunicati. Septimo omnes ſupradicti qui ſcienter in prædictis vel aliquo prædictorum contra inquiſitionis officium dederint auxilium conſilium vel fauorem ſunt excommunicati omnes ſupradicti, ſi ſententiam excommunicationis in quam incurriſſent omnino per annum ſuſtinuerint ex tunc velut hæretici condemnantur. Hæc omnia in prædicta conſtitutione, quæ incipit, vt inquiſitionis, extra de hęre. libr. 6. vt inquiſitionis, vbi hæretici dñr admixti fidelibus, de hoc faciendа eſt inquiſitio, vt a fidelibus diſcernantur, & inuenti corrigantur. Archi. Puniendos q; ſi inq. ſitor & ordinarius diſcordant in mandato, quia vnus mandat puniri per ſe condemnatum alter mandat relaxari per ſe abſolutũ ſatis videtur ſuperſedendum donec conſulatur papa ſupra c. proximo. Io. An. Canon eſt ſententiæ latæ, & quia non reſeruatur abſolutio papæ ordinarius poterit abſoluere ſupra, de ſen. excom. Nuper Io. And.

¶ *Excommunicatio contra inquiſitores malè, & contra conſcientiam exercentes tale officium contra quoſdam, & papæ reſeruatur abſolutio. Cap. 7.*

INquiſitores & alii ad dicti officii executionem conſtituti ſi odii gratiæ vel amoris lucri vel commodi temporalis obtentu contra iuſtitiam & conſcientiam ſuam omiſerunt contra quemquam procedere, vt fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate, ſcilicet hæretica aut obtẽtu eodẽ prauitatem ipſam, aut impedimentum officii ſui alicui imponẽdo eum ſuper hoc præſumpſerit quoquo modo vexari præter alias pœnas excommunicationis ſententiam eoipſo incurrant a qua niſi per Romanum pontificem nequeant præterquam in mortis articulo, & tunc ſatisfactione præmiſſa abſolui nullo in hac parte priuilegio ſuffragante. Clemens in c. Multorum, de hære. in cle. Obtentu. vbi ergo non propter alterum prædictorum, vel forte timore propter vitandum ſcandalum hoc admitterent non eſt locus pœnæ. Ioan. And. Et contra conſcientiam. ¶ Nota quòd contra iuſtitiam & cõſcientiam. Eodem ſcilicet odii gratiæ &c. vt ſupra. Ex quo patet apertè quòd conſtitutio eccleſiæ militantis ligat crimen omnino occultum

occultum ad pœnam ſuſpenſionis & excommunicationis. Inducit ad hoc multa iura & ſubdit. Ex his videtur indubitatũ quod Archid. habebat pro dubio & diſputationi derelinquebat an hæreticus omnino occultus ſit excommunicatus. Io. tenet quod ſic 24. q. 1. in ſum. & in glo. ſequen. placet etiam Goffr. & Ray. in ſummis. Exinde inducit multa iura quæ videntur facere contrarium 22. diſt. Erubeſcant &c. Tandem Io. And. concludit ſic de plano. Fateamur quod conſtitutio militantis eccleſiæ omnia occulta ligat, non tamen nominatim de illis iudicat tribunal eccleſię, immo ipſa eccleſia inquantum per hominem iudicat hominem nominatim, & inquantum eſt collectio fidelium ligatos ſic occultos habet pro ſolutis, de ſen. excom. A nobis, & ſic loquuntur contraria. ¶ Nota ſecundum Pet. de Ancho. ſuper cle. de vſuris exgraui, quod actus fęnerandi non ſapit hæreſim, nec pertinet ad inquiſitorem & tamen pertinaciter aſſerere, hoc non eſſe peccatum eſt hæreticum. Rationem collige ex glo. non ſolum, cum qua concor. Pau. Ex quo collige deciſionem eius quod dubitabatur. Quidam enim de iſtis bizocholis in publicis prædicationibus concitando turbam & ſeditionem contra clerum (ut fertur) aſſeruit exhortando quod laici non tenebantur ſoluere decimas nec eis cõfiteri nec oblationes dare, & quod peccabant contrarium faciendo cum eſſent omnes clerici mali & de eccleſiis remouendi. Quærebatur an iſta & alia quam plura eſſent hæretica & procedi poſſet contra eum tanquam contra hæreticum, & firmatũ fuit per omnes ſacræ theologiæ doctores, & doctores utriuſque iuris ibi exiſtẽtes quod ſic, & bñ per doctrinam huius glo. Sapiebat enim pertinaciter & tenebat diuerſas & falſas opiniones reprobatas per ſacros canones & canonicas ſanctiones, ergo &c. ut in ea patet. Et Pau. clarius loquens dicit. Hæreticus eſt non ſolum qui male ſentit & docet de articulis fidei & ſacramentis eccleſię, ſed etiã qui falſam & extortam expoſitionem in ſcripturis diuinis ponit contra id quod tenet eccleſia diſt. 50. ſi quis diaconus. Et intellige iſtum tex. cle. ex graui, quando ſimpliciter & præcipue quis aſſerit non eſſe peccatum fęnerari, ſed quia ſunt non nulli caſus in quibus probabiliter dubitatur, vtrũ in iſto vel in illo caſu ſit vſura non eſſet hæreticus qui teneret opi. etiã forte non veram, ut ſupra c. nauiganti, de vſuris, Pe. Et no. ſecundũ Pau. in cle. qđ dicit ꝓtinaciter, ꝓtinax dicitur qui valde & impudẽter aliquid tenet & affirmat vnde ſi ioco vel ꝑ lubricũ linguæ hoc diceret nõ eſſet hæreticus 24. q. 1. ait, & ſic pertinacia in malo, perſeuerantia in bono Iudæi aũt quamuis affirment vſurã non eſſe peccatũ non tñ poſſunt dici hæretici, non aliter cõtra eos proceditur. Ratio eſt, quia in eis non cadit hæreſis, quæ eſt idem qđ eliſio vel diuiſio 24. q. 3. hæreſis. Cum. n. non ſint de gremio eccleſię, diuiſionẽ ab eo facere non poſſunt, ſi tñ errorem dogmatizarẽt, etſi non ut contra hęreticos, tamẽ per alios modos poſſent per eccleſiam puniri, ſicut & in aliis caſibus quando offendunt fidem. Pau. Nota ẽt ſecundum Pau. vbi ſupra in cle. ex graui de vſuris qđ q. dicit pertinaciter vſurã eſſe peccatum, ſed facta reſtitutione non eſſe confitẽdum ſicut qui eſt obligatus ex contractu licito eſt hæreticum, in contractu enim obligatur quis tantum homini, in vſura aũt offendit & obligatur Deo & homini, & ideò poſt reſtitutionem adhuc tenetur pœnitere. Item ſecũdum eundem qui male credit ſed paratus eſt corrigi & ſequi certioratus fidem eccleſię, non eſt hęreticus 22. q. 2. beatus Paulus.

Nota q eccleſia militãs ligat omnia occulta.

¶ *Excommunicatio contra inquiſitores & commiſſarios eorum illicite extorquentes pecuniam ſub prætextu inquiſitionis.* Cap. 8.

INquiſitores & eorum vel epiſcoporum ſeu capitulorum ſede uacante ſuper hoc deputati commiſſarii, ſi prætextu officii inquiſitionis quibus' ſuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorquent aut ſcienter attentant eccleſiarum bona ob clericorum delictum prædicti occaſione officii fiſco eccleſię applicare, ſunt excommunicati & abſolui non poſſunt præterquam in mortis articulo donec illis a quibus extorſerint plenè ſatisfecerint de pecunia ſic extorta, nulli priuilegiis pactis aut remiſſionibus ſuper hoc ualituris. clemen. in cap. Nolentes de hęre. in cle. commiſſarii, dant ergo inquiſitores quos vicarios vocamus vel ſubſtitutos, ſupra c. proximo. Ioan. And. Commiſſarii, de epiſcopis loqui non videtur licèt etiã ab his debeant abſtinere, pœna tamen quæ ſequitur non habet locum in ipſis. Io. And. Prętextu, ſi ergo non eo prætextu illicite exigit, licèt faciat, malè, non tñ eſt locus pœnę. Io. An. Pecuniã intelligo largè 1. q. 3. totum. Eccleſiarum, de bonis ergo clericorum propriis non prohibet. Eccleſiæ multo minus ſibi ipſis vel officialibus, vel fiſco ſeculari cui applicata

ta sunt ipso iure bona laicorum damnatorũ de hæresi. Io. Andr. Absolui per ordinarios cum sibi non reseruet papa. Io. An. Satisfecerint si habent vnde alias in hoc paupertas excusat de usur. cum tu. Io. And. Quod prælatos ecclesiarum cogi non possumus ad officium iuquisitionis exercendum. Bonifa. uirtute cõspicuos. Qđ magister ordinis in toto ordine & quilibet prior prouincialis & eius vicarius in sua prouincia possunt fratres suos per sedem apostolicam deputatos ad prædicandum crucem vel ad inquirendum contra hæreticam prauitatem reuocare remouere & transferre, vel quod supersedeant iniungere, alios quoque substituere si eis visum fuerit expedire & in eos si contrauenerint censurã ecclesiasticam exercere non obstantibus literis apostolicis impetratis vel impetrandis, q̃ de indulto hoc expræssam non fecerint mentionem. Bonifa. virtute. ¶ De irritatione ordinationum ab Octauiano & Guidone hæresiarchis factaram.

¶ *Excommunicatio contra alienationes & ordinationes factas a schismaticis de rebus ecclesiasticis.* *Cap.* 9.

ORdinationes ab Octauiano & Guidone hæresiarchis factas & ab ordinatis ab eis irritas esse cænsemns, adiicientes vt quæ dignitates ecclesiasticas seu beneficia per prædictos schismaticos acceperunt careant impetratis. Alienationes quoque quæ per ipsos schismaticos siue per laicos factæ sunt de rebus ecclesiasticis omni careant firmitate, & ad ecclesiam sine omni onere reuertantur, si quis contrariè præsumpserint, excommunicationi se nouerit subiacere, extra de schismaticis. c. 1. A Guidone cum scisserunt ecclesiã, qui nõ dñr schismatici immo potius dñr tales qui diuertũtur ab eis hæresiarchis, idest schismaticis. Inno. Ab eis ordinatis per ordinatos ab eis videtur idem cum sit eadem ratio defectus scilicet executionis, quam dare non potest qui non habet. Ioan. And. Laicos, auctoritate ipsorum schismaticorum, alias emens non esset excõmunicatus, sed excõmunicãdus secundum Hostien. Firmiter, qa ecclesia quamdiu habet pastorem hæreticum vel schismaticum uacare dicitur. Vnde nõ ualent quæ a tali prælato fiunt in præiudicium ecclesiæ, si tamen acquirit talis prælatus ecclesię tenet nec cassabitur, & hoc in fauorem ecclesię. Bern. Reuertantur, ergo reuertuntur talia ad ecclesiam nullo dato precio. Petrus de Anch. Sed emptor habet recursum ad vẽditorem pro precio secundum Vincen. Si quis contrarie, idest ordines exequendo, bñficia retinendo vel bona alienata secundum Hostien. Subiacere illi schismatici qui ab vnitate ecclesiæ recedunt ut Græci excommunicati sunt 19. di. Nulli. Dicebat Host. illos schismaticos tantum qui se extollunt cõtra Romanam ecclesiam & ab illa se separant esse excommunicatos cum adhærentibus, & dicuntur tales hæretici illi scilicet qui volunt contra episcopum aliquem insurgere & episcopatum tenere, & clericos suos facere & excommunicandi sunt. Pet. de Ancha. ¶ Nota quod qui ordines vel beneficia receperunt a schismaticis ipso iure excommunicat sũt, & sic est canon latæ sententiæ, quod quidam vt Hostien. intelligunt de adhærẽtibus & fauentibus ipsis schismaticis. Dicas ergo eo qui alias non adhærent nec fauet schismaticis illis scilicet q recedũt ab unitate ecclesiæ nec extollẽtes se cõtra Romanam ecclesiam, etsi contra alios, non excommunicatos ipso iure, sed sunt excommunicandi. Pe. de Ancha. Item nota quod excommunicati sunt omnes sequaces adhærentes, vel fauentes publicè, vel occultè schismati damnato in concilio Constantien. Petri de Luna absolutio pape reseruatur, vt patet in processu curiali.

¶ *Excommunicatio contra asserentes Romanã ecclesiam non esse caput aliarum ecclesiarum, & non posse condere canones & decreta, vel non esse obediendum.* *Cap.* 10.

QVi asserit cõtumaciter ecclesiam Romanam non esse caput aliarum ecclesiarum & non posse condere canones & decreta, & etiam sibi tanquam capiti non obedien dum excõmunicatus est. 19. di. Nulli fas. Nota quod istud c. loquitur de contemptoribus canonum & transgressoribus. Sed secundum Hug. ibidem & Paul. in cle. Dupliciter dicitur quis contemptor canonum, vno modo, quia apostolicam sedem cõtumaciter negat esse caput ecclesiarum, & habere potestatem condendi canones decreta & statuta eius nõ esse obseruãda, & talis est schismaticus & hæreticus & excommunicatus. Et sic intelligendo dictum c. est canon latæ sententię. Et ad idem facit 22. dist. omnes. 25. q. 1. Violatores. Et idem dist. Ioan. An. Inno. & Hostien. Secundo modo dicitur quis contemptor & transgressor canonum qui ipsa mandata canonum non seruat, quamuis credat & dicat esse

Cõtemptor canonum, quando peccat.

esse seruanda, hoc non est schismaticus propriè, nec excommunicatus, & sic de huiusmodi intelligendo capitulum est canon ferendæ sententiæ, & ut dicit Pau. in cle. Siquis transgreditur canones, & statuta continentia præcepta siue affirmatiua siue negatiua peccat mortaliter. 14. quæstiò. 1. §. quod præcipitur, secus si esset causa consilii intellige, tunc canonem loqui de consilio quando hoc ibi exprimitur vel alia ratio suadet sic intelligi. Non enim qui sic exhortatur &c. ff. de his qui no. infa. ob hæc verba, cum aut præceptoriè loqtur, vt de cele. mis. c. Dolentes, & de æta. & quali. c. Cum ecclesiæ, hoc transgrediens peccat mortaliter, quia impedit finem quem lator legis intendit, alias transgressor canonum ex rationabili causa non peccat mortaliter secundum Tho. hæc Pau. in cle.

¶ *Excommunicatio contra incendiarios ecclesiarum uel piorum locorum, & si fuerint denunciati papæ reseruatur absolutio.* Cap. 11.

INcēdiarii ex quo sunt per ecclesiæ sniam publicari absolutionis beneficio ad sedem apostolicam sunt mittendi cle. in extrauagan ti, extra de senten. excommuni. cap. Tua. Glo. super verbo publici in fi. sic dicit. Non credo quòd omnes incendiarii generaliter sint excommunicati, nisi incendiarii ecclesiarum, cum de aliis non inueniam. Et per hanc decretalem non probatur quòd iure sint excommunicati, sed illis primo excommunicatis ab episcopis subsecuta publicatione & denunciatione per hanc decretalem sibi papa eorum seruat absolutionem ad terrorem, alias episcopi possunt absoluere omnes incendiarios. extra eo. Nuper Ray. Goffr. & Host. in summis suis, & Ioan. de Lig. dicunt quòd incendiarii ecclesiarum vel locorum religiosorum, vel cemiterii vel spacii priuilegiati in circuitu ecclesiæ seu locum contiguum priuilegiatis sunt ipso ire excōmunicati, vt in dicta decretali, & 17. q. 4. Sicut antiquitus. Est autem spacium priuilegiatum in circuitu ecclesię triginta passus vel quadraginta, quoad matricē ecclesiā, sed antequam denuncientur possunt absolui per ordinarios. Postquam verò fuerunt denunciati non nisi a papa. Et secundum Ioan. And. tales absolui non possunt a legatis ex iure legationis. Item mulier incēdiaria sic denunciata ab episcopo absolui non potest, etsi possit absolui ab iniectione manuum violenta in clericū secundum Guil. Io. And. hoc dicit de incendiariis ecclesiarum. Guil. etiā dicit quòd incēdiarii aliorum locorum postquam fuerūt etiam denunciati, possunt absolui ab episcopo, vt communiter dicunt doct. Pet. de Ancha. dicit simpliciter de incendiariis & excommunicatis & denunciās, q; sunt mittendi ad papam, communior prima opi. secunda tutior. Incendiarii verò aliorum locorum non sunt ipso facto excōmunicati, sed excōmunicandi de iure communi, 23. q. vlt. c. Pessimam. Ray. de iure autem particulari seu synodali in quibusdam locis tales etiam sunt excommunicati, in quibusdam aliis ex consuetudine habentur pro excommunicatis quamuis re vera non inferatur excōmunicatio absque sententia secundum Guil. & hi incēdiarii postquam fuerunt denunciati pñt absolui ab epis suis secundū quosdā, vt Guil. & Alber. sed secundum alios non nisi a papa, & hoc dicitur in summa Pisa. Ioan. And. dicit tamen de incendiariis ecclesiarum. Sed qualiter intelligenda sit ista denunciatio. Dicit Guil. quòd secundum quosdam intelligitur si fuerit denūciatus nominatim, ideſt expresso nomine, secus vt dicunt si in generali, vt cum dicitur sub hac forma. Excommunicamus omnes illos, qui fecerunt tale incendium. Et subdit. Credo quòd siue in generali siue in speciali denuncietur incendiarius a solo papa est absoluendus præsertim cum dicit Hug. & iurisperiti, quòd quando fertur sententia sub hac forma. Excommunicamus omnes qui fecerunt hoc vel illud, omnes intelliguntur nominatim excōmunicati. Credo etiam quòd papæ est reseruanda hæc absolutio a quocunque iudice fiat ista denunciatio, & dicitur incendiarius secundum Rayn. qui auctoritate propria etuitatem vel villam vel mansum vel segetē, vel rem similem malo studio incendit. Exponit glo. eius incendit vel incendi facit aut incendiariis consiliū vel auxilium scienter impendit, auctoritate propria, ideſt cum non habeat ius mouendi bellum vel incendendi mansum vel segetē, scilicet alienam secus si propriam, quia tunc non teneretur pœna incēdiarii nisi dolo malo hoc faceret, vt scilicet per incendium rei suæ, alie na incenderentur. Malo studio, quia si faceret hoc ex negligentia, licèt peccaret, non tamen incendiarius vocaretur. Guil. Item qui in bello iusto ignem imponit absque precepto indictoris belli incendiarius est, licèt damnū non teneatur resarcire, qui verò in bello iniusto etiam ex præcepto, incendiarius est, & damnū tenetur resarcire. Et no. qui in bello iusto villā vel castrum incēdit, si ibi ecclesia incaute

te comburatur & est molestum ei non est excõmunicatus, sed damnũ resarcire tenetur. Item qui ponit ignem in loco religioso est excommunicatus, qui verò in alia domo habitabili vel in grano est excõmunicandus, alii verò incendiarii palearum seni lignorum, & huiusmodi non dicuntur incendiarii. Lapus super c. de immu. ec. c. Quia nonnulli. lib. 6. dicit, hic dicendum uidetur quòd appellatio ne ecclesiarum includantur nedum monasteria: sed etiam omnia pia loca', nam ista æquiparantur supra de testi. requisisti, facit quod scripsit d. m post Archi. supra e. lib. de testi. in inte. c. fi. Vbi dubitari an incendiarii uel fractores domorum sitarum infra ambitum ecclesiarum priuilegiatum, de quo habes. 17. q. sicut antiquitus sint ipso iure excommunicati sicut incendiari & effractores ecclesiarum, qui etiam postquam fuerunt denunciati non possunt. s. absolui nisi per papam, & videtur, quòd sic per d. c. sicut & de senten. excom. con questi super hoc consultus cum quibusdam iuristis consului, quòd talis, scilicet frangens, vel comburens domum sitam infra ambitũ & confines d. c. sicut antiquitus licèt talis sit violator immunitatis ecclesiæ, & vt sacrilegus puniendus, non tamen est excommunicatus & hoc per istud. c. scilicet nonnulli, & conquesti. hæc ille.

¶ *Excommunicatio contra effractores locorum sacrorum & papæ reseruatur absolutio post denunciationem eorum.* *Cap.* 12.

MEmoratos sacrilegos, qui scilicet confregerant violenter quasdam ecclesias & expoliauerant, excommunicatos nuncietis, & faciatis sicut excommunicatos arctius euitari donec passis iniuriam congruè satisfaciant & damna data resarciant, & cum literis vestris rei veritatem continentibus apostolicò se conspectui repræsentent, extra de sen. excom. Conquesti glo. excommunicatos, ergo videtur ex hoc quod ipso iure sint excommunicati huiusmodi sacrilegi, quod est uerum de effractoribus ecclesiarum & incendiariis repræsentent, ex quo enim incendiarii & effractores ecclesiarum denunciati sunt, non possunt absolui nisi a papa, sed antequam denuncientur bene possunt absolui, si satisfacere uolunt, vt in ca. Nuper. e. tit. idem Archi. & Gof. Ioan. And. autem & Pet. de Ancha. sic sumãt. Qui cum effractione spoliant ecclesias, excõmunicati sunt, & postquam sunt denunciati sunt per papam absoluendi. Quidam extendebant istum casum ad facientes in ecclesia multum enormia, vt frangendo crucem & diripiendo corpus Christi vel rapiendo bona ipsarum, secundum Hostien. & Goff. in summis suis, & Ioan. de Lig. in tractatu. de cen. ecclesi. dicit quòd tales non sunt ipso iure excõmunicati: sed excommunicandi. ¶ Et no. q Guil. dicitur. Credo quòd effractor ecclesiæ iudicandus est qui dolo malo aut per iniuriã violenter parietem fodit aut suffodit, aut vitream fenestram fregerit, aut seraturam, aut ostia, aut cardines, aut vectes dum tenent ostia firmata, aut ipsum tectum ecclesiæ. Et no. secundum Guil. quòd qui uadit ad frangendum ecclesiam & furandum & tamen nõ frangunt, quia inueniunt aliàs fractam uel apertam, & sic intrant vel asportãt bona ipsius, non incidunt in istum canonem.

¶ *Excommunicatio contra falsarios litterarum papalium, & papæ reseruatur absolutio.* *Cap.* 13.

NOs omnes falsarios literarum nostrarũ apostolicarum qui per se vel per alios vitium falsitatis exercent cum defensoribus, & fautoribus suis anathematis vinculo decernimus innodatos &c. Innoc. 3. extra de crimi. fal. ad falsariorum. Innodatos, & sic est canon latæ sententiæ secundum Innoc. & Host. in super clerici officiis & beneficiis sunt priuati & degradandi sunt & seculari curiæ tradendi secundum cõstitutionem legitimè puniendi per quam & laici legitimè cõuicti puniantur, vt dicitur in tex. & communiter dicitur quòd absolutio a tali excommunicatione papæ reseruatur, extra eo Dura. in fi. No. secundum Pet. de Ancha. in dicto c. quòd ille qui scienter impetrat rescriptum surreptitium, & illo vtitur, non incidit in illam pœnam, sed solum punitur, q careat commodo rescripti, & in expensis condemnetur, de rescrip. c. Super literis. sed falsans rescriptũ vel vtens falso ex certa scientia vel per ignorantiam procedentem ex negligentiam incidit. ¶ Et no. secundum Richar. super 4. dist. 18. q impetrans literas a domino papa tacita uerita te, vel suggesta falsitate, siue facto impetrans scienter uel ignoràter, si talis veritas taceatur, vel talis falsitas suggeratur, qua veritate manifesta vel falsitate non suggesta dominus papa non concederet, non est excommunicatus iure cõmuni, nec etiam illi qui in literis apostolicis vtuntur sub alio nomine impetratis, quia quamuis tam isti quam illi digni sunt

Impetratio falsa.

magna

magna pęna & confusione, non tamen oportuit ius condere quòd tales essent excommunicati, quia talis fraus a parte aduersa uel a iudice contra utentes talibus litteris faciliter, & certitudinaliter potest percipi, quamuis ergo sic impetrans falsarius sit extendendo falsarii nomen, vt sumitur. 25. q. 2. dicenti, non est tamen falsarius litterarum domini papæ, quia veras litteras impetrat, quamuis falsa suggestione, & sic non est excommunicatus.

¶ *Excommunicatio contra utentes scienter litteris papalibus falsis.* *Cap.* 14.

QVi litteris vti voluerint eas primo diligenter examinent, quoniam si falsis litteris ie vsos dixerint ignoranter, earum sera pœnitentia euitari nequibit pœnas inferius annotatas Inn. 3. in eo. c. Ad falsariorum, ibi dicitur de illis pęnis, & sic qui scienter vtitur litteris Apostolicis etiam ab alio falsans, est excommunicatus. ¶ Et no. q̃ dicit Host. ibidē quod si simplex ignoranter vtitur talibus litteris falsis non excusatur, quia per alios debuit inquirere, hoc ar. dist. 37. c. fi. idem Ber. sed si falsitas erat ita latens, quòd de facili pcipi non poterat in aperto si per se & alios adhibuit diligentiā quam potuit & nihil percepit, excusatus est, alioquin non, extra de homic. c. Io. Tunc enim secundum Pet. de Anc. ibidem censetur iusta ignorantia quæ habet excusare si adhibuit diligentiam quam potuit & debuit, quia hoc indagauit a peritioribus. 43. distin. Ephesiis. non enim poterat diuinare falsitatem rescripti, sed si ignorauit ex negligentia, quia hoc crimen est ideò punitur & dolo comparatur. ff. man. l. fideiussor, & in c. Dura. eo. tit. dicitur quòd si falsas litteras se habere cognoscit infra 20. dies. aut destruat aut resignet si pęnam excommunicationis euadere voluerit. Et hoc intelligitur secundū Hosti. quando litteræ falsæ aliquo casu ad eū peruenerunt, tales ergo non sunt ipso iure excōmunicati, sed post 20. dies si non resignant. Pet. de Anch.

¶ *Excommunicatio contra recipientes litteras papales seu bullas in curia non de manibus papæ uel deputati ad hoc* *Cap.* 15.

INhibemus ne quis apud sedem Apostolicam litteras nostras nisi a nobis vel de manibus illorum recipiat, qui de mandato nostro ad illud sunt officium deputati. Personę solemnes per nuncium recipere possunt de manibus prædictorum. Transgressor huius si laicus est excommunicationi subiaceat, si clericus officiis seu beneficiis priuatus damnetur. Inno. 3. de cri. fal. c. dura. Apud sedē Apostolicam. Illi ergo qui non sunt apud sedem Apostolicam seu in curia non ligantur hac cōstitutione, & Apostolica sedes est ubi est papa. Host. & Io. And. excommunicationi subiacear, dicas quod ipso iure irrogatur, hæc pœna laico, & etiam clerico, quòd autem clericus officiis, & beneficiis damnetur ipsa pœna imponenda est per sententiam, nec imponitur ipso iure, sed excommunicatio ipso iure imponitur etiam clerico Pet. de Anch. Et no. quod dicit glo. Bern. ibidem non credo, quod sit excommunicatus qui hoc non seruat, immo indifferenter videmus, quod quilibet per nuncium impetrat litteras, & hoc papa scit, & tolerat nec aliquem repellit, nisi esset excōmunicatus, sed hoc intellige, quòd litteræ de manibus papæ uel bullatoris tantum sunt recipiendæ etiam vel vicecancellarii, uel alterius ad hoc deputati, aliàs falsæ sunt, & qui sic reciperet esset excommunicatus. Ioan. An. & Pet. de Anchara. dicunt quòd hoc quod dicit ista decre. hodie curia non seruat, immo quilibet paruæ auctoritatis mittit ad bullatorem & recipit.

¶ *Excommunicatio contra corrigentes, apponentes, & remouentes aliquid de litteris papalibus, & papæ reseruatur absolutio.* *Cap.* 16.

HOstiensis in summa sic ait. Hodie præceptum est quod in litteris domini papæ, nec in magno, nec in modico quis manum apponere, etiam litteram vnicam, vel punctum vnicum corrigendo, exceptis officialibus quibus hoc est commissum. Alioquin manus apponens ex canone lato in curia ipso facto sententiam excommunicationis incurrit quæ per aliquem citra sedem Apostolicam relaxari non potest, idem Goffre. ¶ Quærit Richard. in 4. distinctio 28. Vtrum inueniens litteram domini papæ, cuius efficacia iam expirauit, & ludo non intentione utendi aliquam litteram in eo formatam reformet, vel punctum faciat, vel per quemcunque aliū modum aliquid in ea immutet, sit excommunicatus ipso iure? Respōdet ubi supra ad istā quæstionem dicunt aliqui quòd talis non est excommunicatus ipso iure, quia illa excommunicatio non intelligitur nisi de his q̃ pñt

alicui esse vtiles, prædicta etiam quoad omnẽ hominem esset inutilis. Et contra hoc sic argui potest quamuis illa littera non immutata facta sit inutilis, tamen per rasuram sic mutari posset, vt vtilis appareret. Verbi gratia si ibi erat scriptum post triennium minime valituris, & pro triennio poneret quinquenniũ iam appareret vtilis quæ prius erat inutilis.

Casus excõica tionis. Cum ergo quæcunque mutatio siue parua siue magna contra litteram & voluntatem domini papæ per quam permutationem potest apparere vtilis plusquam erat, vel vtilis cum ante non erat sit prohibita sub pœna excommunicationis iam latæ, videtur quod immutans aliquid contra literam domini papæ, de qua est quæstio sit excommunicatus ipso iure, quod mihi concedendum videtur, vt etiã habetur extra de crimi. fal. in c. ad falsariorũ, in glo. super illud per rasuram tenuem. Quicunque radit vel immutat rescriptum papæ excõmunicatus est & falsarius, & in hoc nullam distinctionem adhibeo. Et infra sic dicit. De litteris tamen quæ per nullam rasuram possent vtiles apparere, vt potè litera curatoria data a ducentis annis, vel 300. aliter esset iudicandum, quia si tota radaretur de nouo non posset apparere vtilis propter bullam, quia in creatione cuiuslibet noui papæ aliquid contra bullam immutatur: nomen enim eius ponitur in bulla.

¶ *Excommunicatio contra facientes statuta contra ecclesiasticam libertatem, & seruari ea facientes & scriptores eorum & officiales iudicantes secundum ea.* Cap. 17.

EXcommunicamus omnes qui de cætero seruari fecerint statuta ædita, & consuetudines, vel potius abusiones introductas cõtra ecclesiasticam libertatem, nisi ea de capitularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem sniæ fecerint amouere.

¶ Excommunicamus statutarios & scriptores statutorum ipsorum, necnon & potestatis & consules & rectores & consiliarios locorũ, vbi de cætero huiusmodi statuta, & consuetudines ædituæ fuerint & obseruatæ, necnon & illos qui secundum ea præsumpserint iudicare, vel in publicam formam scribere iudicata. Homo. 3. de sen. excom. nouerit. Ecclesiam laici heremitæ & recluſi, hic sub nomine ecclesiæ non comprehenduntur nisi se subiecerint alicui probatæ religioni. Guil. Libertatẽ quæ consistit in priuilegiis concessis super spiritualibus vel temporalibus generaliter, vel singulariter, siue a Deo, siue a papa, siue ab aliis principibus secundum Inn. & Hostien. & Abb. Et a Deo quidem cõcessa sunt multa, in illud. Quodcunq; ligaueris super terram &c. & hoc quantum ad personam papæ extenditur ad interpretationem omnium dubiorũ, extra qui fi. sint legi. c. per venerabilem Item ꝙ decimæ & primitiçad clericos spectent 16. q. 1. reuertimini. Item quod ecclesia sola res ecclesiasticas ministrare potest 16. q. 1. §. item Imperator. Item quod de spiritualibus ius condere & iudicare potest & multa alia priuilegia quæ continentur in no. & ve. testa. A papa priuilegia concessa sunt, vt qui iniicit manum violentam in clericum, sit excommunicatus. Item quod in legatis ad pias causas sufficiunt duo testes, extra de testa. c. relatum, & in multa alia priuilegia quæ a vicario Christi concessa sunt quæ habentur in iure canonico. Item ab Imperatoribus multa concessa sunt quæ sparsa in iure ciuili, vl de immu. eccle. & huiusmodi, nec extendunt dictas constitutiones ad priuilegia data non vniuersaliter, sed particularirer aliquibus ecclesiis siue sint data talia spiritualia a papa siue ab Imperatoribus, siue ab aliis principibus. Io. An. de capitulariis, idest in chartulis siue libris in quibus talia scribi consueuerunt, & sic satisfecerint, episcopus absoluet, quia papa sibi non reseruauit. Ioan. An. Infra duos menses. Hæc cõstitutio modo ligat omnes, quia iam dudum fluxerunt illi duo menses, de quibus fit mentio in isto c. Host. Excommunicamus statutarios &c. Statutarii & scriptores statutorum statim ligantur, nec excusationem habere possunt in toto, etsi quandoque excusentur a tanto. Potestates autem consules & rectores possunt habere excusationem quantũ ad obseruationem sententiæ & delectionem statutorum prædictorum quæ ignorare possunt, ex quo vero certificati sunt & obedire negligunt, cõstitutio eos ligat, ꝙ ad arbitriũ boni viri referendũ est, qñ. s. scire potuerunt vel non, aut qñ impedire ne seruentur, vt s. intelligatur hoc q̃ cito potuerit bono mõ cõcessũ aliquo interuallo, ꝙ si hoc post sciuit de nocte vel in festo tam soléni, ꝙ conciliũ congregare non potuit, vel tunc erat infirmus, arbitrabitur bonus iudex. Host. & Io. An. Io. vero de Lig. in tractatu decem. eccle. dicit, ꝙ p̃dicti ptãtes, cõsules, & hmõi sunt excõicati, non excõicandi, nec obstat c. graue, ubi dicit canon. Ferendæ sniæ, quia ibi denunciantur excõicandi nõ excõicati, vel dic, ꝙ nõ est absurdũ, ꝙ excõicati a iure iterum excõicentur

ab

ab homine. Officiales verò non ſunt excommunicati, niſi ſeruauerint illa ſtatuta, vel ēt negligentes fuerint ad ea delegenda, rectores ciuitatum qui non habent poteſtatem ſtatuta tollendi non ligantur hac ſententia, niſi ſecundum illa ſtatuta iudicent aut niſi poſſint operari ut illa deleant & hoc negligant Pet. de Ancha. quærit de conſiliariis illorū lo corum, & ponit diſtinctionem Innoc. qui ſic ait. Si tales conſi liarii in illis locis vbi ſeruā tur ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatem. habent poteſtatem deſtruendi & non faciūt excommunicati, ſunt, etiam ſi dediſſent cōſi lium q̄ deſtruantur, non facit eos euitare pæ nam. Si non habent poteſtatē non incurrunt excommunicationem. Sed ſi neſcirent eſſe prædicta ſtatuta, dicit Hoſti. tunc ligari quā do ſciunt & non delent cum poſſunt. Tēpus autem ad hoc dabitur arbitrio boni uiri. id eſt iudicis, ſed non vī ſe poſſe excuſare allegando ignorantiam facti, ex quo ita publicè promulgata ſunt ſtatuta, tamen ſaluando di cta præcedentia, dicit quod ignorantia prædicta excuſat ab excōmunicatione ad quā incurrendam requiritur dolus, ſed non ab alia pæna. Sed quid ſi ſciuerunt prædicta ſtatuta & ignorauerunt eſſe contra eccleſiaſticam libertatem, ibi dicit Inn. q̄ non incidunt cum excommunicatio non liget niſi contumacē. 11. q. 3. c. certum, nec fertur niſi pro magnis criminibus, fatetur tamē qđ poſſint aliter puniri. Dominus meus Ioann. de Lig. putat eos non audiendos, quia eſt ignorantia iuris quę non excuſat de reg. iu. Ignorantia. Hæc Petr. de Ancha. ¶ Nota etiam ſcđm quoſdā ſi qui ſtatuerūt quod nullus offerat niſi in magnis feſtiuitatibus, alias non, vel ſi tātū quod ſup mortuo non niſi talis panus uel tot cerei & huiuſmodi, hoc eſſet contra eccleſiaſticam libertatem. Super iſto cap. nouerit. Henricus Boyclr, dicit quod ſtatuentes vel ſtatuta dictantes vel ſcribentes ipſa aut fieri conſentiē tes, aut facientes ſeruari ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatem ſtatim ſunt excommunicati ipſo iure. Nam tempus duorum menſium quod datur ad delēdum ipſa ſtatuta ut uitent hanc pænam cæpit currere a tempore publicationis huius decre. & ſic iam diu tranſiuit illud tempus ſecundum Guil. & Hoſt. Quidam tamen exponunt hmōi, publicationem poſtquā, ſ. in ſigulis locis fuit publicata, & hoc benignius ſecundum Hoſtiē. ſed primum uerius ſecūdū. Io. An. Qui vero ſecūdū talia ſtatuta præſumpſerint iudicare uel ī formā publicā ſcribere iudicata, ſtatim tales ſunt excōmunicati ſecundum Hoſt. ſecus autem ſi in priuatā formam ſcriberent. Ioan. And. Officiales uerò & conſiliarii tunc ligantur ſcientes eſſe ea contra libertatem ecclēſiaſticam, conſenſerint delicto, ut quia ea ſeruauerunt uel dederunt conſilium qđ ſeruētur uel negligentes fuerunt ea de ſuis capitularibus delere uel officium dimittere quā cito de eis certificati ſciunt & cognoſcūt ea eſſe contra libertatem eccleſiæ conceſſam, aliquo tamen medio interuallo ad arbitrium boni uiri. Aliæ verò perſonæ nominatæ ī hac decre. licēt ſeruent homini ſtatuta non ſunt excommunicati ſecūdum Inn. & Io. An. Hæc ille, qui quidem dicit de facientibus contra libertatem ſeu priuilegium uniuerſalis eccleſiæ.

De conditione nouorū ſtatuorum.

¶ *Excommunicatio contra omnes dominos prohibentes ſubditis ne faciant obſequia corporalia perſonis eccleſiaſticis.* Cap. 18.

EOs qui temporale dominium obtinentes ſuis ſubditis ne prælatis aut clericis ſeu pſonis eccleſiaſticis quicquam uendāt aut emāt aliquid ab eiſdem, nec ipſis bladū molāt, coquāt panem aut alia obſequia exhibere præſumant aliquando interdicūt eū talia in derogationem libertatis eccleſiaſticæ præſumantur eoipſo excōicationis ſentētię decernimus ſubiacere. Bon. de imm. eccl. lib. 6. Libertatis, licēt iſti quoad uerba uiderentur non infringere libertatem, tñ infringebant faciendo fraudem de perſona ad perſonā, de quo dic, ut. 14. q. 3. Pleriq, Io. And. Quærit hic Dominicus de S. Gem. quid ſiiſta prohibitio fiat per illū qui non habet dñiū, an habeat locum pœna hæc poſita? Rñdet & non per tex. qui hoc dicit de dominis prohibentibus ſuis ſubditis, & exponit illud tēporale pro ſeculari dominio & ſubdit. Sed pone qđ fiat ſtatutum ſicut in Italia in multis ciuitatibus & dominiis, qđ prohibeat ne quis donet vel uendat rem immobilem alicui nō exiſtenti de iure ſtatuentium non ſubeunti onera communium vel dominorum & irritat donationem uel uenditionem & pænam imponit, an per talia ſtatuta includantur donationes & uenditiones in eccleſiis. Et quod non includantur, & non teneant talia ſtatuta quoad eas probat per cap. Eccleſia S. Mariæ. de conſtit. & per plures rationes. Et cōcludit quod huiuſmodi ſtatuentes hac pæna non ſunt ligati ex quo non fuit ſtatutum expreſſum de eccleſia, quia ſi hoc fuiſſet tunc li-

Statutū Italiæ.

gati essent, quia statutum est contra ecclesiasticam libertatem tenuit. n. istud statutum secundum communem sniam omniũ doctorũ quoad laicos transferentes in laicos iurisdictionis alienæ, sed si istud extenderent ad ecclesias incipernt ligari, nec esset absurdũ dicere q̃ iudex ecclesiasticus posset illos ad quos pertineret cogere ad declarandum statutum, ut non respiceret contractus fiendos cum ecclesiis, extra de hære. c. statutũ. Refert enim Ioan. An. in nouel. q̃ Vinc. & Abb. dicunt quod statuto facto laicorum pro cõi utilitate, quod vadens de nocte soluat tantũ, clerici non sunt subiecti, sed per suum iudicem arcendi, di. 96. Bene quidem, secus dicunt de banno in pascendis pecoribus vel ad aquam ducendis. tunc enim tenentur pastores ad dãno propter mercedem quam accipiunt.

¶ *Excommunicatio contra usurpantes patronatum de nouo in locis piis uel usurpantes bona uacantium ecclesiarum.*
Cap. 19.

SAncimus vniuersos & singulos qui regalia custodiam siue guardiam aduocationi seu defensionis titulum in ecclesiis monasteriis siue quibuslibet aliis piis locis de nouo usurpare conantes bona ecclesiarum monasteriorum aut locorum ipsorum vacantium occupare præsumunt, quocunque dignitatis honore præfulgeant, clericos etiam ecclesiarum, monachos monasteriorum & personas cæteras locorum eorundẽ, quæ hoc fieri procurant eoipso excõicationis snię se nouerint subiacere. Bonif. de elect. generali. lib. 6. Vniuersos & vniuersas, nam appellatione siquis etsi qua continetur. ff. de verb. sig. l. 1. & 2. Et secundum Bar. verbum masculinum prolatum a canone comprehendit fœmininum q̃d probatur. 17. q. 4. Siquis suadente quod verũ nisi per eandem vel alia iura excipiatur fœmina, infra eo. Indemnitatibus. Ioan. And. q̃d Archi. intelligit de canone puniente crimina. Singulos, ut q̃n persona vsurpat suo nomine infrascripta, Vniuersos verò dixit, puta quando aliqua vniuersitas sibi infrascripta vsurpat de nouo. Archid. Regalia, dic ea quæ capit rex uacante ecclesia vt patet in Regno Franciæ & Angliæ. Nam illa vocantur regalia iura regis in quibusdam ecclesiis vacantibus competentia quibus de prælato ordinatis illa percipiunt prælati, ut no. tex. Archid. Guardiani, quia dicunt se debere custodire ecclesiam uacantem donec de prælato fuerit ei prouisum, ut patet exemplum in ecclesia Parmensi, vbi tales custodes loci & nobiles appellantur vicedomini, patet etiam exemplum in ecclesia Florentina. Et sumitur hoc verbum & præcedens, s. custodiam pro eodẽ, vnde expone siue pro, ideſt. Et intelligunt quidam hoc comprehendi sub hoc nomine iuspatronatus, quod non credo, sed intelligo simpliciter sicut sonat quãuis aliter notatur, infra de iurepat. Archi. Sed Io. And. sic dicit. Custodiam & quæ sequuntur expone secundum Bar. ideſt iuspatronatus, quod secundũ diuersas regiones diuersa sortitur vocabula. Et addit quocunque nomine censeãtur, usurpãtes de nouo tale ius in ecclesiis, & aliis piis locis & bona ipsorum vacantium occupãtes, excommunicati sunt ipso iure. Aliis ut hospitalibus & aliis quocunque nomine vocatis. Io. An. de nouo uocatis. s. a 40. ann. citra secundum Bar. de consue. c. fi. & hoc per litteram quæ sequitur, vel ex antiqua consuetudine, quę, s. habetur, infra in tex. hic non posito. Io. An. Bona de quibus nulla est laicis attributa potestas, alias faculras, occupare in malam partem sumitur, & proprie mobilia dicuntur occupari, immobilia dicuntur inuadi, sępe tamẽ vnum sumitur pro reliquo. Procurat forte occasione discordiæ inter eos suscitare. Et dicuntur procurare ope, consilio, persuasione & cooperatione. Io. An. Nota quod committens sacrilegium in auferẽdo res sacras vel non sacras, sed de loco sacro non sunt de iure communi excommunicati, nisi hoc facerent cũ effractione vel incendio, ut extra de sen. exc. Conquæsti. in glo. sed si tales post monitionem non se emẽdarẽt, sũt excommunicandi, sic ẽt alias auferentes bona ecclesiarũ non sunt ipso iure excõicati nisi vacantium, ut in isto, c. generali, de elect. li. 6. quod autem dicitur in decre. 11. q. 3. canonica, de uiolatoribus ecclesiarũ, ut 17. q̃. 4. Omnes, de raptoribus bonorum ecclesiarum q̃d sunt excommunicati, intelligendum est secundum Rich. in 4. de violatione & raptu quæ fiunt cum probabili, aliàs personalia effractione vel uiolentia & huiusmodi.

Differũt occupari & inuadi.

Iura Regalia q̃ sint.

¶ *Excommunicatio contra compellentes prælatos & personas ecclesiasticas ad submittendum ecclesias uel ecclesiastica bona eis.* *Cap.* 20.

LAici qui p̃latos vel capella ecclesiarũ seu alias personas ecclesiasticas ad submissiones huiusmodi faciendas hactenus compulerunt

ferunt poſt competentem admonitionem remiſſa ſubmiſſione quam per vim vel metum exegerant eccleſias, & bona eccleſiæ eis ſubmiſſis, taliter in ſua libertate dimittant. Illi verò qui prælatos aut perſonas eaſdē ad talia facienda compulerint cuiuſcunque ſint conditionis, aut ſtatus excommunicationis ſint ſententia innodati. Ex contractibus præterea ſuper præmiſſis huiuſmodi licentia, & cōſenſu interueniente hactenus initis, aut quos in futurum iniri contigerit: ſeu occaſione illorum laici vltra id quod ex natura contractuū ipſorum, vel adhibita in ipſis lege permittitur, aliquis non vſurpent. Qui verò ſecus egerint niſi legitimè moniti, ab huiuſmodi vſurpatione deſtiterint reſtituendo etiam quæ taliter vſurpauerunt, eo ipſo in ſententiam excommunicationis incurrant. Greg. 10. de re. eccl. non alie c. hoc conſultiſſimo. lib. 6. Submiſſiones huiuſmodi, ideſt de quibus dixerat in prin. vbi prohibet prælatos & eccleſias, ſibi commiſſas bona immobilia ſeu iura ipſarum laicis ſubmittere abſque capituli ſui cōſenſu & ap. ſe. licentia ſpeciali. ſ. inſtituendo, vel recognoſcendo ſeu profitendo ab illis ea tanquam a ſuperioribus ſe tenere, ſeu ab ipſis eadem aduocando vel ipſos patronos vel aduocatos eccleſiarum ſeu bonorum ipſorū per petuo ad tempus non modicum ſtatuendū. Talis ergo ſubmiſſio hic perhibetur, non autem alienatio bonorum eccleſiaſticorum ¶ Et no. quod cōprehenduntur etiam hic fœmi næ. ſ. religioſæ, & quod dicitur aduocādo exponitur tanquam ab aduocatis recognoſcendo. Et quod dicitur ad tempus non modicū, inde trahitur quod ad modicum tempus poſſunt vocari in patronos vel defenſores, & dicitur modicum tempus infra decem annos, vel ſecundum Bar. relinquetur iudicis arbitrio, & quod dicitur competentem monitionē intelligetrinam, niſi facti neceſſitas aliud ſuadeat. Io. And.

que alie natio bonorū eccleſię licita.

¶ Excommunicatio contra concedentes repræſalias & utentes in clericos & bona clericorum. Cap. 21.

ILli qui repreſalias aduerſus perſonas eccleſiaſticas ſeu bona ipſarum concedunt uel extendunt ad eas niſi præſumptionē huiuſmodi reuocauerint a conceſſionis vel extenſionis tempore infra menſem ſi perſona ſingularis fuerint: ſententiam excommunicationis incurrant: ſi uniuerſitas eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto Greg. 10. de iniuriis. c. ſi pignorationes lib. 6. Eccleſiaſticas vt clericos, templarios, hoſpitalarios, conuerſos, & Deo deuotos. 12. q. 1. duo Io. And. Extendūt, facit differentiam inter extendere & concedere, quia ciuitas vel ſuperior dicitur concedere, ſed ille cui conceduntur extendere, puta quia ciuitas Bonon. dedit repreſalias cui. ſuo contra Florentinos, quas extēdit ille ad clericos. Ioan. An. Præſumptione, ideſt conceſſione vel extenſione repræſaliarum q̄ eſt contra libertatem eccleſiaſticam. Io. An. Menſem. Q. ſi infra mēſem iſtum proceſſum fuit ad actū, quia fuit eccleſiaſtica perſona pro alia pignorata, ideſt repreſalia facta contra eum. Nunquid hæc poſtea habebit locum infra menſem, dic ſecundū Bar. quod in ſtatutum priſti num reuocandum erit infra menſem, de ſen. excō. quicunque uel ſm Guil. Reuocatio re integra fieri debet antequam procedatur ad actum aliàs locum habet pœna Io. And.

¶ Excommunicatio contra grauantes perſonas eccleſiaſticas inſe uel inſuis pro eo quod noluerunt eligere eos pro quibus rogati erant. Cap. 22.

SCiant cuncti q̄ clericos vel quaslibet perſonas eccleſiaſticas ad quos in aliquibus monaſteriis aut aliis piis locis ſpectet electio pro eo q̄ rogati ſeu aliàs inducti eū pro quo rogabantur ſeu inducebantur eligere noluerunt, vel conſanguineos eorum, aut ipſas eccleſias monaſteria ſeu loca certa beneficiis ſeu aliis bonis ſuis per ſe uel per alios ſpoliando, ſeu aliàs iniuſtè perſequendo grauare præſumpſerint: ſe ipſo facto excōicationis ſnia nouerint innodatos. Greg. de elec. lib. 6. Cuncti et eps. Eccleſiaſticas: vt conuerſos, tēplarios, qui licèt non ſint clerici, ſunt tñ eccleſiaſticæ perſonæ. Spectet de iure cōi. In collegiata eccleſia ac collegium ſpectat electio, & ſi non eſt collegium ad patronū, niſi aliud inducaī de conſuetudine. Si aūt non eſſet collegiu uel patronus per dicœceſanū habet ibi ordinari. 10. q. 1. regenda, & hæc vera quoad electionem plati. de inferiori nō ſupra e. ti. cū eccleſia vulterana Io. An. Rogati qñ p̄ces inducant ſymoniā, dic vt 8. q. 2. in ſumma. & 8. q. 1. Moyſes. Inducti per promiſſiones vel alio modo. Ioā. An. Alios, ſed nunq̄d hęc pœna locum habebit in p̄ntante p̄ono? videt q̄ non, quia de electione tñ loq̄tur, & non de p̄ntatione, & hęc eſt pęnalis, & ideo reſtringenda. Dic q̄ ſi patronus eſt clericus vel perſona eccleſiaſtica locum habebit, conſtō, nec hoc eſt eſt odio

Electio q̄ eſt patroni.

sum, sed fauorabile ecclesiarũ fauore. Si autẽ patronus est laicus pęna locum non habebit, cum constitutio dicat clericos, vel ecclesiasticas personas. Ioan. An. Idem Guil. Bar. Arch. Io. Mo. qui dicunt etiam idem in postulante sententiam & secundum Greg. episcopi bene poterunt absoluere. Ioan. An. Ex quo conditione canonis huius absolutionem sibi papæ non reseruat, extra de sen. excom. c. nuper.

Casus singularis.

¶ Nota quod Archi. hic mouet ad quæstionem de mandatario, i. de eo qui ex mandato alterius aliquid horum operatur, vtrum incidat in canonem? allegat pro & contra dicens: finaliter concludit, quòd dici potest, ꝙ mandatarius talis ligetur, etsi non verbis huius, c. tamen mente maximè cum participet in crimine & sit actor mali.

¶ *Excommunicatio contra impedientes litigare in foro ecclesiasticis in causis quæ de iure uel consuetudine, uel ex impetratis a curia possunt ibi tractari.*
Cap. 23.

STatuimus ne quis impetrationes literarũ nostrarũ ad nos vel ad forum ecclesiasticũ recurrentes super causis quę ad idem forum vel de antiqua consuetudine pertinere noscũtur ad desistendũ vel in foro seculari de qõnibus hmõi ligãdum per eorundẽ iudicũ ecclesiasticorũ impetrantiũ, aut litigantiũ seu uiolentiũ litigare, aut propinquorũ ipsorum seu rerum illorũ: seu ecclesiarũ suarum captionẽ, modisuè aliis quibuscunq; cõpellat seu cõpelli faciat uel procuret, nec per se aliosuè impediat: quo minus corã iudicibus ecclesiasticis delegatis seu ordinariis quærulantes de causis quæ vt præmissum est ad cognitionẽ pertinent eorundẽ possint liberè iustitiã obtinere, nec ad prædicta facienda auxilium consilium vel fauorem. Si quis verò contra præsumpserit se ipso facto nouerit excõmunicationi subiacere, a qua nisi tam iudici, cuius cognitio fuerit impedita vel iurisdictio vsurpata quã parti quæ in prosecutione turbata fuerit sui iuris, de iniuriis, de damnis, de expensis, & interesse prius per eundem fuerit integrè satisfactum nullatenus absoluatur. Bonifa. extra de immun. eccl. qñ. lib. 6. Nullatenus. i. nullo modo. Quid si ante satisfactionẽ tales fuerũt absoluti, non credo ꝙ talis absolutio teneat hæc ista specialiter prohibente littera. Archi. & Ioã. dicit quòd tunc demum facta satisfactione poterit absolui per ordinarium, quia papa sibi non retinuit.

¶ *Excommunicatio contra dominos, & eorum officiales grauantes aut licentiam grauandi dantes clericos uel suos consanguineos propter sententias latas contra eos.*
Cap. 24.

QVicunque pro eo quòd in reges, principes, & barones, nobiles, balliuos vel quoslibet ministros eorum, aut quoscunque alios excommunicationis suspensionis, siue interdicti sententia fuerit promulgata, licentiam alicui dederit occidendi, capiendi, seu aliàs in personis, aut in bonis suis vel suorum grauandi eos qui tales sententias protulerunt siue quorum sunt occasione prolatæ, vel easdem sententias obseruantes: seu taliter excõmunicatis communicare nolentes, nisi licentiam ipsam re integra reuocauerit, vel si ad bonorum captionem occasione ipsius licẽtiæ est processum, nisi bona ipsa fuerint infra 8. dierum spacium restituta aut satisfactio pro ipsis impensa, eoipso sententiam excommunicationis incurrant. Eademque sit sententia innodati omnes qui ausi fuerint prædicta licentia data vti: vel aliquid præmissorum ad quæ committenda dari licentiam prohibuimus, aliàs committere cõnem suo motu. Quin autem in eadem sniа permãserint duorum mensium spacio ex tunc ab ea non possunt nisi per se. ap. absolutionis beneficiũ obtinere. Gre. 10. de sen. excom. lib. 6. reges. Est autem ordinarius regis episcopus, in cuius diœcesi delinquit vel domicilium habet dis. 96. si imperator. Io. An. Et dicit Arch. ꝙ non solum regem, immo & Imperatorem põt episcopus excommunicare. 2. qõ. 7. §. item cum Dauid. Ministros ad clericos potest referri, & sic propriè insequitur verbum suspensionis. Io. An. Licentiam: multofortius idem in iussu vel mandato. Archid. Dederit, clarè demonstrat hæc litera, ꝙ si aliquis contemplatione excommunicati faciat ea quæ hic in litera numerantur ipsæ excõicatus non dicitur in culpa: nisi subsequens postfactũ rarum habeat. Archid. Suorum, s. consanguineorũ vel familiariũ, & sic no. casum in quo percutiens & mandans percuti laicum est excõicatus, ad idem. supra de elect. Sciant. eod. li. Ioan. And. Grauãdi: puta ne quis emat ab eis vel eis vendat, vel his similia. Io. An. Re integra, i. ante quã ad occidendũ vel capiendũ, vel aliàs grauandũ easdem personas in aliquo fuerit processum: vnde vr ꝙ si re integra fiat reuocatio mandati vel talis licentiæ, locum non habet

Vtentes praua licentia.

quod

quod hic ſequitur, ſi autē ad aliquem actum ſit proceſſum per eum, cum licentia eſt conceſſa ſtatim licentiam dantes ſunt ligati, ut hic patet, de hoc de pē. di. 1. Siquis non dicam, ſed uidetur contra infra proxi. ibi. niſi bona ipſa & c. dic q̄ grauior eſt offenſa perſonæ quam rerum, de qua offenſa loquitur litera, quo caſu ipſo facto ſtatim ligātur ut dictum eſt litera autem ſequens loquitur in offenſione rerum ad quarum reſtitutionem terminus. 8. dierum prēfigit, ut infra patet. Archi. Impenſa, ſ. cum res non extat ut placet ibi. Incurrant. modo duplici funiculo ſunt ligati, quod eſſe poteſt. 3. q. 4. Engeltrudam. Io. And. Vti & ſic mandans & mandatarius eadem pœnam puniuntur. Aliàs i. præter aliq̄ licentiā Io. And. Obtinere. Similiter in incē diarijs eccleſiarum, qui exquo denūciati fuerint non poſſunt abſolui ab alio quam a papa, ſupra eo. Tu. Et ſi papa hoc non expreſſiſſet perpetuo potuiſſet ordinarius ipſum abſoluere, ſupra c. nuper. Io. And.

Grauior offenſa perſonæ q̄ rerū.

¶ *Excommunicatio contra exigentes uel exigere facientes pedagia uel gabellas a perſonis eccleſiaſticis pro rebus ſuis uel eccleſiarum. Cap. 25.*

COnſtitutionē ſœlicis recordationis Alexādri papæ. 4. prędeceſ. noſtri q ſtatuit eccleſias & pſonas eccleſiaſticas ad pedagia & guidagia pēnitus non teneri, nec ad exhibendum uel ſoluēdum tallias pro rebus ſuis propriis quas non cauſa negociandi deferūt uel deferri faciunt ſeu tranſmittunt volētes, propter multorum inſolentiam & abuſum pœnæ adminiculo adiuuare. Adducimus diſtrictius inhibendo contraria conſuetudine quorumcunq, quæ dicenda eſt verius corruptela non obſtante, vt nec collegiū, nec uniuerſitas, nec aliqua etiam ſingularis perſona cuiuſcunq, ſit dignitatis conditionis aut ſtatus a prędictis perſonis ſeu eccleſiis, pro perſonis ipſis aut rebus pdictis tallias exigat vel extorqueat, vel per ſe vel per alium ſuo nomine vel alieno, aut eos ad hmōi perſoluenda compellat, qui vero contraſcerint ſi perſonæ fuerint ſeculares excommunicationis, ſi autem collegium vel uniuerſitas ciuitatis caſtri, ſeu loci alterius cuiuſcunq, ipſa ciuitas caſtrum vel locus interdicti ſententiā ipſo facto incurrant, nec ab excommunicatione huiuſmodi abſolutionē vel interdicti relaxationē obtineant donec exacta plenariè reſtituerint & de tranſgreſſione ſatisfecerint competenter, extra de cen. c. quanquā libr. 6. Si vniuerſitas vel ſingularis perſona eccleſias vel eccleſiaſticas perſonas cōpulerit ſoluere pedagia vel guidagia vel exactiones pro rebus ſuis quas cauſſa negociationis non deferunt vel pro perſonis ſingularibus excommunicati ſunt, & uniuerſitas interdicta Ioā. And. in ſum. Item nota q̄d res clericorum eodem priuilegio gaudent quo res eccleſiarū quantum ad iſtud. Negociandi, hoc verbum a multis non plenè intelligitur, vnde dic q̄d ille dicitur eſſe negociator qui rem comparat, vt rem integram immutatam vendendo lucretur, ſed qui rem comparat ut materia ſit ſibi aliquid inde operandi, puta ex ferro clauos, & alia artificiata ille non eſt negociator. Hanc. n. negociationem clerici exercerenō debent vt 88. diſt. ſornicari. ſi autem deferant vel deferri faciāt clerici res cā mercimoniæ, hanc immunitate non gaudent, & ſic eſt ar. contra emptores reddituum clericorum qui volūt in his gaudere immunitate illa qua & clerici, ut. ſ. non ſoluant guidagia & pedagia de emptis, & clericis. Fran. de Zab. quērit an id quod hic dicitur de pedagiis locum habeat in gabellis & datiis quæ leuātur in ciuitatis Lombardiæ. Et reſpon quod Stephanus dicit quod ſic, quia idem iuris de ipſis. ar. 14. q. 3. putant, & c. plerique, & de priuilegiis. c. quanto, & ex hoc dicit quod tota italia eſt interdicta, & clerici irregulares hoc non ſeruantes, hic ille. Sed hodie taliter excommunicati non ſunt uitandi, niſi denūciētur vt habes infra de cle excom. mi. c ſi. Singulares. Generaliter loquitur, vnde credo q̄d cōpræhendat etiam epiſcopos, ſi obiiciat ut extra eo. de ſen. excom. li. 6. c. Quia periculoſum, quod non loquitur in ſententia excommunicationis, vt hic, ſed ſuſpēſionis & interdicti. Archi. Obtineant cum papa ſi talium abſolutionem non retineat aliis conceſſiſſe videbitur, extra de ſen. excom. Nuper. Archid. Reſtituerint hoc verbum demōſtrat q̄d abſolutionem præcedat reſtitutio. Sic. 2. q 7. Accuſatio, vbi de hoc in glo. Excommunicatos, quòd videtur, &c. & 17. q 4. De præsbyterorum. in fi. vbi plenè de hoc in glo. & 11. q. 3. Excommunicatos in glo.

Negociari q̄ ſit.

Excommunicatio contra imponentes tallias collectas uel præſtantias clericis ſine licentia papæ Cap. 26.

ADuerſus cōſules rectores ciuitatū & alios q̄ eccleſias & uiros eccleſiaſti. talliis

seu collectis & exactionibus aliis aggrauare nituntur, volēs immunitati ecclesiasticæ Lateran. concil. prouidere p̄sumptionē hmōi sub anathematis distinctione prohibuit, trās gressores & fautores eorū excōicationi subiacere præcepit, donec satisfactionē impēderint cōpetentē, & infra circa fi. & successorem ipsius nisi satisfecerit infra mensem manere decernimus ecclesiastica censura conclusum donec satisfecerit competenter. Et in eadem post dicta immediate sequenti. Verū si q̄s forte eps simul cum clericis tantam vtilitatem vel necessitatē prospexerint ut absq; vlla co actione ad releuandas utilitates & necessitates oēs vbi laicorū non suppetunt facultates subsidia pro ecclesia duxerint conferenda p̄dicti laici humiliter & deuotè reiiciant cum gratiarum actione pp imprudētiam tū quo tunda Romanus Pontifex prius cōsulat. Inno. 3. extra de immu. eccle. Lateranen. concilium de quo supra c. Non minus, vbi fertur talis sententia excōicationis cum ista tamen additione seu conditione si admoniti desistere noluerint, vbi dicit gl. Ber. quod si se non correxerint post admonitionem sunt ipso iure excommunicati. Et dicit Host. quod sufficit vna admonitio, maximè quia canon istæ inductus est in fauorem ecclesiarum & odiū tyrannorum, quorum aliqui sunt adeo terribiles q̄ nec facile est eos tertio admonere cū quantuncunq; monētur appellent, nec audent prælati dare sententiam timentes forsi tan plura perdere. Prouidetur ergo q̄ sufficiat una admonitio cum competenti termino. Appellatio verò excludit, qa a correctione canonis non appellatur, nec prælato est imputandum si a canone sententia proferi. Additur etiam & fertur snia excōicationis in prædicto c. Non minus cōtra euacuātes auctoritatem & iurisdictionem prælatorum ita vt nihil potestatis in eis in suis videatur hominibus remansisse nisi moniti desiterint, vbi dicit Io. And. super verbo iurisdictionē & spiritualem, interdum hic tamen loquitur de temporali quasi etiam rectores hodie non solum diminuere, sed etiam in totū subtrahere moliuntur, & tales si moniti non desistant sunt excōmunicati ipso iure. Et hac sententia infiniti ligantur qui non vitantur vt dicit Hosti. quod periculosissimum est Successorem ipsius, s. in illa dignitate vel rectoria, consueuerunt enim vniuersitates sibi eligere rectores annuales, ne delictum prædecessoris p̄iudicet successori, sed iam est proprium delictum ex quo ipsum non purgat, quia consentit, vt dicit ibi gl. & hic Ber. infra mensem scilicet a tempore sui regiminis computandum, & etiam interim si consensit his propter quæ fuit excommunicatus prædecessor eius cum per id appareat quod in crimine damnato participat, & sic ligatur eadem sententia. De hoc autē tempore quo ad sententiam huius canonis nihil minui potest tñ ordinarius hunc terminum ex causa abbreuiando sua sententia posset talem ligare. Io. And. Inclusum ergo est canon latæ sententiæ. Io. And. Satisfecerint omne damnum emendandum ecclesię, quod ex ipsius exactione ipsi contingit, sed & si consilium dedit de collecta imponenda ad restitutionē ipsius tenetur. Si verò consiliū nō dedisset fortè non cogeretur ad emendationem collectę, sed aliàs interesse quod obuenit ecclesiæ ab ipsius regimine emendabit, & forsitā pniam spiritualem & ēt pecuniariam ipsum subire sēdm quod bonus iudex arbitrabitur oportebit, hæc autem tñ locum habent cum quis succedit in regimine illius qui est excommunicatus ex prædictis causis vel aliter qualitercunque propter libertatem ecclesiarū uiolatam, secus si ex illa causa esset potestas excōmunicatus vel consiliarii vel vniuersitas seu ciuitas interdicta, tunc enim successor nō esset excommunicatus ſm Inn cuius est quasi tota ista gl. hoc intelligas hic secundū Hostien. videlicet q̄ mensis istæ seu præsumptio quæ ex lapsu sumitur ad alios casus nō extēditur. Illud autem certum est quod quicunque succedit excommunicato & fouet factū damnatum propter quod prędecessor excommunicatus fuit, eandem snīam incurrit Ioā. And. Et addit quod si nouus rector operam dedit quantuncunq; potuit q̄ hoc emendaret, sed uniuersitate resistente quod intendebat non potuit obtinere, non pp ea excusatur nisi oino relinquat regimen Io. And. Necessitatem iustam & honestam. Inn. quorundā prælatorum qui sine iusta causa dabant subsidiū & soluebant. Inn. Consulatur, No. hic p Bon. in 6. eo. tit. c. clericis, fuit lata snia excōi cationis a qua absolui non poterāt citra sedē Apostolicā in laicos imponētes collectas & tallias clericis vel alias exactiones & personas ecclesiasticas, & talia dantes eisdē absque licentia sedis Apostolicæ, quæ quidem cōstō Bon. in cle. eo. ti. c. q̄m, extat reuocata. Et q̄ in istis duabus decre. s. non minus & aduersus circa hmōi materiam dr̄ ibi præcipiē obseruari. Queriē fiad clericū aliq̄ de iusta cā casamētū rustici & possessiōes pueniant, & pro-

A correctione canonis nō appellat.

pro modo illarum & quantitate ſoluebat ruſticus in quęſtis & collectis qui communiter fiebant in loco rõne regiminis vel alia. Vtrũ ipſæ clericus teneatur ſimiliter in prędictis pro modo & rata poſſeſſionũ omiſſis aliis allegationibus pro & cõtra, Finaliter dici põt q̃ talis clericus liber eſſe debet a prędictis, qđ probatur per c. quia nonnulli, de immuni eccle. lib. 6.

¶ *Excommunicatio contra extorquentes abſolutionem a cenſuris eccleſiaſticis per uim uel metum.* Cap. 27.

ABſolutionis beneficiũ ab excõmunicatiõis ſentẽtia vel quamcunq; reuocatio nẽ ipſius aut ſuſpenſionis, ſeu etiã interdicti per vim vel metum extortã præſentis conſtitutionis auctoritate omnino viribus euacuamus. Ne autẽ ſine vindicta violentię creſcat audacia, eos qui reuocationẽ ſeu abſolutionẽ hmõi ui vel metu extorquent excõmunicationis ſentẽtiæ decernimus ſubiacere. Gre. 10. extra de his quæ ui me. libro. 6. Abſolutionis huius decre. fuit dubitatio, q̃a regulariter quæ per metum fiunt tenent ſeu valẽt & obligant, quod dicũt no. 15. q. 6. Auctoritatem fallit tamen in caſibus ibi notatis ad quos addo iſtum, & quia ſicut iniuſta excõmunicatio ligat, ſic videbat de iniuſta abſolutione de pẽ. di. 1. Verbum. Io. An. Excommunicationis etiam iniuſtę, humiliter enim debet petere abſolutione nõ per metum compellere, q̃a ſententia paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta tenet. 11. q. 3. c. 1. Secundum enim Guil. & Bar. Reuocationẽ, differẽtiã facit inter abſolutionẽ & reuocationẽ. Et põt dici abſolutio ſolẽnis q̃ fit iuxta formã eccleſiæ. Reuocatio uerbalis ſine ſolemnitate uel vbi tenuit excõmunicatio, locum habeat abſolutio, vbi nõ tenuit excommunicationis reuocatio, vel refertur reuocatio ad abſolutionem ad cautelam. Ioann. And. ſed interdictum p̃ priè dicitur relaxari. Archid. Suſpenſionis intelligo indiſtinctè, vt loquitur ideſt ſiue ab officio ſiue beneficio, ſiue ab ingreſſu eccleſiæ infra de ſenten. excom. Is cui. Ioann. An. Interdicti iſta tria ſunt paria quæ oĩa ſub cẽſura eccleſiaſtica continentur de uerbo ſi quę renti, & ſecum trahunt executionem, vnde ſequens appellatio non ſuſpendit earum effectum de appella. c. paſtoralis, & in ſcriptis ferri debet de ſen. excommun. c. cum medicinalis. lib. 6. Ioan. And. Vin. Vis eſt maioris rei impetus cui reſiſtit non poteſt ſcilicet cõmodè. ff. eo. l. 1. Metus autem trepedare mentis inſtantis vel futuri periculi cauſa. ff. eo. l. 1. Et exigitur quod prẽſens ſit metus, licèt futurum ſit periculum, & quis metus excuſet. no. ſup. eo. Dilecti. Ioan. And. Et dicitur metus quaſi mentẽ tenens, vis tñ plus eſt q̃ metus. Omne enim quod ui fit per metum fit, ſed non econuerſo ſed cũ metus infertur ei reſiſti poteſt, licèt cũ periculo & cũ multis modis accepi poſſit metus accipiatur largè ut ſonat hæc litera, & hoc in odium facientis. Nota tamen quod licèt aliqua uerba dicant talia quæ videatur incutere timorem, illa tamen non ſemper ſufficiunt ad iuſtum timorẽ & idcirco hoc relinquo arbitrio boni uiri ſecundũ illud quod dicitur in gl. in pluribus aliis. c. extra. eo. ti. Cũ dilectus. Archi. Extortam factum requirit hæc littera Archid. Euacuamus, ergo taliter abſolutus remanebit vt prius excommunicatus. Archi. Et quãuis in excommunicatione per vim vel metũ exorta idem videatur. ſ. quod ipſo iure non ualent, & par ius ligãdi & ſoluẽdi eſſe uoluit de pæ. di. 1. Verbum, dicit contra quod ualet ſm Bar. glo 11. q. 3. quatuor Io. An. Ratio eſt quia vtrobique animæ conſulitur, quod eſt faciendum in dubio, poteſt tamen per exceptionem elidi, vt no. in d. c. quatuor. Extorquẽt, ergo ſi metum intulit & iudex abſolue re noluit, non habet locum hæc pæna, quia uerba &c. de cle. non reſi. Relatum aliter tamen puniret. Io. An. Excõmunicarionis. Nota excõmunicatus accipit excõmunicari, qđ dicit ut no. 3. q. 4. Engeltrudam. Sit autẽ non ipſæ excommunicatus, ſed alius metum hũc inferat ſic excõmunicatus erit, & ſic non ſumatur prædictũ argu. Sed nũquid in hoc caſu ipſæ excõmunicatus, vel interdictus, vt ſuſpenſus incurrit hanc pœnã? dic quod ſic, ſi mandauit vel eius nomine factum ratũ habuit, extra de elec. Scriptũ. Nec dicã iſtos pœnã euadere, licèt abſolutus poſtea ratum habuit illud quod ab initio coactus fecerat, q̃a ſtatim ab initio ligati fuerunt abſolui, tamen potuerunt per ſuum ordinarium cũ conditor canonis ſibi non retinuerit abſolutionem de ſen. excõ. Nuper, & in hanc pœnã incidit qui per pœnã amiſſionis rerum ad hoc cõpellit, ipſum excõmunicatorem ſupra. eo. c. abbas. Io. An. Subiacere, quid ſi cõpulit per uanum metum de quo timere non debeat, nunquid tunc locum habere pœna? dic quod non, ſecundum Bar. quia talis metus nõ inducit reſtitutionem, nec propriè appellatur metus. Ioan. And.

Facta p metum qũo obligant.

Metus q̃s obligatorius.

Metus uanus.

¶ Excom-

¶ *Excommunicatio contra cogentes non seruare interdictum uel excommunicatum non uitari. Cap. 28.*

PRæsumptores qui in locis interdicto supposi tis quemquam de cætero diuina celebrare officia quomõlibet cogere, aut qui modo prędicto ad officia eadem audiendu aliquos excommunicationis præsertim vel interdicti ligatos sententia reuocore, seu qui ne excommunicati publicè aut interdicti de ecclesiis dum in ipsis missarum aguntur solemnia a celebrantibus moniti exeant, phibere, nec non excommunicatos publicè & interdictos qui in ipsis ecclesiis nominatim a celebrantibus vt exeant moniti remanere præsumpserint excommunicationis sententia a qua per sedem duntaxat apostolicam possint absolui, sacro approbante concilio innodamus, de sen. excõ. Grauis in cle. Præsumptores, hæc pœna non extenditur nisi ad dominos temporales excepto vltimo casu, ibi, nec non excommunicatos. Dominos autem intellige etiam prælatos qui habent temporale dominium in loco. Pau. Quõlibet omnem modum compulsionis realem, personalẽ, directum, & indirectum cõprehendit, vt si res eorum occupant consanguineos grauant in personis vel rebus, facit de elec. c. sciant cuncti lib. 6. Io. And. Cogere præsumpserint, qđ sequitur & est primum modo prędicto. s. uoce pręconia de quo supra dixerat. Vox prę-
Vox prę conis quãdoq, paucis inotescit, & hoc respectu fortior. videt vocatio per campanam, sed quia præco loquitur & edictũ ponit ex parte mandatis, ideò maior est contemptus. Io. An. Euocare præsumpserit, q̃ sequitur, & est secundum. Publicè, occultè enim excommunicatos non uitamus in publico 6. q. 2. c. 2. 11. q. 3. Audi. §. eum ergo. Missarũ in aliis ergo diuinis officiis non est locus pœnę. Io. Andr. Moniti, nõ dicit nominatim, ut in ꝓxi. uer. per quod patet quoad prohibẽtes sufficit generalis monitio, pura quia monet quod omnes excommunicati & interdicti exeant, & ille præcepit qđ non exeant. Io. And. Si autẽ præciperet uel prohiberet non subditis, non esset locus pœnæ, secũdum Paulum. Prohibere præsumpserint q̃ sequitur, & est tertium. Nominatim ex generali monitione nullus ligatur ex eo quod remanet, soli ergo nominatim moniti remanentes ligabũtur. Io. An. Remanere, intellige etiã si ipsi domini temporales non mandent hoc Io. And. Excommunicamus, excommunicatus ergo iterum excommunicatur de hoc. 3. q. 4. c. Engeltrudam. Ioan. And.

¶ *Excommunicatio contra facientes statuta quod usuræ soluantur. uel solutæ non repetantur aut restituantur, & iudicantes secundum ea. Cap. 29.*

QVicunq, communicatum ptãtes, capitanei & rectores, consules, iudices, consiliarii. aut alii quicunq, officiales statuta huiusmodi de cætero facere vel dictare, aut qđ soluantur vsuræ, vel q̃ solutæ repetuntur. nõ restituãtur plenè libere scienter iudicare præsumpserint sententiam excõicationis incurrant, eandem ẽt sententiã incursuri, nisi statuta hmõi hactenus edita de libris communicatũ ipsarũ si super hoc ptãtem habuerint infra tres mẽses deleuerint, aut si ipsa statuta uel consuetudines officiũ eorũ habentes quoquo modo præsumpserint obseruare, cle. 5. de usuris in cle. 1. Communitatũ. Ipsã aũt cõmunitas nõ incurrit hãc pœnã, de sen. excõ. Roma. li. 6. Consules, nomina sunt officialiũ secundum uarias locorũ consuetudines, & quia omnia nõ põt specificare submittit ita clasulã generalẽ ut cõprehendat oẽs quocunq, nomine censeantur. Pau. Consilia rii, ad tali dantes consilium. Pau. Officialis, ergo si quis talia statuta nõ ut officialis scriberet uel dictaret nõ est excommunicatus non ob. ne cle. uel mo. sententiã, quia ibi duo requiruntur, s. q̃ scribat vel dictet, & q̃ homicidium sit postea secutũ, q̃ tunc dat consiliũ uel auxiliũ uel fauorẽ ut ibi no. In & Hosti. Oſcuræ improprię. sed hæc scribendo faciendo, vel dictãdo tantum incurrit pœnã absq, alia executione statuti. Pau. Statuta hmõi de quibus supradixerat quę s. exigi & solui vsuras concedunt, uel ad soluendũ debitores compellunt, vel grauia onera imponunt usuras repetẽtes, sicut si esset statutũ q̃ usuras repetẽtes in foro ecclesiastico per ptãtem cogãtur usurario mutuare tantã pecuniã, & tãto tpe quãto tenuit repetẽs pecunias usurarii, soluuntur usuræ in casu a iure nõ cõcesso, secus si in casu concesso ut infra. e. ti. c. 1. & c. Salubriter. Pau. Impropriè tñ dr usura in prædictis c. allegati. Laudul. ut ergo locus sit pœnæ necesse ẽ qđ statuto caueat q̃ usuræ soluãt, vnde nõ sufficeret si statuto caueret q̃ ultra duos vt tres denarios ꝓ libra nõ soluat ĩ mẽse, qa supra illã cõcedere ar. de treu. & pa. c. 1. Pau. & Io. De. mẽtali ãt usura hic nõ vr loq; hæc lra, qa licẽt creditor ĩ iudicio cõfiteat suã prauã itẽtionẽ, tñ repeti

repeti non possit, vt vsura: sed vt quasi vsura & iniustè receptum, vt notauit Host. eo.tit.c. Consuluit; vbi dicit quòd vsura mentalis debet restitui. Idem ibidem Innoc. Ray. in sum. Pau. Repetantur ab eo qui potest: nec ob ca. quia frustra. eo.tit. Pau. Restituantur, quando de earum exactione constat in iudicio iudicare: & qui iudicata scripserit si iudicetur secundum prædicta statuta, de sent. excom. Nouerint, in fi. vbi vero non iudicaretur secundum prædicta statuta, tunc scribens sententiam nõ incurrit pœnam: sed solum iudicans: nisi velis dicere q̃ etiam in primo casu hæc cõstitutio pœnalis non extenditur ad personas non expræssas, vt videtur verius, ar. de re. iu. in pœnis lib. 6. Pau. etiam Ioan. An. dicit quòd de scribentibus iudicata non exprimit hæc constitutio. Incurrant, incontinenti sine temporis interuallo, & sic facientes dictantes & scribentes talia statuta: ac iudicantes vsuras esse soluendas vel non repetendas, vel reperitas non soluendas statim sunt excommunicati. Aliud in his qui statuta iam facta debent delere, qui videlicet si habent restatem delendi de iure & de facto, vt dicunt Pau. & Inno. si non deleuerint post tres menses etiã ipsi sunt excommunicati. Consuetudines. h. d. quia quandoque non statuunt talia: sed assuescũt, idest in consuetudinem deducunt Ioã. And. Obseruare, officiales, scilicet expręsè si enim non expræssè ea seruent non sunt excommunicati. Io. And. & Pau.

¶ *Excommunicatio contra deferentes arma uel ligna uel mercimonia ad Saracenos. Cap. 30.*

EXcommunicamus & anathematizamus illos qui cõtra Christum & populũ Christianum Saracenis arma: ferrum: & lignamina deferũt galearum, eos etiam qui galeas eis vendunt vel naues, qui in piraticis Saracenorum nauibus curam gubernationem exercẽt: aut machinis aut quibusdam aliis impendunt aliquod eis consilium auxiliũ in dispẽdium terræ sanctæ: ipsoque rerum suarum priuatione mulctari: & capientium seruos fore censemus p̃cipientes: vt per omnes vrbes maritimas in dieb. dominicis & festiuis huiusmodi sententia publicè innouetur & talibus gremium non aperiatur ecclesiæ, nisi totum quod ex commercio tam damnato perceperit, & tãtundem de suo in subsidium terræ sanctæ transmiserint, & infra quòd si forte soluendo non fuerint sic aliàs reatus taliũ, quòd in pœna ipsorũ aliis interdicitur audacia similia præsumendi. Inocen. in concilio generali, extra de Iudæis. c. Ad liberandam. Concilium generale, de quo hic repetit concilium Lateran. de quo supra. c. ita quorundam, & addit pœnam imponendam tempore absolutionis ibi & talibus. ¶ Notandũ quod tales excommunicati nõ absoluuntur ab excommunicatione, nisi id totum quod ex commercio damnato perceperint, & tantundem de suo in subsidium terræ sanctæ trasmiserint, si tamen absoluantur non facta satisfactione tenet absolutio, sed reduci debent in pristinam excõmunicationis sententiam, nisi hoc faciant secundum Egidium. Idem Ioã. And. & Pet. de Ancha. Sed quæritur, ex quo isti priuantur bonis suis & bona confiscantur quomodo vltra pœnam puniuntur & trãsmittunt in subsidium terræ sanctæ quod receperunt ex commercio &c. Et respondent prædicti doctores, quòd ante confiscationem imponitur hæc pœna vel soluitur de bonis quæsitis post confiscationem vel dicas quòd pœna cõfiscationis imponitur a iudice seculari, sed pœna restitutionis eius quod perceptum est, & tantundem de suo imponitur per eccle siasticum iudicem. Et secundum Pe. de Anch. Pœna priuationis omnium bonorũ non imponitur ipso iure, sed per sententiam & iudicem secularem, sic aliàs reatus, quia potuerunt subiici verberibus loco pœnæ. ¶ Et no. q̃ hæc pœna quæ inducitur per ecclesiam, scilicet dationis eius quod percepit quis per tale commercium & tantundem de suo, si non transmittitur in subsidium terræ sanctæ: quia scilicet nescit talis cui debeat dare: applicari seu dari debet cameræ apostolicæ, nec hanc pœnam relaxare potest, nisi papa vel is qui habet ab eo super hoc commissionem, vt est summus pœnitentiarius. Vnde qui in hunc canonem inciderunt consueuerunt se componere sub tali pœna cum camera ap. dando certam partem eius, & de residuo solet eis fieri remissio, sic audiui a sapientibus practicari in curia, & hoc quando talis soluere potest, nam quando nõ potest: faciendum est quod dicitur in c. supradicto. Quis autem debeat absoluere a tali sententia dicit gl. super c. quòd olim, quod episcopus ex quo papa sibi non retinuit, quod olim habuit locum, nunc autem secus, vnde dicit Ioan. And. Pet. de Ancha. super. e. c. quòd hodie papa temporibus quibus solet facere generales processus ter in anno tales excommunicat, & tunc a tali sententia solus papa absoluit hæc ille. Summus etiam pœnitentiarius videtur habere potestatem

Ecclesia gremiũ claudit.

Casus notabilis.

tales

cales absoluendi. ¶Et nota quòd istud c.q olim progatur, idest extenditur dicta pœna excõmunicationis ad alium casum quam in illis duabus decretalibus, scilicet ita quorundam & ad liberandam contineatur, videlicet quicunque: ac quæcunque alia mercimonia quæ ibi portantur durante guerra inter nos & ipsos, & etiam si fieret treuga, quia per treugam non tollitur guerra, sed intermittitur. Item nota quod Nico. 4. in quadam extrauaganti quæ incipit olim, tam in generali statuit & innouat quod nullus arma, ferrum equos, lignamina, victualia, & alia quæcunque mercimonia in Alexandriã vel alia loca Saracenorum terræ Egypti deferre vel mittere, seu de suis portubus, vt eis deferantur extrahere vel extrahi permittere: aut eis vel auxilium vel fauorem præstare præsumat, aliàs sunt excommunicati ipso facto, nec possunt absolui nisi tantundem de bonis propriis in dictæ terræ subsidium cõuertendum exoluerint quãtum ad partes prædictas detulerint, aut miserint, aut deferri vel de ipsorum portubus deferendũ eis extrahi permiserint. Et similiter statuit de omnibus terris Soldano subiectis, scilicet incurrant etiam prædictas, & alias pœnas temporales. Quæ extrauagans innouata est per Bon. 6. & iterum per Cle. 5. qui absolutionem ab huiusmodi sententia: præterquam in mortis articulo papæ reseruauit. Vt patet in extrauaganti quæ incipit. Multa mentis &c. & huic hodie statur, quod etiã patebit infra ex ipso processu papæ annuali quo fit in curia. Veneti autem super hoc habent licentiam a papa. Mar. 5. quantum ad mercimonia & victualia per plures annos: nõ autem quo ad arma & lignamina habent licẽ etiam, vnde non incurrunt prædictam pœnã, & idem de aliis etiam qui haberent similem licentiam, quo scilicet ad mercimonia, secus si portarent seu portari facerent arma seu lignamina, quia tunc incurrerent. No. etiam quòd accedens ad sepulchrum domini causa deuotionis sine licentia papæ est excommunicatus, & eius absolutio papę reseruatur vel summo pœnitentiario, vt repperi in li. pœnitentiario summi pœnitentiarii.

accedẽs ad sepulchrũ domini sine licentia papę est excõicatus.

¶ *Excommunicatio contra spoliantes rom petas & contra piratas, & absolutio papæ reseruatur.* Cap. 31.

EXcommunicationi subdãtur qui Romanos aut alios christianos pro negociatione vel aliis honestis caussis nauigio uecto, aut capere aut rebus suis spoliare præsumitur, illi etiam qui christianos naufragium patientes spoliant rebus suis, nisi ablata reddiderint ex cõmunicationi se nouerint subiacere, ex con. ci. Laterã. extra de rapto. excõi. Prima pars huius c. di. Host quod est canon latæ sniæ. Et addit q̃ piratę ter in anno ab ore papæ excommunicantur solemniter. Secunda pars di. q̃d est canon ferendæ sententiæ. Innoc. Tan. Vin. & Goff. dicunt quod est illa secunda pars latę sententiæ. Ioã. An. di. sic. Credo quod prima pars sit canon ferendæ sententiæ, excepto q̃d dictum est de piratis qui sunt excommunicati a papa ter in anno. Secunda pars est canon latæ sententiæ, ita tñ q̃ præcedat admonitio, vt dicit glo. & probat hoc uis uerborum ratio diuersitatis satis patet, & sic pars potest intelligi de qualibet nauigio. Item Ioan. de Lign. dicens quòd ista est communis opin. & quod primum dictum intelligitur de quolibet nauigio: quamuis Hostien. restringat ad maritimum. Quantum ad secundum dicit si post admonitionem non restituunt ablata statim sunt excommunicati, si autem restituant non sunt excommunicati. Idem Pet. de Ancha. & addit, qui autem peregrinos & mercatores nõ nauigantes, sed aliàs itinerantes spoliant excommunicari debent, sed non sunt ipso iure excommunicati, extra de treu. & pa. c. 1. hæc ille. Hic tamen nota quòd spoliantes romipetas vel euntes ad curiam, vel redeuntes pro caussis agendis in curia sunt excommunicati excommunicatione papali, vt infra patebit in processu annuali papę.

¶ *Excommunicatio contra clericos participantes sponti & scienter in diuinis cum excommunicatis a papa.* Cap. 32.

CLericos qui scienter & spontè participauerunt excommunicatis a nobis & ipsos a nob. in officiis receperunt. eidem excommunicationis sententia cum ipsis non dubitamus inuolui, quos etiam pro absolutionis beneficio habendo ad nos volumus remitti. Cle. 3. de sen. excom. significauit. Circa expositionẽ huius decre. est triplex opi. solemnis, quanta cõmuniter reprobatur. Est ergo primo Hostien. quę etiam ponitur in summa confessorum, quod illa sit noua excommunicationis species ad quam incurrendam quinque requiruntur. Istam etiam sequitur Ioan. And. opin. vt ponunt in tex. Primo quòd excommunicans cum excõmunicatis sit clericus. Secundo quòd communicet scienter vel participet

Nota bene.

perticipet. Tertio quod communiter ſponte, & dicit Goff. excludi hic coactionem abſolutam non conditionalem. Quarto quod communicet in diuinis & hoc intelligendum ſecundum Goff de omnibus diuinis officiis tã de his quæ in eccleſia dicuntur quam de his quæ extra ſcilicet horis canonicis. Quanto quod communicet ſeu participet cum excõmunicatis nominatis a papa in huiuſmodi diuinis, talis excommunicationem incurrit abſoluendus non niſi per apoſtolicũ. ſ. qui autem aliis excommunicatis a canone communicat in diuinis, licet peccet, non tamen eandem ſententiam incurrit & de hoc infra c. de mino. ex communicatione. Secunda eſt Pet. de Acha. quę dicit quod qui communicat cum excommunicato, a papa ſponte & ſcienter & in diuinis eſt excommunicatus eadem ſententia, & iſtum dicit eſſe verum intellectum huius c. & ita reperi ex collectis eiuſdem. Idem videtur dicere Guil. Spe. & Gof. Tertia eſt Tan. ſcilicet quod qui participant cum excommunicatis a papa eodem crimine propter quod ille eſt excommunicatus eadem ſententia ligantur, & ſic ſunt abſoluendi a papa extra eo. nuper, hanc opi. diſtin. glo. credo veriorem. Inno. etiam dicit ſic poſſe intelligi. Io. An. & Io. de Lig. dicunt quod videtur adhærendum huic vltimæ expoſitioni.

¶ *Excommunicatio contra ſepelientes interdictos excommunicatos vel publicos uſurarios.* Cap. 33.

EOs qui proprię temeritatis audacia defunctorũ corpora (non ſine contemptu clauium eccleſiæ) in cemiteriis tempore interdicti in caſibus non conceſſis a iure excommunicatos publicè vel nominatim interdictos vel uſurarios manifeſtos ſcienter ſepelire præſumunt ipſo facto excommunicationis ſententię decernimus ſubiacere, a qua nullatenus abſoluantur, niſi prius ad arbitrium dyœceſani epiſcopi eis quibus per præmiſſa fuerit iniuria irrogata ſatisfactionem exhibuerint competentem extra de ſepul. in cle. c. 1. Eos, includit vtriuſque profeſſionis perſonas laicos & eccleſiaſticos exemptos & non exemptos. Pau. Propriæ temeritatis audacia ſciẽtiam notat quaſi proprio auſu & ſumitur in malam partem, vbi autem non faceret temere, puta prælatus dicit ſepeliendum fuiſſe abſolutum, vel veriſimiliter putat ſepulturam non prohibitam illi ratione ſtatus, & ſic errat in facto nõ habet locũ hæc pæna. Pau. In cemiteriis. Pau. Idẽ ſi in eccleſia ſecus ſi in cãpis vel loci priuatis. Tẽpore interdicti, nam tunc interducta eſt ſepultura. Non cõceſſis a iure hoc dicit ꝓꝑ clericos qui ſeruauerunt interdictũ quibus cõceditur tpe interdicti ſepultura cũ ſilentio & abſq; campanarũ pulſatione, vt in ꝑdictã decre. qđ intellige ꝓꝑ priuilegiatos circa confratres. In quatuor vero feſtiuitatibus in quibus celebrari põt eo tpe. ſ. interdicti alta voce nõ puto mortuos ſepelire debere, vt de priui. c. cũ & plãtare. Io. An. & idẽ Pau. & Zen. Excoicatos ab homine vel a iure, & intelligas de maiori excoicatione, licet. n. excoicati minori ſic decẽtes ſepeliendi non ſint, ut no. Innoc. eo. ti. ſacris, huic tñ ꝓgnæ locus nõ eſt. Io. An. Publicè, & ꝓ hoc ꝙ dicit publicè, dico qđ ſieſſet occultè dato quod ſepeliens ſciret, nõ eſt locus huic ꝓgnę, licet priuet ſepultura, ſi de hoc cõſtare põt, ſed talis eſſet excoicatus minori ſcđm Alb. & Ber. ꝙ placet Pau. nominatim interdictos. Pau. A diuinis & participatione ſacrorum tales puniunt ſepulturæ priuatione, vt no Inno. & Hoſt. Secus ſi interdicti ab aliquo tpali vel ſpũali exercitio iuriſdictionis miniſterii vel officii, qa tales nõ sũt priuat aliis diuinis, ergo nec in ſepultura. Qui dicant nominatim interdicti? Laudul. dicit qđ nominatim interdicti ſiue ſint denunciatione nominati ſiue ſpecialiter ſint expreſſi, vt no. Inno. Sed quærit quid iuris ſi notorium eſt de fautoribus qui occaſionem dederunt interdicto ꝑ eꝑm lato, nõ ſunt tñ nominati in ipſa ſnia interdicti, quę in ſcriptis ſerenda eſt, ut de ſen. excо. c. cũ medicinalis. li. 6. Nunquid ſepelientes hos fautores incurrens, licèt ſint interdicti in genere, quia dictũ eſt in ſnia interdicimus. Ala. cũ fautorib. ſuis credit ipſæ ꝙ nõ ꝙtumcunq; ſint notorii. ar. de cle. ex c. poſtulaſti, cũ hæc conſtitutio ſit pænalis ideo reſtringenda. Et aduerte ꝙ ꝑ illum tex. qui ꝓhibet nominatim interdictos in cemiterio ſepeliri vꝫ a cõtrario ſẽſu qđ interdicti nõ nominatim ſepeliri poſſint, qđ tenet gl. vbi locus interdictus nõ ſit Gof. dicit iſtã opi. uerã, niſi qñ ꝑ certo ſciret eos tale ꝙ feciſſe uel cõmiſiſſe ꝓꝑ qđ erãt interdicti, tales. n. nõ debent ſepeliri in cemiterio, ubi uero nõ ſunt certi habet locũ gl. ſcđm eũdẽ qđ glo. tñ facit qđ dixit ſupra poſt Laudul. ſ. ut nõ ſuffhciat factinotorium niſi adſit iſta qualitas nominatim per modum, de quo ſupra. Manifeſtos qui priuati ſunt ſepultura & factiõe teſtamẽti niſi ſatisfecerint vel cauerint

ſecun-

ſecundum formam illius c. quanquam de vſu.lib.6.Et ſi apparuerint in tali ſigna pœnitentiæ & poſt mortem præſtatio cautionis ſufficit ad uitandum hanc pœnam cum talis ſepultura non ſit prohibita,ſed non ualet teſtamentum,quod ab initio eſt nullum ex perſona conſtantis. Idem etiam uidetur ſi primo fecit teſtamentum & poſtea efficitur uſurarius manifeſtus, quia per conſequens delictum infirmatur teſtamentum. Pau. Scienter ſecus ſi ignorauit. Pau. Sepelire, non ſolum actualiter ponentes corpus, ſed dicentes diuinum officium ſuper funus incurrunt eam pœnam,immo fortius,quia plus contemnũt. Idem intelligas de ſepelientibus de facto in cemiterio etiam abſentibus clericis Pau.ſed Io. And.ſuper dicto verſi.ſepelire, ſic dicit, hic occurrunt dubia quæ principis declarationem pluſquam gloſantis expoſcunt, ſcilicet an portantes ad ſepulturam, qui tamen non ſepeliunt,ſunt excommunicati. Item de comitantibus funus. Item de fodientibus & fabricantibus vel aperientibus ſepulturam. Item de prælatis,clericis,vel miniſtris eccleſiarum in quorũ cemiteriis ſepeliuntur qui id non prohibent uel patiuntur. Item de clericis portantibus crucem cereos & ſimilia. Et poſt quædam ſic dicit. Cum hic puniat ſepelientem non admittentem intereſſentem & cooperantem. Sepelire autem eſt mortuum humo uel tumulo condere, videtur autem ſolos humo vel tumulo corpus imponentes ligatos eſſe,facit ꝓ hoc æquitas ne ex vnius funere multitudo ligetur. Itẽ conſtat quod portantes,comitantes,uel fabricantes ſepulturam,ſi non ſequeretur talis ſepelitio excõmunicati non eſſent. In contrarium eſt,quia eſſet hęc conſtitutio ludibrio,ſi unus ſolus ribaldus uel ſeruiens per quem id poterit expediri ligari dicatur reliquis uſitatis pomposè & ſolemniter expedire Io. An. Stephanus uerò non dubitat omnes iſtos ligari. Nota Io. Calde. in tractatu quem fecit de eccleſiaſtico interdicto circa fi. mouens prædictũ dubium ſeu quæſtionem ſic dicit. Mihi proculdubio videtur quod nominatim interdictus uel etiam non nominatim interdictus, ſed tempore interdicti in caſu non permiſſo a iure,ſi eum diuino officio eſt ſepultus omnes prædicti ſcilicet aperientes ſepulturam, vel fabricantes,vel fodientes terram,vel ponentes in ſepulcro,uel portantes cruces uel cereos, uel portantes funus, uel aſſociantes cauſa honoris,vel amicitiæ, uel clerici diuinum officium facientes,uel nõ prohibentes cum poſſunt,oẽs pœna excõmunicationis ligantur per iſtã cle. Eos. Ratio eſt, quia hoc caſu oẽs ſunt participes criminis ſiue cooperatores,ad hoc de ſen.excom.c.Nuper 11.q.3. Præcipue Si verò ſine officio clericorũ defunctus talis ſepultus eſt etiã in loco cemiteriato,licet ſit tutius dicere prædictos omnes fore ligatos excommunication is ſententia,de qua iſta cle.agit,tamen(licet trepidus) credo iſtos non ligari dicta pœna,ſed quia videtur contemnere generalem prohibitionẽ poterunt arbitraria pœna puniri etiã per iudicem eccleſiaſticum 3.q.4. Engeltrudã. Ad hoc dicendum finis cle.me mouet ibi per quæ verba videntur remoueri priuilegia quæ clericis vel eccleſiaſticis perſonis ſolent concedi & non laicis,ut ergo uerba non videantur ſuper uacue appoſita,de malo, & obe. Solite, oportet qđ intelligãt de his quibus talia priuilegia ſolent concedi,ut ſic dictum intelligatur ſecundum quod clauſula adiuncta poteſt aduptari. 1.q.2.ſacerdos. Sed priuilegia exemptionis ſolent concedi clericis & eccleſiaſticis perſonis de illis ergo debet intelligi principale dictum capituli. Item ſepultura eccleſiaſtica ꝓpriè reſpicit clericos ad quos id pertinet 16.q.3. Placuit,& cũ funera ad ſepulturam deferuntur diuina officia cantare 13.q.2. Diuina & ſic,cõcludit ꝓpoſitũ. ¶Sed ſi clerici dicũt officiũ ſepulturæ ſuper funus & poſtea deponentes funus in loco ſecreto, non ponunt ipſum in ſepulcro ſeu cemiterio, nunquid ſunt excommunicati? Certe ſecundum opi. contrariam eſſet dicẽdum qđ nõ, quia, tex. dicit ſepelire,qđ eſt humo vel tumulo mortuum condere,& ſic per ſolam celebrationem officii non eſſet delictum conſummatum ergo non inciderent in pœnam. Sed non credo quod aliquis hoc diceret, ſic enim ſemper fieret durante interdicto,& per conſequens iſta clemẽtina facta eſſet ludibrio. Hæc omnia. Io. An. & Io. Cald. Et quod dictum eſt de interdictis, intelligendum eſt per omnia de manifeſtis uſurariis & publicè excõmunicatis. Quærit etiam dominus. Laudul. de Ridol. in tractatu quẽ fecit de uſuris, quid dicendũ de officialibus clericis & portantibus cruces & cereos, & aſſociantibus & portantibus fererrum tanquam eſſet ibi cadauer alicuius præditorum ſcilicet manifeſti uſurarii nominatim interdicti uel publicè excommunicati cum in ueritate realiter ibi non ſit Rñdet & dicit idem iudicandũ ac ſi ibi ẽet & ideò dicẽdũ, ut ſupra. Subiacere, hãc pœnã locũ habere nõ puto in aliis caſib.

in qui-

in quibus denegatur sepultura, quos habes eo.ti. Ex parte & de sta.mo.c.2. ¶Sed quid de illo qui sepelit manifestum vsurarium excõmunicatum publicè & nominatim interdictum & tempore interdicti, nunquid vna uel quadruplici excommunicatione ligabitur ex hoc facto, uide quod de hoc plenè scripsi in q.Gualterii, siue tamen una sola siue plurib. sententiis ex his diuersis causis quarum quæ libet per se sufficit quòd excommunicatus dicatur, planum est, quod de omnibus debet satisfacere & ab omnibus absolui. Ioan. And. Eis quibus, sed qui sunt hi forte intellexit de his quorum fauore fuerunt latæ sententiæ excommunicationis uel interdicti in loca uel psonas, vel illis quibus debebat restitutio fieri quo ad vsurarios. Si qua etiam uiolentia in his fuisset illata clericis uel ministris illis etiã fiet satisfactio. Item si illorum corpora uel ossa discerni possunt exhumanda sunt, & hoc tribus ultimis casibus. Sed quid de primo dic quòd si ille fuit pœnitens licèt non debuerit sepeliri, scilicet tempore interdicti, tamẽ non exhumabitur saltem post relaxatum interdictum. Notant etiam Innocen. & Hostien. quòd pœnitens qui sepultus non fuit in cemiterio propter interdictum relaxato interdicto debet in cemiterio sepeliri. Dicunt etiam quòd ex quo pœnitens fuit, mortuaria licite ab ipso recipi possunt, cum pro ipso fit orandum. 11.qõ.3.quicunque, secus si non fuisset pœnitens. 88.distin.c.fi. Ioan. An. qui etiam dicit, quòd de funeralibus quæ darentur cum funere defuncto sepulto tempore interdicti, non putatur clericos licitè recipere posse, quia uiderentur participare in delicto. Item nota quòd Franc. de Zamb. post Pau. super verbo temeritatis huius cle. dicit quòd temeritas scientiam notat quasi proprio ausu. Et ex hoc dicit Lau. quòd si ignorans factum vel etiã ius dum tamen sit cui liceat ius ignorare hoc facere non uidetur reus, nec hanc pœnam incurrere. 1.quæstio.4.§.notandum. Et idem dicit in effectu glo. in eo. cle. Et idem Pau. & Zen. qui uidentur velle, quòd in hoc casu iuris error simpliciter excusat, quia iuris error excusat a pœna, ad quam committendã requiritur dolus, vt no. Din. in regula. ignorãtia. lib. 6. Pro hoc quòd iuris error est lata culpa non dolus. ff. de his qui no. infa. l.2. glo. super verbo singulis. ¶Item no. quòd dicit Ioã. And. in nouel. super c. vt animarum, de consti. lib. 6. quòd ignorantia statuti synodalis excusat transgressorem a pœna, nisi sit crassa & supina, etiam cum statutum punit aliquid prohibitum lege diuina vel canonica, & secũdum hoc terminetur quod hic scripsit Ioan. de Deo. vbi quærit an sit excommunicati impuberes qui falsauerunt instrumentum, & monachus qui tulit falsum testimoniũ ignorantes constitutiones episcopi qui tales excõmunicat, quicquid ibi dicat satis potuit vterque probabiliter ignorasse, quòd si ita est locus est huic decretali, & licèt pœna iuris locum in eis possit habere cessabit tamen pœna stati quod probabiliter ignorabant, licèt quidam restringant hoc dictum ad statuta ex causa prohibentia de iure non prohibita. Itẽ dicit, de temp.or.lib.6. quòd æquipollent scientia & affectata ignorantia, & dicitur affectata ex quo scire potuit, sed noluit, immo dissimulauit. Item Anto. de But. dicit in lecturas quòd mulieres & monachi ab ignorantia iuris non excusantur vbi iuris omni anno fit publicatio in locis ubi sunt, alias excusantur, ut l. cum indebita. ff. de prob. quod dicit verum Host. in monasteriis de quibus monachi nunquam exeunt.

Notandus casus.

Ignorãtia statuti.

Quõ excusat.

¶*Contra contrahentes matrimonium scienter in gradibus prohibitis uel ordinatos in sacris, uel professos in religione mares uel fœminas.* *Cap.* 34.

EOs qui diuino timore postposito scienter in gradibus consanguinitatis vel affinitatis constitutione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, necnõ religiosos moniales ac clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonia contrahentes ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto decernimus subiacere. Cle.5. de consan. & affi. c.vno in cle. eos. ¶Nota quòd in sex casibus hic expræssis tantum locum habet hæc constitutio, & eius pœna. Vnde si contrahit quis cum habente maritum uel cum iudæa uel pagana, vel cum cognata vel spiritualiter vel legaliter, vel contra impedimentum publicę honestatis, licèt non teneant matrimonia, tamen non est locus huic pœnæ quæ & in illis casibus & similibus expręssa non est. Item in his sex casibus tunc demum locus est pœnæ, cum illicitè cõtrahunt, si enim licitè, vt ex dispensatione papæ, tunc cessat culpa, ergo & pœna, de constitu. cap.2. De qua dispensatione no de re.spo. Literas. Io. An. Scienter. Ignorantes ergo nõ ligat constitutio, quod intelligo ignorantia facti probabiliter & non affectata, quia ignorabant

Sex casus constitutionis.

rabant se esse consanguineos uel affines. Si verò ignorabant ius nescientes gradum in quo erant esse prohibitum, ex quo sciebat gradū ligat constitutio de reg.iur. Ignorantia.lib.6. Si verò alter solus sciebat ille solus ligatur, facit.34.qō. 2. In lectum. ¶Sed quid si contraxit ignorans post tempora aut sciunt & cohabitant consanguinei, videtur ligari.ar.1.q. 1.Eos in fi.de Symo.c.sicut tuis. Contrarium credo cum ista constitutio non puniat cohabitationem vel incestum, sed contractum, ut ita dicam, probatur hæc so. ex eo quòd sine iudicio ecclesiæ ab illa diuertere non posset, fateor tamen, quòd peccat cognoscendo. Io. An.Pau.verò dicit quòd si talis cohabitat ei affectu maritali iucurrit hanc pœnam cum videatur ex nouo consensu cum ea cohabitare, si uerò ex primo non incurrit. ¶Sed quid si contraxit cum ea quam credebat consanguineam affinem uel monialem & in ueritate non erat. Solue per nota, de sentē. excō. in c.si vero.2.& c.in audientia.Ioan.An. Ex illis causis trahi potest.respon.scilicet, quòd talis non est excommunicatus. Sed quid si impedimentum, quod erat tempore contracti matrimonii fuit postea remotum, extra de consan.& affi. Quia circa. Respon.si remouetur per dispensationem papæ, verba sunt inspicienda, ut uideatur an tollant impedimentū etiā quoad pœnam præteritam, an non ut faciat tantum ualere matrimonium primo casu absolutio alia non est necessaria, secunda sic. Si uerò remouetur impedimentum per cō stitutionem reuocatoriam, tunc dic, vt supra de immu.ec.c.quoniam. Pau.super prædicto autem c. idem Paulus dicit sic, quòd si reuocatoria ultima vniuersaliter, & dicit constitutionem quam reuocat fulminatoriam excō municationis pro infecta haberi, tunc ligati per illas non ægent absolutione. Si autem tantum reuocat sic ligati ægent absolutione. Gradu, scilicet 4. vel citeriori. Canonica fortius diuina, de resti. spol. Literas. Matrimonialiter per hanc literam videtur quòd coactus ad cō trahendum non incurrat hanc pœnam, & de absoluta coactione certum est. De conditionali verò licet tali quæ cadere debuerat in cō stantem virum videtur ligari per c.sacris, extra de his quæ vi me.causa.fi. sed cum non sit matrimonium deficiente consensu de equitate videtur talis non ligari, facit de senten. excom. Significauit. Ioan. And. Idem Pau. Contrahere secus si sponsalia tantum contrahat, nisi sequatur copula, quæ cum inducat præsumptam uoluntatem matrimonii, de spon. c. Is qui inducet etiam pœnam. Ratio prædicti est, quia istud cum sit pœnale restringendum est, vt sic verba non extendantur maxime ad minus delictum, de reg.iur. impe. lib. 6. Et negari non potest quòd aliud est matrimonium aliud sponsalia. Pau.& Io.An. Religiosos, per professionem tacitam vel expressam religioni approbatę obligatos in genere vel in specie, extra de reg.c. Non solum.lib.6. Io.An.& Pau. Et moniales, sed nonne de monialibus satis, intelligebatur, scilicet vbi imponit pœnam cum eis contrahentibus, tamē ex participatione ipsæ ligentur eadem pœna. de sen.excom. Nuper. Respon. licèt monialis ex participatione esset excommunicata quando contraheret cum sciente, non tamen quando contraheret cum ignorante, quia ille non ligaretur, vt ergo monialis nullo casu euitet pœnam, hoc addit, vel dic quòd tunc participans cum criminoso est excommunicatus cū participat post latam sententiam, vt in cap.si concubinæ, de sen.excom. sed hęc non participat post, sed in actu pro quo ligatur, ergo &c. vel dic quòd licèt participans in crimine criminoso sit excommunicatus, non tamen participans in actu illo p quo alter ligatur, aliàs superfluè adderetur hæc litera quæ non distinguit an monialis contrahat cum sciente, vel ignorante cum ex parte eius non possit pōtendi ignorantia, facit de sentē excom. Contingit, ideſt vbi participans in actu pro quo alter excommunicatus est excommunicari mā datur. Pau.& de hoc vltimo puncto habes supra in excommunicationi. prima. Sacris, scilicet subdiaconatu, & supra Pau. Contrahentes, non repetit scienter, quia in tali proprio facto non cadit probabilis ignorantia in illis religiosis vel clericis, vbi uerò probabilis esset ignorantia, vt ordinato in sacris in amētia, vel dormitione, vel infra pubertatem puto quòd non esset locus huic pœnæ. Ioā. And. Et idem dicit quòd in tali sententia excommunicationis per episcopum potest absolui addens quòd non sufficit satisfactio in hoc, nisi etiam sequatur absolutio.

Participans criminoso quando excōicatus.

¶Excommunicatio contra participantes scienter excommunicato nominatim in crimine criminoso. Cap. 35.

SI quis nominatim excommunicato scienter excommunicat in crimine criminoso ei consilium impendendo auxilium vel fauorem cum ratione damnati criminis videatur in eum delinquere qui damnauit, ab eo vel

eius

eius ſupertore merito delicti erit abſolutio requirenda,& ita infra quamuis enim, & tunc non iudicis,ſed iuris ſententia excommunicato cõmunicans fit ligatus, quia tamen conditor canonis eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eoipſo uidetur conceſſiſſe aliis facultatem relaxandi,& infra, uerum ſi difficile ſit ex aliqua iuſta cauſa, q̃ ad ipſum excommunicatorem abſoluendus accedat,cõcedimus indulgentiam,vt præſtita iuxta formam eccleſiæ cautione,q̃ excõicatoris mandato parebit, a ſuo abſoluatur epiſcopo uel proprio ſacerdote. Inn.3.de ſent.excõ. Nuper conſilium non tenetur quis de conſilio, niſi ille aliter non fuiſſet facturus, vel niſi fuiſſet conſilium fraudulentum,glo.ſed Pet.de Ancha.dicit quod concluſio eſt doctorum,q̃ impendens conſilium delinquenti in crimine pro quo eſt excommunicatus incurrit excõicationem ſiue eſſet facturus aliàs ſiue non,qa participat in crimine.Abbas dicit hoc certum ſi conſilium datum, eſt directè ad crimen,qđ excommunicationem inducit, puta ad cleri cum verberandum, non ſic ſi daret cõſilium in facto pro quo excommunicatio non erat vel auxilium contra offendentem. Innocen. Auxilium intelligitur de directa participatione, ſecus de indirecta, vt ſi quis excommunicatus eſt, quia facit guerram contra eccleſiam vel clericum,poſtea ego illi guerram facio, tu contra me iuuas illum auxilium ei præbens,quia per hoc melius guerram faciet excommunicatus, tu non es excommunicatus,quia non hoc intendis. Fatetur etiam Hoſt.q̃ dominus auxilium vaſalli excommunicati inuocare poteſt propter fidelitatis debitum quod remanet. Innoc.etiam dicebat, quod licet tibi contra inimicum tuum inuocare auxilium excommunicati propter guerram, ita q̃ ſibi etiam in ſua guerra auxilium præſtes quod tamen Hoſt. reprehendit. Ioã And.Fauorem in laudationem facti. Abbas dicit.Fauorem impendi facit. Abſolutio dicit hic glo.Talis ligatur ſententia hominis nõ canonis,ſed Pet.de Anch.dicit quod dicunt docto. quod iſtaeſt ſententia iuris, quæ tamen trahit executionem a ſententia iudicis, ſcilicet cum quis participat in crimine criminoſo propter quod excõicatus eſt ille ab homine. Eſt tñ verũ, q̃ vbi aliquis eps̃ abſoluit a ſnia iuris non ab iſta abſoluer, vt littera dicit, ſed abſoluetur ab excõicatione,vnde remanet cõcluſio,q̃ participãs criminoſo in crimine incurrit excõicationẽ, ſiue extra territoriũ excõicantis ſiue intra,ſiue ſunt ſubditi ſiue nõ, quia iuris auctoritate ligantur, ẽt ſi promulgans cõicaret,quia nõ ſua, ſed iuris ſnĩa ligatur.glo.Obiecta facile tolluntur, quia totum operatur diſpoſitio iuris, quia ſnĩa hois extẽ ditur ad alios ex recollectis ſub eo hoc quod eſt.Idem dicit Inn.& Io.And.ſ.q̃ eſt ſnĩa iſta canonis.Conceſſiſſe vr̃, habetur illud pro regula.In omni ſnĩa excõicationis lata a canone,quia põt ordinarius abſoluere, niſi per pa pã fuerit abſolutio reſeruata,in aliis aũt ſententiis ſecus,& per hoc inferas,q̃ ſi põt a qua libet ſnĩa canonis gñaliter lata potius poterit abſoluere a ſnĩa excõicationis lata per conſtitutionẽ ſynodalem ſpecialem.Vnde ſi ſubditi epi Bonon.incurrant ſnĩam excõicationis per conſtitutionẽ epi Mutinenſis veniens Bononiã poterit abſolui a Bonon.Io.de Lig.Excipit tñ Pet.de Anch.ab hac regula caſum ſupradictũ.Si difficile. Reſp. pp nimiam diſtantiam vel periculũ mortis.Io.An. & Pet.de Ancha.Cautionem iuramenti.Io.And.

Cõſiliũ qñ criminale.

Auctoritas ordinarii.

¶ *Excommunicatio contra facientes uel mandantes aliquem interfici per aſſaſſinos.*
Cap. 36.

STatuimus vt quicunque princeps prælatus ſeu quæuis alia eccleſiaſtica ſecularisue perſona quempiã Chriſtianorum per prædictos aſſaſſinos interfici fecerit vel mãdauerit quanq̃ mors ex hoc forſitã non ſequatur aut eos receptauerit vel defenderit vel occultauerit,excõicationis ſniam, & depoſitionis a dignitate,ordine,honore,officio,& beneficio incurrant ipſo facto. Inn.4.de homi.c.pro humani.lib.6.Prælatus ẽt epiſcopus Decretalis. n.quia periculoſum,de ſent.excõ.non eximit eos a ſnĩa excõicationis. Io. And. Aſſaſſinos, hoc eſt peſſimum genus hominũ, & pñt dici a ſcindo ſcindis,quia abſcindũt aiam de corpore iuxta velle,& mandatum dñi ſui cuiuſlibet Chriſtiani, & cum de iſtis ſimpliciter ex primat ad alios homicidas non extendetur, quod iſto.c.continetur in his pœnis. diſt.25. qualis.Archi.Mandauerit, ſi mandauit, ergo cogitatio non ſtetit in finibus ſuis, & non mirum ſi punirur aliàs ſecus.de pœ.diſt.1. cogitationis, & puto quod etiam ſi reuocauerit mandatum re integra quod nihilominus incurrat pœnam cum ex ſolo mandato iã prius ligatus eſſet,& ad hoc facit quod ſequitur iſtatim.Io.And. Receptauerit patenter,ut differat a ſequenti,ſ.occultauerit,& iſti receptatores tanquã aggreſſores tenentur. C. de his q latro.occul.lib.1.& 2.Arch.Excõmunicamus

ex quo papa sibi non reseruat absolutionem, credo quod ordinarius possit absoluere, de sent. excommun. nuper. Ioã. An. Et no. quod

Assassini qui sunt.

summa Pisana sic dicitur. Assassini fuerunt & forte adhuc sunt quidam infideles qui ex quibusdam falsis opinionibus, quibus fuerũt enutriti de facili mittebantur ad occidendũ quoscunque Christianorum non curantes si ob hoc occidendi essent isti, contra quorum pestem statuit Innoc. 4. istam decretalem.

¶ *Excommunicatio contra procurantes, quòd conseruatores se intromittant de alijs quam manifestis iniurijs scienter.*

Cap. 37.

DEcernimus, vt si conseruatores de aliis quàm de manifestis iniuriis & violentiis scienter se intromiserint, seu ad alia quæ iudicialem indaginem ꝯigunt suam extenderint potestatem, eoipso per vnum annũ ab officio sint suspensi, pars verò quæ hoc fieri procurabit excommunicationis sententiã incurrat, a qua non possit absolui nisi ei quẽ sic fatigauit, indebite primo satisfaciat integraliter de expens. de offic. deleg. lib. 6. Hac cõstitutione. Scienter. Si ignorantia esset iuris vel crassa vel affectata, idem esset de reg. iur. Ignorantia. Indaginem, idest, inquisitionem, officio & a beneficio, quod est eius sequela. 32. distin. Præter hæc suspensi. ecce quintum speciale in conseruatore quod non est in delegato, quia dato quod delegatus intromittat se de eo quod non est sue iurisdictionis nõ propter hoc locum habet pœna: quia non inuenitur expræssa in eo. Ioã. And. De expensis ad idem, de immu. eccle. c. Quoniam in fi. lib. 6. dicit Pet. de Anch. quod conseruator est iudex datus ad tuendum aliquos contra manifestas iniurias omnes vel certas iudiciali ꝟtẽs indagine, & dicit Io. An. quod solus papa potest dare hos conseruatores. Ipsorum autem conseruatorum iurisdictio, & potestas dependet a forma literarum & latior forma est adiuncta post constitutionem. Statuimus de offi. & po. iu. dele. lib. 6. & consti. fi. Attendatur ergo tenor literarum, sicut & priuilegiorum. Item secundum Pet. de Anch. tales possunt excommunicare pro huiusmodi notoriis.

Qui esse possunt cõseruatores.

Item no. ꝙ conseruatores esse non possunt, nisi sint episcopi & eorum superiores abbates vel qui in cathedralibus ecclesiis vel collegiatis obtinent personatus vel dignitates, nec aliquis potest esse conseruator sui conseruatoris, nec aliquis potest habere conseruatorem eum qui est sub eius iurisdictione seu dominio vel astrictu ecclesiastico vel temporali, exceptis regibus & regnis, de offic. deleg. c. Hac constitutione, lib. 6. Item tales conseruatores non possunt committere vices suas exceptis ciuitatibus, & sententiarum denuncia tionibus, nisi aliud eis per litteras committeretur, & tunc committere possunt infra loca in quibus fuerint deputati, & personis supradictis. Item non possunt procedere contra aliquos extra ciuitatem vel diœcesim, in quibus fuerint deputati, nec possint aliquos citare vltra vnam dietam a fine illorum diœcesim, de offic. deleg. c. Hac constitutione. lib. 6. ¶ Item si conseruatores intromittunt se de aliis quã de manifestis iniuriis nõ solum incurrũt pœnam suspensionis (vt dictum est,) sed etiam ipsi processus non valent, quia excedunt fines mandati, extra de rescrip. Cum dilecta, & si citauit aliquem iniuriatorem tanquam pro notoria offensa, & eum ob contumaciam excõicauit. Si constat (licèt iniuria sit facta) nõ fuisse manifestam non est excommunicatus secundum Inn. ¶ Item expirat officium conseruatoris morte concedentis quoad negocia incœpta, & hoc nisi aliud exprimeretur in litteris eius, vt in d. c. Item sciendum secundũ Inn. ꝙ licèt conseruatores non habeant iudicialem indaginẽ in notoriis, tamen bene pũt, quia omnia illa sine quibus eorum iurisdictio non posset explicari intelliguntur eis esse commissa, vnde possunt citare & contumaces punire. de offi. dele. c. De causis. Item si maleficium est notorium aliis & nõ iudici, oportet ꝙ super hoc quærat probationes & cogat testes. 2. q. 1. In primis. Item quia in notoriis est aliquis ordo iudiciarius necessarius. Item si reus confitetur factum & dicat, ꝙ vsus est iure suo, in hoc casu admittet probationem. aliàs. n. nõ posset implere iurisdictionem sibi commissam. Similiter oportet, ꝙ procedat ad inquisitionem qñ factum est notorium: sed nescitur quis fecerit. Item ad repellendã iniuriam potest inuocare brachium seculare sicut alii iudices. Item si reus qui fuerat condemnatus & excõicatus cõpareat infra annũ, & dicat se velle satisfacere cognoscet conseruator de quantitate damni. Hæc Inno. Item si reus negat maleficium & actor velit probare esse notorium conseruator cognoscet, aliàs inutile esset suũ officiũ, quia quilibet posset negare. Similiter si reus fatetur maleficiũ, sed dicit non esse notoriũ, quia per eius confessionẽ factum est notorium de coha. cler. Vestra.

¶ Excom-

¶ *Excommunicatio contra doctores qui admittunt ad lectiones legum religiosos sine habitu, uel ad physicam, ideſt, medicinam. Cap. 38.*

DOctores siue magiſtri qui religioſos habitu ſuo dimiſſo leges vel phyſicam audientes, ſcienter docere aut in ſcholis ſuis p̃ ſumpſerint retinere ſimili eoipſo ſint ſentẽtia innodati, vel cler. vel mon. ſtatutum. libro ſexto. Dimiſſo quid ſi non dimiſerit habitum, dicitur quod tunc non ſint excommunicati doctores, quia hæc pæna non eſt amplianda, de regu. iur. in p̃nis. Dic contra, q̃a communicat in crimine, & ſic eadem & non minori excommunicatione ligatur, extra eodem, ſi concubinæ. Et in hoc poteſt dici uenire potius ad declarationem veteris iuris quã noui caſum ponere. Ioan. And. Scienter vbi incideret in habitu non habere locum ignorantia, ſed ubi incideret ſine habitu, tunc probabiliter poterit ignorare. Ioan. And. Retinere nota officium docto. ſcholarem de ſcholis expellere, & per id quod dicit retinere, dicas quod licèt doctor. ſciat monachum domum habere iuxta ſcholas lectoris in domo propria audire excommunicatus non eſt quod dixi, infra de regul. iur. locupletari. Quid ſi talis monachus non vult exire ſcholas videt per hanc litteram quod licèt inde poſſit expelli, ad hoc de ſenten. excommun. c. ueniẽs. Et hoc maxime ſi vera eſſet opin. quod excõmunicatus non gauderet priuilegio canonis quod non eſt uerum ſecundum Ioannem, & Bernar. qui not. 17. quæſtione quarta, ſiquis deinceps. Quid ſi non poteſt expelli exeat doctor ſcholas ad inſtar eius, quod dicimus cum excommunicatus intrat eccleſiam, ut no. 11. quæſt. 3. ſicut Apoſtoli. Ioan. And. Similiter quia communicant in crimine (ut dixi) & quia conditor canonis ſibi non reſeruat abſolutionem aliis indulſiſſe uidetur, facit quod not. ſupra eodem. ſuper ſpecula. Ioann. And.

Nota caſum.

Scriptores q̃ obligati.

¶ *Contra magiſtros & ſcholares Bonon. conducentes hoſpitia irrequiſitis inquilinis. Ca. 39.*

CONſtitutionem factam ab epiſcopo Portuenſi apo. ſede legato, & a prædicto Tuſculano poſtmodum confirmatam, videlicet ut nullus magiſtrorũ ſiue ſcholarium ſuper conducendis aliorũ hoſpitiis inlæſionẽ vel præiudicium habitantium audeant hoſpitem conuenire, niſi prius conſtiterit tempus conductionis elapſum vel inquilini in hoc ſuum fauorem præſtauerint & conſenſum cum idem Portuenſis ſub excommunicatione hoc prohibuerit, & aliter ſub pœna anathematicis idem decreuit obſeruãdum ratum eſſe decernimus, ideſt, auctoritate apoſ. confirmamus. Statuentes vt a te frater epiſcope & tuo quolibet ſucceſſore hoc ſingulis annis in communi audientia magiſtrorum, & ſcholarium recitetur. Cle. 3. de loc. & conduc. c. ex reſcripto. Conſtitutionem, & ſic nota q̃ legatus in ſua prouincia poteſt conſtitutionem facere, etiam ſub perpetuo anathemate. de off. lega. c. fi. Confirmatam, ideſt, approbatam, & innouatam, quia ſolus ſuperior cõfirmat. de off. lega. ſtuduiſti. Scholarium, ſoli ergo magiſtri & ſcholares prohibentur conducere hoſpitia aliorum ſcholarium, ſed alii non prohibentur conducere hoſpitia ſcholarium propter potentiores conſtitutio iſta emanauit. Et per hanc litteram uidetur quòd ſcriptores qui non ſunt ſcholares, ſed vxorati non obligantur hac conſtitutione cum de illis non fiat mentio. Laudu. dixit hanc pænã extendi ad eos qui gaudẽt priuilegio ſcholaſtico largè ſumpto ſcholarium uocabulo, & gratia ſcholarium ibi ſunt dummodo ibi nõ ſint meretrices. Nec obiicias q̃ pæna non debet extendi, quia pœnę quoque hodie ampliantur. ar. ad hoc de uer. ſig. cum in partibus. Laud. & cum eo concor. Inno. ſed non credo quod ad ſcriptores uxoratos extendatur hęc conſtitutio, licèt ſin, popter ſcholares. Eadẽ enim ratione extenderetur ad chartarios, & raſores chartarum. Bernar. Conuenire, ideſt, alloqui uel de habitatione tractare gl. interli. Sub excommunicatione iam lata gloſa. interli. Et not. quod Inno. Gof. & Abb. & Pe. de Peruſio, dicunt quòd iſta eſt conſtituțio & excommunicatio eſt localis, & habet ſolum locum Bononiæ, & hoc etiam magis placet Io And. ſed Hoſt. dicit eſſe generalem. Nam q̃a. fauorabilis eſt, ideò dicit ex cauſa extendenda, ſed communiter non tenetur opi. eius.

¶ *Excommunicatio contra mittentes ſcripturam uel nuncium ſecrete alicui cardinalium dum ſit in conclaui pro electione papæ. cap. 40.*

NVlli fas ſit ipſius Cardinalibus vl̃ eporũ alicui nuncium mittere uel ſcripturam

qui vero contrafecerit ſcripturã mittẽdo uel nunciũ aut cum aliquo ipſorũ ſecrete loquẽdo, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat. Greg. 10. extra de elec. c. vbi periculum lib. 6. Cardinalibus ſcilicet inclu ſis in conclaui pro electione fienda ſummi pontificis, ſecretè loquendo niſi qui de uoluntate omnium cardinalium in ibi præſentantium pro his tantum quæ ad electionis inſtantiam negocium pertinet vocaretur, ut ſupra in tex. ſicut puta aduocati, iuriſperiti, uel religioſi, uel tabelliones. Incurrat canonem latæ ſententię, ſed ordinarius abſoluere poterit exquo papa ſibi non reſeruauit. Ioan. And.

¶ *Excommunicatio contra dominos officiales & rectores ubi ſit electio papæ ſi non ſeruant conſtitutionem capituli ubi periculum de elect. lib. 6.*

Cap. 41.

PRæterea aliquid adiiciendo ſancimus ut dominus alijq, rectores & officiales ciuitatis illius in qua Roma. pontifi. electio fuerit celebrãda auctoritate noſtra & eiuſdẽ approbatione concilii poteſtate ſibi tradita præmiſſa omnia & ſingula plenè ac inuiolabiliter & ſine fraude & dolo aliquo faciant obſeruare nec cardinales ultra quam permittitur arctare præſumant. Super his autẽ taliter obſeruandis ſtatim audito ſummi põtificis obitu coram clero & populo vniuerſo ipſius ciuitatis ad hoc ſpecialiter conuocandis præſtent corporaliter iuramẽtum, quod ſi premiſſa diligenter obſeruauerint, aut fraudem in eis circa ea commiſerint, cuiuſcunque ſint præminentiæ, cõditionis, aut ſtatus omni ceſſante priuilegio, eoipſo ſententiam excommunicationis incurrant, & perpetuo ſint infames extra de elect. Vbi periculum libr. 6. Celebranda, ſecundum diſtinctionem ſuperius factam Io. Andr. Præſumant, quia tunc eſſent excommunicati, ſicut & in ſe defendendo modum excedens quod dic, ut ſupra de reſti. ſpo. Olim. Et nor. caſum in quo laicus auctoritate canonis poteſtatem habet in clericum contra illud 16 diſtin. Bene quidem Ic. Andr. præmiſſa ſcilicet quę dicta ſunt ſupra de incluſione fienda cardinalium in conclaui & adminiſtratione neceſſariorum cum certa regula & modo qui ponitur in textu ipſius capituli.

¶ *Excommunicatio contra. Beghinos & Beghardos & aſſumentes intam fraticellorum & eis fauentes. Cap.* 42.

SAcra Romana ac vniuerſalis eccleſia cuĩ fauente domino (licet immeriti) præſidemus, ſicut religioſa & pia loca benigno fauore proſequit, ſic ſuperſtitioſos conatus inſolẽtiũ hoium deteſtatur, videlicet ne ſub ouina pelle gregẽ dñi cũ truculẽta lupi rapaces inuadãt, ſub pietatis imagine uiſcus hæreticæ prauitatis obrepat, & ſub prætextu cõuerſationis angelicæ icautis mẽtib. malignus ſpũs illudat. Cuius rei gra ſacris canonibus eſt interdictũ ne aliqs nouũ ordinẽ vel religionẽ inueniat, vel habitũ nouæ religionis aſſumat ſed quicunq, ad religionẽ venire uoluerit in grediatur vnã de religionib. approbatis. Nõ nulli tñ prophanę multitudinis viri q vulgariter Fraticelli ſeu fratres de pauperũ vita, aut Bizochi aut Beghini, aut aliis noibus nuncupant in partibus Italię, necnon in inſula Siciliæ comitatu prouinciæ. Narbon. & Tholoſanæ ciuitatibus & prouinciis aliiſq, diuerſis citramarinis, & vltramarinis partibus cõtradictos canones habitum nouæ religionis aſſumere, & congregationes & conuenticula facere, & ſuperiores ſibiipſis eligere quos miniſtros, cuſtodes, ſeu guardianos aut nominibus aliis appellãt plurimos ad eorum ſectam recipere, loca ẽt de nouo conſtruere ſeu conſtructa recipere, in quib. habitant in cõmuni publice mẽdicãtes quaſi eorũ ſecta eccleſia foret, & vna de religionib. p ſe approbatis temeritate damnabili pſumpſerunt & pfumũt ẽt inceſſanter, & ut ipſorũ error veritas & impietas religio reputeĩ, plurimi eorũ regulam fratrum minorum quã ſanctus Frãciſcus inſtituit ſe profiteri & ad literam ſe cõ ſeruare confingunt quamquam in obedientia generalis, vel prouincialium miniſtrorũ ipſius ordinis nõ morentur, prætendẽtes ſe a ſanctæ memoriæ Cæleſti. papa 4. præd. noſtro hmõi ſtatus ſeu vitę priuilegium habuiſſe q tñ etiã ſi offenderent nõ ualeret, cũ bonæ memoriæ Bonifa. papa 8. præd. noſtro, ex certis cauſis rationabilibus omnia ab ipſo Cęleſti. præd. noſtro conceſſa, quæ p ipſum Boniſa. nõ cõtingeret approbari viribus pẽnitus uacuauerit dictumq, vitæ priuilegiũ nõ inueniatur p eundẽ Boniſa. approbatũ. Quidam aũt eorũ dictũ habitũ & uiuẽdi ritum a quibuſdam epiſcopis ſeu eorum ſuperioribus vel aliarum eccleſiarum prælatis concedere licuit contra formam concilii generalis. Nõ

nulli

Nulli etiam ex ipſis aſſerentes ſe eſſe de tertio ordine beati Franciſci pœnitentiæ cum voto prædictum ſtatum & ritum eorum ſub velamine talis nominis ſatagunt palliare, cum tamen in regula ipſius tertii ordinis talis viuendi ritus nullatenus ſit conceſſus, & quia in eorum baratrum faciliter ruunt qui conceptus proprios patrum diffinitionibus anteponunt, ipſorum quam plurimi, ſicut fide digna relatione percepimus, a veritate catholicæ fidei deuiantes ſacramenta eccleſiaſtica deſpiciunt ac errores alios ſtudent multipliciter ſeminare. Cum itaque a talium damnanda temeritas in eiuſdem fidei detrimentum fidelium ſcandalum præfati minoris, & aliorum ordinum opprobrium, & in ſuarum & aliorum multorum animarum perniciem redundare noſcatur. Nos ſectam ritum & ſtatum huiuſmodi non obſtantibus præmiſſis eorum excuſationibus quas friuolas reputamus, & quicquid per eos communiter vel diuiſim ſub regionibus conuentus collegii ſeu congregationis nomine vel colore attentatum extitit uel exiſtit de fratrum noſtrorum conſilio auctoritate apoſtolica nullius fuiſſe vel eſſe decernimus firmitatis, & quatenus de facto proceſſerunt, de conſilio & auctoritate præmiſſa reuocamus omnino ac perpetuæ prohibitioni ſubiicimus, & ab eccleſia Dei penitus abolemns eiſdem perſonis, & aliis quibuſcunque ſub pœna excommunicationis quam in eas ſi ſecus fecerint incurrere volumus ipſo facto, inungentes expreſsè non ſtatum ſiue ſectam & ritum huiuſmodi ab ipſis aſſumptum ſectetur vlterius, vel ipſum de nouo aſſumere quoquo modo præſumat. Epiſcopos quoque & eorum ſuperiores, & etiam alios prælatos quoſcunque qui prædictis perſonis vel aliis ritum uiuendi, & habitum ſupradictos præter ſpecialem ap. ſe. auctoritatem deinceps conceſſerint, prædictæ excommunicationi iure decernimus ſubiacere. Dignum eſt enim adulterinas plãtationes quas non pater cœleſtis, ſed humanæ temeritatis audacia plantat apoſtolici culminis cenſura diuellat, nec patiatur in agro Dominico per uerſæ congregationis vepres excreſcere cui proprium eſt diuina opitulante gratia virtutes ſerere ac uitia radicitus extirpare. Nulli, ergo &c. datum Auinioni Cal. Ianuarii anno 2. Io. 22. Franc. de Zab. in cle. dum de quibuſdam, de reli. do. allegat iſtam extrauagantem, & etiam Pau. dicentes quod hic reproba tur ſtatus quorundam qui vulgariter appellantur fraticelli ſeu fratres de paupere uita, aut Bizochi, aut Begu ini ſeu aliis nominibus aſſumentium nouæ religionis habitum ſuperiores ſibi eligentium congregationis & conuenticula facientium, non obſtante quod ordinem ſeu inſtitutionem ordinis a certis dicantur epiſcopis habuiſſe cum talis viuendi modus nullatenus ſit conceſſus, per hoc dicit Pau. quod ibi etiam reprobatur ſtatus Beguinalis, quia uidetur quædam noua religio præter auctoritatem ſe. ap. inſtituta. Et hoc infert quod etiam ſi renunciarent propriis non ex hoc erunt approbatæ nec religioſæ, ex quo non habent regulam a ſe. ap. approbatam co. titu. lib. 6. Dicit etiam idem Fran. quod in domo ſua poſſunt mulieres agentes pœnitentiam vti habitu quo uoluerint, per hoc enim quod vtuntur habitu etiam ſimili ad Beguinas non ſunt Beguinæ, ex quo non congregantur cum eis vnde non eſt periculum aliquod hoc caſu.

¶ *Excommunicatio contra ſumentes dignitatem ſenatoris uel aliud regimen uerbis ſine licentia papæ.* Cap. 43.

NVllus Imperator ſeu Rex Romanorũ vel alius Imperator, Rex princeps, Marchio Dux, comes, aut baro, qui alterius notabilis potentiæ, præeminentiæ ſeu poteſtatis & excellentiæ ſeu dignitatis exiſtat. Frater filius uel nepos eorum ad tempus uel in perpetuum ſeu quiuis alius ultra annuale ſpacium quouis modo colore uel cauſa per ſe vel per aliam perſonam quomodolibet ſubmittendam in ſenatorẽ capitaneũ, patritium aut rectorẽ, vel ad eiuſdẽ vrbis regimen ſeu officiũ nominetur eligat, ſeu alias ẽt aſſumat abſq; licentia ſe. ap. ſpeciali ipſius ſedis literas conceſſionẽ licentiæ hmõi ſpecialiter exprimentes, ꝙ ſi ſecus factũ fuerit nominationem electionẽ & aſſumptionẽ hmõi decerni mus eſſe nullas. Verumetiã nominati, electi, & aſſumpti, ſi hmõi nominationi, electioni, & aſſumptioni cõſenſerint, aut de ſeipſis quo modolibet intromiſerint intẽdentes & obedientes eiſdẽ, & in hoc dantes ipſis nominatoribus electoribus & aſſumptoribus, aut nominatis electis uel aſſumptis auxiliũ uel fauorem publicè uel occultè, cuiuſcunque conditionis extiterint, ipſo facto ſententiam excõmunicationis incurrant, & infra. Contemptores quoq; ſeu uiolatores alicuius p̃miſſorum ab hmõi excõicationis ſnĩa. præterq̃ in mortis articulo abſolui nõ p̃nt niſi p̃ Romanũ pontificẽ uel de ipſius petita lnĩa, & obtẽ-

ta speciali non obstantibus priuilegiis &c. de electio. cap. Fundamenta.

¶ *Excommunicatio contra impedientes uisitatores monialium in officio eorum post monitionem tamen.* Cap. 44.

SI qui visitatores monialium ipsos in præmissis impedire præsumpserint, seu in aliquo præmissorum nisi admoniti resipiscant ipso facto excommunicationis sententias se nouerint incursuros, priuilegiis, statutis, & consuetudinibus quibuslibet in contrarium inualituris extra de sta. mon. Attendentes, in cle. Visitatores. De uisitatoribus loquitur monialium qui debẽt singulis annis uisitare monasteria, ita quod ordinarii debent visitare monasteria non exempta, & exempta etiam illa quæ non recognoscunt superiorem nisi papam. Monasteria verò exempta, quæ scilicet sunt ordinum exemptorum, vt Camaldulen. Cistercien. Carthusien. mendicantiũ habent visitare prælati earum qui in visitatione huiusmodi debent inquirere & videre de vestitu ne sit vanitas in eis, de clausura, de continentia & huiusmodi, & compellere eas ad religionem secundam remediis oportunis quod totum potest trahi ex ipso tex. decre. ipsos ordinarios visitantes auctoritate ap. vel propria uel superioris ipsorum monasteriorum Ioan. And. Impedire per hanc literam puto quod necesse sit impedimentum præcedere & admonitionem sequi ad hoc, vt sit locus huic pœnæ, hoc dico, quia vidi prælatos scribentes monialibus quod parent se certa die ad recipiendum visitationem ipsorũ, & in eisdem literis faciunt admonitionem quod nullus impediat, talis enim monitio fieri debet, vt desistant ab illato impedimento, vt locus sit huic pœnæ, facit quod scripsi de concess. præben. c. Cum nostris. glo. 2. Sed nũquid illato impedimento fiet monitio nominatim, an sufficiat generalis pro & contra, facit de uita & hone. cle. c. 1. Ioan. And. ipso facto. Est ergo istæ casus quo sufficit monitio, & absoluet ordinarius, ex quo papa non reseruat. Ioan. And.

¶ *Excommunicatio contra fingentes casum fraudulenter quo iudex mittat uel uadat pro testimonio ad mulierem.* Cap. 45.

QVi fingi fraudulenter aliquem casum per quem aliquis iudex mittit ad aliquam mulierem pro testimonio vel ipsæ iudex fraudulenter vadens excommunicatus est extra de iudi. Mulieres lib. 6.

¶ *Excommunicatio contra se ingerentes ad officiandum homines alterius linguæ irrequisito diœcesano.* Cap. 46.

QVandoque vna ciuitas vel diœcesis habet populos diuersarum linguarum habentes sub vna fide varios ritus & modos, tũc pontifex loci si vrgens necessitas fuerit præsulem nationibus illis conformem, qui diuina illis officia celebret, & ecclesiastica sacramẽta ministret, instruendo eos uerbo pariter & exemplo sibi uicarium in prædictis constituere potest qui sibi per omnia sic obediens & subiectis, si quis autem se aliter ingerit est ipso iure excommunicatus, de offic. iudi. ord. cap. Quoniam in plerisque.

¶ *Contra absolutos ab excommunicatis in articulo necessitatis, si postea cum possint non se præsentant ei qui ordinariè debeat absoluere.* Cap. 47.

EOs qui a sententia canonis uel hominis cum ad illum a quo aliàs de iure fuerãt absoluendi nequeunt propter imminentem mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum pro absolutionis beneficio habere recursum ab alio absoluantur, sic cessante postea periculo impedimento huiusmodi sé illi a quo his cessantibus absolui debeant, quam cito commodè poterunt contempserint præsentare mandatum ipsius super illis pro quibus excommunicati erant humiliter recepturi & satisfacturi, prout iustitia suadebit. Decernimus, ne sic censuræ illudant ecclesiasticæ, eandem sententiam reincidere ipso iure, de sentent. excommun. ca. eos libro sexto. Idem statuimus de his quibus cum a se. ap. uel legatis ipsius absolutionis beneficium a quibusuis sententiis consequuntur iniungitur, vt ordinariorum suorum, vel aliorum quorumlibet suspecturi pœnitentiam ab eisdem se conspectibus repræsentent, & passis iniuriam, seu his quibus propter hoc obligati existunt satisfactionem exhibeant competentem, si hoc cum primum commodè poterunt, non curauerint adimplere, vbi supra canonis, hic

Ioan.

Ioan. And. dinumerat, vigesimo secundo, casus excommunicationis quos trahit. ex lib. sexto. Qui omnes suprapositi sunt exceptis duobus qui infra ponuntur, & exceptis quatuor, scilicet sententiam seu excommunicationem illam quæ est contra Federicum Imperatorem, de sentēt. re iudi. Ad Apostolicæ, & illa quæ est de relig. do. cap. primo, & duas quę ponuntur in cap. primo de schisma & sunt contra Iacobum & Petr. de columna Cardinales, & contra tenentes eos pro cardinalibus, & fouētes schisma inductum per eos quæ quattuor sententiæ ideò non sunt positæ, quia non videbatur expediens vel utile. Pet. de Anchar. super istos. c. eos plura notabilia ponit, & omisso primo subdit. ¶Secundo nota quod quandoque quis non potest absolui ab eo a quo de iure fuerat absoluendus, sed quis est ille cui de iure hoc competit dic quod a sententia canonis ille absoluit cui canon reseruauit, aliàs idest si nemini reseruauit absoluit ordinarius. Si verò est sententia hominis, ille qui protulit debet absoluere, sed in eius defectu uel negligētia si est delegatus aditur delegans si ordinarius aditur superior, hęc probantur, de offi. delega. Prudentiam, & de offi. ordi. Ad reprimendam. ¶Nota tertio quod propter iustum impedimētum potest quis absolui ab alio quam ab eo a quo de iure fuerat absoluendus. Imminēs autem periculum mortis dicitur iustum impedimentum & si immineat aliter quam per infirmitatem puta timet hostem capitalem, vel est obsessus, vel est in manibus prædonis vel tyranni, vel nauigaturus est periculosa nauigia, vel patitur naufragium, uel turus est per loca periculosa. ff. de donat. causa mort. l. tertia. Istos & alios casus, uide ex eodem, quod de his. Hæc Pet. Inno. vero super c. quamuis, de sent. excom. declara quosdam casus in quibus absoluendus per sedem Apostolicam regulariter pro uiolenta manuum iniectione absolui potest in prædictis casibus citra sede Apostolicam taliter autem absolutus tenetur cessante dicto casu se præsentare sedi Apostol. Primus est si incidat in infirmitatem, etiam ex qua non imminet periculum mortis, ut podagra vel quartana febris. Secundus inimicitia quæ timeat in uia. Tertius inopia ut si ita pauper est quod non possit habere expensas itineris, nam non est sibi præcipiendum ut mendicet. Quartus senilis ętas seu membrorum destitutionibus impeditus, si enim senescit licèt fortis uideatur ad subeundum laborem, tamen quia periculosum est, absoluetur. Itē si tenerētur in uincul. Ray. etiam dicit in sum. quod de his qui magnæ potentiæ sunt ita delicati uel debilitati quod laborem eundi ad curiā nequeūt sustinere papa est consulendus intimatis sibi circūstantiis facti, & psonæ & iuxta ipsius consilium est agendum, dicit ibi Guil. quod hoc est intelligendum, quando nequeunt ire de facili, quod ad arbitrium boni viri est referendum, si autem omnino non potest papa non requisito possunt absolui, sic notauit Alanus in capit. mulieres. Et quærit hic Pet. de Ancha. utrum ita absolutio quæ fieri potest propter iustum impedimentum ab alio quam ab eo qui debet, habeat locum in excommunicatis alia ratione quam pro iniectione manuum, & Innoc. quidem dicit qđ habet locum solum in excommunicatis pro manuum iniectione, sed si aliàs sit excommunicatus a iudice vel a iure, licèt absolui possit in mortis articulo argu. supra eod. A nobis. 2. cum in casibus qui ponuntur super cap. quamuis, de quibus dictum est nō habet locum, sed tātum ab excommunicatore, vel alio ad quem spectat absoluendi sunt, & ita notat, & ipsum allegat Ioann. And. in nouel. in c. quamuis. Sed hoc dicit idem Ioan. quod istæ tex. facit contra istam opinion. dum dicit ab alio absoluantur, & supra in princ. ca. huius generaliter dixit ab homine vel a iure, & sic de alia excommunicatione quam il la quę pro manuum iniectione infligitur, locum habet ista absolutio ab alio propter iustum impedimentum proueniens ex multis causis, vt in c. ea noscitur. c. quamuis, & ea. de his. ¶Nota quarto q absolutus ab excommunicatione ex causa ab alio quam ab eo a quo debuisset cessante causa illa tenetur facere id ad quod tenebatur, scilicet comparere corā suo iudice. Et aduerte ad quem finem debet comparere, ad hunc scilicet vt mandatum suscipiat, non ut amplius absoluatur. Et nota quod ille qui absoluitur ab excommunicatione debet satisfacere, quod intelligitur iuxta proprias facultates, & per hoc infert Archid. facultates ecclesię quas ad vsum habet ad hoc non teneri. 16. qō. 6. §. vlti. pro quo facit cle. Nolentes de hæreticis ¶ No. 5. quod hic dicitur cum commodè potest ire ad eum a quo fuerat absoluēdus qualiter sumi debeat hoc verbum commodè, uide quod no. in cl. si quis suadente, de pœnis, glo. autem penul. ibi. Ioan. And. super verbo commodè poterit, dicit idem de sent. excom. De cætero. Dicit ibi decretalis, quam citius oportunitatē.

Sentētiæ canonis qūo absoluit.

Quatuor casus notabiles.

habuerit,qđ exponit ibi Hoſtien. *i.*ceſſante
Mora q̃ impedimento,& aliquo modico tempore in
periculo dulto quo ſibi de neceſſariis valeat prouide
ſa excõ re.Et per hoc patet quod non creditur circa
municatio. hoc abſolutus,ſed iudex habebit hoc arbitra
ri alias ipſæ abſolutus ex friuolis rationibus
excuſationibus frigoris coloris & his ſimilibus conſtitutionẽ eluderet,facit ca. Cũ olim
de do & contu.nec obſtat quod de occultare
& animæ periculo quæritur, & ſit ibi creden
dum,de hom.Significaſti.2.fateor id verum
in foro pœnitentiali,de ſpons.ca.Tua.2. quo
ad uinculum occultum contrahendum. Vn
de ex quo ſcientiam habet de mora ſcire ſe
debet excommunicatum.Iudex tamen eum
non denunciabit niſi prius eo uocato per cõ
iecturas viderit illũ eſſe morſum cognitio
ne ſuper hoc prẽmiſſa ſummaria.l. Ea pro
pter in fi.Hoc Ioan.An.Archi.verò ſuper ca.
Cupientes de elect.lib.6.tractans hoc verbũ
commodè dicit inter cætera,quod iudex in
ſpecta qualitate perſonarum viarum & tem
porum arbitrabitur quomodo cõmodè poſ
ſit fieri & dietas maiores vel minores.ff. de
uerb.obl.§.continuus.§.2. conſiderando die
tas uulgares quas homines facere conſueue
runt ſecundum id quod dictum eſt ſupra eo
dem lib.de reſcri.c.ſtatutum.Si autem dietæ
uulgares non appareant ipſæ iudex referat ſe
ad legales,videlicet computando.20. miliaria pro dieta,& ſi facta cmputatione ſuper
ſit tantum vnum militare pro illa dabit vnã
integram dietam,vt not.2.q.6.propter in gl.
quod ſi fuerit lõga viarum diſtantia,ęquum
eſt in ſeptimana vnum diem pro quiete da
ri.Nam menſis datur ad parandum ſe.20.ue
ro dies ad expectandum,& hoc probat littera iſta commodè non enim poſſet commodè
uenire per 20.vel 30. dietas continue abſq;
aliqua intermedia quiete ad hoc.43.diſ.cum
longe.Debet iudex arbitrari benigne tẽpus
itineris,ad hoc extra de offi.dele. conſuluit,
& computabuntur dietæ a loco a quo iter ar
Qũo papa & legatus ab ſoluunt ab oĩb. ripuit ſine fraude,ſufficit enim ſcđm hãc lit
terã q̃ non ſit in negligentiã uel fraud. ¶ No
ta.6.in §.idem ibi quibuſuis ſententiis quod
papa uel legatus abſoluunt a quibuſcunque
ſententiis excommunicationis quod Io.mo.
intelligit de ſententiis iuris nõ hominis.Nã
vt dicit papa uel legatus non ſolum abſoluit
ab illis de ſtilo curiæ ſed remittit, niſi in ca
ſu quo delegatus non poſſet abſoluere uel
mortuus eſſet nec alius ſucceſſit in delegatio
ne.Idem putat quando ſucceſſor bene ſucce
dit in delegatione,ſed non eſt ſpes de feſtina
prouiſione,putat etiam Io.mo.in caſibus præ
dictis delegatorum,ſi abſolutus non pareat,
non reincidat ipſo iure niſi in eo quod appareret uitiata.Hæc omnia ceſſant ſi latè recipias litteram,vt verbum ſonat hic & in prin.
huius ca.quod etiam loquitur generaliter de
vtrifq, exprimit,& hoc tenet Io.and.ſ. quod
in quibuſcunque ſententiis iuris & hominis
locum habeat quod hic dicitur, quod reinci
dat ipſo iure,niſi pareat & compareat poſt
abſolutionem prout hic dicitur.Item not. q̃
Archi.exponens verbum contempſerit dicit,qđ contemnere dicitur hoc ipſo qđ iuſta
cã ceſſante,ſe nõ prẽſentat illi a quo fuerat ab
ſoluendus,ut no.2.q.7.metropolitanum,idẽ
Ioan.And.item quærit Pet.de Anch.cum qs
ſemper teneatur ſe perſonaliter pñtare pro
abſolutione obtinenda ceſſante impedimento acceſſus ad abſolutorem utrum talẽ abſolutionem quis poſſit petere per procuratorẽ
Et Hoſt.dicit qđ nõ,ſed Inn.dicit qđ ſi iuſta
cauſa ſubeſt poteſt peti abſolutio per procuratorem ẽt in abſentia.Arch.in iſto c. remittit ad notata per ſpecul.in tit.de proc.§.1. &
ibi dicitur,qđ procurator cõſtitutus ſpecialiter ad petendum abſolutionem ſufficit,& ita
ſeruat curia,vt ibi notatur.Ad hoc facit quod
quis ſe repræſentat,aut in propria perſona,
aut per procuratorem idoneum.di.18.eps &
dicit Pet.de Anch.qđ a ſnia interdicti & ſuſpẽſionis põt peti abſolutio per procuratorẽ,
q̃a nec ſolẽnitatẽ formç,nec abſolutionẽ de
ſiderat,& in hoc oẽs concordant.Itẽ dicit Archi.& Pet.de Palu.qđ patet ex priuilegio huius.c.qđ ꝓpter mortis periculum vel aliud
impedimentum quodcunque ab alio quam
ab eo ad quem abſolutio de iure pertinet,ex
communicatus abſolui non debet ſi haberi
poteſt ad illum recurſus,vel ipſius copia.Idẽ
dicitur in directorio iuris.lib.3.tit.4.ſcilicet
de abſolutione ab excommunicatione iuris.
Et ſubditur ibi qđ quãdo aliquid iſtorũ non
põt fieri,tunc abſolui debet & põt & ſemper
eſt eps requirẽdus ſi põt haberi,alias ſufficit
ſimplex ſacerdos,vt no.Inn.extra eo. nuper.
Et eſt iniungendum ei quod ceſſante impedimento temporali ſe illi qui ſuper hoc põt re
præſentabit,ſed ubi eſt perpetuũ impedimentum non eſt illi iniungendũ ſcđm Archid.
Fallit hoc in caſibus in quibus nullus abſol- Caſus pa
uere poteſt,niſi in articulo mortis, vt in fal palis.
ſariis litterarum papæ,& inſequentibus car
dinales hoſtiliter & iniuriosè,vel temerè per
cutiente epm vel bannietatem, & in religioſis & clericis ſecularibus inducẽtibus ad uo

uendum

uendum eligere ſepulturam, &c. Ponuntur in eo.li. quidam alii caſus in quibus quis ſolum in articulo mortis poteſt abſolui, illi ui delicet ut puto, de quibus expreſsè dicitur in ſententiis iuris, quod non poſſit ab huiuſmodi abſolui citra ſe.ap. niſi in articulo mortis ſicuti etiam expreſsè hoc habes de ſententiis proceſſus annualis, qui fit in curia per papam ut habes infra.

¶ *Excommunicatio contra eum qui electus in papam paucioribus quam duabus partibus cardinalium ſe gerit pro papa, & qui eum recipiunt.*
Cap. 48.

STatuimus ut ſi forte inimico homine ſuperſeminãte zizaniam inter cardinales de ſubſtituendo ſummo pontifice non poterit eſſe plena concordia & duabus partibus concordantibus, tertia pars cõcordare noluerit aut ſibi alium preſumſerint nominare, ille abſque vlla exceptione ab vniuerſali eccleſia Romanus Pontifex habeatur, qui a duabus partibus fuerit electus & receptus. Siquis autem de tertiæ partis nominatione confiſus, quia de ratione eſſe non poteſt, ſibi nomen epiſcopi vſurpauerit, tam ipſæ quam qui eũ receperint excommunicationi ſubiaceant, & infra. Præterea ſi a paucioribus quam a duabus partibus aliquis electus fuerit ad apoſtolatus officium, niſi maior concordia interceſſerit nullatenus aſſumatur & prædictę pœnæ ſubiaceat ſi humiliter noluerit abſtinere extra de elect. licèt exceptione, & ſic nulla exceptio poteſt opponi, niſi de hæreſi 40. diſtinc. ſi papa. alias enim quantuncunque præciſe etiam ipſæ papa ſcribat, legitima exceptio eſt admittenda de offi. deleg. c. ex parte, & de re ſcri. c. ſi quando. Ber. Inn. & Compoſtel. dixerunt quod papa de hæreſi accuſari poſſit, & non excipi. & hoc tenet Archid. eo. tit. c. vbi. lib. 6. Partibus. Nunquid ille qui eligitur cõputabitur inter duas partes videtur quod ſic infra de elect. c. cum in iure. Dic quod non, vt notatur infra eod. titu. cum in iure. & cap. cumana, cũm dicitur in hac decre. de duab. partibus aliquando obſeruat cardinales aliquando non per ſe ſpecialia eorum ſtatuta Bernard. in aliis electionibus, videlicet quod ſit a maiori parte capitu. dum tamen obſeruent unam de illis formis, extra eo. quia propter. Item not. quod non eſt ius papatus ei acquiſitum in huiuſmodi receptione, ſiue ſit ad oſculum ſiue ad obedientiam, ſiue ad incathedrationẽ, nam eoipſo quod electus eſt ex ſua auctoritate papatum recipere poteſt. Laudul. dum enim eligitur, ſcilicet a duab. partibus cardinalium confirmatur, & ſtatim habet liberam & plenam adminiſtrationem. vigeſimatertia diſtinctione, in nomine Domini. Bernardus.

¶ *Excommunicatio contra clericos locutus domos uſurarijs publicis alienigenis ad exercendum publicum fœnus.*
Cap. 49.

CLerici qui manifeſtis vſurariis alienigenis aut aliis non oriundis de terris ipſo rũ exercẽdum fœnus, vel fœnos exercere uolentibus domos locant vel alio titulo quocũ que concedunt ſunt excommunicati, niſi ſint Patriarchæ, archiepiſcopi vel epiſcopi qui prelati non excommunicationem ſed ſuſpẽſionem ipſo facto incurrunt, & ſi per menſem hoc ſuſtinuerint, terræ ipſorum quamdiu in eis eiidem uſurarii morantur, ex tunc eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto, de uſuris. capit. vſurarum, libro ſexto. Vbi dicit Ioan. And. in gl. quod manifeſti vſurarii dicuntur illi de quibus notorium eſt de iure, ut quia confeſſi vel cõdemnati, vel de facto, vt quia habent operis euidentiam, quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari, vt quia tenet altare ſuum paratum. Item ſecundum Petr. de Peruſio ſunt manifeſti vſurarii per iudicis publicationem vel claram probationem, vel quorum probatio eſt in euidenti & manifeſto, etſi non exerceat palam, & notorie vſuras, tamen per modicam cauſæ examinationem erunt manifeſti, vt quia apparent libri ſuarum rationum, ut not. Archid. in capit. quamquam, eodem titu. vel cum coram ſacerdote & teſtibus publicè fatentur ſe eſſe vſurarios manifeſtos, & de oſtendunt libros rationum, fama etiam cum adminiculis in hoc ſufficeret, ita tenet Fẽderic. de Senis in conſiliis ſuis. Item ſecundum Ioan. And. & Lapum ex vnico actu poteſt dici vſurarius manifeſtus ſi ille poteſt probari. Item poteſt epiſcopus ſtatuere modum quo quis cenſeatur vſurarius manifeſtus cum poſſit ius commune fortificare per pœnam ut no. Innoc. Item ſi teſtator mandata in teſtamento reſtitui omnes vſuras per eũ extortas, nõ

expreſſis

expræſſis perſonis quibus extorſit, nec exp̃ſſo quantum extorſit, ex hoc non dicitur manifeſtus vſurarius, quia confeſſio illa nõ operatur ex qua quantitas non exprimitur. Item an fuerit manifeſtus poteſt recipi probatio poſt mortem vſurarii, hęc Pet. de Perusio. Item dicit Io. An. in glo. quod ſi locãs ignorat ipſum eſſe vſurarium probabilis ignorantia eum excuſat, ex quo autem ſcit debitum expellere glo. ſuper verbo titulo puta pignoris, commodati & huiuſmodi, & idem ſi ſine illo titulo ibi illum eſſe permittit, ſed ſi uendit vel donat non videtur habere locum cõſtitutio, ſed Goff. dicit idem eſſe in hoc caſu.

¶ *Excommunicatio contra impedientes ſequeſtrum factum in certo caſu.* *Cap.* 50.

DIffinimus vt ſi una cõtra poſſeſſorẽ diffinitiua ſententia ſup beneficio apud ſedem duntaxat apoſtolicam in petitorio vel poſſeſſorio promulgata fuerit, beneficium ipſum a poſſeſſore huiuſmodi, dum tamẽ triẽnio pacificè antea poſſeſſum ab eo non fuerit per loci ordinarium apud aliquam perſonam idoneam ſequeſtretur &c. Siquis autem ſequeſtrationẽ huiuſmodi impedire vel fructus ſequeſtratos quoquo modo præſumpſerit occupare excommunicationis ſententiã incurrat ipſo facto, a qua niſi impedimento prius amoto occupatis per eum fructibus reſtituti s nullatenus abſoluatur, & nihilominus ſi fuerit de litigantibus cadit a iure ſuo, nec obſtat ſi de nullitate ſententiæ opponatur, extra de ſequeſtra. c. 1. in cle. Vna ſola multo fortius ſi plures. Ioan. And. Cõtra poſſeſſorem. Si ergo contra petitorem pro poſſeſſore fertur ſententia, non fit ſequeſtratio. Itẽ ſi inter duos vel plures petitores fertur ſentẽtia pro vno contra reliquum uel reliquos nõ fit ſequeſtratio. Item ſi fertur contra poſſeſſorem, nõ tamen pro petitore, qui forſan ad priuationem agebat, non eſt locus ſequeſtrationi. Io. An. Diffinitiua interlocutoria non habet locum conſtitutio. Eſt autem interlocutoria quæ inter principium & finem cauſæ fertur ſuper his quę incidunt & emergunt. Diffinitiua verò principalem quæſtionem diffinit, de quo ſatis in ſpeculo de ſententiæ prælatione. Io. And. ſuper beneficio eccleſiaſtico. Si ergo inter petitorem beneficii & poſſeſſorem eſſet quæſtio alia perſonalis uel alia realis deffinitiua pro petitore nõ eſſet locus conſtitutioni. Io. An. Promulgata, per auditores curię a quorum ſententiis appellatur

Diſtinctio ſententiarũ.

Ioan. And. Beneficium, nota quia non fructus tantum ſed etiam beneficium ſequeſtratur. Io. An. etiam ſi illud beneficium ſit dignitas vel perſonatus, vel curam habeat animarum, ut dicit in ipſa cle. triennio. Iſta duo requiruntur ne fiat ſequeſtratio ſcilicet quod pacificè ſit poſſeſſum & triennio non inchoato, ſed conſummatio. 3. anno. Io. Andr. Ordinarium, nõ diſtinguit an ad illũ ſpectat inſtitutio necne. Reſtitutis, non ſufficit cautio de reſtituendo etſi fructus non extant ipſorũ æſtimationem. Io. An. Nullatenus, per iſtud videtur abſolutio cõtra hæc facta non teneat cui concor. extra de ſepul. c. 1. In contrarium videtur cum hæc forma ſit a curia Romana data non ab homine, facit quod ſcripſi poſt Gof. de reſti. ſpo. c. fi. vide quod dixi extra de iurepa. ca. 1. ibi habetur quod tenet talis abſolutio, licèt ſit puniendus qui ſic abſoluit, remittit etiam ad no. de ſen. excom. uenerabilibus. §. vbi ſunt. lib. 6. & ibi dicit quod tenet iniuſta abſolutio dummodo ſuper hoc habeat iuriſdictionem ſicut etiam tenet iniuſta excommunicatio. 11. quęſtio. 3. c. 1. quia par ius dominus eſſe uoluit ſoluendi & ligãdi, de pæ. diſt. 1. verbum

¶ *Excommunicatio cõtra clericos & religioſos qui inducunt ad promittendum de mutatione uel non mutatione ſepulturæ.* *Cap.* 51.

SAne temerarios violatores conſtitutionis illius quæ religioſis & clericis ſecularibus prohibit, ne aliquos ad fouendum iurandũ uel fide interpoſita ſeu aliàs promittendum inducat, vt ſepulturas apud eorum eccleſias eligant, vel iam electas ulterius non immutent, ſimilem ſententiam pœna in dicta conſtitutione contẽta in ſuo perdurante robore incutrere uolumus ipſo facto a qua ab alio quam a ſede ap. præterquam in mortis articulo nullatenus abſoluendos nullis priuilegiis aut ſtatutis cuiuſcunque tenoris exiſtãt in cõtrarium ſuper his valituris, extra de pę. cupientes in Cle. Conſtitutionis hæc cõſtitutio habetur de ſepul. c. 1. li. Sententiam ſcilicet excommunicationis de qua dixit ultimo & illam ſupra uocauit ſententiam, reliquæ ſunt pœnæ. Contempta, punit illa cõſtitutio ſic eligentes ſepulturam ex uoto iuramento & huiuſmodi, ut quoad ſepulturam inteſtati decedãt. Item punit allicientes modis prædictis ſcilicet per uotum uel iuramentum & huiuſmodi, quia ſi eos ſepelirent, reſtituere

tenentur

tenentur corpora si petuntur, & omnia quæ perueniunt ad eos ratione sepulturæ infra decem dies, & aliàs eorum ecclesiæ vbi sepulti fuerũt, & ipsorum cemiteria sunt interdicta. Ioan. An. Absoluendus hic respicit hunc vltimum casum tantum, sic separatum ab aliis. Nam ab excommunicationibus aliis quæ pronuntur in prædicta Cle. absoluunt ordinarii, ab hoc autem papa. No. tamen quòd ex hoc non tollitur quin aliquis proprio motu possit fouere vel iurare in aliquo loco eligere sepulturam, & quin si fecerit debeat obseruari, dummodo non inducatur ad hoc per dictos & modis prædictis. Item si clericus vel religiosus consilio vel suasione inducat aliquem ad eligendum sepulturam in ecclesia sua, non tamen ad vouendum vel iurandum, vel aliàs promittendum, hic non videtur quòd incidat in canonem cum sic dicat tex.

Triplex prohibitio legũ.

¶ *Excommunicatio contra clericos in dignitate, & religiosos audientes leges vel physicam.*
Cap. 52.

CONtra religiosas personas exeũtes ad audiendum leges uel physicã. Alexander prædecessor noster olim statuit in cõcilio Turon. vt nisi infra duorum mensium spacium redierint ad claustrum sint excommunicati, & ab omnibus euitentur, & in nulla causa si patrocinium præstare voluerint audiãtur, reuersi autem in choro mensa capitulo & cæteris locis, vltimi fratrum existant, & nisi forte ex misericordia sedis apostolicæ, totius spem promotionis amittant. Verum quia nonnulli ex talibus propter quorundam opiniones diuersas excusationes aliquid assumebant. Nos volentes, vt de cætero ipso facto excommunicationis sententiam incurrant, districtè præcipiendo mandamus quatenus tam a diœcesanis quam a capitulis ipsorum quam a cæteris episcopis in quorum diœcesibus, & huiusmodi studentes, tales excommunicati & prædictis pœnis obnoxii publicè nuncientur, qa verò theologiæ studium cupimus ampliari &c. Ad Archidiaconos, plebanos, præpositos, cantores, & alios clericos personatus habentes necnon presbyteros nisi ab his infra spacium præscriptum destiterint, hoc extendi volumus & appellatione postposita firmiter obseruari. Hono. 3. extra ne cle. vel mona. super specula. Pet. de Per. super ista decre. super spe. sic ait. Sciendum quòd est triplex prohibitio personarum quo ad audiendum legẽ vel physicam, quidam enim prohibentur ratione professionis, quidam ratione ordinis, & quidam ratione beneficii. Quantum ad primos, ideſt de professis expræsè vel tacitè patet quòd non possunt exire clausstrum ad legendum vel audiẽdum legem vel physicam, vt hic & supra eo. non magnopere, contra faciens si monitus non redierit infra duos menses ad clausstrum excommunicatur ipso iure vt hic. ¶ Sed dubitatur a quo tempore incipiat currere hoc tempus duorum mensium glo. quòd a die publicationis constitutionis. Alii dicunt quòd die a quo exiit clausstrum. Et hæc est opin. Innocen. Goff. & Vincen. & addit quòd computatur istud tempus ab exitu monasterii, scilicet hac de cau. Tertii dicunt quòd a die a quo incipit audire legem vel physicam, quod est verius. Hostien. & Archi. dicunt quòd etiam si audiat semel infra duos menses est excommunicatus, sed Goff. & Vincen. dixerunt expectandum esse finem duorum mensium, antequam incurrant pœnam. Et Ioan. And. credit hanc opin. esse veram. Et etiam doctor scienter tali religioso participans, scilicet in docendo est excommunicatus etiam si ipsæ religiosus habitum non dimittat, & quoad leges & physicam, & etiam si licentia sui prælati leget ad physicam audiat secundum Archi. & Lapum, quia decretales nõ magnopere & super specula distinctè loquuntur. Quoad secundos ratione ordinis prohibentur audire leges & physicã sacerdotes tantum, vt c. super spe. Constituti autem in aliis ordinibus non prohibentur ab huiusmodi, vt cap. cum ex eo. de elec. libr. 6. Quoad tertios, ideſt ratione beneficii, prohibentur audire huiusmodi scientias constituti in dignitate curata vel non curata, ut hic. Si autem habeat ecclesiam parochialem, & non est sacerdos non prohibetur audire huiusmodi scientias, nisi talis ecclesia super se habeat capellas. ¶ Item religiosus & egrediẽs monasterium ad audiendum scientias non prohibitas, vt theologiam & ius canonicum, & si hoc facit sine sui prælati licentia, excommunicationem incurrit. Idem si cum licentia vadit, sed habitum non portat, & doctor qui huiusmodi scienter participat talem docendo vel retinendo in scholis, pari sententia ligatur secundum Lapum. Abbas autem non exemptus si vult ire ad studia concessa extra monasterium suum, episcopus illius diœcesis habebit consilium illius monasterii seu conuentus & si visum fuerit expedire, poterit licentiam dare, tamen si sine episcopi licentia vadit non videtur ligari pœna excommunicationem

Electio sepulturæ licita

Religiosus qui-bus stu-deat.

cationis ſecundum Archi. Exeuntes, ſcilicet de clauſtris ſuis ſtatuit ſupra eo. titu. non magnopere. Menſium a tempore ſcientiæ huius reſtitutionis ſiue publicationis connumerandæ, & niſi deſtiterint ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrunt, & verba iſta quæ ponuntur uſque ad verum, quia ſunt cõ ſilii Turon. ſupra eo. c. non magnopere. Ber. audiantur tanquam ipſo iure excommunicati, aliàs etiam monachi, & canonici regulares ab aduocatione repelluntur. 16. quæſtio. 1. alia eſt, niſi pro vtilitate eccleſiæ ſuæ abbate nihilominus imperante. Ber. admittant. No. quòd abbates uel epiſcopi cum talibus diſpẽſare non poſſunt ar. contra de ſen. excom. cũ illorum, in fi. ſed hoc ad terrorem aliorum, & cautelam ſtatutum fuit vel quoad dignitates hoc intelligitur illud quoad honores Ber. Penis ſcilicet, quia promoueri non poſſunt ſine diſpenſatione ap. ſenten. & aliis poſitis præſcriptum duorum menſium computando a tempore publicationis huius conſtitutionis, quia ante publicationem nemo tenetur. ar. ſupra de conſti. c. 2. Ex quo enim conſtitutio publicè promulgata eſt, & publicata quilibet tenetur ad eius obſeruantiam poſt duos menſes in auth. vt factæ no. conſti. circa prin. col. 5. 16. diſt. quod dictis, ſed non ante. 32. qõ. 4. dixit ſara. Sed cum iſta conſtitutio iam promulgata publicata ſit iamdiu nullus habet excuſationem. ¶ Sed nunquid epiſcopi poſſunt tales abſoluere, credo quòd ſic, quia conditor iſtius conſtitutionis non retinuit ſibi abſolutionem, ſcilicet ab excommunicatione. Ber. Extendi, ſcilicet prædictas pœnas, de quibus ſupra facta eſt mentio, ſcilicet quòd ſint excommunicati &c. Et ita videtur quòd iſti ſpẽ promotionis amittant, niſi cum eis per ſe. ap. fuerit diſpenſatum, ſicut dicitur ſupra. de monachis, inducit quaſdam allegationes in contrarium & tandem cõcludit dicens tutius eſt dicere quòd incurrant omnes prædictas pœnas obnoxii &c. Bern. Nota quòd dicit Arch, ſuper iſto c. quòd tales audientes ſecundum Inno. & Goff. habent duos menſes antequam ligentur per id quod habetur in dicto c. ſuper in fi. & iſta fuit etiam ſententia Vincen. qui dicat quòd iſti duo menſes incipient in exitu ipſius monaſterii. Sed Ho. dicit quòd etiã ſi ſemel audiat ligatur & litera ſequens multum fauet ſententiæ Hoſtien. & reſpondet ad illam literam niſi ab his &c. quòd ibi non reſpicit religioſos, ſed ſeculares tantum clericos perſonatus habentes. Et no. ſecundum Hoſtien. quòd ſolus papa diſpenſat cum regulares exeuntibus ad audiendum legem vel phyſicam, vt promoueantur, hoc etiam probatur in ſpeculo de legato. 5. nunc dicẽdum. Item no. quod dicto Innocen. quòd ſi in clauſtris audiant ſiue legant monachi ipſa conſtitutione ligantur. Sed dicit tamen Hoſtien. eſſe verum iſtud quoad uerba ipſius, mens tamen eiuſdem refragatur omnino, vnde miniſterio ponit hæc littera indirectè docere intelligo vbicunque. Nam exitus videtur fuiſſe cauſa impulſiua prædictæ conſtitutionis. Finalis uerò, quia tales ſcientiæ religioſis nõ congruunt cum eis exercitium earum interdicatur, & hæc cauſa nunquam ceſſare poteſt, ergo nec eius effectus extra de pœni. & re. cum infirmitas. Archi. Idem Pet. de Peru. qui & ſubdit. Dicebat Ioan. in cap. non magnopere quòd ſi religioſus exiens clauſtrum ſibi ipſi legens vel ſtudens in legibus ligatur hac pœna. Sed & profeſſus accedens ad principium vel repetitionem ſocii incipientis in legibus cauſa honoris dicit Ioan. idem quod ligatur quoad verba, quia conſtitutio hæc prohibet auditum ex mente non ligatur. ¶ Nota etiam quòd iſtud quod interdicitur clericis ſupra nominatis in prædicta decretali ſuper ſpecula, in fine audire ſcilicet leges & phyſicam declaratur per Boni. non extendi ad eos qui habent parochiales eccleſias, ratione huiuſmodi eccleſiarum, niſi eedem eccleſiæ fuerint plæbaniæ capellas ſub ſe habentes in quibus inſtituantur clerici perpetui nequeuntes ab ipſis abſque rationabili cauſa amoueri, extra ne cle. uel mo. c. ſtatutum. libr. 6. ubi dicit Ioan. And. quòd ideò dicitur ratione eccleſiarum, quia ſi haberẽt diſpenſatiue uel alio modo perſonatum cum illis eccleſiis, bene tenentur conſtitutione, uel ſi eſſent presbyteri tenẽtur non ratione eccleſiæ. ſed ordinis (ut ſupra dixi) Item quòd dicit capellas idem uidetur tenendum, & tutius ſi unicam haberet capellam, non obſtat ar. a uerbis, ſcilicet pluralis numeri, quia non dicit hoc niſi fuerit plebanias habentes capellas, ſed dicit in plurali plebanias habentes capellas, & pluralitatem, capellarum ad pluralitatem plebaniarum referam. ar. ſupra de priuil. c. ut priuilegia. Et quod dicitur ab his intelligitur plebanis uel capellis & melius Io. And.

¶ *Excommunicatio contra religioſos profeſſos dimittentes habitum temerarie uel euntes ad ſtudia ſine licentia ſuperiorum ſuorum.*

Cap. 53.

Inhibe-

INhibemus ne de cætero aliquis quãcũq; religionem tacitè expræsè profeſſus in ſcholis, vel alibi temerè habitum ſuæ religionis dimittat, nec ad quamuis ſtudia literarũ niſi a ſuo prelato cũ conſilio ſui conuentus vel maioris partis eiuſdem ſibi eundi ad ſtudiũ licentia primitus ſit conceſſa, ſi quis horum temerarius violata extiterit eocommunicationis ſentẽtiã incurrat ipſo facto extra ne cle. uel mo. ut periculoſa. lib. 6. Religione quamcunq, dum tamen approbatam ſcilicet de uoto c. 1. lib. 6. Io. An. Expræsè in caſu iſto non eſt differentia inter tacitam & expreſſam. Io. And. profeſſus. Nota profeſſum non poſſe redire ad ſecundum, quod dic ut ſupra de regula conſulti. Io. And. Temeř. Ex cauſa enim licet habitum transformare ſi iuſta ſi, puta timor, ut supra de ui. & hone. cle. Io. And. Habitum ſuperiorem Io. And. innouel. unde & idem extra de reg. iur. lib. 6. ſuper regula ſi. in nouel. dicit quod regula hæc ſcilicet certum eſt & c. facit quæſtionem diſputatam hic per dominum Guidonẽ de Petra lata. ¶ De monacho qui bene fert habitum monachalem, ſed coopertum habitu clericali quod ſit apoſtata quod videtur hodie approbatum per cle. de ui. & hone. clerí quoniam in primo. Secundo cum iſtæ religioſus iuſtam cauſam transformationis ſeu habitus non allegat, indubitanter dico ipſum eſſe apoſtatam. Dimittat adeò habitus eſt annexus eſſibus monachorum quod in quibuſcunque locis exiſtentes ſiue in lecto quieſcẽtes conſtanter eo uti debent vt habetur 20. q. 1. uidua, & 23. diſt. ſanctimonialis, vbi dicitur quod eo habitu ſemper vti debet, ſed nõ videtur quod iſtud ſemper ſi ita amare intelligendum, vt ſonare prima facie uidetur 21. q. 4. ſine ornatu ibi. extra domos &c. ¶ Dic quod illud loquitur de clericis ſecularibus qui non ita aſtricti ſunt ut monachi, quod ſi in ſcholis vel alubi ſine cauſa dimiſerũt monachi ſuum habitum, licèt poſtea ad male dimiſſum habitum reuertantur etiam ſi poſtea ſint vel efficiantur bonæ famę, non poterunt eligi in abbates arg. 1. q. 7. ſi quis omnem, & huius ſententiæ fuit Lau. & Ia. de Al. & Pet. qui dixerunt quod non ſolum eſt talis ineligibilis ſed electus deiiceretur. Archi. Non puto quod monachus in cella ſua dimittens habitum, vel dum balneum intrat in occulto vel iacens ſine habitu ligetur hac conſtitutione, aliàs pauci non inuenirentur ligati, ſed quãdo exhibet ſe conſpectibus hominum ſine habitu vel in habitu laicali, vel clerici ſecularis ſine iuſta cauſa tunc ligatur Io. And. in nouel. quamuis (vt dictũ eſt) deberet ſemper ex honeſtate religionis deferre habitum non tamen videtur quod incurrat excommunicationem in ſtando ſine eo ex aliqua cauſa rationabili, ut puta dormiendo melius quieſcat, vt induendo ſacras veſtes non appareat gibbus & querat pulices vt ſe balneat ut aptius ſcindat aliquod lignum & huiuſmodi, quia ſic nõ videtur temerariè dimittere, tamen etiam in huiuſmodi cõuenientius eſſet non dimittere, ſi autem dimittat uel habitum transformat vt faciat aliquod malum, vt ſcilicet fornicetur & huiuſmodi non eſt dubium quod eſt excommunicatos ſecundum Pet. de Pal. in 4. quod qui iocoſa leuitate ad horam vt currat uel lapidẽ proiiciat deponat habitum non incidat in ſententiam, quia non eſt veriſimile papam in minutis tantum laqueum poſuiſſe. Sed ſi dimitteret uolens ire ad aliam religionem ut ſic citius reciperet, eandem incideret ſententiam. Hæc illæ, quamuis hoc dicit ut eom prehendat etiam ſtudium thelogiæ ſiue iuris canonici & huiuſmodi. Ratio poteſt eſſe quia monachus ſuo clauſtro debet eſſe cõtentus, ut 16. q. 1. Qui vere, & ei præcipitur ut intra clauſtrum moretur, ut ea q. c. iuxta. Nam mortuus dicitur eſſe mundo. Dicit tamen Io. And. quod theologiam & decretales legere poſſunt, quia ſunt scientiæ pietatis 37. diſt. ſi quis gramaticam. Archid. Prælato ideſt abbati uel alii qui tenet uicem abbatis, qui propriè dicitur ſuus prælatus. Sed nunquid poterit epiſcopus dare tali licentiã eundi ad ſcholas, non credo niſi interueniat licentia abbatis, vt hæc ca. 12. q. 1. Non dicatis. ¶ Icẽ nunquid extẽdens pænã iſtã prohibitus ad abbatẽ multa inducit Archi. ad probandũ q; cadat in pœna, tandẽ dicit q; in licẽtia abbatis obtinenda nomine prælati videt eps cõtineri, & tunc ſi abbas uoluerit ire ad ſtudia literarum extra ſuum monaſteriũ habebit cõſilium conuentus illius monaſterii, & ſi uiſum fuerit, poterit licentiam impartiri. Sed obſtare uidet, illud relatiuum ſui q; ſe quitur, quod videt reſpicere immediatũ prælatũ ipſius monaſterii, & ſic nõ epm. Et ſecdm hoc põt dici q; q̃uis abbas malefaciat ſi uadat ſine licentia epi ad queuis ſtudia literarum, non tñ videt ligari hac pœna conſtõnis cum ſit panalis & reſtringi cũ ſueuit magis q̃ laxari Archi. Et q; in fine dicitur de licentia epi videt habere locũ in monaſterio nõ exẽpto ab eius iuriſdictiõe. Licẽtia, & tũc põt oĩa

Nota d monacho habitũ dimittente.

ſine.

ſine quibus in ſtudio commodè eſſe non poteſt quod dic,ut no.2.q.7.Cum paſtoris. Io. And.Et dicto Archid.quod ſi mutuum contrahit tenebitur monaſterium vſque ad probabilem modū niſi actum fuiſſet quod alius pro monacho ſumptus inueniret nt propinquus vel alius.Si autem obligaret libros uel res alias,pro ſcholari vel alio, non ualet obligatio,quia monachus ſeruus eſt monaſterii. diſt.54.multos.Idem ſi fideiuſſit pro aliquo, quia ſcilicèt nō tenetur Archi.Horum, quia ſcilicet apoſtatauit dimittendo habitum vel accedit ad ſtudia ſine licentia.Io.An.Ipſo facto ſpeciale eſt in religioſo apoſtata, quia alias non eſt apoſtata excommunicatus, ſed excommunicandus ſecundū quod no.Io.An. & Ber.23.diſt.in.Si quis clericus Io.An.

¶*Excommunicatio contra religioſos qui dant ſacramentum euchariſtiæ uel extreme unctionis,uel ſolemnizant matrimonium ſine licentia parochiani uel epiſcopi.*

Cap. 54

REligioſi qui clericis aut laicis ſacramentū extremæ vnctiōis vel euchariſtiæ miniſtrare vel matrimonium ſolemnizare non habita ſuper his parochialis præsbyteri licentia ſpeciali, aut quæmquā excommunicatū a canone præterquā in caſibus a iure expreſſis,vel per priuilegia ſedis apoſtolicæ conceſſis eiſdem vel a ſententiis per ſtatuta prouincialia aut ſinodalia promulgatis ſeu(ut uerbis eorum utamur) ſi culpa & pœna abſoluere quęmquam pręſumpſerit excommunicationis ſentētiam incurrant ipſo facto a quo duntaxat a ſede apoſtolica ſunt abſoluendi. Et paulopoſt.Nullo religioſis eiſdem ſuper hoc exemptionis vel alio priuilegio ſuffragā te,& in fine.Sane religioſis illis quibus eſt a ſede apoſtolica conceſſum vt familiarib. ſuis domeſticis aut pauperibus in hoſpitalibus ſuis degentibus, ſacramenta poſſint eccleſiaſtica miniſtrare nullum ex præmiſſis volemus quoad hoc præiudicium generari, extra de priui.c.religioſi.Religioſi Pau. Religioſi in ſex caſibus ſunt excommunicati. Et cum hic loquatur generaliter omnes religioſos cō prehendit etiam populum habentes,clericos ante ſeculares non.comprehendit,etiam ſi in his excederent.Euchariſtiæ. Paul. non dicit uiatici.Vnde patet quod locus eſt pœnæ ſiue detur in morte ſiue detur in uita. Non ob. 50.diſt.ca.pęnitentes, in fi. quod intelligo ut in morte omnibus detur viaticum per illos ſcilicet qui hoc poſſunt.Pęnitentia autem tempore neceſſitatis a quolibet ſumi poteſt. ¶Quæritur an huiuſmodi cle. habeat locum in quibuſcunque religioſis,ſoluit Lau. quod ſic dum modo ſint religionis approbatæ. Idē Lapus,alias enim non ſunt religioſi, de reli. do.c.vno.Franc.de Zab.Item cōprehendit iſtud vocabulum religioſi etiam nouitios ſecundum Lapum.Vtrum autem cōprehendantur hic religioſi conuerſi uel moniales ſunt variæ opi.pro & cōtra,& vtraque poteſt ſuſtineri.Lau.& Per.de Anch. de monialibus tenent quod non.Laudul.quod ſic Fran. de Zaba.Item dicit Lapus quod religioſi miniſtrantes ſacramenta nō ſolum clericis ſed etiam regularibus ſine licentia & præcipue alterius religionis incidunt in hanc pęnam,& hoc eſt tutius quam ſcilicet contrarium. Sōlemnizare.Ioan.An.ideſt ſolēniter benedicere & de hac benedictione habetur 30.q.5. c.1.& quatuor ſequentibus.Et dicit Zen.qđ in verbo ſolemnizare cōprehenditur omnis ſolemnitas quę obſeruatur iuxta ritum regionis,de ſpon.c.1.ſiue fiat ſolemnis benedictio ſiue dicatur miſſa ſpecialis pro contrahentibus.Non habita.Io. An. Sed nunquid credet religioſus parochiano dicēti ſe habere talem licentiam? Vdetur quod ſic per id quod no. de pę.di.6.Placuit,quia non eſt præſumendus immemor ſuę ſalutis.1.q.7.sā cimus,& ponit ipſæ Petrus Io.duas obſtantias & ipſæ ſoluit.Parochialis. Io. And.per hoc quoad ſeculares mercennarios & his ſimilibus intelligo præsbyterum in cuius parochia habitant,facit quod no.de pæ.diſt.6. Placuit,de hoc ſcripſi de pæ.& re.c.omnis,ſuper uerbo ſacerdotes, & Hoſtien. tractat in ſumma de paroch.§.ſi. ¶Quis intelligatur parochianus ſecundum Franc.dic quod ſtatim cum quis vadit ad habitandum in certa parochia intelligitur ibi fieri parochianus niſi acceſſerit cauſa recreationis vel ob aliā cauſam temporalem ſtatim reuerſus ad propriam parochiam,quia tunc ſecus, de ſepul. c.his qui lib.6.Præsbyteri.Io.And.puto ſuffi cere licentiā parochiam qui adhuc præsbyter non eſt, quia eſt infra annum uel diſpenſatum eſt cum ipſo ſecundum formam decretalis.Cum ex eo.de ele.libr.6. vel ex parochiali collegio.eo.ti.ſtatuimus,videtur etiā ſufficere licentia vicarii gerentis curam per modum decretalis prędictæ.Cum ex eo.puto etiam poſt factum a pœnis excuſari illum qui hoc fecit auctoritate dioceſani,facit ad hoc de pæ.& re.c.2.lib.6.Nā dioceſa

nus

nus est parochialis eius, & hoc fortius quando vacat parochialis ecclesia, sed quando nō vacat, ante factum consulo abstinere, & ex licentia episcopi vel archipresbyteri ciuitatis hoc modo fieri, licèt ab aliis recipi possint. Pau. dicit etiam quod licet hæc uera sint, scilicet quod sufficiat licentia prædictorum, tutius est a litera non recedere. Et addit Pau. hanc constitutionem locum non habere in illis quæ prædicta sacramenta recipiunt a certa persona ratione consuetudinis priuilegio, vel alio quouis modo supra de reli. doc. quia contingit, in fi. exemplum extra de sta. regu. c. ne in agro. §. sane. Hæc procedunt secundū Franc. de Zab. nisi aliud habeat consuetudo. Nam vt dicit Pau. Si certa esset consuetudo a quibus reciperentur hac sacramenta non est locus huic pœnæ, de reli. do. quia contingit in cle. Quæ concessio sacramentorum, tunc non competit ratione parochiæ, cuius fauore hoc videtur statutum. Speciali. Pau. Sufficit quod parochiano detur licentia facta specificatione sacramenti, puta de Eucharistia vel alio, licèt non exprimatur nomen religiosi. Item sufficit quod detur religioso licentia facta specificatione sacramentorum licèt parochiani non exprimantur, argumē. de tempo. ord. c. 1. Io. And. etiam dicit quod credit per talem specificationem factam quod euitetur pœna. Et addit quod de sacramento baptismi & pœnitentiæ non intelligitur prædicta pœna, quia hic non exprimuntur. Idem Pau. A canone, Ioan. And. quotiescunque archiepiscopus vel sacerdos possit absoluere, de senten. excom. c. nuper. De excommunicatis a canone an procedat quoad omnes soluit Laudul. quod sic siue sit religiosus eiusdem ordinis, siue alterius, siue sint clerici siue laici siue mulieres. Fran. de Zab. Et intelligunt Laudul. & Lapus de excommunicatione maiori non de minori. Absoluentes excommunicatos per statuta legatorum, tenet Zen. quòd incidunt. Si autem religiosi absoluant a sententia hominis quod non possunt non habet locum pœna cum istud non exprimatur. Idem Pau. & Zen. & Laudul. Et ex hoc infertur, q̄ excommunicatus per sententiam papæ non est locus huic cle. quod tenet Laudul. quia si voluisset de hoc intelligi expræssisset Francis. de Zab. Sententiis. Ioan. And. puto quod omnem sententiam includat excommunicationi, suspensionis, & interdicti, cuius necessaria sit absolutio. Quemquam. Ioan. And. etiam religiosum vel socium. Nihil enim excipit q̄ dicit quodcunque, de maio. & obe. solite. Incurrant. Quærunt hæc Io. And. & Pau. Quid iuris de recipientibus absolutionem uel prædicta sacramenta, an sint ligati eadem sententia ratione participationis? Et Pau. quidem remittit ad id quod dicit de consangui. & affin. eos, in cle. ibi autem sic dicit in quodam simili casu, tunc participans in crimine criminoso est excommunicatus si participet post latā sententiam, vt in cap. si concubinæ: sed hic non participat post, sed in actu pro quo ligatur glo. Vel dic quod licet participans in crimine criminoso sit excommunicatus, non tamen participans in actu illo, pro quo ligatur aliter, hæc ibi. Ioan. And. remittit ad id quod dicit de senten. excommu. contingit 1. Idem Franc. de Zab. scilicet quod illud de participatione in crimine habet locum quando participatur post actum damnatum non in ipso actu. ¶ Quærit idem scilicet Franc. de Zab. vtrum religiosus ignorans pœnam de qua hic & aliàs homo sanctæ vitæ, si ministret eucharistiam sine licentia parochialis presbyteri, non tamen in contemptum ipsius incidat in pœnam? & videtur quod sic, quia ignorantia iuris non excusat in regula ignorantia libro 6. Contrarium consului, dicit idem Franc. per hanc literam in uerbo præsumpserint quę notant dolum & temeritatem ministrantis, sicut enim miles armatæ militiæ excusatur ab ignorantia iuris. C. de iur. & fac. ignoran. l. 1. ita & hunc possumus excusare, & hoc præcipue in foro pœnitentiali in quo credēdum est asserenti hoc ignorasse quando tamen in hoc fortè aliquid contradicerem quod eoipso est præsumptio quod fecit contra hanc cle. tutius est quod petatur absolutio. Vtamur. Ioan. And. & Pau. concor. de hære. accusatus. §. illo. lib. 6. Papa tamen omnem delicti pœnā verè contriti dimittere potest, facit de conse. di. 4. c. baptismi. Vincen. Et hāc concedit crucesignatis in voto vltramarino, vt not. Host. de iudæis & Saracenis ad liberandam, & in anno centenario, vt patet etiam in extrauagante Boni. licet antiquorum. Concessum. Idem uidetur si consuetudine hoc obtineat argum. supra de reli. do. quia contingit. Etiā Ioan. And. dicit quod hoc videtur, scilicet de consuetudine. Idem dicit esse, quia tamen ponit obstantiam ad istud de consuetudine, & videtur ad aliam partem declinare, vel saltem dubiam relinquere. Apostolica. generali priuilegio circa hoc, scilcet totum orbem respiciens solus papa cōcedit speciale, tñ quo ad suā diœcesim cōcederet eps ex causa, q̄ dicit, vt de reli. do. Dicit ēt Laudul. & allegat

Pe.

Pe. de Anch. q̃ presbyter parochialis quantũ cũque simplex cura sit ei commissa in adiutorium ipsius curæ poterit assumere sibi ad tẽpus presbiterum quemcunque religiosum, vel alium sine cuiusquam superioris licentia qui ipsum iuuet forsitan in quadragesima ad audiendis subditos suos in confessione, & dãdum eucharistiam in pascha, vel missis celebrãdis seu aliis, vt hic, hæc ille. Et dato quòd mendicantes audire non debeant sine licentia suorum prælatorum, si audirent & ministrarent sacramenta cum licentia horum illi essent absoluti, nec ipsi excommunicationem incurrerent, licèt peccarent extra articulum necessitatis. &c.

¶ *Excommunicatio contra religiosos retrahentes homines uerbis a solutione determinatum. Ca. 55.*

ILlos etiam religiosos qui aliqua, vt audientes a decimarum ecclesiis debitarum soluere cõtrahant in sermonibus suis, vel alibi proferre præsumunt excommunicationis sententiæ subiacere decernimus ipso facto, de pẽ. cu pientes in clemen. Illos religiosos qui in sermonibus vel alibi proferunt aliqua, vt retrahant a solutione decimarũ excommunicat. Io. And. & Pau. Mendicantes & nõ mendicantes includit. Clericos autem seculares non compræhendit, nec laicos arctat hac pœna, & concor. extra de sen excommuni. cap. 1. retrahant. Pau. vt habeat locum de pœna de qua sequitur duo requiruntur. Primum quòd talia dicant, vt aliquos retrahant a solutione decimarum debitarum ecclesiis, quasi secus si dicerent alia intentione, vel si debite non cessent ecclesiis, sed aliis quocunque modo. Secundum est quòd audientes sint obligati ad solutionem decimarum. Vnde si talia proferrent audientibus non obligatus cessat pœna constitutionis.

¶ *Excommunicatio contra religiosos non seruantes interdictum quod seruat matrix ecclesia. Cap. 56.*

REligiosi omnes tam exempti quam non exempti cuiuscunque ordinis & conditionis existant cum viderint vel sciuerint cathedralem vel matricem seu parochialem loci ecclesiam seruare interdictum quodcunque positum auctoritate se. ap. vel ordinariorum debent, & ipsi seruare non obstantibus quibuscunque appellationibus antea etiam eandem sedem, vel alium vel alios interdictis & aliis obiectionibus quibuscunque alioquin non seruantes excommunicationem incurrunt ipso facto. Idem etiam interdictis & cessationibus & diuinis interdictis per prouincialium conciliorum statuta vel ipsorum auctoritate volumus obseruare. Idem generalibus cessationibus a diuinis ciuitatum terrarum, & aliorum locorum quas aliquando ex consuetudine vel alias capitula, collegia uel conuentus secularium ac regularium ecclesiarum sibi vendicant. Idem intelligimus ob seruandum non obstantibus priuilegiis concessis eis conuenientibus statutis & consuetudinibus quibuslibet quæ contra præmissa religiosis ipsis in nullo uolumus suffragari, de senten. excommunic. in cle. ex frequentibus. Ordinariis Pau. litteram aduerte, quia ut sit locus huic pœnæ requiritur quòd interdictũ sit positum auctoritate papæ, quod intelligo esse si fiat per eius delegatum, de præben. cap. si apostolicæ lib. 6. uel quod sit positum a iure communi, vel per ordinarium uel concilium prouinciale, uel quod per ipsum vel per alium ad quem spectet fiat cessatio a diuinis, per quod videtur quòd hoc non habeat locũ in interdicto posito a singulari persona q̃ hoc possit ex speciali consuetudine cum talis non faciat auctoritate apostolica, nec fit ordinarius. Idem uidetur in interdicto posito per delegatum ordinarii, quia non videtur, tunc positum per ordinarium. Religiosi quicunque. Ioan. An. Mendicantes vel non, & per hoc patet quòd clericos seculares non seruantes interdictum uel cessationem quam seruat matrix ecclesia non ligat hæc constitutio. Matricem Pau. ideſt baptismalem uel loci maiorem, quæ ideo dicitur matrix, quia regenerat per baptismum, & sic cathedralis per baptismum in ciuitate & matrix in alio loco quæ hoc cooperantur & merito, quia aliàs pœna hæc non haberet locum nisi in interdicto ciuitatis, nec curo vtrum matris ecclesia sit religiosis subiecta quoad aliqua tpalia uel spiritualia, vel nõ sit subiecta, ſ. q̃ si in loco nõ est cathedralis uel matrix ecclesia, quia fortè est in alio loco, vel ibi sunt plures æqualiter suis parochianis baptisma, & alia sacramenta ministrantes distinguendũ, quia si oẽs ille seruãt locus est huic pœnæ, si verò aliqua seruant ali qua non, tunc non est locus pœnæ sicut faceret si tali in loco nõ esset ecclesia religiosorũ. Dicitur autẽ hic ecclesia cathedralis vel matrix ecclesia murorũ ambitu compræhẽsa, ex quo in ecclesia celebrãt cõtinue ianuis apertis & cætera, siue per prælatũ, siue per capitulum

lum totum vel partē, siue per alios clericos ecclesiæ non est locus ibi pœnæ. Idem Ioā. An. Et addit Pau. puto tamen quod si in matrice ecclesia celebratur ab aliquibus extraneis inuitis prælatis & capitulis, quòd nihilominus sit ibi locus pœnæ. Idem etiam dicit q̄ interdicta metropolitana ecclesia non intelligitur interdicta matrix ecclesia. Idem si interdicta prouincia vel vna diœcesis in aliquibus ciuitatibus uel castris matrix ecclesia seruat interdictum, in aliquibus verò non: dicendum quòd in locis in quibus seruat locus est huic pœnæ: in aliis non. Sciuerunt Ioan. And. alio sensu quam per visum, de quo præmisit probabiliter: ergo ignorantes talem obseruantiā non ligat ad pœnam, Videtur Pau. scilicet uidendo in cathedrali, & matrici ecclesia celebrari ianuis clausis, & voce submissa excommunicatis & interdictis exclusis. Obseruare. Ioan. And. ar. a cōtrario sensu cessat ibi illius argumentum: contrarium requiritur in iure, vt scripsi de elect. c. publicato super ult. glos. Item contrarium non est eadem disciplina, vbi mens & verba resistunt de verb. significa. cap. fi. Excessus clericorum matricis ecclesiæ non dabit religiosi materiam delinquendi. Intelligo autem illos seruare quando abstinet animo obseruandi. Appellationibus. Ioā. An. non dicit, quòd præcedens appellatio nō vitiet interdictum corrigit, de appella. cap. ad hæc. Sed dicit, quòd quamuis interdictum sit nullum propter præcedentem appellationem vel aliam causam, ex quo tamen matrix ecclesia illud seruare: religiosi violantes sint excommunicati. Subiacere. Ioan. And. & Pau. Si sententia interdicti verè ligat & matrix ecclesia illam non seruat: religiosi non seruantes non ligantur hac pœna: sed aliis quæ habentur de excess. prælat. c. fi. de priuileg. c. auctoritatem. lib. 6.

¶ *Excommunicatio contra religiosos non facientes conscientiam his qui confitentur eis de decimis cum certo modo.*

Cap. 57.

REligiosi qui scienter postposuerunt cōfitentibus conscientiam facere de soluendis decimis ab officio prædicationis tādiu maneant ipso facto suspensi: donec confitentibus ipsis, si hoc ipsum sibi dicendi commodè facultatē habuerint conscientiam fecerint, exin de excōicationis incursuri snia ipso facto si p̄dicare præsumpserint prædicta negligentia, vt præmittitur non purgata, ad religiosos tā monasteriorū uel ecclesiarū decimas percipiētes uolumus hoc extendi, extra de pœnis cupientes in cle. Scienter. Pau. secus si ignoranter seu per obliuionē, & hoc intellige si ipsi cōfessi a prælatis ecclesiarum fuerint requisiti super hoc, ut faciant conscientiā sibi confitentibus de decimis dandis Pau. & Pet. de Anch. Suspensi. Io. An. Nota nouā speciem defensionis, & ibi ponit de multiplici specie suspēsionis. Commodè Pau. ergo incōmoditas excusat a præcepto, ad idem 22. q. 2. faciat. Minor tamen hic commoditas excusat. Vnde non tenetur eos sequi qui non sunt in loco, vel si sunt & hi non p̄nt sine magna vagatione uel sine alia incommoditate: durante ergo incōmoditate: durabit suspensio donec de soluendis decimis conscientiam fecerint, qua facta vel incommoditate superueniente cessat suspensio. Negligentia. Pau. Nota hic casum. q̄ veniens contra suspensionem a certo officio est excōmunicatus, non autem irregularis. Sed si postea celebrat sic de cleri. excom. postulatis. Percipientes Io. An. soli enim non percipientes solent in his delinquere. Dicendi Io. An. Nota contraria contrariis purgari. de hære. c. 2. lib. 6. Peccatum ergo tacendi purgatur. 43. dist. si rector.

¶ *Excommunicatio contra monachos et canonicos regulares qui non habentes administrationem conferunt se ad curias principum.*

Cap. 58.

HOc edicto perpetuo prohibemus ne monachi aut canonici regulares administrationē aliquā nō habentes ad curias principū absque speciali prælatorū suorū licētia se nō conferant, q̄ si se conferre p̄sumpserint, vt damnū aliqd̄ inferāt suis prælatis aut monasterio excōicationis snīam eos incurrere uolumus ipso facto, prælatis eorū districtè nihilominus iniungētes, ut ipsos a curiarū p̄dictarum accessu & aliis quibuslibet uagationibus & discursu diligenter compescere, aut super hoc nō parentes eisdem seuerè corrigere non omittant extra de sta. mon. c. ne in agro. in clem. Canonici. de hac ergo parte non dubitamus quin ligat monachos etiam non nigros Io. An. Non habentes illos qui habent administrationem quandoque pro ipsarum administrationū causis illicitè oportet quas prosequi possunt licèt non perpetui de iudi. cap. cum deputari Ioan. And. Curias principū, hic no. Io. An. & ponit duodecim abusiones

nes clauſtri ſecũdum Hug. & duodecim abuſiones ſęculi ſecundum Cyprianum ibi uide. Speciali, generalis, ergo puta quod poſſit ſe quo voluerit abſentare, non ſufficit loã. An. ipſo facto ad hanc excommunicationem contrahendam duo videntur neceſſaria, ſ. q̃ intrauerit curiam, & quod cauſſa damnificandi monaſterium vel prælatum, licentiam habere vel non habere non puto ponderandum cum hoc non reputatur, hinc eſt quod etiam de licentia prælati intrans curiam, ſi ad hoc intrat ligatus eſt. Ex ſolo igitur exitu clauſtri ob hanc cauſſam non ligatur. Item ex quo intrauit ob hanc cauſſam licèt damnum non intulerit, ſiue quia non potuit, ſiue quia pœnituit ligatus eſt, ſimile de homi. cap. pro humani. lib 6.

¶ *Excommunicatio contra religioſos tenentes arma infra ſepta monaſterij ſine licentia abbatis.* *Cap.* 59.

PRæſatæ quoque ſententiæ monachos infra ſepta monaſterii ſine licentia abbatũ ſuorum arma tenẽtes decernimus ſubiacere, extra de ſtatu mona. c. ne in agro in clem. Monachos non reperit & canonicos regulares. Vnde videtur quod licèt ſententia excommunicationis de qua ſupradixerat arcentur in caſu præcedenti, non tamen in iſto, ſed cum loquatur generaliter videtur omnes includere monachos albos & nigros, etiam ſi vocentur, iuxta vulgare fratres. Paulus. Septa, ideſt clauſa dicta a ſæpio is, vt eſt clauſtrum refectoriũ vel dormitorium, & cæteræ officinæ ad vſum monachorum deputatæ. 12, quæſtio. 1 neceſſaria. Idem videtur de atrio. 12. quæſt. 1. nulla & de horto & de area poſitis iuxta eccleſiam, de cen. ca. 1. Pau. infra pro intra. Et patet per hoc quod extra tenens, ſ. arma pœnam non incurrit. Arma in communi ſignificatione compræhenduntur tela, ſed dicuntur arma ſtrictè quibus defendimur, tęla quibus impugnamus. Leg. Cornelia, de hom. ſi ſi pſodiẽs, Sed vt ibi not. armorum appellatione & fuſtes & lapides compræhendit, & omne quod arcu & manumittitur, non tamen puto autorem ſic latiſſimè intellexiſſe. Ioan. And. Pau. vero dicit quod armorum appellatio ſignificat non ſolum ſcuta gladios, & galeas, ſed fuſtes & lapides & tælum, quod appellatur id quod ab arcu vel manumittitur, & ſic videtur iſtud intelligi de armis militaribus, non clericorum quæ ſunt lachrymæ. 22. q. ſi. ca. 1. & addit. Sed nunquid appellatio armorum ita latè ſumitur hic? puto q̃ ſic teneantur ad vſum pugnæ, aliàs ſi in camera vel infra ſepta monachus habeat lapides ad alium vſum vel cultellum antiquatum ad coquinam: vel aliquod ſimile, non credo quod ſit de mente talia prohibere, aliàs ſic. Quod enim ſi iuxta feneſtram ſupra ianuam habeat aceruũ lapidũ ad impugnandũ vel offendendum venientes, certe tunc includũtur. Idem dico de arcu ferreo, ligneo, & ſimilib. Vnde oportet videri ſi ex forma mõ, & aliis circunſtantiis ea teneat, vt arma offenſibilia, ſed defenſibilia aut alia vtenſibilia: tales tamen coniecturæ non ſunt neceſſaria in notoriis & maioribus armis, vt gladiis, lanceis, loricis, ſcutis, baliſtis & ſimilibus Pau. Tenentes venientes de foris ad clauſtrum cum armis non animo tenendi, nec tenet ex delatione non videtur ligari, quia verbum tenentes intelligitur cum effectu. Ioan & Pau. Sine licentia intelligo petita & obtenta. Pau.

¶ *Excommunicatio contra mendicantes religioſos capientes loca ad habitandum uel dimittentes ſine licentia papæ.* *Cap.* 60.

TRanſgreſſores cõſtitutionis quæ religiosis mendicantibus domos ad habitandũ de nouo vel loca quæcunque recipere, ſeu recepta hucuſque mutare vel ea transferre in alios uſus cuiuſuis alienationis titulo, & quocunque, excõicationis ſnĩæ decernimus ſubiacere. Conſtitutionis. Io. And. cõſtitutionis. Bon. quæ habetur de exceſ. pla. ca. 1. lib. 6. ibi dicit idem Io. An. in gl. 1. Talis cõſtitutio hoc dicit, q̃ mendicantes non pñt acquirere noua loca ad habitandũ, vel antiqua alienare uel mutare abſque ſpeciali papæ licentia, quæ de hac prohibitione faciat mentionem in acquirentibus tñ loca per hæremitica vita ducenda ceſſat prohibitio. Idem in ſecũda quæ incipit mendicantes, hi qui dicuntur mendicantes, quibus victũ tribuit incerta mendicitas, & q̃ redditus, aut poſſeſſiones ex regula uel cõſtitutionibus habere nõ pñt extra de reli. domi. cap. 1. lib. 6. quoad caſum decre. huius uidetur in omnibus mendicantibus, idem ius dicit Pau. q̃ ſi domus corruat, cuius tamen ſolum continuè remanet in dominio ipſorum mendicantium, licet de nouo reædificetur, nõ incurrit excommunicationem. Secus autem ſi locus etiam non diruptus deſierit eſſe de ipſorum dominio & habitatione, & poſtea nouo iure illud acquirant, quia tunc incurrit.

¶ Et

¶Et not. q̄ eccleſia oratoria & alia ædificia fratres prædicatores vſibus ſuis poſſunt conſtruere & ædificare in locis ſcilicet eis conceſſis, & qđ tam prælati contra ędificantes & cōſtruētes excommunicationis ſententiam ferre non poſſunt. Alex. Item nulli de ordinibus paupertatis licèt oratoriū vel eccleſiā cōſtruere ſeu cōſtructam recipere iuxta eccleſias prædicatorum & oratoria eorū infra ſpatium. 40. cānarum, & ſi ſecus factū fuerit dirimatur cle. quia pleriq;. Item frates prædicatores immutatione locorum pñt ſecum deferre omnē ædificiorum materiā, exceptis eccleſiis dedicatis, libros, calices, paramenta, & alia bona & ædificia relicta cum ſolo & aliis præter eccleſias uendere & pretiū in eorū q; vtilitates cōuertere, non ob. quorūque prælatorum contradictione Boni. uirtute.

¶*Excommunicatio contra religioſos fauentes beguinas in ſtatu illo reprobo.*
Cap. 61.

SAcro approbante concilio perpetuo prohibendum duximus, & a Dei eccleſia penitus abolēdum, eiſdem & aliis mulieribus quibuſcunque ſub pœna excommunicationis quam in contrarium facientes incurrere volumus ipſo facto iniungentes expreſsè, ne ſtatum huiuſmodi dudum forte ab ipſis aſſumptum quoquo modo ſectentur vlterius, vel ipſum aliquatenus de nouo aſſumant. Prædictis verò religioſis per quos cædē mulieres in huiuſmodi ſtatu foueri beguinali ab ipſum ſuſcipiendum duci dicuntur ſub ſimiliter excommunicationis pœna quam eo ipſo ſi ſecus egerint ſe nouerint incurſuros, diſtrictus inhibemus, ne mulieres aliquas p̄dictum ſtatum aſſumptum ſectantes vel de nouo aſſumentes quoquo modo admittant præbentes ſup hoc auxilium cōſilium & fauorem. de reli. domi. c. 1. in cle. Videt quòd hæc conſtitutio ſorores minorum quæ dicūtur tertii ordinis non includat cum ille promittant obedientiam & habeant regulā non propriè quoad tria ſubſtantialia, ſed quedā modum uiuendi per ſedem apo. approbatum quod mihi conſtat, & facit infra de ſen. exc. cum ex eo. Secundus ordo, ſ. minorū eſt ſororū ſanctæ Claræ, quę profitentur ſubſtantialia, ſed differūt a primo qa hñt proprium in cōi qđ non hēt ordo fratrū minorū. Io. And. Hæc autem beguinæ qua hic reprobant, nec obedētiam promittunt, nec regulam aliquā approbatā profitent, & opiniones catholicæ fidei contrarias introducūt ut dicit ſupr. in tex. dictę cle. Sed nec ſorores đ pœnitētia B. Dominici ſcludit hæc cōſtitutio cū ille ꝓmittāt diētiā & regulā hēant a ſede apoſ. approbatā quod mihi cōſtat. Itē hic non prohibent mulieres fideles, q̄ promiſſa cōtinentia uel non promiſſam pœnitentiā agere uolūt & in humilitatis ſpiritu dño de ſeruire, vt dī in ſi. huius cle. Frā. de Zabar. lectura ſuper illa cle. quærit, an qđlibet eorū q̄ hic numerātur, uidelicet promiſſio obedientiæ, ve, renūciatio ꝓpriorū, aut ꝓfeſſio regulæ approbatæ ſufficiat adhoc ut beguinæ non tenerent? & dicit q̄ nō q̄tū ad prima duo ēt ſi religioſè niſi ꝓfiteant regulā a ſe. ap. approbatā de uo. c. unico. lib. 6. ſi tñ hñt regulā vt vitā p papam approbatā, hoc ſufficeret ēt ſine renūciatiōe ꝓpriī, ut de ſororibus tertii ordinis minorū Dicit. gl. quā hic habes ſupra, & idē Pau. q̄ allegat extrauagātē Io 22. S. Roma. & hāc hēs infra. Et dicit idē q̄ religioſi participātes cū talibus beguinis ēt nō in crimine ſunt excōicati ſcđm Pau. ſed Lau. Zen. & Matt. intelligūt hoc de participātibus in crimine criminoſis, i. fouētibus eas in beguinatu, vel inducētibus ad hoc ſuſcipiēdum. Et q̄uis huic excōicationi eſſet locus p c. nuper ēt ſi hoc nō exprimeretur tñ ideo hic expreſſit de excōicatione, quia ſolet plus timeri & c. 23. di. quāq̄, uel ſaluando priorē intellectū dico pro eo q̄ littera dicit uno modo ēt ſi fauor non præſtetur directè ſed indirecte, adhuc eſt locus huic pœnæ quod ſecus eſſet in c. nuper. & ſic dicemus qđ eoipſo quod religioſi eaſdem admittunt ad aliquam cōione tolerādo eas in hoc ſtatu dicunt fauere etſi non dent fauorē directè, & ſic incidunt in excōicationē. Laici vero participātes cū talibus in crimine criminoſo non eſt dubiū q̄ incidunt per c. nup Sed participātes alio modo uel fauentes indirectè non incidunt per ar. a contrariis, quia cle. loquitur de religioſis. Laudul. & Zen. & dicit idem Zen. de epiſcopo.

¶*Excommunicatio contra fratres minores ſi admittat ad diuina tempore interdicti, illos de tertio ordine eorum.*
Cap. 62.

DIſtrictus inhibemus fratrib. minoribus ne de cætero aliquē uel aliquā ex fratribus uel ſororibus de tertio ordine quē Beatus Franciſcus inſtituit, & etiam ſi ſuper hoc hi uel illi priuilegiis quibuſcunque muniti extiterint, ad diuina in ſuis eccleſiis tēpore

Triplices ſorores.

interdicti quoquo modo admittant quod si fecerint excommunicationis sententię eo ipso se nouerint subiacere de sen. excom. cum ex eo. in Cle. Minoribus, alios verò non ligat hæc constitutio. Io. And. Hi vel illi, hi fratres minores vel illi scilicet fratres & sorores tertii ordinis. Et est mirabile, quia in eo casu in aliis ecclesiis recipi possunt si priuilegiū est generale. Io. And. Suis ecclesiis. p hoc uerbū quod etiā supra prędmisit, dico quod si in alienis ecclesiis hoc facerent cessat hæc pæna posset tñ hic locum habere alia pœna excōmunicationis Io. An. Admittāt nisi inquātū illis & aliis permittitur, secūdum c. si eo. ti. li. 6. Io. An. Subiacere ab hac sententia nō possunt absolui nisi per Romanū pontificē vel satisfactione præmissa per locum episcopus, ut dicitur in fine huius Cle. Quęritur a doctoribus vtrū isti de tertio ordine bea. Francisci gaudeant clericali priuilegio? De quo 17. q. 4. Si quis suadente, vel fori. De quo 2. q. 1. & c. 1. Io. Cal. in quodam consilio suo, tenet, quod nullo eorum gaudent arg. 12. q. 1. duo. Non enim sunt clerici nec religiosi, idest religari religioni, strictè sumpto vocabulo, idest obligati ad tria vota, vnde secundum Franc. de Zab. contrahere possunt matrimonium & vti contracto, ergo &c. Idem tenet Laudul. Zen. verò & Guido. tenet qđ gandent priuilegio clericali personali; scilicet quod iniiciens manus violētas in eos est excommunicatus, quia sunt personæ ecclesia sticæ. Lapus & Bart. plus dicunt quod gaudēt tales priuilegio fori seu reali, idest quod nō debent conueniri sub iudice seculari nec cū laicis soluere collectas. Dicit tamen idē Bart. istud ultimum Perusii non seruari, quia cō ueniuntur sub iudice seculari. Allegāt ista. Petr. de Ancha. & Frā. de Zab. super hac Cle. Cum autem fratres & sorores tertii o dinis beati Dominici habeant regulam approbatam secundum illum modum uiuendi ab ecclesia, quia per Bonifa. sicut & isti, immo in hoc sunt magis illis priuilegiati, quod tempore interdicti admitti possunt ad diuina fratrum, non video quare non debent gaudere simili priuilegio sicut illi.

¶ *Excommunicatio contra omnes utriusque sexus quipactum fecerint uel promiserint aliquid in curia pro aliqua gratia uel iustitia obtinenda.* *Cap.* 63.

Excōmunicamus & anathematizamus exparte Dei omnipotētis patris & filii & spūs sancti auctoritate quoq, apostolorum Petri & Pauli & nostra oēs clericos & religiosos & laicos vtriusq, sexus, siue sint familiares curiæ siue alii vndecūq, q aliqđ pactū secerint seu aliqđ magnū vel paruū promiserint, vel promissione receperint, aut ex pacto seu promissione occulta vel manifesta sub generalibus & plenariè non expressis, siue sub specialibus & expressis apertis uerbis quicquid dederint aut receperint magnū vel paruum, vel promissionē de quacunq, te vl utilitate pp hoc consequenda fecerint vl receperint pro aliqua iustitia siue gratia p se uel pro alio in causis iudicis seu aliis pro literis apostolicis, & quibuscūq, modis apud se. ap. obtinenda, & hāc sniam ad promittentes, & acceptātes & accipiētes duximus extēdendā. Decernimus ēt ut nullus hanc incurrens sniam excōmunicationis pro prędictis uel aliquo pdictorū absq, spāli mādato nostro absolutionis beneficiū valeat obtinere, nisi forte ad nos accessum habere non posset in mortis articulo cōstitutus, nec ēt ad absolutionis grām admittat, nisi prius quantū dederit vel receperit integraliter pauperib. largiatur. Iustitiā verò uel grām sic obtētam nullus prorsus esse momenti uolumus atq, carereq, statuimus effectu & robore firmitatis. Sed & sciēter utētes illis simili snia excōmunicationis astringimus & reseruātes nobis absolutionē eorū cū pmissis in oibus ad pœnas similes obligamus. Io. An. in lectura sup c. nemo de symo. istā allegat sic dicēs. Hodie q respicit vel facit promissionē de aliqua re recipiēdo p grā impetrāda, vl iustitia cōsequēdā curia Romana est excōicatus ipso iure p extrauagātē Bonifa. quę incipit, Excōi camus. Iteē in lib. qui dr directoriū iuris allegat & ponit excōicatio hmōi extrauaganti. Ant. de Bu. allegat & dicit eā durare, sed Io. de Lig. in lect. sup dicto c. nemo, de symo. dicit scđm Io. Cal. fuisse hāc extrauagātē reuocatā Pe. de Pal. in 4. dicit q dicit fuisse istam extrauagantem Bonifacij reuocatā per Cle. 5. quod autem horum vērius sit nescio.

¶ *Excommunicati o cōtra exenterātes & scindētes corpus defuncti pro ossibus eius transferendis & est absolutio papæ reseruata.* *Cap.* 64.

Mandatur ut nullus cuiuscunq, defuncti corpus exēterare, vel in frustra concidere seu decoquere uel incidere, aut ossa de carnibus euellere præsumat, ut ossa eius ad partes alias deferantur quantuncunque

cunque defunctus ibi eligeret sepulturam, sed aut simpliciter aut tempus, vbi decesserit vel illi vicino loco ecclesiasticæ sepulturæ tradatur, ita quod demum in cemiterio corpore, tunc ad locum vbi sepulturam elegerit deportetur & sepeliatur in eis, si quis autem etiam si pontificali dignitate præfulgeat contra faceret, ipso facto est excommunicatus, cuius absolutio reseruatur papæ nisi in mortis articulo, hoc in quadam decre. Bonif. 2. quę incipit. Detestandum. Audiui a peritis quod si quis incideret corpus defuncti ad sepeliendum faciendam, quamuis grauius peccaret quam si faceret hoc ob transferendum propter sepulchrum non tamen incideret in sententiam, quia pœnæ non sunt extendendæ vltra proprios casus, de pœ. distinct. 1. §. pœnæ.

¶ *Excommunicatio contra symoniacos in ordinibus uel beneficijs. Cap. 65.*

MVltæ contra simoniacā prauitatem abolitæ sunt cōstitutiones quibus morbus ille non potuit extirpari, volentes de cætero, vt possumus prouidere sacro approbante concilio declaramus, quod ordinati symoniacè ab executione suorum ordinum sint eoipso suspensi. Electiones autem postulationes, confirmationes, & quæuis prouisiones symoniacè ecclesiarum, monasteriorum, & dignitatum, personatuum, officiorum & beneficiorum quorumcūque deinceps factæ nullæ sint ipso iure nullumque per illas ius cuicunque acquiratur, nec promoti confirmati, ac prouisi faciunt fructus suos, sed ad illorum restitutionem tanquam inique teneantur ablatorum percipientes, statuentes insuper quod dantes, & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant etiā si pontificali aut cardinalatus præfulgeant dignitate. Martinus quintus, in concilio Constantiensi.

¶ *Excommunicatio contra non reuelantem symoniam quam nouit. Cap. 66.*

STatuimus & præcipimus, vt omnes cuiuscunque status, conditionis, præeminentiæ vel dignitatis existant qui sciunt aliquem symoniam commisisse infra duos dies naturales postquam ad sui notitiam deductum extiterit teneatur si præsens fuerit in Romana curia, nobis vel ap. se. camerario suo aut vices gerenti, & tunc in vnius vel duorum testium præsentia reuelare sub eisdem excommunicationis, suspensionis aliisque censuris & pœnis quibus, vt præfertur ipsum auctorem symoniæ esse volumus innodatum quas dictus non reuelans, vt prædicitur seu tegens symoniam tanquam eiusdem fautor sceleris incurrat ipso facto, cuius absolutionem nobis & successorib. nostris specialiter reseruamus, decernentes, ex nunc irritum & inane si secus super his a quoq; quauis auctoritate sciēter vel ignoranter contigerit attentari. Mart. 5. in prædicta extrauaganti quæ vacat.

¶ *Contra dantes uel recipientes aliquid pro ingressu monasterij. Cap. 67.*

VNiuersis & singulis abbatibus, priorib. decanis, præpositis, & magistris necnon abbatissis, prioribus, & aliis prælatis quouis nomine nuncupentur, & eorum officialibus inhibemus, vt a personis tam maribus quam mulieribus religionem ingredi volentibus eorum ecclesias monasteria, prioratus, domos seu loca in earundem personarum receptionem, aut ante vel post nulla quæcunque pastus, prandia siue cœnas, pecunias & iocalia aut res alias etiam ad ecclesiasticum quēuis vsum pium deputata seu deputanda, de cætero directè uel indirectè, petere vel exigere quouismodo præsumat, sed eas potius cū omnimoda charitate recipiant & in victu & vestitu, sicut alias personas ecclesiarum suarum, monasteriorum, prioratuum, domorum, aliorumque locorum syncera charitate pertractent, illa duntaxat quæ ipsæ personæ ingredientes purè ac spontè ac plena libertate omnique pactione cessante dare uel offerre ecclesiis, prioratibus monasteriorum, domibus & locis huiusmodi voluerint cum gratiarum actione licite reputari. Nos enim eos qui secus egerint, si singulares personæ sint tam dantes quam recipientes huiusmodi excommunicationis vinculo innodamus. Si uerò capitula seu conuentus fuerint suspensionis sententiis eo facto decernimus subiacere a quibus præterquam in mortis articulo absolui nequeant absque se. ap. sententia specialiter. Vrba. 5. in extrauaganti quæ incipit. Sane seu ne in vinea. Audiui a fide dignis quod Martinus istę 5. habuit dicere quod nolebat, quod incurrerent moniales pro huiusmodi datis quę fiunt pro ingressu monasteriorum censuram aliquam ecclesiasticam & precipue excommunicationis.

¶*Excommunicatio contra impugnantes literas electi in papam etiam ante suam coronationem.* *Cap.* 68.

QVicũque impugnat literas electi in papam, aut etiam antequam coronetur cum per ipsam electionem canonicè factam sibi ius sit acquisitum papatus, & ex ipsa electione canonica confirmatus sit & exercere possit officium suum ante coronationem, ut 23. dist. in nomine domini, talis ipso facto est excommunicatus, vt in extrauaganti Benedicti 11. quæ incipit. Non quia nonnulli.

¶*Excommunicantur glosantes seu exponentes in scholis clementinam. Exiui de paradiso, aliter quam litera dicat.* *Cap.* 69.

GLosantes seu exponentes in scholis aliter quam litera dicat clementinam illam. Exiui de paradiso, vbi exponitur regula beati Francisci, sunt excõmunicati per quandam extrauagantem Nico. vnde illa cle. non solum reperitur ingłosata, sed illa extrauagãs fuit suspensa quoad illam excommunicationem per aliam extrauagantem. Io. 22. cuius suspensionis exemplar vidi, & hoc etiam dicit Franc. de Zab.

¶*Excommunicatio contra ingredientes monasteria monialium prædicatorum & minorum in casu non concesso.* *cap.* 70.

INtrantes monasteria monialium ordinis prædicatorum siue seculares siue personæ ecclesiasticæ sint in casu non concesso a constitutionibus earum, vel sine licentia magistri ordinis, aut alterius ab ipso magistro habente super hoc potestatem sunt ipso facto excommunicati a qua non possunt absolui præterquam in articulo mortis nisi a papa, vel magistro ordinis vel ab alio habente super hoc specialem auctoritatem ab aliquo prædictorum, & ista sententia est lata etiam per papam in bulla ordinis quam uidi. Intrãtes monasteria sanctæ Claræ seu monialium ordinis minorum in casibus non concessis in regulà ipsarum, vel sine licentia eorum qui dare possunt sunt ipso facto excommunicati & papæ absolutio reseruatur siue generali ipsius ordinis. ¶Nota tamen quod in locis, vbi tales sententiæ nunquam vel quasi nunquam sunt promulgatæ si quis intraret talia monasteria nesciens talem sententiam, & nõ causa malefaciendi quod non incideret in sententiam cum ignorantia quasi inuincibili laboret, & hoc potest trahi ex dictis Ant. de But. supra excommunicamus, & dictis Thom. sed si intrat laicus, vel alia persona ad malefaciendum, tunc quamuis ignoret sententiam, & etiam haberet iustam causam ignorantiæ non excusat secundum Per. de Palud. ¶Excommunicatio contra libellos famosos, uel cantilenas in detractionem ordinis prædicatorum aut minorum. Quicunque libellos famosos in vulgari seu litterali sermone, necnon cantilenas vel rythmos ædere vel detinere publicare præsumunt in infamiam & detractionem status ordinis fratrum prædicatorum & minorum sunt excõmunicati, a qua excommunicatione non possunt absolui nisi personaliter sedi apostolicæ se præsentent. Alexander in priuilegio. Ex alto, & in alio. Non sine multa. ¶Excommunicatio contra dicentes & defendentes, quod minores & prædicatores non sint in statu perfectionis. Quicunque prædicare docere vel defendere præsumunt, quod prædicatores uel minores non sint in statu perfectionis, & quod non liceat eis de eleęmosynis viuere, & quod non liceat eis prædicare vel confessiones audire de licentia summi pontificis, & aliorum prælatorum inferiorum, & rectorum ecclesiarum, aut sacerdotum parochialium consensu minime requisito sunt excõmunicati a qua sententia non possunt absolui, nisi personaliter se. ap. se præsentent. Alex. vbi supra. ¶Excommunicatio contra exercentes violentiam in locis prædicatorum aut minorum. Quicunque præsumunt in locis nostris violentiam damnabilem exercere eoipso sententiã excommunicationis incurrunt a qua absolui nequeunt nisi per se. ap. vel per conseruatores nostro ordini deputatos. Clemens in quibusdam locis, & Alex. ¶Excommunicatio contra retinentes apostatas ordinis prædicatorum. Quicunque in monasterio uel ecclesiis suis detinent apostatas ordinis prædicatorum nisi eos eiecerint postquam eis per fratres nostros ne eos detineant fuerit denunciatum sunt excommunicati Boni. in priuilegio uirtute. Item fratres minores qui præsumunt recipere fratres ordinis prædicatorum professos sine licentia summi pontificis faciente expręssam de indulto huiusmodi mentionem, vel nisi prius suorum priorum licentia fuerit petitá & obtenta sunt excommuni-

municati. Cle. ad minores quo nos. Idem de hæremitanis. Alex. ad hæremitas veſtram. Itē magiſtri rectores artiſtarum & ſcholares ſtudii Pariſiēſis qui publicè vel occultè fratres prædicatores vel minores a conſortio uniuerſalis Pariſienſis excludere moliuntur, ſunt ipſo facto excommunicati a qua excommunicatione abſolui nequeunt niſi perſonaliter ſe. ap. ſe. præſentent. Alex. Ex alto.

¶ Excommunicatio contra mendicātes tranſeuntes ordinem monachalem ſine licentia papæ. Cap. 71.

NVllus religioſus de ornibus mendicantium quorumcuque cuiuſcunq; ſtatus ordinis cōditionis, aut religionis exiſtat quocunque & qualitercunque poſſit uel debeat uirtute cuiuſcunque licentiæ ac indulti apoſtolici ſeu pœnitentiariæ papæ legatorum & nunciorum ſedis prædictæ curam gerentis vel alia quauis auctoritate, hactenus etiam p bullas apoſtolicas facultatū quorumuis auctorirate tam legatorū q̄ nunciorū ſedis præſatę, nec nō & pœnitentiariæ hmōi pro tempore curam gerentis q̄ aliorū quorumcunq; ſub quauis poteſtate aut auctoritate, maxime de transferendis fratribus aut aliquibus præſertim ordinum mendicantium profeſſoribus in genere vel ſpecie ab ordinibus huiuſmodi mendicantium ad monaſticos ordines ſub quacunq, verborum conceptione appareant admitti ſeu recipi per aliquo etiam ſuperiores ordinis ſeu monaſterii aut loci monaſtici, ſeu alias in monachum vel fratrē alicuius ex ordinibus monaſtici tam ſancti Benedicti q̄ Ciſterciēſis Camaldulenſis Vallis umbroſæ canonicorum regularium ſancti Auguſtini uel aliis expreſſis uel non expreſſis ordine Carthuſienſium duntaxat excepto ſub pœna excommunicationis in quā tam recipientes quā recepit ipſo facto incurrant, & a tali excommunicatione non poſsūt abſolui citra ſe ap. præterquā mortis articulo, & nihilominus aliter facta non tenent & nullius exiſtunt efficaciæ uel momenti. Ex concilio Conſtantien. ſub Martino 5.

¶ Proceſſus annualis qui fit annuatim in curia in cœna domini contra multa genera hominum, ut patet. Cap. 72.

MArtinus epſs ſeruus ſeruorū Dei. Ad p petuam rei memoriā excoīcamus & anathematizamus ex parte Dei omnipotētis patris & filii & ſpiritusanctī auctoritate quo que beatorū Pe. & Pau, apoſtolorū eius ac noſtra, oēs hæreticos Gazaros, Paterenos, pauperes de Lugduno Arnaldiſtas Epetoniſtas, Paſſaginos Vuicleſiſtas Vusitas Fraticellos, & quoslibet alios hæreticos quocūq, nomine cēſeant ac oēs fautores receptatores & defenſores eorūdē ¶ Itē excoīcamus & anathematizamus oēs qa in terris ſuis pedagia noua ponūt. ¶ Itē excoīcamus & anathematizamus oēs falſarios bulle ſiue litterarū apoſtolicarum ſupplicationē gratiā & iuſtitiā continentiam p ſummū pontificē uel uicecancellarium ſeu gerentes officiū vel uices uicecācellarii ſanctę Rom. eccle. de mandato eiuſdem ſummi pontificis aut gerētis officiū pdictorū ſignātes ſupplicationes eaſdē ¶ Item excoīcamus & anathematizamus pyratas & receptatores & illos qui equos, arma, ferrū, lignamina, & alia prohibita deferunt Saracenis quibus Chriſtianos impugnāt. ¶ Item excommuni, & anathe, impedientes ſeu inuadētes victualia ſeu alia ad uſum Roma. curiæ neceſſaria adducentes, vel ne ad curiā ipſam adducant uel deferantur impedientes ſeu p turbantes & qui talia faciunt vel defendunt cuiuſcūq, fuerint ordinis prœmentię conditionis, & ſtatus, ēt pontificali, regali aut quauis alia eccleſiaſtica uel mundana fulgeāt dignitate. ¶ Item excōmuni, & anathe. oēs illos qui ad ſe ap. uententes & recedētes ab eadē, necnon illos qui iuriſdictionē ordinariam uel delegatā aliq̄ nō habentes in eadem curia morantes temeritate propria capiunt ſpoliant & detinēt aut ex propoſito de liberato uerberare mutilare vel interficere prœſumāt, & quia talia fieri faciunt ſeu mandant. ¶ Itē excōmuni, & anathe. oēs & ſingulos cuiuſcūq, ſtatus gradus præeminētię aut cōditionis exiſtāt, ēt ſi pōtificali regali reginali, aut quauis alia eccleſiaſtica uel mundana præfulgeant dignitate cōtra formā & effectū ſniæ generalis Conſtantien. concilii p quā damnat memorię Pe. de Lana qui olim Benedictus 3. a nōnullis in eius abſentia dicebat iudicatus ſchiſmaticus & hæreticus, & ab hac eccleſia Dei prœciſus omniq, iure q̄d in papatu habere prætēdebat, omniq, dignitate & honore eccleſiaſtico priuatus fuit ac poſt & contra inhibitionē eiuſdē concilii & hmōi ſnīa a dicti Pet. obitu. in infidelitate & errore ipſius, Pet. nunc perſiſtendo, aut alias qūolibet credētes aut fauētes publicè uel occulte, ac etiā ſchiſmaticos & diuturnū in eodem concilio & apud uniuerſalē eccleſiā pro

Primo. Secūdo. Tertio. Quarto. Quinto. Sexto. Septīo.

ratihabitione generalis. Senensis concilii dictæ sententię, & continuationē processuū de super habitorum sublatis & extinctis continuè conantes necnon oēs & singulos in vitiū eiusdem Petri succedentes eorumq; receptores vel receptatores cuiuscunque ſtatus nobilitatis, excellentiæ, vel conditionis existāt, ēt si pontificali, regali, reginali, aut quauis alia ecclesiastica vel singulari sint prædicti dignitate ac consentientes & præstantes eisdem in prēmisso errore quocunq; & qualitercunq; auxilium, cōsiliū, vel fauorē eos ēt q sciēter per oēs terras & loca eorū ditioni subiecta p fatis schismaticis & prēcipue in castro Paniscolę & Tirescen. dioecesis existētibus. Illos ēt q ipſius Vvicleſistis & Huſſitis quæcūq, victualia & præsidia publicè vel occultè p se vel suos subditos afferri faciāt vel pmittant parib. excommunicationis & anathematizationis vinculis innodamus ipsosq; omnesq; & singulos declaramus cōtinuatores vel fautores schismaticorum vel hæresis atq; omni beneficio dignitate & honore ecclesiastico, & mundano denunciamus fuisse & esse priuatos. Item excom. & ana. omnes illos qui per se vel per alium seu alias quascunq; personas ecclesiasticas vel seculares ad Romanā curiā super earum causis & negociis recurrentes illaq; in eadem curia prosequentes aut procuratores negociorum gestores, aduocatos vel procuratores ipsorum vel etiā auditores seu iudices super dictis causis seu negociis deputatos occasione causarū seu negociorum huiusmodi verberant mutilant, & occidūt, aut bonis spoliant cuiuscunq; præeminentiæ, dignitatis, ordinis, cōditiōis, aut ſtatus fuerint etiam si pontificali, regali, reginali, vel quauis alia præfulgeant dignitate. Item excom. & anathe. omnes mutilantes uulnerātes & interficiētes seu capientes & detinētes seu deprædantes romipetas & peregrinos ad Hierusalē causa peregrinationis & deuotionis accedentes & in ea morantes & recedentes ab ipsa & in his dantes consilium auxilium vel fauorem eorumque bona confiscamus. Item excō. & anath. omnes illis qui per se vel per alium seu alios directè, vel indirectè sub quocunque titulo vel colore occupant, detinent vel hostiliter discurruunt seu inuadunt aut occupare detinere hostiliter præsumunt in totum seu in partem almam vrbem regina. Siciliæ Trinacliæ insulas Sardinę. Corsicæ terras citra Earum patrimonium Be. Pet. in Tuscia ducatum Spoletanum, comitatum Venusinū Sabinæ Marchiæ, Anchonitanę, Massæ Trebarię, Romandiolę, Campaniæ atque Maritimę, prouincias & terras specialis commissionis & Arnulforum ciuitates quoq, nostras Bon. Ferrarienſem, Beneuētanam, Perusinam, Auinion. ciuitatem castelli Tuderti num & alias ciuitates, terras vel loca uel iura ad ipsam eccleſiam spectantia & pertinentia & adhærentes fautores ac defensores, eorum seu in his dantes eisdem consilium auxilium uel fauorē. Non obstantibus quibuscunque priuilegiis, & indulgentiis, ac litteris Apostolicis generalibus vel spiritualibus eis uel eorū alteri uel aliquibus cuiuscunq; ordinis, dignitatis, cōditionis, & præeminentię fuerint, etiam pontificali, regali, reginali, seu quauis alia ecclesiastica uel mundana p fulgeant dignitate a prædicta sede sub qua uis forma uel tenore concessis, quia ex communicari & anathematizari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam uel expressam ac de uerbo ad verbum de indulto huiusmodi ac ordinibus, locis nominibus propriis, cognominibus vel dignitatibus eorundem mentionem necnon consuetudinibus & obseruantiis scriptis vel non scriptis, ac aliis contrariis quibuscunq; per quæ contra hmōi nostros processus ac sententias quominus includantur in eis se iuuare ualeant, & tueri, & quæ quoad hoc prorsus tollimus, & omnino reuocamus, de quibus quidē sententiis nullus per alium quam per Romanū pontificem nisi duntaxat in mortis articulo constitutus absolui possit nec etiam tunc, nisi de stando sanctæ matris ecclesiæ mandatis, satisfactione uel sufficienti cautione præstita. Illos autem cuiuscunque fuerint prēeminentiæ, dignitatis, ordinis, cōditionis, aut ſtatus, etiam si pontificali, aut alia quauis dignitate præditos, qui contra tenorem præsentium talibus uel eorum alicui seu aliquibus absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, excommunicationis & anathematis sententia innodamus eisque prædicationis lectionis, administrationis sacramētorum, & audiendi confessiones officia interdicimus. Prædicentes aperte transgressoribus, & cōtemptoribus supradictis nos grauius cōtra eos spiritualiter aut tēporaliter prout expedire cognouerimus processuros. Vt autem hmōi noster processus ad communē omniū noticiam deducatur chartas siue membranas processus continentes eosdem Basilicę S. Petri de urbe necnon sacri palatii Apostolici, vbi impræsentiarum moram contrahimus, ualuis seu ostiis ac liminaribus faciemus affi

Octauo.
Nono.
Decio.

gi-

gi seu appendi quæ processus ipsos suo quasi sonoro præconio & patulo iudicio publicabunt, vt hi qui processus huiusmodi contingant q̃ ad ipsos non peruenerint aut ipsos ignorauerunt nullam possint excusationem prętendere uel ignorantiam allegare cum nõ sit uerisimile quoad ipsos remanere incognitum quod tam patenter publicatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã nostræ excommunicationis anathematis declarationis, cassationis, irritationis, annullationis, euacuationis, interdicti & constitutiõis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noueritincursurum. Datum Romæ, &c.

§. 1. ¶Quia in isto & aliis præcedẽtibus c. fit mẽtio. de dignitate vel personatu uel officio. Et ideò ad declarationem horũ vocabulorum prout sumitur a canonistis. Nota quod dicit Arch. super 6. de consue. c. consuetudinẽ. Dignitas ecclesiastica cognoscitur pluribus modis. Primus est cum quis habet administrationem rerum ecclesiæ cum iurisdictione, dist. 89. volumus, &c. diaconum. Secundus modus, est quando nomen dignitatis & prælationem siue prærogatiuam in ecclesia suatam in choro quam in cap. sed non habet administrationem rerum uel iurisdictionem sicut in archidiaconatu Parmen. Tertius modus est q̃n ex consuetudine ecclesię habetur aliquis in dignitate, quia si cõsuetudo in ecclesia est pro dignitate, debet haberi, distin. 12. consuetudo. ¶Personatus verò cognoscitur quando quis habet prærogatiuam in choro, in capitulo, in repetitionibus, in processionibus, in uocibus dãdis & similibus plusquã alii canonici sui ordinis & non tantum quantum illi qui sunt in dignitatibus constituti qui in prędictis prærogatiuis præferunt eisdem, possunt hæc colligi ex prædictis decre. de elec. dudum, & de præben. c. de multa.

Dignitas dicitur multipl.

Personatus.

Offiñ. ¶Officium autem aliquando ponitur pro dignitate & personatu, sicut patet ex eo q̃d habetur. de præbend. ad hæc. Item illi qui habent potestatem secularem dicuntur habere officium. Item is cui commissa est dispensatio. Item tabellionatus. Item ministrum & obsequium. Item actus corrigentis & aliis multis modis. Cognoscitur etiam officium quando quis habet onus annexum sine honore & prærogatiua honoris sicut sindici, procuratores, castaldi. De his habetur. 1. q̃. 3. saluator. Item vicedominus, qui habet episcopatum disponere dicitur habere officiũ. Si autẽ habet iurisdictionẽ cum administratione, satis potest dici quod sit dignitas ut camerarius papæ. Tertio cognoscitur officium per consuetudinem ecclesię sicut dictum est de dignitate, vt quando illi de ecclesia habẽt illud de consuetudine pro officio simplici, & non pro dignitate vel personatu. Dico tamẽ quod quicunque habet dignitatem habet p sonatum, sed non conuertitur, personatus uerò dicitur curatus alicuius ecclesiæ parochialis, & tales non sunt in dignitate aliquia. 1. q. 3. quæsitum. Secus autem in archipræsbyteris, præpositis, decanis parochialium ecclesiarum, de quibus habetur. 50. dist. in capite nã illos dico in dignitatibus cõstitutos. Et istud nomen personatus est sm vulgare Angliæ in prouincia dicuntur priores, in terra laboris abbates, hæc arch. quia nimis etsi bonum sit. Pet. de Anch. super ele. si dignitatem, de præben. sic dicit, quid sit dignitas, dicit Guil. q̃d est quędam præeminentia quoad forũ contentiosum in ecclesia gradum tenens quæ q̃ndoque personatus ab honorificentia in quaponit personam, quandoque officium ab ipso officio quod exercet denominatur, extra de consti. c. cum accessissent, quando sumit sua propria & specialia nomina, sicut hoc nomen custodia, succentoria, decanatus, prępositura & huiusmodi a nomine autem non debemus ista iudicare sed ex effectu, qui colligitur exactibus & exercitio in quibus versatur, & ex talib. iudicatur vtrum sit dignitas. extra de verborum significatio. intelligentia, cum ibi notatis. Et sufficit ad hoc quod sit censenda dignitas, etiam si in modicis causis iurisdictionem habeat, sicut habent in Pictauen. Ecclesia archipræsbyteri. Nam excommunicant suspendunt & absoluunt, & sic propter talem gradum dicuntur habere dignitatem, & sic sunt exclusi a pœna, capitulicet canon. de electio. & capit. statutum libr. sexto. Si autem nullam iurisdictionem habẽt sed tantum visitant & postea ipsi referunt episcopo, sicut testes synodales, de quibus. trigesimaquinta quæstione sexta. episcopus tunc censentur habere simplex officiũ & non dignitatem scd̃m Guil. & Laudul. ¶Item nota, quod his diebus a quibusdam fuit diuulgata quædam extrauagans quę dicitur facta a Io. 22. in qua lata erat sententia excõicatio, nis contra mulieres facientes sibi tricas de capillis capiti suo non affixis, sed appositis, cuius absolutio papæ reseruabatur, sed quæsita in regiſtro reperiri non potuit. Sed etsi

Dignitas.

reperta

reperta fuisset, puto ipsam non ligasse, quia habuerunt mulieres iustam causam ignorantiæ, cum notificata nō esset generationi huic iam enim transierunt centum anni vel circa a tempore Io.22. prædicti, nec huiusmodi positiua docere potest ratio naturalis, sed Euge. 4. quinunc est voluit & declarauit non tenere seu ligare sententiam illam & bene, quia hoc esset laqueum iniicere animabus fideliū non prouidere saluti animarum quod in periculum prælatorum verteretur secundum be. tho. Et ad hoc 27. q. 1. viduas.

¶ De causa materiali ideſt propter quid sit ferenda excommunicationis sententia. Cap. 73.

QVia de singulis excōmunicationib. quę habentur in iure hucusque tractatum est & satis prolixe respectu operis, ideō residuum materiæ scilicet de excommunicationebreuissimè expediam, & quia prædicta pertinent ad causam quasi materialem excommunicationis, ideō ad ipsam causam quasi causam materialem pertinentia ponā & exin de de causa formali & de efficienti & finali, cum his de quibusdam ad prædictam sequē tibus. ¶ No. quod excommunicatio maior, ferri non debet ab homine nisi pro mortali peccato secundum tho. & Pet. in 4. distin. 18. Et quia in damnificando aliquem etiam corporaliter, siue in rebus temporalibus aliquis mortaliter peccat, ideō pro danno temporali etiam potest quis excommunicari, sed qa excommunicatio est grauissima pœnarum, ideō non debet infligi etiam pro mortali nisi cum fuerit contumax. Tho. ¶ Hæc autem cōtumacia secūdum Ray. triplex inuenitur. Prima in non ueniendo ad iudiciū postquā fuerit vocatus vel admonitus per iudicē tribus edictis vel uno pro omnibus, quia contēnit, vel ueniendo, sed malitiosè se occultando vel impediendo ne possit ad eum citatio peruenire, extra ut lib. non cont. quoniam. Secunda est quando citatus ad iudicium, ueuit, sed non uult stare iuri, vel alias ante finitam causę examinationem contumaciter & inlicentiatus recedit. 11. q. 3. certum. Tertia est quando offensa eius est manifesta, ut iussus a iudice non vult emendare, extra de uer. si. c. ex parte, idem Goff. ¶ Et not. secundum Pet. de Pal. in 4. dist. 18. quòd cum excommunicatio nō sit infligenda nisi pro mortali, quia ille solus iudicio ecclesię est præcidendus qui in iudicio Dei creditur præcisus cum sententia iuris sit iniusta, potest informare homo conscientiam suam quòd vbi nō peccat mortaliter nunquam incurrit sententiam iuris. Et quia iniuria dicitur quod non iuste fit, ideò non debet vnde iura nascuntur inde nasci iniuriæ occasio. C. vnde ui. l. meminerint. Vnde cum sit iniuriosa excommunicatio quæ fertur sine mortali non est sententia iuris vbi non est mortale. ¶ Excommunicari potest quis pro inuasione vel retentione rerum ecclesiasticarum, de restitut. spo. c. pisanis. lib. 6. per Innoc. Excommunicare potest prælatus pro iniuria sibi facta 23. quæst. 4 guilisarius. ¶ Excommunicare potest ordinarius pro defensa iuris sui, de sent. excom. c. dilectio. lib. 6. ¶ Excommunicari potest quis propter negligentiam. de conse. dis. 1. nemo. Ioan. de Lig. ¶ Excommunicari potest dominus propter contumaciam serui uel procuratoris ut lit. non conte. ca. 1. de do. & contu. c. 2. & cum modificatione ibi notata. Io. de Li. ¶ Excommunicatio facta in genere valet causa expressa, & propter contumaciam capituli excommunicātur singuli culpabiles de capitulo, de sen. excom. Romana. li. 6. ¶ Excommunicationis sentētia tribus modis dicitur. Iniusta scilicet ex causa, ex animo & ex ordine. Ex causa quidem, qa vel nulla prętenditur in sententia, vel si prætendit uera non est, uel etsi uera sit non est sufficiēs & rationabilis, extra eo. sacro. Secūdo dicitur iniusta ex animo quando scilicet etsi causa ex primatur vera rationabilis, non tamen ex zelo iustitiæ, sed indignationis inuidiæ uel odij ab excommunicatore promulgatur. 11. & 3. illa & de sen. exco. c. cū medicinalis, lib. 6. ideò tutum cōsilium est quod si quis offendit non per se, sed per alium qui charitati uè moueatur sententiam promulget, vel si per se hoc facer uult, adminus nō faciat hoc dum mouet, sed permittat motum forte cholericum aliquantulum residere. Tertio exordine dicitur iniusta quādo etsi vera causa & rationabilis prætendatur & proferēs charitatiuè moueatur, attamen non processit admonitio competens, vel non fuit facta coram personis idoneis, extra eo. sacro. admonitionem competentem intelligas ad arbitrium iudicis, siue trinam, siue unam pro omnibus maxime in notoriis. Pet. & Ray. Modus autē & forma quæ debet seruari hodie in ferēdo excommunicationē habes in c. sequen. Quāuis autem proferens sententiam excommunicationis iniustam quocunque prædictorū modorum grauiter peccet, & diuersimodè puniatur in iure tamen talis sententia tenet & ligat

Excommunicari potest quis.

Triplicitер iniusta dicit sentētia excōmunicatiōis

Forma excommunicādi.

Contumacia triplex.

ligat quantum ad eccleſiam militantem niſi ſit lata a iudice qui non habebat ſuper illo canonicam iuriſdictionem vel alia de cauſa eſſet nulla ſecundum Ray. Vnde quando nulla ſit talis ſententia, vide in §. ſequen.

§.1. ¶Excommunicationis ſententia ipſo iure nulla eſt in 9. caſibus. Primus eſt ſi is qui tulit eã non habebat de hoc poteſtatem, vt quia non erat iudex eius. 11.q.3. ſententia, vel erat excommunicatus & huiuſmodi. 24. quæſtio. 1. audiuimus. Similiter etiam ſecundum Ray. intruſus & ſuſpenſus, & a iuriſdictione alienus excommunicare non poteſt. 12. quæſtio. 2. alienationes. Si tamen crimen talium eſſet occultum toleranda eſſet eorum ſententia, licèt nulla quamdiu eorum crimen eſt occultum, & illi ab eccleſia tolerantur, ar. 8. qõ. 4. nonne. Dicitur autem intruſus qui non fuit electus a maiori parte eligentium. De ſuſpenſo autem dicit B. Tho. in 4. eſſe verum quando eſt ſuſpenſus a iuriſdictione vel ab ordine & iuriſdictione, ſecus ſi ab ordine tantum. Secundus eſt qñ eſt lata ſnia poſt appelationem legitimam. Similiter etiam ſi prælatus dicat. Excommunico te ſi appelles, vel cum te prædicaueris ad appellandum, talis ſententia non tenet cum oppreſſus quilibet appellare poſſit ſecundum Hoſtien. Si autem dicat iudex, excõmunico te ſi habes res furtiuas tenet excommunicatio, ſi habes res illas, nec ſuſpenditur per appellationem, ſi tamen occultum eſt furtum eccleſia non vitabit, quia non iudicat de occultis 32. di. erubeſcant. Tertius eſt quando continet intolerabilem errorem, extra eo. per tuas, & in hoc & in precedenti caſu ille qui eos proponit etiam ſi non petat abſolutionem debet audiri, vt in dicto cap. per tuas. Sed ſi ad cautelam petat abſolutionem non debet denegari, quamuis aduerſarius vel excommunicator ſe opponat niſi diceret eum excommunicatum pro manifeſta offenſa, quia tunc dabitur ſic dicenti terminus octo dierum, & ſi probauerit non abſoluetur, niſi præſtet emendam, vel det cautionem de parendo iuri. Si offenſa dubia proponatur, ſed tamen pendente probatione prima, ſcilicet illius qui ſic fuerit excommunicatus debet euitari in omnibus quæ, vt actor in iudiciis attentauerit. Extra iudicium vero in officiis, poſtulationibus, electionibus, & aliis legitimis actibus debet admitti, extra eo. licet lib. 6. quòd ſi appellationem ſuper hoc non fuerit proſecutus, vt debuit infra tempus ſtatutum a iure, vel a iudice, & ipſe fuerit excommunicatus nominatim & expreſsè lapſo dicto tempore debet denũciari, & tam in iudicialibus quam extraiudicialibus actibus remoueri, donec de ipſius ſententiæ docuerit nullitate extra eod. licet libro 6. Quartus caſus eſt quando aliquis excommunicaret illos qui excommunicato participarent non in crimine, ſed in locutione & aliis caſibus in quibus incurritur minor excommunicatio. Nam talis ſententia non valet niſi præmiſſa trina admonitione, vel vna pro tribus vel niſi exprimantur nominatim ipſi admonendi, extra eodem ſtatutum & c. conſtitutionem. lib. 6. Quintus caſus eſt quando prælati interdicerent ſuis ſubditis ne exponant ſuis ſuperioribus aut legatis aut inquiſitoribus ſtatutum eccleſiarum ſuarũ ſiue monaſteriorum, & de hoc ferrent ſententiam ex communicationis, extra de offic. ordi. c. quia plerique. lib. 6. Et nota quantum ad tertium caſum quòd intolerabilis error eſt ſecundum Ray. cum ſic dicit iudex, excommunico te, quia credis in Deum, vel quia non fornicaris, vel quia obedis prælatis tuis & huiuſmodi. 11.q.3.c.ſi is qui præeſt, idem Pe. Goff. Hoſtien. in ſumma quæ addunt etiam quòd intolerabilis error dici poteſt quodlibet peccatum mortale. Item cum expreſsè contra ius pronunciatur, vt in 2. quæſtio. 6. §. diffinitiua. Idem tamen Hoſtien. in glo. ſuper c. per tuas dicit, quòd ſententia nihilominus tenet quãdo pronunciatur contra ius niſi ille error in ſententia exprimatur, vel niſi fuerit appellatione ſuſpenſa, ſed ſi error eſt in facto, vt cum dicit, excommunico te propter tale peccatũ commiſſum qmòd tenet ſententia. Guil. etiã dicit quòd ſi prælatus dicit, excommunico te, quia feciſti furtum cum tamen non fecerit tenet ſententia, vt 11.qõ.3.ca. quia non eſt error intolerabilis expreſſus, nam talis cauſa ſi falſa ſit eſt tamẽ poſſibilis, & quamuis quo ad Deum non ſit ligatus, ſed quoad eccleſiã peccaret mortaliter ſi contemneret extra eo. per tuas, & ideo conſulendum eſt tali ſecundum Ray. vt ſuſtineat excommunicationem patienter, humiliter & deuotè, ſcilicet ſe nõ ingerendo diuinis aut communioni fidelium offerens ſe ad canonicam ſatisfactionem ſi in aliquo offenderit, & inſtanter petat abſolutionem. Idem Tho. Inno. & Bern. Item dicit Pe. de Peruſio quod ſi ſuperior præcipit mihi aliquid iniuſtum non tamen mortale, puta quòd ſibi librum meum non teneor illi parere ſi tamen, ideo excommunicet ligor conſulens tamẽ mihi, vt illius mandato iniuſto nõ paream, non ligatur, quia non participat in crimi-

Error intolerabilis.

crimine. Io. An. de sen. excomm. ex præsenti. lib. 6. Super verbo ad cautelam ponit omnes prædictos casus & addit istos quatuor. ¶ Primus qui respectu præmissorum est sextus cũ quis excommunicatur a delegato contra delegantis intentionem de præben. c. fi. ¶ Secundus si feratur a violante interdictum hominis supra de excess. præla. tanta. ¶ Tertius est vbicunque prælatus subditum suum excommunicat contra priuilegii sui tenorem, de priuileg. c. cum appella. ¶ Quartus si feratur a delegato impetrato ab excommunicato in casu non permisso. lib. 6. de offic. ordin. c. quia plerique. Isti tamen casus additi videntur posse comprehendi sub primo. Dicit etiam Pet. de Palu. in 4. quòd quando sapientibus notum est sentẽtiam esse nullam quamuis apud vulgum nesciatur potest homo non seruare eam in occulto: sed in publico debet eam seruare quousque scandalum rationabiliter sedauerit, vel sicut aliquis publicè excommunicatur & publicè denunciatur, ita ex aduerso ipsæ publicè & causam quare sententia non valet, puta appellationem vel alias iniustam causam quo facto amplius non est scandalum pusillorum, sed phariseorum. Et ideò est contemnendum.

¶ *De causa formali excommunicationis, idest quomodo sit ferenda. Cap. 74.*

FOrma autem excõmunicationis seu modus qui sit tenendus. Si de sententia canonis quæritur secundum Hostiens. profertur eoipso quòd aliquis in factum damnatum a canone sub pœna excommunicationis incidit. De sententia excommunicationis quæ profertur ab homine in sum. concel. lib. 3. eo. titu. quæstio. 68. dicitur quòd consueuit ferri sic sententia excommunicationis propter talem vel talem causam excommunico te, vel talem excommunicamus. ¶ In scriptis huiusmodi, ergo verbis vel æquipollentibus debet vti excommunicans, arg. ad hoc. 2. q. 6. § diffinitiua. Vnde Ray. dicto non approbo sententiam quorundam simplicium sacerdotum dicentium. Denunciamus talem excommunicatum, & tamen nunquam excommunicaue runt eum. Et licèt vitãdus sit ab illis quibus fit denunciatio, quia ipsorum non est iudicare, vtrum sit excommunicatus nec ne, tamen si de hoc agatur extra formam iudicii non reputabitur excommunicatus per huiusmodi verba nisi aliàs probetur excommunicatus, & hoc satis traditur de senten. excom. cũ medicinalis. lib. 6. ¶ No. quòd est alius modus excõicationis, qñ scilicet persona ignoratur quæ furtum vel aliud maleficium fecerit, & tunc fit excommunicatio in generali sub hac forma. Quicunque fecerit furtum nisi restituat vel qui aliquid scit, & non reuelet infra talem terminum pro primo & secundo & tertio, edicto dato ipso facto sit excommunicatus, vel aliquid simile, extra eodem a nobis. Et no. quòd qui aliquid scit de materia propter quam lata est sententia excommunicationis modo prædicto secundum Hostiens. non tenetur reuelare damnum passo: sed prælato eccleſiæ. 35. q. 6 episcopus in synodo, sed neque ipsi prælato debet reuelare publicè si solus reuelator scit, & probare non potest. 2. quæstio. 7. plerique, sed secretè cum prælatus secretè corrigere habet criminosos. ar. 22. qõ. 5. hoc videtur. ¶ Primo ergo sciendum quòd cum sententia excommunicationis aliquando sit lata a iure, aliquando a iudice siue ab homine, (vt supra dictum est.) Dicit Guil. sententiam esse vel ferri a iure cum ab eo qui potest constitutionem facere vel generalem, vt papa, vel particularem, vt legatus, archiepiscopus vel episcopus vel concilium prouinciale animo iuris statuendi constituitur aliquid in perpetuum & generaliter in omnes subditos suos, & statutum illud roborat per sententiam excõmunicationis in futuros transgressores illius statuti, scilicet verbi gratia. Excommunicamus omnes hæreticos, & qui exercebunt vsuras, vel tale aliquid committant. Sententia verò iudicis vel hominis dicitur esse quæ fertur pro contumacia vel offensa præterita vel futura non tamen intentione constitutionis faciendæ generalis aut perpetuæ. Sed ut alicui particulari personæ, vel personis ad vitam eorum, vel vt alicui negocio consuluatur ad tempus, sicut si dicatur, excommunicamus omnes illos qui vsque ad hoc vel illud tempus communicabunt, vel facient guerram, vel qui interpellabunt tales monales de turpitudine & huiusmodi. Et no. quòd debet præmitti excommunicationi trina admonitio vel vna pro tribus aliàs iniusta est, & iudex est suspensus ab ingressu eccleſiæ, extra eod. sacro. Et debet habete temporum conuenientia interualla nisi facti necessitas aliter suaserit, & debet ferri in scriptis continentibus causam excommunicationis. Et excommunicator exemplum scripturæ debet excommunicato tradere infra mensem si super hoc fuerit requisitus, aliter excommunicator est suspensus etiam a diuinis

supra e. tit. post principium.

Sententia dupliciter fertur.

Admonitio pcedere debet.

diuinis per mensem, quæ quidem si exequatur irregularis efficitur, nec nisi per papam cum eo poterit dispensari extra eo. cum medicinalis li.6. Sed hęc pæne nō tangūt episcopos, cum non fiat specialis mentio de eis sicut oporteret. Nihilominus tamen etsi illa non seruentur excommunicatio ligat. Io. tamen de Lig. in tractatu de cen. eccle. dicit qđ est attendendum quod licèt contumacia sit causa immediata propter quā fertur maior excommunicatio ab homine, ipsa tamen cōtumacia aliquando ortum habeat a crimine ideſt speciali inhibitione criminis facta ab homine, & tunc non est opus ſmonitione super emendatione criminis iam commissi ut incidat, immo statim incidit, ut cum monet superior aliquem vt non fornicetur cū tali, aliàs ipsum excommunicat, si contrafaciat excommunicatus est, & excommunicari potest sine alia admonitione super emēdatione criminis & ratio, nā istę verè contumax est. Aliquando contumacia habet ortū a crimine iam commisso scilicet cum commisit quis crimen super quo erat admonitus ne committeret, sic nec lata nec comminata sententia est in contrafacientem & tunc est opus monitione si contingat, & si contumax fuerit poterit excōmunicari. ¶ Nota vbi dicitur sub pęna excommunicationis non habet vim sentētiæ, sed comminationis, ut C. comminationes, & epistolas. l. vnica. Et nota extra de sagit. c. artē, sed Guil. dicit qđ si iudex dicat præcipio tibi sub interminatione excōmunicatiōis, vel sub pæna excōmunicationis ne furtiuè ordines suscipias, nō est excommunicatus faciens contrarium, sed excommunicandus. Sed si fert sententiam sub conditione, vt excommunico omnes qui furtiuè ordines suscipiunt tunc est excommunicatus. Hugo. dicit, quod si aliquid mandatur sub interminatione anathematis tunc est cōminatio Si mandatur sub pæna excommunicationis vel districtione excommunicationis, tunc si est mandatum hominis statim ligat, si hoc intendit cui in hoc credendum est secundum Hug. & Hoſt. quia est sententia lata. Si est mandatum iuris, tunc contrafaciens non statim ligatur 30. dist. per to. & hoc ideò quia mitius agitur cum lege quam cum ministro legis. ff. de arbi. l. si cum dies. Hoſt. dicit quod si iudex fecit canonem latæ sententiæ dicens. Quicunque furtum fecerit sit excommunicatus, & postea dicit, sub anathemathe prohibeo ne quis furtum faciat, tunc contrafaciens est excommunicatus, extra de loca. c. 1. aliàs hoc verbum sub anathemate vel simile cōminatorium est. C. commi. epistolas, in rubro & nigro, nisi per hæc verba proferens intenderet ferre sentētiam, quod per circunstantias intentionē suā expræssit probari potest. Hæc Hoſt. extra de consang. c. 1. Vnde iudices quando volunt ferre sententiam sic scribant. Præcipimus sub pœna excommunicationis vobis q̄ nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc in uos ferimus. Nō etiamq; cū iudex dicit excōmunico vel simile semper intelligitur de maioris excommunicatione extra eo. Si quem. Sola autem consuetudo absq; licentia vel constitutione non reddit aliquem excommunicatū, quia ille non est modus ferendi sniam excōmunicationis secūdum Guil. Itē si iudex vł prælatus dicat. Habeo te pro excōicato, si intendat per hoc proferēs excōicare tenet excōicatio, quia uerba intētioni deseruiunt & non ecōuerso. 22. q. 5. humane, & sermo rei & nō sermoni res est subiecta, de verb. sig. c. Intelligentia. Non enim in talibus quamuis verba exigantur est præscripta certa forma uerborum sicut in sacramēto baptismi & eu charistiæ, concor. Hoſt. dist. in summa. Non facio vim vtrum dicat iudex excommunico te, vel scias te excōicatum, vel te excōicatum cognosce, uel habeas te pro excōicato, vel reputes te excōicatum, uel alia quæcunq; dum tn̄ voluntatē & cōsensum iudicis de præsenti exprimāt, sicut & alias similiter dicit extra de spon. c. si inter virū, & voluntas iudicis specialis omnino pro lege seruāda est 11. q. 3. Audi. quāuis iniustè & hoc vbi ille intē dat per talia uerba excōicare, ut dictū est qđ si dubitat de intentione in dubio eligenda est uia tutior, ut reputet se excōicatū secundum Hoſt. & Guil. & sic quærat absolutionē. Si iudex dicat excōmunico unū de istis duobus, credit Guil, illū esse excōicatum de quo iudex intellexit. Si autem sciri non pōt, aut si uaga fuerit eius intentio neuter est uitandus ut excommunicatus. Idem dicit quod si iudex dicat, excommunico te & absoluo te, si simul utrunque uoluit nihil egit, si unum post alterum utrunque egit. ¶ Nota etiam cum sententia excōicationis lata est sub conditione, nō ligat antequā extat cōditio Hoſ. extra eo. A nobis. Et si pendente conditione appellatur tenet appellatio, sed si purè ferretur snia non reuelatur p appellationē, trasfertur tn̄ cognitio causę in superiorē, de sen. excō. c. Per tuas, & si pēdente conditione de sinat esse eius subditus tenet snia nisi appellet

let,extra de fo.compe.c. penul. ſecundum Hoſtien. & Inno. Item ſi iudex precipiat ali cui debitori quod ſoluat infra certum terminum alioquin ſit excommunicatus, dicunt Inno. & Hoſtien. quod creditor non poteſt terminum prolongare quantum ad ſententiam excommunicationis ſcilicet vitandum niſi iudex conſentiat prorogationi, & tunc ſi aduenientе ſecundo termino nō ſoluerit, iterum eſt excommunicatus, quia terminus uidetur prorogatus cum accеſſoriis ſi tamen pars in primo termino reputat ſibi ſatisfactum ceſſat tota excommunicatio. Item no. quòd ſi is qui ſentētiam generalem promulgauit excommunicationis moriatur vel a prælatione amoueatur ille qui facit poſtea contra talem ſententiam non eſt excommunicatus niſi diffiniendo illud ſtatuerit.ff. de offi. præſi.l.1.vel niſi a ſucceſſore expræſsè cō firmetur,extra de loca.c.1.ſecundum Hoſt. Excommunicari poteſt quis per literas etiā excommunicato ignorante ſi hoc expræſſit excommunicans,ſed non punitur intermedio tempore ſi ingerat ſe communioni fidelium.Ioan. de Li.ſufficit quòd ſententia excommunicationis vel interdicti ſit lata publicè ad hoc ut teneatur quis ad obſeruantiam eius,extra de cle.exco.mi.ca.Illud. Excommunicatio dicitur perpetua,quia nullum tēpus continet diffinitum, intelligitur tamen donec expirat.Ioan.de Lig.

¶*De cauſa efficienti excommunicationis ideſt q: poſſit excommunicare.* *Ca.* 75.

EXcommunicationis efficiēs cauſa eſt q poteſt excommunicare. Sciēdum ergo q excōmunicationem ferre poſſunt in alios non ſolum epiſcopi & ſuperiores, ſed etiam prælati principales collegiatarum eccleſiarū inferiores epiſcopis, ut abbates etiam nō benedicti dummodo fuerint confirmati, extra de ſymo.Sicut tuis. Et priores poſſunt excōmunicare ſingulos de collegio,alienos etiam ſi in eos aliquo iure ſpeciali habeant iuriſdictionem, de Hor. Cum ab eccleſiarum. Archi. etiam uidetur quòd poſſit excommunicare licèt non ſit præsbyter.ar.diſtin. 25.c. Perlectis. Niſi conſuetudo ſit in contrarium Sacerdotes verò parochiales excommunicare non poſſunt niſi aliquo ſpeciali iure iuriſdictio eis competat.2.q.1.Nemo,uel niſi ubi eſſet cōſuetudo q̄ dat iuriſdictionē.11.q.3.c.Cōqueſtus.Tho.Alber.Goff.Io.de Lig.qui Ioan.in trac.de cen.eccle.dicit ſic. Poteſtas excommunicandi procedēs ex poteſtate clauium ſiue fori pœnitentialis competit ſacerdoti non alii. Nam & ipſam exercet ſemper cum præpoſitus eſt curię niſi ſit contrariacō ſuetudo uel ſuperioris inhibitio. Facultas autem excommunicādi procedens ex iuriſdictione ſpeciali competit prælatis habētib. ordinariam iuriſdictionem a iure communi cō ſuetudine uel priuilegio ſpeciali, ut di. Inn. Ad hoc autem quod talis facultas competat requiritur quod ſit alterius vī religioſus electus per vniuerſitatem eccleſiaſticā, & quòd dignitatem principale,in alias non habet ordinariam niſi conſuetudo uel priuilegium cō cedat,competit etiam hoc habenti iuriſdictionem ſpecialem a prælato eccleſiaſtico,ut delegato competit etiam habenti ordinariā non principaliter,ut vicario ordinarii. Hæc ille.Solus epiſcopus ideſt non inferior excōmunicat cū ſolemnitate, de quæ habetur.11. q.3.debent.Excommunicare poteſt metropolitanus ſuffraganeum ſuū cum ſit ei ordinarius.di.12.de his.Io.de Lig. Excommunicare & ſuſpēdere poteſt epiſcopus propter contumaciam ortam in iudicio ſine conſenſu capituli.Perpetuo autem propter crimen ſuſpendere non poteſt ſine conſenſu capituli,niſi ſibi aliud competat aliquo iure ſpeciali.15.q.7.epiſcopus nullus.Io.de Lig.Excommunicare poteſt capitulum uel prior ſe de vacante cum ſuccedat in iuriſdictionalibus de maio.& obe.cum olim.Excommunicare non poteſt quis ſeipſum 2.q.3.ſi is qui. Ioann.de Lig. Excommunicare non poteſt qui uiolauit interdictum. Excommunicare non poteſt mulier prælata cum careat clauibus,de pæ.& re.c.noua quædam. Excommunicatio lata per delegatum extra ſibi commiſſa non valet.2.q.3.c.1. Ioan. de Lig. Et no. ſecundum Richar.in 4.quòd ſi iudex de legatus poſt reuocationē commiſſionis ſibi factæ excōmunicet aliquē anteq̄ reuocatio commiſſionis ad eum potuerit peruenire tenet ſententia,quia adhuc remanet penes eū poteſtas ſibi commiſſa,de procu. ca. auditis, in glo. Aliqui tamen probabiliter dicentes hic diſtinguunt,quia aut ille q reuocat commiſſionem intendit & exprimit quòd ſit irritum & inane quicquid extunc per delegatū fuerit attentatū aut non,ſi primo modo nō tenet ſententia poſtea lata a delegato, ſi nō remanebit ſententia.Hæc ille.Ex cauſſis ſentētia ab alieno epiſcopo lata ratificari non poteſt per proprium epiſcopum,quia a principio nulla fuit ſecundum Inno.& Bart. Brix.

Prælati.

Archid.

Capitulum.

Mulier.

Delegatus.

¶Excom-

Laicus. ¶Excommunicare non potest laicus & suspẽdere, nisi ex delegatione papæ, tunc enim potest. 22. distin. §. verum. ¶Excommunicare non potest episcopus extra suam diœcesim & alii prælati extra territorium suæ iurisdictionis secundum Hostiẽ. quia cum non sit quis excõmunicandus sine causæ cognitione. 11. quæstio. 3. nemo. Et per consequens locus requiritur in quo possit sedere pro tribunali, Episcopus autem existens in aliena diœcesi non potest sedere pro tribunali, nec aliquid disponere contentiosæ iurisdictionis. 9. q. 2. episcopum, nisi de consensu illius, ad cuius territorium se transtulit. Episcopi tamen expulsi possunt exercere iurisdictionem in aliena diœcesi, circa scilicet subditos suos, & sic possunt absoluere & excommunicare, vt de so. compet. c. quamuis, in clemẽ. 21. distin. de nique. Quidam tamen dicunt, quòd etiam extra suam diœcesim potest episcopus excommunicare. 9. q. 3. archiepiscopus. Fortè quod concedi potest de notoriis, quia nec illa requirunt causæ examinationem. 9. quæstio. 3. §. fi. in summa confes. lib. 3. titu. 33. q. 53. ¶Excõmunicare non potest prælatus in quibus habet iurisdictionem temporalem tantum secundum Hostien. de offi. or. dilectus, & hoc nisi habeat istud ex priuilegio speciali vel cõsuetudine quæ etiam dat iurisdictionem.

¶Excommunicatio lata per eum, qui communi opi. non credebatur excommunicatus tamen erat, non tenet. 3. quæstio. 7. §. tria. Nã neque excõmunicatus neque schismaticus, nec intrusus, nec suspensus a iurisdictione, Secus si solum ab officio, nec violans interdictum excommunicare potest, ut supra dictum est.

§. 1. ¶Quis non potest excommunicari. ¶Nota quòd excommunicari non potest mortuus, nam mortuus homo non est homo, de sum. tri. & fi. catho. cap. 1. ¶Excommunicari enim a canone non potest, quia huiusmodi excommunicatio non fertur, nisi propter crimen & mortuus delinquere non potest. A iudice ẽt excommunicari non potest. Nam tali sententia requirit monitionem præcedentem, mortuus enim moneri non potest, nec contumax constitui. In quibusdam tamen casibus specialibus mortuus excommunicatur, & hoc ad terrorẽ, & potius ratione præcedentis vinculi quam præsentis, propter quod fit negatio sepulturæ communionis orationis, & huiusmodi, vt in crimine hæresis, & in notorio crimine decedentis. Io. de Lig. ¶Excommunicari non potest Iudæus uel paganus, quia nullus potest perdere quod non habet, nec re nec spe quod verum est de communione intrinseca sacramentorum extra quam sunt Iudæi & Pagani circa quã de his qui foris sunt, nihil ad nos. 2. q. 1. c. multi. Sed de communione extrinseca fidelium inquantum animalia ciuilia & socialia, vtpote in mercimoniis & aliis actibus humanis quamuis a tali communione directè excludi tamẽ possunt, ita quod exclusio terminetur in eos, quia non sunt subditi, per indirectum tamen possunt scilicet interdicendo fidelibus communionem talium. Ioan. de Lign. Excommunicationem incurrere non potest papa, nisi propter hæresim de qua & iudicari potest & deponi. 40. dist. c. si papa, alias excommunicari non potest, nec ab homine cum sit superior omnibus di. 21. Inferior, nec a canone, quia solutus est a canone, quamuis secundum canones deceat uiuere, nec etiam minori participando cum excommunicatus, extra de sentẽ. excommunic. Nulli, in glo. Sed excommunicatione quæ separat a Deo propter mortale bene potest excommunicari, immo quia sine comparatione creatus est maior sine cõparatione a Deo longinus separatur. ¶Excõmunicationis sententia lata per statutum episcopi non ligatur, nec ipsæ nec metropolitanus eius contra faciendo intra territorium sui suffraganei secundum Laudul. Ioan. An. & Ioã. Cal. Pau. & Hostien. qui in sum. dicit. Certo certius est tenendum, nec superiorem proferentem sentiam fulminatoriam ligari 21. distin. Inferior. Idem Thom. in 4. Contrarium tenet Hugo. Archi. & Pet. de Bel. Io. verò de Li. circa hoc sic dicit in tractatu de cen. eccle. Et ego consideraui circa concordiam harum opin. & pondero largam differentiam hanc scilicet, an episcopus, vt episcopus, & archiepiscopus, ut archiepiscopus incidat in statutum fulminatorium, an episcopi & archiepiscopi, ut priuati aut quilibet incidat in ipsum. In primo casu crederem neminem ligari. In secundo casu utrunque ligari subitio exempla. Disponit statutum quòd quilibet exercent iurisdictionem in tali loco & tempore sit, vt episcopus excõmunicatus, vel quilibet celebrans sit excõicatus, ut episcopus & archiepiscopus, ut archiepiscopus iurisdictionem exercens non sunt ligati, uel episcopus pontificaliter celebrat, uel etiam archiepiscopus in præfato loco prohibito non sunt ligati. Exemplum secundi. Disponit statutum, quod quilibet furtum committens, vel ad azardum ludens, vel aliud simile faciens.

Papa

Mortuus.

ciens sit excommunicatus episcopus cõmittit furtum vel ludit ad azardum. Item cum hoc faciant & priuati ligantur, & sic posset haberi opinionum concordia. Sed quia plures docto res & solemnes tenent simpliciter primam opinionem ipsa videtur magis tenenda. dist. 19. in canonicis. ¶Excommunicari non po-

Subditus.

test subditus existens extra territorium sui superioris ab eo ratione domicilii uel delicti vel contractus secundum Innocen. de foro cõ pe. cap. fi. & Hostien. & Pau. de Aleaza. Ioan. verò in c. episcopus. 11. qõ. 3. in prima glo. tenet, per c. si episcopus, & c. si quis præsbyter. Idem Io. de Lig. dicunt quòd iudex citare po test subditum extra territorium citatione ar ctatiua, de offi. or. Romana lib. 6. ergo & con tumax constitui, & sic excommunicari. ¶Ex communicationis sentẽtia lata per statutum episcopi uel alterius ordinarii non ligat subdi tum talis prælati venientem contra ipsum sta tutum extra territorium iurisdictionis ipsius, etiam si verba statuti dicerent, quòd quicun que facit tale quid in territorio, uel extra sit excommunicatus, sic tenet Ioan. de Lig. allegans ad hoc. c. vt animarum, de constit. lib 6. nec ob. illa conditio etiam extra territorium, quia ius dicit extra territorium, quod non li cet. Excommunicari non possunt, nec suspen

Multitudo.

di, nec interdici fratres ordinis prædicatorũ, ab episcopis uel aliis præfatis ecclesiæ, nisi su per hoc haberent speciale licentiam & au ctoritatem papæ quæ faceret mentionem de ipso ordine, & si ferrent sententias contra eos irritæ sunt & inanes, & hoc ex priuilegio con cesso ordini fratrum prædicatorum, q incipit meritis, quod est Alexandri & in priuilegio. Nimis iniquè. Item cogi non possunt di cti fratres ordinis prædicatorum, vt eorum constitutionibus subiiciantur, ideſt ep scopo rum ex priuilegio Boni. virtute. Excommuni catus non est faciens contra statutum infrin gens excommunicationem in loco exempto intra territorium ipsius statuentis. Io. de Lig. qui remittit ad prædicta, & allegat etiã. c. lu minoso. 18. q. 2. vbi dicitur per textum Gregorii, quod episcopus non debet exercere ali quod suæ potestatis in monasteriis. Et gl. ibi dem dicit, q loquitur de exempto, hanc opi. tenet. Io. An. & Io. Cal. qui omnes disputant, & dicunt q subditus delinquens intra diœce sim, sed in loco exempto non ligatur statuto episcopi infligentis excõicationem, puta eps statuit, q ingrediens monasterium suæ diœ cesis sit excommunicatus, intrat quis mona sterium monialium exemptarum nõ incidit

Minores prædicatores.

talis vigore dicti statuti. Archi. & Fęder. de Se nis disputando tenent contra Pe. de Anch. in lec. super 6. de cõsti. c. vt animarũ, recitat vtrã que opi. & concludit. Ego plenè istorũ dñorũ rones refero in c. postulasti de so. compe. & re duco eos ad concordiã sic. Aut prælatus loci exempti ex forma priuilegii habet iurisdõnẽ episcopalem in suo loco exempto. Et sic est ve ra opi. Io. Cal. & sequatium. Aut nõ hẽt iurisdictionẽ episcopalẽ, & sic est vera opi. Archi. & aliorũ. Rationẽ huius ibi videre potes. ¶No. etiam secundum Lau. q subditi religiosi extra septa loci in quo degunt & extra eorũ clau surã suorũ prælatorũ sententiis ligãtur, & eis obedire tenentur, totius. n. mũdus est eis pro territorio, quare vbicũque est persona subiecta vel potius religata, illic se extendit potestas eorum secundum Vin. ¶Excommunicationis sententia ferenda non est ubi multitudo, est, in crimine, & periculam timetur schismatis uel scandali di. 50. vt constitueretur 23. q. 4. ipsa pietas. Veritas tñ iustitiæ pp scandalum postponenda non est, quod sanè intelli ge, vt scilicet detur iniqua snia. Io. de Lig. Ex cõicari non põt collegiũ uel cõtas. c. Romana lib. 6. q si fiat, licèt quidam dicant, q tenet alii tamen dicunt secundum Richar. & melius in 4. q non tenet, sed bene possunt excommuni cari singuli de collegio secundum Host. puta sub his verbis. Excõmunico præpositum, deca nũ, & oẽs alios de tali collegio, nec debet excõicari vnus pro peccato alterius 24. q. 3. si ha bes, si tamen fieret tenet 11. q. 3. Sententia.

Collegium.

¶Quis possit excommunicari. Excommuni- §. 2.
cari potest Imperator vel princeps ab episco- Impera
po suo 2. q. 7. §. cum Balaam. Excommunica- tor.
tur regulariter Imperator post monitionem & rex solum pro notoriis dist. 63. Valentinia nus Io. de Lig. Excommunicari potest igno- Ignorãs
rans & absens, et si moriatur antequã sciuerit liber est quoad Deum quantũ scilicet ad sen tentiam, absolui tñ potest & debet post mor tem si apparuerint signa cõtritionis illius pro pter quod est excommunicatus. 11. q. 3. nemo Io. de Lig. Excommunicari potest archiepisco Archie-
pus a subdito delegato si est potestas sibi ex su piſco -
periore concessa 2 quæstio. 6. ca. si episcopus, pus.
de cle. non resi. Ex tua. Excommunicari potest raptor sine admonitione prẽmissa si rapina est manifesta, etsi præsens est & statim non resti tuet si absens restituat infra tempus præfixum Raptor.
extra de sen. excõ. Romana lib. 6. Excõicandi sunt ẽt post mortem, quorũ scripta continent hæresim, quod intellige nisi ipsi & scripta & seipsos submisissent correctioni & determi-

nationi

nationi ecclesiæ vt fecit abbas Ioachim. ex. de sum. tri. & fi. ca. c. damnamus, & etiam qui hæreticos hæredes instruit. 24. q 2. sane, mali tanquam carnes putridæ a communione fidelium sunt resecandi. 44. q. 3. resecandæ, quod intelligendum est de peccatis manifestis. 2. q. 1. multi, nisi post monitionem se correxerint. 45. dist. sed illud Excommunicandi sunt qui iussa apostolicæ sedis non custodiũt & præcipue ex contemptu di. 18. nulli. Dicuntur enim violatores canonum, blasphemato res spiritussancti. 25. q. 1. violatores. Excõmunicari potest quis pluries, & propter eandem caussam secundũ Io. An. faciens cõtra canonẽ fulminatorium excommunicationis ex ignorantia ipsius, puta exigit quis pedagia a clericis ignorans excusationẽ super huiusmodi non excusatur quin legitur sententia excommunicationis de re. iur. ignorãtia lib. 6. quod est verũ de canone vniuersalis ecclesię. Sentẽtiis autẽ ordinariorũ per statuta latis non ligantur ignorantes nisi ignorãtia fuerit crassa aut supina de consti. c. vt animarum. lib. 6. Et dicit Pet. de Ancha. super d. c. q̃ ignorantia crassa & supina est quando quis ignorat quod publicè factũ est in ciuitate vt dist. 38. in prin. vel nõ intelligere quod omnes intelligũt, hoc enim est lata culpa. hæc ille. Et hoc intellige nisi fuerit impeditus vt non posset scire, puta quia infirmus vel incarceratus & hoc non ab aliis audiuit.

Cõtrarii papæ.

Excõicatur quis pluries.

Ignorãtia crassa.

¶ *De caussa finali excommunicationis, id est ad quẽ finem fiat, & de effectibus excommunicationis. Cap. 76.*

CAussa finalis excõmunicatiõis est vt excõmunicatus delictũ suũ recognoscat & ad Deũ redeat. Imitat enim ecclesia in hmõi snĩa iudiciũ Dei ſm Th. in 4. di. 18. q peccatores per diuersa flagella castigat vt eos ad bonũ trahat, & ipsos sibi reliquit vt auxiliis subtractis quibus ad mala præpediebãtur, suã infirmitatẽ cognoscãt, & humiles ad deũ redeãt. Sic ecclesia aliquos excõicat separando eos a cõione fidelium vt erubescant, & suffragiis & aliis spiritualibus priuati per humilitatem seipsos cognoscẽtes ad pẽnitentiã redeãt. Vnde excõicatio medicinalis. li. 6. Est enim quędãm pœna nõ culpa, pœnę aũt sunt medicinę secundum philosophum & dicit Augustin. q̃ nulla est maior pœna in ecclesia excommunicatione. 24. q. 4. corripiantur. ¶ Ex hac autem excõmunicatione consequuntur multa damna spiritualia & tẽporalia. Primo qui dem priuatur excommunicatus sacramentis ecclesię. Nõ enim est susceptibilis alicuius sacrãmẽti sic ligatus. 3. q. 4 Engeltrudã. Secũdo priuat suffragiis ecclesiæ p q̃ incurrit triplex incõmodũ secundũ tria quæ quis cõsequitur ex suffragiis ecclesię secundũ magistrũ sen. in 4. di. 20. & Tho. ibidẽ. Valent, enim suffragia ecclesiæ ad augmẽtũ gratiæ eis qui habẽt vel ad merendum eis qui non habent, & quantũ ad protectionẽ Dei habendã, quantũ ad hoc dicit magister sententiarum quod gratia Dei per excommunicationem subtrahitur. Valent secundo ad protetionem Dei habendam q̃tum ad hoc dicit magister quod p excõmunicationem protectio Dei ei subtrahitur, & si bi ipsi relinquitur, non tamen ita quod omnino a prudentia Dei excludatur, sed ab illa protectione quæ filios ecclesiæ speciali modo custodit. Valent tertio ad defendendum ab hostibus & quãtum ad hoc dicit magister, quod diabolo maior potestas seuiendi datur in ipsum corporaliter & spiritualiter, de hoc etiã. 11. q. 3. Nihil dicit Aug. Nihil sic debet formidare Christianus homo quam separari a corpore Christi. Si enim separatur a corpore Christi non est membrum eius. Siuerò nõ est membrũ eius, non vegetatur spiritu eius. Si tamẽ quis iniustè excõicatur & humiliter seruat excõicationẽ humilitatis meritũ recõpẽsat excõicationis damnũ secundũ Tho. ibidem Richar. autem in 4. dicit, q̃ excõicatus ex iniusta causa non propter hoc excluditur a suffragiis ecclesiæ, quia nec ecclesia hoc intendit 11. q. 3. etsi. Sed etiam excõicatus pro iusta caussa si pœnitet & diligentissimè procurat absolutionẽ paratus satisfacere, & facere quod in se est, extũc sibi valẽt orationes ecclesiæ, dũ verò stat obstinatus in suo excõicatione, quãuis in aliquo prosint orationes ecclesiæ, lõgè tñ minus q̃ allis nõ excõicatis. ¶ In primitiua ecclesia qñ oportebat per signa ad fidem homines inuitare, per excõicationẽ sequebatur alius effectus. s. manifesta vexatio corporalis diaboli vt 1. Cor. 5. Nunc aũt inuisibiliter Sathanæ traditi & spiritualiter modo prædicto. Vnde Augu. Dilectissimi qui excõicat a sacerdotibus Sathanę traditur qũo; quia .s. extra ecclesiã est diabolus sicut in ecclesia Christus ac p hoc quasi diabolo traditi quia ab ecclesię vnione remouẽt, vnde illos quos Apostolus tũc Sathanæ esse traditos pdicat excõicatos a se esse demostrat. ¶ Tertio excõicatus non põt cũ aliis interesse diuinis vel cum aliis i ecclesia orare, alias mortaliter peccat, nec ẽt licet ei extra ecclesiã sic propè stare q̃

Dãna ex cõicationis.

11. q. 3. ca. omnis christianus.

audiat domina de pæ. & re. quòd in te. Nõ tamẽ prohibetur ab ingressu ecclesiæ dummodo ibi non audiat diuina, vel cũ aliis oret ibi non audiat diuina, vel eum aliis oret ibi. Io. de Lig. Potest etiam interesse prædicationi, sed & aliàs ad officium dicẽdum idest horas canonicas ad quas est obligatus tenetur nihi lominus dicere, sed solus & sine Dominus vobiscum. ¶ Quarto excommunicatio iusta excludit a Regno Cœlorum 24.q.1. Quisquis. Sed iniusta lata si contemnatur a Regno excludit. 11.q.3. nemo. vbi. Chry. sic ait. Nemo contemnat vincula ecclesiastica quia non est homo qui ligat: sed Christus qui potestatem dedit hanc & dignos fecit homines tanti honoris, nam tales mortaliter peccant secundum doc. ¶ Quinto excommunicatus excluditur a participatione cum aliis fidelibus in loquẽdo, salutando, comedendo, & huiusmodi. 11.q.3. sicut. Excipiuntur tamen quædam personæ cum quibus participare potest, vt infra dicitur ti. sequen. ¶ Sexto excõmunicatus si scienter ingerat se diuinis officiis alicuius ordinis vtens si est clericus efficitur irregularis, ex de cle. excõ. mi. apostolicæ nec potest dispẽsari nisi per papam, extra de sen. & re iu. de cætero. Si tamen baptizaret in casu necessitatis vt vetula & sine solemnitate, non est irregularis secundum Guil. Pet. de Pa. in 4. dist. 18. plenius si perfectius ponit hoc qui dicit q; excommunicatus si celebrat vel ordines recipit sit irregularis, & hoc verum est nisi probabilis ignorantia excuser, de cle. excom. mi. apostolicæ, & hoc siue suscipiat ordinem sacrum siue non sacrum, quia non distinguitur extra eo. cum illorum, & licèt ibi distinguatur inter errorẽ iuris & facti quo ad incursionem irregularitatis si tamen error facti esset probabilis excusaret cum grauius sit celebrare excommunicatum quã ordinari. Vnde si probabilis ignorantia præseruat ab irregularitate celebrantem pari ratione ordinatum. Si autem est ignorantia non probabilis abbas dispensat si talis scilicet est regularis. Si verò secularis est solus papa vt ibidem. Et quamuis aliqui restringant illum casum ad excõmunicatum propter infectionem manuum, tamẽ quacunque de caussa sit quis excommunicatus, videtur eãdem rationẽ q; abbas possit dispensare. Si verò existẽs excõicatus nõ celebrat, sed in suo officio exequens se ingerit diuinis efficit irregularis ita q; non nisi per papã dispẽsatur. 11.q.3.c.pe. Vnde sacerdos solẽniret baptizans, aut in foro conscientiæ absoluẽdo siue palam, siue occultè, vel quomodocunq; cõtrahit irregularitatem, secus si baptizaret in necessitate vt vetula. Et similiter excõicatus est si priuatè dicat epistolã vel etiã solẽniter sine manipulo, tamẽ vbi est consuetudo q; si at per nõ ordinatũ nõ incurrit. Itẽ si actũ minorũ ordinũ etiã solẽniter exerceat, cũ hoc etiã per nõ ordinatum licitè fieri possit nõ incurrit. Si aũt sacerdos solẽniter officiaret ecclesiã in matutinis vesperis vel aliis horis iucurreret, secus si psalmonizando cũ aliis quod etiam faciunt laici. Item si episcopus tulit sententiam excõmunicationis in celebrantẽ in aliqua capella sine sui licentia celebrans in prima vice non efficitur irregularis, sed excõmunicatus. Secũda aũt vice ibi vel alibi celebrãdo efficitur irregularis, sed si capella esset simpliciter interdicta, tunt ibi celebrãs prima vice etiã efficitur irregularis. Ille verò qui excommunicatũ publicè admittit ad diuina, est ei interdictus ecclesiæ ingressus scilicet ad celebrandũ & officiandum, non tamẽ est irregularis, nisi post quam admisit talẽ ad diuina se ingerat diuinis ante purgationẽ excessus huiusmodi, de quo extra de sen. excom. c. is qui lib. 6. Et no. quod dicit Richar. i. 4. di. 18. circa eandẽ materiã q; si ille qui ordinatur in excõicatione scit se esse excõicatũ propter iniectionẽ manuũ in clericum, siue iniectio sit enormis, siue nõ, siue hoc sit ante ingressum religionis, siue post, super tali irregularitate per prælatũ suũ dispẽsari nõ potest. In ordine tamẽ prædicatorũ & minorũ per priuilegiũ virtute cõspicuos possunt ordinatos in excommunicatione vel suspensione vel interdicto prælati eorum super tali irregularitate dispensare etiã si contraxissent ante ingressum religionis, nisi casus excommunicationis fuisset enormis, ita quòd esse absolutio papæ reseruata. Item quod dicitur de ignorantia dicit Ricar. quòd in foro conscientiæ creditur cuilibet dicenti se habuisse iuris vel facti ignorantia in huiusmodi quando fuit ordinatus, sed in foro cõtentioso secus. ¶ Septimo excommunicatus non potest suscipi ad religionem nisi prius absoluatur secundum Ray. si tamen fuit receptus tenet receptio. Similiter etiam professio excommunicati tenet. Frater autem ordinis prædicatorum ex speciali priuilegio possunt absoluere seculares ingredi volentes ipsum ordinem, nisi esset casus papæ reseruatus. ¶ Octauo excommunicatus eligere non potest nec eligi, vt no. extra de ap. e. constitutis. Si secus factum fuerit talis electio ipso iure nulla est, extra de consue.

c. cum

c.cum dilectus. & 9.q.1. Nos in hominē. vbi etiam dicit glo. quod si qui eligunt cum excommunicatio vitiatur electio. Item quia dicit regula iuris lib. 6. Infamibus portæ non pateant dignitatis. Sed cum excommunicati maiori excommunicatione sint infames, vt patet 6.q.1. infames, vbi dicitur in textu. excommunicatos ergo &c. quod etiam tenet Bal. Et intelligitur de excommunicatione notoria. Et dicit Pet. de Pal. hoc esse verum non solum de dignitate ecclesiastica regulari uel seculari, sed etiam de laica. vnde in regem vel Imperatorem non potest eligi, de electio. per venerabilem. Similiter non potest conferre beneficium de excess. præl. c. tanta. ¶ No no excommunicatus nullum beneficium ecclesiasticum acquirere potest, de cle. ex. mi. c. postulastis. Et de beneficiis iam habitis, dum est in mora petendi absolutionem, nil percipiet extra de appel. pastoralis. Secus si non est in mora. de excess. præla. quia diuersitatem. Io. de Lig. Et dicit Petrus de Pal. in 4. quod si quis est iniustè excommunicatus uel facit posse suum de impetrando absolutionem ab iniusta excommunicatione in foro conscientiæ facit fructus suos, etiam in foro exteriori debet cum eo dispensari, & per simplicem dispensationem secum factam, etiam pro tempore in quo mora erat potest fructus accipere, secus autem si tempore electionis uel confirmationis vel collationis erat excommunicatus, quia tunc nullum ius fuit acquisitum propter quod non sufficit dispensatio, sed requiritur noua collatio. Vnde si est beneficium pertinens ad collationem episcopi, vel simpliciter uel pro tunc ratione delicti, quia contulit excommunicato non sufficit eius dispensatio, sed dispensatio papæ vel alterius qui potest conferre ex certa scientia facta sufficit, & habetur pro noua collatione. Absolutus autem non ex hoc ipso facit fructus suos medio tempore perceptos nisi cum eo super hoc fuerit specialiter dispensatum, vel iniustè fuisset excommunicatus, vel non fuisset in mora petendi. Hæc illæ.

¶ Decimo excommunicatus est ab officio & beneficio suspensus. Vnde nec ligare, nec absoluere potest. 24.quæstio.1. Audiuimus, nec potest beneficium conferre, de excess. præla. c. Tanta. tamen quamdiu toleratur ualet qđ fit ab eo, ut si prouideret alicui ecclesiæ uel alicui cuius confirmaret electionem. ar. 8.qō. 4. non nisi fortè esset notorium. Dicit Richar. in 4. dist. 8. quod si omnes actus legitimi quos aliqui exercent dum eorum excommunicationes latent, essent irriti & inanes iudicandi, postquam eorum excommunicatio esset detecta. multi de statu suo essent incerti, quia aliqui sunt prælati, aliqui habentes plura beneficia ecclesiastica. quia latenter excommunicato fuerunt absoluti, & sic dura uidetur hęc sententia. Et ideò aliorum sententia mitior, & rationabilior est qui dicunt quod in dicto casu eorum absolutiones & beneficiorū collationes tenent, quamuis eorum excommunicatio postea fuerit detecta extra de excep. ca. Exceptionem, in glo. ar. de iure patrona. cap. Consultationibus. ¶ Vndecimo inter dictus est excommunicato omnis actus legitimus, vnde nec iudicare potest, nec accusare, nec testificari. 11.q.3. ad mensam. §. euidenter. Et si vnus de iudicibus ferentibus sententiam sit excommunicatus, non ualet sententia, si simul cum excommunicato pronunciant. Ioan. de Lig. Et dicit Pet. de Palu. in 4. hoc est uerum si sunt excommunicati publicè de sentent. & re iudi. ad probandum, quia facta & iudicata per occultè excommunicatum ualent, vnde & in spiritualibus non valet, quod fit ab eo excommunicato, de appel. constitutis, & tamen quamdiu tolerantur prælati, & sunt occultè excommunicati ualet quod fit ab eis. 8. q.4. nonne. Vnde si contulit beneficium uel confirmauit electionem tenet, & similiter absoluit in foro conscientiæ. Hæc ille, cum quo concor. Richa. Constitutiones etiam & sententiæ factæ uel latæ ab eo, vel de mandato eius irritæ sunt ipso iure, & nunquam valebunt, extra de immu. eccle. c. Aduersus. Io. tamē de Lig. dicit quod valet iudicium coram iudice excommunicato habitum nisi sit publicè excommunicatus. ¶ Duodecimo excommunicatus non potest constitui procurator, de probat. c. Post cessionem, nec etiam constituere procuratorem, quinimmo si qua communitas aliquem procuratorem constituit, & ipsæ excommunicatus inter constituentes fuit, vt rector, vel principalis expræssus vel eius auctoritate factus est procurator, vel si ipsa communitas sciendo ipsum talem, tamen eum procuratorem fecisset non valet extra de procu. c. fin. si tamen excommunicatus sit reus benè potest se in iudicio defendere, & ad hoc procuratorem constituere, de iudi. cap. intelleximus. Secus autem si sit actor vel si reus conueniat uel reconueniat extra de probatio. cap. Post cessionem. ¶ Tertiodecimo excommunicatio absoluit iuramento fidelitatis. 15. quæst. 6. nos sanctorum & c. iuratos. Io. de Lig. Vnde si quis debet alicui in certo termino, & in-

terim ipsæ creditor excõicatur secundũ Bar. Brix. & Io. de Lig. nõ debet debitor ei soluere dum perseuerat in excõicatiõe, sed ut Io. And. dicit, deponat debitũ in ædem sacram ut postea creditori absoluto detur Io. tamen & Hugo. dicunt cõtrariũ scilicet q̃ debent soluere. ¶ quartodecimo excõicatus matrimonium contrahere non potest, contractũ tamẽ tenet. Io. de Lig. Si tñ contrahit tenet, licèt peccet mortaliter, reddere debitũ etiã debet, exigere ẽt nõ puto esse mortale. Itẽ excõicatus nõ põt ordinare nec ordinari quoad executionẽ ẽt si ignoret. Vnde ordinati ab epo excõicato ẽt ignoranter indigent dispensatione quoad executionẽ ordinis de eo qui renunc. c. fi. Similiter qui excõicatur publicè, siue ignoret ius siue factum, ordinatus nõ suscipit executionem de sen. excom. Cum illorum, hæc Pet. de Pa. in 4. Dicit etiam idem Pe. q̃d epus occultè excõicatus non minus cõfert ordinando q̃ publicus, quia utrobiq; character habet non executionem, licèt in altero casu dispensetur faciliter propter probabilem ignorantiam. Non sic autem in sacramento pœnitentiæ, quia si occultè excommunicatus absoluitur tenet absolutio. Et ratio diuersitatis est secundum eum, quia causa vniuoca cõicat formã suã secũdum modũ quẽ habet, & quia in conferendis ordinibus se habet epus vt causa quodãmodo vniuoca nõ põt conferre executionẽ q̃n eam non habet, sed in collatione pœnitentiæ se habet sacerdos ut æquiuocũ instrumẽtum in cõferendo gratiam etiam si non habet eam, & ideò valet absolutio &c. ¶ Quintodecimo excommunicatus non põt administrare spiritualia uel tpalia, valet tñ cõtractus factus per eum nomine ecclesiæ, vel nomine proprio Io. de Lig. Subditi tenentur ei obedire donec ecclesiam sit toleratus 8. q. 4. nonne, alii contra Io. de Lig. ¶ Sextodecimo nõ ualẽt literæ impetratæ per excõicatum, nec astringi quis potest pacto tacito vel expresso participare excõicato, nisi in casibus a iure permissis, nec post absolutionẽ uti põt literis pendente excõicatione impetrãtis. Post litis cõtestationẽ opponi põt exceptio excõmunicationis, repulso excõmunicato ab agẽdo currit contra eum præscriptio. Si ẽt in mora petẽdi absolutionẽ ipsæ præscribit, nec dabitur restitutio excõicato si pscriptũ sit Io. de Lig. ¶ Decimoseptimo excõicatus sic decedens non debet in ecclesia uel loco sacro sepeliri, & nec potest oblatio pro ſũscipi, nec publica oratio pro eo fieri sicut nec pro ipso uiuo, nisi apparuerint in eo ante mortem signa contritionis, quia tunc absoluet post mortẽ, & oĩa prędicta potuerunt pro eo fieri 24. q. 2. sane. Secreta tñ oratione orari põt pro excõmunicatis secũdũ Pe. de Pa. ¶ Decimooctauo cadauer excõicati non facit locũ religiosum ut cadauer fidelis non excõicati secundũ Io. de Lig. Et sepultus in cæmiterio si discerni põt debet exhumari. Cõcludat ergo q̃ cũ excõicatio inferat tot damna, merito dicit Aug. 11. q. 3. nihil. Nihil sic debet formidaꝛ Christianus, sicut separari a corpore Christi. Si quis autem in eam incidit quãcitius quærat absolutionem, de qua modo agendum est.

¶ De absolutione ab excommunicatione maiori quomodo fieri debet & a quo. Cap. 77.

ABsoluere potest ab excõicatione maiori lata de iure regulariter epus suos subditos & exempti prælati sibi subditos, nisi papa sibi reseruasset absolutionẽ eius de sent. excom. nuper. uel etiam capitulum seu ille ad quẽ ẽpalis iurisdictio pertinet sede vacante de maio & obe. c. 2. lib. 6. & idem de sen. iuris. A sententia verò hominis nõ põt absolui quis nisi ab inferente ipsam vel a successore eius nisi ille esset mortuus vel amotus. 11. q. 3. si epus, vel a superiore eius. Si tamẽ habet eoẽm iurisdictionẽ & plenã sup ipsum excõicatum, sicut & ipsæ qui tulit, sicut si sacerdos parochialis ex consuetudine loci excommunicat parochianũ suum quamuis non deceat epm absoluere illũ sacerdote irrequisito, tñ potest & si absoluit absolutus est, & sic si absoluit prouincialis ordinis mẽdicantium quem ligauit prior conuentualis. Secus autem si absoluere ẽt archiepiscopus quem excõmunicauit suffraganeus eius, non enim hoc potest nisi in casu, ut si fuerit appellatum ad eum, & tunc potest vocatis tamen partibus & cognito de appellatione, alias non ualet absolutio, de ap. c. Romana lib. 6. vel in articulo mortis tunc enim quilibet a quolibet sacerdote potest absolui a quacunque sententia excommunicationis etiam papæ reseruata cum modificatione tamen quam habes in 1. capitu huius operis. Episcopus extra suam dioecesim absoluere non potest ab his quæ requirunt causæ cognitionem, quia nec ibi potest sedere pro tribunali vndecima quæst. secunda episcopum. Nec etiam legatus extra terminos suæ legationis, episcopi tamẽ expulsi possunt exercere sua iurisdictionem in aliena dioecesi &c. Si papa mãdat ali

Idẽ supra c. 75.

cui

cui quòd aliquem excommunicet cõmittẽdo ei cauſæ cognitionem poterit & illum abſoluere. diſ. 21. inferior, ſed ſi mandat ei tantum q excõmunicet cum ipſæ diffinierit negotiũ non poterit abſoluere cum per papam confirmatur aliqua ſententia excommunicationis lata per inferiorẽ ſi hoc ſimpliciter fit & ſine cauſæ cognitione poterit ipſe inferior qui tulit ſententiã abſoluere, ſi verò fuiſſet cõfirmata ex certa ſcientia, & quaſi cũ cauſæ cognitione non poterit abſolui ſine mandato papę niſi eſſet certum per falſi ſuggeſtionẽ fuiſſe impetratam, extra de confir. uti. vel inuti. c. 2.

¶ Abſolutio ab excommunicatione ex falſa cauſa ſecundum Innocen. & Hoſt. non tenet, quia iudex non intendit ſic abſoluere, puta ſi abſoluendus dicat ſe ſatisfeciſſe uel iniuriam remiſiſſe, cum non ſit verum, aliàs abſolutio ſiue iuſta ſiue iniuſta tenet quoad eccleſiam militantem. ar. de re iudi. Omnis. & diſt. 50. ponderet. Abſolui quis poteſt ab epiſcopo illius diœceſis in qua moratur a ſententia canonis quam incurrit in alia diœceſi, ſiue canon ſit de iure communi, ſiue de iure ſynodali, niſi papæ reſeruetur caſus, ſed a ſententia hominis non poteſt abſolui, niſi ab excommunicatore, vel eius ſucceſſore in officio vel ſuperiore Richar. in 4. & hoc niſi in periculo mortis vel iuſto impedimento detentus, nec poſſit in breui accedere ad excommunicatorem, tunc enim poteſt abſolui cum iniunctione, vt ſe præſentet quam citius commodè poterit ei qui debeat abſoluere ſublato impedimento, uide de hoc ſupra e. c. 1. §. tertio. Abſolui poteſt quis inuitus ab excommunicatione ſicut & inuitus excommunicatur: immo remanẽte contumacia poteſt quis diſtrictè remittere excommunicationem iuſtè latam, ſi uideat ſaluti eius expedire. Thom. in 4. diſtinct. 18. ſed Richar. in 4. diſtinctio. ea. concedit hoc de ſententia hominis, ſed de ſententia iuris dicit, quòd abſolui non poteſt inuitus. All. 24. quæſtio. 2. nec quiſquam. ar. ad hoc extra de offic. deleg. ca. contingat. Abſolui debet excommunicatus qui offert ſe ad iuſtitiam non obſtante appellatione partis aduerſæ, debet tamen recipi ante abſolutionem ſufficiẽs cautio ab illo quòd iuri parebit extra de appella. cap. qua fronte. Si excommunicatus dicat cauſſam excommunicationis fuiſſe dubiam, vel nullam vel falſam, & petit abſolui ad cautelam abſoluetur cum iuratoria cautione niſi excommunicator vel is pro quo lata eſt ſententia infra octo dies probauerit, extra de ſentent. excommunic. libro 6. ſolet.

¶ Excommunicator cognoſcens errorem ſuæ excommunicationis debet reuocare vel abſoluere non obſtante appellatione aduerſarii. Sed ſi dubitet de errore poteſt abſoluere recepta cautione quod iuri pareat, extra de ſentent. excommun. Sacro. Ligatus pluribus ſententiis vel vna ex diuerſis cauſis, ſi verè uult abſolui debet exprimere oẽm ſententiã & cauſſam, & ſic una abſolutio ſufficit ad plures excommunicatione tollendas, alias non tenet abſolutio, quia per ſurreptionem eſſet obtenta, extra de ſenten. excom. c. officii. ¶ Cum quis dubitat ſe eſſe excommunicatũ ſi ſuper hoc habet conſcientiã ſcrupuloſam nimis deponat eam ad conſilium boni uiri, quam ſi nolit vel non poſſit eam deponere, vel habeat de hoc probabilem opi. faciat ſe abſolui ad cautelam, extra de ſenten. excommu. inquiſitioni. ¶ Abſolutio autem ab excommunicatione ſecundum Guil. eſt duplex. Vna pertinens ad forum contentioſum & hæc committit poteſt clericis non ſacerdotibus, immo etiã ſecundum Hugo. & laicis ex delegatione papæ tantũ. Alia eſt quæ pertinet ad forum pœnitẽtiale quæ fit cum oratione & pſal. extra de ſenten. excommu. A nobis in fi. Et hæc nec debet nec poteſt committi niſi ſacerdotib. niſi fortè apapa hoc fiat. Sed Petrus de Peruſio, & Io. videntur perfectius dicere circa hoc. Dicunt enim ſuper dicta de cre. quòd quilibet. ſuperior etiam non ſacerdos qui habet poteſtatem excommunicandi habet & poteſtatem abſoluendi quantum ad reſtituendum communioni hominum & reddendum illum habilem ad actus legitimos. Sed quantum ad tollendum culpam rationẽ criminis vel contumaciæ cõtractæ requiritur abſolutio ſacerdotis. Hæc prædicti.

¶ In abſolutione a maiori excommunicatio ne quattuor obſeruanda ſunt ſecũdũ Hoſt. in ſumma. Primum eſt ut excõicatus in omnicaſu antequã abſoluat̃ iuret ſtare mãdatis eccleſiæ. Et quãuis Hoſt. dixerit hoc eſſe de ſubſtantia abſolutionis, cõtrariũ tamẽ tenetur. Vnde ſi omittatur quod fieri nõ debet, tenet nihilominus abſolutio, extra eo. Cũ deſideres. Gof. Ber. & Guil. Et idẽ eſſet ſi iuret prædictus parere mãdatis ipſius qui ſuſcipit iuramentum, de pueris autem an debeant iurare relinquitur arbitrio epiſcopi. Et dicit Rich. in 4. quod aliqui dicunt quòd pro leui iniectione manũ non debet exigi iuramentum propter periculum periurii, alii quod eſt obſeruandum in abſolutione cuiuſcunque qui incidit in canonem. Hæc Richar. Sed §. 1.

Hugo. dicit quod debet exigi pro horrendis criminibus, vt incendarii falsatoribus, & huiusmodi non autē pro quibuslibet aliis mortalibus contra quæ lata est sententia: & istud videtur satis ęquum. ¶ Secundum est, vt si excommunicatus est pro notoria offensa in aliquem non absoluatur, nisi prius sufficiens emenda præstetur. Pro contumacia autem & pro offensa dubia sufficit iuratoria cautio. extra de verb. signi. ex parte scilicet, vbi nullæ expensæ petuntur, sed ubi expensæ vel satisfactio damni petitur, non debet absolui nisi prius satisfaciat si potest. Si autem emendam præstare non pōt, debet absolui recepta ab eo idonea cautione, ꝙ satisfaciet, si ad pinguiorem formam peruenerit & dicitur idonea pignoratitia vel fideiussoria extra de sol. Odoardus. Et si illam præstare non potest saltē præstet iuratoriā, absolutio aūt neganda non est 26. q. 6. si præsbyter. talis quoque ad petitionē aduersarii tenetur cedere bonis, vt dicit Gui. Et si illud secundū nō seruetur. tenebit tamē absolutio: sed peccat qui sic absoluit secundū Guil. ¶ Tertium ꝙ seruari debet est, vt absoluatur per eum qui tulit sniam vel per superiorē suum vel alium cui commisit cū psalm. oratione & verberibus, psalm. s. Miserere, vel alio pœnitentiali secundū Guil. oratione, videlicet. Deus cui propriū &c. Sed vbi in oratione ipsa dici consueuit quem delictorum cathena constringit, loco huius dicitur & hūc quem excommunicationis cathena constringit. Præmittitur autem post psal. cum gloria chyrieley. chyrieley. chyrieley. Pater noster, Saluum fac. ver. Nil proficiet inimicus in eo. ver. Esto ei. uer. Domine exaudi orationem, & Dominus vobiscum. Post autem ipsam orationem prædictam. Deus cui proprium est, dicendum est auctoritate omnipotentis Dei & beatorum apostolorum Pet. & Pau. & ecclesiæ sanctæ suæ & nostra uel mihi commissa, absoluo te a tali sententia, uel ab excommunicatione q̄ incurristi pp talem & talem causam, & restituo te communioni & participationi ecclesiæ, & omnium fidelium & ecclesiasticis sacramentis extra eo. a nobis 2. Verebabit aūt absoluens excommunicatū virginis vel corrigiis nudas habentem scapulas, dum dicit omnia prædicta. Ista tñ sunt ad bene esse & non de substantia absolutionis. ¶ Quartum est, vt postmodū absoluens faciat illi mā data iusta & rationabilia: aliàs appellare posset extra de pac. c. fi. Erit autem mandatum rationabile ei factum si ipsi excōicato iniungitur principaliter, ꝙ contra illū canonē nunquam veniat vt incendiario, ꝙ nunq̄ incendat, percutienti clericū, ꝙ nunq̄ percutiat & similia 23. q. fi. pessimā. Aliqñ etiā requiritur cautio, ꝙ de cætero talia non faciet, extra de senten. excom. grau. Si autem apparet sententia iniusta nullum mandatum fiat absoluto. ¶ Et nota quod propter violentam iniectionem manuum in clericum vel religiosum fieri solet satisfactio pecuniaria quæ applicatur monasterio si percussus est religiosus. Sed si esset clericus secularis sibi applicaretur, nisi in contumeliam ecclesiæ fuisset percussus, quia tunc ecclesiæ cum ipsa possit agere actione iniuriarum secundum Goff. & Hostien. Defunctus autem excommunicatus & sepultus in loco sacro cum absoluitur non exhumatur, sed sepulchrum eius verberetur, ut fit circa viuos extra de senten. excomm. a nobis. Regularis autem cum verberat regularem, vel aliàs incidit in sententiam excommunicationis a iure prolatam, nec ap. se. reseruatā absoluitur a suo prælato. Si tamen percussisset regularem alterius religionis, tunc abbas uel prælatus percussi verberabit ipsum absoluendum, ꝙ erit loco satisfactionis: sed iuramentum recipiet & absoluet proprius abbas. Conuenientius tñ fit totum per vnum ex cōmissione alterius, extra de offic. c. fi. si autem percussit clericum secularem absoluetur per episcopum, extra de sen. excom. religioso lib. 6. In casu autem quo regularis excommunicatus non haberet prælatum qui esset sacerdos, vel si esset defunctus ipsæ prælatus uel excommunicatus ad diœcesanum recurrendum est secundū Host. ꝙ Guil. intelligit tam de exēptis q̄ de non exemptis. ¶ Et nota, ꝙ quamuis absolutio ab excommunicatione regulariter debeat fieri, cum modo declarato quando commodè potest, tamen & si nō seruetur prædicta forma, etiam sine causa rationabili ipsam dimittendo simplici nudo verbo potest fieri ipsa absolutio, vt si dicat. Absoluo te solum ab excommunicatione vel rebene dico te uel quodcunque aliquod tale intendens per illud absoluere, extra de re iudi. omnis res di. 50. ponderet, & hoc secundū Ray. Guil. Io. & ferè omnes doctores licèt Host. dicat contrarium. Vnde & beatus Thom. de forma absolutionis dicit quòd absolutio ab excōmunicatione nō est sacramentalis: sed magis consequens iudiciariam iurisdictionem. Et ideò ipsa verba habent efficaciam ab intentione dicentis, ubi non refert quibuscunque verbis vtatur ad exprimendam suam intentionem. Similiter & Rich. in 4. dicit, quòd

suffi-

ſufficiunt verba quæcunq; ſignificantia remotionē excommunicationis. Idem in ſubſtantia dicunt Ant. de Bu. & Pet. de Peruſio, & addunt quod cū excommunicatio ferat pro peccato mortali, ideo talis indiget abſolutione ſacerdotali & ſacramentali ratione peccati, quilibet enim tenetur cōfiteri de omni peccato mortali Sed ante hanc abſolutionem ſacramentalē admittitur ad participationem fidelium, ſed nō eucharistiæ niſi confeſſus de illo mortali. ¶Item nota q̄ ſi de facto quis abſoluit aliquē ab excōmunicatione de qua non pōt cū poſtea aduertit debet ſi poteſt certificare de errore ſuo, ſ. declarando quomodo eum non potuit abſoluere & conſulere quod impetret abſolutionem & interim habere ſe ad illum, ac ſi non abſoluiſſet Guil. Item nota quod ſi epiſcopus committit alicui abſolutionem ab omni excommunicatione non propter hoc poterit abſoluere illū excōicatū ab eo cuius abſolutionē nō cō miſiſſet in ſpāli, fortè q̄a erat excōicatus p̄p damnū illarū eꝑo uel aliq̄d hmōi, extra de re iur. c. ī generali li. 6. ¶Itē no. q̄ abſolutio nō debet fieri ſub cōditione puta ſi ſatisfecerit, nā taliter abſolutus nō eēt ſimpliciter abſolutus, extra de reg. iur. li. 6. actus. Magiſter ordinis p̄dicatorū & ꝓuincialis & cōuentualis & eorū uicarii in ꝓuinciis conuentibus & locis ſibi cōmiſſis p̄dictis fratribus cōſtitutis ibidē necnon & aliis fratribus eiuſdē ordinis interdum ad eos declinātibus vndecunq; abſolutione indigentibus, ſiue priuſquā intrauerint ordinē ſiue poſt in caſibus exceſſerint quibus ſententiam excōicationis incurrunt abſolutionis beneficium ualeant impartiri, niſi adeò eſſet enormis exceſſus quod merito eſſet apoſtolica ſedes conſulenda. Alex. Greg. Boniſa. in priuilegio uirtute conſpicuos, q̄ dicitur mare magnum. Prædicti prælati poſſunt a ſuis confeſſoribus illas abſolutiones ab excommunicatione & diſpenſatione ſuper irregularitatibus recipere quas ipſi poſſunt ſuis ſubditis impartiri. Bonifa. in prædicto priuilegio uirtute cōſpicuos. ¶Item magiſter ordinis fratrum prædicatorum & prouinciales priores etiam conuentuales & eorum uicarii eos qui ordinem noſtrum ingredi uolunt, abſoluere poſſunt ſecundum formam canonicam a ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti a iure uel iudice generaliter promulgatis, & ſic eos in fratres recipere, etiā ſi poſt ſuſceptū habitum reuoluerunt ſe fuiſſe talibus ſententiis innodatos, poſſunt eis abſololutionis beneficium impartiri, niſi adeo enormis eſſet exceſſus eorū, &c. ut ſupra Boniſa. uirtute.

TITVLVS XXV. DE excommunicatione minori.

¶*Excommunicatio minor quomodo contrahitur. Cap. 1.*

SEcunda ſpecies excommunicationis dicitur minor excommunicatio. Hęc autem incurritur participando cum excommunicatis maiori in caſu non conceſſo. Vnde Fabi. papa. Sicut apoſtoli ſtatuerunt dicentes cum excommunicatis communicandum nō eſſe &c. 11. q. 3. Gloria Pau. ſtatuit cum videlicet dicit. Si quis frater id eſt fidelis nominatur auarus &c. ideſt per ſententiam excommunicatur propter aliquod vitium. excommunicationem enim appellauit nominationem, ut exponit Aug. 2. q. 1. c. Multi. Et ſubdit Apoſtolus ibi, cum hoc ſcilicet excommunicato nec cibum ſumere debitis. Ioan. etiam Euangeliſta in 2. canonica c. vnico ait. Si quis non affert hanc doctrinam ſcilicet fidei rectę, nolite eum recipere in domo nec ei dixeritis. Aue &c. Et loquitur de hæreticis qui ſunt excommunicati quod & ipſæ oſtendit exemplo, ut patet 24. q. 1. Omnis. Ad idem Iſidorus ait. Cum excommunicato nec orare nec loqui niſi quę ad eandem excommunicationem pertinent nec ueſci licet. Si quis palam aut abſconsè fuerit cum eo locutus communem ſtatum cum eo excommunicationis contrahet pœnam 11. q. 3. cum excommunicato glo. ſtatum, eſt ergo caſus latæ ſententiæ ſcilicet quod incurrit minorem excommunicationem talis, & ſic eſt ibi ſimilitudo ſeu communitas in genere ad idem facit pręcedens & ſequens c. ¶Pro horum maiori declaratione eſt ſciendum q̄d quadrupliciter quis poteſt excommunicatis communicare. Primo quidem in eodem crimine prpter quod quis eſt excommunicatus ſcilicet dando ei conſilium auxilium uel fauorem, & per talem participationē incidit in eadē ſnīam, ut ſupra declaratū eſt. Secundo in crimine mortali participādo, ſed nō in illo pp q̄ eſt excōicatus & p̄p talē participationem mortaliter peccat, ſed non incurrit maiorē excōicationē, ſed minore. Tertio participat cū excōicato in diuinis, & p̄p talē participationē peccat mortaliter q̄n ſciēter hoc agit etſi ius ignoret, & præcipue ſi eſt talis cōditionis q̄ ſcire potuit & debuit hmōi parti

1. Co. 5

cōmunicare pōt quis cū excōmunicatis.

cipationis prohibitionem non tamen est ex communicatus maiori, sed minori, nec est irregularis, de sen. exc. is qui. lib. 6. Sed vicinus irregularitati. Nā est ei interdictus ingressus ecclesiæ si uidelicet admittit ad diuina officia publicè excommunicatos seu ecclesiastica sacramenta aut ad sepulturam donec de transgressione huiusmodi satisfecerit cōpetenter ad arbitrium eius cuius sniam contēpsit, extra de priui. c. episcoporum lib. 6. Et si postquam est ei interdictus ingressus ecclesiæ ingerat se diuinis in suo officio sicut prius irregularis efficitur. Et sic videtur intelligendum de secularibus & regularibus. Sed etsi sepeliret publicè excommunicatum esset excommunicatus, vt supra dictum est. Si autē talis participatio fieret per metum, ut quia tyrannus cogit per metum mortis sacerdotē celebrare, etsi culpa attenuetur per talem metum, nec tamen simpliciter excusat secundum Hosti. sed secundum Guil. & Hug. metus qui cadit in constantem uirum excusaret in hmōi. Quarto participatio cum excōmunicatis fit non in crimine, sed in aliis actibus humanæ conuersationis, ut loquendo, comedendo, salutādo, & huiusmodi in casu non concesso, & per hoc efficitur excōicatus minori excommunicatione, etsi pertinaciter & contra prohibitionem superioris excommunicaret in prædictis minori excommunicatus etiam posset excommunicari maiori. Nota tamen quod dicta sententia, scilicet excommunicationis maioris lata contra participantes cum excommunicatis in loquela & huiusmodi nō teneret nisi præmissa esset trina admonitio, vel una pro tribus, & nisi exprimantur ipsi admonendi nominatim. extra eo. statutum. lib. 6. ¶ No. tamē qd̄ propter prędictam participationem licèt quidam ut Ray. dixerint incurri peccatum mortale. Tamen Thom. in 4. dist. 18. dicit, q̄ probabilius est quod alii dicunt, s. non esse mortale nisi in quattuor casibus. Primo participando in crimine. Secundo participando in diuinis. Tertio in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ. Quarto contra prohibitionem præceptoriam superioris. Idem Pet. & Albe. Archi. 11. q. 3. sicut, & sic intelligitur illud c. sicut Apostoli, s. q̄ cum quis per contemptū participat, tunc potest excommunicari, quia mortaliter tunc peccat. Idem Ioann. And. & Io. de Lig. & Ray. in 4. Qui ergo participat cum excommunicato maiori excommunicatione in diuinis, s. cum eo dicendo officium uel ministrando ei sacramenta, vel audiendo Missam cum eo secundum omnes peccat mortaliter vt dicitur in quodā scripto suo. super 4. quod uerum est secundum ea quæ sunt in corpore iuris, sed hodie secus per extrauagantem. Mar. 5. quam habes supra c. fi. de maiori excommunicatione ibi vide. Not. qd̄ participās cum excommunicato minori non incurrit aliquam excommunicationem vel peccatum, & hoc est quod communiter dicitur qd̄ excommunicatio, s. maior nō trā sit in tertiam personā. 11. q. 3. quoniā multos. In quo quidem. c. Greg. subtrahit a minori excōmunicatione quam plures differētias personarum communicantes excommunicatis maiori, quę tamen omnes comprehenduntur in isto. versi. Vtile lex humile res ignorata necesse. Hæc anathema faciunt, ne possit obesse. Vtile, id est, propter utilitatem excommunicati vel etiam participantis. Lex idest. propter legem matrimonii, humile, i. per subtitutionem naturalem uel aliquam seruitutem, ut in filiis & seruis & huiusmodi, res ignorata, idest, quando nescitur quis est excommunicatus, ignorantiam, s. facti, necesse, idest, propter necessitatem excommunicati vel participantis. Vide tamen clarius de quolibet horum in sequentibus.

tit. 24. c. 35.

Participatio cū excōicato ēmortale.

§. 1. utilitas.

¶ Primo quidem excusat participantem cū excommunicatis ut non incurratur minor, utilitas, vtilitas q̄ potest esse duplex. Vna q̄dē ipsius excommunicati, ut cum quis loquitur ei de his q̄ pertinent ad absolutionē procurandam, uel etiam ab salutem animæ, licet alia incidēter interponat vt magis, pficiat vnde & ad prædicationem admittitur, extra eo. responso. & per hunc etiam modum prædicatores qui apud excommunicatos in prędicationibus & confessionibus quasi gerunt causas eorum qui ab ipsis expoliati fuerunt eleæmosynas licet accipere ab ipsis excommunicatis, præsertim si in locis illis non ualent sustentationem habere extra eo. cum uoluntate. Et etiam secūdum Host. extra casum necessitatis, dum sperāt probabiliter de proficiēdo eis. Secunda utilitas potest esse ex parte participantis in temporalibus uel spiritualibus. Et in temporalibus quidem ut cum petit ab excommunicato quod ei debet dare, ut in d. c. si uere. unde si nolit dare, potest in iudicio conueniri, alias ex delicto suo commodum reportaret, de iudi. c. intelleximus. In spiritualibus autem licitè potest loqui de salute animę suæ petendo cōsilium si est necessitas, & non posset habere recursum ad alium secundum Guil. ¶ Secūdo excusat lex

matrimonij

Matriũ. matrimonii in hmõi participatiõe cũ distinctione tñ nam aut excommunicatio est lata etiam in alterum propter matrimonium illicitè contractum,& tunc neuter potest cum altero participare,aut excõicatio est lata pp aliud delictum,& tunc in participatiõe quo ad redditionẽ debiti vterq; excusatur,in aliis verò excusatur mulier participando cum uiro excommunicato,sed nõ excusatur vir participando cum vxore excommunicata ex eo q̃ cum sit caput eius debeat eam cogere ut faciat se absoluere.7.q.1.sicut,hęc Ray.& Gof. Si aũt vir vocaret excõicatũ ad mensam, credit Guil.qđ nõ possit vxor comedere cũ uiro ad illam mensam,sed bene in eadẽ domo in alia mensa ita remota qđ possit dici qđ nõ comedãt simul & de bonis quidem cõibus aut de his quæ daret mariti sui nomine excõicati ſm Guil.non debet accipi eleemosynaliter nisi,s.in necessitate, sed de bonis propriis si dat uel si concessum ei fuisset amarito excõicato ut de bonis cõmunibus daret ipsa nomine proprio potest accipi.Idem de familia excommunicati quoad eleemosynas dãdas.

Seruitus. Tertio excusat humilitas subiectionis vel seruitutis,& primo quidẽ filii qui sunt sub patris potestate uel etiam mancipati que sunt comẽsales patris,& ab eo recipiunt necessaria,excusantur participando cum patre excommunicato dummodo nõ in crimine alii autem filii non excusantur secundum Guil. Secundo excusantur monachi participando cum abbate excommunicato secundũ Guil. quia sunt quasi de familia eius.Tertio excusantur clerici cum suo pontifice excommunicato participando illi,s.qui sunt eius officio conductiuè deputati ficut & alii seruientes, alii verò clerici non 93.distin. miratus, secũdum Hostien. Quarto excusantur serui,& ancillæ scilicet seruilis conditionis. Quinto excusãtur rustici seruientes,& alii subiecti qui non sunt adeò curiales ut eorum consilio scelera perpetrantur.11.q.3. quoniam multos, cum distinctione tamen secundum Guil. qa si tales personæ ante excommunicationem domini seu patroni obligauerunt se seruituti & seruitium intrauerunt,si tunc ignorauerunt excommunicationem non tenentur discedere,sed si sciuerunt tenentur discedere, nisi necessitas eos compulisset quòd fierent de famil ia eius.Et quod dr̃ de rusticis, intellige qui colunt terram dominorũ suorũ, & hoc etiam extenditur secundum Guil. ad illos qui dicuntur mediatarii, & qui pp culturam recipiunt certam portionẽ fructuum. Nam & possunt communicare quantũ oportet pp culturã & hmõi rationẽ.Idẽ intelligẽdum est de nutritiis & similibus qui vel q̃ si a domino recederent non haberent vnde viuerent.extra eo.si vere.ibi etiam iu d.c.excusantur,qui cũ excõicatis nautis cõueniunt de transfretando contra Saracenos.Sexto excusantur patres & dñi participando cum filiis suis aut seruis excõicatis,non quidẽ simpliciter,sed ſdm Tho.in 4.di.18.in his in q̃bus sunt obligati,quia sicut inferiores obligantur ad obsequiũ superiorum ita superiores ad prouidentiam inferiorum.Ray.tamen & Guil.Goff.& Hosti.dicunt qđ tutius ẽ tenerẽ qđ nõ excusantur tales, qa tenebantur eos corrigere.ar.27.q.1.de filia,qđ vr̃ quãdo ex defectu ipsorũ,quia,s.nõ correxerunt,inciderunt in.snĩam vel permanẽt in ea, sed vbi per eos non stetit,& instant vt q̃rant absolutionẽ,habet locum quod dicit Tho. Septimo secundum Host.seruis mercennariis possunt cõicare conductores eorũ, vbi sine magno incommodo eorum eos uitare non possent, & idem de sociis habentibus aliquid cõe, aliàs autẽ non pñt cõicare,concor.Ber. Octauo armiger vel seruiens militi secundũ Guil.excusatur cõicando ei,non aũt cõicando cum excõicatis, cũ quibus dñs suus cõmunicat. Nono uasalli cum teneantur reddere tributa pẽsionis suis dominis excommunicatis nõ peccant eis communicando,licèt soluant in propria persona,secundũ Guil. Notauit tamen Hugo de hmõi uasallis,qđ cum sint absoluti ab obsequio fidelitatis quandiu eorũ dominus est excommunicatus debent ab eo abstinere.15.q.6.Nos sanctorum. Quarto excusat huiusmodi participationem res ignorat, ut dicit Guil.ideſt ignorãtia facti probabilis, extra de cle.excom.mi.Apostolicæ. Sed ignorantia iuris non excusat nisi illos quibus ius licet ignorare,ut sunt pueri nondum doli capaces.Dicitur autem ignorare quis factum, ut quia non constat ei quòd ille fecit tale quid,puta quod clericum verberauit, quia nec ipsæ uidit,nec est fama ita publica quod omnino debeat credi,nã si ab aduersario audiat,vel leui fama non debet sibi de hoc formare conscientiam vndecima quæst.3. non solum,Si verò est publica fama, vel auditur a fide dignis,quod aliquis sit publicè excõicatus,vel quia notoriè aliquid fecit propter quod incidit in excõmunicationẽ debet euitare & inquirere ueritatem si non plenè scit, & interim eũ uitare ĩ occulto vel in publico donec fuerit certificatus ſdm Ray.Itẽ si audiui

Ignorãtia.

diui. aliquem excommunicatum publicari Parisius quem postea inuenio Bononie licèt quidam dixerint quod debet euitari vbique tamen secundum Guil. potest benignius dici scilicet quòd si possunt facile probare excõmunicationem, puta per testem vel instrumentum teneor vitare aliàs non, nisi in illa dyoecesi. Item si audiui aliquem excommunicari vel vidi incidere in factum damnatum per excommunicationem, & exinde non uidi eum nisi post annum secundum Guil. si ille est talis homo quòd credatur esse timoratus, & qui tunc seruabat excommunicationẽ modo non seruat possum credere eum absolutum, si verò non est tale debeo eum vitare, si occultum est occultè. 6. q. 2. si tantum &c. seq. si manifestum publicè, nisi constet de absolutione. Item si prælatus vel sacerdos dicat mihi quod vidit parrochianum suum aliquid facientem ꝑꝑ incidit in excõmunicationem non est autẽ illud publicum siue credam siue nõ credam illud non teneor eũ uitare quantum scilicet ad uitare maiorem excommunicationem, & multominus uitare non teneor, si dicat mihi alius secundũ Guil. Si tamen prælatus vel episcopus vel alius diceret mihi de suo subdito quod esset excommunicatus denunciando mihi sententiam, & casus est talis de quo solet fieri excommunicatio, debeo credere & illum vitare. Si autẽ dicat communi locutione non teneor. Item si audiui ab ipso excõicato de sua excommunicatione, & hoc in confessione secundum Guil. non teneor uitare, idem Host. Si verò extra confessionẽ scẽm oẽs debeo eum uitare, sed in occulto solum nisi sit publicè excommunicatus. Itẽ si scio habitu aliquem esse excommunicatum, actu autem hoc nõ adueto, & sic ei communico subito secundum Guil. non. incido in excommunicationem, nec pecco. Item si dubitatur de excommunicatione aliquorum, & dubitatio talis præcedat sententiã iudicii, puta quia nondum est declaratum per iudicium consensum non sunt uitandi. Si post concordem iudicum determinationem adhuc ambiguum sit, magis standum est sententiæ iudicum, & illi sunt uitandi secũdum Tho. in quodlibet. ¶ Quinto excusat necessitas tã excommunicati quã participantis. Vnde peregrini uiatores & si miles in necessitate constituti, licitè possunt recipere ab excommunicatis secundum Inno. & Hostien. 11. q. 4. quoniam multos. Similiter excommunicatis potest aliquid dari causa humanitatis secundum Guido. in sustentationem quando scilicet indigent, nec est expectẽda ultima necessitas, & si excõmunicatus petat hospitiũ non tenetur expectare quòd sit ab omnibus aliis expulsus. Intelligitur tamẽ quoad necessaria uitæ, secus si peteret alia utensilia, ut fossorium uel securim & huiusmodi. Item si uocatur quis a iudicib. excommunicatis, sub quorum iurisdictione est ut stet iuri uidetur esse casus necessitatis, & similiter si coram eis conueniunt iniuriatores suos secundum Guil.

Necessitas.

¶ *In quibus casibus communicando cum excommunicatis, incurratur minor excommunicatio. Cap.* 2.

EXtra prædictos casus prohibetur in iure 11. q. 3. c. cum excommunicato, & sequenti, participare cum excommunicatis in his quæ in hoc uersu continentur. Os orare uale, communio mensa negatur, aliàs minor excõmunicatio incurritur. ¶ Primo quidem non debet quis participare cum excommunicato maiori excommunicatione in locutione. Vbi no. secundum Guil. quod familiaritas uel pudor uel scandali timor non excusat participantem cum talibus in locutione, uel aliis in casu non concesso. Item non licet litteras excõmunicati recipere, vel ei mittere uel nuncios uel litteras nisi in casu quo liceret ei loqui secundum Guil. & Hug Item si munus recipit ab eo scienter, quamuis nõ debuerit recipere, non tamen tenetur reddere, sed debet ex consilio pauperibus erogare uel excommunicato remittat scilicet ad sui roborem secundum Guil. Secundo non debet participare in salutando, alias qui salutacommunicationem minorem incurrit. Item si resalutat salutantem, sed si assurgat, uel si reuerentiam quis exhibeat excommunicato, aut inclinet se salutanti, aut moueat labia quasi resalutans cum tamen nil dicat, secundum Guil. non incurrit excommunicationem cum pœnæ sint restringendæ, de pæ. dist. 1. §. Pœnæ. Item cum ei scribitur non est salutandus, sed loco salutationis dicendũ est spiritum consilii sanioris, si autẽ salutatur potest respondere, Deus emendet uos, & huiusmodi. ¶ Tertio prohibetur orare cum excommunicationis, vnde si excõicatus intrat ecclesiæ & ibi se firmat, alii tenẽtur exire uel procurare quod exeat si manifestũ est eũ esse excommunicatum secundum Ray. 11. q. 3. sicut apostoli. Si verò est occultũ tunc illi qui sciũt exibunt secretè & cautè, ita quod non sequa-

Loqui.

Salutare

Orare.

tur

tur manifestatio eius si possunt, aliàs non exibunt. 6. q. 2. si tantum, occultè enim excommunicatus occultè debet moneri ut exeat. Si autem excommunicatus est in ecclesia non causa orandi: sed alio negocio, nõ uideo quare in eadem ecclesia orare non possim, ut ait Innoc. Circa officium verò missæ nota secundum Ray. quòd si excommunicatus intrat ecclesiam iam missa incepta: si occulta est eius excommunicatio non debet sacerdos dimittere missam. 7. q. 1. Nihil, Si verò est manifesta moneat eum publicè, vt exeat, si uerò non vult exire nec commodè potest facere expellere eum, & sacerdos nondum inchoauit canonem, debet dimittere missam arg. 24. q. 1. Omnis. Si verò priusquam ille ecclesiam intret, vel priusquam sacerdos eum viderit iam canonem inchoauit, debet sacerdos procedere in officio simul cum eo qui assistit ei tantum. Alii enim omnes debẽt exire ecclesiam si excommunicatus non exit ipsæ, de quo communiter sciunt, ita tamen quod finito canone & sumpto sacramẽto antequam dicatur post communio moneat illum quòd exeat, de cõse. di. 2. c. relatum. concor. Hostien. & Goffr. quòd si non vult exire potest eum sacerdos eiicere etiam si clericus sit. & si non potest eiici: in sacristiam rediens, dicat orationem & post communionem quæ restabant. Item
Di. 18. secundum Thom. in 4. pro excommunicatis orari potest quamuis nõ inter orationes quæ pro membris ecclesiæ fiunt, & tamen fructum non participant quamdiu in excommunicatione manent: sed oratur vt eis detur spiritus pœnitentiæ, vt ab excommunicatione soluãtur. ¶Quarto prohibetur participare cum
Mensa. excommunicato in mensa, sed si hospitatus sum in aliqua domo ad mensam, & superueniat & ingerat se excommunicatus. secundũ Guil. si est publicè excommunicatus: teneor fugere non obstante cuiuscunque scandalo. Si uerò est excommunicatus occultus, & non possum sine eius nota surgere: nõ teneor surgere. Item superueniente publicè excõmunicato non teneor exire de domo, immo etiã si scirem aliquem publicè excommunicatũ receptum esse in aliqua domo: possum ibi hospitari si tantæ capacitatis sit locus, quòd possum eius cõmunionem vitare, nam licet mihi cum excommunicato in eadem camera comedere: sed non in eadẽ mensa, similiter nec in eodem lecto iacere. Quod si veniam inuitatus ad aliquod festum, vel cõuiuium, & inuenio ibi aliquẽ publicè excommunicatum, teneor recedere neque debeo ibi epulari, licèt sedeat ad aliam mensam, quia omnes tales conuenientes ad festũ vel conuiuiũ simul inuicem communicare dicendi sunt. Guil. Item si quis amico suo excommunicato venienti comedere ad domum suam, mittit ei domum & claues, & permittit eum comedere separatim in domo sua, si hoc faciat in fraudem, vt sic eum non offendat: sed fauorem eius acquirat: incurrit minorem excommunicationem. Si autem facit, quia timet ne forte ille vim inferret, non incurrit. Idem si facit hoc causa humanitatis, quia si putat eum indigere hospitio vel alimento, & de hoc facit protestationem non incurrit. Guil. ¶Quinto prohibetur cum excommunicatis haberi communio. s. in aliis etiam actibus humanę conuersationis, & præcipue in actibus legitimis, vnde non debet quis facere aliquem cõtractum cum excommunicatis, tenet tamen contractus initus cũ talibus si ipsæ contrahẽs non obligat se ad communicandum cum excommunicatis, vt si quis vendat & tradat rem excommunicato & statim pretium recipiat. Si uero obligat se ad communicandum cum excommunicato in casu non concesso, non tenet contractus, ut si promittat uel etiam iuret quòd vendat ei uel locabit, & hoc secundum Ray. sed Innoc. dicit quòd omnes cõtractus initi cum excommunicato etiam scienter & durante excommunicatione tenent, & ex ipsis agitur cõtra excõicatum. Sed ipsæ excõicatus agere nõ poterit pro tali contractu, nisi post absolutionem quod verius videtur, idem Guil. ¶Item cum quis iurat soluere alicui in certo termino, & interim ille excõmunicatur: secundum Ray. non deberet sibi solui dum stat in excõicatione, sed deponi debet illud debitum in ęde sacra. Inno. tñ dicit. Consulimus tali, q̃ det, nam & seruiens tenetur seruire excõicato, ut promisit. 11. qõ. 3. quoniam. & hoc uidetur uerius. Item si quis recipiat mutuum ab excommunicato, uel conducit aliquid ab eo pro pretio reddendo tempore excommunicationis ipso pretio uel mutuo quo ad ciuilem obligationem ex qua actio nascitur, & potest peti: non redditur ni si post eius absolutionem, obligatur tamen ei quoad naturalem obligationem. Hostien. Item si presbyter locauit operas suas alicui domino dum ipsæ dominus esset excommunicatus, non valuit locatio, secus si ante, sed non poterit ei seruire in diuinis in excommunicatione permanenti. Hostien. Item si quis vendat vel emat a seruiente excommunicato nomine excommunicati non est con-

Cõuersatio.

tra-

trahendum cum eo, ſicut nec cum excommunicato. Guil. ¶No. quòd ille qui incidit in excommunicationem: quamuis compoſuerit cum aduerſario, vel ſatisfecerit de iniuria, etiam ſi vadit pro abſolutione, vel etiam ſi nondum ſit denunciatus cum tamen manifeſtum ſit de eius excõmunicatione: debet euitari quouſque ſit abſolutus, extra eo. Cum de ſideres, ſecundum Rayn. immo etiam ſi iam iuraſſet ſtare mandato alicuius epiſcopi: ante abſolutionem tam epiſcopus quam alii ei cõmunicantes incurrant minorem excommunicationem etiam ſi fuit ab ipſo epiſcopo excõicamus. Non enim põt ipſę communicare tali, nec dare licentiam alicui communicandi quin incidat in minorem excommunicationem extra eo. nuper. 11. q. 3. Excommunicatos. Per hoc autem quòd papa ſalutat aliquem vel participat: non intelligitur abſolure, vt in Clem. Sumus.

§. 1. ¶Excommunicatio autem minor a iure uel ab homine fertur. A iure quidem. Primo propter participationem cum excommunicatis maiori, vt dictum eſt. Secundo pro ſacrilegio 17. quæſtio. 4. miror. Tertio pro notoria fornicatione, præcipue clericis, extra de coha. cleri. & muli. veſtra. Quarto pro ſymonia etiam occulta in ordine ſuſcepto, extra de ſymo. c. Tanta. Quinto cum quis recipit eccleſiam de manu laici, & ſic eam tenet. 16. quæſtio. 7. ſi quis deinceps. Sexto ſecundum quoſdam cũ in bello iniuſto exercet artem baliſtariorum contra Chriſtianos extra de ſagittariis c. Artem. Septimo in diſſidentibus pauperum, oppreſſoribus, manifeſtis raptoribus, publicis vſurariis, & meretricibus qui largè dicuntur excommunicati inquantum oblationes eorũ ad altare non recipiuntur. Octauo in illis quibus negatur eccleſiaſtica ſepultura, & qui moriuntur in torneamento: quia priuantur eccleſiaſtica ſepultura, etiam ſi pœnituerint, & idẽ poteſt dici de eo qui non confitetur ſemel in anno, vt dicitur extra de pœ. & re. Omnis. Nono in quolibet notorio peccatore. diſt. 95. illud, de conſec. diſt. 2. pro dilectione. Ab homine autem ferri poteſt minor excommunicatio, vt ab epiſcopo & quolibet inferiori iudice eccleſiaſtico extra de offic. or. c. Cum ab eccleſia, & hoc ſiue pro contumacia, ſiue pro aliis culpis. 5. q. 2. præſenti. Item ſiue ſimplici ter, vt de pę. diſt. 1. In actione, ſiue ad tempus.

Effectus excõicationis minoris

diſt. 86. Tanta. Eſt autem effectus principalis excommunicationis minoris, quòd talis remoueatur a participatione ſacramentorum, & ſi ſe immiſceat peccat mortaliter, non tamen incurrit irregularitatem etiam ſi celebrat. Peccat etiam conferendo ſacramenta, ſed ab eo collata non carent virtutis effectu, nec prohibetur eligere, nec ea quæ ratione iuriſdictionis ſibi competunt exercere ſi talis tamen ſcienter electus fuerit eius electio erit irritanda, extra de cleri. excom. ſi celebrat. talis etiam ſecundum Guil. eſt ſeparatus ab oſculo pacis quod eſt in miſſa, quod eſt quaſi loco communionis: non autem ab horis dicendis cum aliis. Innocen. tenet quòd excommunicatus minori ſacramenta conferendo peccat: ſed ſubditi non prohibentur a receptione, licet ipſæ conferendo ſe maculet. Hoſtien. dicit quod conferendo non participat, quia non confert ad ſuam utilitatem: ſed aliorũ, dicitur enim participare partem capere, & ſic videtur compræhendi vtilitas ipſius participantis. Io. de Lig. videtur tenere in pluribus locis, quod excommunicatio minor ſeparet a participatione paſſiua tantum ſacramentorũ, ſcilicet quod talis non poteſt recipere ſacramenta ante abſolutionem. Cum eo concord. Pet. de Palud. in 4. diſtinctio. 18. dicit enim, quòd minor excommunicatio excludit a participatione ſacramentorum, non a participatione diuinorum, vnde quicquid alii dicunt, licitè poteſt miſſam audire, & oſculum pacis accipere, & eccleſiam officiare, dum tamẽ nullum ſacramentum percipiat, nec matrimonium, nec aliud niſi prius abſolutus. Et quod Guil. dicit de oſculo pacis. Reſpondeo quòd ideò oſculi pacis. & panis benedicti datio ſuceſſerunt loco communionis, vt indigni non admitterentur ad iſta.

§. 2. ¶Abſolutio autem ab ipſa excommunicatione minori fieri poteſt a proprio ſacerdote, extra eo. nuper, & dicitur proprius ſacerdos, qui illum poteſt abſoluere a peccatis quicunque ſit, ab alieno, aut qui ſcilicet illum non poteſt audire: non poteſt abſolui ſecundum Tho. Hoſtien. & alios. Si etiam ipſæ ſacerdos proprius eſſet excommunicatus minori excommunicatione: poteſt nihilominus abſoluere talem, extra eo. duobus. Excommunicans autem maiori, ſi ingerat ſe communioni aliorum peccat ſecundum Rayn. & ſi in contemptum hoc faceret: mortaliter peccaret, debet quoque & alios excommunicatos uitare ſecundum Hoſtien. nec per conſtitutionẽ Conſtantiæ factam, de qua habetur in fi. tolli tur, quin ipſæ excõmunicatus debeat ſe ſubtrahere a communione fidelium in diuinis. ¶Et no. ſecundum Pet. de Perufio, extra de ſentent. excommu. Inquiſitionis, quòd ſi prælatus

latus præcipit ſubdito quòd celebret excõicato pręſente quẽ ſubditus ſcit excõicatũ, prælatus verò mãdans & alii de eius excõicatione ignorant, ſubditus ipſæ in hoc parebit prẽlato, & ſic celebrabit, proteſtari tamen debet celebrans illi quẽ excõmunicatum ſcit, q̃ nõ intendit cum illo concelebrare, ſed cũ aliis non excõmunicatis. Idem dicit qđ ſiſcio aliquem excommunicatum quem vitare teneor etiam in publico non teneor illi communicare, etiam ad mandatum eccleſiæ, ſed potius debeo pati excommunicationem, ſi verò pro certo neſcio, ſed probabiliter credo in tali caſu per me ſolum iſti non communicabo, ſed ad petionem alterius vitare non teneor. ¶ Nota diligenter quòd licèt ſecundũ iura cõmunia excõmunicati etiam nõ denũciati deberent euitari (ut dictum eſt) tamen per conſtitutionem factam Conſtãtiæ iſtud extat modificatum, & concilio Baſilien. ante quam ſciſſuram faceret renouata fuit quod videlicet & fideles non teneantur tales euitare in diuinis, & extra niſi fuerint publicati ſeu denunciati, excepto caſu de iniectione manuum in perſonas eccleſiaſticas notoria, & idem de aliis cenſuris eccleſiaſticis. Tenor conſtitutionis ipſius eſt iſtæ.

¶ *Quod non tenetur quis uitare excommunicatos niſi fuerint denunciati. Cap. 3.*

INſuper ad euitandum ſcandalum, & multa pericula quæ conſcientiis timoratis contingere poſſunt, Chriſti fidelibus tenore præſentium miſericorditer indulgemus, quod nemo deinceps a communicatione alicuius ſacramẽtorum adminiſtratione uel receptione aut aliis quibuſcunque diuinis intus & extra prætextu cuiuſcunque ſniç, aut cẽſuræ eccleſiaſticę a iure vel ab homine generaliter promulgatæ teneatur abſtinere, vel aliquem vitare, aut interdictum eccleſiaſticum obſeruare, niſi ſententia uel cẽſura huiuſmodi fuerit lata contra perſonam, collegium, uniuerſitatem, eccleſiæ communitatem, vel locum certum, vel certam a iudice publicata vel denunciata ſpecialiter & expreſſa conſtitutionibus apoſtolicis, & aliis in cõtrariũ faciẽtibus nõ obſtantibus quibuſcunq; ſaluo ſi quẽ pro ſacrilega manuum iniectione in clericũ ſententiam latam a canone adeo notoriè contiterit incidiſſe quod factum non poſſit aliqua tergiuerſatione celari nec aliquo ſuffragio excuſari, nam a communione illius licèt denunciatus non fuerit, volumus abſtineri iuxta canonicas ſanctiones in concilio Conſtantien. ſub Martino. 5. ¶ Et no. quòd quidam dicebant iſtam conſtitutionem fuiſſe in concilio propoſitam, ſed non acceptatã, præcipue ab Italica natione. Alii dicebant fuiſſe temporalẽ, ſcilicet p̃ quinquẽniũ vſq; ad cõcilium ſequens quod Senis fuit celebratum. Sed nullum horum eſt verum. Nã duo uenerabiles uiri famoſi in uita & ſcientia, quorum vnus doctor in theologia, alter in iure & epiſcopus, ſcilicet dominus Ni. de Dinchelſerbuhel, & dominus Andreas poſtea epiſcopus Poſnanienſis, in Polonia q̃ fuerũt præſentes in concilio Conſtantien. vbi facta fuit dicta conſtitutio dixerũt ipſam acceptam ab omnibus & perpetuam & vnam de concordatis. Magiſtri etiam vniuerſitatis Pariſi. acceptauerunt ipſam cõſtitutionem, quia in ea dicitur omnibus Chriſti fidelibus. Sed & dictus dominus Andreas Poſnani. epiſcopus poſt celebratum cõcilium Senis, cui etiã interfuit uadẽs ad curiam ad uiſitandũ Martinum. 5. papam, cum ipſæ putaret dictam cõſtitutionẽ fuiſſe temporalẽ, ſcilicet per quinquennium tantum, & ſic iam expiraſſet, loquens cum papa petiuit ab eo ut concederet ſibi ex gratia uti tali ſentẽtia ſine diſpenſatione quam continebat illa cõſtitutio. Reſpondit papa uos ſcitis illam vnam eſſe de cõcordatis. Et cum ipſæ epiſcopus quinquẽnialem eſſe obiiceret. Dixit papa. Ego volo qđ ſemper duret. Dominus Iulianus auditor cameræ apoſtolicę vir iureperitus & famoſus poſtmodũ cardinalis effectus ſuper hoc conſultus dixit tale indultum datum non ſolũ Germanicis, uerũ etiam omnibus chriſtianis & de iure eſſe perpetuum, quia iſta eſt natura conſtitutionis ipſius niſi reuocetur. Nõ fuit autem reuocata, ſed in concilio Baſilien. ſi confirmata ante ſui diſſolutionem.

TITVLVS. XXVI. DE interdicto.

¶ *In quo conueniunt & differunt excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum. Cap. 1.*

QVia interdictum eccleſiaſticũ habet ſimilitudinẽ aliquã cũ excõmunicatiõe. Eſt enim ipſum interdictũ ſeparatio a certis ſacramentis & omnibus diuinis officiis & eccleſiaſtica ſepultura, ut hĩi

hĩi potest extra de spon. Non est nobis, & de pæ. & re. c. qđ in te. Ideò post tractatũ de excõmunicatione agetur nũc de ipso interdictos, & præcipue secundũ notata p Io. Cal. in trac. que fecit de interdicto ecclesiastico, vbi multa ponũtur no. p Hostien. & Inno. quę nõ habẽtur in summis. Conclusiones seu determinationes tantũ ponendo & opi. contraria & rationes, ac etiam multas allegationes circa huiusmodi positas ibi omittendo cautla breuitatis. Primo igitur sciendum quòd sub nomine censuræ ecclesiasticę ista tria cõprẽhenduntur, scilicet excommunicatio, suspẽsio, & interdictũ, de uerb. sig. c. quærenti. Et excõmunicatio quidem & interdictum ad laicos & clericos potest extendi, sed suspensio tantum clericos respicit cõiter, & ideò de ipsa postea tractabitur: & demũ de irregularitate. Cõueniunt aũt prædicta tria in pluribus secundũ Host. Primo, quia sicut excõicatio debet ferri in scriptis cõtinentibus causam ipsius, ita & sententia suspensionis & interdicti, vt habetur extra eo. cum medicinalis. li. 6. Secundo, quia sententiæ excommunicationis, suspensionis, & interdicti, nõ reuertãtur per sequentem appellationem: sed per præcedentem. Tertio, quia ligati aliqua sententia de prædictis, nec eligere, nec eligi possunt. Quarto, quia nullus ligatus aliqua prædictarum sententiarum debet celebrare diuina, alias efficitur irregularis. Quinto, quia tales sententias debet præcedere admonitio, scilicet cum feruntur ab homine. Sexto, quia quilibet eorum iurat anteq̃ absoluatur non amplius contrauenire, & in omnibus potest fieri relaxatio ad cautelam, nisi ubi esset interdictum generale promulgatum, quia tũc non habet locum relaxatio ad cautelam extra eo. præsenti. lib. 6. Septimo, quia huiusmodi sententiæ debent obseruari per superiores. Octauo, quia nullus eorum durante sua potest testificari extra de testi. c. veniẽs. Nono, quia superior non debet ipsas sententias reuocare uel pronunciare nullas uel de ipsis aliquid disponere nisi uocatis partib. Decimo, quia illi qui per priuilegium sunt recepti in proprios & speciales Romanę ecclesiæ uel apostolicæ sedis filios, licèt propter hoc non esset exempti, tamen sicut nec excommunicari sic nec interdici nec suspendi possunt ab alio quam a Romano pontifice uel legato de latere, extra de uerb. signi. c. 1. lib. 6. Idem Io. Cal. excepto primo quem non ponit. ¶ Differunt autem ista tria in his. Primo quidem, quia excommunicatio & suspensio propriè fuerunt contra singulares personas, & excommunicatio quidem contra clericos & laicos. Suspensio verò tantum contra clericos. Interdum verò fertur contra loca propria uel contra uniuersalitates & collegia. Interdum tamen & contra singularem personam fertur interdictũ etsi non ita propriè. Secundo, quia cum suspensio & interdicto participari potest in aliis omnibus exceptis sacramentis certis & diuinis officiis, non autem cum excommunicato ut supra dictum est in tractatu de excom. Tertio, quia effectus excommunicationis latæ non potest suspẽdi. sed effectus aliarum sic. Quarto, qa episcopi non incurrunt aliquam sententiam suspensionis uel interdicti prolatam ab homine uel a iure, nisi specificè exprimantur, de sen. excom. quia periculosum. lib. 6. quod priuilegium non habent quantum ad excõmunicationem. Quinto, quia interdictũ generale loci non potest ad cautelam relaxari, sed bene ab excommunicatione & suspensione ad cautelam quis potest absolui. Sexto, quia iure dictum generale in locum proferri non potest sine speciali licentia papæ propecuniario debito. Sed bene excommunicatio & suspensio, de appel. præterea. Hæc Io. Cal. De ipso ergo interdicto quatuor uidenda sunt. Primo a quo feratur. Secundo contra quem feratur. Tertio qs sit eius effectus. Quarto quomodo feratur, & quomodo postea tollatur uel relaxetur.

Conuenientia eorum.

Differenti aeorũ.

¶ *De interdicto generali & particulari, & in quibus casibus sit ponendum.* Ca. 2.

SCiendum ergo primo quod interdictum fertur a iure, & ab homine, & ab utroque quandoque interdictum generale, quandoque interdictum speciale, & quandoque etiã singulare. Et generale quidem dicitur quod fertur contra regnum, prouinciam, ciuitatẽ castrum uel uillam, uniuersitatem, uel collegium & huiusmodi. Generale interdictum fertur a iure in his casibus. Primo si collegium uel uniuersitas ciuitatis uel loci cogit ecclesias uel ecclesiasticas personas soluere guidagia uel pedagia, uel ab ipsis ecclesiis uel ecclesiasticis psonis exigit uel extorquet p̃ propriis rebus quas non causa negociatiõis deferũt, hoc ipso sunt interdicti de cena quamquam lib. 6. Io. Cal. & addit, tamẽ istę casus non est receptus nec seruatur, licèt postea sancitum fuerit pœnas prædictas & alias contra non parentes debere per locorũ diœcesa

Quãdo fert interdictũ generale.

ceſanos publicari in cle. eo. tit. præſenti. Sed communiter iſta opinio non tenetur, quia etſi de lege dicatur quod confirmatur cum more viuentium approbatur, & propter contrariã conſuetudinem abrogatur diſtin. 4. §. leges. non ſic de ſententia excommunicationis quæ ſubito trahit ſecum ſuum effectum, ibi etiam dicitur in illo c. quamquam, vbi fertur talis ſententia contraria conſuetudine non obſtante. Secundo vniuerſitas quæ domos locauerit vel conductas habere permiſerit alienigenis uſurariis in terra ſua ad exercendum fœnus de vſur. c. 1. lib. 6. Tertio uniuerſitas quæ repræſalias contra perſonas eccleſiaſticas concedit: uel conceſſas ad illas extendit, niſi rd reuocauerit infra menſem a die conceſſionis uel extenſionis, de iniu. & dam. da. c. & ſi pignorationes lib. 6. Quarto, eſt ciuitas interdicta, quando officiales talis ciuitatis in qua debet Romani pontificis electio celebrari, vel repræſentantes ipſam ciuitatem non ſeruauerunt ea ad quæ tenentur per decretalem, vbi periculum de electio. lib. 6. uel fraudem in eis circa ea commiſerint. Quinto interdicta eſt ciuitas quæ uis præter vrbem, quæ conſentit dando conſilium, auxilium vel fauorem occidentibus vel percutientibus cardinalem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, vel quæ infra menſem delinquentes huiuſmodi, prout enormitas facientis exegerit, & ei facultas affuerit, non punierit. de pœ. Fœlicis in fi. libr. 6. Sexto ciuitas quæ epiſcopum proprium iniuriosè vel temerè percuſſerit vel receperit, vel banniuerit, vel hoc fieri mãdauerit, vel conſilium in his dederit, vel fauorem, vel hoc facientes ſcienter defenſauerit, ut in cle. de pœnis. c. ſi quis ſuadente. Caſus aũt decretalis clericis c. de immu. ec. lib. 6. reuocatus eſt p c. Qñ eo. tit. in cle. Io. Cal.

§. 1. ¶ Speciale interdictum eſt cum interdicitur aliqua eccleſia, ac etiam cum interdicuntur omnes eccleſiæ vnius ciuitatis vel prouinciæ, quia etſi non illis eccleſiis, tamen in aliis locis illius ciuitatis extra eccleſiam poſſent diuina celebrari & audiri ab hominibus illius loci. Et huiuſmodi interdictum ſpeciale ſcilicet contra aliquam eccleſiam reperitur in iure in his caſibus. Primo propter iniuriosum homicidium in ea perpetratum, vel iniuriosam in ea ſanguinis effuſionem. Secundo cum propter effuſionẽ humani ſeminis ſtudiosè procuratam eſt polluta, in his enim duobus caſibus eccleſia eſt ita interdicta, quod ante reconciliationem non debent in ea diuina officia celebrari, de conſe. diſt. 1. ſi motum, & c. eccleſiis. Tertio quando propter diſcordiam patronorum epiſcopus claudit oſtia eccleſiæ, & tollit inde reliquias & præcipit quod nullus in ea aliquod ſacrũ celebret myſteriũ donec ad concordiam redeant, de iure pa. c. 1. & 2. Non tamen proferens ſententiam interdicti. Quarto ſi eccleſia fuit ſymoniacè conſecrata non debet in ea celebrari 1. q. 3. Eccleſia. Quinto ſi principaliter pro quæſtu non pro diuino cultu fuit conſecrata, de conſe. diſt. 1. ſiquis baſilicam. Sexto ſi eccleſia eſt conſecrata ſine licentia epiſcopi diœceſani, de conſ. diſt. 1. præcepta. Septimo ſi ne reliquiis vel in loco deſerto & nunquam habitato fuit dedicata de conſe. diſt. 1. placuit. In omnibus tamen his caſibus quamuis in tali eccleſia de iure celebrari non debeat tamen contrarium facientes ideſt celebrantes non ſunt irregulares, quia non ſunt expreſſi in iure, vt de ſen. excom. c. Is qui lib. 6. ſed ſi epiſcopus per aliquam cauſſam de prædictis ſpecialiter eccleſiam interdixit, & tunc celebrans in ea bene eſſet irregularis. Io. Cal.

¶ Interdictum ſingulare eſt cum interdicuntur alicui perſonæ ſingulari diuina officia & eccleſiaſtica ſacramenta vel vniuerſaliter vel particulariter quoad aliqua ipſorum ſacramentorum vel officiorum, vt de offi. deleg. c. Ex literis & de priuileg. c. 1. &c. Epiſcoporum lib. 6. & de temp. or. c. vel non eſt compos, & c. literas, & diſt. 50. placuit, & de corpo. 6. ſignificauit & iſtud etiã poteſt dici ſuſpenſio. Vbi primo no. quod inter dictus ab aliquo actu reſpiciente diuina intelligitur interdictus & ab omni alio, qui includitur in illo, vel qui ſine illo interdicto exerceri non poſſet, de appel. ſollicitudinem vade interdictus ab officio ſacerdotali non debet exercere officia quæ propriè competunt ſacerdoti ſecus ſi ſolum altaris miniſterium ſit ei interdictũ, & interdictus a ſacerdotali officio non poteſt exercere pontificale, quia pontificale ſine ſacerdotali exerceri non poteſt de exceſ. præla. Ex literis. Et ea ratione interdictus ne promoueatur ad inferiores ordines non poteſt ad maiores promoueri, vel interdictus ideſt ſuſpenſus ab exercitio inferioris ordinis non poteſt exercere actum ſuperioris, quod ſine exercitio illius inferioris exerceri non poteſt, ſecus ſi ſine illo exerceri poteſt, ſicut econtra interdictus vel prohibitus a maiori nõ intelligitur prohibitus a minori quod in illo maiori non includitur, hoc probatur 95. diſt. Illud & 13. q. 2. c. quæ ſta.

§. 2.

¶ Se-

¶Secundo nota, quòd episcopus suspensus vel interdictus a pontificali, si exercet officiū sacerdotis ēt cū pontificalibus non est irregularis: sed si exercet aliquod per se quod spectat ad officium episcopale respectu consecrationis episcopalis siue cum missa, ut consecrare uel ordinare, vel sine missa: sicut confirmare in fronte est irregularis. Tertio no. quòd sacerdos cui interdicta sunt sacerdotalia, si conficiat corpus Christi sine missa est irregularis, de cle. excom. c. 1. Excommunicatus tamen celebrans in minori scienter licèt peccat mortaliter, non tamen incurrit irregularitatem. Item no. quòd a iure interdicitur ingressus ecclesiæ in casibus de sentent. excommu. sacro. & eo. titu. c. 1. lib. 6. & eod. li. ti. de censi. Exigit. 17. qō. 4. si quis deinceps, secundum communem opin. Item qui celebrat scienter seu aliis participat in diuinis præsentibus publicè excommunicatis vel interdictis, vel illos admittunt ad ecclesiasticam sepulturam, eis interdicitur ingressus ecclesiæ donec satisfecerint ad arbitrium eius, cuius sententiam contempserunt, de priuile. c. Episcoporum. li. 6. Archid. tamen super isto. c. dicit quòd intelligitur de excommunicatis ab homine, uel interdictis quod probat per tex. illum qui dicit, donec satisfecerint ad arbitrium eius, cuius sententiam contempserunt. Sed admittentes ad ecclesiasticam sepulturam tales scienter sunt excommunicati per Cle. eos de quā supra habes de excom. ti. 24. c. 33. Si autem talis cui est interdictus ingressus ecclesiæ suæ ab homine, vel a iure se ingerat diuinis in ecclesia, agens in officio suo, sicut prius irregularis est, de sent. excom. is cui. lib. 6. sed si extra ecclesiam, puta sub domo vel tentorio, vel in domo priuata ingerit se diuinis non irregularis est, vt ibi no. glo. Et ratio est, quia dictū limitationis secundum suam limitationem debet intelligi 44. dist. sit rector limitatur autē hæc pœna, cum scilicet celebratur in ecclesia, ergo non habet locum si extra celebratur, ar. de pœ. dist. 1. §. pœna. Si autem talis celebrat in oratorio quod constitui nō potest sine dię cesani licentia, de priuil. c. Auctoritatem. lib. 6. Si strictè est oratorium, ita quòd non est ecclesia, non est irregularis, sed si celebrat in ecclesia non consecrata quæ propriè dicitur basilica est irregularis. Satis est enim quòd auctoritate pontificis sit dedicata, de conse. dist. 1. nemo. Item præsbytero celebrante missam in ecclesia si subdiaconus cui est interdictus ingressus ecclesiæ dicit epistolam extra ecclesiam in illa missa, vel diaconus euangelium sic interdictus, scilicet talis subdiaconus & diaconus puto irregulares fore, quia est vnū officium quod tamē in ecclesia principaliter celebratur: cui cooperantur in actu sibi prohibito. dist. 50. si quis viduam. Præsbyter verò si celebrans in ecclesia admisit scienter dictum subdiaconum uel diaconum ad lectionē epistolæ uel euangelii etiam extra ecclesiam: est irregularis, quia participat in crimine criminoso de senten. excom. nuper, & c. si concubina, immo videtur tale participium factum in ecclesia per proximè dicta, sed econtrario si subdiaconus cui est interdictus ingressus ecclesiæ dicit epistolam in ecclesia in missa quā sacerdos celebratē extra ecclesiam irregularis est, quia in ecclesia verè & de facto id fecit, & sic in loco prohibito, de sentē. excom. c. is cui. lib. 6. Et idem dicendum de diacono in tali casu dicente euangelium. Præsbyterum autem talem celebrantem extra ecclesiam nō audeo dicere irregularem, quia licèt videtur participare in culpa cum ministris, tamen nō est dignum quod principale uel dignius trahatur accessorium, vel minus dignum & satis est quòd in hoc dubio non est expressum in iure. Item talis cui est ingressus ecclesiæ interdictus quamuis sit prohibitus per hoc a celebratione, & etiam ab auditione diuinorum in ea secundum Ioan. An. potest tamen non solum per ecclesiam transire pro factis suis secundum Innocen. sed etiam potest in ecclesia orare in tempore quo non celebrantur diuina officia in ecclesia. 1. q. 1. qui studet. in fi. Io. Cal.

¶De interdicto quod fit ab homine. Item ab homine potest fieri interdictum & generale, & speciale, & singulare, & per delegatum, uel subdelegatum, de offi. deleg. sanè. quod est planum si in literis delegantis est clausula cō sueta, scilicet contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo de verbo. sig. quærenti. Item si simpliciter datus est sine dicta clausula, tunc enim maximè ubi hoc est expressum in iure hanc pœnam poterit imponere de offi. deleg. c. de causis. Item profertur per ordinarium episcopum contra eos qui sunt suæ iurisdictionis, tamen non debet suspendere seu interdicere clericos, vel eorum ecclesias perpetuo, vel ad longum tempus nisi de consensu capituli, & hoc maximè quando procedit ex officio suo, sed regulariter de iure & consuetudine sententia pastoris solius tenenda est & timenda. 11. qō. 3. cap. 1. Item electus confirmatus licèt non consecratus interdicere potest, quia hoc iurisdictionis, de

§ 3.

elec.

elec.c.transmissam. Item & inferior prælatus habens iurisdictionem ordinariam inter dicere potest subditos, extra de consuet. c.cum in ter. & de offic.ordi.c. cum ab ecclesiarum, ubi notatur qui & quando inferiores ab episcopis habeant ordinariam iurisdictionem. Itē sede vacante capitulum potest interdicere, de maio. & obed. his quæ. Item per mulierem etiam prælatam non potest proferri interdictum, & prioriſſam uel abatiſſam, quia hoc pertinet ad potestatem clauium, de pœ. & rē. c. noua.

¶ *Contra quem interdictum feratur.* *Cap.* 3.

QVantum ad secundum principale, s. cōtra quem feratur interdictum. Sciendū quod promulgatur & promulgari potest contra mares & fœminas, clericos & laicos & religiosos, priuatos, prælatos, & rectores, nobiles & plebeios cuiuscunque sint ætatis ſm quod sunt capaces pœnarum: contra ēt collegia & vniuersitates contra ecclesias, villas, castra, ciuitates: & regna. Et dicit Calderinus quod proferens sniam interdicti & superior eius si violat sniam ipsam credit fore irregulares, quia hac irregularitate ligantur a canone, de sent. excom. is qui. lib. 6. de consti. c. 1. & fi. Itē si proferens sniam non seruat interdictum, forte non malediceretur, quod alii non tenentur seruare. ar. c. petistis, de priui. sed illud. c. loquitur cum his pro quo, ideſt ad cuius que relam, & in cuius fauorem latū est id non seruat, quod non est ad casum alium extendendum cum videatur per modum priuilegii, licet corpore iuris clausi emanasse, quod autē iuris priuilegia casus suos non extendant. patet de priuil. sane. Etiam si sint in corpore iuris clausa, vt ibi not. Hostien. Ex quibus sequitur quod proferens interdictum celebrans in ecclesia ab eo interdicta est irregularis, & per consequens alii non excusantur licēt. n. mala superiorum frequenter trahantur ad subditos in exemplum de voto. c. magnæ. alias de no. oper. nunc. e. cum ex iniuncto. Non tamē per huiusmodi subditi excusantur a pœna iuris. 16. qō. 1. in canonibus. ¶ Item si proferens interdictum non seruando interdictum ab eo positum in aliquo loco per hoc intendit illud relaxare, ira quod ipsæ proferens hoc dixit, tunc nec subditi, nec ipsæ proferens essent irregulares. sublato. n. principali cessant omnia accessoria. Cum ergo relaxatio loci interdicti non habeat certam formam satis fuit quod proferens dixit quod intendebat relaxare, sed ubi proferens hoc non dixit, licēt in mente gereret relaxare, tunc putarem ipsum & alios non seruantes esse irregulares, quia sicut verbaliter fuit lata sententia interdicti, ita verbo debuit fieri relaxatio de reg. iur. cap. 1. hoc uerum est præterquam in papa qui non subiacet legibus. ff. de legi. l. princeps'. Vnde si in mente gerit interdictum relaxare, licēt verba non exprimat, postea ibi celebrantes non essent irregulares. Si tamē hoc ignorent & celebrant credentes durare interdictum grauiter peccant, etsi non sint irregulares. Io. Cald. Item si interdicitur aliqua ecclesia, nec in capella eius poterit celebrari, nec in cemiterio poterit quis sepeliri, si ipsa capella uel cemiterium sint eccl. siæ coniuncta, aliàs secus extra eo. si ciuitas. lib. 6. Item in ecclesia specialiter interdicta quamuis honestius sit ibi nō baptizari, nisi incommoditas aliud suadeat, contrarium tamen faciens credit Ioan. Cald. quod non incurrat irregularitatem, quia a quouis interdicto hoc est exceptum, extra de Spon. c. non est idem de chrismate. Item in ecclesia specialiter interdicta non pñt celebrari diuina seruata forma decretalis. alma. §. adiici mus, de sen. excom. li. 6. Ratio est: quia dictū c. alma loquitur cum locus fuerit interdictus & tale appellatur generale interdictum, de pœn. & remi. quod in te. sine commune quod in idem sonat, bene & ad hoc facit de sen. excō. præsenti. lib. 6. Item speciale interdictum positum in aliqua ecclesia, quamuis archidiaconus dicat quod non possit relaxari ad cautelam, sed dicatur nullum. Ioan. tñ mo. dicit contrarium quod fatetur Io. And. uideri sibi verius & hoc etiam placet Io. Cal. quia c. præsenti. de sen. excom. lib. 6. loquitur de generali interdicto, quod scilicet non possit relaxari ad cautelam, secus ergo de speciali. 25. distin. qualis, & idem in particulari vel singulari interdicto, scilicet personæ. Item etsi pro pecuniario debito non possit ferri interdictum in loco siue generale, potest tamen ferri speciale: siue contra ecclesias aliquam uel aliquas, p dicta causſa. Item cum imponitur in aliqua ecclesia cessatio a diuinis seruata formata, ca. irrefragabili, de off. ord. siquis ibi celebrat nō est irregularis. Et ratio est, quia talis cessatio imposita non est vera sententia interdicti, sed si imponatur cessatio a diuinis generalis, scilicet in loco ab eo qui potest: tunc habet effectum interdicti, & de hac debet intelligi glo. Innoc. in c. non est de spon. secundum Io. An. & hoc placet quod probatur in cle. ex frequē

tibus, de ſen. excom. quæ æquiparat generales ceſſationes inductas ab eo qui poteſt generalibus interdictis, non autem ſpeciales id eſt cæteratum eccleſiarum. Ioan. Cald. Item cum promulgatur interdictum in commune populum ciues, incolas vel vniuerſitatem, ideſt ſub prædictis appellationibus, vel aliqua ipſa tum, intelligitur iſtud generale interdictū de ſen. excomm. alma. §. illis. lib. 6. Et quia cum interdicto loco propter delictum populi, uel ciuium ſingulares perſonæ loci intelligantur generaliter interdictæ, vt ſic dicatur generale interdictum, vt in c. cum in partibus, de verbo. ſign. eo modo, & iſtud debet dici generale, immo & fortius quia prædictum interdictū ſuperius, ideò dicitur generale, quia uniuerſitatem vel populum loci complectitur. Sed propter quod vnumquodq; tale & iſtud magis. 19. diſt. c. 1. Io. Cal. Item quando interdicitur clerus alicuius loci, non ex hoc dicitur populus illius loci interdictus, quia hæc ſunt diuerſa, & econuerſo extra de ſen. excō. c. ſi ſententia lib. 6. Intelligo autem appellatione cleri contineri non ſolum promotos ad ordines, ſed etiam religioſos & religioſas, cōuerſos & conuerſas, qui ita ad eccleſiam ſunt translati & de populo propriè dici nō poſſunt 12. q duo ſunt. Ioan. Cald. Item cum interdicitur populus alicuius terræ ſingulares perſonæ illius populi cum ſint interdictæ, nec in illa terra, nec alibi poterunt ad diuina vel eccleſiaſtica ſacramenta, niſi in caſibus a iure expreſſis admitti, extra de ſentent. excom. ſi ſententia lib. 6. Item cum interdicitur terra alicuius domini intelligitur de ea quæ eſt ſua quoad dominium iuriſdictionale, multò fortius ſi terra eſſet illius domini ſimpliciter & abſolutè propria. Item intelligitur de terra quam ab alio tenet in fœudum vel in emphyteuſim, quia illis caſibus ad eum ſpectat utile dominium. Item intelligitur de terra quæ pertinet id ipſum dominum ratione dotis vxoris, quia maritus conſtante matrimonio eſt dominus dotis vxoris. Item intelligitur de terra ſibi pignorata, ſi proferens dixit interdico terram quam talis tenet, ſecus ſi dixit interdico terram ſuam. Ioan. An. Item ſi talis dominus, cuius terra interdicitur. habet terram in diuerſis prouinciis vel diuerſis locis: ſi habet eam pro parte & pro diuiſo: omnes illę partes ſubiacent interdicto. Sed ſi pro indiuiſo ſecus ne innocens puniatur ar. 1. quæſt. 4. cap. ſi. Si autem talis dominus poſtea acquirat nouam terram talis terra non ſubiacet interdicto, niſi lator ſententiæ expreſſiſſet, vel intenderet tam de ea quam habebat, quam de ea quam habiturus eſſet. Si autem vendit terram interdictam vel perdit eam, non propter hoc tollitur interdictum cum onus huius rei tranſeat cum ipſa de deci. c. paſtoralis. Nec enim iſtæ eſt modus interdictum tollendi, quòd debet relaxari per iudicem: qui tamen ceſſante cauſſa & fraude interdicti ſe facilem exhibebit. Io. Cald. ¶ Item ſi interdicatur populus vel vniuerſitas, collegium uel cō mune alicuius loci, non per hoc intelligitur locus ille interdictus ſecundum Ioan. An. in c. ſi ſententia eo. tit. lib. 6. quia aliud eſt interdictum loci, aliud vniuerſitatis vel collegii de vſu. c. 1. lib. 6. poterit ergo celebrari alta voce in illo loco, vt prius interdictis tamen excluſis, quia hoc non eſt prohibitum: ſed licèt dictum huiuſmodi, ſcilicet Io. An. procedat de iure ſcripto: tamen præſtare uidetur occaſionem periculi, audientur enim voces celebrantium publicè ab interdictis, & per hoc viliſpē detur cenſura eccleſiæ, vnde conſudendum eſſet clericis, vt tali interdictio durante abſtinerent a publica celebratione Ioan. Cal. ¶ Itē ſi aliquis de vniuerſitate interdicta ſe transfert ad aliquem locum primo dimiſſo, ſi eſt ſpecialiter interdictus, aut de populo interdicto, ita quod fuit in culpa propter quam latū fuit interdictum, quocunque ſe transferat remanet interdictus, de ſenten. excommun. alma. §. illis lib. 6. Si verò non fuit culpabilis & ex toto definit eſſe de populo interdicto credo ceſſare interdictum circa eum, quia in eo ceſſat cauſa efficiens & conſeruans, ergo & effectus 61. diſtin. Neophitus. Ioan. Cal. Item ſi exiſtens de populo interdicto factus eſt, poſtea de populo vel vniuerſitate interdicta, credo quod ex tunc ligatus eſt, ſicut & alii cū factus ſit membrum illius corporis, & ſic debet eodem iure cenſeri diſt. 12. c. 1. Ioā. Cald. Item ſi exiſtens de populo interdicto uel vniuerſitate: ſi banniatur ſimpliciter & non ad tempus ceſſat interdictum circa eum, quia cenſetur non amplius de vniuerſitate uel populo, ſed confirmatus uel religatus bene remanet interdictus, quia adhuc cenſetur de corpore vniuerſitatis. Io. Cal. Item ſi talis de vniuerſitate vel populo interdicto ſi ingrediatur monaſterium poſt profeſſionem indubitanter poterit ordinari, q̄ definit eſſe de populo totaliter, ſed ante profeſſionem tutum eſt conſilium, q̄ non ordinetur. ſ. tali interdicto durante. Si tamen fuerit ordinatus puto illam tenere ar. de ſen. excom. religioſo lib. 6. Io. Cal. ¶ Item de abſente tempore latæ ſen-

tentiæ

tentiæ interdicti in vniuersitatē vel populum & de præsentibus nō consentientibus sed cō tradicentibus aliorū culpa propter q̄ latum est interdictum an ligentur? dicit Io. And. in c.si sententia eod.tit.lib.6.q̄ quidā religiosi tenent talem nō ligari, etiā quoad ecclesiam, quia absens & ignorans ex maleficio non obligatur 15.q.1.aliquos,& c.non est,& quia pęna suos debet tenere auctores, de pę.disti 1.nemo.Sed dicit ipsę q̄ isti non ponderant q̄ pęna interdicti etiā puniuntur qui nonpec cauerunt, de spon.c.non est,unde tenet ipsę absentes & contradicentes ligari, quod probat c.si sententias,fatetur tamen illos infontes quoad Deum,& hoc placet Io.Cal. Item si talis absens est de alia ciuitate vel populo licèt gratiosè receptus fuerit in ciuē uel popularem populi interdicti, vt faciunt Veneti, & fortè ibi nunquam habitauit credo q̄d dicto populo interdicto intelligatur interdictus.Itē habitantes in ciuitate nō ciues, nec de populo illius,planum est q̄ non includuntur interdicto illius ciuitatis vel populi, ut in c.si sententia si tamen locus esset interdictus in eo non possunt audirè diuina, sed extra locum illum Io.An. Item si interdicatur locus suo appellatione regni,prouinciæ, ciuitatis,castri vel uillæ,suburbia & continentia ędificia illius loci interdicta intelliguntur, de sen.excom.si ciuitas lib.6. etiam si dicta suburbia continentias ędificia in nullo erant subiecta dicto loco interdicto vel uniuersitati, si tamen proferens interdictum, habebat iurisdictionem temporalem in dictis suburbiis.Si autem non habebat iurisdictionem, licèt de iure scripto non videatur interdicta dicta suburbia,tamen ponderata ratione casi ciuitas,posset dici quod etiam tunc intelliguntur interdicta non ab homine, sed a iure de sen.excom.nuper.intelliguntur autem suburbia burgi extra & prope ciuitatem in quibus domus sunt contiguæ, Continentia uerò ædificia dicuntur domus ultra burgum separatæ & non cōtiguæ.Vel dicūtur suburbia perquæ inter est rectum, continentia verò ædificata quæ sunt prope ciuitatem vel locū interdictum inter suburbia. Item interdicto loco sub appellatione ciuitatis, castri, uillæ vel huiusmodi,non sunt interdicti ciues illius ciuitatis, seu hominem illius castri vel uillæ cum prædictus locus est interdictus p̄pter delictum domini, uel alicuius particularis personę,vnde etsi non in loco interdicto, alubi tū poterunt audire diuina, & hoc nisi tales personæ sint culpabiles,& dederint causam interdicto eo.ti;alma.§.illis, tales enim sunt interdicti vbiq; & ibi etiā est si interdictum sit latum p̄p delictū populi vel ciuium vel vniuersitatis ipsius loci, de sen. excō.c.si nia li.6. Io.Cal.Item ciues habitantes continuò extra ciuitatē & suburbia vel cōtinentia ędificia interdicto populo vel ciuibus ciuitatis intelliguntur & ipsi interdicti, etiam ubicunq, habitent, exquo ponuntur ciues, vel de uniuersitate interdicti Io. Cal. Itē nobiles & marchiones,comites, barones & huiusmodi habitātes in tali ciuitate si sunt de populo interdicto vel de dicta vniuersitate q̄d patet ex eo,quia subeant onera habentes honores sicut alii ligantur sententia interdicti, & idem si per priuilegium essent exempti ab oneribus,secus autem si essent sui iuris vl ex consuetudine vel priuilegio imperiali,ita quod dictæ vniuersitati tanquam de ipsius corpore in nullo participarent Ioan.Cal.

¶ *De effectu interdicti, scilicet quomodo obseruandum & a quibus sit abstinendum.* *Cap.* 4.

QVantum ad tertium principale idest effectum interdicti.Sciendum primo q̄ in loco supposito ecclesiastico interdicto secundū antiqua iura nulla permittebantur ecclesiastica officia celebrari, uel audiri, extra de pę.& re.q̄ in te,& de spon.c.nō est vobis, nisi semel in hebdomada celebrari causſa cōficiendi corpus Christi,de sen. excom.c. per mittimus.Sed per noua iura istud extitit moderatum,extra de sen.excom.c.alma li.6.per istud videlicet modum q̄d singulis diebus in tali loco debent seu possint in ecclesiis & in monasteriis missæ & alia officia celebrari sicut prius.Sed cum his quatuor conditionib. scilicet sub missa uoce, ianuis clausis non pulsatis campanis, excōicatis & interdictis exclusis, vnde p quamlibet harū quatuor conditionum.s.de p se si nō seruetur aliis tribus seruatis uiolatur interdictum & est irregularis ibi sic celebrans, vel aliquid agens alicuius ordinis vt in officio suo, puta si pulsatis campanis celebrat,vel etiam si alta uoce tantum & huiusmodi secundum Host. Io. And. & Io.Cal.qui addit sic, & licèt hæc dura uideantur tñ sufficit ita scriptum esse 19. dist. memoriam.Itē si clericus in loco interdicto facit tantum alterum prædictorum aliis celebrantibus, puta sonat campanā, vel apperit

ianuas eccleſię & hmõi credo ipſum irregulare q̃a participat in crimine criminoſo de ſen.excom.nuper,ſecus ſi facit alterũ prædictorum ut celebrentur diuinaque tamen nõ celebrantur de facto irregularitas requirat actum perfectum, decimaquinta quæſtione prima capitulo fin. ¶Item ſi clericus ſcit interdictum loci quod tamen non publicum eſt per denunciationem ſi illud non ſeruat eſt irregularis ſecundum Archidia.ar.de regul.iur.eum.libro ſexto. Et hoc verum niſi iſtud eſſet occultum.ſexta quæſtione ſecũda ſi tantum.Nec ob cle.1.de ſen.exc.q̃a licet in ſeruando interdictum quod ſeruat matrix eccleſia loca religioſa ſe debeant conformare,non ſequitur tñ quòd ubi matrix eccleſia non ſeruat,quia non ei eſt denunciatum,alii quia ſciunt nõ debeant obſeruare ſibi notorium,quia ſecũdũ hoc idem inferretur etiã ſi eſſet publicum & matrix eccleſia nõ obſeruaret quod eſt abſurdum,dicit tamen Ioan. An.quod expediret per conſtitutionem ,pui deri clericos non teneri ad obſeruantium interdictorum prælatorũ a iure.niſi primo fieret ipſorum declaratio per id quod habetur, de cen.c.quãquã li.6. & in cle. præſenti. eo. ti.Item no.quod dicta moderatio & effectus interdicti non habet locum in interdicto populi ſeu vniuerſitas,non expreſſo loco in ſententia interdicti,quamuis enim & illud dicatur generale interdictum, tamẽ c.alma.cũ ſua moderatione loquit de interdicto generaliter loci & vniuerſitatis,caſtri,uillæ,regni & hmõi. Item laici qui non ſunt interdicti non poſſunt admitti ad diuina quæ celebrãtur.cum dicta moderatione in loco interdicto,niſi ſunt ſuper hoc ſpecialiter priuilegiati.De clericis verò extraneis,ſeu alibi beneficiatis an poſſint admitti in eccleſia ſita in loco interdicto ad celebrandum vel concelebrandum? Arch.tenet quod non Io.And.tenet quod durum eſt,& q̃ nimis emũgit &c. & ſic uidetur tenere contrarium, quod contrarium Io.Cal.probat per multas rationes, & idem videtur dicendum de religionis. Itẽ tam canonici quam clerici eccleſiarũ in quibus diſtributiones quotidianæ diſtrubuunt illis qui interſunt horis, ſi nõ venerint amittent eas ſicut amitterent ſi non eſſet interdictum. Item Miſſæ non conuentuales, ſed peculiares celebrari poſſunt tempore interdicti in eccleſiis conuentualibus ſeruata prędicta moderatione. Item ſi in tali eccleſia deficiunt omnes præter unũ Io.And.poſt Hoſti.dicit quod ille poterit celebrari cũ familiari. Archi dicit quod non audet hoc tenere.ſed primum placet,fateor tamẽ quod in priuilegio conuentus de celebrando tempore interdicti non includuntur familiares cõuentus,ſed in caſu prędicto ille ſolus adhibere poterit familiarem ſeu ſeruitorẽ vigore per miſſionis in §.adiicimus neceſſitate ad hoc cogente.Ioan.Cal.Si tamen alicui ſingulari perſonæ ſit conceſſum vt tempore interdicti poſſit celebrare vel audire diuina in uoce ſubmiſſa,tunc familiares eius ad audiẽdũ cum illo,& ad celebrandum ſibi admittuntur,niſi eſſet talis cuius culpa dolor vl fraude ſit lata ſentẽtia interdicti, vel ad dictam culpam dediſſet auxilium conſilium vel fauorem de priuil.c.licet.lib.6.Item dictum per c.alma. extat alia moderatio circa interdictum,uide licet quod in feſtiuitatibus ſolum natiuitatis,reſurrectionis,penthecoſtes,& aſſumptionis Beatæ Mariæ campanæ pulſentur & ianuis apertis alta uoce diuina celebrentur in locis interdictis excõmunicatis excluſis, ſed interdictis admiſſis ita tamen quod illi propter quos latum eſt interdictum altari non appropinquant,non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis quæ reuocantur, quia ſufficere debet omnibus quod celebretur ut dictum eſt.Item no.quod prędictis quatuor ſolemnitatibus de quibus habetur in d.c. alma addita eſt ſolemnitas corporis Chriſti p extrauagantem Martini.5.in qua interrumpitur interdictum ſeu ſuſpenditur, ut in quatuor prędictis. Vbi primo no. quod illud quod dictũ eſt de dictis feſtiuitatibus intelligi debet de una die tantum pro qualibet feſtiuitate. Vnde & doctores quęrunt quando incipiat talis dies,& quantum ad principium dici concordãt quaſi omnes,ſ.quod incipit in ueſperis vigiliæ.Sed quãtum ad finem ſunt uariæ opin.& Archidia.tenet quod terminetur in completorio feſti incluſiuè,quia in beneficiis eſt larga interprætatio facienda.Ioann. Andr.tenet in dicto capitulo alma.glo. ante penultima qu od terminetur in ueſperis ipſius feſti & ſic concludit completorium, quæ opinio placet etiam Ioann Calde. Item notandum quod in prędictis feſtiuitatibus non poteſt licite dari corpus CHRISTI, ſeu communicari in loco interdicto, niſi ſicut in aliis diebus, ſcilicet infirmis decedentibus de ſententia excommunicationis capitulo reſponſo. Vnde quod dicitur in canone, de confecr.diſtinct.ſecunda,etſi non frequentius,& de pæ.& re.omnis, ſcilicet qd fideles debẽt cõicare in paſchate, natali & pentheco ſte.

De ſen. exc.c.alma.

ſte. Intelligendum eſt interdicto & alia prohibitione ceſſantibus, & idem dicendum eſt de extrema vnctione, quod ſcilicet non eſt dā da iſtis diebus. Archi. & Ioan. And. Item & ſi in dictis feſtiuitatibus honeſtius & iuſtius ſit ſaltem quantū ad principalem miſſam quæ in eccleſia celebratur de ipſo feſto proprio dicetur, quia ideſt inductum in honorem illarū ſolennitatum, & ideo de eis celebrandum, de cōſe. diſt. 1. ad hoc, & de cele. miſ. c. 2. Poteſt tamen & alia miſſa dici quam de ipſo feſto. Io. Cal. Item in dictis feſtiuitatibus credo, ꝙ poſſit aqua ſolemniter benedici, & aſperſio fieri panes fructuſque benedici, & laicis etiā interdictis miniſtrari, quia iſta de ſe non prohibentur tempore interdicti, & ipſorum benedictio eſt officium diuinum, quod generaliter in prædictis feſtiuitatibus permittitur. Io. And. Item in feſto aſſumptionis virginis Mariæ ſemper tempore interdicti nuptiæ poſſunt ſolemniter benedici, quod aliis dieb. tēpore interdicto non poteſt fieri ſecūdum Hoſtien. Et hoc ideo, quia talis benedictio pertinet ad diuinum officium, quod illa die permittitur ſolenniter celebrari. De aliis tribus feſtiuitatibus non oportet quærere, quia nuptiæ in ipſis prohibentur celebrari in omni loco, & ab omnibus fidelibus 33. qō. 4. non patet. Io. Cal. Item in dictis feſtiuitatibus poſſunt virgines & altaria conſecrari & benedici, & calices & paramenta & abbates & abbatiſſæ, quia huiuſmodi benedictiones nō ſunt ſacramenta peoprię, ſed orationes & certa officia. Ioan. Cald. Item dictis diebus feſtiuis in loco interdicto vtrum poſſint admitti ad eccleſiaſticam ſepulturam. Io. An. dicit & putat quod non licet multotiens fuerit contrarium obſeruatum. Et ſubdit poſt pauca. Io. Cal. Scio quod videretur temerarium reſiſtere opi. domini & patris mei maxime, quod non viderim per aliquam contrarium ſcriptum. Attamen mea puſilla intelligentia iudicat in dictis feſtiuitatibus non obſtante interdicto poſſe publicè, & ſolenniter mortuos ſepeliri, vbi aliud non obſtat, puta quia non eſt ſpecialiter, aut nominatim interdictus talis, aut, quia fuit in culpa, vel quia ad hoc dedit conſilium, auxilium vel fauorem propter quod latum eſt interdictum. Moueor ad dicendum, quia propter generale interdictum prohibetur eccleſiaſtica ſepultura, quia ipſa accedit ad officium diuinum. Nam cum officio diuino debet ferri funus ad eccleſiam, vt habetur 13. q. 2. qui diuina. Sed diuinum officium permittitur his diebus ſolemniter celebrari. Ioan. Cal. qui multa inducit pro & contra circa hoc. Item tempore interdicti & ſi prohibita ſit adminiſtratio ſacramentorū, illud tamen habet multas exceptiones. Nam primo excipitur baptiſma non ſolum paruulorum, ſed etiam adultorum, extra eo. quoniam lib. 6. Item excipitur confirmatio extra eo reſponſo. Item excipitur pœnitentia non tantum morientium, ſed etiam viuorum & ſanorum dummodo non fuerint excommunicati qui non poſſunt admitti, niſi in morte, & exceptis illis propter quorum culpam vel dolum lata eſt ſnīa interdicti, vel præbuerunt conſilium, auxilium, vel fauorem ſi nō prius ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo dederint idoneam cautionem, aut ſi hoc non poſſunt, niſi iurauerint, ꝙ cum potuerint ſatisfaciēt, & ad ſatifactionem faciendam per illos qui tenentur dabunt conſiliū auxiliū, & pro poſſe laborabunt, nec propter aliquod prædicto rum fieri debet relaxatio interdicti, extra eo. alma. lib. 6. Item & catechiſmus qui præcedit baptiſmum fieri poteſt, quia permiſſo baptiſmo intelliguntur permiſſa omnia per quæ peuenitur ad illud, & ſine quibus expediri non debet, huiuſmodi autē eſt catheciſmus, de cō ſec. diſt. 4. ante baptiſmum. Item permittitur confectio chriſmatis in die cene quo vtendū eſt in baptiſmo & confirmatione extra eod. reſponſo. Item permittitur euchariſtia dari decedentibus, de pe. & re. ꝙ in te. nec enim debet alicui penitenti denegari 50. diſt. pœnitens. Satis etiam dannatis ad mortē dari pōt tempore interdicti, quia cenſentur tunc in articulo mortis. Io. Cal. Sed laicis vel clericis non interdictis, ſed in loco interdicto poſitis an poſſit dari euchariſtia, præter quam in articulo mortis dubium eſt, exceptis presbyteris tamen miſſam cantantibus alias celebrantibus, tamen forma ſeruata, vt habetur c. alma. Celebrantes enim tenentur ſumere corpus Chriſti, de conſecra. diſtin. 2. comperimus. De aliis vero dicit Ioan. Cal. trepido ferre ſententiam cum viderim generaliter religioſos ſuis fratribus ſororibus vel monialibus, quarum curam gerunt tempore interdicti indifferenter concedere euchariſtiæ ſacramenta. Sed quæ iure faciant ipſi diſcernant, cum contrarium videtur de iure ſcripto. In edictis enim permiſſoriis certorum caſuum quod ratione non inuenitur expreſſum, ſed permiſſum ſubiacet regulæ prohibitiue. 2. q. 5. conſuluiſti, & eſt expreſſum in cle. exiui. de verbo. ſignific. §. porro, cum ſit permiſſum tempore interdicti ſpecialiter corpus

Christi inquãtum dicitur viaticum, i. inquantum datur decedentibus, igitur, &c. Et addit idem Io. ꝙ cum portatur eucharistia ad infirmum, tunc credit, ꝙ debeat portari cum pulsatione campanelle & lumine præcedente & aliis cõsuetis, quia cum aliquid permittitur nisi aliud appareat intelligitur fore permissum secundum, ꝙ ius disponit illud fieri, & vsus obseruat. ar. ad hoc. 4. dist. erit autem. 12. dist. illa. Sed de portatione luminis disponit ius. de cele. mis. sane. Depulsatione autẽ campanelle habet generalis consuetudo, ergo &c. Poterit autem dare tale viaticum infirmo in præsentia astantium & venientium, vt pmissio intelligatur secundũ conditionẽ status psonæ infirmę. 41. di. qui squis. De mulieribus ergo prægnantibus & partui appropinquantibus an tẽpore interdicti possit dari eucharistia videtur Io. An. dicere ꝙ non, nisi aliud periculum immineat in eis. Ratio est, quia tales non proprię dici non possunt decedentes ex appropinquatione ad partum, sed non nisi decedentibus conceditur eucharistia in tali tempore. s. interdicti. Eadem ratione idẽ putat Ioan. Cal. de intrantibus mare vel bellum campestre vel obsessis, & facit quod not. de off. or. Pastor. 2. respon. in gl. Extrema vnctio indubitanter est prohibita tempore interdicti. Sed an clericis vel religiosis, maribus vel fœminis non interdictis, sed de loco interdicto & qui seruauerunt interdictum, an possit conferri extremam vnctio a quibusdam dubitatur. Dominus & pater meus veritatis, & iustitiæ cultor, in c. quod in te. de pen. & re. dicit quòd non, quod tamen multi male aduertunt. Ioan. Cal. Matrimonium vero interdicto tẽpore permittitur, quia cõtrahi potest quocunque tẽpore per legitimum consensum viri, & mulieris, etiam si contrahentes essent interdicti secundum Inn. Nam & per infideles & excommunicatos contrahi potest, sed solẽnis benedictio nuptiarum, tunc fieri non potest secundum Hosti. etiam si alter tantum, s. vir vel mulier esset interdictus, & in loco non interdicto fieret. Ioan. Cald. de sacramento ordinis sciendum quòd nullus ordo conferri potest in loco interdicto clericis & laicis, & ratio est, quia prohibentur ibi ecclesiastica sacramenta ministrari, exceptis quibusdam casibus, de quibus iste non est, vt in ca. Non est, de sponsi. Si autem populus est interdictus cũ propter hoc non sit clericus interdictus, poterunt clerici illius loci extra locum interdictum ad ordines superiores promoueri, ab eo tamẽ qui hoc de iure possit. Item si locus tm̃ est interdictus, licet ibi nullus valeat ordinari, laici tamen qui non fuerunt culpabiles dilecti propter quod latum est interdictum extra locum interdictum poterunt ordinari, ni si propter delictum vniuersitatis lata fuisset sententia interdicti in loco, quia tunc nullus de dicta vniuersitate posset ordinari Io. Cald. Item tempore generalis interdicti denegatur laicis ecclesiastica sepultura etiam si pœnitentiam egerint, extra de pen. & re. Quod inter. Ratio est, quia interdicti sunt tales, etiam si peccatores non sint. 17. q. 4. miror. Sed illi interdicti, qui tunc absoluuntur ab aliqua excõmunicatione, remanent tamen interdicti adhuc donec soluatur interdictũ, & si in morientibus interdictis apparuerint signa pœnitentiæ, & postmodum fuerint absolutum interdictum, tunc talium corpora erunt apud ecclesiam trãsferenda, ar. extra de sent. excõ. c. Cum illorum, & si apud ecclesiam stante interdicto, sepulti fuerint non erunt postea exhumandi, cum ad eum statum venerit res a quo incipere potuit pro huiusmodi interdictis, s. qui penituerint licet mortuaria accipere ac pro eis orandum est. 2. q. 3. Quicunque. Sed si non penituerint, nec pro eis orandum est nec mortuaria recipienda. 88. dist. ca. fina. Clericis vero qui in tali generalitate nõ sunt interdicti, non negatur ecclesiastica sepultura, ita tamen ꝙ fiat sine pulsatione campanarum & cessante omni solennitate, extra eo. titu. quod in ti. & quod ibi dicitur cum silentio, non videtur hoc intelligendum de silentio officii funeralis, quia cum conceditur qđ maius est, s. dicere missam & horas submissę, & de officio funerali concedi videtur. Item qñ aliqua ecclesia est singulariter interdicta, si quidem est interdicta propter delictum clericorum tm̃, vel quia violata fuit tunc parrochiani pñt in alia ecclesia non interdicta eligere sepulturã & audire diuina, sed si sit interdicta in pœnam populi, ẽt si multi ex eis non deliquerint, sed forte vniuersitas vel magna pars, vel quia forte deliquit dominus, & in hoc punitur, tunc parrochiani nõ pñt in alia ẽ non interdicta eligere sepulturam nisi forte ex priuilegio. Inn. Item sicut tempore interdicti in ecclesia non sunt laici sepeliendi, ita nec in eius cimiterio, extra de priuil. c. ut priuilegia. Et licet Stephanus dicat, ꝙ sufficit quòd sit locus ad sepulturã deputatus, licet non sit benedictus, vt dicatur cimiterium, tm̃ Io. An. dicit, ꝙ est locus ad usum cimiterii p epm̃ benedictus, de conse. di. 1. nemo Io. etiã cal. dicit, ꝙ non sufficit ꝙ locus sit ad sepultu

ram

ram deputatus, niſi auctoritate epiſcopi fuerit ad ſepulturam deſtinatus, & hoc oportet fateri quantum ad pœnam excommunicationis quę ponitur per cle. Eeos. Item laici non interdicti non poſſunt in cimiterio ſito in loco interdicto cum clericorum officio ſub ſilentio ceſſantibus ſolemnitatibus aliis ſepeliri. Ratio eſt, quia illud ex gratia conceditur clericis, ergo aliis intelligitur denegatum. Ioā. Cal. Item priuilegiatus per c. Alma, ſuper additione diuinorum & perceptione ſacramentorum, uel ēt ſuper perceptione ſacramento rum ſine mētione de auditione diuinorum, puto ex hoc q̄ poſſit admitti ad eccleſiaſticam ſepulturam quamuis de ipſa nō fiat mētio. Sed ſi priuilegium eſſet conceſſum ſuper auditione diuinorum, nō facta mentione de perceptione ſacramentorum ſacris videt dubium, tamen placet qđ per illud priuilegiū ſit conceſſa eccleſiaſtica ſepultura, per regulam cui communicamus viuo, & c. 24. q. 2. ſane Solennitatibus tñ ceſſantibus, ut dicitur de clericis Io. Cal. Item ſepelientes extra eccleſiam & cimiterium interdictam perſonā uel non interdictā, ſed in loco interdicto cū officio diuino, clerici illud officium celebrātes ſunt irregulares, ſed ſine officio diuino bene poſſunt interdicti extra eccleſias cimiteria ſepeliri nec. n. debent eorum corpora remanere inhumata. Io Cal.

§. 1. ¶Pœna autem nō ſeruantis interdictū ſi eſt clericus, eſt iſta ſecundum Hoſti. quia ſcienter celebrans in loco interdicto. undecunq, ſit, efficitur irregularis & eſt ſuſpenſus, extra de cle. excom. mi. Poſtulaſtis. §. ſi. & extra eo. Is qui. lib. 6. unde non poteſt beneficia conferre. extra de conceſ. præb. c. Quia diuerſitatem. Idem Inno. & Ber. Item talis non poteſt eligi nec eligere, vt in d. c. is qui. & de cōſue. c. Dilectus. Item nec pōt poſtulari, extra de poſtul. c. 1. Item qui non ſeruat interdictum remouendus eſt a beneficio. extra de cle. excomi. Poſtulaſtis. Si autem talis ſit religioſus & ad nullum ordinem adhuc ordinatus eſt et ſi irregularitatem nō incurrat, quia non eſt expreſſum in iure. Nam c. is qui. agi de ſola irregularitate quę pcedit ex ſola celebratione diuinorum vel executione ordinum poterit tamen aliter puniri & recludi in artiori monaſterio ad pœnitentiam peragendam, & idem uidetur dicendum de moniali non conſeruante interdictum, quilibet tamē horum, ſcilicet religioſus non habens ordinem & religioſa ſi uiolant interdictum ſunt intelligibiles actiuæ, & paſſiue, nam etſi non habent ordinem clericalem, ratione tamen ip ſorum ſtatus habent officium celebrandi diuina ſecundū conditionem ipſorum, vnde uiolando interdictum illam pœnā incurrūt, cuius ſunt capaces, ad hoc de biga. Debitū. Io. Cal. Purus uere laicus violans interdictū quamuis irregularitatem non incurrat uel ſuſpenſionem ſecundum Inn. grauiter tñ pec cat, & puniendus eſt pœna arbitraria per eccleſiaſticum iudicem de ſent. excō. c. Grauis. in cle. Item omnis qui ſcienter celebrat in loco interdicto, ſiue coram perſonis interdictis a iure uel a iudice uel recipiens pub lice interdictos a diuina officia vel ſacramēta uel ſepulturam, etiam ſi nō fit irregularis, eſt interdictus ab ingreſſu eccleſię, de priuile. ca. Epiſcoporum. li. 6. & ſi in ea ſe ingerit in officio ſuo fit irregularis. eod. titu. c. is cui. li. 6. Nota q̄ licet oibus prædictis in ulti. §. ſit interdictus ingreſſus eccleſiæ per c. Epiſcoporum extra de priuileg. lib. 6. Eſt tamen differentia inter eos, nam celebrans tu loco interdicto, eſt etiam irregularis, admittētes vero ad ſepulturā nominatim interdictos vel publice excommunicatos ſunt excommunicati in cle. Eos. de ſepult. Et etiam qui tempore interdicti ſepeliunt defunctos in cimiteriis vel eccleſiis in caſibus non conceſſis, ut patet in ea. cle. Aliis vero de quibus fit mentio interdicitur ſolum ingreſſus eccleſiæ modo prędicte. Dicitur autem agere vel ingerere ſe in officio ſicut prius, & per conſequens uiolare interdictum cum, ſ. dicit ſolemniter horas diurnas vel nocturnas, vel miſſam, vel aliud officium quod competit ratione alicuius ordinis quem habet. 11. q. 3. Epiſcopus. Et idem notat Inn. & alii poſt eum, de exceſ. præla. c. fi. Pſalmiſta interdictus vel non interdictus, ſed in loco interdicto ſi celebrat, ideſt ſi ſolēniter agit in officio ſuo, vtrum ſit per hoc irregularis. Sic reſpondet Io. Cald. ſecundum theologos talis non eſt irregularis, quia pſalmiſtatus ſecundum eos non eſt ordo, ſecus ſecundum canoniſtas qui tenent pſalmiſtatū eſſe ordinem. 21. di. clericos, & tali ordini cō petit cantare, ſcilicet in choro pſalmodizando lectiones & reſponſoria legendo. Ideo talis huiuſmodi agendo efficitur irregularis. Et addit q̄ quidam dicunt, & placet Inno. q̄ ſi conſuetudo eſt in eccleſia, q̄ ſine diſtinctione ordinis quiſque legat epiſtolam vel portet cereos, vel faciat quicquid aliud pertinēs ad aliquod officium non erit irregularis is qui illud officium facit. Et ſubdit Io. Cald. quod illa diſtinctio non tollitur quin de iure

talia competant ratione alicuius ordinis. Vnde Io. And. & alii in c. Cum medicinalis. dicunt talem esse irregularem, Hostien. & spec. putāt habentem primam tonsuram tantum si cantet in officio suo esse irregularem. 23. dist. psalmista. Sed si quis faciat ea quæ non sūt alicui ordini vel officio deputata ut si in matutinis legit lectiones, vel cantet responsoria. Dicunt Host. & Guil. non esse irregularem. In benedictione aquæ benedictę cōtrahitur irregularitas secundum Inno. quia est annexa huiusmodi ordini benedictio. de cōse. dist. 3. aquam quando, s. interdictus clericus hoc ageret, sed si nō est ipse interdictus, eo quod talem facit benedictionem aquæ in loco interdicto seruata moderatione quæ traditur de aliis officiis non incurrit irregularitatem. Aqua autem benedicta non debet aspergi laicis loci interdicti a sacerdote, & hoc præterquam in quattuor festiuitatibus de q̄ bus agitur. in c. alma. Si tamen aspergeret, putat Io. Cald. quod non est irregularis, quia hoc non est in iure cautum. Per benedictionem autem mense et ab interdicto clerico non contrahitur irregularitas, quia nulli est ordinis deputata. A benedictione etiam quā consueuerunt priores vel episcopi itinerando dare obuiantibus eis in sua diœcesi, dixerunt quidam tutum esse abstinere in loco interdicto, si tamen contrafiat non erit irregularis quod putat Io. Cald. esse verum de simplici benedictione. Secus de solenni ad quā præmittetur. Sit nomen domini benedictū, vel aliquid aliud huiusmodi. Talis n. benedictio competit episcopo ratione ordinis di. 95. c. Eece. De benedictiōe autem calicis vel paramentorum vel corporalium vel candelarum in festo purificationis vel Oliuarum in festo Palmarum. Dicit Io. Cal. fieri non posse a clericis interdictis vel in loco interdicto & a non interdicto nisi seruata moderatione quæ traditur de officiis diuinis, in c. alma. eod. ti. li b. 6. Et idem dicit tenendum de facientibus officium pro baptismo in sabbato sancto, vel pro confectione chrismatis in cena Domini, uel pro anniuersario defunctorum. Et benedictio etiam pere, & baculi peregrinorum a sacerdote, dicit Guil. quod videtur esse concessum cum non sit prohibitum. Item de purificatione post partum, dicit Ioā. Cald. quod non potest mulier post partū introduci in ecclesiam in loco interdicto per sacerdotem cum psal. & orationibus & solēni introductione alias incurreret irregularitatem, quia illud est officium diuinum ordini clericali competens. Sed sine officio facta solum confessione ut mortis, est poterit mulier per se intrare gratias agendo. Item si clericus interdictus vel non interdictus, sed in loco interdicto si excommunicat aliquē uel absoluit excommunicatum, secundum Inn. non est irregularis, quia huiusmodi nō sunt ordinis sed iurisdictionem concernunt. 2. q. j. nemo. Et de Excommunicatione non est dubium, quare idem dicēdum est de absolutione, de pæ. dist. 1. verbum, tamen absolutionis solemnia exhibere, sicut est dicere cū stola. Psal. & orationem, vel in ecclesiam introducere excommunicatum, quia hoc est ordinis & officii, huiusmodi faciens est irregularis secundum Inn. & Spec. Officium autem commendationis animarum decedentium iuxta morem, credit Ioan. Cal. quod fieri possit loco & tempore interdicti, quia istud officium videtur quasi annexum ad absolutione quę fit in pœnitentia, vnde sicut conceditur tunc penitentia ita & istud. Item in loco interdicto & interdictis & excommunicatis potest prędicari verbum Dei, de sen. excom. c. rnso. Et potest etiam interdictis fieri confessio generalis in fine prædicationis, potest etiā campana propter hoc pulsari, quia cum dicta pulsatio sit signum & præambulum actus permisit, vt habeat generalis consuetudo intelligitur & ipsa pulsatio permissa. Id. Cald. Promissis vero & horis canonis dicendis nullomodo habet pulsare campanas tempore interdicti, alias incurreretur irregularitas exceptis quattuor festiuitates, de quibus supra, ēt si campane ipse essent extra ecclesiam, & procul ab ea, nō licet pro dictis pulsare, alias fieret fraus legi. 14. q. 3. plerique. Nec ēt paruas campanellas licet pulsare tempore interdicti pro diuinis officiis celebrandis, ut faciunt religiosi mendicantes. Nam prohibitio pulsationis campanarum tempore interdicti, uti que & minores campanellas includit, cum de facto sonus audiatur extra muros, & interdum satis procul, vnde tales sibi caueant, & sufficiat eis quod per aliqua signa, puta tabulæ possint conuenire ad diuina eorum, sed pulsare campana tempore interdicti pro horis notificandis, puta tertia, sexta, nona, & huiusmodi, non credo illicitum laicis, hac de cā campanas suas sonare, sed clericis, non credo hoc licere. licet enim de facto celebrent diuina, tamen ex quo dicto tempore solent diuina celebrare præsumeretur uerisimiliter quod pro celebratione diuinorum sonarent. 28. di. 1. in. de. Siracusanæ. Fateor tamen pro

pter

pter hoc tantum ipsos non incurrere irregularitatem. Ioan. Cald. Pulsare autem campanam pro Aue Maria, vt solet fieri laudabiliter de sero & de mane in quibusdam locis tempore interdicti non inducit irregularitatem, quia illa salutatio virginis gloriosæ non est officium ordini annexum pulsare campanas pro ostensione aliquarum literarum, vel in aduentu alicuius prælati & huiusmodi tempore interdicti, nec laicis nec clericis prohibetur. Io. Cald. consulit etiam quòd itinerates p loca interdicta si sunt duo vel plures quod non dicant horas canonicas in via, quia exquo ab aliis audiri possunt, dicit ipse quod non audiet dicere quod hoc facere possint sine uiolatione interdicti. Secus si esset vnus solus, quia ita submisse dicere posset q̃ non audiretur. Item dicit Inno. & Alb. quod non credit irregularitatem incurrere interdictū propter hoc quod interfit diuinis, & si cantat cum aliis, dum modo, non celebret nec aliqd agat ut in suo officio peccat, tamen Io. Cald. dicit sibi placere dictum Hosti. & Specu. scilicet quod si talis se ingerat diuinis audiendo ex quadam simplici deuotione non contemnendo non est irregularis, & sic procedit dictum Inn. Sed si hoc facit contemnendo & faciendo celebrare diuina, siue auctoritatem præbendo siue cooperando, tunc irregularitatē incurrit. Item laici uiolantes interdictū etsi non incurrant irregularitatem grauiter tamen peccant, vt dictum est secūdum Inn. & ut videtur mortaliter si scienter hoc faciūt quia contra obedientiam ecclesiasticam agunt. 8 r. distinct. si qui. Sed exercētes officia quæ non sunt alicuius ordinis tempore interdicti ut aduocando, docendo & huiusmodi non peccant. Item non prohibentur laici tempore interdicti dicere letanias vel laudes suas vt faciunt Ferrariæ. Item non prohibentur orare in ecclesia extra tempora celebrationis diuinorum secundum Guil. & Monal. Item si sacerdos probabiliter credit quod aliquid interdicti sunt in ecclesia secūdū Guil. debet monere in generali quod exeant, alias non tenetur uitare eos maxime publicæ donec constet de sententiam. Item si sacerdos recipiat scienter hominem interdictum licet ipse peccet & pœnas incurrat, ut supra dictū est, alii tamen non tenentur exire secundum Guil. nec peccant audiendo diuina. Item in diuinis officiis sunt uitandi omnes illi qui proprio nomine vel alia certa circumlocutione per sententiam designantur interdicti, qui & dicuntur nominatim interdicti. Item uitandi sunt tanquam nominatim interdicti omnes ille de quibus cōstat quod interdicti sunt, vt si ciuitas vel castrum interdicitur. Si uero interdicatur fautores siue participantes in crimine non dicuntur nominatim interdicti, sed tantum in genere, vnde tales non tenetur quis uitare quousque per iudicē specificentur & denuncientur, nisi forte eorum participatio esset multum notoria, ita quod inficiationi non sit locus de cohabi. cle. c. tuanos. Inno Host. & Guil.

¶ *De forma interdicti quomodo ponatur & quomodo relaxetur. Cap. 5.*

VLtimo videndum est de forma qua fertur interdictum, & quomodo etiam relaxetur. Vnde sciendum secūdum Ioan. Cal. quod cum ab homine fertur & propter contumaciam, est necessaria monitio præcedēs & forma quæ traditur. de sen. excom. c. 1. li. 6. & sic intelligitur de appel. c. reprehensibilis sed si propter delictum fertur non est monitio necessaria. 5. q. 4. in loco. Sic intelligeno. per Inno. & alias de appel. c. ad hoc. Cum uero a iure profertur propter excessum siue delictum sine monitione fit, siue sit speciale interdictum, scilicet contra ecclesiam, vel cōtra personam singularem, quod superius dictum est interdictum singulare, siue sit interdictum generale loci, scilicet ciuitatis vel castri ville uel uniuersitatis populi, quodlibet enim horum dicitur generale. Sub hac autem forma verborum profertur. Nos propter talem causam ecclesiam vel terram talē supponimus interdicto, extra de uer. sig. cum in partibus. Et additur etiam communiter ecclesiastico ad differentiam interdicti legal. Potest etiam sententia interdicti ad uoluntatem iudicis determinari, puta vt interdicat missam cum cantu, vel horas vel sepulturas, & hmōi. Potest ēt iudex ab interdicto excipere & subiicere quos vult & q̃n vult, puta q̃n dñs terræ est ipsi prçsens & hmōi, extra de spon. c. non est uobis. Ad hoc aūt ut obliget sentētia interdicti sufficit eā publice promulgari, nec postea est necesse eam singulorū auribus inculcare. dist. 16. quod dicitis. Sufficit etiam cum quis scit nuncios suos, maxime metropolitanam ecclesiam recepisse sententiam & obseruare, extra de postula. c. 1. Item no. secundum Inn. & Hosti quod cum locus uel ecclesia interdicitur, talis sentētia suspendi potest, & cum est suspensa potest celebrari

extra.

extra de priuil.c.ut priuilegia.Sed si est inter dicta persona siue suspensa, quando hoc est factum pro culpa ipsius suspensi vel interdicti, non posset de licentia alicuius celebrare nec interdictum vel suspensio suspendi, sed cum hoc est factum propter culpam alterius tunc potest dici sicut de interdicto loci scilicet quod talis sententia potest suspendi per episcopum sicut & tolli. Item appellari potest infra tempus suspensionis interdicti a suspensa sententia sicut a conditionali de appel.Præterea,& idem de sententia suspensionis,secus in sententia excommunicationis. Item sententia interdicti & suspensionis nudo verbo suspenduntur,vel totaliter,relaxantur cum iuramento tamen extra eo. Alma. Item postquam sententia interdicti per aliquos inferiores prælatos rationabiliter est lata,maiores nō debēt relaxare sine congruasatisfactione,& cum conscientia illius qui tulit extra de offi.or.c. Cum ab ecclesiarum. Si uero.i.rationabiliter sit lata, debet qui tulit sine difficultate relaxarī,seu superior ad quē recurritur extra eo.Cum medicinalis lib.6. Item archiepiscopus non potest relaxare interdictum,vel excommunicationem uel suspensiones latas ab officialibus archidiaconorū seu aliis iurisditionem habentibus subditis suffraganeorum ipsis qui tulerunt omissis extra eo.Cum Romana lib.6. Item cum quis interdicto uel excommunicatione astrictus offert se ad iustitiam eorum pro quibus sententiam recepit,iudex eum ne sic decedat absoluere poterit,etiam si aduersa pars appellet ne absoluatur, debet tamen ante absolutionem recipi ab illo sufficiens cautio, quod in præsentia Romani pontificis apud quem appellatur si uoluerit appellator, vel coram iudice cui causam delegauerit iuri parebit & idem de his qui dicunt se iniuste interdictos.Item secundum Ioan. And.tempore generalis interdicti si is propter cuius culpā latū est interdictum satisfacere vult,tollet ur interdictum.Si uero culpabilis fuit tanq̄ consiliarius vel auxiliarius, licet accipiatur cautio,& iniungatur penitentia non relaxabitur interdictum,quod si propter eius culpam latum est ipse quidem punitur,sed eius satisfactio non requiritur . Item nota quod ea quę dicta sunt in præcedentibus c. de materia interdicti quo scilicet ad. obseruandū interdictū nec contrafaciēdo incurratur peccatum & irregularitas,locum habent & vera sunt,secūdum q̄ habetur in corpore iuris. Sed per extrauagantem Martini. 5.quę incipit.Insuper ad euitandum non tenetur quis obseruare interdictū ecclesiasticū a iure vel homine generaliter promulgatum, nisi talis sententia fuerit contra personam collegium,vniuersitatem ecclesiam,communitatem vel locum certum vel certa a iudice puplicata vel denunciata,specialiter & expresse & ipsam extrauagantem habes supra in fi. de excom.mi.c fi.

¶ De priuilegio fratrum prędicatorū & minorum quoad interdictum Fratres ordinis prædicatorum tēpore generalis interdici terre possunt vbique in omnibus ecclesiis suis vel alienis causis ianuis,interdictis & excommunicatis exclusę,non pulsatis campanis,& sumissa voce celebrare diuina & recipere ecclesiastica sacramēta exceptis tribus casibus. Primus est si causam dederint interdicto. Secundus si contingat id eis specialiter interdici. Tertius est si ecciesia illa in qua volunt celebrare est interdicta.Bonifa.uirtute. ¶ Quod tempore interdicti possint ad diuina recipere puros suis sententiis deputatos, & negociorum suorum procuratores, & operarios qui suis locis eorum operibus continue insti terint nisi in duobus casibus scilicet si ipsi causam interdicto dederunt.Secundus est si cōtingat eos specialiter excommunicari vel interdici.Bonifa.virtute. ¶ Quod tempore strictissime interdicti quilibet ordinis fratrū prædicatorum quotidie unā missam celebrare valet cū duobus aut tribus tantum ministris, expulsis primo omnibus qui non sunt de ordine prædicatorum . Clemens meritis uestre religionis. ¶ Quod quando in ciuitate vel locis aliis ubi habitatur contingerit interdictum poni & prohiberi omnia ecclesiastica sacramēta,exceptis paruulorum baptismatibus & penitentis morientium, non obstantibus quibuscunq, priuilegiis religiosis quibuscunq, ab apostolica sede concessis, nihilominus tempore talis interdicti possunt confiteri peccata eorum,& ab ipsis absolui, & temporibus consuetis iuxta morem ordinis sui sacrę communionis & unctionis extreme recipere sacramenta, & diuina officia celebrare simul, ianuis clausis non pulsatis campanis & submissa voce excommunicatis & interdictis ac omnibus personis quæ non sunt de ordine suo exclusis, non obstantibus prohibitionibus huiusmodi seu aliquibus literis a se.apo.impetratis vel impetrandis, quæ de ordine fratrum prędicatorum, & hac indulgentia specialem non fecerint mentionem. Honorius . Meritis uestre

§.r. priuilegia prædicatorum & minorū interdicti.

veſtre religionis. Quod omnes ſententiæ interdicti ſuſpenſionis & excommunicationis contra eoſdem latæ per quoſcunque prælatos contra indulta priuilegiorum dictorum fratrum ſunt ipſo facto irrite & inanes. Si autem contra alios latę fuerint occaſione eorundem fratrum ſunt penitus irritandæ. Alexan. meritis veſtræ. ¶ Quod a nullo legato niſi a latere ne delegato poſſunt ſuſpendi & interdici vel excommunicari, niſi in eorum litteris de ordine prædicatorum talis ſpecialis mẽtio habeatur. Clemens exigentibus. ¶ Quod magiſter ordinis, & eius vicarius in toto ordine & priores prouinciales & conuentuales, & eorum vicarii in ſupradictis terminis ſint fratres ſuos conſtitutos in terminis prædictis, vel ad eos declinantes vndecunque abſoluere a ſententia excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti a iure vel a iudice generaliter promulgatis, vel ſi in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico interdicto præſumpſerint celebrare diuina. Boni. virtute. Inno. licet aut hoc dicantur de prædicto ordine, tamen credo fratres minores eiſdem gaudere priuilegiis, excepto eo ꝙ nunc ſequitur quòd viri & mulieres de Italia habentes habitum & regulam ordinis qui dicuntur de pœnitentia ſancti Dominici, & poſſunt linite audire diuina & recipere eccleſiaſtica ſacramenta tempore interdicti, niſi cauſam dederint interdicto. Hono. Congruum exiſtimantes.

TITVLVS XXVII. DE ſuſpenſione.

¶ *De triplici genere ſuſpenſionis.* *Cap.* 1.

QVia nomine cenſuræ eccleſiaſticæ compræhenditur non ſolum excõmunicatio, ſed etiam ſuſpẽſio & interdictum, extra de verb. ſig. c. quærenti. Suſpenſio etiam aliquando dicitur excommunicatio, vt patet. 1. q. 1. reperiũtur, ideo poſt tractatum de excõmunicatione & interdicto ſequitur de ſuſpenſione, & ſecundum Guil. Duran. omnis irregularis eſt ſuſpenſus. Et iterum quia omnis irregularitas eſt quædam inhabilitas ad ordinum receptione & officiorum & eccleſiaſticorum & receptorum executionem ſimpliciter, & ex toto ex aliquo impedimento prouenies ex inſtitutione eccleſiæ habens robur. ¶ Suſpenſio eſt inhabilitas ad ordinum vel officiorum executionem ex aliquo impedimento. Sic ſuſpenſio videtur ſolum tangere clericos, quandoque tamen, & laici ſuſpenduntur eſt ab aliquo actu, vt ab officio aduocandi in caſu &c. Irregularitas vero tangit clericos & laicos. Vtraque tantum culpa non eſt, ſed pœna, quæ quidem ſuſpenſio multipliciter contingit, aliquando ſimpliciter & ex toto ab omni, ſcilicet officio ordinis, aliquando ab vno ordine, & non ab alio aliquando ſimpliciter, aliquando ad certum tempus, aliquando non ab ordine, ſed ab aliquo alio, vt ingreſſu eccleſiæ, vel actu prædicationis & huiuſmodi, de quibus diebus agetur. ¶ Et nota ſecundũ Guil. & alios tripliciter dicitur quis ſuſpenſus. Vno modo quoad ſe tantum, quia ſcilicet eſt prohibitus abſtinere ab officio, & hoc per ſententiam canonis vel hominis, & ſic quilibet exiſtens in mortali, vel etiam in minori excommunicatione dicitur ſuſpenſus, quia debet abſtinere a celebratione & executione ordinis, alias peccat mortaliter, qui in mortali exercet ſolenniter actum ordinis ſui, vel cum minori excommunicatione recipit aliquod ſacramentum. di. 50. multi. & 1. q. 1. ſi ſacerdotes. Si tamen celebrat vel exequitur ordinem ſuum non efficitur irregularis non tenetur ſubditus talem vitare vel quicunque alius, etiam ſi ſcire peccatum ſuum diſt. 28. c. ſi. & extra de coha. cle. & mu. veſtra. Et quãuis ſecundum Thom. in 4. diſt. 13. qõ. 1. art. 2. qõ. 1. & diſt. 24. qõ. 1. art. 3. qõ. 5. & 3. par. qõ. 62. artic. 11. & quodlibet. 10. qõ. 8. Non debeat quis inducere talem ad dicendum miſſam, vel alias ad exequendum officia ſua, dũ ſcilicet eſt certus de ſua malitia & obſtinatione. Si tamẽ non poteſt alium habere, excuſatur accipiendo ſacramenta tali præcipue cũ eſt ſuperior eius ſeu parrochialis, immo etiã ſecundum Pet. de Palu. ſi poſſet alium habere non videtur peccare accipiendo ab eo, quia vtitur iure ſuo, & malo illius in bonum ſuũ. 1. qõ. 1. ſi fuerit, ſicut etiam licet fideli vti iuramento facto ab infideli per falſos deos, vt dicit Aug. 22. qõ. 1. mouet. ¶ Secundo modo dicitur quis ſuſpenſus quoad alios, non quoad ſe, & hoc ſatis large dicitur, & ſic clericus peregrinus dicitur ſuſpenſus, quia permittitur ex deuotione celebrare in occulto non in publico. Pro cuius declaratione no. ſecundum Ray. quòd huiuſmodi clerici peregrini ignoti admittuntur ad publicè celebrandum populo, niſi cum quinque ſigillis epiſcoporum. diſt. 98. & hoc ſi ſigilla ſint ignota, alias ſufficeret & ſigillum tantum epiſcopi ſui diſt. 21. primatus, & multomagis apoſtolicę

Suſpenſio eſt.

Triplex ſuſpẽſio

lice sedis mandatum. Ratio autem huius est secundum Hostien. quia in publica celebratione posset eũ mouere innanis gloria, vel cupiditas non autem si priuatim & in secreto. Item quia in publico commune malum posset accidere, scilicet si non ordinatus celebraret, in secreto aut solum periculum celebrantis. Cum illis etiam quinque sigillis non esset credendum secundum Io. nisi essent aliqualiter nota. Item secundum Innocen. nec etiam quinque sigillis credi debet, si ex receptione huiusmodi clericorum peregrinorum fieret alicui præiudicium & damnum, viatorem tamen peregrinum transeuntem non oportet, ita subtiliter examinare de sigillis huiusmodi. 42. dist. in. quiescamus. Item si amiserit talis litteras, & per duos testes possit probare ordinationem suam, & conuersationem potest admitti, extra eo. tue. Item si non existant testes de ordinatione sua, quia longum tempus est si constat quòd super gessit se, vt presbyter, admitti potest, extra de presby. non bap. c. 2. Item secundum Hostien. ad hoc, vt tales suscipi debeant in executione ordinum literæ debent continere hanc clausulam vel similem, quem gradatim ad talem ordinem promouimus. dist. 23. in nomine, & hæc vocãtur literæ commendatitiæ seu testimoniales, extra eo. tuæ. Tamen si sic suspensus celebrat etiam celebrat in publico, non ait excommunicatus, nec irregularis. Tertio modo dicitur suspẽsus proprie quoad se & quoad alios qñ scilicet per sententiam canonis vel hominis est suspensus ab officiis suis, & talis tenetur abstinere ab officio; etiam post contritionẽ & confessionem quousque sit relaxata suspẽsio per eum qui potest, alias suspensus a diuinis, vel officio vel celebratione & huiusmodi, si cõtrasaciat peccat mortaliter & efficitur irregularis secundum Innocen. de sen. & re iudi. ca. cum æterni. lib. 6. & 11. qõ. 3. si quis episcopus. Et secundum Innocen. & Guil. talis etiã si extra ecclesiam dicat horas officiando populum, sicut in exercitu efficitur irregularis, secus si non officiando dicat cum vno vel duobus.

¶ Quibus casibus incurritur suspensio & præcipue propter symoniam. Cap. 2.

PRosequendo de suspensione. Nota q̃ pluribus ex causis & modis incurritur suspẽsio quo scilicet ad se & ad alios, & primo quidem per uitium symonie, sed cum distinctione. Scias igitur quod omnes qui symoniace ordinãtur etiã si vitium symonię sit occultum cum ipsæ iure sint suspensi, & non solum ab ordine quem symoniace susceperunt, sed secundum Hen. & Innoc. ab actibus omnium aliorum ordinum, & secundum Innoc. etiam in temporalibus, vnde & perdit administrationem. 1. q. 1. reperiuntur, extra de symo. c. tanta. dist. 81. c. eos. Debent etiam puniri depositione & infamia si de crimine constaret. 15. q. 3. sane. Nec potest cum tali dispensari, nisi per papam. 1. q. 1. erga. Qui etiam non faciliter dispensat quando commissa est symonia ex parte ordinatoris & ordinati. Si verò commissa est ex parte ordinatoris tantũ, puta consanguineo ordinando dante aliquid ordinatori ipso ordinato ignorante, tunc non põt ipse episcopus dispensare, ppter turpitudinẽ suã, sed successor eius in episcopatu vel alius ordinarius eius, si videlicet habere domiciliũ vel beneficium in episcopatu illius, & multomagis papa. 1. q. 1. si quis neque, & hoc secundum Innocen. & Hostien. Ray. & Goffre. Item si symonia est commissa tantum ex parte ordinati non ordinatoris, puta dante ordinatio, vicario episcopi aliquid propter hoc si talis non ministret potest episcopus dispensare in ordinibus rite ante susceptis, non autem in illo quæ symoniacę suscepit, nec etiam quòd recipiat alios ante dispensationem, & in hoc papa dispensabit. Sed & si talis ministrasset post ordinem symoniacę susceptum etiam in ante susceptis non poterit episcopus dispensare. Qui vero recipit beneficium cum cura, vel dignitatem per symoniam etiam si occulta sit, idem iuris est secundum Goff. sicut & de illo qui recipit ordinẽ symoniacę, vt dictum est supra, quia scilicet est ipso iure suspensus, etiam quoad alios, & non solum ab actibus omnium ordinum, sed etiam ab administratione temporali secundum Innocen. & in li. beneficio vel dignitate solus papa dispensat præcipue quando sclentibus beneficiatis est commissa. ¶ Nota tamẽ secundum Guil. quòd cum pœnæ non sint extendẽdæ, & ille qui symoniacę suscipit aliquem ordinem sit suspensus quoad ea quæ sunt ordinis non tantum est suspensus quoad ea quæ sunt iurisdictionis, vnde si alias habet iurisdictionem, & tunc habet, & potest suspendere excommunicare, & ab excommunicatione absoluere & huiusmodi. Qui autem recepit beneficium simplex symoniacę secundum Ray. est suspensus quoad se & alios ab actibus omnium ordinum, & ab administratione temporalium in symonia est notoria.

Ordinatus.

Ordinator.

Symonia i curato beneficio.

In simplici beneficio.

Nam

Nam si est occulta nõ est ipso iure suspẽsus sed suspendendus. 1. q. 1. c. 1. & se. Th. & Hostien. Et si quidem commissa est symonia ignorante ipso beneficiato, potest episcopus dispensare cum eo in tali beneficio postquam pure & simpliciter ei renunciauerit extra eo. c. symoniace, ac etiam quod possit ministrare in ordinibus ante & post beneficium susceptis, & hoc intellige etiam si episcopus ignorauit, nam si scienter contulisset non ipse, sed superior posset dispensare ar. 1. q. 1. c. 1. Tho. Ray. & Guil. Si vero symonia est commissa beneficiatis scientibus solus papa dispensat non alius, nec in illo beneficio nec in alio secundum Guil. Tanc. & Host. ¶ Qui verò confert ordinem vel beneficium symoniacè vel etiam qui est mediator symoniæ secundum Ray. si est notoria symonia ipso iure est suspensus ẽt quoad alios extra eo. accusatum 32. dist. §. verum, & solus papa dispensat. Si verò est occulta symonia non est suspensus quo ad alios arg. extra de symo. c. etsi quæstiones & c. veniens. Idem dicitur in directorio iuris lib. 3. tit. 16. scilicet quod episcopus potest dispensare in minoribus speciebus symoniæ, ut prædictis, & allegat Gos. & Host. Nec ob. 1. q. 1. erga, quia loquitur in dignitate, & sic & loquitur c. a nobis, de symo. Et idem dicas de tonsura & minoribus ordinibus, quia solum in maioribus ordinibus dispensatio papę reseruatur, ut notant Gost. & Hostien. Si verò committitur symonia in aliis, ut circa exequias defunctorum ut consecratione cęmiterii & uasorum sacrorum in uenditione chrismatis, in benedictionibus nubentium & huiusmodi, in omnibus his episcopus potest dispensare, quia non est prohibitus ar. de sen. excom. nuper secundum Ray. & Guil. quod videtur intelligendum quando huiusmodi symonia esset manifesta. Nam occulta non inducit irregularitatem in huiusmodi. Qui ordinat aliquem uel præsentat ad ordinandum qui promisit uel iurauit nil petere de illa ecclesia ad cuius titulum ordinatur ipsæ quidem ordinator triennio est suspensus a collatione ordinis & præsentator ab executione suorum ordinum extra de symo. c. siquis, & ipsæ etiam ordinatus indiget papę dispẽsatione scđm Ray. Hęc autem quæ dicta sunt de symonia quoad suspensionem vera sunt secundum ea quæ habentur in corpore iuris, & notata per doctores ac etiã excõmunicatio lata est contra eos de qua habetur supra ti. de excom. ibi vide. De symonia autem quantum ad peccatum, & quantum ad restitutionem fructuum beneficii symoniacè recepti & de dispensatione symoniacè pecuniæ habes supra in 2. parte titu. 1.

Mediator symoniæ.

Symonia in aliis.

¶ *De suspensione propter fornicationem notoriam. Cap.* 3.

NOtorius fornicator est ipso iure suspensus 81. dist. siqui, & dist. 32. prẽter hoc. ¶ Pro cuius declaratione nota primo quod dupliciter dicitur notorium secundũ Tho. & Ray. scilicet notorium iuris, vt cũ quis confitetur in iudicio, vel conuincitur de crimine. Notorium facti est cum crimen ita populo manifestum est ꝙ nulla põt tergiuersatione celari, quocunq; aũt istorũ modorũ sit notoria fornicatio clerici est suspensus quoad se & quoad alios secundum Tho. Ray. Bart. Inno. & Hosti. & alios. ¶ Secundo nota ꝙ nõ solum sacerdos, sed etiam in quocunq; ordine constitutus etiã in minori ex notoria fornicatione est suspensus ab omnibus actibus ordinum secundum Inn. ipso iure quod no- Archi. dist. 32. §. ad hæc, quod probat etiam per c. ministri dist. 81. in fine, & extra de cohabi. cleri. & mulie. vestra, & tandiu stat suspensus quandiu perseuerat in vitio & interim si exequitur officia sua, etiam semel, efficitur irregularis & indiget dispẽsatione papæ secundum Inno. & Host. & not. Archi. & Ant. de Bu. vnde etiam si cessaret a vitio, & ante dispensationẽ vtitur officio suo semper peccabit mortaliter, quamuis nouam irregularitatem non contrahat. Si aũt cum esset suspensus non est executus officia sua indiget nihilominus absolutione a suspensione quã poterit episcopus facere secundũ. Inn. ¶ Tertio no. quod talis debet euitari in missa, & aliis diuinis officiis dist. 32. nullus, & c. prẽter hoc. Sed in hoc variatur opinio doctorũ. Nam aliqui dicunt ꝙ debent euitari in diuinis post admonitionem eis factam, si se non correxerint secundum Hug. & Laudul. quæ admonitio a quocunque fieri potest secundum Hugo. sed secundum Laudul. fieri debet ab episcopo quod videtur verius, probatur per c. siqui presby. distinct. 81. Sed aliorum opinio communior est & solemniorum doctorum, quamuis Archid. dicat eam duram, quod statim debent euitari ante quam cunque admonitionem, quia ius suspendit eos etiam quo ad alios, & hoc tenent Thom. Ray. Guil. Hostien. Inno. Ioan. Cal. Ant. de But. A talibus ergo secundum ea quæ habẽ-

Vtinam hæc cõsiderarent clerici.

habeantur in corpore iuris non sunt audien dadiuina,missa, nec sumenda sacramẽta, ni si baptismus & eucharistia in extrema necessitate,vt dicitur 32.dist.§. verum, sed bene concedunt Ray.& Guil.quod beneficio priuari non debent nisi post monitionem factã a prælato si se non correxerint, nam tunc beneficio debent spoliari & in perpetuum deponi.¶ Nota quarto quod ideo ecclesia inducit suspensionem contra ista duo uitia magis quam contra alia secundũ Laudul. quia facilius prælati & clerici labuntur in hæc scilicet fornicationem & symoniam quam in alia,ut sic videntes se uitari saltem verecundia temporali resipiscant di.32.§. verum,uera tamen sunt sacramẽta eorum. Nota quinto q̃ secundum decretum factum in concilio Constantiensi. Insuper ad vitandum &c. de quo habes supra in fine de minori excommunicatione non tenentur fideles vitare sacramenta concubinariorum, aut diuina eorum nisi postquam fuerint per prælatos denunciati publicè quod euitentur.

¶ De *suspensione in multis casibus.* Cap. 4.

SVnt & alii casus in quibus quis incurrit suspensionem vel simpliciter vel secundum quid ideſt quia priuatur collatione vel executione alicuius ordinis vel ministerii p aliquod tempus.¶ Et primo episcopus qui ordinat alienum clericum sine licentia sui episcopi vel superioris scienter seu affectata ignorantia,per annum est suspensus a collatione ordinum, & interim clerici sui absque ipsius licentia possunt a uicinis episcopi ordines recipere de tem.or.c.eos li.6. per quã decretalem reprobatur opi. dicentium q̃ ordinare poterat alienum sub spe ratihabitionis, & intelligitur superior in hoc casu episcopus de. cuius diœcesi ista q̃ uult ordinari est oriundus, in cuius diœcesi officium ecclesiasticum habet,vel ubi habet domicilium licèt alubi natus fuerit.Inferiores autẽ prælati siue religiosi siue alii non possunt talẽ licẽtiam dare, nisi haberent a sede apostolica qualiter possent subditos a quo uoluerint facere ordinari. Item non põt talem licentiam dare officialis episcopi, sed episcopo in remotis partibus agente uicarius eius generalis in spiritualibus,vel sede uacante capitulum seu is ad quem tunc administratio spiritualium pertinet, possunt licentiam dare. Religiosi quoque a suis prælatis etiam non exemptis prioratibus deputati,priores & eorum socii possunt a locorum diœcesanis quã diu ibi morantur licitè ordinari licèt nõ sint de eorum dioeceſi oriundi, hęc omnia de tẽpo.or.cum nullus.lib.6. Prædicatores autem & minores in hoc sunt priuilegiati a sede apostolica, ut scilicet ualeant a quibuscunque episcopis suos subditos facere ordinari, ipsi autem sic ordinati scilicet ab alieno episcopo sine licẽtia proprii secundum Ray. priuãtur executione ordinis recepti, sed potest cum eis dispensare episcopus in hac suspensione.11.q.2. Lugdum de tẽpo.ordi.ca.quod translationem.Episcopus vel quiuis alius rõ ferens tonsuram clericalẽ infanti nisi fortè religionem intraret; vel illiterato, vel homini alienæ diœcesis sine licentia, vel coniugato nisi uolenti religionem intrare aut ad sacros ordines promoueri quandoque scilicet de iure potest est suspensus per annum a collatione tonsuræ tantum extra de temp.or. c. nullus lib.6.¶ Patriarchæ archiepiscopi & episcopi locantes vel alio titulo concedenter ali quam domũ usurariis alienigenis ad fœnus exercendum,ipso facto suspensionem incurrunt,extra de usu.quamquam lib.6. Et similiter si permittunt quod usurarii alieni genę scilicet non oriundi de terminis ipsorum locorum publicè usuram exercentes uel exercere uolentes habeant domos conductas seu aliàs habitent in terris suis ideſt eorũ iurisdictioni subiectis infra tres menses omnes tales de ipsis terris nõ expellunt. Ferentes sententiam excommunicationis contra aliquẽ uel aliquos nisi præmittant trinam admonitionem uel vnam pro tribus sunt suspensi ab ingressu ecclesiæ,extra eo. sacro. Item debet habere talis monitio temporum conuenientia interualla nisi facti necessitas aliud suaserit,& debet ferri in scriptis continentibus causam excõicationis,aliàs excommunicator est suspensus,non solum ab ingressu ecclesiæ,sed etiam a diuinis per mensem, quæ quidẽ si exequatur irregularis efficitur, nec nisi per papam cum eo poterit dispensari, extra eo.cũ medicinalis li.6. Sed hæ pœnæ nõ tangunt episcopos & superiores cum non fiat specialis mentio de eis extra senten. excom.quia periculosum. ¶ Vltramontani ordinati ab episcopis Italiæ nisi habeant licentiam a papa uel ab episcopo unde sunt oriundi,vel in cuius dioeceſi sunt beneficiati & per parentes ipsius episcopi literas continentes causam rationabilẽ quare ipsos nolit uel nõ possit ordinare,sunt ipso facto suspẽsi

si absque

si absque spe dispensationis, extra de tempo. ord. sepe. lib. 6. huiusmodi ordinantes debent condignè puniri, vt in dicto capitulo. Qui recipiunt aliquem ex ordinibus sacris ab episcopo renunciauit loco & dignitati: si scienter hoc agunt vel ignorantia crassa & supina non recipiunt ordinis executionem, vnde suspensi: nec cum eis potest dispensari nisi per papam, extra de or. ab eo qui renunc. cap. 1. Si ignoranter, non tamen ignorantia crassa potest cum ipsis episcopis dispensare. Sed recipientes ab eis ordines minores sine licentia proprii episcopi quamuis deberent deponi. 6. quæstio. 2. episcopum, tamen potest episcopus in ordine tolerare dispensationem. Episcopi autem renunciantes loco tantum, & non dignitati, possunt omnes ordines conferre sicut prius, si fuerint rogati a proprio episcopo loci aliàs non, vt dictum est supra.

¶Item ordinati a symoniaco in ordine suscepto quantuncunque occulto vel in dignitate, aut a symoniaco notorio in collatione ordinum vel in collatione aut receptione, vel mediatione beneficiorum non recipiunt ordinis executionem, sed sunt ipso iure suspensi. 1. quæstio. 1. siquis a symoniacis: quamuis in sua ordinatione nulla sit commissa symonia, & hoc in detestationem symoniæ. Ratio est, quia tales sunt priuati executione ordinum, quia quod non habent dare non possunt. 1. qõ. 7. Daibertum, verum est tamen quod ordinati a talibus ex ignorantia facti, a peccato excusantur, & in ipsa tali ordinatione, & in executione ordinum sic receptorum, abstinere tamen debent cum sciunt quousque cum eis dispensetur, & per papam. 1. qõ. 1. siqui. in gl. Ex ignorantia autem iuris hoc faciendo non excusarentur. Vnde secundum Tho. 2. 2. q. c. nullo modo quis debet recipere ordines ab his quos scit tales, nec tenetur in huiusmodi suis prælatis obedire quinimmo debent permittere se potius excommunicari secundum Goff. nam obediendo de peccato non excusaretur. 11. q. 3. quid ergo patiendo autem iniustam excommunicationem meretur. 24. q. 3. non in perpetuum damnamur.

¶Item ordinati ab hæretico, schismatico, vel excommunicato, vel deposito, non recipiunt ordinis excutionem, & nemo dat quod non habet. 1. qõ. 1. gratia. No. tamen secundum Thom. & Pet. & Ray. & Goff. quod omnes tales ordinatores veros conferunt ordines quãtum ad characterẽ, sicut & omnia alia verè conficiunt seu conferunt sacramenta excepta pœnitentia quoad manifestè excommunicatos, secus de occultis, quia absoluunt secundum Rich. & Pet. de Palu. dum tamen seruẽt prædicti formam ecclesiæ. 1. q. 1. dominus, de consec. distin. 4. non in nobis, peccant tamen mortaliter tam dantes quam suscipientes ab eis quæcunque sacramenta scienter nisi baptismum in extrema necessitate. Ignorantia aut facti probabilis excusat tales a peccato in ipsorum ordinum receptione, & eorundem executione: dum ea scilicet ignorantia laborant, cum autem sufficienter hoc sciunt debent abstinere quousque dispensetur. Circa quam dispẽsationem dicit Hostien. quod in episcopatu solus papa dispensat, extra de elec. c. quia diligentia. In alijs verò ordinibus quantum ad eos qui scienter a talibus recipiunt ordines, vel etiam ex ignorantia crassa & supina solus papa dispensat, immo secũdum Rayn. & Goff. si fuerunt ordinati a tali qui recipit ultimam manus impositionem, ideſt episcopalem consecrationem extra ecclesiam nunquam tolerarantur. 9. q. 1. ordinationes. Si verò ex ignorantia non supina secundum Hostien. n. per discretum prælatum cum talibus poterit dispensari, extra de ord. ab eo qui renunc. cap. 1. & 2. Sed secundum Ray. & Goff. si ordinati sunt ab eo qui recepit vltimam manus impositionem in ecclesia ideſt antequã efficeretur hæreticus schismaticus uel excommunicatus, & tunc est quando ordinat: siue ordinati sciebant siue ignorabant, tolerantur ex dispensatione ministrare in officiis susceptis, ad superiores verò non debet promoueri nisi magna necessitas esset, & idem videtur dicere Goffr. de interdicto & suspenso a diuinis, scilicet quòd non confert executionem. 9. q. 1. cap. 1. & sequen. ¶Item qui aliquem ordinem sacrum recipiunt extra statuta tempora ordinationũ sunt suspensi, nec debent permitti in susceptis ordinibus ministrare, quamuis characterem receperint, de temp. ord. cap. 2. episcopus tamen imposita eis primo pœnitentia competenti sustinere poterit, vt postea in susceptis ordinibus ministrent, de tempo. ordi. c. consultationi. Hoc secundum Innocen. Bern. & Guil. qui addit, quod est secus de ordinibus suscipiendis, & si ante dispensationem talis ministrauit in ordine suscepto, dicunt quidam quòd non potest episcopus dispensare, seu verius est quod possit dispensare, vt 9. q. 2. Lugdun. nisi forte interdicta fuisset sibi executio, & postea ministrasset. ¶Promotus per saltum, ideſt alio quo ordine prætermisso ad superiorem ascendendo, quamuis characterem recipiat, tamen

suspensus

ſuſpenſus eſt ab executione ordinis ſic recepti di.3.ſollicitudo,extra de cle. per pſal.pro mo.c. 1. & ſi non malitia, ſed ignorantia uel negligentia hoc egit, quamuis de rigore deponi deberet tamen ex diſpenſatione epiſcopi ad ordinem prætermiſſum poterit promoueri. Si autem ſcienter per ſaltum eſt promotus,& in ordine ſic ſuſcepto ſine diſpenſatione miniſtrauit in ipſo ordine ſic ſuſcepto poſt receptionē omiſſi adhuc poteſt per epiſcopum diſpenſari,ſed quod vlterius aſcendat non niſi per papam Ray. Hoſt. & Guil. Recipiētes eodem die minores ordines cum ſubdiaconatu,vel duos ſacros ordines ſimul ſiue ordinator ſciente ſiue ignorante ſunt ſuſpenſi ab ordinibus ſic receptis & deponi deberent,diſt.77.ſubdiaconus, extra de eo. qui furti or.rece.c. innouit. poſſunt tamen permitti miſericorditer in minoribus tantum miniſtrare, & ſi intrat in religionem, & vitam moreſque eorum exiguunt abbas ſi uoluerit poterit in aliis ordinibus diſpenſare, vt in dicto c.innotuit Ray. & Hoſtien. Sed ſi lata prius fuiſſet excōmunicationis ſnia contra ſic recipientes & nihilominus receperint non poterit cum eis diſpenſari niſi per papā, vt in dicto c.innotuit, & dicit Hoſtien. quod etiam papa de facili non diſpenſat. ¶ Contrahentes matrimonium de præſenti & ante carnis copulam ſe facientes ad ſacros ordinari aliter quam a ſacris canonibus concedatur quamuis characterem recipiant, ſunt tamen ſuſpenſi, ita quod nec etiam poſt mortem vxoris poterunt in illo ordine miniſtrare,nec aſcendere ad alios, nec aliquod officium vel beneficium eccleſiaſticum obtinere, & matrimonium nihilominus ſic contractum propter hoc non diſſoluitur, quod intelligitur cum tales in ſęculo remanentes hoc arguit, nam ſecus ſi religionem intraſſent extrauagan.Io.22.quæ incipit antiqua. ¶ Apoſtatæ a religione in apoſtalia ſuſcipientes ordines, ſunt ſuſpenſi & irregulares,extra eo tit. apoſtata nec diſpenſatur cum eis niſi per papam. Sed alii qui in excommunicatione ordines recipiunt ſimiliter ſunt ſuſpenſi ſeu irregulares de ſen.excom. cum illorum,& hoc verum eſt niſi probabilis ignorantia excuſet eos, & de hac materia plenè habes ſupra in c. de cauſſa finali excommunicationis. Celebrantes ſeu participantes in diuinis ſcienter cum publicè excommunicatis vel interdictis ſunt ſuſpenſi ab ingreſſu eccleſiæ,de priui.c. epiſcoporum lib.6.ſed ſed de hoc vide plenius ſupra ti.de iuterdicto cap. 2. Conſeruatores non poſſunt ſe intromittere de aliis q̄ de manifeſtis iniuriis, & violentiis, quod ſi de aliis quæ iudicialē indaginē requirunt ſe intromiſerint,ſunt ſuſpenſi per annū ab officio,extra de offi. dele.c.ſtatuimus, aliàs legatos li.6. Iudices eccleſiaſtici qui contra iuſtitiam in grauamen alterius partis in iudicio quicquam faciant per gratiam vel per ſordes puta per pecuniam ſuſpenſi ſunt per annum ab executione officit, & ſi durante ſuſpenſione ingreſſerint ſe diuinis efficiuntur irregulares, nec niſi per papam poterunt liberari, extra de ſenten.& re iudic.c.cum æterni lib. 6. ¶ Religio ſi qui concedunt alicui ad vitam vel certum tempus iura redditus, poſſeſſiones, adminiſtrationes,cui præſunt, niſi duo concurrant, ſcilicet quod neceſſitas uel utilitas monaſterii uel prioratus illius eccleſiæ hoc expoſcat, & quod conuentus illius eccleſiæ conſentiat, aut ſi conuentum non haberet aſſenſus prælati proprii ſunt ipſo facto ſuſpenſi ab officio, nec ualet dicta conceſſio.Excipiuntur tamen duo caſus, ſcilicet locatio & uenditio reddituum uel fructuum ad modicum tempus,de re.eccle.non alienan c.1.in clem. Vtrum autem hæc ſuſpenſio intelligatur ab officio diuinorum vel ab officii temporalium adminiſtratione,puta prælaturæ procuratoris cellerarii & huiuſmodi Ioan. An. remittit ad notata de decimis cap.1.in cle.& ibi ponit utranque opinionem & dimittit ſub dubio.Fratres ordinis prædicatorum promoti uel aſſumpti ad epiſcopatus uel alias prælaturas, ſi prius recipiunt munus conſecrationis quam reſignant ordini libros, & alia quæ habent tempore ſuæ promotionis,eoipſo ſunt ab executione pontificalis miniſterii ſuſpenſi. Clemens 4. in priuileg. prouidentia. Fratres prædicatores ſi perturbare præſumpſerint officium inquiſitoris contra hæreticos per fratres minores exercitatum ipſo facto ſunt ab executione ordinum ſacrorum ſuſpenſi, nec poteſt relaxari talis ſuſpenſio, niſi per ſedem apoſtolicam,aut per inquiſitorem, cuius officium perturbauerunt, & idem de minoribus perturbantibus officium inquiſitoris per prædicatores exercitatum. Clemens 4. in priuileg.paupertatis altiſſimæ. Fratres prædicatores & minores recipientes ad profeſſionem aliquem in ordine ſuo ante probationis annum elapſum, ſunt ipſo facto a receptione quoruncunque ſuſpenſi, & pœnæ grauiori culpæ debitæ puniendi, nec eriam pro hoc ille ſic profeſſus eſt ordini prædicatorum obligatus, arg. extra de regula. c. non

ſolum

ſolum. ¶Religioſi qui uidelicet decimns nõ percipiunt ſi ſcienter omittant facere cõſcientiam cõfitentibus de decimis ſoluendis ſunt ſuſpenſi a prædicationis officio, donec faciãt eis conſcientiam ſi commodè poſſunt, & ſi interim prædicarent eſſent excommunicati, extra de pœnis, capitulo cupientes, in clemẽ. quod tamen intelligunt Pet. de Anchara. & Pau. ſi fuerint ſuper hoc requiſiti a prælatis.

¶Item cum quæritur vtrum ſuſpenſus ab officio ſit ſuſpenſus a beneficio, ſuper hoc Io. And. multa dicit pro & contra ſuper cle. cupientes, extra de pœnis, concludit & non clare. Sed Pet. de Ancha. ſuper ea, cle. ponit diſtinctionẽ domini Gaſparis de Cal. dicẽs ſic. Aut quis eſt ſuſpenſus ab officio aut beneficio, aut ab vtroque. Si eſt ſuſpenſus ab officio, ſiue a iure ſiue ab homine non eſt ſuſpenſus a beneficio, argum. cap. dilectus, de offic. ordi. ratio ad hoc eſt odium pœnarum, vt in regula in pœnis de regulis iur. lib. 6. Item quia officium non eſt acceſſorium ad beneficium, licèt ſit econtra.

Vtrũ ſuſpenſus ab officio ſit ẽt ſuſpenſus a beneficio.

¶Si eſt ſuſpenſus ab officio, hoc eſt aut per dictionem taxatiuam tantum, aut ſimpliciter. Primo caſu planum eſt, quia non eſt ſuſpenſus a beneficio: cum tantum ſuſpenſus ſit ab officio, quia hoc voluit ſententiæ promulgatio, quia vires ſententiæ vltra intentionem proferentis, non ſe extendunt ſaluo caſu. c. paſtoralis, de app. Si autem ſit ſimpliciter ſuſpenſus ab officio, hoc eſt aut ab homine aut a iure. Si a iure, aut propter crimen, aut propter infamiã vel contumaciã. Si propter crimen tunc puto, q̃ ſuſpenſus ab officio ſit ſuſpenſus a beneficio, vt c. eos & c. ſi quis ſacerdotum, diſt. 81. Si aũt propter infamiã vel cõtumaciam ſit ſuſpenſus ab officio non eſt ſuſpenſus a beneficio, vt eo, præsbyter ſi a plebe. 2. qõ. 5. Si aũt ab homine eſt ſuſpenſus ab officio ſi hoc eſt propter crimen graue tũc eſt ſuſpenſus etiam a beneficio. Si autem propter crimen leue vel etiam propter infamiã, uel contumaciam non eſt ſuſpenſus a beneficio, vt in iuribus allegatis. Si autem eſt ſuſpẽſus ab utroque, aut hoc eſt per dictionem &, & planum eſt, aut per dictionem uel, & tunc puto opinionem Goffr. veram, ſcilicet, quod talis ſententia non valet propter incertitudinem. l. 3. C. de ſen. quæ ſine cer. quanti. hæc ille. Innoc. dicit ſimpliciter, quod ſuſpenſus ab officio tantum non debet percipere fructus beneficiorum ſuper cap. paſtoralis, de appel. Sed Hoſtien. hoc intelligit quando ſcilicet eſt ſuſpenſus pro graui cauſa, ſecus pro leui uel infamia, & non eſt contumax. Et not. ſecundũ Hoſtien. quod ſuſpenſus in pontificalibus ſi celebrat in pontificalibus non erit irregularis. Ratio eſt, quia pontificalia non ſunt de ſubſtantia celebrationis, nec debemus iudicare aliquem irregularem niſi inueniatur expreſſum, ar. de pœn. diſtin. §. pœne. ¶Item ſuſpenſus a participatione ſacramentorum, de qua habes diſtinct. 18. ſi quis autem, & cap. fin. & extra de electio. oſius, & de his quæ fiunt a maiori. par. ca. cap. primo. Si celebrat non eſt irregularis, talia enim non ſunt ordinis cum & laici participent ſacramentis. Hoſtien. & Innocen. Clerici qui ſcienter eligunt indignum ad epiſcopatum, ſcilicet cõtra illam formam quæ habetur extra de elec. cum in cunctis ſunt per triennium ſuſpenſi a beneficio. In d. c. dicit glo. habitis & habendis. Eligentes aliquem ſiue electio ſit facta concorditer ſiue in diſcordia, ſi infra octo dies, ex quo potuerunt commodè ipſam electionem electi diſtulerint præſentare, qui culpabiles in hoc fuerint a proſecutione electionis ſunt excluſi & ſuſpenſi per triennium a beneficiis quæ obtinent in illa eccleſia ad quæ ſi infra illud tempus temere vel coloratè ſe immiſcuerint, illis perpetuo ſunt priuati, extra de election. capitulo cupientes libro ſexto. Compromiſſarius ſi ſcienter eligit indignum eſt ipſo facto per triennium ſuſpenſus a beneficiis eccleſiaſticis, hæc tamen ſuſpenſio non tangit epiſcopos, nec intelligitur niſi in electionibus epiſcoporum & ſuperborum, ſecus de electione inferiorum, extra de electio. ſi compromiſſarius libro ſexto. ¶Religioſi grauantes uel fraudantes eccleſias circa decimas eis debitas, ſi requiſiti per illos quorum intereſt non deſiſtunt infra menſes duos non fecerint emendam, ſuſpenſi ſunt ab officio adminiſtrationis & beneficiis, & talia non habentes ſunt excommunicati, extra de decimis capitulo primo, in clementina. Et dicit Ioann. And. in glo. ſe credere quod ſufficiat iudicis declaratio ſuper ſatisfactione, nec ſit neceſſaria abſolutio quoad ſuſpenſionem, ſed quoad excommunicationem bene requiritur abſolutio. ¶Doctor uel magiſter qui doctorat aliquem niſi prius exigat iuramentum a doctorando, quod non expendet pro ſuo doctoratu vltra ſummam trium milium Turonenſium argenteorum eſt ſuſpenſus per ſex menſes a collatione doctoratus, extra de magiſtris, cum ſit in clemen. ¶In capitulo eccleſiæ cathedralis uel collegiatæ eſt ſuſpenſus a uoce in electionibus, & aliis qui

non habet ad minus ordinem ſubdiaconatus, & ſimiliter qui habet beneficium cui annexus eſt ordo niſi infra annum faciat ſe promoueri ad talem ordinem quem requirit beneficium legitimo impedimento ceſſante, extra de ætate & qualita. cap. vt hi qui in cle. qui prohibiti ſunt audire legem vel phyſicam, de quibus habes ſupra in titu. de excommunic. cap. vlt. vltra excommunication. ſunt ſuſpenſi ab officiis ſuis, vide ibi. ¶ Vltimo no. quod ſuſpendere poteſt ab officio qui & excommunicare, quis autem poſſit excommunicare habes ſupra, vnde laicus vel mulier cum non poſſit excommunicare, niſi ex commiſſione ſpeciali papæ diſtinctio. 32. §. verum in glo. non poſſunt etiam ſuſpendere, poteſt tamen abbatiſſa ſecundum Innocen. ſuſpendere a beneficio clericos eccleſiarum ſibi ſubditarum ſi hoc ex conſuetudine habet, non autem ab officio. Item nota, quod ſicut excommunicatus ſic & ſuſpenſio per ſequentem appellationem minime ſuſpenditur, ſuſpenſio dico ab officio, vel ingreſſu eccleſiæ lata extra de ſenten. excommunica. cap. is cui libr. 6. Item no. quod abſolutio a ſuſpenſione officii ſimpliciter uel diuinis fieri debet ſub iſta forma vel ſimili. Ego abſoluo te a vinculo ſuſpenſionis quod incurriſti per talem cauſam, & reſtituo te exe cutioni ordinis & officiorum tuorum. In nomine patris & filii & ſpiritusſancti, tamē quia ſuſpenſio pertinet ad forum contentioſum, nec reperitur determinata forma neceſſaria huius relaxationis, & ideò quicquid dicat, & quibuſcunque verbis vtatur is qui ualet abſoluere a tali uinculo, ſi intendit abſoluere verè abſoluit, ſicut ſupra dictum eſt de abſolutione ab excommunicatione. ¶ Sed quæritur quis poſſit abſoluere a ſuſpenſione? ¶ Circa hoc Pau. in cle. monaſteriorum de rebus eccle. non alien. ſic dicit. Vbi papa ponit pœnā ſuſpenſionis vel interdicti propter contumaciam canonem condendo, puto quod inferior poſſit abſoluere, de ſent. excom. c. nuper. niſi ipſæ papa ſibi reſeruet abſolutionem uel alteri expreſsè & determinare perſonæ committat, & de hoc tenet Vincen. Hug. Goſſ. Innoc. Ber. & Io. in glo. 2. q. 1. ſi inimicus, & 17. q. 4. ſiquis deinceps, & Hoſt. Item iudicinm eſt ſi cōſtitutionem inferioris approbat & cō firmat de conſti. c. ex frequentibus, plus enim operatur confirmare quam cōdere ſententiā, poteſt tamen quilibet ſuffraganeus relaxare cum non ſit maioris efficaciæ quam ius commune, ſic intelligitur c. graue, de præbend. & hoc niſi alteri reſeruetur abſolutio. Si uerò ſuſpenſionis pœna, & hmōi imponitur p ſententiam, ideſt ab homine, tunc ligans debet abſoluere non inferior extra de offi. or. c. cum ab eccleſiarum, ſaluo caſu c. paſtoralis eod. ti. Idem tenet Guil. in ſpec. Si verò ſuſpenſio ſit perpetua quæ habet vim priuationis, v. no. Vincen. de transla. c. 2. Et Guil. in ſpec. titu. 2 §. nunc oſtendendum, non habet locum abſolutio: ſed neceſſaria eſt diſpenſatio conſequens collationem, & tunc eſt uidere an tale ſit crimen in quo poſſit epiſcopus diſpenſare & habet conferre uel non. In primo caſu poterit epiſcopus diſpenſare & concedere puta beneficium vel officium executionis ordinū quo ad diſpenſationem. In ſecundo caſu nō poterit 44. diſtinct. multis. Et de ſuſpenſione quæ ponitur in d. cap. monaſteriorum, dicit idem Pau. non puto hanc de ſui natura operari priuationem, alias papa expreſſiſſet hoc ar. de deci. c. ad audientiam, vnde credo eam poſſe ordinarium relaxari ratione p̄miſſa, ſed ſi non relaxetur, durabit perpetuo 10. qō. 1. perpetua. ¶ Nota quòd ſententiæ omnis ſuſpenſionis latæ per quoſcunque prælatos contra fratres prædicatores, & contra indulta priuilegiorum ſuorum ſunt ipſo facto irritæ & inanes. Alexander meritis veſtri. Etſi contra alios occaſione ipſorum fratrum ſunt etiam irritæ & inanes. Alexander, nimis iniqua Item magiſter ordinis & ſingulipriores prouinciales cōuentuales & eorum vicarii in locis, & conuentibus ſibi commiſſis fratribus ſibi ſubditis, necnon & aliis fratribus eiuſdem ordinis interdum ad eos declinantibus vndecunque poſſunt impartiri beneficium abſolutionis a ſuſpenſione, excommunicatione vel interdicto, quas ſententias incurriſſent in ipſo ordine vel ante ingreſſum eius, ac etiam laicos qui ipſum ordinem vellent ingredi, niſi adeo enormis eſſet exceſſus, vt merito eſſet ſedes apoſtolica conſulenda. Boniſa. & Alexan. virtute. item prædicti prælati poſſunt diſpenſationem obtinere a ſuis confeſſoribus & abſolutionem ſuper ſuſpenſione & irregularitate quā contraxiſſent, ex eo quod protuliſſent ſententias ſuſpenſionis & interdicti ſine ſcriptis ex in cautela. Cle mens exigentibus. ¶ Videtur autem eſſe differentia talis inter ſuſpenſionem, depoſitionem, & degradationem ſtrictè ſumendo ipſos terminos, nam largè frequenter recipitur in iure vnum pro altero, vt diſtin. 46. clericus. Primo ſuſpenſio videtur importare priuationem executionis legitimæ ordinis uel officii

Abſolutio a ſuſpenſione.

Quis poſſit abſoluere.

Dria inter ſuſpenſionē, depoſitionē, & degradationem.

officii ecclesiasticorum simpliciter vel ad tẽpus & cum spe dispensationis, quę quandoque iure quandoque a iudice infertur. Depositio importat priuationem executionis legitimæ officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum possessionis simpliciter, & ex toto absque spe restitutionis, retento tamen priuilegio clericali, quia conueniri, non potest in iudicio seculari, nec capi nec puniri a laicis, & fit per sententiam hominis communiter, nec potest inferri hæc pæna ab inferiori episcopo qui hoc agere potest erga propriũ subditum assistente sibi canonico numero episcoporum si est in sacris, aliàs sufficit propria sententia episcopi sine aliorum præsentia. Depositus autem & degradatus restitui non potest ad officia sua nisi per dispensationem papæ. Item ubi in iure dicitur suspendatur uel degradetur comminatio est sententiæ ferendę nõ latæ sententia, ut 35. dist. episcopus. Degradatio ultra pœnam depositiõis hoc addit, quia priuatur omni priuilegio clericali cum certa solemnitate, character tamẽ ei auferri non potest, nec a quacunque creatura, quamuis Io. And. videatur tenere contrarium scilicet quod possit ei auferi secundum Thom in 4. & Io. in glo. dist. 50. accedẽs & Innoc. tenet quod non. De modo & forma degradationis habes extra de pœnis c. de gradatio lib. 6. & in summa pisana. ¶ Nota tamen quod non omnis degradatus est tradẽdus curiæ seculari, sed solum in tribus casibus. Primum est in crimine hæresis extra de hære. c. ad abolendam, & hoc nisi ad pœnitentiam incontinenti redire uoluerit, sed si relabatur, non plus parcitur ei. Secundus est in falsario litterarum papæ extra de cri. fal. c. ad falsariorum. Tertius cum quis deponitur ꝓpter talem calumniam quam intulit suo episcopo 1. q. 1. siquis sacerdotum. Vnde cum in curia Romana his temporibus quidam sacerdos interfecisset sacristiam sancti Petri ut sic rapere posset bona sacristiæ requisito consilio peritorum super hoc consuluerunt, qđ non debet propter hoc tradi curiæ seculari ad occidendum secundum iura, sed poni in perpetuum carcerem uel caueam ibi sustentãdum pane doloris & aqua angustiæ. Papa tamen Martinus de plenitudine potestatis illum degradatum fecit tradi seculari curię, & sic fuit occisus. Potest etiam nihilominus p solum episcopũ suum conuocatis abbatibus & aliis religiosis & prælatis & literatis suæ dioecesis quando saeerdos, uel alius in sacris fuerit curiæ seculari pro hæresi tradẽdus uel degradandus sicut ei videbitur expedire extra de hære. c. quoniam lib. 6. hæc autem degradatio cum quis ꝓpter hæresim vel aliud est tradendus curiæ seculari sic fienda est præsente potestate, dicit degradans illi ut in forum suum decipiat degradatum. debet tamen intercedere pro eo quod non moriatur extra de uerb. signifi. nouimus.

TITVLVS. XXVIII. De irregularitate.

¶ *Quando contrahatur irregularitas propter indebitam executionem ordinum uel officiorum diuinorum* Cap. 1.

Quid sit irregularitas.

IRregularitas sic diffinit a speculatore, quod est not. seu impedimentũ canonicũ ex facto seu defectu prouenięs, quaꝙs ꝓhibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, & in eisdem ministrare. Irregularitas contrahitur multis modis & causis, & ad sciendum quando quis efficitur irregularis ex indebita celebratione uel executione ordinis Io. Cal. ponit talem distinctionem. Celebrans aut utens officio ordinis aut est fœmine, aut est masculus. Et si est mulier siue laica siue religiosa non efficitur irregularis, quia cum non sit capax ordinis clericalis non cadit in eam irregularitas, per quam qs impeditur in ordine vel ordinis officium celebrare, sumitur hæc ratio ex c. debitum debiga. & 32. q. 5. hæc imago. Si ergo mulier excommunicata vel interdicta uel in loco interdicto uel indibitè tractet officia sacra temere agit & puniri debet, de pę. & re. noua. non tamẽ est irregularis. Si est vir, tunc aut est furiosus aut sanæ mentis, & si furiosos ꝓpter quamcunque celebrationem non efficitur irregularis nec peccat. Idem de infante, in cle. furiosus, de homi. Si sanæ mentis, tũc aut talis est laicus aut clericus, & si laicus est & cum solemni apparatu alicuius ordinis celebrauit scilicet exequendo actum alicuius ordinis siue conuersus sit alicuius religionis siue secularis, scilicet hoc sit rigorosum uidetur quod sit irregularis, de cle. non or. mi. c. 1. nec cum tali ut ualeat promoueri alius quam papa potest dispensare, sicut & cum ordinato & suspenso celebrante alius quam papa non dispensat ergo idem est in isto casu, non tamen hoc videtur intelligendum de ordinibus sacris & apparatu, nam officia mi-

norum ordinum licitè ſecundum Tho. in 4. & alios doctor. poſſunt exerceri etiam ab illis qui non ſunt ordinati in ipſi. Si autē hoc agit ſine ſolēni apparatu, talis non efficitur irregularis. Si verò eſt clericus tunc aut celebrat in ordine quem non habet aut in eo quē habet, & ſi primo modo hoc agens in ordinibus ſacris eſt irregularis.

§. 1. ¶De ſubdiaconatu tamen dicit Guil. quòd ſi eſt in minorib. poteſt cantare epiſtolā dum modo ſine ſolemnitate. Et addit Inno. quod eſt hoc licitum quando deeſt ſubdiaconus, & tunc etiam cantet ſine ornamentis ſubdiaconi, ſed ſolēnis apparatus ſubdiaconi videtur eſſe manipulus. Dicit etiam Petr. de Palu. in 4. q. tunicellam licet etiam non ſubdiacono portare, quia nō eſt ei propria veſtis ſicut manipulus quem nullus inferior ſubdiacon. portare, debet, hæc Petr. Vnde ſi talis cantet epiſtolam cum tunicella ſine manipulo tamen & non porrigendo calicem diacono, vel ſacerdoti, quod eſt propriū officium eius & principalis actus ordinis talis, & vbi eſt conſuetudo quod etiā in minoribus cantet epiſtolā illo modo videtur irregularis. Secus autem vbi cum manipulo, & porrigendo calicem, vel ubi non eſt mos quod cantēt niſi ſubdiaconi. De aliis ordinibus ſuperioribus nō eſt quæſtio, quia ſine dubio incurritur irregularitas. ¶Si verò clericus celebrat in ordine quem habet, tunc aut eſt excommunicatus maiori, vel celebrans, vel officium exercens in loco interdicto ab homine, vel a iure, aut eſt ſuſpenſus. Si primo modo tunc in vtroq, caſu efficitur irregularis & indiſpenſabilis niſi per papam, de ſen. excom. c. is. qui lib. 6. Dicit tamen Guil. quod in minoribus ordinibus conſtitutus miniſtrando ſeu exercendo officium ſuum & cum ſolemnitate cū eſt excommunicatus nō efficitur irregularis, quia illa duo cap. ſi quis epiſcopus. 1. & 2. & 11. q. 3. non loquuntur de eis, & pœnæ ſunt reſtringendæ. Secus de ſubdiacono ſed ſine ſolemnitate legendo epiſtolam ſubdiaconus, vel diaconus, vel præsbyter excōmunicatus credunt quidam quod non incurrant irregularitatem. Si autem clericus eſt ſuſpenſus ſumē do ſtrictè ſuſpenſionem, ſcilicet quoad ſe, & quoad alios, nam qui eſt ſuſpenſus quoad ſe tantū, puta propter mortale quodcunq;, vel propter minorem excommunicationem vel propter iniunctionem a confeſſore, talis celebrans nullam irregularitatem incurrit, (ut ſupra dictum eſt.) ¶Sed ſuſpēſus quoad ſe, & alios aut eſt ſuſpenſus a cano ne aut ab homine. Si ab homine ſeu iudice, tunc aut ignorauit ignorantia probabili, & tunc non efficitur irregularis, aut ignorātia craſſa & ſupina, & tunc eſt irregularis, & multomagis, ſi ſciuit ſe eſſe ſuſpenſum, & hoc quomodocunque ſit ſuſpenſus ſiue ſit ſuſpenſus ſimpliciter, ſiue ad tempus determinatū vel nō determinatum, etiā ſi ratione defectus, vel infamiæ puto talem durante ſuſpenſione celebrantem eſſe irregularem, nec poſſe ſecum diſpenſari niſi per papam, ad hoc 11. quæſtione tertia, ſi quis præsbyter ſecūda quæſt. quinta, præsbyter. de ſenten. excommunica. cum medicinali, libro ſexto. ¶Si verò eſt ſuſpenſus a canone tunc aut ratione criminis aut ratione defectus aut ratione infamiæ, vt ſcandali. Si primo modo, tunc aut ſimpliciter eſt ſuſpenſus, & ſic celebrando eſt irregularis, vndecima quæſtione tertia, ſi quis epiſcopus. Aut eſt ſuſpenſus ad tempus determinatum, & ſic interim celebrando eſt irregularis. Aut ad tempus indeterminatum, & tunc aut cum cōditione quod ſatisfaciat, aut cum conditione donec pēniteat. Si cum conditione donec ſatisfaciat, vt 81. diſtinctione, ſi qui ſine, & c. ſequenti, & de cohabit. cle. & mu. c. ſicut, & in cle. de deciſi. in capi. primo. cum ſimilibus. Et tunc licèt quidam contradicant puto ſi ſit ſuſpenſus, ante abſolutionem celebrat eſt irregularis, quia in hoc factum iudicis eſt neceſſarium, ut habeatur pro abſoluto, vt dixi de ætate, & qualitat. c. cū bonæ. & ſi cum factum hominis ſit neceſſarium, ſequitur quod quoad ſuſpenſionem Dei canon aliquid addit, vt in dicto cap. de choa. cle. & mulie. Si verò eſt ſuſpenſus cum conditione donec pæniteat, ut extra de elec. capit. oſius, & tunc eſt æquum tenere quod interim celebrando non efficiatur irregularis, quia talis ſuſpenſio uidetur eſſe Dei ad quam nihil addit canō, nec vt habeatur pro ſublata aliquid factum iudicis eſt neceſſariū, & ideò dicendum eſt de ea, vt de ſuſpenſione Dei tantum. Si ſecundo modo ſit ſuſpenſus a canone, ideſt ratione defectus, tūc aut ratione defectus ordinis, aut ratione alterius defectus. Et ſi ratione defectus ordinis, vt clericus per ſaltū promotus quātum ad ordinē omiſſum in quo ſi exercet officiū antequam recipiat eſt irregularis, ſed celebrando in ordine ad quem per ſaltum eſt promotus quem habet non eſt irregularis diſtinctione tertia. ſollicitudo. Si ratione alterius defectus ut bigamus, illegitimus, corpore uitiatus ordinatus ante ętatem legitimam, vel a non

Excōica tus cele brans.

Suſpenſus cele brans.

Suſpenſus a ca none.

non ſuo epiſcopo: hoc caſu concordant omnes quod celebrando non eſt irregularis, quia hoc non eſt expreſſum in iure, & quia quãdo curia mandat cũ iam ordinatis in ſupraſcriptis defectibus diſpenſari nil dicitur de irregularitate diſt. 56. apoſtolica, & c. Cenomanẽ ſem. Stilus autem curiæ eſt attendendus de cri. fal. quam graui. Nec ob quod ordinatio facta ante legitimam ætatem, vel a non ſuo epiſcopo fuerit cum peccato, quia principalis cauſa propter quam diximus tales ſuſpenſos eſt defectus non peccatum, ergo ratione defectus non crimine talis cenſendus eſt ſuſpenſus. Et hac ratione puto quod licet irregularis ex celebratione diuinorum ſit ſuſpenſus a canone propter hanc irregularitatem, ſi tamen alias non eſt ſuſpenſus a iure vel ab homine: puta quia abſolutus eſt excommunicatione & ſuſpenſione, ſed non eſt ſecum diſpenſatum ſuper irregularitate: vel non ſuſpẽſus contrahit irregularitatem, talis non contrahit nouam irregularitatem, quia hoc non eſt expreſſum in iure. Si tertio modo eſt ſuſpenſus a canone, ſcilicet ratione ſcandali, vel infamiæ, & tunc celebrando non eſt irregularis, de cle. peregri. cap. 1. Sed bene faciunt alii abſtinendo propter infamiam quæ eſt cõtra illum, vel vt ſcandalum euitetur. Et per hoc ſequitur ſecundum Innoc. quod illi quorum crimina ſunt notoria qui etiam poſt pœnitentiam prohibentur celebrare propter ſcãdalum & infamiam, vt de coha. cle. & mu. c. fi. ſi ante abſolutionem celebrant non incurrunt nouam irregularitatem. Ex allegatione quam facit videtur intelligere de notorio fornicatore, quod pium eſt tenere. Et quod notatur in dicto ca. 1. de ſenten. excom. lib. 6. intelligatur de notorio fornicatore ante pœnitentiam celebrante: ne videatur ſibiipſi contrarius: tamen de rigore ſola pœnitentia non tollit ſuſpenſionem canonis in notorio fornicatore, vt videtur expreſſum 50. diſt. peruenit, quia requiritur factum iudicis, vt ſupra dictum eſt de ſuſpenſo a canone donec ſatisfaciat. Sed abſolutione facta a ſententia canonis a qua poteſt hoc caſu epiſcopus abſoluere, qa conditor canonis ſibi non reſeruauit. Si pœnitet remanente irregularitate quam contraxit huiuſmodi fornicator notorius ex celebratione diuinorum de qua nondum eſt diſpenſatus: ex noua celebratione nouam irregularitatem non incurrit. Dicit enim ipſe Innocẽ. quod talis celebrans antequam pœniteat efficitur irregularis indiſpenſabilis niſi per papam, ſed antequam ſecum diſpenſetur celebrando etiam pœnitens, ideſt dimiſſa concubina, nõ contrahit nouam irregularitatem, & forte talis fuit intentio Inno. hic. Hæc omnia notantur per Ant. de But. ſuper c. ſi celebrat, de cle. ex communi. mi. Sed abbreuiata aliqualiter ſunt & mutato aliqualiter ordine additis ſolum in tribus locis, vt patet dictis breuibus Tho. Pet. de Pal. & Guil. ¶ Nota tamẽ, q̃ ex præcedentibus videtur, q̃ ordinatus ante legitimam ætatem ſit ipſo iure ſuſpenſus ab executione ordinis ſic recepti. Sed ſolemnes doctores tenent contrarium communiter videlicet Ray. in ſumma. Guil. in glo. eius. Archid. in Roſario diſt. 77. Ber. de cle. per ſal. pmo. c. 1. Ant. de But. extra de temp. or. vel non eſt compos. Pau. de Leaza. & Fran. de Zab. ſuper cle. generalem. Hi omnes dicunt, q̃ talis nõ eſt ipſo iure ſuſpẽſus, ſed ſuſpendẽdus, & interdicẽda eſt ei executio ordinis recepti ante legitimam ætatem vſque ad ætatem legitimam, & ſi poſtquam fuerit interdicta executio a iudice ſuo fuerit vſus ordine tali ante legitimam ætatem, erit irregularis. ſi autem non fuerit ei interdicta, & ſic vtitur ordine ante legitimam ætatem recepto non eſt irregularis, vt dictum eſt. Idem etiam audiui a quibuſdam peritis.

¶ *De irregularitate propter homicidium uel mutilationem. Cap. 2.*

CONtrahitur etiam irregularitas propter homicidium vel mutilationem mẽbri. Pro cuius declaratione nota quod cum homicidium vel membri mutilatio fieri contingat mente ſolum, verbo, & opere. Si ſolum mente fiat, nunquam inducit irregularitatem: quia lex promotionis factum requirit 15. qõ. 1. cap. fin. immo & ſi quis vibret gladium animo occidendi, & tamen non ſequitur effectus mortis vel mutilationis, non incurrit irregularitatem etiam ſi vulneraret, & certum ſit quod non eſt mors ſecuta uel amiſſio mẽbri neque directè uel indirectè, quod propterea dico: quia ſi vulnus intuliſſet non de ſe mortale, & vulneratus vel propter imperitiã medici, vel propter defectum cuſtodiæ, quia ſcilicet non cauet ſibi a noxiis mortuus eſt, vulnerans eſt irregularis ſecundum Laudul. extra de homici. c. Petrus, quod dictum allegat Pet. de Anchara. Nam ſi vulneratum ad mortem nouo ictu accelero mortem uel alio modo, homicida reputor, dicit idem. Illi autem qui interſunt uindictæ ſanguinis ſeu

morti,& non præstant consilium vel auctoritatem: non sunt irregulares secundum Inno. & Guil. etiam si appeterent illius mortem.

Item qui videt aliquem occidi & delectatur, & posset etiam sine sui periculo liberare si vellet: quamuis pessimè faciat, non tamen est irregularis, sicut nec etiam medicus qui dimittit infirmum mori uolens mederi, & dicit q dimittit pauperem fame mori. 15. q. 1. si quis non iratus.

Verbo cõtrahit irregularitas.

¶ Verbo autem contrahitur irregularitas tripliciter, scilicet mandato, defensione, & consilio. Mandato quidem quando mandat occidi aliquem vel mutilari, & sequitur effectus. di. 50. si quis viduam, si tamen reuocasset mandatum & expræsse, & sine vlla fictione prohibuit, & antequam sequeretur effectus non est irregularis secundum Innoc. extra de sym. sicut tuis. Sed etsi quis mandat aliquem verberari inhibens expræsse ne occidat vel mutilet, & ille nihilominus occidit, vel mutilat est irregularis mãdator, sicut executor, quia mandando in culpa fuit, extra eo. is qui. lib. 6. Item episcopus vel alius prælatus qui habet iurisdictionem tẽporalem debet constituere iudicem secularem qui audiat causas & præcipue sanguinis, & illi põt & debet præcipere, q faciat vnicuique iustitiam. Si autem talis iudex interroget eum in speciali quid agendum in tali qui scilicet mererur pœnam sanguinis põt respondere consule peritos, & caueat ne pp suam responsionem directam vel indirectam ille intelligat, q debet eum sanguine punire secundũ Ray. Si ex hac, s. responsione reus occideretur vel mutilaretur esset irregularis. Potest ẽt prælatus delegare alicui specialiter super aliquo maleficio, vt homicidio, & hmõi in iurisdictione sua commisso, vt inquisita veritate iustitiam exequatur, & si cui committitur sic exequatur & occidat non ppea ille prælatus est irregularis, extra ne cle. vel non c. episcopus. lib. 6. Item nõ solum iudex in causa sanguinis vbi sequitur effectus est irregularis: quãuis sit recta intentione, & debito processu agat iustè faciat & meritorie. di. 51. aliquantos, sed ẽt assessor, testis, notarius scribens, vel proferens sniam, vel scribens attestationes vel legens dum publicantur: vel scribens: vel dictas litteras pro vindicta sanguinis cẽsihi irregulares sunt, quia cooperantur in mandato sniæ secundũ Ray. di. 50. si quis viduã, & extra ne cle. vel mo. c. sniam, sed si in hmõi snia non esset secutus effectus sm Guil. quãuis sint irregulares eps potest super hoc dispẽsare. Princeps aũt qui legem cõdidit, cuius legis auctoritate hoies sũt traditi morti, nõ efficitur propter hoc irregularis, vt dicunt quidã & bñ, quia incertam personã nõ animaduertit, ita no. Arch. 23. q. 5. officia.

¶ Homicidium verbo defensionis committitur tripliciter. Vno modo, quia defendit cãm sanguinis, ideſt mutilationis vel mortis aduocando, & hoc siue aduocet pro actore, siue pro reo, cum actor obligetur ad pœnam talionis, quia agendo pro reo agit contra actore. Vnde si sequitur effectus est irregularis quãtumcunq; iustè aduocet indispensabilis, nisi per papã, sed si non sequitur effectus dispensabilis per eũm secundum Guil. Secundo modo est cum quis suadet his qui uolebant defendere occisum ne defendant, & hoc facit corrupta intentione, vt ille moriatur. Nam si pater vel mater, vel alius consanguineus, seu amicus retrahat amicum suum vel filiũ volentem a morte liberare, quia timet ne ipse ibi adiuuando occidatur, non est irregularis. Tertio modo cum prælati vel alii clerici ad defensionem rerum suarum ponunt querelam de malefactoribus suis, seu qui eos dãnificauerunt penes iudicem secularẽ & emendam petant sibi fieri, & prouideri ne talia pręsumantur contra eos, si huiusmodi querelis iudex mortem inferat exigente iustitia: non sunt irregulares dicti clerici: si protestati sunt expræsse, q pœnam sanguinis non intendũt, extra eo. prælatis. lib. 6. Item licitum est prælatis ecclesiasticis ob defensionem rerum ecclesiæ vel fidei inuocare contra violentos brachiũ seculare: & hortari tales quidẽ ne occidant vulnerent vel mutilent, quia hoc esset directè ad homicidium prouocare, sed ecclesiam patriam fidem defendant liberent: & terram ab infidelibus occupatam ad Christum reducãt, & super hoc ecclesiam facit magnas remissiones, & licèt hinc inde aliqui occidantur non est prælato imputandum, immo peccaret nisi contra tales se opponeret, de hom. postulasti, & 23. q. 3. c. Maximianus, & qõ. 8. igitur & c. hortatu, & c. scire. §. 1.

¶ Homicidium verbo consultationis cõmitti tur, responsione, persuasione, & approbatione. Responsione quidem puta quærenti an liceat occidere paganum vel iudici malefactorem, si respondeat quòd licet ppendens probabiliter ipsæ respondens quod interrogans velit facere secundum consilium eius: irregularis est dist. 50. si quis, secus autem de rñsione generali cognitionis vel opinionis, ex qua non credit aliquem inde iudicandum uel occidendum. Dicit Arch. 23. q. 8. pessimam, q si §. 2. Rñsiõis

iudex

iudex laicus interroget clericum quidē agendum de aliquos qui esset pęna sanguinis deiure puniendus. Potest clericus respondere. Hoc non pertinet ad me consulatis peritos, & caueat sibi clericus, ne ꝓpter suam responsionem directam vel indirectā intelligat iudex ꝙ debet sanguine puniri, secūdum Ray. Dicunt quidam tamen ꝙ potest dicere quod puniat eum secundum quod ius dictauerit, dummodo non exprimat quod puniat cum ad sanguinem vel mortem, ut not. Hug. dist. 3. Omnis. Sed ipsæ Archi. super d. c. omnis, dicit istud dictum, ſ. Hugo. potest intelligi esse uerum quando crimen non nimium esset puniendum, alioquin si. ex consilio suo, ſ. respōdendo siue speciali siue generali sequitur propinquum homicidium, irregularis est secundum Host. extra de homi. sicut dignū. ¶ Approbatione, ut eum quis audiat aliquos uel le facere homicidiū siue nomine suo siue alterius & ipsæ approbat vel cū tractatur a pluribus de morte alicuius in consilio, & ipsæ cū aliis assentit & ex hoc sequitur homicidium, secus si prohiberet. Similiter siquis consulit alteri quod occidat, & ante factum reuocat consilium, sed firmiter credit quod illa reuocatio non ualet ad impediendum homicidium, si non indicat ei qui est occidendus, ut sibi caueat, est irregularis, si autem solam reuocationē firmiter credit sufficere, non erit irregularis ex quo reuocauit consilium. 1. q. 4. quia præsulatus secundum Inn. ¶ Persuasione consilij committitur homicidium siue incurritur irregularitas, siquis persuadet alicui ut exponat se periculo pro iure suo vel ꝑ patria, si scit eum uerisimiliter moriturum, & mors, sequatur, irregularis est secundū Inno. & Host. Secus si consulens hoc nō æstimabat. 23. qō. 3. pro membris. Sed siquis suadet alicui quod indubitanter se morti exponat pro Christo & ecclesia non erit irregularis, licèt sequatur mors secundum Inn. & Hosti. Item si uolēti fugere inimicos propter timorem mortis, consulat quis quod remaneat & procurabit pacem, & sic remanēs occisus est, secundum Guil. si non habet probabilē causſam credendi quod illi immineret periculū mortis irregularis est, secus si habuit probabilem causſam credendi, puta quia inimici illius erant ei adeò coniuncti, quod merito potuit præsumere quod posset eos cohibere. Itē siquis consulit non homicidium quidē, sed aliud vnde secutum est homicidium secundum Inno. distingūendum est, quia si uerisimiliter potuit æstimare quod inde sequebatur mors irregularis est, ut si suasit iactum machinę uel balistæ, uel quod eatur ad capiēdū castrum quod non poterit de facili capi sine morte hominum, & sic mors est secuta. Si vero non potuit æstimari, quod nec uerisimiliter erat quod sequeretur mors, tunc si consulit super re illicita, est irregularis si sequitur mors, extra eo. continebatur, & idem si mandat. Secus autem si consulit rem licitam, & eo modo distinguitur si is cui consulitur non occidit, sed occiditur. Item qui cōsulit quod infirmus uertatur ut infirmus citius moriatur, si ex tali transuersione citius moritur, consulēs est irregularis, & quis hoc facit etiam secundum Guil. Item siquis clamet latrones, si hoc facit ꝓpter timorē corporis sui, nam timet ne aliqui uelint eū occidere, non est irregularis, quia non intendit mortem alicuius, sed sui liberationem proqua licet implorare auxilium secundum. Inno. sed si non propter hoc facit & intelligere poterat quod ex clamore vel alio actu suo homicidium seq. poterat, irregularis est. Idē Host. Item si cum ducitur latro captus dicit ei aliquis claudite ei os ne clamet, & latro occidi tur, credit Guil. ꝙ qui illud dixit sit irregularis, quia iuuit ducentes dando consilium, & eodem modo si quęrentes malefactorem indicauit eum nisi forte ignorauit, & ignorare probabiliter potuit nesciens quod ad mortem quęretur.

Approbatiōe.

Persuasione.

¶ Homicidium facto committitur tripliciter quia necessitate, casualitate, & uoluntate. Homicidium necessitate est duplex, qa aut necessitas est ineuitabilis aut euitabilis. Si ꝙs ergo occidat uel mutilet necessitate ineuitabili, id est ita arctatus vel angulatus quod nec fugere, nec clamare nec aliter potest se iuuare nisi occidat uel mutilet non est talis irregularis, extra de hom. c. si furiosus in cle. quia unicuiq, uim ui repellere licet, cum moderamine inculpatæ tutelæ. dis. 1. ius naturale, sed si hoc faceret ad defensionem parentū suorū uel sociorum non euaderet irregularitatem secundum Ioan. An. in addit Spe. Idem si pro defensione rerum suarū. Item si fugere posset, sed fugienti periculum imminere posset puta casuræ uel uelocioris cursus inimici insequētis qui audacior factus propter fugam potest de facili fugientem a tergo uulnerare & ad terrā prosternere & occidere, dixit Zen. ut allegat Pet. de Anch. super cle. si furiosus. qđ probabiliter dici potest quod talis nō fugiens propter prędicta, nec aliter euadere potest, si occidit nō est irregularis. Sed ifans

§. 2.

& furiosus occidens quomodocunque, non est irregularis, ut dicit illa cle. & dicit Pet. de Anch. quod idem est de maiori septennio si nō est doli capax. 15. q. 1. c. merito, & c. se. se. cus si esset doli capax. Si autem est necessitas euitabilis, puta qa aliter euadere potest, uel quia potuit recedere de loco vbi expectabat inimicos eius uenturos, tunc efficitur irregularis, nec ad maiores ordines ascendet, immo nec in susceptis, nisi ex magna dispensatione permittitur ministrare, & quāuis Zendicat si fugiendo fuga erat sibi uituperosa & ad dedecus, & si non ad periculum personæ & propter hoc non fugit, & propter hoc occidit, talis euadit irregularitatem. Pet. de Ancha. non credit hoc uerum, s. quod talis euiter irregularitatem, & hoc magis uidet uerū.

§. 4. ¶ Homicidium casuale ad sciendum quādo inducit irregularitatem. ¶ No. distinctionē, aut quisdat operam rei illicitæ, aut licitæ. Si licitæ & tūc dupliciter, quia aut adhibet omnem diligentiam quam debet aut non. In primo ergo casu dando operam rei scilicet illicitæ dato quod præter omnem uolūtatem eius superueniat homicidium uel mutilatio ex opere eius, est irregularis, vnde si clericus exercitatione vel uenatione iaculum mittit, & casu hominē occidit, est irregularis, quia talia opera debent ab eo esse penitus aliena. 30. di. clerico. Similiter si ludo impegit lapidem contra aliquem, & ille uolens declinare impegit alium lapidem & mortuus est, proiector est irregularis, quia ludus noxius erat, & idem de similibus. In secundo casu si adhibet omnē diligentiam dando operam rei licitæ, nullam culpam vel irregularitatem incurrit si cōtingat inde homicidium, puta reparabat domum, posuit signa ante eam & clamauit antequam proiceret tempore congruenti pertrāseuntibus, vel incidit arborem & cecidit in partem contra communionē estimationem, & c. Omnes enim casus fortuiti prouideri non possunt, extra eo. Io. & c. quidā. Vnde secundum equus vel aliud animal aliquem occidit secundum Inn. non est irregularis dominus eius, dum malitiam vel culpā in mortē non habuerit. di. 50. hi qui arborē. In tertio casu, s. ubi non adhibetur debita diligentia, etiam in opere licito incurrit irregularitatem. Vnde secundum Hosti. Præsbyter qui mittit puerum ad aquādum equum monens quod caueret de flumine, & tamē submersus est, iudicat eum culpabilem, sic etiā diaconus qui non remouet falcem qua accintus erat, cum sciret ludi consuetudinem, extra de homi. c. continebatur, & sacerdos qui non remouet cultellum a corrigia cum qua uerberabat famulum, extra de homi. ad audientiam Item si clericus capit furem & tradit eum iudici & huiusmodi vt faciat ei restituere res ablatas quas alias rehabere non poterat, si non habeat intentionem corruptam, scilicet, ut intendat mortem furis ipsæ capiēs & super hoc etiam facit protestationē q̄ non intendit vindictam sanguinis, sed suum rehabere, & non habet causam suspicandi quod hoc contingere poterat, si sequatur mors illius capti furis non erit irregularis. Secus autem si aliquod horum defuerit, puta quia poterat aliter rehabere sua, vel non fecit protestationem & huiusmodi, extra de homi. c. suscepimus. Item si clericus sciebat quod aliquis capiatur, & ex illa captione sequatur mors uel truncatio eius, ipso tamen ignorante factum & causam, secundum Host. videt irregularis, qa debuit suspicari hoc posse euenire Item si quis vel phlebotomat aliquem causa medicinę, & inde sequatur mors, secūdum Guil. si incisor erat peritus artis & adhibuit debitam diligentiam non tenetur in aliquo, similiter si incidendus non habet consuetam dispositionem membrorum vel neruorum vel uenarum, & propter incisionem moritur, non tenetur in aliquo incisor secundum Inn. si in hoc non errauit propter suam inexperientiam, nec irregularis est, potius. n. casu quam culpa in huiusmodi præsumitur mors accidere. 23. q. 5. c. de occidendis. Secus autem vbi propter imperitiam accidisset uel propter negligentiam. Item q̄n dubitat medicus in aliquo, potius debet omittere quā incidere secundum Hostiē. & Inn. Physici vl chirurgici si erant periti arte & nihil de contingentibus omiserunt & habent super hoc probabilem conscientiam, non prohibentur a promotione quamuis mortui sint infirmi quos curauerunt. Secus autem quando sunt imperiti vel negligentes circa infirmos, & ex hoc probabiliter credunt vel dubitant infirmos mortuos uel membris deperditos, quia sunt irregulares, extra de etat. & qualit. c. ad aures. Et est consilium Inno. & Goffr. quod qui volunt promoueri abstineant a practica medicinę, & præcipue a chirurgia quæ incisionem vel adustionem requirit, quia in nullo debet uacillare conscientia promouendi. dis. 33. laici. Item custodientes infirmum uel seruitores eius qui uocauerunt minutorem uel protexerunt ei uinum uel aquā uel non bene custodierunt, vnde illi ex frenesi se proiecerunt

iecerunt & huiusmodi infirmi mortui sūt, sed secundum Guil. in omnibus his vbi bona fide non debet de facili quis habere conscientiam scrupulosam, nisi sit culpa lata & negligentia dissoluta, puta si custos infirmi frenetici vel furiosi dimisit eum vt iret in plateam ad ludendum vel aliàs dat operam rei illicitæ, aut ex nimia crapula vel ebrietate vigilare non potuit, maximè cum esset deputatus ad custodiam infirmi. nam si certum est quod inde ex hac culpa mors secuta est tales erunt irregulares, aliàs non. & si habet qs conscientiam scrupulosam, deponat ad consilium boni.

§.5. ¶Homicidiū opere & voluntate spōtanea siquis cōmittit veneno siue gladio siue quomodocunque etiam sine peccato incidit irregularitatem, & talis non solū nō debet ꝓmoueri, sed si promotus est in perpetuū deponi. de homi. c. sicut dignum, & l. di. c. siquis viduam, idem iudicium etiam si interficiat Saracenum vel Paganum. di. l. clericum & cū tali nunquam dispensatur in ordine vel officio. di. l. miror, etiam si sit occultus ministrare in ordine suo non potest, de tempo. ord. c. fin. potest tamen cum tali dispensari in beneficio. de cleri. pu in du. cap. 2. Nec excusatur seu euitat irregularitatem si hoc facit præcepto iudicis, vt satelles quàuis non peccet obediendo si iusta sententia est. 23. q. 5. miles. Similiter non euitant irregularitatem qui iuris ignari zelo fidei & propter indulgentiam habendam quæ datur afferentibus ligna ad conbustionem hæreticorum attulerunt ligna ad cremandum hæreticos, si illa materia illata lignorum cooperata est ad cō bustionem & mortē hæreticorū scdm Guil. sed si illa materia non est cooperata, puta qa iam mortui erant qñ ligna attulerunt, vel an tequam accēderetur ignis in illa materia nō sunt irregulares. Si autem de hoc dubitatur, melius est tenere certum & se reputare ut irregularitatem extra de temp. or. ad aures. Idē de clericis qui cum aliis trahunt ad manganellum, vnde creditur probabiliter aliquis mortuus, quia, s. secundum Guil. melius est tenere certum ut dictum est. ar. de pæn. dis. 2. siquis. Item qui percutit mulierem prægnātem, vel dat ei aliquid ut faciat aborsum si ex huiusmodi percussione vel rei datione illa abortitur, si iam erat formatus cōceptus est irregularis, secus si nondum erat formatum puerperium. Quod si dubitatur utrum ex percussione vel rei sumptiōe secutus fuerit abortus vel alia causa vel vtrum eēt puerperium formatum vel non. Si probabiliter dubitat debet a promotione & ministerio abstinere ne periculo se committat, & multomagis si hoc omnino credit, si autem habet temerariam opinionem deponat eā. Guil. Item si aliquis aliquid facit vel dicit vnde acceleretur alicui mors est qđ omnino esset aliàs moriturus efficitur irregularis, si hoc est certū, puta voluit infirmum ut citius moriatur, dicit decapitando vt ponat caput in cyppo, & ex hoc citius ponit, dicit aliquis satelliti vt paret magnariam ne plures habeat recipere ictus, & fit hmōi. ar. di. l. siquis viduam. Item qui associāt homicidam ut si oporter defendant quemuis nil aliud faciant, sunt irregulares si sequitur mors vel membri mutilatio, quinimmo etiam si dissuaserunt prius illi homicide, vt non faceret, & tamē pure uolentem associauerunt, extra de cle. pu. in du. c. Henric. Vnde omnes illi qui de familia rectoris uadunt ad associandum malefactorem cum ducitur ad mortem siue æquestres siue pedestres, cum uadant pro defensione si oporteret cūcti sunt irregulares. Qui etiam trahit ad chordā vel aliam torturam reum ad fatendum maleficium, & ex hoc fatetur & occiditur est irregularis. Qui ēt acuit uel portauit magnariā cū quis est decapitandus vel mutuat vel portat scalas vel portat funes pro aliquo suspendendo, similiter quia quilibet horū dat causam propinquam morti alterius. di. l. siquis uiduam, secus de eo qui fecit scalas uel funes uel gladium non ad mortem infertendā, sed ad omnes vsus, & casu postea aliquis utitur ipsis ad occisionem. 23. qō. 5. de occidendis. Qui etiam se mutilat ex impatientia, vel si hoc facit zelo castitatis sibi uirilia amputando est irregularis. idem. l. si quis partem. ¶Itē dicit Archid. 15. qō. 1. si quis. Si quis clericus alio irato uadit ad occidendū aliquē puta pp iniuriam receptam & reperiens ipsum mortuum ab alijs vt satisfaciat animo suo amputat cadaueri caput, quamuis videri possit irregularis, quia lex promotionis factum requirit ut dicit hoc capitulum & propter intentionem cum opere subsecuto, extra de biga. c. nuper. quod etiam tenet Io. in gl. de pe. di. 1. periculose. tñ secundum quod communiter tenent doctores non est irregularis, quia homo mortuus non est homo, & hæc est veritas, aliàs sequeretur quod omnes medici q faciunt anathomiam essent irregulares, quod non est uerum, nec reperitur ista irregularitas posita, & pœnæ sunt restringendæ nō ampliandę. Archidiac.

¶Ex

§.6. ¶Ex homicidio uel mutilatione quæ contingunt in bello quomodo & quando bellatores efficiantur irregulares. Quantum quidem ad clericos Io. Cal. in addi. ad dicta Io. And. in nouel. extra de homi. petitio. sic distinguit. Clericus aut vtitur armis incontinenti repellendo uim vi cum moderamine debito, aut aliter. Si primo modo etiam si occidat vel mutilet non est irregularis, cum scilicet facit ad sui defensionem dist. 1. ius naturale. Si aliter facit tunc aut agit de licentia papę, aut proprio motu. Si de licentia papæ, puto quod in bello iusto vti possit armis offensibilibus, nam inter alia quæ faciunt bellum iustum est auctoritas papæ vel principis, & tunc si occidit vel mutilat non est irregularis, ex quo papæ dedit sibi licentiam, nam cum irregullaritas sit pæna per constitutiones canonicas introducta, ex quo papa potuit dare licentiam clerico, & auctoritatem utendi armis quibuscũque etiam sine metu irregularitatis, dando huiusmodi licentiam, videtur quod abstulit ab eo incursionem irregularitatis, quod potest, quia cum uoluntario homicida potest dispensare, de conse. dis. 1. c. 1. quando papa hoc exprimeret verum videtur, alias secus. Si proprio motu clericus utitur armis, tunc aut in bello vtitur iniusto, aut in bello iusto. Si in bello iniusto tunc planum est quod non est sibi licitum si ue suis fauorem præstet, siue timorem excutiat aduersariis & si ibi aliqui sunt occisi uel mutilati, irregularis est. 23. q. 8. c. 1. & 2. Si in bello iusto, puta pro defensione patrie uel aliorum. 23. q. 3. fortitudo, tunc poterit interesse, & cum armis defensionis non debet tamen pugnare, sed hortari poterit, vt 23. q. 8. ut pridem, & orationibus intercedere. 26. dis. c. fi. Sed eum armis offensibilibus non debet ibi esse, nisi ea intentione ut se defendat, non ut pugnet impediente ordinis professione. 23. q. 8. c. clerici, & si in tali bello est aliquis occisus vel mutilatus ab ipso clerico est irregularis, si autem ipse neminem occiderit vel mutilauerit, non est irregularis, licet quis ab aliis occisus sit vel mutilatus. Ad tollendum autem duplicitatem ambiguam ad cautelã, hoc casu potest sibi imponi pœnitentia, & sic intelligatur de cle. percu. c. præsentium, ut ibi notatur in ultima glo. & hoc credo uerum quicquid notatur in speculo li. 2. Si autem in tali bello clericus uulnerauit aliquem sed nõ occidit vel mutilauit. Distingue. Aut talis uulneratus fuit postea occisus ab aliis. & tunc subdistingue, quia aut habuit animum occidendi dictus clericus qui vulnerauit, & sic est irregularis, eo. tit. significasti. 2. ibi. & si percussor uoluntatem &c. 23. q. fi. c. fi. aut non habuit animum occidendi. & istud etiam subdistingue, quia aut vulnus ipsius clerici potest discerni ab alijs vulneribus, & tunc non est irregularis si vulnus non est mortale, vt eo. tit. significasti. aut non potest discerni, & tunc propter dubium irregularis iudicatur, ut in eo. versi. quod discerni. Res autem suas non videtur licitum armis defendere cum aliorum offensione, eo. titu. suscepimus. Hæc omnia Ioann. Cal. sed in principio sunt aliquantulum abbreuiata.

Clericus homicida qñ fit irregularis.

De clerico mutilante.

¶Nota tamen quod ex hoc quod papa dat licentiam clericis quod inter sint bello, non tamen videtur ex hoc licere clericis uti armis nisi ad se defendendum, non autem ad occidendum aggrediendo, nec etiam Paganum, sed possunt tamen interesse ad hortandum, alios. 33. q. 8. omni, &c. se. Quod si occiderent vel mutilarent etiam in bello iusto sunt irregulares, vt dicit Io. de Lig. Dicunt etiam Inno. & Host. quod possunt clamare, capite & pugnare, sed non occidere. Item dicit Host. quod in bello iusto clericus potest dare lanceam pugnanti ante conflictum, non autẽ in bello iniusto. ¶Item dicit Ray. in summa, qua vbi plures reperiuntur in pugna in qua aliqui sunt interfecti uel mutilati & nescitur a quibus, quantum ad irregularitatem omnes censentur irregulares, & qui sunt ex parte iniuriantium, & qui sunt ex parte recipientium si illi erant clerici, & sic illicitè mouerunt arma dist. li. si quis post baptisma. Sed Archi. dicit. 23. q. fi. c. fi. ꝙ istud dictum Ray. quidam intelligunt quando clerici erant in culpa, & hoc patet ex uerbis eius dum dicit. Mouerunt arma quasi uoluntariè & sine necessitate, nam si defenderent se uel socios necessarios, licet aliquis ad defendendum sit interfectus ex alia parte reliqui non interfeciſſent, nec interfectores, inuasissent non essent irregulares, licet uoluntatem occidendi habuissent, quia lex promotionis factum requirit. 15. qõ. 1. si quis & ca. fi. Ipse tamen Archid. distinguit inter inferentem & repellentem uim, vt repellens ex dispensatione promoueatur & toleretur in susceptis, dum tamen constet non percussisse eũ, inferẽs secus ꝙa in culpa est. arg. 16. q. 3. Porrò. Nota etiam Archid. dist. 36. quod secundum. Inno. & Host. si quis percussit aliquem in iusto bello, si non sit inde mortuus uel neminẽ suis ictibus occidat uel mutilet

Vbi plures aliquẽ occidunt oẽs sũt irregulares.

tilet non efficitur irregularis, etiam si alii feriant & occidant. & secundum Goffre. dummodo non procurauerit eos. eodem titulo significasti. Addunt Innocen. & Bern. quòd si animo occidendi percussit aliquem, licet non letaliter, sed alii postea occidunt: est irregularis: quia auxilium morti præbet. Item si clericus commodet balliſtam in bello siue iusto, siue iniusto, & ex hoc sequatur mors est irregularis, quia præstat causam propinquã morti. di. l. si quis viduam. Item secundum Guil. de mutuante gladium vel ensem in bello ipso. Dicit etiam Laudul. ut allegat Franc. de Zab. in cle. vnica, de homi. quòd illos qui detrudunt homines in carcerem: ita artum & asperum quòd incarcerati non viuunt vltra sex vel octo menses propter arctationem carceris reputat exponentes tales ad hoc homicidas & irregulares. Hæc enim pœna est magis afflictiua quam si ponerentur in patibulo. & hoc est contra prælatos qui detrudũt clericos in gabia. vbi verisimile est, quòd infra paucos dies morientur. Franc. & Zen. & Henricus. Hæc autem irregularitas homicidii quomodocunque & quotiescunque fit contracta ante baptismum per baptismum deletur. di. l. 1. si quis post baptismum secũdum Innocen. Goffre. & Guil. sed post baptismum per solum papam dispensatur, quod etiam non facile facit. di. l. miror. Idem per totum de mutilatione membri. De homicidio quoad peccatum & pœnam: habes in secunda parte.

¶De *irregularitate bigamiæ, & quomodo octomodis contrahitur.* *Cap.* 3.

Bigamia inducitur multipliciter.

IRregularitatem etiã inducit bigamia quæ multis modis contrahitur. Primo quidem cum quis successiuè & diuersis temporibus habet duas vxores & vtrasque cognoscit. 31. qõ. 1. aperiant. Si autem alteram non cognouisset; puta quia ante consummationem matrimonii defuncta est non est irregularis secundum Thom. in 4. dist. 27. q. 3. arti. 1. q. 1. ad tertium. licet magister seniarum alter dicat; sed non tenetur in hoc, opinio eius. ¶Secundo cum quis diuersis temporibus habet duas vxores, vnam de iure, alia de facto, puta contrahit cum consanguinea: & vtranque cognouit. hic enim censetur bigamus propter intentionis affectum cum opere subsecuto. extra de Biga. c. nuper. Tertio quando plures habet eodem tempore, vnam de iure, aliã de facto, & vtranque cognoscit, puta contracto matrimonio cum vna & consummato cõ traxit etiam cum alia, vel cum contrahit cũ duabus de facto; puta cum consanguineis, & cognoscit eas; vt in dicto c. nuper. eo. ti. Quarto cum contrahit cum vidua ab altero viro cognita, secus si fuisset relicta virgo. 32. distin. seriatim. Quinto quando contrahit cum corrupta ab alio & cognoscit eam, & hoc siue sciuerit illam corruptam siue ignorauerit. dist. 34. c. curandum. Sed si ipse solus defloraſſet, & postea contraheret cum ea non censetur bigamus. dist. 26. acutius. ar. extra qui si. sint legi. c. tanta. Sexto quando vxorem cognoscit propriam siue scienter siue ignoranter postquam cognita est ab alio. distin. 34. c. si cuius, & c. se. Item si uir etiam accusaret vxorem de adulterio, & pendente ea accusatione ad præceptum ecclesiæ vir debitum redderet adulterè irregularis est, quia bigamus secundum Thom. Ray. & Hostien. Septimo cum quis duxit vxorem vilem mulierem: puta an cillam vel ioculatricem, vel aliquam ex illis quæ publicis spectaculis mancipantur, licet virginem repellitur ab ordine. dist. 34. si quis viduam. Octauo cum quis in sacris constitutus vel post professionem factam in religione contrahit cum corrupta extra. eo. a nobis.

Quare bigamus nõ promouetur.

¶Ratio autem principalis quare bigamus prohibetur promoueri est defectus sacramenti qui est in eo, quia scilicet coniunctio coniugalis per eum facta non potest significare illam spiritualem coniunctionem Christi, & ecclesiæ qui est vnus sponsus in ecclesia quæ est vna sponsa, nam cum diuiserit carnẽ suã in plures vxores non est vnus vnus dist. 26. acutius. Coniunctio autem fornicaria non significat illam coniunctionem Christi & ecclesiæ, sed tantum coniunctio coniugalis, ideo qui non cõtraxit, sed fornicatus est cum multis non censetur irregularis. Hæc autem irregularitas nõ tollitur per baptismum, sicut irregularitas homicidii. Ratio est quia contrahitur ex matrimonio & baptismum non soluit matrimonium. distin. 26. deinde. Vnde qui habuit vnam vxorem ante baptismum, & aliam post baptismum vel ambas ante baptismum irregularis & bigamus est dist. 26. acutius est.

Bigamus exuit priuilegiis clerici.

¶Exuitur autem bigamus omni priuilegio clericali, & additur foro seculari non obstante consuetudine, & eis sub pœna excommunicationis inhibitum est deferre tonsuram, extra eo. alterationis. lib. 6. Solus autem papa dispensat cum bigamis non episcopus secundum Tho. & Io. And. extra eo. dicto.

cto.c. Quidam dixerunt, quia nec papa pōt; quia contra doctrinam apostoli, sed dicunt Tho. & Pet. quòd papa non potest dispensare in doctrina apostolorum, quātum ad ea quæ sunt de iure naturali; & ea quæ sunt de necessitate sacramentorum & fidei; sed in aliis potest cum habeat eandem potestatem eccle sia nunc sicut & tunc. Quòd aut obiici posset decretalis extra eo. nuper. Soluit Tho. dicens eandem difficultatem esse in dispensando cū eo qui contraxit cum pluribus de facto; sicut si contraxisset de iure vult papa ibi ostendere, & ideò non dicitur dispensare; non quia non possit dispensare, vbi etiam dicitur non posse, quia non consueuit dispensare, etsi possit, sed si diffusius uis videre de bigamia, habes in summa confessorum, libro tertio titulo secundo, per totum.

¶ *De irregularitate propter illegitimationem. Cap.* 4.

Illegitimi quare nō p mouēt.

IRregularitatem etiam inducit illegitimatio. Ratio autem quare tales prohibentur a promotione est secundum Rayn. quia tales reputantur viles personæ. Dignitas autem clericatus vilibus personis dari nō conuenit. Secundo etiā ad detestationem paterni scelcris, nec est inconueniens vnum puniri pro alio, vt filium pro peccato patris, pœna tamē temporali, nunquam aut æternali, vt 1. quæstio. 4. per totum. Tertio quia tales solent esse imitatores paterni sceleris & intemperati moris. l. 16. distin. si gens. & in glo. summaria in princip. dist. Et quamuis aliquando reperiantur huiusmodi viri valdè industrii & virtuosi, & ex hoc reddantur laudabiles magis. dist. l. 6. nunquam tamen iura adaptantur secundum ea quæ vt in pluribus accidunt. In dignitatibus tamen saculatibus tales non semper repelluntur. ff. de decur. l. spurii. Illegitimi etiam secundum iura hæreditate nō possunt quod statutum est in fauorem matrimonii, & vt dicit Pet. de Ancha. si fieret in aliqua ciuitate statutum quod illegitimi possint hæreditate non valeret, quia esset contra bonos mores & nutritiuum luxuriæ, tamē quo ad Deum & virtutum opera nil nocet illegitimatio si in se bonus sit, vt diffusè habes di. l. 6. c. nasci. cum. 5. c. sequentibus. Dicitur autem illegitimus qui non est natus de legitimo matrimonio, vel quod reputabatur legitimum secundum Ray. extra eo. c. cum inter. Vnde si vir & mulier contraxerint in facie ecclesiæ bona fide credentes se legitimè

Quis dicat illegitimus.

copulatos: cum tamen non essent; puta propter impedimentum consanguinitatis; vel etiam si alter eorum tantum hoc credebat, sci licet legitimam copulationem; puta quia contraxit cum eo quem nesciebat habere aliam vxorem, talis reputatur legitimus, & vtrique parenti succedit, extra eo. ex tenore. secus si clandestinè contraxissent; quia tunc videtur fuisse ignorantia affectata, & multo magis si contraxerunt publicè scientes impedimentum ambo extra de claude. despon. c. cum inhibitio secundum Tho. & Pe. Item dum quis ignorat se illegitimum cum sit secundū Hostien. probabilis ignorantia excusat eum ar. C. de testa. l. 1. vnde durante tali ignorantia non peccat faciendo se promoueri; vel hæreditatem adeundo, sed cum scit sufficienter, quamuis aliis occultum esset & dispensatione indigent quo ad ordinem & dignitatem & hæreditatē dimittere debet, qñ pater etiā nesciebat illum, scilicet esse legitimū. Vtrum autē in hac materia debeat filius credere matri? Dicit Hostien. prima facie credendum est ar. extra de præsump. c. afferte, sed tamen non cogitur ad hoc, scilicet credere. C. de testa. l. neque professio. Qualitas autem matris & conuersatio eius cum aliis circunstantiis plus vel minus videtur quòd habeat inducere talem filium ad credendum.

¶ Legitimatur autem quis tripliciter. ¶ Primo modo per sequens matrimonium; puta cum quis contrahit cum illa ex qua ante matrimonium habuit filios, etiam si ille vel illa antequam sumeret talem in coniugem, prius cum altero contraheret, quia postea moreretur. Et hoc est verum si illa tunc poterat illi esse vxor quando de ea habuit filios, quia scilicet vterq; solutus erat. Vnde natus de adulterio vel incestu per istum modum legitimari non pōt extra eo. conquestus. Et hæc legitimatio valet, vt succedere possit in omnibus bonis parentum, in aut. qui. mo. efficia. le. §. quoniam. valet etiam contrahendum dignitatem & ordinem. ¶ Secundo modo per specialem indulgentiam papæ. extra eo. per venerabilem. Et hæc legitimatio valet ad hoc vt talis valeat promoueri ad omnes ordines & dignitates ecclesiasticas vbique terrarum. Valet etiam ad successionem bonorum parentum & ad omnes actus legitimos seculares in terris ecclesiæ subiectis temporaliter. Si autem fiat per episcopum legitimatio valebit ad hoc vt minores ordines possit suscipere & beneficium sine cura vbicunque, & ad successionem bonorū, & actus legitimos seculares

§. 1.

Quō q̄s legitiet.

in

in terris eccleſiæ ſubiectis temporaliter. Si autem fiat per epiſcopum legitimatio ualebit ad hoc ut minores ordines poſſit ſuſcipere & beneficium ſine cura vbicunque, & ad ſucceſſionem bonorum & actus legitimos ſeculares in terris temporaliter eccleſiæ ſubiectis, & etiam aliis terris quantum ad ea per quæ non fieret alteri prę̃iudicium & multomagis valet ad hoc legitimatio per papam, ſed in his per quę̃ fit alteri præiudicium puta quod ſuccedant ab inteſtato non valet legitimatio nec per papam nec per epiſcopū, in terris quæ ei temporaliter ſubſunt, hoc ſecundum Innoc. & Ber. ſuper c. per venerabilem ¶ Tertio modo legitimatur quis per leges temporales & ſeculares, ſecundum ſcilicet modos in eis traditos q reduci poſſunt ad tres. Primus eſt ſi pater filium naturalem offerat curiæ Imperatoris officiaturq̃, curialis, in authen. qui mo. eſſi. naturale. §. ſi quis igitur col. 8. Idem ſi offerat eum curiæ ciuitatis de qua vel de cuius vico ſit oriūdus inſti. de nu. §. fi. Secundus modus eſt ſi pater decedens in teſtamento filium naturalem nominet legitimum hęredem, & ipſæ poſtea teſtamentum offerat principi, vel ſi pater in inſtrumento per publicam manū confecto vel alio ſcripto cum ſubſcriptione etiam teſtiū cum filium nominet, nec adiecerit naturalē, ut in authē. vt lib. ma. & aui. §. adhoc. Tertius modus eſt ſi nullo filio legitimo exiſtente ipſæ naturalis filius ſeipſum offert curiæ, ut in authen. qui mo. le. effi. §. 1. Hæc legitimatio per leges facta valet ad temporalia & ſecularia quo ad ſucceſſionem & dignitatem in terris tantum ſubditis poteſtati legitimantis, & in aliis vbi non fieret aliis præiudiciū ad ordinem vel dignitatem eccleſiæ non ſe extendit. Inno. & Bernar.

§2. ¶ Diſpenſatur autem cum illegitimis tripliciter. Vno modo per ingreſſum religionis approbatæ, & hoc quoad ordines diſt. 56. c. 1. ſecundum Ray. & glo. ſumma, ſed ad prælationes ut puta prioratum etiam in ipſa religione vel alias dignitates ſine diſpenſatione talis promoueri non poteſt vt dicto cap. 1. ¶ Et nota quod magiſter ordinis prædicatorum poteſt diſpenſare cum trecentis fratribus ordinis ſui ſuper defectu nataliū ut poſſint omnes ordines & ad prioratus ordinis promoueri, niſi fuerint procreati ex adulterio vel inceſtu vel irregularibus. Alexandr. deuotionis, ſed ex alio priuilegio ſcilicet Io. 22. poteſt diſpẽſare in illo numero cum omnibus genitis de ſoluto & ſoluta, etiam ſi eſſent patres eorum ſacerdotes, vt ſcilicet promoueantur ad ordines & prioratus conuentuum. Alexand. deuotionis. Secundo diſpenſari poteſt per epiſcopum, & hoc quoad ordines minores tantum & ad beneficium ſine cura quo autem ad alia diſpenſari nō poteſt. Tertio ſit diſpenſatio per papam, & hoc non ſolum quoad ordines, ſed etiam quoad omnes dignitates & perſonatus extra eo. ca. is qui lib. 6. Diſpenſatio autem aliquando ſit circa tales minores, vt ſcilicet ordinentur & inſtituantur in eccleſiis aliis a paterna dico ſi ſunt filii præsbyteri, alias vero in quibuſcunque eccleſiis extra eo. c. prę̃ſentium, aliquando maior vt ſcilicet inſtituantur in paterna, aliquo tamen medio extra eo. extranſmiſſa aliquando maxima ut in paterna nullo medio. ¶ Et nota quod cum diſpenſatur illegitimis a papa quo ad ordines & beneficium eccleſiaſticum non propter hoc intelligitur quod poſſit promoueri ad perſonatum vel rectoriam ad quam per electionem procedi conſueuit extra de præben. c. fi. ſed bene ad eccleſiam parochialem poterit promoueri. Item ſi a papa obtinuit diſpenſationem illegitimus, & poſtea impetrauit quod duo aut plura beneficia poſſit habere, tacuit autem prædictum defectum, non ualet hæc ſecunda gratia extra eo. ſi is quis libro 6. Item nota quod filii ſacerdotum quos ipſi ſuſceperunt de legitima vxore ante ſacrum ordinem ſecundum Ray. & alios promoueri poſſunt ad omnes ordines & dignitates cum legitimi ſint, niſi in illa eccleſia in qua patres eorum immediatè fuerunt prę̃lati vel canonici, vbi non poſſunt canonizari vel promoueri extra eo. ad hoc Goff. etiam dicit qđ cum pater habuerit perſonatum vel uicariū perpetuā in aliqua eccleſia, filius immediatè ipſum vel ipſam habere nō pōt, extra eo. quoniam. Item ſi pater habuit perſonatum, filius non poteſt habere vicariam nec econuerſo extra eo. Michael Quod ſi filius diſpenſatiuè ſuccedat patri frater iſtius bene poterit ſuccedere fratri, ut ponit Hoſtien. quia in hoc non ſuccedit patri immediatè. Sed ſecus ſi prius habuiſſet ipſam eccleſiam de facto. Porro ad nepotes hæc prohibitio non extenditur ſecundum Ray. Goff. & Hoſt. Ordinati verò in factis ſcilicet ſubdiaconatu, & ſup. ſi ſuſcipiant filios ex vxoribus, cum quibus ante ordinationem contraxerant tales filii illegitimi ſunt ſi vxores conſenſerint quod uiri ordinarentur, vel ſcientes hoc non contradixerant 32. diſt. ſeriatim. Sed ſi ordinati fuerint

De modo diſpẽſationis cum illegitimis.

rint inuitis uxoribus & ignorantibus legitimi cænsentur,& non indigent dispensatione aliqui tamen dicunt quod indigent tales dispensatione. Græci tamen sacerdotes, quia licitè vtuntur matrimonio contracto ante susceptionem sacramentorum,nam in sacris contrahere non possunt nec licuit a tempore apostolorum. dist.32. per totum ideò filii quos generant de uxoribus suis dum sunt in sacris legitimi sunt & idem iudicium sicut de aliis legitimis.

¶ *De irregularitate propter uaria uitia corporum. Cap. 5.*

IRregularis est corpore vitiatus idest mutilatus vel debilitatus in mẽbris talis prohibetur promoueri,aut propter inhabilitatem ad officium exequendum,aut propter deformitatem ad aliorum scandalum tollendum. ¶ Pro cuius declaratione nota distinctionem aut quis est mutilatus vel priuatus membro magno & manifesto,quod scilicet inducit notabilem deformitatem,ut priuatio nasi & huiusmodi,vel inhabilitatem ad exequendum officium,ut priuato manus & huiusmodi, & tũ quacũq, de causa sit mutilatus seu priuatus iusta vel iniusta naturali uel accidẽtali, impeditur a promotione & deiicitur promortus cum tali defectu. Si autem erat iam promotus quando superuenit talis defectus si non per hoc redditur nimis deformis pọt exequi illa officia ad quæ non impeditur propter illum defectum, puta si factus sacerdos amisit visum,missam celebrare non poterit, uel alias in altari ministrare, sed poterit audire confessiones & prædicare, a beneficio etiam non remouebitur,si sine culpa incidit in defectum,quia non debet addi afflictio afflictio 7.q 1.percussio, dabitur tamen ei coadiutor si tale beneficium est cui istæ deseruire nõ possit,extra de cle.egro ca.3. Aut quis mutilatus vel priuatus est membro pario uel occulto,& tunc subdistingue,quia aut sponte & sine iusta causa ut ex indignatione uel impatientia uel superbia, aut ex iniusta causa uel inuitus. Si primo modo, tunc indistinctè in quocunque membro siue a se, siue ab alio repellitur a promotione, & deiicitur iam promotus etiam si putabat se obsequium præstare Deo castrando se extra eo.significauit,& secundum Inno.idem etiam est si non totum membrum amisit, sed partem membri quæ deformitatem generaret unde scandalũ esset,extra eo.c.1.uel inhabilem redderet ad officium exequendum,extra eo. Tho.secus in aliis,vel etiam si dentem sibi excuteret. Si autem ex iusta causa & spõte puta propter periculum lepræ nec totũ corpus inficeretut fecit sibi amputari membrũ occultum vel uirilia,uel manifestum paruũ aut digitum non necessarium scilicet ad signum crucis faciendum, uel ipsæmet hoc sibi fecit cum esset bene peritus in chirurgia, talis nec repellitur a promotione nec deiicitur promotus. Idem iudicium si inuitus puta si ab inimicis castratus est, uel etiam sic natus, vel etiam a casu in tale quid incidit dando operam rei licitæ,puta dolãdo lignũ abscindit sibi partẽ minimi digiti, in omnibus huiusmodi non repellitur nec est necessariũ secundum Hosti.& glo. dis.55. si quis absciderit quòd talis castratus testiculos se cum deferat,ut dicunt vulgares, sed si dando operam rei illicitæ a casu amisisset membrum talis repellitur a promotiõe,sed si mẽbrũ vel pars membri esset quę generaret modicã deformitatem talis ex misericordia tolerat in susceptis scilicet per dispensationẽ episcopi,hoc ex dictis Ray. Guil. Innoc.& Ber.& trahuntur ex dist.55.si quis absciderit,& in aliis.c.extra eo.significauit. Quantum ad quædam particularia & determinata corporis vitia. ¶ Nota quod claudum admittit consuetudo,nisi talis sit quòd sine baculo ad altare non possit stare arg. de conse. di.1.nullus,& dis.45.c. disciplina. Cæcitas unius oculi tantum repellit a promotione secundum Archi. quod probat per c. fi. euangelica. distin.55.Gibbosus non repellitur a promotione nisi sit nimia deformitas vel debilitas,habens sex digitos in pede indubitanter, promouetur etiam secundum Hostiẽ. si habeat in manu,ve, si habet digitos coniunctos,quomodo ex his non sit impedimentũ in vsum membri. ff. de edil.edic.l. item offilius. Leprosus pọp ulo celebrare non debet propter scandalũ, sed si non sit nimis deformis non est prohibendus priuatim celebrare vel etiam leprosis non autem sanis. Vinum omnino non bibens ad sacerdotium promoueri non potest cum oporteat celebrante sumere sanguinem sub specie uini 2.quæst. septima ipsi apostoli. Maculam habens in oculo non repellitur a promotione, nisi nimiã inducat deformitatem,quod considerare est in arbitrio prælati,extrade cor. uitia. cum de tua. Sed ibi suffraganeorum consilium inquiri mandatur, & quod sibi uisum fuerit exequatur metropolitanus,vbi notant. Vin. & Ber.

Qñ corpore uitiatus repellitur.

De particularibus uiriis corporis.

& Ber. quòd ſine conſilio illorum ſuper maculam nil diſponere debet aliàs nō valet, ſed Hoſti. hoc non approbat quamuis enim concilium archiepiſcopum inſtituat, & ipſo irrequiſito nil expediri debeat, non tamen habet neceſſe epiſcopus ipſum ſequi, vt notari conſueuit extra de ele. c. cum in ueteri. 50. diſt. ſtudeat. Tu dicas quod cum apoſtolicus in prædicto. c. mādet procedi cum conſilio ſuffraganeorum, ſi abſque conſilio ipſorum procedat non ualebit, ut in dicta decre. cō. in ueteri. Si autem requiſito ipſorum conſilio, hoc conſilium ipſorum non ſequatur bene ualebit, extra de arbi. c. cum olim, ſed ſecus dici poteſt ſi diceretur in mandato de conſilio ſuffraganeorum &c. Videtur enim papa arctare tunc metropolitanum uel alium cui ſcribit, ut ſequatur conditionem & induſtriam perſonæ ſine perſonarum, & multo magis ſi diceretur in mandato, ut non fiat ſine conſilio talis uel talium. Hæc omnia de macula notat Archi. diſtin. 49. hinc etenim ſuper uerbo albuginem habens in oculo. De furioſis, lunaticis, caducis, & dęmoniacis, dicit Guil. & glo. diſt. 33. ſuper c. communiter, quod nullus talium ꝓmoueri debeat etiam poſtquam liberati fuerint. Si autem ſunt iam promoti, tunc aut ſunt omnino ex toto liberati a prædictis paſſionibus aut non, & in primo caſu poterunt exequi officium ſuum. Quanto aūt tempore expectari debeat ad probandum tales, vtrum ſint liberati & qualiter, quamuis diſt. c. 33. c. communiter dicatur, ꝙ per annum, & alibi dicatur qui 30. dies 7. q. 2. c. ſi tamen dici poteſt ꝙ eſt arbitrarium tempus probationis penſatis conditionibus morbi & perſonæ. Si verò non omnino ex toto ſunt liberati, tunc autē frequenter aliqua dictarum paſſionum vexat raro, & ſiquidem frequenter omnino debent ceſſare ab officio miſſæ. 7. q. 2. in litteris, ſi raro, tunc aut cum ſpumæ iactatione & vocis confuſione, & ſic debent abſtinere aut raro, & ſine huiuſmodi expumatione, & ſine confeſſione vocis, & tunc non prohibentur ab officio miſſæ. dum tamen habeant, iuxta ſe aliū ſecerdotē, vt ſi ille cadat vel deficiat iſtæ ſupleat. 7. q. 1. illud. Quidam tamen hoc nō admittunt de dęmoniacis dicentes, quod omnino oportet eos eſſe liberatos.

¶ *De quibuſdam alijs irregularitatibus.* *Cap. 6.*

SVnt & quædam aliæ irregularitates quæ quia communiter non ita contingunt breuiter expediemus in ſingulis. §. vnam tangendo in iſto c. Prima eſt hæreſis ex qua poſt vulnus ſanatum, ideſt eius dimiſſionē remanet cicatrix, ſcilicet irregularitatis, vt dicitur. 1. q. 1. ventum, vnde prohibetur a promotione, & deiicitur promotus. Si autem reuertantur ad fidem veritatis poſt abiurationem hæreſis recipiuntur de iure communi ad laicam cōmunionem poſtquam fuerint reconciliati. 1. q. 7. Daibertum. Et circa eos ſit quadruplex diſpenſatio. Quandoque quidem ſemiplena, vt ſcilicet ſolum recipiantur in ordinibus ante hæc omnia ſuſpectis. 1. quæſtio. 1. ſi quis hæreticę. Quandoque plena, vt poſſint ſacerdotes fieri. 1. quæſtio. 7. conuenientibus. Quandoque plenior, vt ſcilicet poſſint eſſe epiſcopi. 12. diſtinctio. non conſuetudinem. Quandoque pleniſſima, vt ſcilicet promoueri poſſint etiam ad ſuperiores dignitates. 23. quæſtio. 4 ipſa pietas. De hæreſi quantum ad excommunicationem habes ſupra titu. 24. De ipſa quantum ad peccatum, habes ſupra in 2. parte titulo. 12.

¶ Solemnis pœnitentia inducit irregularitatem diſtin. 50. c. ex pœnitentibus. Hæc pœnitentia fieri debet cum illa ſolemnitate quę habetur diſtinct. 50. in capite, & imponitur tantum ab epiſcopo uel de eius mandato, nec imponitur clerico niſi depoſito, & quia hæc hodie non eſt in vſu, ideo breuiſſime tangam de ea. Ratio autem quare impedit promouēdum, eſt quia non ſunt digni ſuſcipere vaſa ſacramentorum qui dudum fuerunt vaſa vitiorum diſtin. 50. illud. Non enim imponitur talis pœnitentia niſi pro crimine vulgatiſſimo & enormi, quod totam ciuitatem commouet. Secunda ratio eſt propter ſcandalum populi qui ſcit crimen eius. diſtin. 50. de his. Tertia ratio eſt timor ne iterum labantur, qui timor de conſuetudine priſtina ſurgit diſtin. 61. in ſacerdotibus. Quarta ratio, quia non haberet frontem reprehendendi alios. diſtin. 25. primum Ray. & Tho. in 4. Poteſt autem cum eis in minoribus ordinibus propter neceſſitatem uel utilitatem eccleſiæ diſpenſari. diſtinct. 50. placuit, & hoc per epiſcopum, ex quo non eſt ei prohibitum, publica autem pœnitentia non inducit irregularitatem, hæc ēt ſecundum Ray. iniungi poteſt etiam per confeſſorem, & eſt cum iniungitur alicui, vt vadat peregrinando per mundum cum baculo cubitali & ſcapulari. §. 1.

¶ Dilatio baptiſmi vſque ad ægritudinem, quem tunc ſuſcipit timore mortis inducit irregularitatem. diſt. 50. ſi quis. Ratio huius eſt, quia non præſumitur uerè contritus, ut §. 6.

per

per hanc pœnam homines inducerentur nõ negligere propriam ſalutem, nec tollitur iſta irregularitas per baptiſmũ, quia baptiſmus ita dilatus inducit eam, idem autem non operatur contrarios effectus extra de bap. maiores, ſecus tamen eſt de eo qui diſtulit cõmunionem, uſque ad talem terminum, quia hic non repellitur ab ordine diſtinctio. 50. is verò. Poteſtatem tamen talis qui ſic diſtulit baptiſmum in duobus caſibus promoueri. Primus ſi poſt baptiſmum fides & uita eius probabilis apparuerit. Secundus ſi raritas clericorum hoc exegerit diſtinctione 50. ſi quis.

§.3. ¶Iterato ſuſceptio ſacramenti imprimentis characterem, ut baptiſmi, confirmationis & ordinis inducit irregularitatem diſtinct. 50. confirmandum, de conſec. diſtin. 4. qui bis, idem 1. q. 1. quod quidam & ſi ſcienter rebaptizati ſunt vel reconfirmati vel reordinati etiã ignoranter, ſed poſt ſcitum ratum habuerunt abſque diſpenſatione papæ promoueri non poſſunt, ſecus ſi ignoranter, vt infantes vel vt coacti abſolute enim poſſunt huiuſmodi promoueri de iure: ſed ſecundum alios, quod tutius eſt dicere cum diſpenſatione, de conſecra. diſtin. 4. eos. Vbi autem quis probabiliter dubitat de ſuſceptione huiuſmodi ſacramentorum & non leuiter & temerariè, & propter hoc ſuſcipiat aliquod dictorum ſacramentorum facta prius diligenti inquiſitione ſuper hoc adinueniendum veritatem, & non inuenta ſuſcipit, non propterea efficitur irregularis quamuis alias ſuſcepiſſet, quando non putatur iteratum quod neſcitur eſſe factum diſtin. 68. preſbyteri, & debet dicere in forma cum dubitatur, ſi non es baptizatus ego te baptizo &c. Ratio huius eſt propter iniuriam factum ſacramentis quæ eſt in hoc, quòd ſacramentum non eſt iterandum propter effectum indelebilem characteris iterati.

§.4. ¶Curialis etiam cenſetur, vt irregularis & prohibetur ordinari niſi ſit abſolutus a curia diſtinct. 51. c. 1. & ſequenti. Et dicitur curialis hic ſecundum Ray: largè omnis qui quacunque conditione obligatus ſemper eſt curiæ alicuius poteſtatis publicè habens honeſtum officium vel inhoneſtum, vt iudices adnocati, milites, hiſtriones, & huiuſmodi. Ratio huius prohibitionis eſt, tum quia quandoque tales repetuntur & in eccleſia perturbantur, tum quia præſumitur contra eos, ꝙ non cauſa deuotionis tranſeant ad clericatum, ſed vt fugiant ratiocinia dominorum ſuorum, diſtin. 53. legem. Qui autem ex prædictis aliquod miniſterium prębuerũt in cauſa ſanguinis etiam abſoluti a curia promoueri non poſſent 46. diſtin. clericus. Similiter ſi in turpi, & inhoneſto officio, vt hiſtriones de conſecra. diſtin. 2. pro dilectione. Obligatus alteri ad ratiocinia poteſt quis eſſe tripliciter. Primo ſi obligatus rei publicæ, & ſi quidem eſt obligatus ad hoc ex adminiſtratione quam geſſit promoueri non debet ante redditam rationem diſtin. 51. præterea, ſed ſi alias eſt debitor reipublicæ non prohibetur. C. de epiſc. & cle. quiſquis. Secundo ſi eſt obligatus alicui perſonæ ſeculari non miſerabili, quia ſcilicet poſſit adminiſtrationem eius, vt tutor, curator & procurator, & talis promoueri non poteſt niſi finito officio adminiſtrationis. 21. qõ. 3. c. 1. Finita autem adminiſtratione ſi adhuc ſit obligatus ad ratiocinium & mouetur ei q̃ſtio de dolo non poteſt promoueri ante deciſam litem diſtin. 81. tantis, debet tamen taxari tempus infra quod quæſtio decidatur. Similiter etiam ſi quæſtio ei non moueretur & manifeſtum ſit eum teneri de dolo, debet epiſcopus ex officio ſuo eum repellere ſicut quẽlibet criminoſum ſeu infamen. 6. qõ. 1. infames alias non prohibetur ordinari. Tertio ſi eſt obligatus ex adminiſtratione pro perſona miſerabili ſeculari, vt viduis, & pauperibus, cæcis, pupillis, & huiuſmodi, vel perſona eccleſiaſtica, & talis non impeditur a promotione ſi aliud non impedit niſi eſſet manifeſtus dolus in adminiſtratione, vel aliquid aliud, qua ad adiuuandum talem quilibet tenentur diſtinctio. 86. peruenit & 16. quæſtio. 1. monachi Ray.

§.5. ¶Hermophroditus eſt irregularis, & dicitur huiuſmodi ille qui participat de vtroque ſexu, ſcilicet maſculino & fœminino, hic repelitur a promotione propter deformitatem & monſtruoſitatẽ. ar. diſtin. 36. illiteratos, talis ſi magis vergit in ſexum maſculinum quam fœmininum, quamuis ordinari non debeat, nec ordinatus miniſtrare, tamen ſuſcipit characterem, ſed ſi magis vergat in ſexum fœminum quam maſculinum, vel etiam ſi æqualiter participat de vtroque nõ eſt ſuſceptiuus characteris ſecundum Gui. & multo magis fęmina ordines non eſt ſuſceptiua. Dicitur autem mulier preſbytera diſt. 32. preſbyter, nõ quia habeat ordines ſacerdotis, ſed quia vxor ſacerdotis, & diaconiſſa, quia dicit Homeliã euangelii.

§.6. ¶Seruus quocunque genere ſeruorum ordinari non debet, niſi prius conſecutus fuerit plena-

plenariam libertatē dist. 54. ca. 1. 2. & 3. Ratio huius est clericalis dignitas & seruilis vtilitas extra de ser. non ord. de seruorum in fi. Si autem seruus fecerit se promoueri nesciēte dño vel sciente & cōtradicente, si ordinatus fuerit in minoribus reducitur in seruitutē, vt 54. di. nulli. Si ordinatus fuerit ad subdiaconatum uel diaconatū oportet, q̄ det aliū loco sui uel procuret redemptionē suā per aliquā personā di. 54. ex antiquis extra de ser. non ord. miramur. Si in sacerdotē sit promotus remanet qui dem in ordine suo reddito peculio si q̄ hēt dño, & si non habet debet procurare redemptionē suā, q̄ si non pōt seruire tenetur domi no suo in seruitute, tamē cōuenientibus sacer dotio, vt officiando ei in missa horis, & huiusmodi dist. 54. frequens, q̄ si nollet seruire deponendus est. Tempus aūt infra q̄ dns suus pōt eum repetere est tēpus vnius anni a tempore notitiæ huius 17. q. 2. siquis incognitus. Si verò seruus promotus est domino sciente & non cōtradicente eoipso ingenuus fit. dist. 54. si seruus, & hoc verum est ad quemcunque ordinem fuerit promotus secūdum Inn. Goff. & Ray. Et nota, q̄ seruus ecclesiæ libera tus ad hoc tenetur ēt si non esset vel fuisset expræssum in sui manumissione, vt non iniurietur ecclesiæ, nec accuset eam, nec testificetur contra eam dist. 54. qui ex famulis, aliàs reuocatur in seruitutem 12. q. 2. diaconi, & secundum quosdam, etiam ad operas honestas vt in dicto c. non tamen tenetur ecclesiæ perpetuo seruire in officio clericali nisi in manu missione & in ordinatione fuisset expræssum extra eo. eo libentius, sed seruo priuatæ persōnæ liberato, vt promoueatur non potest dominus sibi retinere aliquas operas in quibus teneatur ei dist. 54. c. 1. nisi spirituales, quod exprimi debet si hoc vult patronus in sui manumissione, & postea declarari in ordinatione secūdum Host. & si promotus nollet in huiusmodi seruire, nō reuocabitur in seruitutē, sed degradabitur si est factus sacerdos secundum Inno. Ray. & Goff. Item nota quod cum ordinatus restituitur domino suo manus violentas iniicere in eum, aliàs incideret in canonem secundum Inno. nec illi seruo licebit cō trahere matrimonium si est in sacris propter votum annexum ordini clericali, extra de cōuer. coniu. c. quidam aliis priuilegiis clericalibus non gaudebit, extra de cle. coniu. cap. Ioannes.

§. 7. ¶ Vltimo crimē mediocre & notoriū inducit irregularitatē. Pro cuius declaratione omissis opi. antiquorum circa istam materiam uota distinctionē q̄ fecit Ray. in summa videlicet. Criminum, aliud enorme, aliud mediocre, aliud leue. Crimē enorme in hoc loco dicitur homicidium & symonia aliqua, & etiā secundum Goff. hæresis, quodlibet aūt horum siue occultum siue manifestū sit, impedit promouendum, & deiicit promotum ēt post pniam, & de hæresi & homicidio dictū est supra, ac etiā de symonia. Crimen leue dicitur hic illud mortale, q̄ de se nō inducit depositionem nisi ex cōtumacia post admonitionē, vt ebrietas, ludus aleæ dist. 35. c. 1. strepitus in synodo. 5. q. 4. in loco. Esus carnium in diebus prohibitis, confectā eucharistiam nō assumere & hmōi, & ista talia siue occulta siue manifesta, neq; impediunt promouendū neq; deiiciunt promotum, de coha. cle. & mu. vestra. Crimē mediocre dī hæc, vt adulteriū, furtū, fraudulentia, sacrilegiū, periuriū, falsum testimonium, & similia, hæc aūt si sunt occulta nō impediunt promouendū neque deiiciunt promotū neq; indigent dispēsatione: sed sufficit pœnitentia sacramentalis, de tēporib. or. c. ex tenore, & c. quæsitum. Si sunt manifesta, tunc aut sunt manifesta per propriam cōfessionem delinquentis extra iudiciū factam, & sic nō faciunt irregularitatē talē, quamuis ille si clericus est deberet suspendi ab officio & beneficio extra de excess. prælat. c. quamuis sit graue. Aut sunt manifesta per famam deficiente accusatore & legitima probatione, & sic non inducunt irregularitatem, purgatio tamen canonica tali indicenda est qua præstita absoluetur, & si in ea defecerit deponetur extra de adulte. c. significasti. Aut sunt manifesta per sententiam vel conuictionem vel confessionem metu probationis factā, & sic inducunt irregularitatē, & idem si est notorium p euidentiam facti, q̄ nulla pōt tergiuersatione celari cuius. s. est testis & populus & inficiationis non est locus, de temp. ord. quæsitum, pōt tñ in hmōi mediocribus notoriis de iure uel de facto per ep̄m dispensari in tali irregularitate secundum Inn. in gl. super c. ex tenore & de his omnibus diffusè habens in summa cōfess. lib. 1. tit. 29. q. 3.

Crimen enorme

Crimen leue.

Crimen mediocre.

¶ Infames etiam omnes tam de iure quam de facto repelluntur a promotione dignitatum & ordinum dist. 51. qui in aliquo extra de reg. iur. infamibus lib. 6. secundū Ray. Et dicitur infamis ille, cuius de facto apud bonos & graues grauata est opinio super aliquo crimine. Infamis verò de iure est, quē ius ponit esse infamem, vt qui conuictus est de furto, vel qui pugnat in arena cum bestia

§. 8.

Infamis dicitur.

bestia dentata pro lucro & huiusmodi, alia plura potes videre de infamibus. 3. quæstio. septima. §. porro, in tex. & gl. Repellitur etiã infamis secundum iura a procurando, iudicando, accusando, testificando, postulando.

Et nota quòd quamuis consuetum sit, & conueniens ab irregularitatibus cum irregularibus verbis dispensare per eum qui potest sub tali forma vel simili. Ego dispenso tecum in tali irregularitate quam contraxisti propter talem causam, vel si contraxisses quando de hoc dubitatur, tamen si episcopus ordinat, ali quem irregularem intendens cum eo dispensare per hoc de facto dispensat quamuis non vsus fuerit illis verbis, dummodo possit in tali casu dispensare. Et idẽ de prælatis qui mittunt ad ordinandum ad aliquem irregularẽ quem ex auctoritate sibi concessa poterant dispensare licèt non dixerint illa verba mittendo de facto dispensant secundum doct. Et nota quod archiepiscopi possunt in suis diœcesibus fratres ordinis prædicatorum absoluere, & in irregularitatibus dispensare quando fuerint ab eis requisiti siue inciderint antequam intrarent ordinẽ siue post, nisi adeò enormis esset excessus quòd merito etiam apostolica sedes esset consulenda. Greg. quia prouidentia. Item quod magister ordinis prædicatorũ, prouinciales & priores conuentuales, & eorũ vicarii in prouinciis conuentibus, & locis sibi commissis fratres prædicatores, omnes ibidẽ constitutos, & ad eos vndecunque declinantes, possunt dispensare super irregularitate quam cõtraxissent si excommunicatione vel suspensione innodati diuina celebrassent uel locis suppositis ecclesiastico interdicto. Item ab irregularitate quam contraxissent recipientes ordines sic ligati. Boni. virtute. Item omnes prædicti prælati ordinis prædicatorum a suis confessoribus possunt recipere dispensationem super prædictis irregularitatibus si eas cõtraxissent, in quibus scilicet ipsi valent dispensare. Clemẽs, exigentibus. Idem puto de fratribus minoribus, quia communiter dicitur, quod sumus pares in priuilegiis. De aliis sententiis habes in locis suis.

TITVLVS XXIX. DE POENIS.

¶ *De multiplici genere pœnarum tam Dei quam fori ecclesiastici & ciuilis.* Cap. I.

QVia de pœnis quibusdam, s. ecclesiasticis hucusque actum est, scilicet excõmunicationis, interdicti, suspensionis, & irregularitatis. Nunc breuissimè de pœnis in genere aliquid tractetur. Et pro fundamento huius materiæ sumatur regula iuris quæ dicit, sine culpa nisi subsit causa nõ est aliquis puniendus, extra de reg. iu. quæ regula locum habet in iudicio poli, & in iudicio fori, & cum pœna sit multiplex, vt infra dicetur. In iudicio quidẽ poli siue Dei pœna spirituali quæ principaliter tangit animam siue sit subtractio gratiæ, siue pœna damni, ideſt priuationis gloriæ, siue sit pœna sensus, ideſt cruciationis ignis infernalis nunquam punitur aliquis sine culpa sua vel contracta quantum ad originale, vel commissa quantum ad actuale peccatũ. Vnde quod dicitur Exo. 20. Ego dominus Zelotes visitans peccata patrum in filios vsque in tertiam & quartam generationem: intelligitur de imitatoribus paternorum scelerum, vt exponit Grat. 1. q. 4. §. quibus, vbi etiam dat alias expositiones ad dictam auctoritatem. Aliis autem pœnis quibuscunque in iudicio dei punitur quis non solum pro culpa sua commissa vel committenda, vt scilicet euitetur, sed etiam pro culpa alterius, non tamen sine causa & iustissima, etsi nobis ignota. Vnde Aug. 23. qó. 4. de Tyriis & Sydonibus sic ait. Etsi ratione facti profunditatem iudiciorum Dei penetrare non possimus verumtamen verum scimus esse quod dixit, & iustum esse quod fecit. Hinc & Greg. in morali. Si iusta Deo placere scimus, pati autem nulla, nisi quæ Deo placuerint possumus, iusta sunt cuncta quæ patimur, & valde iniustum est si de iusta pœna vel passione murmuremus.

¶ Quinque namque de causis Deus hominem flagellat in vita præsenti, siue pœnas infert, vt ponit magister. sen. in 4. distin. 15. c. 2. Primo videlicet, vt Deus glorificetur, dũ scilicet miraculosè sequitur remotio pœnæ, siue flagelli exemplum de cæco nato. Ioann. 9. de Lazaro resuscitato. Ioan. 11. Secundo, vt meritum accumuletur per exercitium patientiæ, ac etiam virtus latens intus aliis manifestetur exempla in Iob. 1. cap. & Thob. 2. c. Tertio, vt virtus conseruetur per humi-

humiliationem flagellorum, exemplum in Pau. q de se dicit 2. Cor. 2. Ne magnitudo re uelationem extollat me datus est mihi stimulus carnis mee, angelus sathanæ, &c. Qui stimulus secūdum Remigium fuit quædam infirmitas corporalis. Quarto vt eterna damnatio hic incohetur, ut, s. aliqualiter ostendatur quid in infetno patietur, exemplū in Herode. Actu. 12. & i Antioc. 2. Mach. 9. Quinto ut homo purificetur vel per expulsionem culpæ, cum, s. ex flagellis cōteritur, exemplū de Maria sorore Aaron. Num. 13. a lepra infecta. Et Israelitis prostratis in deserto secundum Hier. 23. quæst. 4. quid ergo. Vel ad satisfactionem pœnæ. Exemplum in Duid qui post remissionem adulterii commisi quod culpam in pœnam fuit expulsus de regno ut patet in 2. Reg. quod notat Greg. de pæn. di. 1. si peccatum Dauid. Posset etiam dici omnē pœnam quam patimur procedere ex culpa nostra saltem originali, cum qua nascimur quia ipsum est causa omnium pœnalitatum. ar. dis. 5. ad eius.

§. 2. ¶ Punitur etiam quis a Deo in uita præsenti, non solum pro culpa sua, sed etiam pro culpa alterius, & hoc triplici ratione secundum Tho. 2. 2. q. 1. 108. Primo modo q dem inquātum unus homo tēporaliter est res alterius, & ita in pœnam eius ipsæ punitur, sicut filii secundum corpus sunt quædam res patris, & serui & animalia res dominorum, & sic filii puniuntur quandoque pro parentibus, sicut filius natus ex adulterio Dauid mortuus fuit quam citius, & animalia Amalechitarū iusta sunt interfici, quamuis & huiusmodi sit ratio mystica vt habetur. 1. quæstio 4. §. paruulos. Secundo inquantum peccatū vnius deriuatur in alterum, & hoc per imitationem sicut filii imitantur peccata parentum, & serui peccata dominorum ut audacius peccēt, uel per modum meriti, sicut peccata subditorum merentur peccatorem prælatum secundum illud Iob. Regnare facit hypocritā propter peccata populi, vel propter aliquem consensum vel dissimulationem sicut etiam interdum boni puniuntur cum malis, quia eorum peccata non redarguunt ut dicit Augu. in 1. de Ciuitate Dei. Tertio ad commendā dam vnitatē humanæ societatis, exquo vnus homo debet pro alio solicitus esse vt nō peccet ad detestationem peccati, dum scilicet pœna vnius redundat in omnes quasi oēs sint unum corpus, exemplum de peccato Achor Iosue. 7. Item vt dicit Gratianus. 23. qō. 5. §. vlti. aliquando Deus punit malos per legitimam potestatem gerentes ex mandato suo, etsi cum merito puniētium sicut puniuit peccata Chananeorum per populum suum, aliquando punit etsi per populos suo iussu exci tatos, non tamen intendentes Deo obsequi, sed suę satisfacere cupiditati, & ideò cū sui damnatione sicut punit populum suum per alienigenas. Quacūque autem de causa quis puniatur, si non sustinet patienter pœnas, sunt flagella, non ad satisfactionem, sed ad uindictam tantum, ideſt punitionem iuxta illud Deut. 32. Ignis, scilicet pœnę temporalis succensus est in furore meo, ideſt in punitione, & ardebit vsque ad inferni nouissima, id est vindicta hic incipiet & ardebit vsque ad extremam damnationem, vt exponit Augu. de pæn. dis. 4. §. auctoritas. Sed si patieter ferantur ipsa flagella, & sit patiens in statu gratiæ habet locum satisfactionis, vt dicit Tho. in 4. etiam si quis puniretur a iudice propter maleficium commissum & huiusmodi plus, & minus secundum deuotionem patiētis, & qualitatem crimins, mors autem naturalis cum sit vltimum terribilium, non tamen est satisfactoria, quia pro natura inoluit in pœnam originalis peccati, sed mors uiolenta, ēt si quis eam meruit est satisfactoria si patientur sustineatur & in gratia Tho. in 4.

¶ Sciendum etiam quod peccata dimissa a Deo nunquam redeunt per culpam sequentem nec quoad pœnam, vt quidam dixerunt nec etiam in aliquo genere peccati secundū opin. quorundam qui hoc dixerunt propter peccatum sequens odii vel apostasiæ, vel contemptus confessionis vel pœnitentiæ. Vnde versus. Fratres odit, apostata fit spernitq, fateri. Pœnituisse piget, pristina culpa reddit. quæ opin. ponuntur, de pœn. dist. 4. in tex. & Glo. summaria, sed reuertuntur tantū quantum ad quændam grauationis effectum, secundum Tho. in 4. distin. 22. ex eo videlicet, quòd sequens peccatum post remissionē prę cedētium habet quandam deformitatem in gratitudinis propter beneficium perceptum remissionis, vnde grauius redditur ipsum peceatum quam si esset sine tali deformitate ingratitudinis, non tamen quod talis aggrauatio ex illa circunstantia faciat peccatum illud dignum tanta pœna quanta digna erant omnia dimissa, & sic per istum modū aggrauationis dicuntur peccata dimissa redire ut sonare videntur auctoritates plures sanctorum quę habentur, de pæn. distin. 4. in in principio. §. 3

¶ In foro humano siue seculari siue' eccleſia- §. 4.

ſtico pro culpa tantum mentali nunquam in ferturpęna. Vnde dicit lex canonizata, de pæn. diſt. 1. cogitationis pœnam nemo patiatur, cum ſcilicet eſt contenta cogitatio terminis ſuis, occultorum enim cognitor & iudex eſt Deus. diſtin. trigeſima ſecunda, erubeſcant. ¶Culpa autem exterior uariatur quadrupliciter, quia conſiſtit in facto, ui furta & cedes, aut in dicto vt cõuicia & iniquæ aduocationes, aut in ſcripto ut falſa inſtrumenta vel famoſi libelli, aut in conſilio ſicut coniurationes, vel cum quis eſt conſcius cum latronibus & ſuadet vel fauet eis. Et hæc quatuor genera culparum conſideranda ſunt ſeptem modis ſiue circunſtantiis, ſcilicet ex cauſa, ex perſona, ex loco, ex tempore, ex facti qualitate, ex facti quantitate, & ex euentu. Primo ex cauſa ſicut uerbera quando ſi illata ſunt a matre vel parente impunita ſunt, quia uidentur facta emendationis cauſa & animo, ſed cum fiunt per iram ad extra certe puniuntur. Conſideranda eſt ſecundo perſona, & illius q̃ fecit & eius qui paſſus eſt. aliter enim puniuntur ſerui quam liberi, aliter qui contra dominum vel parentes quam qui contra extraneum, aliter qui contra conſtitutum in dignitate ſiue rectorem quam qui contra priuatum ſeu priuatam perſonam, pertinet etiã ad hanc conſiderationem de perſona ætas facientis & patientis iniuriam. Tertio conſiderandus eſt locus, nam idem actus ſi fiet in quolibet loco & non ſacro erit furtũ & non capite puniendum, ſi in eccleſia erit ſacrilegium & capite puniendum. Quarto conſiderandum eſt tempus, nam propter hoc diſcerni ſolent emanſores a fugitiuis, & tempus diſcernit effractorem vel furem diurnum a nocturno, & nocturnus quidem acrius punitur. Quinto conſideranda eſt qualitas facti per quam atrocius vel leuius eſt, ut furta manifeſta acrius puniuntur quam non manifeſta & craſſatura quę eſt violentia illata a latronibus grauius quam rixa quæ eſt conflictus altercatio per hoc etiam diſcernitur expilatio, quę eſt ſubtractio rerum hæreditariarum antequam hæreditas adeatur a furto, & petulantia quæ fit per quandam laſciuiam diſtinguitur a uiolentia. Sexto conſideratur quantitas per quam diſcernitur abigeus, ideſt, qui gregẽ rapit a fure qui unam ſuam rapit. Septimo conſideratur euentus, id eſt ſi reſ habuit effectum ut ſi aliquis eſt demens, niſus eſt aliquis contra aliũ & res habuit effectum condemnabitur, ſi non habuit effectum non condemnabitur, niſi in aliquibus atrocibus quæ ad aliquem actum extrinſecum procedunt, ut ſiquis occidendi cauſa cum telo percuſſerit, vel ſi quis attentauerit rapere moniales pro matrimonio & alia huiuſmodi. Hęc omnia habentur, de pæn. diſt. prima, circa prin.

Genera culparũ.

¶Pæna autem quæ infligitur in foro iudicia §. 5.
li ſiue humano eſt ſub triplici genere. Primũ genus eſt pœna ſpiritualis, & hæc eſt quadruplex excepta vltima quæ ſolũ infertur in foro eccleſiaſtico. Et prima eſt increpatio, diſt. 90. placuit, quæ eſt quaſi præambulum ad ſequentem hęc etiam videtur habere locum in foro ſeculari. Secunda eſt cẽſura eccleſiaſtica, ideſt, excommunicatio, interdictum & ſuſpenſio de verbor. ſignificatio. capitu. quærenti, & pœna excommunicationis nunquam puniendus eſt vnus pro peccato alterius, ut expreſsè dicit Aug. vigeſimus quartus quæſtione tertia. ſi habes, nec inferenda eſt talis pœna niſi pro culpa vera uel præſumpta ſiue probata. Pœna autem ſuſpenſionis & interdicti punitur ſæpe quis ſine culpa ſua, nam interdicitur ciuitas pro peccato domini, & ſuſpenditur clericus ab officio propter amiſſionem viſus uel lepram. ¶Tertia eſt pœna depoſitionis uel degradationis, diſtinctio. 50. ſi epiſcopus, quia non imponitur niſi pro crimine proprio & notabili, & vbi pro contumacia imponitur primo talis debet ſuſpendi poſtmodum creſcere contumacia excommunicari, deinde deponi. vigeſima tertia quæſtione quarta, forte, vbi autem fertur depoſitio pro crimine, etſi corrigibilis appareret poſt hanc pœnam non excommunicatur. Quarta eſt pœna infamię qua punitur quis quandoque ſine culpa ſua, nam & ſancti uiri aliquando de facto infamantur quood Deus permittit ad eorum humiliationem ne extollantur ex laude eis exhibita, aliquando ultra eorum merita ut dicit Greg. 6. quæſt. 1. ſunt plurimi, ſed in iudicio humano hac non punitur niſi pro culpa uel ſua, ut. 6. q. 1. infames vel alterius, ut in crimine læſæ maieſtatis ſexta quæſtione prima, ſiquis cum militibus.

Increpatio. Cẽſura.

Depoſitionis.

Infamiæ.

¶Secundus genus pœnarum eſt ut pœna corporalis, & hæc quidem eſt multiplex. Prima quidem incarcerationis vel abſtinentiæ ſiue ieiunii, quæ ſolet intligi incarceratis pro eorum ſceleribus in vtroque foro, de hac poteſt intelligi illud capitulũ ſiquis cõtriſtatus, diſtinctio. 90. & vigeſima ſeptima quęſtione prima. ſi homo eſſes. Secunda eſt pœna uerberationis quæ etiam in vtroq; foro

§. 6.

ro inferrur, ſed non niſi pro peccato proprio vt 45.diſtin.§.Salo.23.qõ.5. circuncelliones. Tertia eſt truncationis membrorum. Quarta eſt mortis, & hac duplici pœna non vtitur ec cleſiaſticum iudicium, dictum eſt enim Petro conuerte gladium in vaginam. Matt.26. immo eccleſia debet intercedere etiam pro eis ne occidantur, moderatè tamen 23. quæſtio.5.reos ſanguinis. In iudicio autem ſeculari nunquam debet inferri pœna mutilationis vel occiſionis ſine culpa propria commiſſa ſecundum Tho.2.2.qõ. 108.nec etiam talẽ poteſt inferre reo quicũque iudex uel rector, ſed habens merum & iuſtum imperium ex ſe uel ex delegatione. Quita eſt pœna exilii qua vtitur vterque forus diſt.63.in ſynodo. Exilium autem hoc põt eſſe triplex, vnum eſt in certo loco, vt cum quis detruditur in monaſterium, extra de adul.c.peruenit. Aliud a loco certo, quando ſcilicet prohibetur ſtare in certo loco.2.qõ. 1. in primis. Tertium eſt ab omni loco, vt cum interdicitur quibuſdam pœnitentibus ne morentur in aliquo loco vltra vnum vel duos dies, de pœn. diſt.6. ſacerdos, pœnam etiam ſeruitutis imponitur, & p leges & per canones in certis caſibus.

§.7. ¶Tertium genus pœnæ eſt ſubſtantiæ temporalis vel dignitatis, & hoc etiã infertur in foro eccleſiaſtico & ſeculari, & aliquando ſine culpa propria, nam propter crimen læſæ maieſtatis amittunt filii hæreditatem paternam, & illegitimi honoribus priuantur eccleſiaſticis & ſecularibus. Et quandoque quidem infertur alicui hæc pœna ſimpliciter, ſcilicet publicationis & confiſcationis omnium bonorum, ſicut in hæreticis. diſt.8.quo iure, & diſ. 63. Adrianus. Aliquando infertur in certa parte vel quantitate pro iniuria illata perſonæ vel loco, vt 17.quæſt.3. ſiquis contumax, & c.ſi quis in atrio, quæ tamen quantitas arbitrio iudicis relinquenda eſt. Aliquando vero pro ſatisfactione illati damni imponitur, vt pro furto vel rapina, & huiuſmodi. ¶Et no. ſecundum Guil. quòd cum pœna conuentionalis de communi conſenſu partium apponi tur loco intereſſe peti poteſt ſine peccato quãtum ad intereſſe cui promiſſa eſt vel impedimento. ff. de actio. empt. & vendi. l. prædia. Si verò apponatur pœna pro contumacia peti poteſt in totum. ff. de colla. bon. l.2. Si verò apponatur pœna in fraudem vſurarum non poteſt peti extra de empt. & vendit. ad noſtram. concor. omnes Ber. extra de arb. in glo. ſuper c. dilecti. & idem dicit expreſsè Inn. extra de pœ. in gl. ſuper c. ſuã, & addi. Item credimus ſi pœna intereſſe excedat licitè tota petitur. Satis etiam uidetur Hoſt. in glo. ibidem, concordare ſpecialiter de pœna iudiciali, & addit quòd ſi aliqua pœna partium de adimplẽdo dictum arbitrorum fecit quod potuit, ſed tamen paupertate vel impotentia præſſa totũ implere non potuit, licèt mero iure teneatur ad pœnam inſolidum tamen de benignitate canonica nihil eſt vltra quàm interſit exigendum, ſic intelligas, extra de pœnis. c. ſuam. Conuentionalis autem extra iudicium facta peti poteſt quantum intereſt, niſi apponatur in fraudem. Item in prædictis non ita licet clericis emungere crudeliter. Item Hoſtien. in ſumma ſua dicit, quòd religioſi poſſunt petere pœnam ab eo qui non ſeruat arbitriũ ſiue in pecunia conſiſtat ſiue in alio, vt 1.qõ. 7.quotiens. Pœna etiam a iure permiſſa peti poteſt. 12.q.2.cap. epiſcopus qui. Item iudicialem petere poſſunt. Conuentionalis autem peti poteſt quæ ſuccedit loco intereſſe, ſed non cauſa auaritiæ, & in detrimentum alterius pattis extra de præbend. c. auaritiæ, & Ber. & Goff. ſimpliciter dicunt quòd perſonę eccleſiaſticæ poſſunt exigere pœnas tam a iure inductas quam conuentionales. Pœna autem ſoluta (vt dicit Hoſtien. in ſumma) non ſtabit contractus ſine ſententia arbitri, niſi in compromiſſo dictum ſit quod pœna ſoluta remaneat ſententia rata. C. de tranſactio. l. cum proponas. Idem Bern. Item ſecundum Guil. tam domini quàm milites & eccleſiaſticæ perſonæ poſſunt retinere illas pœnas quas leuãt ſecundum conſuetudinem legitimam, & ſtatuta regionis, nec peccant quando in hac parte ſubeſt cauſa & conſeruatur iuris ordo, & ſit non propter cupiditatem, ſed propter zelũ iuſtitiæ, nec obſt. q̃ pœna excedit damnum, quia hmõi in ſolum propter intereſſe ſtatutæ ſunt, ſed ẽt propter crimina punienda, ſunt tamen temperandæ penſatis circunſtantiis, ſed & ſecurius eſſet huiuſmodi exceſſus emendarum in pios vſus erogari. Item cum reus meretur mortem, iudex ex iuſta cauſa nõ infert eam ei ad vtilitatem. ſ. reipublicæ habens ſuper hoc poteſtatem, ſi cõmutat illam pœnam in pecuniariam non ex auaritia, ſed ex iuſtitia non peccat. Et dicit Hoſtiẽ. Si omnia bona ſua exigeret non videtur nimis, quia (vt dicitur Iob. 1.) Cuncta quæ habet hõ dabit pro anima ſua, i. vita, & ſi quis propter maleficiũ pecunia mulctatus non poſſet ſoluere, põt ei cõmutari in corporalẽ incarcerationẽ. ſ. per verberationem. 14.q.6. Si res. Ad pœnas autẽ legum poſitas contra tranſgreſſores non tenet

ipſæ tranſgreſſor, niſi poſtquam fuerint adiudicatæ, ideſt poſtquam reus fuerit per ſententiam iudicis condemnatus, vt dicunt Ray. & Tho. 2.2.q.67.artic.vlt. ſed ſufficit, q̃ præſtet emendam rei ablatæ vel iniuriæ factæ ad arbitrium boni viri. Generaliter autem iudices punire poſſunt ſuos ſubditos, iuxta qualitatẽ culparum & nullus alius. 16.q.6.c.1. Nam iuriſdictio ſine coertione nulla eſt, de offi. dele. c. paſtoralis. Scias tamẽ quòd pœnas maiores, vt deponere quoad forum eccleſiaſticum, vel decapitare quo ad forum ſeculare non poſſunt iudices niſi maiores qui dicuntur habere merum imperium, vt epiſcopi in eccleſiaſticis. diſt. 25. perlectis & crimine probato, vt dicit Hoſt. Si certa pœna reperitur in iure illa infligenda eſt non mollior, neque durior, alio quin infamis ſit iudex, niſi hoc faceret. ſ. in remittendo vel diminuẽdo pœnam, cum videt reipublicę expedire & ſcandalum tollendum & huiuſmodi, & ipſæ ſuper hoc habet plenã poteſtatem, & vbi eſſet alteri facta iniuria & & paſſus iniuriam vellet remittere, vt dicit Thom. 2. 2. quæſtio. 67. Poſſet etiam augere pœnam aliquando ad terrorem aliorum qui proni ſunt ad culpam, quia multis craſſantibus opus eſt exemplo. ff. de pœnis. l. offert, quod ſi plures pœnæ taxatæ ſunt, tunc arbitrio iudicis reliquitur, & debet illam imponere quæ magis timetur, extra vt li. non cõteſt. c. quoniam frequenter. Si verò certa pœna ſtatuta non eſt, ſed iudici committitur debet æquitate ſeruata ſemper in humaniorem partem declinare, extra de tranſac. c. ex parte, in pœnis enim benignior eſt interpretatio facienda, extra de re. iud. in pœnis. lib. 6. & maxime mitigare debet cum cauſa ſubeſt, puta quia non ex propoſito, ſed caſu culpa cõmiſſa eſt vel propter ætatem & huiuſmodi.

§. 8. Excuſãtia a pœna.

¶Et no. ſecundum Ray. quòd ſeptem ſunt q̃ excuſant a pœna ſiue a culpa. Primum eſt mentis alienatio quæ tripliciter contingit, quia vel per ſtuporem, & ſic videtur Aug. excuſare Loth qui voluit filias proſtituere, vt hoſpites liberaret. diſt. 14. q̃ air, vel per furorẽ. 15.q.1. aliquos, vel per ebrietatem. 15. qõ. 1. inebriauerunt, & intelligas ſi ex toto tales ſunt mente alienati, alias non excuſarentur a toto ſed a tanto. Secundum eſt coactio, quæ ſi fuit abſoluta excuſat a tota ſi conditionata excuſat a tanta, diſt 50. præsbyteros. Tertium eſt deceptio, vt ſi forte aliquis dolo alterius deceptus per errorem probabilem fecit aliq̃d vel omiſit. 34.q.2. in lectum. Hoc tamen fallit in his quæ non licet ignorare, vt quę ſunt cõtra fidem, vel expreſſa Dei præcepta. 16. quæſtio. 1. ſi cupis. Quartum eſt multitudo in ſimili peccato, ſed hoc non excuſat a peccato nec a pœna diuini iudicii. Vnde Auguſt. Non propterea minus ardebit, qui cum multis ardebit. 2. quæſtio. 1. multi, ſed releuat hoc aliqualiter ad pœnam, nam correctio aliquando omittitur cum multitudo eſt in ſcelere ad vitandum ſcandalum ſchiſmatis vel grauius malum. diſt. 44. commeſſationes, & diſt. 50. & conſtitueretur. Similiter ſecundũ Innocẽ. & conſuetudo excuſat quandoque, ſ. a pœna temporali, diſt. 4. denique, ſed nõ culpa & pœna æternali immo auget culpam, extra de conſuet. c. fi. Quintum eſt ætas & hoc excuſat a toto, ſi eſt infans vel puer non doli capax. 15. quæſtio. 1. illud relatum, quandoque tamen non a toto excuſat, vt ſi eſt doli capax, extra de delic. pue. c. 1. Aliæ verò ætates ſecundum eorum varietatem attenuant, & grauant peccata & pœnas. arg. 86. diſt. tanta. Sextum eſt caſus, & ſi contingat dãdo operam rei licitæ, & adhibendo omnem debitam diligentiam excuſat a toto, extra de hom. c. Ioan. Sed ſi dabat operam rei illicitæ vel non adhibuit debitam diligentiam dando operã etiam rei licitæ excuſatur a tanto di. 50. clerico. Septimum eſt iocatio, ſiue ludus, etſi ludus noxius eſt, vel etiam honeſtus, ſed non cum debita diligentia excuſat a tanto. 15. qõ. 1. illud. ¶Et no. q̃ poſtquam quis ſemel punitus eſt pro aliquo crimine ſecundum Ray. nõ debet ei aliqua pœna infligi, quia non iudicabit Deus bis in idipſum. Naũ. 2. Et nemo debet duplici contritione conteri, extra de iud. c. at ſi clerici. Multotiens tamen pro eadem culpa imponitur multiplex pęna ſimul in eodem iudicio. Nam tunc omnes ille pœnæ accipiuntur pro aliqua vna, q̃n per ſe ſufficiens non fuiſſet. Sed in diuerſis iudiciis non licet bis in idipſum iudicare, vt dictum eſt, niſi forte creſceret contumacia, vt lite nõ conteſtata, quoniam frequenter, ſic & diuina clementia peccata dimiſſa in vltionem venire non patitur. 23.q.4. ſi illic. De pęnis quæ inferuntur a iudicibus, habes etiam ſupra in hac tertia parte titu. de iudicibus. ti. 9. c. 2. §. 5. & c. 5.

¶*De multiplici viſitatione Dei per pœnas in vita præſenti, & in purgatorio.*

Cap. 3.

DEus viſitabit plebem ſuam, Luc. 7. Pſal. 88. Viſitabo in virga iniquitates eorum, &

& in verberibus peccat, ait Deus. Primum referatur ad pœnas uitæ præsentis. Secundum de uerberibus ad pœnas purgatorii, & subdit, misericordiam autem meam non auferam ab eo. ¶ Visitabit autem & visitat tripliciter. Primo per spiritualium bonorum collationem, sicut amicus amicum consolando iuxta illud. Luc. 1. Visitauit nos oriens ex alto, & Ezech. Visitabo oues meas sicut pastor uisitat gregem suum &c. s. conferendo eis pastum, salutiferum & alia ei necessaria. Secundo uisitat per flagellationem sicut medicus uisitat infirmum dando dictam & potiones amaras & cauterium & huiusmodi, ponēdo infirmum ut sanet, & homines Deus uisitat diuersis tribulationibus iuxta illud. Iob. 10. c. Visitatio tua custodiuit spiritum meum, & aliquando propter eos etiam irrationabilia puniuntur. Tertio visitat per aliorum ablationem, & sic legitur. Exo. 4. ca. quod audientes filii Israel ꝙ uisitauit dominus eos, scilicet tractando liberationem eorum de seruitute Pharaonis proni adorauerunt, & quòd irrationabilia & insensibilia execrentur vel morte puniantur (aliàs perdantur) sit, ut dicit Gratia. prima quæstione quarta. §. his itaque, non participatione peccati sed causa sacramenti uel detestatione peccati uel flagello delinquentium. Et causa quidem sacramenti, id est, spiritualis significationis. Thesauri Hiericho, & animalia Amalechitarum. Hiericho enim Luna interpretatur, & significat mundum istum. Amalechitæ interpretantur lingentes sanguinem & significant cupidos & auaros etiam dæmones. Israelitę interpretātur viri videntes deū & significat multitudinem sanctorum. Lapides ergo Hiericho & thesauri anathematizātur, animalia Amalechitarum interfici iubētur ad examinandam cupiditatem Israeliticæ plebis, & ut significaretur ꝙ muri vitiorū & thesauri huius mundi qui per lapides, & thesauros Hierico designantur, irrationabiles quoque vitiorum motus qui per animalia Amalechitarum intelliguntur non debēt transire in sortem sanctorum, animalia verò Egyptiorum & possessiones eorum, & primogenita grandine & morte cōsumpta sunt vt in illis punirentur quorum fælicitate læta buntur, & vt daretur intelligi quod mūdus interibit & substantia eius. Sed & terra Israelitarum in salsugine versa est segetibus eorum imbres auersi sunt, animalia eorum sterilitate & morbis confecta sunt, vt auctorem suum quem per beneficia cognoscere noluerunt saltem inter suspiria senrirent.

Deus punit in sē sibilia pp significationem.

In detestationem verò peccati pecunia Symonis damnata est cui dictum est, pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existimasti donum Dei &c. In detestationem quoque eiusdem criminis altare & ecclesia quæ per symoniam consecrantur non tam consecrari quam execrari dicuntur. Arca vero & propheræ peccatorum suorum ciuium grauitate hostibus traditi sunt, electi quoque qui murmure eorum impediti sunt non in pœnam criminis, sed in experimentum, & exemplum patientiæ hoc passi sunt. Item populus qui pro peccato Achor, & filiorum Hely in manibus hostium traditus est, significant subditos corporaliter flagellari, ut inter ipsa flagella prælatorum seriantur sicut Achor sorte depræhensus lapidibus obrutus est, sic & nauicula Ionę periclitatur, vt fugitiuus sorte depræhensus fluctibus immergatur. Aliquando pro metitis prælatorum vita subditorum ut prelatis suis subditi fauentes ad malum cum eis simul corruant sicut filii Israel diu portantes peccata sacerdotum tandem cum eis ceciderunt in manibus hostium. Item Dauid populum numerauit, quo peccato gladius domini desęuit in populum, sed sicut in lata gente gloria regis est, ita in diminutione plebis contritio principis. Qui ergo de numerositate suę gentis superbie iure in eius diminutiõe punitus est. Item paruulos ipsorum sodomitarum non excusauit ignorantia, quin pro paterno scelere cęlesti igne consumerentur. Sed hoc igne pœna illis diminuta est quibus successio paterni sceleris est adempta Pariter etiam monstratum est peccatis parentum paruulos aliquando corporaliter flagellari. Illud idem intelligendum est de paruulis qui pro peccatis Dathan, & Abyron viui descenderunt ad inferos. Item Cayn peccante Canaam filius eius maledicetur. Gyezi delinquente lepra percussus transmittitur ad posteros, Iudæis clamantibus, sanguis eius super nos, & super filios nostros relinquitur, & reliquię eorum pœnæ mortis CHRISTI adiectæ sunt. Achab quoque peccante posteri eius solium regni amiserunt, & qui de eius semine in regno Iudę nati sunt vsque ad purgatam labem illius familiæ a geneologia domini excluſi sunt. Odium quoque Esau (ut Malachias testatur) transiuit ad Idumeos. Ex quibus oibus colligitur ꝙ ignorantia peccati non excusat aliquem, sed his exēplis non probantur teneri peccato

pp detestationē.

corum nisi imitatores nequitiæ eorum. Qui enim de semine Esau, & cæterorũ ad Deũ conuersi paternam maliciam detestati sunt, non odium, sed Dei clementiam experti sũt. Item (vt Ambro. ait.) Turbatur nauicula Petri in qua Iudas qui suis meritis erat firmus, turbatus est alienis. Ignorabat autem Petrus peccatum Iudæ, non ergo ignorantia illum excusauit, sed turbatio hæc, non peccati coinquinatio, sed corporalis persecutio ibi intelligitur, quia meritis malorum nonnunquam a Deo boni puniuntur vt eorum turbetur infirmitas. ¶ Item nota quod puniuntur peccata tripliciter. Primo per sacerdotes locum Dei tenẽtes. dum scilicet iniungitur in pœnitentia satisfactio. Secundo puniuntur per homines sicut per iudices ecclesiasticos & seculares. Tertio per populos Dei ira excitatos, & hoc aliquando per nescientes, aliquando per scientes. Vnde Gratia. 23. qõ. 5. §. hinc notandum dicit, aliquando punit Deus per nescientes, aliquando per scientes. ¶ Per nescientes quidem peccata punit, sic per Sennacherib. & per Nabuchodonosor & per Anthiochum & per principes Romanorum, & per nonnullos reges gentilium populum Israeliticum delinquentem aliquando afflixit, aliquando captiuauit. Vnde ipsæ dominus ait per prophetam. Virga furoris mei in Assur, ipsæ autem nõ cognouit Assur erat uirga furoris domini, quia per eum innumeras gẽtes diuina iustitia flagellare disposuit, ipsæ verò non cognouit, quia in superbiã eleuatus victoriam quam assecutus fuerat, non diuinæ potentiæ, sed suis viribus attribuit. Vnde contra eius superbiam dominus loquitur dicens. Nunquid gloriabitur serra contra eum qui secat in ea? Aut nunquid exaltabitur securis contra eum qui cedit in ea? Quibus similitudinibus satis perspicue ostenditur, quod sicut serra & securis nec secare nec cedere ligna possunt nisi ab alio regantur. Et ideò contra regentem se non licet superbire, sic illi per quos Deus punit absque nutu diuinæ dispositionis nil agere valent, ac ideò contra regentem se superbire non licet, tales in eo quod puniunt Deo seruire dicuntur, in eo quod ignorantes sese esse ministros Dei de impia vanitate superbiunt, mercedem suæ seruitutis a Deo non nisi temporalem inueniunt, pœnam verò superbiæ suæ non effugiunt. Vnde cum dominus diceret ad prophetam de Nabuchodonosor, quid dabo ei, pro labore quo seruiuit mihi apud Tyrum? Statim subiungit. Da, hoc est dato sibi prouicinam Egyptum, Ethyopiam. Cum autem in corde suo superbiens postea diceret, nonne hęc Babylon quam ego condidi in robore regni mei? &c. statim immutauit Deus rationalem mentem eius, & induit eum seua bestialitate vt ab hominibus fugiens cum bestiis viueret. Per Antiochum quoque cũ idolatriam iudaicę plebis dominus puniret, & pacem quam ex lege Dei abiecta & ex sacrisnationum assumptis quęrebat illis in perniciem vertere, quia Dei dispositione ignorans suę facultati deuastationem illius plebis attribuit, imprecatur in eum per prophetam dicẽtem. Effunde iram tuam in gentes quæ te nõ nouerunt, & in regna quę nõ inuocauerunt nomen tuum, ne forte dicant in gentibus vbi est Deus eorum. Similiter cum per Romanos peccatum mortis Christi Deus puniẽ decreuisset vrbis excidium, & iudaicæ plebis miseram captiuitatem suis viribus ascribere cęperant, vnde contra eos propheta pręcatur dicens. Leua manus tuas in superbias eorum qui te oderunt & qui multa maligne operati monumenta suæ victoriæ posuerunt in medio atrio tuo. ¶ Per scientes peccata puniuntur, sicut per filios Israel uoluit puni re peccata Amorreorum & Chananeorum & aliarum gentium quarum terram Israelitis, possidendam dedit, quibus etiam præcepit ut nemini eorum parcerent, sed omnes morti traderent, quod propter peccata eorum illis contigisse ex verbis domini apparet, qui dum diceret ad Abraham. Semini tuo dabo terram hanc, ueluti quæreret, quare non modo das eam mihi, audiuit. Nondum enim sunt consummata cum populus ille de Egyptiaca seruitute liberatus terram eorum sicut promissum fuerat Abrahæ in hæreditatẽ accepit. Cum ergo sic diuino influ ad puniendum peccata populi excitantur, sic populus ille Iudaicus est excitatus ad occupãdum terram promissionis & ad delendas gentes peccatrices sine culpa noxius sanguis effunditur & quod ab eis male possidebatur in ius & dominium rite transiuit bonorum. Cum ergo occulto instinctu aliqui mouentur ad persequendum malos, sicut Sennacherib & cæteri qui populum delinquentem persecuti sunt, licèt occulto instinctu operante illorum meritis incitentur ad persequendum, tamen quia praua intentione non peccata delinquentium punire, sed illorum bona rapere vel suæ ditioni subiicere quęrunt non sunt immunes a crimine. ¶ De quibus etiam notandum est, quod aliquando excitantur

Peccata punit deus.

tantur ad puniendum peccata bonorum, vt tandem per bonos correctos ipsi quoque puniantur sicut in libro iudicum legitur de Iabin rege Cananeorum & de Madianitis propter idololatriam populi suscitauit eos Deus vt Hierusalem affligerent & terram illam occuparent. Cum autem populus Dei sub manibus eorum diutius afflictus peccatum suũ recognosceret, & per pœnitentiam Deum sibi placeret ex Dei præcepto & Baruch comitatus Delboram promissam vxorem Labidoch Iabin regem Chananeorum & Sisaram ducem exercitus sui contriuit & Gedeon & Zebeæ, & Salmana reges Madianitarum & Oreb & Zeba duces eorum morti tradidit. Apparet ergo quod aliquando per legitimam potestatem gentes, aliquando per populos diuino iussu excitatos mali pro peccatis suis non solum flagellantur sed etiam ritè perduntur. Nec est contrarium illud Augustꝰ quo ad Marcellinum pro circumcellionibus supplicans rogabat, vt verberibus eos coerceret non morte perderet. quam uis enim supplicando spacium vitæ eis reseruari popoſcit non tamen legum seueritatem qua tales morte plectuntur non obseruantur docuit.

TITVLVS XXX.
de Deo.

¶De multiplici nomine Dei sumpto per essentiam per adoptionem, & per falsam æstimationem. Cap. 1.

DEus stetit in synagoga deorũm, in medio autem deos diiudicat ps. 81. Sapientissimus Salomon loquens de summo Deo qui cuncta gubernat inquit Prouerb. 30. Quod nomen est eius & quod nomen filii eius si nosti. q.d. non, cui concor. Diony. in lib. de diui. nominbus dicens. Nec est nomen eius nec opinio, quomodo ergo Dauid ipsum summum dominum sic nominat, dicens. Deus stetit. Sed ad hoc respondetur quod ea ratione dicitur Deum nomen non habere, quia eius essentia est supra id quod de Deo intelligimus & vocem significamus, tamen ipsum prout ualeamus nominamus & nomen eius ipsæ inuocamus dicendo. Deus in adiutorium meum intende. Vbi sciendum quod Deus dicitur tripliciter. Vno modo propriè & singulariter, & sic Deus stetit. Secundo modo largè & particulariter, & sic in medio deorum. Tertio modo opinione & fallaciter, & sic in medio deos diiudicat.

¶Quantum ad primum sumendo propriè & strictè istud nomen Deus quantum ad id ad quod est impositum nomen ad significandum, sic est vnus singulariter. Audi Israel Deus tuus vnus est. Exo. 20. Vnde & singula riter dicit Deus stetit. Dicit autem Ambro. q Deus nomen est naturæ. Pro cuius declaratione dicit Tho. in prima parte q. 13. ar. 8. qđ Deus verus non est nobis notus in sui natura, sed nobis innotescit ex operibus & effectibus eius & ex his possumus eum nominare. Vnde hoc nomen Deus non est nomen operationis quantum ad id a quo imponitur ad significandum. Imponitur enim hoc nomen ab vniuersali rerum prouidentia, omnes enim de Deo loquentes hoc intelligunt nomi nare Deum, quod habet prouidentiam uniuersalem de rebus. Vnde & Diony. dicit qđ deitas est quę videt omnia prouidentia & bonitate perfecta. Ex hac autem operatione hoc nomen Deus assumptum impositum est ad significandum naturam diuinam, etsi non a natura, sed ab operatione (vt dictum est) sit impositum. Vnde & Dama. dicit in 1. libr. quod Deus dicitur ab ytim quod est curare & fouere scilicet uniuersa, vel ab atheyn græcè quod est ardere. Est enim Deus consumens ignis omnem maliciam, vel a theaste qđ est considerare omnia, quę cuncta pertinent ad opus diuinæ prouidentiæ. Et hic solus Deus stetit vt notetur perfectio non transitio temporis. Nulla enim creatura stat immutabiliter, sed cõtinuo mouetur de uno ad aliud, etsi nõ tpe saltẽ effectu & cogitatu mouet. Boe. de philosophica cõsolatione ait. Stabilisq, manens dans cuncta moueri. O qui ppetua mundum rõne gubernas. s. Deus Vnde Iob. 4. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis inuenit prauitatem, quia tamen cõ firmati fuerunt in gratia, sicut & sancti cadere non possunt in peccatum, põt dici conditio status eorũ ſm illud Abachuc. 3. Sol & luna stetẽrũt in habitaculo suo. Sol Christus, luna ecclesia triumphantes, cuius tabernaculũ est gloria beatitudinis, ad q inhabitandũ est facta, & hæc militat. Est autẽ beatitudo status oĩum bonorũ aggregatione pfectus. Status autẽ varii sunt q sunt in ecclesia militante, de qbus dictũ est quotidie mutaẽ de vno in aliud, sed ego sto ad ostiũ & pulso. Apoc. 3. in uitans ad nuptias vel cænã, vbi oia bona parata sunt, & ideò aperiendũ est, & cũ eo. stãdũ. §.1. Deus dicitur ꝓpriè.

¶Se-

¶Secundo modo largè ſcilicet umẽdo iſtud nomen Deus, ſic non de uno ſolo dicitur qui habet diuinã naturã, ſed de multis. ſ. de his q̃ aliquid participat de diuina ꝓfectione vltra eſſe. Pro cuius declaratione dicit Tho. in 1. par. q. 13. arti. 9. quòd aliquod nomen poteſt eſſe cõmunicabile dupliciter ſcilicet propriè & per ſimilitudinem. ¶Propriè eſt communicabile, quod ſecundum totam ſignificationem nominis poteſt multis communicari, ſicut nomen Leonis communicatur. Et dicitur propriè de omnibus qui habent communicari, quod eſt communicabile ſecundũ aliquid eorum quæ includuntur in ſignificatione nominis, & ſic hoc nomẽ Leo communicatur etiam his qui non habent naturam Leoninam, & hoc modo Chriſtus modo dicit Leo de tribu Iuda, ſic iſtud nomẽ deus ꝓpriè dicitur de habente totam naturam diuinam, & hic eſt vnus. Per ſimilitudinem verò dicitur de his qui participant de conditionibus eius, non omnibus, ſed perfectioribus quæ excedunt naturam communem, & ſecundum hoc dicuntur. Dij primo Angeli boni & omnes ſancti qui participant gloriam eius, ſecundum illud. Deus Deorum dominus locutus eſt. Deus Deorum, ideſt Dominus Angelorum & ſanctorum. Dicuntur etiam Dii omnes qui participant gratiam eius gratum facientem, ſecũdum illud. Ego dixi Dij eſtis ſcilicet vos omnes qui habetis gratiam eius, quia ut dicitur. 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo vnus ſpiritus eſt cum eod. Tertio dicuntur Dii qui participant poteſtatem eius, & præcipue in ſpiritualibus. Vnde in veteri lege dicitur. Diis nõ detrahes, ideſt ſacerdotibus, exponit Grego. 2 qõ. 1. ſacerdotibus, ſecundum quamlibet acceptionem huiuſmodi ſtetit & ſtat Deus verus in ſyna goga Deorum ſcilicet Angelorum & ſanctorum & bonorum congregatione, non enim ſolitarius ſtat, ſed cum ſanctis & Angelis cũ quibus gaudeat, & quibus bona ſua communicet. Ad quod contemplandum & peramandum Anſelmus ſeipſum excitat in libro prologion dicens. Excita nunc anima mea & erige totum intellectum tuum & cogitam quantum potes quale & quãtum ſit illud bonum. Si enim ſingula bona delectabilia ſunt cogita in te quam delectabile ſit illud bonum quod continet iocunditatem omnium bonorum & non quale in rebus creatis ſumus experti, ſed tanto differente quanto differt creator a creatura, qui hoc bono fruetur quid illi erit? certe quicquid uoluerit, & quicquid nollet non erit. Quid ergo per multa vagaris homuntio quęrendo bona animæ tuæ, & corporis tui, ama vnũ bonũ in quo ſunt omnia bona & ſufficit. Quid enim amas, caro mea, quid deſideras ibi eſt quicquid amas, quicquid deſideras, ſi delectat pulchritudo, fulgebunt iuſti ſicut ſol. Si velocitas aut fortitudo, aut libertas corporis cui nihil obſiſtere poſſit, erunt ſimiles Angelis Dei. Si longa & ſalubris vita, ibi eſt ſana ęternitas & æterna ſanitas. Si ſatietas, ſatiabuntur cùm apparuerit gloria domini. Si ebrietas, inebriabuntur ab ubertate domus Dei. Si melodia ibi Angelorum Chori concinnunt. Si ſapientia ipſa Dei ſapiẽtia oſtẽdit eis ſeipſam. Si amicitia, diligent deum plus quam ſeipſos & inuicem tanquam ſeipſos, quia illi illum & ſe inuicem per illum, & ille ſe, & illos per ſeipſum. Si poteſtas omnipotentes erũt ſuæ uoluntatis ut & Deus ſuę. Nam ſicut poterit Deus quod volet per ſeipſum poterunt ita illi quod volent per illum. Si honor & diuinę Deus ſeruos bonos & fideles ſupra multa conſtituit, hæredes quidem Dei cohęredes autem Chriſti. Si vera ſecuritas, certi erunt nunquam nullatenus iſta uel potius iſtud bonum ſibi defuturum.

Nomen eſt cõicabile.

Nota q̃ ſummũ bonum ſit deus.

¶Tertio modo dicitur Deus falſa opinione, Gal. 4. His qui natura non ſunt Dii ſeruiebatis (ait Apoſtolus) loquens gentibus conuerſis ad fidem, & alubi. Et ſi ſunt dii multi ſcilicet falſa opinione, & domini multi, nobis non eſt niſi unus deus ſcilicet uerus. Vbi ſciẽdum quod tria genera falſarũ Deorum adorabant gentiles. Aliqui dæmones in ſtatuis, vel arrepticiis loquentes, iuxta illud pſal. 95. Dii gentium dæmonia, & de talibus fuit deus Socratis qui ei loquebatur. Aliqui adorabãt aliquos homines propter aliquam induſtriã vel potentiam præ cæteris vel nimium amorem ad eos, ut Herculem propter fortitudinem. Iouem propter potentiam dominii qui expulit patrem Saturnum de regno. Mercurium propter ſapientiam uel eloquentiam. Eſculapium qui inuenit medicinam & huiuſmodi. Sed hos & alios, ut Saturnum. Martem. Venerem Caſtorem & Pollucem. Liberum. Romulum cum reliquis declarat Lactantius fuiſſe mortales quinimmo & libidinoſos adulteros incæſtuoſos. Sodomitas, & præcipue Iouem quem dicebant ſummum Deorum, falſiſſima ergo erat opinio quod eſſent Dii Roma. 1. Commutauerunt gloriã incorruptibilis Dei in gloriam corruptibilis hominis. Aliqui adorabant ut Deum creatu-

§. 3.

Tria genera falſorum Deorũ.

ras irrationales propter pulchritudinem vel aliquam virtutem, de quibus dicitur Sap. Ali qui elementa, vt Chaldei ignem. Aliqui animalia, vt Egyptii bouem & huiusmodi. De Diis gentium sic ait idem Lactantius. lib. 1. Illos quos imperiti, & insipientes tanquam Deos & nuncupant & adorant, nemo est tam inconsideratus qui non intelligat fuisse mortales, quomodo ergo Dñi inquiet aliquis creditisunt, nimirum quia reges maximi & potentissimi fuerunt ob merita virtutum suarum aut munerum, aut artium repertarum cum chari fuissent his quibus imperauerant in memoriam sunt consecrati, quid si quis dubitet, res eorum gestas & facta consideret quæ uniuersa tam poetæ quam historici uete res prouidere. Et declarat diffusè, quomodo tales habiti pro Diis fuerunt scelerati homines referens scelera eorum, vt Herculis Esculapii Apollinis Castoris & Pollucis Mercurii Liberi Iouis, quem maxime vituperat præ aliis, quia patrem Saturnum a regno expulit, vt supra adulteria & sodomiam perpetrauit, & istæ scelestissimus summus Deorũ dicebatur ab illis idolatris, sed quid dicit psal. 81. In medio autem Deos diiudicat, id est discernis falsos a ueris & malos a bonis, & hoc in medio dilectionis, quæ est medium vniens creaturam cum creatore, diiudicat, ergo & separat dęmones falsos Deos a beatis Angelis veris Diis, sed participatione prauos homines. Iouem & alios a bonis per gratiam & alias creaturas & hoc in medio, quia scilicet Angelos & bonos homines qui habuerũt charitatem collocat in gloria, falsos Deos dęmones & homines malos cõdemnat ad ignẽ. Ergo ex quo per medium hoc, scilicet dilectionis peruenitur ad participationem gloriæ, vbi sunt omnia vera bona. Quanta ibi fœlicitas ait Augustin. in ult. cap. de ciuitate Dei, ubi nullum bonum latebit, nullum malum aderit. Erit Deus omnia in omnibus vacabiũ laudibus Dei secundum illud psal. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, in sęcula sęculorum laudabunt te. ¶ De statu igitur comprehensorum tractando. Primo videndũ est de ipso Deo vno & trino, qui est obiectum, & causa beatitudinis. Secundo de bonis quæ habentur in tali statu gloriæ, quia non temporalia, sed permanentia, & de dotibus animæ. Tertio de dotibus corporum & aureol. Quarto de Christo per quem habentur ista bona, vt capite ecclesiæ etiam triumphantis. Quinto de variis statibus ecclesiæ triumphantis, & primo de virgine Maria, secũdo de Angelis, tertio de patriarchis & prophetis & Ioanne Bapt. quarto de apostolis, quinto de martyribus, sexto de doctoribus & confessoribus septimo de virginibus, octauo de omnibus cõprehensoribus.

Diuisio illi tul.

¶ *De ipso Deo trino & uno.* *Cap.* 2.

VIderunt ingressus tuos Deus ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto. ps. 67. In his verbis innuit propheta tria maxime consideranda. Primum præmium perfectum humanæ fœlicitatis, ibi viderunt. Secundum effectum summæ deitatis. ibi. ingressus tuos Deus. Tertium secretum trinæ personalitatis. ibi. Dei mei. regis mei.

¶ Quantum ad primum viderunt, scilicet homines quæ sequuntur, & visio est tota merces, visio per fidem formatam est merces meriti, ideſt meritum cui debetur merces, & visio per speciem est merces præmii. Videmus nunc per speculum, scilicet fidei, & quia imperfecta est ista visio, & imperfecta fœlicitas in via, tunc autem facie ad faciem, ideſt clare & per essentiam, & ideò perfecta fęlicitas. Io. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christũ. Omnes qui conuersati sunt recte sub diuersis statibus & officiis in militanti ecclesia viderunt per fidem, & postea viderunt & videbunt in ecclesia triumphanti sub diuersis statibus seu gradibus gloriæ, & vnitatem deitatis quæ notatur, dum in singulari dicitur o Deus, & varietatẽ operositatis eo, quia ingressus tuos. Ingressus est. n. Deus in mundũ maiorẽ per creationẽ & gubernationẽ. Ingressus est in mundum minorem, ideſt in virginem per incarnationem. Ingressus est in mundum peccatorem, scilicet per sanctificationem quę est per gratiam & gloriam. Istæ enim ingressus in Deo non importat motum localem, & progressiuum, sed operationem nouam, ita quòd nouitas est in creatura creata de nouo vel humanitate a verbo assumpta vel anima peccatoris sanctificata, quod prius non erat in creatore. Viderũt & mysteriũ trinitatis seu trinitatẽ personarũ quæ notat ibi. Ingressus Dei mei, scilicet patris, cui congruit creatio ratione potẽtiæ. Ingressus regis mei, scilicet filii qui est Rex regum, cui congruit incarnatio ratione sapiẽtiæ. Ingressus eius Dei qui est in sancto, scilicet spiritu, cui appropriatur sanctificatio ratione clemẽtiæ & benignitatis beniuolẽtiæ. Et quia ipsæ Deus trinitas est obiectum fęlicitatis seu nostra beatitudo obiectiua omissis aliis aliqua breuiter dicenda ad

§. 1.

ostẽ-

ostendendum magnitudinem ipsius Dei trini in persona, vt videntes immensitatem bonitatis eius summa dilectione reuerentia, & deuotione seruiamus ei. ¶Et quia testimonium inimicorum validissimũ est, prius aliqua quæ Ethnici dixerunt Deum describẽdo referemus. Empedocles dixit. Deus est sphera intelligibilis, cuius centrum vbique, circũferentia nusquam. Plato verò ait. Dico auctorem omnium naturarum, lumen omnium rationum, finem omnium actionum, sine quo nulla natura subsistit, nulla ratio intelligit, nulla actio expedit. Didimus ad Alexan. magnum. Verbum Deus hoc mundum creauit, hoc regit atque alit omnia, hoc diligimus ex hoc spiritum trahimus siquidẽ spiritus Deus & meus est, & ideò non terreni diuitiis, sed religionis opibus gratiarum actione placatur. Secundus philosophus ait. Deus est immortalis mens inconceptibilis celsitudo, forma multiformis, incogitabilis inquisitio, insopitus oculus, omnia continens, lux bonum hic vtique corpore non eget, vt sit nec loco, vt alicubi, nec tempore vt aliquando, nec causa vt alia, nec forma vt aliquid, nec aliquo genere subiecti in quo consistat uel cui assistat. Denique mutari omnino non potest, nec potest augeri, quia immensus est, nec minui, quia vnus est, nec loco mutari, quia ubique est, nec tempore, quia æternus est, nec cogitatione, quia sapientissimus est, nec affectu, q̃a optimus est. Lactantius in 1. lib. insti. ait. Vnum Deum esse ueritatis ipsius tanta est uis, vt nemo potest esse tã cęcus quin videat ingerentem se oculis diuinam claritatẽ. Orpheus qui est vetustissimus poetarum Deum verum & magnum primogenitum appellat, eo quòd ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sunt cuncta generata. Eundem etiã phanes uocat, quod cum adhuc nihil esset primus ex infinito apparuerit & extiterit, cuius originem atque naturam, quia cõcipere omnino non poterat, ex aere immenso natum dixit esse. Homerus nihil dare nobis potuit quod pertineat ad ueritatem. Nostrorum primus Maro non longe fuit a veritate eius de summo Deo quem mentem & spiritum nominauit, hæc verba sunt. Principio cœlum atq; terram camposque liquẽtes. Lucẽtenque globũ lunæ Titaniaque astra. Spiritus intus alit, totamque infusa per artus. Mens agitat molẽ, & magno se corpore miscet. At ne quis forte ignoret quisnam esset ille spiritus qui tantũ haberet potestatis declarauit alio loco dicẽs. Deum nanque ire per omnes. Terras tractusque maris cœlumque profundum. Hinc pecudes armenta viros genus omne ferarum. Ouidius quoque in principio præclari operis, sine vlla nominis dissimulatione a Deo quem fabricatorem mundi, quem rerum opifice vocat mundum fatetur instructum. Sed hactenus de poetis ad philosophos veniamus, quorũ grauior est auctoritas certiusque iudicium. Thales Milesius qui vnus ex septẽ sapientum numero fuit quique primus omnium quæsisse de causis naturalibus traditur. Aquam esse dixit, ex qua nata sunt omnia. Deum autem esse mentem, qui ex aqua cuncta formauerit. Pythagoras ita diffiniuit. Quid esse Deus animus per vniuersas mundi partes omnemque naturam commeans atque diffusus, ex quo omnia quæ nascuntur animalia initia capiunt. Anaxagoras Deum esse dixit infinitam mentem quæ per seipsam moueatur. Antistenes multos quidẽ esse populares Deos, vnum tamen esse naturalem, idest totius summe artificem. Chrysippus naturalem vim diuina ratione præditam interdum diuinam necessitatẽ nuncupauit Deũ. Ienon naturalem diuinamque legem. Horũ omnium sententia quamuis sit incerta, eodẽ tamẽ spectat, vt prouidentiam vnam esse cõsentiat, siue enim natura, siue ether, siue rõ, siue mens, siue fatalis necessitas, siue diuina lex, siue quid aliud diceris, idem est quod a nobis dicitur Deus. Aristoteles quamuis secum ipsæ dissideat ac repugnantia sibi & dicat & sentiat, in summum tamen vnam mentem mundo præesse testatur. Plato qui omnium sapientissimus iudicatur monarchiam plane perfecteque defendit, nec ethera aut rationem aut naturam, sed vt est Deum nominat ab eo mundum hoc perfectum atque mirabilem fabricatum, quem Cicero imitatus atque secutus in plurimis Deum frequenter confitetur ac supremum vocat, quem in his libris quos de legibus scripsit, ab eoque regi mundum argumentatur cum disputat de natura Deorum, hoc modo nihil præstantius est Deo, ab eo igitur regi mundum necesse est, nulli igitur naturæ est obediens aut subiectus, Deus ergo omnem regit ipsæ naturam. Quid autem si Deus. Boe. in lib. de conso. diffinit. Nec vero Deus qui intelligitur a nobis alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quidam & libera segregata ab omni concretione mortali omnia sentiens & mouens ante cuũ. Anneus quoq; Seneca q̃ ex Romanis Acerrimus Stoicus fuit sępenumero summũ Deũ merita laude ꝓsequit. Nã in exhortationibus

Deus quid est sm philosophos.

Virg. in 6. Aenei

Geor. 4.

nibus ait. Hic cum prima fundamẽta molis pulcherrimæ iaceret, & hoc ordine quo neque maius quicquam natura nec melius ut omnia sub ducibus suis irent, quamuis ipsę per totum corpus intenderet tamen ministros regni sui deos genuit, & quam multa alia de Deo nostris similia locutus est. Hæc omnia Lactantius deos appellat angelos genitos id est creatos a Deo, Sybillas idẽ ponit fuisse 10. diuersis temporibus & in diuersis locis. Et omnes hæ Sybillę vnum Deum prædicant, maxime Erythrea quæ celebrior inter cæteras & nobilior habetur, vnde Deus inquit vna ex eis, isque amplissimis increatus. Alia Deus vnus solus eminentissimus q̃ fecit cælum atque solem, stellas, & lunam frugiferamque terram & tumores aquæ ponti. Alia Sybilla ipsum qui est solus colite principem creatorem mundi, qui solus est in sæculum & a sæculo fecit. Auicenna ethnicus etiam in metaphisica sua tractatu 8. sic ait. Manifestum est quod primus non habet genus nec quidditatem nec qualitatẽ nec quãtitatem, nec vbi, nec qñ nec simile sibi, nec contrarium, qui est altissimus & gloriosus. eo quod non habet diffinitionem, & quod non potest fieri demonstratio de omni quod est, immo sunt signa de eo manifesta. Cum autem designatur eius certitudo, ratio non designatur nisi proprie loquendo per negationem consimilium ab ipso, & per affirmationem relationum ad ipsum, quia omne qđ est ab ipso est, & non est communicare ei qđ est ab ipso. Ipsæ verò est omne quod est, & tamen non est aliquid ex his. Hæc ille.

§. 2. ¶ Descendamus ad nostros & de sacra scriptura non oportet multa ponere, quia tota plena est attestatione unius deitatis & trinitatis & perfectionum eius, solum vnum ponamus. Ipsæ Moysi apparens in rubo ardenti ait. Ego sum qui sum hoc nomen meum inæternum, vbi Hiero. Omnis creatura non esse dici potest quia mutabilis est, & sic ratio est, quod prius erat cum sit mutata, saltem cogitatu vel affectu, Deus autem tãtum est, quia immutabilis omnino est. Ipsę est (ut ait Diony.) Arcanum bonum rationi omni supereſſentiale, vnitas, vnifica, omnis vnitatis supereſſentialis essentia, intellectus, inuisibilis, inscrutabilis. Ipsæ est (ut ait Greg. Nazã.) cuius eẽ rotũ est insuperabile, quoddã sine fine subsistãtiæ pelagus nullus interminis limitibusq̃, circundatus oẽm sensum, oẽm naturam, omne tẽpus supergrediens. Ipsę est (ut ait Aug.) Quẽ amat omne q̃ amare pót sine sciens siue nescius. Ipsæ est quẽ nemo amittit nisi deceptũ, quẽ nemo quærit nisi admonitus, quẽ nemo inuenit nisi purgatus. Ipsæ est cui nos fides excitat spes exigit, charitas iungit. Ipsæ est p quẽ oia sine eo nihil essent, sed tẽdunt ad esse. Ipsæ est (ut ait Bern.) quo ad vniuersum spectat finis quoad delectationem salus, quo ad se ipsę nouit. Ipsæ est non minus peruersorum pœna quam humilium gloria. Est est rationabilis quædam æquitatis directio, inconuertibilis atq̃, indeclinabilis quippe attingens vbiq; cui illisa omnis iniquitas conturbetur necesse est. Ipsæ est longitudo propter æternitatem interminabilem latitudo propter charitatem immensurabilem, sublimitas pp maiestatẽ inattingibilem profundũ pp sciẽtiam inscrutabilẽ. Hæc secundũ Apostolũ sancti cõprehendunt. Inno. 3. in cõcilio generali inquit. Firmiter credimus & simpliciter confitemur, q̃ vnus est solus Deus, verus, æternus, immẽsus, incõmutabilis, incõprahẽsibilis, omnipotens, & ineffabilis, pater, filius, & spiritus sanctus, de sum. tri. & fi. catho. in prin. Itaq, dicere de Deo secundum substantiã quid est impossibile est. Vnde & Damas. dicit q̃ de Deo scire possumus, quia est, sed nõ quid est, meliusq, inno tesci pót ab oium rerũ ablatione, propterea dicit etiã Diony. q̃ affirmationes in diuinis sunt incompactę, negationes verę. Dicere. n. de Deo q̃ sit bonus, sapiens, misericos, impropria locutio est, quia has qualitates prædicamus de aliquo pro vt intelligimus. Intelligimus aũt ista esse accedentia subiecto in quo sunt, sed in Deo nullũ est accidens, sed sapiẽtia & bonitas sunt essentia sua, sed cũ negamus Deũ esse corpus vel visibile aut mutabile & hmõi, ista vera & propria sunt. Ita autẽ Deus est unus in essentia & trinus in personis, unus est, ne differentia contrarietatẽ contrarietas pugnã pugna corruptionẽ inducat. Trinus aũt ne solitudo aut singularitas eum uel minus potentẽ vel minus bonũ, vel etiã minus fæhcem ostendat. Pater nãq, fontalis oium bonitas, quia voluit & potuit filiũ dilectum genuit cui beatitudinis suæ delitias pleniſſimẽ cõmunicauit, nõ enim inopidando subuenit sed ipsam copiã genuit, non quidem materialiter, vt homo hominẽ genuit (blasphemũ est enim talis in Deo cogitare) sed sicut sol generat radiũ, & mens hominis eructat seu generat uerbũ. Si ergo (ait Deus Esa. ulti.) Qui aliis generationem tribuo sterilis permanebo? q. d. non. Filium enim mihi consubstantialẽ & coæqualem & coæternũ

gene-

generabo, sicut splendor solis coeternus esset soli si sol esset æternus, sed generationē eius quis enarrabit? Esa. 53. certe nullus in præsenti scilicet quoad mundū hic Dei filius est. Et dicitur sapientia, ueritas, verbum, figura, & splendor patris, eius imago perfectissima per quam ipsæ secretissimus dignis animis in notescit, per hunc etiam omnia facit nō qua si per organum mysteriale, sed naturali & subsistente naturæ & virtute, sicut ignis lucet eo q̄ ex eo prouenit lumē. Ne autē immoderata eēt generatio filius nō genuit, sed ab utroque p̄cedit spiritussanctus vt ambo se mutuo diligētes tertiū conciculū haberent, cui charitatis, suæ delitias omnino communicarent, in quo etiā vel per quem creaturæ rationales pro modulo suæ capacitatis eisdem participarēt, ipsæ enim spiritussanctus amor est patris in filium & filii in patrem vtrunque coniungens nosque subiungens. Nec amor istę est talis qualis est noster, sicut nec verbum Dei est sicut nostrum verbum accidens, incipiens & deficiens, sed amor persona subsistēs nec principium habens nec finem, sed ęternus. Quoniam ergo ad summum bonū pertinet summa perfectio & summa iocunditas filius a patre procedit per modū generationis, quę est emanatio perfectissima & spiritussanctus ab vtroque per modum liberalitatis, hæc iocundissima atque grauissima, nihil enim iocundius quā diligere & diligi, simulque delitiis frui communibus nec ullius boni possessio iocunda sine socio. Primum & p̄cipuum liberalitatis donum in quo & cætera cūcta donātur est amor. Est autem spiritussanctus æqualis utrique, quia a summa liberalitate oportuit summum donū procedere, unde & summum bonum est. Est autem Deus, quia donū intrinsecum est. Non potest autem aliqua ratione demonstrari mysterium trinitatis, etsi demōstretur vnitas diuinæ essentiæ. Exēplū etiam trinitatis unius substantię nullum in creatura satis expræssum inuenitur, in igne tamen maxime apparuisse legitur, quia in eo simul tria consistunt scilicet ignis, splendor, & calor, & unum lumen sunt, quæ cum inseparabiliter operentur, igni tamen attribuitur ustio, splendori illuminatio, calori calefactio, sic autē tota trinitas sui perfectione ęqualis est ut exceptis proprietatibus personalibus scilicet gignere, nasci, procedere, & huiusmodi, quicquid de vna persona dicitur dignē de tribus intelligitur, vt creare, iustificare, illuminare, saluare & huiusmodi sapientia, potentia, bonitas, & huiusmodi. Notiones autem personarū sunt paternitas, filiatio & processio adduntur & aliæ duę scilicet innascibilitas & communis spiratio. Hęc autem quę de misterio sanctæ trinitatis uerissimè dicta sunt nulla efficaci ratione demonstrari possunt vel aliqua propria similitudine declarari, sed necessario credi debent, quia in hoc meritum fidei consistit, & inquisitio per rationē ad temeritatem pertinet. Vnde Bern. Trinitatem in vnitate inuestigare temeritas est credere pietas est, nosse vita æterna est. Non autem solum utiliter hoc creditur, sed & valde rationabiliter non leuiter. Vnde in libro de tri. Ricar. ait. Vtrum attenderent Iudęi utinam aduerterent pagani cū quanta scientiæ seueritate (aliàs serenitate) pro hac parte ad iudicium diuinum poterimus accedere nonne cum omni confidentia Deo dicere poterimus, domine si error est, scilicet in hac nostra credulitate a teipso decepti sumus, nā ista tanus signis & prodigiis confirmata sunt & talibus quę non nisi per te fieri possunt. Et certe a summiæ sanctitatis uiris sunt nobis tradita cum summa & auctētica attestatione probata teipso cooperante & sermonē confirmante sequentibus signis. Hęc ille. ¶Quod autem ipsa trinitas unus, Deus creauerit omnia & habeat prouidentiā de omnibus etiam de utilissimis rebus, maximè de regibus hominum patet per Augu. de ciui. Dei lib. 7. Deus summus & uerus cum verbo suo & spiritussancto, quæ tria unū sunt Deus unus omnipotens creator & factor omnis animæ atque omnis corporis cuius sunt participatione fælices omnes qui sunt in ueritate non in vanitate fælicis. Qui fecit hominem rationale animal ex anima & corpore. Qui eum peccantem nec impunitū esse permisit, nec sine misericordia eū dereliquit, q̄ bonis & malis etiam essentiam cum lapidibus, uitam seminalem cū arboribus, uitam sensualem cum pecoribus, uitam intellectualem cum solis Angelis dedit, a quo est omnis spes & omnis ordo, a quo est mensura, numerus & pondus, a quo est quicquid naturaliter est, cuiusque generis est cuiusque æstimationis est, a quo sunt semina formarum & formę seminum, motus seminū atque formarum, qui dedit & carni originē & pulchritudinem ualitudinem, propagationis fæcunditatem, membrorum dispositionē, salutem concordię. Qui & animę rationali dedit sensum, memoriam, & appetitum, rōnali insuper mentem intelligentiā & voluntem, qui non solum cœlum & terram nec

solum

solum Angelum & hominem, sed nec exigui & contemptibilis animalis viscera, nec herbę flosculum, nec arboris folium siue suarum partium &c. hæc ille. ¶ Quod Deus stetit & stat quinque modis.

§. 3. ¶ Sciēdum etiam quòd Deus stetit & stat seu existit in rebus quinque modis secundū Vin. 1. lib. speculi historial. scilicet per naturam, per gratiam, per gloriam, per vnionem, & per loci circumscriptionem. Et per naturam tripliciter, scilicet potentialiter præsidendo, præsentialiter cognoscēdo, essentialiter substentādo, & sic in omnibus per gratiam existit tripliciter, scilicet inhabitatione, vt in iustis hominibus, Apostolus ad Ephe. 3. c. habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Efficacia, vt in sacramentis. Mysterio, vt in colūba super Christum apparente. ¶ Per gloriam tripliciter existit in beatis, scilicet in ui ratio nabili in quantum est veritas per cognitionē, in concupiscibili inquantum est bonitas per delectationem, in irascibili inquantum est potestas & maiestas per reuerētiam. Per vnionem tripliciter inest, scilicet per humanā naturam in Christo ad carnem tm̄, vt in sepulchro ad animam tantum: vt in inferno. Per loci circumscriptionem siue corporalem præsentiam tripliciter, scilicet in vtero virginis per conceptionem, in mundo per eruditionē, in cœlo per dextræ patris confessionem. Est ergo Deus in omnibus non partialiter diuisus, sed vbique totus intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus, super omnia non elatus, infra omnia non depræssus, secundum Greg. in moralibus.

¶ De *beatitudine hominis, scilicet in quo consistat.* *Cap.* 3.

NOtandum secundum Pet. de Pal. in 4. distin. 49. ar. 8. quòd cum beatitudo nominet bonum perfectum illius qui dicitur beatus, sicut aliquid dicitur bonū alicui dupliciter dicitur, sic beatitudo alicuius dicitur dupliciter. Dicitur enim bonum alicuius dupliciter. Vno modo extrinsecè solum per modum agentis vel obiecti, sicut ignis dicitur bonus frigescenti per modum agentis vel efficientis, quia scilicet causat calorem in eo qui est sibi bonus formalis, & viror est oculo bonus per modum obiecti. Alio modo dicitur bonū aliquid alicui formaliter & intrinsecè, sicut sanitas est bonum homini, quo ad corpus, & scientiæ & virtutes sunt bona animæ quam perficiunt formaliter. Similiter beatitudo hominis dicitur dupliciter. Vno modo illud quod beatificat hominem solum extrinsecè per modum agentis vel obiecti. Alio modo illud quod beatificat hominem formaliter & intrinsecè tanquam perfectio sibi inhęrens. Comparando autem has duas beatitudines adinuicem magis propriè dicitur beatitudo hominis secunda, scilicet illud, quòd beatificat hominem, scilicet formaliter & intrinsecè quam illud, quod beatificat hominē solum extrinsecè. Huius ratio est, quia illud magis dicitur beatitudo nostra quo magis propriè dicimur beati, sed per illud quod formaliter nos beatificat magis propriè dicimur beati quam per quodcunque extrinsecum. Denominatio enim formalis semper est magis propria quam quæcunque alia, quia in eo quod sic nominatur est verè & propriè res nominis, sicut animal propriissimè dicitur sanum, quia in eo est sanitas a qua denominatur sanum non ita propria dicitur medicina sana, nec animal dicitur sanū ratione medicinæ, sed homo denominatur beatus formali denominatione a beatitudine quæ est perfectio in eo existens: ab obiectio autem & ab efficiente non dicitur formali denominatione beatus, quia beatitudo quæ est obiectum vel causa agens non est in nomine, sed est denominatio solum extrinseca, ergo &c. Item quia illud propriè dicitur nostrum qđ est nobis magis vnitum, sed beatitudo quæ est in nobis formaliter & intrinsecè est nobis magis vnita quam beatitudo quæ solum habet se ad nos extrinsecè & obiectiuè, quia illa non attingitur a nobis nisi mediante beatitudine formali, ergo illa formalis & intrinseca est magis beatitudo nostra, & secundum ea magis dicimur beati quamuis tamen illa formalis magis dicatur beatitudo nostra quā obiectiua quæ Deus est, tamen absolutè loquendo magis illa obiectiua est, & dicitur beatitudo, quia Deus obiectum nostræ beatitudinis est magis propriè & uerè beatitudo quā beatitudo nostra illa formalis intrinseca. ¶ Secundo sciendum secundum Pet. ubi supra qđ beatitudo formalis & subiectiua essentialiter dicta non consistit in aliqua perfectione corporali, & ratio huius est, quia de ratione huius beatitudinis sic acceptæ est quòd ipsa sit optima perfectio hominis ad quem omnes ille perfectiones ordinantur, sicut ad finem, sic enim nomine beatitudinis uel fœlicitatis omnes utuntur tam philosophi quam theologi. Dicit enim philosophus. 1. ethi. quod fœlicitas est omnium operatorum summū bonum,

Beatitudo hominis.

Beatitudo formalis.

num, & infra dicit, ꝙ ipſam volumus ꝓpter ſe, alia autem propter ipſam. Ex quo poteſt ſic argui, illa perfectio quæ non eſt ſummè bona, nec propter ſe volita, ſed propter aliam meliorem non poteſt habere rationē beatitudinis: ſed omnis perfectio corporalis eſt huiuſmodi, ergo &c. Maior declarata eſt, ſed minor probatur, quia ſicut ſe habet corpus ad animam, ſic ſe habent perfectiones corporis ad perfectiones animæ, quia ſicut ſe habent perfectibilia ad inuicem ſic ſe habent perfectiones eorum, ſed corpus eſt propter animā & naturaliter ipſa materia propter formam tanquam propter aliquid melius, & hoc fuit minor, & ſic patet cōcluſio. Et per idem patet quòd animæ perfectiones quantum ad partē ſenſitiuam, quæ eſt totius coniuncti, non poſſunt habere rationem beatitudinis, quia ſicut ſe habet ſenſus ad intellectum, ſic ſe habet perfectio ſenſitiuæ partis appetitus correſpōdentis ad perfectionem intellectus & voluntatis, ſed in homine ſenſus eſt propter intellectum tanquam propter aliquid melius & nobilius, ergo perfectiones ſenſitiuæ partis ſunt propter perfectiones intellectiuas, tanquam propter nobiliores & meliores, ergo in eis nō poteſt conſiſtere beatitudo hominis. Ex quo ſequitur quòd cum pars intellectiua, prout diſtinguitur contra ſenſitiuam includat intellectum & nobilitatem quibus nihil nobilius eſt in homine, quòd beatitudo conſiſtat in optima perfectione intellectus vel voluntatis vel vtriuſque ſimul.

§. 1. ¶ Ad beatitudinem autē pertinet dos aureola & fructus, quæ quidem ſecundum Pet. ubi ſupra non educuntur de aliqua potentia naturali, quia darent eſſe naturale, nec ſunt ab agente naturali. Viſio ergo beatifica & omnis forma ſuper naturalis accidentalis præexiſtit in potentia paſſiua ſubiecti, quia poteſt eſſe ſine vllo miraculo. Item educitur per conſequens de illa potentia non naturali: ſed obediētiali & præexiſtit in potentia ſuper naturali non naturali. ¶ De dotibus ſciendum

Dos eſt. primo quid ſit dos, vnde dicatur & cui conueniat. Eſt autem dos perpetuus ornatus animæ & corporis iugiter in æterna beatitudine perſeuerans. Datur autem in humana conuerſatione dos a patre filiæ ſuæ deſponſatæ. Vnde cum Chriſtus ſit ſponſus animæ, trinitas autem ſit pater animæ, ideò ſicut a patre datur ei ſcilicet animæ, vt ſit digna ſponſo. non quidem ad utilitatem ſponſi, vt in matrimonio naturali: ſed ad vtilitatem dotalem ſponſæ & honorem ſponſi, non autem conuenit dos Chriſto ſecundum nomen, quia eſt ſponſus & non ſponſa, ſed perfectio dotis ſibi excellētius conuenit ſcilicet viſio, fruitio, & huiuſmodi, quantum ad humanitatem, nec Angelo conuenit ſecundum nomen: quia non eſt ſponſa ſecundum naturam ſpeciei, ſed perfectio dotium ſpiritualium, ideſt animæ bene conuenit, vt viſio & huiuſmodi, ſed largè ſicut Chriſtus dicitur caput Angelorum, ſic dicitur ſponſus eccleſiæ triumphantis. Idē Pe. vt ſupra. ¶ De dotibus animæ cummunis aſſignatio eſt, quia dotes animæ ſunt tres. Prima eſt viſio, ideſt lumen gloriæ cōfortans ad videndum. Secunda dilectio vel fruitio, ideſt charitas perfecta. Tertia eſt compræhenſio ſeu tentio. Hæc reſpondent tribus uirtutibus theologicis, niſi quòd compræhenſio ſiue tentio non dicit alium habitum ſicut ſpecies, ſed conditionem perpetuitatis. Item tribus partibus imaginis. ¶ Item tribus viribus animæ. Alia aſſignatio eſt magis propria, vt videtur quæ eſt quòd ſunt hæ tres, viſio, dilectio, & fruitio quia compræhenſio ſiue tentio eſt cōmunis his tribus, hæc tria diſtincta ſunt re vel ratione ſpecifica. Sed de paraphernalibus quæ ſunt bona iuxta dotem data ſecundum hanc parabolam, videtur beatorum, ſunt alia dona minus præcipua ſiue ſint aureolæ, ſiue fructus ſeu quæcunque alia, vt laus ſufficientia & multa huiuſmodi. De dotibus autē corporalibus infra dicetur. Prædictæ tres dotes animæ poſſunt notari ex verbis. pſal. 35. dicentis. Inebriabuntur, ſcilicet ſancti tui ab vbertate domus tuæ, ſcilicet gloriæ ſupernę & torrente voluptatis tuæ probabis eos, quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Ebrietas enim dilectionem notat ſanctorum. Vnde Hierony. dicit de virgine Maria, quòd erat in ea ardor continuus, & ebrietas pfuſi amoris, ſcilicet Dei, ſicut enim ebrietas trahit hominem extra ſe, ita diuinus amor extaſim facit. Inquit Diony. Non ſinent ſe ſui amatores. Inebriabuntur, ergo beati dilectione, & hoc ab abundantia bonorum quæ ſunt in domo gloriæ quæ a Deo ꝓcedunt. Dilectio, fruitio, ſeu delectatio, notatur in potu voluptatis, quæ delectatio a Deo eſt, quia tuæ, & ideò vera & permanens. Vnde Bern. Illud eſt verum gaudium quod non de creatura, ſed de creatore concipitur, quod cum perceperis nemo tollet a te, cuius comparatione omne pulchrum fœdum, omne dulce amarum, omne quod poteſt delectare moleſtū. Gaudium enim delectatio eſt in creatura rationali. Hæc delectatio ſeu gaudiū

De tribus dotibus.

abun-

abundans est, & ideo dicitur torrente non calice uel ciatho. ex omni enim parte gaudio circundatur multiplici. Vnde dicitur Matth. 24. Intra in gaudium domini tui, vt vndique eo circundetur superiori videndo Deum, & ex inferiori videndo infernum quem euasit. ps. 57. Letabitur iustus cum viderit vindictam, idest punitionem reproborum, a dextris vidē do iocundam beatorum societatem a sinistris in cunctis elementis, & cœlis nouam venustatem, intra bonorum operum meritum præmiatum, extra corpus glorificatum. Erit. n. facilis, & ideò dicitur potus, facillimè enim ibi potus sumitur ad delectationes in mundo siue temporales, siue spirituales peruenit quis cum magno labore frequenter siquis vult delectari in cibis satis laborat in quærendo, in coquendo, in comedendo. Si quærit delectari spiritualiter quod fit ex operibus virtuosis & contemplatione & oratione, & huiusmodi, vtique prius oportet laborare, sed sine ali quo labore beati habent continuū gladium, quod vtique ibi est continuum cum satietate, simul & cum auiditate. psal. 16. Satiabor cū apparuerit gloria tua, & sic tollitur anxietas, & hoc ne credatur hoc esse cum fastidio, sicut hic accidit, quia satur fastidit cibum uel potum, ut dicitur. Eccles. 24. Qui bibunt me adhuc sitient. Et Petrus in canonica sua in quem desiderant Angeli prospicere. Vnde autem inebrientur sancti, & potentur fruitione ostendit subdens, quoniam apud te est fons vite, vnde scilicet hauriunt Eccl. 1. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, quod Ioan. dicit esse apud Deum patrem, s. & quod factum est in ipso uita erat, & uita erat lux hominum. Ab ipso legitur fonte vitæ, & luminis illuminantur, vnde subdit. In lumine tuo videbimus lumen, in lumine, scilicet gloriæ sancti vident lumen diuinitatis, vnde uisio est tota merces fundamentaliter, scilicet & ut refert Aug. de ciui. Dei. Visio illa est tantæ pulchritudinis tantoque amore dignissima, vt Plotinus philosophus sine hac quibus libet & quātislibet bonis præditam animā existimet infelicissimam. Ex hac igitur visione inebriantur dilectione, quia bonum non amatur, nisi visum, idest cognitum seu repręsentatum per intellectum, & tanto magis quanto magis cognoscitur, & quia clarè summum bonum cognoscitur ideò inebriantur sancti amore. Et quia secundum Augu. Nil dulcius charitate quę vnit dilectum cum diligente, & præcipue perfecti ssime in patria, ideò sequitur voluptas fruitionis, & hic est vltimus finis creaturæ rationalis, scilicet beatitudo quæ comprehenditur in his tribus dotibus. Vnde dicit magister in 2. sen. distin. 1. Fecit Deus rationalem creaturam, vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur, possessio autem videtur pertinere ad tentionem, secundum Alber.

¶ De *prima dote, s. de uisione Dei.* Cap. 4.

DE visione Dei, vbi sciēdum primo quòd Deus in præsenti videri nō potest ex puris naturalibus, nisi tantum, quia est, quomodo viderunt philosophi demonstrantes per rationes naturales Deum esse secundum illud Rom. 1. Inuisibilia Dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius & diuinitas, & quod notum est Deo manifestum est illis: sed & per lumen gratiæ & fidei additum lumini naturali, non potest etiam videri qd est, sed solum quòd est. Certius tamen assentitur his quæ de Deo monstrari possunt per lumen fidei quàm per lumen naturale & vtilius, quia ex primo non est meritum, cum aliàs non assentiretur, sed ex secundo meritū fidei de qua Apostolus. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum & in enigmate. Nec posset videri Deus quid est seu per essentiam, vt beati in patria ab homine in corpore constituto mortali quantuncunque eleuato in contemplatione, nisi esset alienatus a sensibus tā interioribus quàm exterioribus vita vegetatiua tantum viuens. Et ratio est quia (vt dicit philosophus in li. de anima) necesse est quēcunq; intelligentem phantasmata speculari, phantasmata sunt repræsentatiua rerum materialium, Deus autē spiritus est nihil habens de materia, & ideò non potest intellectus vtens phantasia, vt cōiter accidit, videre Deū quidem. Vnde & secundum Tho. 2. 2. qō. 175. art. 4. de Paulo cum raptus fuit in paradisum ad uidendum Deum per essentiam, vt ab omnibus dicitur, oportuit saltem, q̄ esset omnino a sensibus alienatus, si anima erat in corpore, quod ipsæ ponit in dubio. Et sic intelligitur illud Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam, & Exo. 33. dixit dominus Moysi, non videbit me homo & uiuet, s. in vita sensitiua. Vnde & ipsæ Moysēs quem etiam ipsæ Tho. post Augustī. dicit uidisse Deū per essentiā in vita præsenti fuit alienatus tunc a sensibus. Quod si quis vellet intelligere de visione q̄ fit per oculos corporales ad literam, verum est nedum

oculus materialis hominis, sed nec etiam glorificati Deum videre potest & essentiam. Et ratio est, quia similitudo seu species rei visæ per quam videtur esse res corporalis, Deus autem est spiritus purus, nec potentia sensitiua est capax seu susceptiua rei spiritualis vnumquodque enim recipitur in altero per modum eius secundum philosophum. Sed Greg. in moralibus, post Ioan. in cellis, dat aliam expositionem illius auctoritatis, vt scilicet homo viuens, ideſt secundum sensualitatem, vtique sicut hic non videt Deum visione gustatiua, ita nec in patria visione fruitiua, quia non saluabitur, nec est contra prædicta quod ait Iacob Gen. 32. Vidi dominum facie ad faciem. Et Esaia 6. Vidi dominum sedentem super solium excelsum &c. Nam ille visiones secundum Thom. Greg. & alios non fuerunt visiones diuinæ essentiæ: sed in subiecta creatura. Apparebant enim Angeli in forma aliqua excellenti corporali repræsentantes dominum, vnde denominabantur ab eo quem repræsentabant. In patria autem vident sancti Deum clarè & per essentiam, secundum illud 1. Ioan. 3. c. Cum apparuerit videbimus eum sicuti est. Et 1. Corin. 13. tunc facie ad faciem supple videbimus, & hoc per lumen gloriæ, ut dicetur infra non tamen comprehensiuè, vt scilicet posset aliquis beatus comprehendere totum quod est Deus. Vnde Hiere. 32. dicitur de Deo, magnus consilio & incomprehensibilis cogitatu. Nec etiam animam Christi. Vnde dicit psalmus 138. in persona Christi. Mirabilis facta est scientia tua ex me confortata est, & non potero ad eam, scilicet peruenire ratio huius est, vt dicit Pet. de Pal. in 4. distin. 49. art. 1. quia illud quod est proprium superioris naturæ tanquam per se & primo conueniens ei se habet tripliciter ad inferiorem naturam. Vno modo sic, quòd secundum esse debilissimum ei conueniat per naturam. Alio modo, ut secundum esse magis perfectum conueniat ei per motum illius. Tertio modo secundum esse perfectissimum, & sic non est ei communicabile, nisi communicaretur natura, sicut aer ex natura sua est tepidè calidus, sed ab igne fit feruidè calidus non autem calidissimus nisi fieret ignis, si intellectus creatus per naturam est cognoscitiuus Dei quantum ad quia est, sed per lumen gloriæ, vnde videndo cognoscit quid est, ideſt essentiam Dei nullo autem modo potest comprehendere Deum, nisi deificaretur quod est impossibile, sed solus Deus comprehendit ipsum, de qua notitia comprehensionis dicitur Matth. 11. Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & idem intelligitur de spiritusancto. Non obuiat quod ait Apostolus 1. Cor. 9. Sic currite, vt comprehendatis, scilicet Deum. Nam dupliciter dicitur Deus comprehendi, vno modo attingendo ad id quod tenditur, & de hoc loquitur Apostolus, & tamen sancti dicuntur comprehensores respectu currētium ad brauium beatitudinis per fruentia bona opera propter quæ dicuntur viatores. Alio modo dicitur aliquid comprehendi, ut totum capiatur quod est, & sic Deus dicitur incomprehensibilis a nobis extra de sum. trin. cap. 1.

Deus dupliciter comprehenditur.

¶ Quomodo sit ista uisio beata circa quod dicit Pet. de Pal. in 4. vbi supra quod non est per speciem, scilicet intelligibilem, sicut sunt species intelligibiles, quibus homo intelligit in præsenti, vel sicut species inditę intellectibus angelorum ab initio creatorum, quibus mediantibus intelligunt creaturas vltra illum modum quo eas cognoscunt in verbo. Nam cum sancti dicunt, quod hic Deus videtur per fidem, in patria per speciem, non loquuntur de tali specie intelligibili, sed appellant speciē Dei essentiam eius, quæ & alio modo dicitur facies non propriè cum facies sit corporis, & Deus sit incorporeus, sed per similitudinem: quia cognitio hominis in facie est clara, & plena eius cognitio secundum corpus, hoc autem cognoscitur quasi est posttergo, ideſt imperfectè. Vnde ipse dixit Moysi Exo. 33. Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre nē poteris viuens, scilicet vsu sensuum. Non ergo per speciem intelligibilem videtur Deus in patria quod probat sic. Si in visione beatifica esset species, aut ibi esset propter agere, aut propter recipere, aut propter repræsentare, aut propter determinare, sed propter nullum eorum ibi requiritur, ergo frustra ponitur. Maior patet, quia species non potest seruire ad cognitionem nisi aliquo istorum modorum. Minor patet quantum ad singulas partes per ordinem. Primo, quod non est species in patria quoad visionem beatificam propter eligere actum actiuè, tum quia Deus immediatè efficere potest quicquid agit alio mediante, tum quia creatura non potest concreare uel saltem non est sibi cōmunicatum creare instrumentaliter quō oportet ad hoc q̄ producatur beatitudo, quæ est quid supernaturalissimū, tum quia illo posito Deus non immediatè per seipsum beatificaret. Secundo non requiritur talis species ad dispo-

§. 1.

sitio-

sitionē passiuè quia Deus potest imprimere pfectionē sine omni dispōne quæ nō est uniuersaliter & per se receptiua ipsius. Species aūt cognoscibilis non est sic per se susceptiua cognitionis, sicut potentia cognitiua, tum quia non posset in aliquo cognitio ubi non esset species sicut ubi non est potentia cognitiua, tum cum in Deo sit cognitio sine specie non autem intellectu, & in angelo respectu sui. Tertio non requiritur species ad repræsentandum, tum quia beatitudo patriè quæ est de præsentia Dei non potest esse per illud repr̄sentatiuum quod equaliter est præsentis & absentis existentis, vel nō existentis, huiusmodi autem est talis species, tum quia cō tractio ad esse limitatum plus distat ab esse illimitato quam contractio ad esse coniunctum materię & a separatis a materia & contractio adhuc & nunc ad esse uniuersale, sed propter hoc species sensibilis non repræsentat uniuersale nec intelligibilis accepta a phātasmatibus directe pōt repræsentare intellectui coniuncto quidditatem substantię separatæ, ergo multo minus species creata potest repræsentare quidditatem increatam. Quarto non requitur talis species ad determinandum, quia licèt Deus sit agens uniuersale, tñ seipsum determinat unde illius obiecti determinate cognitionem imprimit cuius vult uel sui uel alterius propter quod non indiget in suo passiuo determinate alio sicut indiget cœlum uel intellectus agens, visio autē beata est a solo Deo effectiuè saltem principaliter unde nec propter hoc speciem requirit, sed visio ista est per lumen gloriæ. ¶ Circa quod dicit idem Per. vbi supra, quod ad videndum deum clarè & beatificè requiritur lumen in intellectu habituale de potentia Dei ordinata, & qđ ita est de facto, & hæc est communis opinio quæ probatur tripliciter. Primo quod sit congruum, quia omne quod videtur in lumine videtur, & hoc est naturale intellectui, vt in lumine intellectus agentis qui est habitus vt lumine videat quicq̄d videt, unde quia gratia nō destituit sed perficit naturam, ideo mediante habitu luminis congruum est intellectum beatificari. Secunda ratio quasi eadem est gratia perficit naturam secundum modum eius, quia ergo volūtas & intellectus nata sunt perfici actu perfectissimo mediante habitu quo fit ei cōnaturalis actus, inde est qđ isto modo in beatitudine supernaturali quasi natura perficitur, quia esset per habitum supræmum puta sapientiæ. Tertio probatur ex hoc qđ charitas nunq̄ excidit, mirū est autē valde quod intellectus sit actus perfectus sine habitu si in uoluntate esse non pōt, qa voluntas est magis determinata q̄ intellectus pp qđ oēs ponunt in intellectu habitus, sed in volūtate nō oēs ponunt, qa determinato intellectu determinatur voluntas necessariò, si ergo in patria non potest esse fruitio in voluntate sine habitu charitatis saltem de potentia ordinata multo magis nec visio in intellectu sine lumine gloriæ, scđm illud psal. 35. In lumine tuo videbimus lumē, s. deitatis in lumine gloriæ habituali infuso intellectui. De potētia aūt absoluta pōt haberi beatifica visio sine tali lumine habituali, sed non de ordinata. Et si arguatur contra sic, agentis liberalissimi est communicare patienti oē illud cuius est capax, si ergo intellectus sine habitu luminis est capax beatitudinis de potentia absoluta, ergo diuina liberalitas sine tali habitu beatitudinē cōicat. Rñ. qđ agens liberalissimū cōicat congruentiori modo & non omnimodo sibi possibili de potētia absoluta bona sua. Qui enim pōt saluare sine sacramentis, aut sine incarnatione, aut facere omnes effectus sine causa media, & accidens sine subiecto mauult tamen sic ordinatè facere ista propter cō gruitatem non propter necessitatem.

¶ Quid videatur in Deo verè & congruè in uita beata dicendum. Equidem videtur clare diuina essentia ab omnib. & hoc est denarius datus omnibus laborantibus in uinea domini. Matt. 20. In denario. n. designat ex imagine regia diuina maiestas, q̄ uidetur & i numero denario qui est perfectus omnis perfectio & in rotunditate ęternitas. Videt tamen diuinā essentiam vnus alio limpidius, qui. s. hic Deū amauit ardentius. Sicut. n. hic in præsenti eandē rē cognoscit, uel uidet plenius q̄ tū ad plures ꝓprietates & circunstantias eius qui acutiorē intellectū uel uisum habet. Et hæc est uarietas mansionum. §.2.

Vr unitas i trinitate.

Vr aūt ab omnibus clare unitas diuinæ essentiæ in Trinita te personarū, & quō filius ęternaliter generat a patre p modū uerbi & spiritussanctus procedi ab utroque per modū amoris quod mysterium hic credi pōt & debet, demonstrari non ualet. Vnde dixit Christus. Io. 17. Hęc est uita æterna ut cognoscant, ecce uisio, te, s. patrē, & quē misisti Iesum Christū, s. filium tuum. Missio eius est incarnatio eius facta a spiritusancto, non opere humano, & sic nota tur trinitas ꝓsonarū, solū Deū, i. vnū Deum esse tres ꝓsonas dictas ubi ostenditur unitas essentiæ hoc uidere & cognoscere clarè est ui

ta æterna. Et de potentia Dei ordinata una persona in diuinis non potest cognosci sine alia quia relatiua sunt simul naturali intelligentia, nec psona sine essentia, sicut nec hic homo sine humanitate, quia essentia & de cõstitutione personę nec essentia sine personæ quia debemus videre quicquid credimus, nec essentia sine re quæ est persona ét de potentia absoluta, quia sunt idẽ re. De potentia autem absoluta Dei videt ꝙ diuina essentia possit clare videri sine hoc quod in ea videaẽ rõ psonæ cuiuscunq, quod multipliciter probatur Primo sic. Ille qui non cõprehendit totaliter rem põt ignorare aliquẽ modũ eius saltẽ rõne differentẽ & cognoscere rõnẽ primam sine posteriori, sed nullus intellectus creatus cognoscit essentiã diuinã sub oĩ rõne qua est cognoscibilis, alias non posset ei fieri aliqua reuelatio de nouo, nec p consequens comprehendit. Secundo probat sic, non plus differunt attributa ad inuicẽ quã essentia & psona, sed illa põt sine inuicẽ cognosci, alias cõprehenderentur, ergo &c. Tertio sic, nõ minus differt essentia, & persona q̃ idea, cum illa solum respectũ rationis addat hæc realem. Sed põt uideri essentia sine hoc qd' uideatur idea, quia dicit philosophus in lib. de memoria & reminiscentia, qd imago põt intelligi secundum quod quędã res est sine hoc quod intelligatur secũdũ qd est similitudo, & multo magis res quæ nõ est facta ad hoc quod re præsentẽt, sic ut est essentia diuina, ergo &c. tñ ut dictum est de potentia ordinata non uidetur eẽtia diuina sine psonis. Videnẽ & in ipso deo eius attributa, ut potẽtia, sapia, bonitas, & oẽs perfectiones, quæ qdẽ non sunt, accidẽtia ut in nobis, sed sunt ipsa diuina essentia. Non oportet ergo ibi doceri de deo quia omnes plenè noteſcũt, etiam minimus magis quam hic in mundo quicunque doctor sanctus. Vnde Hieremiæ. trigesimo primo cap. dicitur. In illo die, scilicet glorię nõ docebit unusquisque proximum suum dicens. Cognosce dominum, omnes enim sciẽt me a maiori usque ad minimum dicit dominus. Item uident sancti in deo uisionem suam, .s. se uidere, nam uisio dei est perfectissima uisionum, non autem esset perfecta nisi reflecteretur super se, & uidente potentiã habitum, & omnia super quæ reflectuntur, uisiones perfectę & in uia.

Vi attributa.

§.3. ¶ Vident & nunc animæ beatorum & angeli oculo intellectuali in Deo humanitatem Christi assumptam a verbo in unitate personæ. Esa. 33. c. Regem in decore suo uidebunt. Vident a quo facta sit illa vnio, & quomodo Christus sit in sacro altaris, quæ in præsent nullus uidere potest. Quod uideant sancti in deo humanitatem Christi dicit Durani esse necessarium, nam non esset perfectè beatus qui non haberet quod uult, sed uult qlibet beatus videre redemptorem suum, etiam secundum humanitatem, alias esset ingratus non habendo istam uoluntatem. Post resurrectionem autem ultimam videbunt sancti Christi humanitatem nõ solum oculo intellectuali, sed etiam oculo corporali secũdum illud Iob. 19. c. in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, saluauit autem per humanitatem, & quamuis damnati in vltimo iudicio uideant humanitatem Christi secundum illud Ioan. 19. Videbunt in quem compunxerunt, tamen inde ualde contristantur quia sicut excellens sensibile contristat, quia lædit organum, unde sol in sua sphera aspict non potest sine afflictione, ita nihil prohibet Christi humanitatem in se clarissimam. Vnde & de se declarabilem secundum illud. Eccle. 11. c. Dulce lumen & delectabile est oculis uidere solem, & sol iustitiæ Christus deus noster, tamen inquantum eius excellens claritas esset lęsiua dispositionis organi nõ glorificati, ut oculi damnati uel si lux illa corporis Christi demulceat de se, contristet saltem inquantum uisio inimici & nocentis contristat ualde ipsos reprobos, ut dicãt montibus, cadite supeer nos, & collibus cooperite nos, & absconditenos a facie ignis & ab ira eius. Sed glorificati ex tali uisione percipiunt magnum gaudium, quod quidem gaudium, non habent angeli quia oculo corporali quẽ non habẽt Christi humanitatem uidere non possunt. In cuius figuram legitur Gen. 43. ca. quod Ioseph in conuiuio facto solemnissimis fratribus dedit Beniamin fratri suo uterino, idest ex parte & matre ubi alii erant fratres tantum ex parte quinque portiones plusquam cæteris. Ioseph significat Christum post Pharaonem Reg. Egypti, i. Deum Regẽ mundi, primus in regimine mundi ipsæ inquantum homo ad dispensandum frumenta gratiarum constitutus, cui angeli sunt fratres ex parte dei patris, sicut & nos quia utrosque deus creauit, nobis autem est frater etiã ex parte matris nostræ, scilicet Eug unde descendimus, quia & ex ea ipsę humanitatem accepit secundum corpulentam substantiam sumptam de uirgine. In conuiuio ergo supernæ uisionis, & refectionis, ubi tot sunt epulæ quotquot gaudia

dia vltra visionem diuinitatis communē nobis & angelis, dat nobis Christus quinq; portiones, ideſt, gloriam quinque ſenſuum corporis quam angeli non habent. Videamus Christi humanitatem corporaliter corpora ſanctorum cœlos & elementa audiamus adoremus, & guſtemus, & palpemus, & inde gaudeamus.

§.4. ¶ Vident quoque ſancti in Deo omnia illa ſine quibus beatitudo eorum non eſſet perfecta ſecundum Pe. de Pal. in 4. diſt. 49. art. 2. & hæc ſunt omnia illa quæ naturaliter & licitè volunt videre, i. cognoſcere, vt quidditates ſpecierum & vniuerſi, exiſtentias verò particularium non curat homo videre niſi inquātum ſua intereſt. Vnde cognoſcet etiam anima paruuli baptizati in Deo naturam & omnes proprietates naturales cuiuslibet rei creatæ magiſquam aliquis philoſophus mundi, nam nullus hic noſcit completè naturam, & proprietates rerum. Item cognoſcent omnia quæ videre eſt ad decorem & meritum, & ſecundum hoc qui plus meruit plura uidet, & vnuſquiſque omnes ſpecies vniuerſi quas naturaliter deſiderat ſcire videt, (licèt ſine his viſis eſſet beatus) Item quod pertinet ad vnū quemque ſpecialiter uidet, & ſic inferior poteſt aliquid ſcire quod ſuperior neſcit, ut ſi fiat oratio ad ſanctum inferiorem non pertinet ſic hoc ad ſuperiorem, ſicut ad inferiorē. Vnde non eſt neceſſe illum ſcire niſi hoc reuellet, vt ſecum oret. Item vident in Deo per actum reflexum viſionem ſuam & dilectionem fruitionem. Vident in Deo pœnas damnatorum & ex comparatione euaſionis eorū magis gratias agunt. Videbunt & oculo corporali pœnas eorum non quidem in cœlo exiſtentes propter nimiam diſtantiam, ſed potè runt ad placitum corporaliter de cœlo deſcēdere, non quidem ſcindendo cœlum, ſed nō occupando locum, ſeu per miraculum, & uirtute diuina erunt duo corpora ſimul, ſicut exiuit de ſepulchro eo clauſo. ¶ Videbunt amicos & ſanctos quos hic habuerunt in notitia per fidem, ſicut narrat Greg. in dialogo. 4. lib. de quodam ſancto qui recognouit aliquos ſanctos in morte ſua ad ſe venientes quos habuerat in deuotione. Quod ſi obiicitur, quòd oculus videns ſpeculum videt omnia quæ repræſentantur in ipſo licèt non cōprehendat, quia nullus ſenſus comprehēdit ſuum obiectum, quia nec quidditatē apprehendit. Reſpon. quod qui comprehēdit Deū neceſſariò omnia videt in eo, q licèt Deus nō poſſit eſſe præſens intellectui in ratione obiecti immediatè quin videatur, cum hoc ſit eū videre formaliter, ſ. eum habere præſentem in rōne obiecti, cum tū viſio Dei habeat gradus, & perfectior ſit illa qua videtur in ſe & omnia in eo q̄ illa qua in ſe videtur, & nihil in eo pōt ipſæ ſe præſentare per viſionem ſui tantum ſine viſione aliorum in illo, vel cum viſione iſtorum & non illorum, ſicut ſibi placet, ſecus eſt de ſpeculo quod non eſt voluntarium. Sed quomodo ſancti cognoſcant ſeu videant orationes noſtras vocales vel mentales? Dicit Pet. de Palu. in 4. diſt. 45. ar. 2. quod quidam dicunt, q in beatis tam hominibus quam angelis eſt triplex cognitio. ſ. naturalis, beata, & quædam media, quæ dr reuelatoria. Et ſi quæratur de prima cognitione. ſ. naturali an cognoſcant per eam orationes noſtras? ſic dicunt, q non ſaltem animæ ſeparatæ. Cuius ratio eſt ſecundū eos, quia naturalis & cognitio animæ ſeparatæ eſt cōis bonis & malis, ſed mali non cognoſcunt cogitationes, nec facta viuorū, ſicut dicit B. Grego. ſumens argumentū de anima diuitis Epulonis, qui ignorabat ſtatum & facta fratrum ſuorū, ergo nec animæ beatorum cognoſcunt cogitationes vel facta vitorum. ¶ Si quæratur vtrum beati cognitione beata cognoſcāt omnes orationes noſtras vocales vel mentales, dicunt, q non, quia illa quæ qñq; cognoſcuntur, qñque non pertinent ad beatam cognitionē, ſed cognitio quam habent beati de orationib. noſtris uocalibus uel mentalibus nō ſemper eſt in eis, quia antequam oremus eas non præcognoſcunt. Nec aliquis ponit quod talis cognitio ſit ſemper in eis, quia ſi cognitio talium eſſet ſemper in eis, eadem ratione & cognitio omnium aliorum particularium contingentium, & ſic non indigerent quòd aliquid eis reuelaretur, quod eſt falſum cū angeli qui nō ſunt animabus inferiores per reuelationem purgentur a ne ſcientia multarū rerum, vt patet per Diony. 6. c. cœleſtis hierarchię, ergo talis cognitio non eſt beata, & ſic patet minor. Maior probatur, quia cognitio beata eſt vna cognitio ſemp manens in reſpectu vnius principalis obiecti ſemper eodem modo ſe habentis, & ideò eſt impoſſibile quòd per eam aliquid de nouo cognoſcatur ubi ſit aliqua mutatio, uel in obiecto repræſentante, vel in ipſa actione vel in vtroque, ſed nulla horum eſt ergo, &c. Si loquamur de cognitione per reuelationem, ſic dicunt quòd omnes beati cognoſcunt orationes noſtras ſiue mentales ſiue vocales quæ diriguntur ad eos, q̄a ſecundū Aug. ad beatitudinē requirit quòd

Sancti vident pœnas damnatorum.

Sancti vident orationes noſtras.

habeat vnuſquiſque quod vult, nec aliquid inordinatè vult, ſed quilibet recta voluntate vult cognoſcere ea quæ ad ipſum pertinet, & ideò beati quibus nulla rectitudo deeſt volunt cognoſcere omnia ea quæ ad eorum beatitudinem pertinent, ſed orationes quas ad eos dirigimus ad eos pertinent tanquam ad mediatores inter nos & Deum, ergo beati illas orationes cognoſcunt, & cum hoc non ſit de cognitione naturali vel beata, vt probatū eſt, reſtat quòd ſit de cognitione reuelatoria quæ pertinet ad beatitudinem accidentalem.

Alia opn.

¶Sed poſſet ſuſtineri contra iſtam opinionē, quòd cognitione etiam beata ſancti cognoſcerent orationes noſtras, quia illa viſione ſancti non ſolum vident diuinam eſſentiam, ſed etiam quicquid ad eos directè pertinet, vt ipſimet dicunt de illa opi. ſed ad ipſos pertinet orationes ad eos directę, vt etiam ipſi dicunt, ergo illas vident. Nec obſtat quòd illa cognitio beata nō variatur, quia poſſibile eſt quod beatus a principio ſuæ viſionis & beatitudinis videt in Deo omnes orationes ad ſe dirigendas in perpetuum, & ſic poſtea illa viſio non mutatur. Nec obſtat ſi dicatur quòd quanto aliquid limpidius videt Deum, tanto plura in ipſo videt, contingit autem aliquem plus orare ſanctum minus limpidè videntem Deum, ergo &c. Dicendum eſt ergo, quòd prima opinio ſiue propoſitio eſt vera de viſis, per ſe perficientibus intellectum, ſicut ſunt quidditates creabiles, non de ſingularibus, vel poteſt dici quod ea de nouo cognoſcit cognitione non intenſa, ſed extenſa ad plura obiecta. Quod autem dicunt de cognitione reuelatoria non videtur, quia reuelatio eſt non de his quæ ſpecialiter ad vnumquemque pertinent, ſed de his quæ generaliter pertinent ad ſtatum eccleſiæ, de quibus in via eſt reuelatio prophetiæ, quæ tñ poſtquam ſunt reuelata a Deo vel ab angelo ſuperiori ſtatim cognoſcuntur cognitione beatifica ſecundum quoſdam, ſiue igitur cognitione reuelatoria ſiue cognitione beata ſancti vident orationes noſtras ſecundum omnes.

Oōnes ſanctorum valent nobis.

¶Vbi etiam ſciendum ſecūdum Pet. vbi ſupra, quòd orationes ſanctorum ſemper valent nobis quotieſcunque orant pro nobis poſtulando ſimpliciter aliquid fieri pro nobis, quia cum voluntas eorum ſit totaliter conformis voluntati diuinæ, nihil volunt fieri circa nos niſi quod Deus vult fieri illud quod Deus vult fieri voluntate conſequente quæ eſt voluntas ſimpliciter ſemper fit. Non tamen fruſtra orant pro nobis quamuis non orent, niſi quod ſciunt Deum velle, quia ſicut effectus naturales qui tamen volente Deo eueniunt non eueniunt niſi mediantibus cauſis ſecundis non propter inefficaciam potentiæ diuinæ, ſed propter ordinem rebus diuinis inſtitutum, ſic diuina beneficia deſcendunt in nos mediantibus beatis tam angelis quam animabus beatis, non propter defectum diuinæ miſericordiæ, ſed propter ordinem diuinum conſeruandum quo Deus vult bonitatem ſuam communicare inferioribus per ſuperiores.

Decet oōnes dirigere ad ſanctos.

¶Vbi etiam ſciendum ſecundum Pet. vbi ſupra, quod decens eſt, quòd orationes noſtras dirigamus ad ſanctos, quia ſecundum Diony. lex deitatis eſt, infima ad ſupræma per media reducere, ſed quantum ad dona gratiæ, beati ſunt medii inter uiatores & Deum, ergo eis mediantibus viatores debent reduci in Deum. Et non ſolum maiores, ſed etiam mediocres, & minores ſancti ſunt a nobis exorandi propter quinque rationes. Quarum prima eſt, quia aliquando quis habet maiorem deuotionem ad minorem ſanctū, ex deuotione autem maxime dependet orationis effectus. Secundo ad tollendum faſtidium, quia aſſiduitas eiuſdem rei faſtidium parit, per hoc autem quod alternatim diuerſos ſanctos oramus, quaſi in ſingulis nouus feruor deuotionis excitatur. Tertio quia quibuſdam ſanctis datum eſt in quibuſdam caſibus patrocinari, ut ſancto Antonio ad extinguendum ignem qui dicitur infernalis, & quibuſdam aliis ſanctis in quibuſdam aliis infirmitatibus. Quarto vt omnibus exhibeatur a nobis debitus honor. Quinto quia orationibus plurium impetratur quod non impetraretur orationibus vnius, ſecundum illud. Multiplicatis interceſſoribus largiaris. Habent ergo ſancti in patria triplicem cognitionem ſeu modum cognoſcendi res. Primo in Deo. Cum enim vident Dei eſſentiam in qua relucent ideæ omnium creaturarum, vt res obiectæ in ſpeculo, quæ tamen ideò non differunt realiter ab ipſo Deo, ſicut differunt ideæ, ideſt imagines artificiatorum in mente artificis ab eo, ſed ſunt vnum cum diuina eſſentia, differunt autem ratione quoad nos, videntes ſancti diuinam eſſentiam vident omnia quæ pertinent ad eorum beatitudinem, vt quidditates rerum & huiuſmodi (vt dictū eſt) non tamen comprehendunt Deum. Et iſta viſio dicitur matutina, ſicut eſt in angelo quæ perfectior eſt ſecunda de qua nunc dicetur & clarior eſt, ſub qua includitur ipſa viſio diuinæ eſſentiæ, quæ eſt perfectior, quia in

Sācti tripliciter cognoſcunt.

ea

ea consistit beatitudo. Quidam tamē distinguunt nomine appellantes visionem diuinæ essentiæ in se uisionem meridianā & clariorem. Secundo uident seu cognoscunt sancti creata conuertēdo intellectum suum ad species intelligibiles eis inditas seu infusas in egressu animarum a corporibus sicut concreatę sunt angelis bonis & malis in eorum prima concreatione. Sic etiam in cunctis hominibus bonis, & malis paruis & magnis cum migrant a corpore species intelligibiles infunduntur omnium specierum rerū creatarum ad quæ se conuertendo per intellectum intelligant naturas rerum, quod sanctis cedit in gaudium, & dicitur visio vespertina, malis autem ad pœnam non refrigerium. Tertio vident sancti aliqua per scientiam hic acquisita, quæ vtique non amittitur, sed remanentibus habitibus talium scientiarum intelligere pōt conclusiones talium scientiarum per habitibus in eis remanentes. Nec est contra quod ait Apostolus, scīa destruetur, & loquit de statu beatifico, quia illa destructio intelligitur quoad modum sciendi qui nō erit qualis est in mundo, nā hic intelligere non possumus nisi conuertendo nos ad phantasmata & irradiante super ea intellectu agente, sed ibi non erunt phantasmata nec exercitium intellectus agentis. Sed de beatitudine super naturali quantum ad intellectum agentem posset sic imaginari quod haberet ibi actum isto modo, q̄ sicut lux aeri respectu caloris & raritatis est ratio actiuæ, sic respectu rei accipiēdæ est ei ratio patiendi & dispositio passiua. Sic intellectus agens quamuis respectu cognitionis viæ naturalis sit intellectui possibili rō actiua sibi imprimens illam per speciem vel immediatè, tamen respectu cognitionis beatificæ eius dispositio passiua non tamen quia intelligat, sed qua possibile intelligat. Vel potest dici illud quod angelus intelligit per unum intellectum, illud anima per duos ut sicut non potest sentire nisi per compositionem ex potentia & organo subiectiuè, sic nec clarè potest uidere Deum nisi per intellectum possibilem informatum agente qui est lux eius uel sic oculus illuminatus uidet sic intellectus possibilis formaliter intellectu agente illustratus, uidetur tamen mihi verū, quod quia intellectus agens nō est perfectio simpliciter, cum non sit in Deo nec in angelis q̄ non habet beatificū actū essentialē, nec actiuè, qa sic est a solo Deo, nec passiuè, sed solus intellectus possibilis, sed ois actus eius est intelligere facere circa naturaliter intelligibilia non alia & in aīa coniuncta. Nam q̄d faciat an aliquid faciat ēt respectu naturaliū intellectionū non apparet. Constat. n. qd' nihil abstrahit, sed quia ipsæ est oīa facere qd̄ possibile est fieri. Videtur ēt qd̄ species abstractę ante separationē in influxu, in separatione aiæ nullam intellectionē causare pōt naturaliter nisi in uirtute intellectus agentis in quo apparet imperfectio specierū angelicarū quæ hñt uirtutem intellectus agentis per se.

1. Cor. 13.

¶ De secunda dote animæ quæ dicitur dilectio seu tentio. Cap. 5.

DE secunda dote animę q̄ dr̄ secundū aliquos dilectio, sed m aliquos tētio. De dilectione patriæ dicit. Esa. 31. Viuit dñs cuius ignis est Syon, & caminus eius in Hierusa. Syon interprætatur specula seu speculatio, & significat ecclesiam militantem in qua est ignis diuinę dilectionis. Hierusalem interpretatur visio pacis & significat ecclesiam trium phantē, vbi videtur Deus summa pax, hic autem per speculum fidei. In ecclesia autē triūphante est caminus ignis, ideſt abundantia & perfectio charitatis ibi perfectissimè impletur illud præceptū. Deu. 6. Matth. 22. Diliges, Dominū Deū tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua, quia semp actualiter uoluntas fertur in dilectionē Dei. Cum. n. obiectum uoluntatis in quod fert per actū dilectionis sit bonum cognitum q̄ñ per intellectū repræsentat voluntati bonū aliquod verum voluntas mouetur ad ipsum amandū: & quanto intellectus se repręsentat seu ostendit illud esse maius bonum tāto magis amat, & si continuè illud ostendatur uoluntati per intellectum continuè intelligendo contiuè amat. Cum. n. in patria sancti continuè videant clarè diuinam essentiam quæ est infinitum bonum, & bonum uniuersale in quo sunt uirtualiter omnia bona sicut effectus existunt uirtualiter in cā sua oīum rerū perfectiões sicut in Deo, nō sicut in creaturis, s. cū aliquo defectu, sed sine aliqua mixtura defectus non pōt uoluntas non ferri in ipsum Deum bonum infinitum per dilectionem summum continuè non coacta uiolenter, sed tracta naturaliter & supernaliter per lumē gloriæ. Et hinc est qd̄ peccare non pōt cum auerti non pōt a continua visione, & exinde a dilectione summi boni. Sed in vita præsenti dū sancti Deū contēplant & actu cōsiderant Deū esse summum Deū, & gustant pro eo tēpore nō dilabunt ad alia amāda, qa

&Lu.x.

non potest mens Deum continuè speculari, sed oportet in aliis occupari dum ad alia extendit ur aliquādo menti passione obumbrata repræsentatur aliquod temporale bonum ut magnum præ omnibus diligendum propter utilitatem eius vel delectationem sui,& uoluntas sequitur ad illud in ordine amandum,& sic Deum offendit,& contra charitatem eius facit.Et de charitate patrię intelligitur ad litteram illud 1.Corin.13.Charitas nunquam excidit,hæc est charitas perfectissima quæ secundum Hieron.ad Aug. de pæ. dist.3.in hac vita haberi non potest quæ scilicet semper actualiter feratur voluntas in Deum.Et August.in fi.de ciui. Dei ait. Ibi scilicet in patria uacabimus & uidebimus videbimus & amabimus, amabibus & laudabimus scilicet ex delectatione fruitionis, hoc munus,hic actus,hic affectus sine fine seruatur, sine defectu aliquo ordo charitatis,ut & Deus & vnusquisq, proximus diligatur quātum diligendus est,&qui maior in gloria,unde & in merito magis diligatur quocunque cōsanguineo vel amico suo in mundo. Can. 1.Introduxit me rex in cellam uinariam id est ad statum gloriæ,vbi est abundantia uini diuini amoris quod lętificat cor hominis & ordinauit in me charitatem ideſt ordinatum dedit mihi charitatem qui in præsenti plus & perfectius Deum amauit,plus meruit etiā si in uilissimo statu fuit,vt seruus siue liber, siue masculus, siue fœmina siue laicus siue clericus,siue religiosus siue idiota,siue litteratus siue prælatus,papa uel rex,siue subditus, & per consequens talis in patria limpidius Deum contemplatur & magis diligit & plenius fruitur & delectatur.

§.1 ¶Sed quęrunt doctores in quo actu principaliter consistit beatitudo,vtrum in actu intellectus qui est visio seu cognitio,an in actu uoluntatis qui est dilectio quā sequitur fruitio?Respon.Pet.de Pal.in 5.dist. 49.q.3.arti. 2.scilicet quod in patria sicut in via est duplex fælicitas scilicet speculatiua & practica cum quicquid perfectionis sit inuia eminentius est in patria.Loquendo ērgo de fælicitate contemplatiua illa consistit in actu intellectus,non solum principaliter aut essentialiter,sed etiam totaliter ad quam quicunque actus voluntatis siue sit dilectio siue delectatio aut fruitio,non se habet essentialiter,sed nec consequenter nec accidentaliter, quia non potest sequi aliquis actus voluntatis in tellectum pure speculatiuum, ille enim speculatiuus qui non dicit de prosequibili vel fugibili nunquam mouet, ut dicitur in 3. de anima . Et inde est quod habitibus speculatiuis intellectus nullus habitus de mundo correspondet in voluntate,sed solum habitibus intellectus practici, sicut partibus prudentiæ correspondent habitus morales in appetitu.¶Secundo possumus loqui de beatitudine supernaturali actiua, & illa consistit in actu intellectus practici antecedentis, sicut & omnis actus voluntatis, & in illo actu dilectionis essentialiter, & in actu voluntatis antecedenter & in actu delectationis cōsequenter, vel secundum rem si differunt re, vel secundum rationem si differunt ratione tantum. Ciuitas enim supernorum ciuium & eorum fælicitas consistit in dilectione Dei & sui & proximi ordinata qualem illa requirit,& sic potest dici beatitudo & pax & regnū Dei,sed principalitas est penes voluntatem, quia omnis cognitio practica ordinatur ad uolitionem sicut ad finem , quia finis practice est opus, vt dicitur in secundo metaphisicæ.¶Tertio si loquamur de beatitudine prout dicit statum aggregatum ex ista duplici fęlicitate,sic consistit in actu utriusque essentialiter,sed in actu intellectus principaliter, quia illud quod est melius in toto aggregato est principalius,huiusmodi autem est fælicitas contemplatiua non actiua , cum ista sit propter illam secūdum philosophum,vnde cum beatitudo sit finis & non ad operationē sicut ad finem hoc est differenter quia beatitudo contemplatiua est omnium actionum finis sui generis & aliorum. Vnde est simpliciter finis a quo,licèt non sit finis gratia huius,quia hoc est ipsum obiectum , sed beatitudo actiua est. finis actionum practicarum, sed nō omnium simpliciter immo ipsa ordinatur ad contemplationem quæ sine illa posset turbari. Dilectio ergo Dei in practica(aliàs in patria,)licèt non ordinet Deum in aliud,tamen ipsamet ordinatur in uisionem sicut minus bonum vnius subiecti ad maius aliud bonum eiusdem . Sed in hac deductione dubium est , quia illa beatitudo summa non habet fruitionem annexam , sed beatitudo minor actiua,cum tamen dicat philosophus quod cōsideratio sapientiæ habet mirabiles delectationes & purissimas , sed forte,illud non est nisi mediante actu practico qui dicit Deum esse summum bonum,vnde summe amandum aut huiusmodi. ¶Sed contra primam conclusionem arguitur sic. Illa potentia quæ essentialiter pertinet ad imaginem habet actum qui est de essentia bea-

Duplex fęlicitas

beatitudinis,quia beatitudo est Dei immediata habitio,eo autem anima ad imaginem Dei est,quo eius capax & particeps esse potest sed uoluntas est essentialiter pars imaginis,ergo &c.Si dicatur quod maior habet instãtiã in intellectu agente qui est pars imaginis nec habet actũ in beatitudine. Dicendũ ꝙ maior propositio intelligitur de potentia passiua cũ beatificari sit pati & recipere. Respon.ꝙ ista ratio bene cõcludit ꝙ actus uolũtatis est de essentia beatitudinis actiuę quæ est in patria cõsistens in dilectione Dei & ꝓximi & sui,non enim caret illa ciuitas supernorũ fælicitate politica,cõcludit etiã dicta ratio ꝙ est de essentia beatitudinis integræ & perfectæ,sed nõ cõcludit ꝙ sit de essentia fęlicitatis puræ & speculatiuæ quę fuit prima cõclusio.¶Itẽ cõtra secundã conclusionẽ arguitur sic,actus qui semper est debitus nõ est de essentia beatitudinis patriæ,quia istę habet rationẽ meriti,ille rõnẽ præmii & promissi, & mercedis q̃ non est debita a merẽte sed merẽti.Nullus enim respectu eiusdem est simul & debitor & creditor,sed dilectio Dei tã in uia q̃ in patria est debita,secundũ illud ad Rom. 13.Nemini quicquã debeatis nisi vt inuicẽdi ligatis.Nõ enim põt homo tantum diligere Deũ quin adhuc debeat.Prẽterea actus q̃ cadit sub præcepto semper est debitus,quia prẽceptũ obligat.Illud aut præceptum. Diliges Dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo &c.maximè implet in patria. Præcepti aũt impletio est debiti solutio,ergo &c.Dicẽdo ꝙ actus volũtatis nõ sit de essentia beatitudinis speculatiuę cõceditur,sed de practica vel aggregata beatitudine,q̃ s.cõplectitur & visionẽ & dilectionẽ ꝙ nõ sit de essentia eius falsum est.Ad argumẽtũ respondeo ꝙ charitas meret augeri, ut aucta mereat̃ perfici,& tñ qñ augetur elicit actũ qui est debitus respectu charitatis quæ nũc est,quia qñ crescunt bona,crescũt & rationes donorũ.Et cũ hoc est merces & ꝓmiũ respectu actus charitatis qui in ipsum promeruit.Similiter si dilectio Dei in patria est debita ab illa charitate perfecta,quia debet diligere quantũ potest,& tunc tantũ põt, ergo &c.Est merces reddita respectu meriti quod præcessit.Et idẽ posset dici de illa visione,qa exquo põt tenetur cogitare quantum potest. Sciendum est quòd operatio quæ est essentia beatitudinis speculatiuæ, non est propter aliquã unã operationem, quia finis speculatiuæ non est nisi veritas, sed operatio quæ est essentia beatitudinis practicæ est propter speculationem,sicut fęlicitas actiua non est propter contemplatiuam,quælibet autẽ per, se sumpta propter aggrgatum ex vtraque, sicut quælibet pars est propter totum, ut anima propter hominem & non solum propter corpus. ¶Contra tertiã conclusionẽ supra positam.s.ꝙ beatitudo resultans ex statu aggregato,ex speculatiua & practica arguitur sic. Beatitudo consistit in oprima operatione,sed optima operatio nõ est nisi vna,quia differẽtia specie sunt magis aut minus perfecta, ergo &c.Respõdeo ꝙ verũ est qđ cõsistit i optima operatione potẽtiæ beatificabilis, sed illa potẽtia est duplex ergo in duplici,quia beatitudo nõ est aliquid vnũ simpliciter nec pars, sed aggregatum.Est enim status oniũm bonorum aggregatione perfectus. Et similiter ꝙ consistere in actu excellentissimæ potẽtię, verum est quę est hominis vt homo est, illa aũt duplex nõ una tantũ.s.appetitus rationalis qui dicit intellectũ & voluntatẽ.Quia de beatitudine aggregata ex actiua & speculatiua dictũ est,ꝙ talis beatitudo cõsistit principaliter in intellectu,hoc ideò,quia potentia intellectus est simpliciter nobilior volũtate,& actus intellectus est nobilior actu uolũtatis, quod sic probat Petr.de Pal.in 4.di.49. q 3.ar.1.quia illud ex cuius conformitate aliquid habet totam bonitatem suam est nobilius illo simpliciter,sicut mensura mensurato,quia propter quod unumquodquã tale & illud magis,sed voluntas nõ habet aliquã bonitatẽ nisi ex cõformitate ad itellectũ, nec naturalẽ cum nõ possit exire in actum nisi præsentatione obiecti per intellectũ, nec moralẽ cũ etiã agens cõtra rationẽ erroneam peccet &c.Sed ꝙ non sufficienter probatur quod intellectus sit nobilior voluntate ex hoc quod est eius regula,arguitur sic in cõtrarium. Sic est voluntas regula intellectus sicut ecõuerso,quia qualis est vnusquisque secundum affectum talis finis videtur ei secundũ intellectum. Virtutes enim morales faciunt rectam ęstimationem de fine,sed prudentia de his q̃ sunt ad finem. Respondetur quòd voluntas non regulatur necessariò sicut econuerso facit intellectus,sed liberè regulat. Sed contra hoc quia uoluntas per affectionem mouet phãtasmata ad repręsentandum aliquid secũdum suam affectionem,& illud mouet intellectum necessariò,quia nõ põt iudicare bonũ quod phãtasmata nõ repræsẽtat nisi ut malũ. Sed respõdeo ꝙ nõ est simile,quia intellectus est per se,& primo immediata regula necessaria voluntatis, & quod intellectus per se sit regula, hoc omnes concedunt. Et primo

mo quia omnem actum uoluntatis precedit actus intellectus & immediatè & necessariò, quia ab ultimato iudicio intellectus non potest voluntates resilire, econuerso autē volūtas non regulat intellectum nisi per accidēs, quia idem non est per se regula & regulatum respectu eiusdem, & pari ratione non regulat primo nec immediatè, sed mediantè phā tasmate, nec necessariò nisi prout intellectus sibi prefigit, ideò &c. Secundo arguitur sic, phantasma regulat intellectum, vnde quando sunt bona phātasmata & benè ordinata, tunc bene iudicat intellectus, quia molles car ne dicimus aptos mente secundum philosophū, quādo autem distorta & perturbata; vt in pueris, ebriis, dormientibus, & freneticis, tūc male iudicat intellectus sed phātasma nō ,ppter hoc est dignius intellectu, ergo &c. Respondetur quod phātasma regulat seruiliter & instrumentaliter, intellectus autem principaliter & denominatiuè. Et si dicatur cōtra, quia quod regulat coactiuè & effectiuè plus regulat principaliter etiā denominatiuè quā illud quod solum regulat ostendendo cum libertate eius cui ostenditur sequandi vel fugiēdi. Primo autem modo phātasma mouet licèt virtute intellectus agentis. Secundo modo intellectus mouet voluntatem, ideò &c. Ad hoc dicunt quidam quod libertas est nobilior in intellectu quam in uoluntate, quia ibi radicaliter, hic formaliter. Sed cōtra hoc dictū est, quia perfectio simpliciter ibi est nobilius vbi est formaliter, quia simpliciter melius est eam habere formaliter quam non habere. Vnde dicendum melius. ſ. ꝙ libertas ita est formalis in intellectu sicut in uoluntate. Et cū hoc prius seu plus causaliter & radicaliter est in intellectu. Nunq̄. n. aliquis actus est liber in uoluntate nisi sit liber in intellectu, & cū hoc libertas actus voluntatis est ex libertate actus intellectus concurrentis, vnde illa solū possumus nō velle quæ possumus iudicare non uolenda vt finē, immo plus, quia qū iudicamus aliquid ultimatè eligēdum necesse habemus eligere pro tunc, & illi iudicio non inest necessitas nisi ex suppositione sibi ipsius. Electionis autē inest necessitas ex suppositione iudicii, quia ante iudicium nō erat necesse eligere quocunque alio posito, sed ante electionē necesse erat eligere iudicio supposito ultimato, saluo tamē intellectu articuli ad istam materiam. ¶ Item quòd voluntas sit nobilior intellectu arguitur sic. Illud quo simpliciter sumus boni, & cuius malitia est peior est nobilius, huiusmodi autem est volūtas. Nam bonitas moralis quæ est per virtutes in voluntate facit bonum simpliciter, scire autem parum aut nihil facit ad virtutem, & odiū Dei est grauius infidelitate, ergo &c. Respondetur. Voluntas est quid vtilius in genere, sed non propter hoc est nobilius in genere naturæ, sicut visus ē nobilior gustu, istæ tamen magis necessarius. Inhonesta enim nostra quandoque maiorem necessitatem habēt & ,ppter hoc solutiur de merito & huiusmodi. ¶ Item quod beatitudo consistat principaliter in actu voluntatis, probatur sic beatitudo consistit in actu nobilissimo, sed actus voluntatis est nobilior actu intellectus, ergo &c. Maior patet ex primo & 10. Ethico. Minor probatur, quia ille actus est nobilior in quo & scd̄m quē sumus liberi quam ille ſm quem non habemus libertatem, sed scd̄m uoluntatē sumus liberi, non aūt secūdū actum uolūtatis qui necessitatur ab obiecto &c. Respon. per interemprionem minoris, quia actus uoluntatis nō est nobilior quā actus intellectus, sed ecōuerso ut probatū est. Et cūdi citur quòd actus voluntatis est liber & non actus intellectus. Dicendum quod libertas potest sumi dupliciter, vno modo prout opponitur coactioni, & sic intellectus est liber in intelligendo sicut uoluntas in volendo quod patet, quia illud solum est coactum, quod est contra inclinationē rei, sed nullum intellige re est cōtra inclinationem intellectus immo est secundum inclinationem eius. Naturaliter enim intellectus inclinatur ad intelligendum, cum intelligere sit sua perfectio, ergo impossibile est quod intellectus in intelligendo cogatur, sicut nec uoluntas in volēdo, immo breuiter nulla potentia nec cognitiua nec appetitiua respectu proprii actus potest cogi quia nec hoc inuenitur in potentiis naturalibus. Non enim cogitur ignis ad calefaciendum nec graue ad descendendum nec uisus ad uidendum. Semper enim coactio est contra naturam rei & quia potest contingere ꝙ intellectus assentit rei alicui, cuius oppositum voluntas magis acceptasset, & ideò voluntas hic cogitur actu imperato non actu illicito, quatinus hoc fit cōtra eius inclinationem. Non autem intellectus, cuius inclinatio est ad omnia intelligendū. Alio modo sumitur libertas prout opponitur necessitati, & sic nō oportet quod actus sit nobilior qui est liberior, alioquin liberius esse in Deo vel le alia a se quam velle seipsum, & in nobis esset nobilior uoluntas eorum quæ sunt ad finem, qua uolumus liberè quam uoluntas finis,

Libertas dicitur dupliciter.

nis, quē neceſſariò volumus quæ omnia ſunt falſa. Et iterum, ſi propter libertatem poneretur fœlicitas in actu voluntatis deberet poni in actu libero nō in actu neceſſario, ſed actus voluntatis reſpectu Dei in patria eſt neceſſarius & non liber ſiue diligendo Deum amore beniuolentiæ, ſiue fruendo Deo amore concupiſcentiæ, ergo in nullo actu voluntatis in patria conſiſteret beatitudo. Item nec illud eſt verum quòd intellectus non ſit liber, ſicut voluntas, licèt enim intellectus neceſſitetur quoad prima principia quæ de ſe continent claram veritatem, nihilominus non neceſſitatur reſpectu omnium quæ deducuntur ex primis principiis, ſed quibuſdam liberè aſſentit exceptis his qui habent neceſſariam deductionem ex ipſis. Similiter neceſſitatur voluntas reſpectu finis, ſed libertatem habet in his quæ ſunt ad finem, ergo tot modis eſt intellectus tam practicus quam ſpeculatiuus iudicando liber, quot modis voluntas eſt libera in eliciendo. Quod autem conſueuit dici quòd uoluntas imperat intellectui & omnibus uribus animæ, non ſic eſt intelligendum quod poteſt ſicut ſuperius ſuo inferiori, immo potius eſt data inclinatio intellectui ad proſecutionem ſuæ perfectionis naturalis, ſicut dictum eſt de appetitu rerum naturalium qui datus eſt eis propter ſuæ perfectionis naturalis inclinationem. Vnde ſicut ibi appetitus nō imperat formæ motus, ſed eſt inclinatio conſequens rem propter conſequendā, & obſeruandā eius perfectionem, ideò propter hoc nō dici poteſt quòd ſit aliquid nobilius forma rei uel eius operatione ſic voluntas eſt inclinatio data. Cum autem omnia quæ hic amantur, amentur inquantum bona apparentia uel exiſtentia, quoniam omnia bona reperiuntur in Deo perfectiſſimo modo, & ideò ſummè amandus, vt perueniatur ad poſſidēdum eum in patria, vbi perfectè amatur, & nil dulcius amore Dei, nil utilius, nil honeſtius. Vnde Aug. in lib. confeſſionum, omnia quibus aliquid vnum conſtat, & nō ſunt omnia ſimul plus delectant omnia quam ſingula ſi poſſint ſentiri omnia, ſed longè melior eſt illis Deus qui fecit omnia ſi placēt corpora Deum ex illis lauda, & in artificem eorum rectorem quæ amorem, ne in his quæ tibi placent, vt diſpliceas. Si placēt animæ in Deo amētur, quia & ipſę mutabiles ſunt & in Deo ſtabiliuntur fixæ, alioquin irēt & perirent. In illo ergo amentur & rapere ad Deum tecum quas potes, & dic eis hūc amemus, ipſæ fecit hæc & non eſt longè, non enim fecit & abiit ſed ex illo & in illo ſunt. Ecce ibi eſt, vbi ſapit veritas intimus cordi eſt, & cor errauit ab eo, redite præuaricatores ad cor, & inhærete ei qui fecit vos, ſtate cum eo & ſtabitis requieſcite in eo & quieti eritis. Quo itis in aſpra quo itis, nō eſt requies, vbi eam quæritis, beatam vitam quęritis in regione mortis, & quo modo eſt vita beata, vbi non eſt vita? Sed defecēdit huc ipſa vita veſtra, ſcilicet ex dilectione ad nos, & tulit mortē veſtram, & occidit eam, & tenuit clamans, vt redeamus ad eū, & diſceſſit ab oculis, vt redeamus ad cor & inueniamus eum. Hæc ille, per dilectionem inuenitur. Idem in ſecundo li. confeſ. Domine Deus ſuperbia celſitudinem imitatur, cum tu ſis ſuper omnia excelſus, & blanditiæ amari volunt, cum nihil ſit tua charitate blandius, ignauia quietē apetit, & quæ quies certa præter te? luxuria ſatietatem, & tu es plenitudo, & indeficiens copia incorruptibilis ſuauitatis. Auariria multa poſſidet, & tu poſſides omnia. Inuidia de excellentia litigat, te autem quid excellentius? Ira vindictam quærit, re autem iuſtius quid vindicet? Triſtitia rebus amiſſis contabeſcit, quia ita nollet ſibi ſicut tibi nihil poteſt auferri, ita fornicatur anima cum auertitur abs te, & quærit extra te quæ pura & liquida non inuenit niſi cum redierit ad te, & peruersè te imitantur omnes qui longè ſe faciunt a te & extollunt ſe aduerſum te, ſed etiam fictè imitando iudicant te creatorem eſſe omnis naturæ, & ideò non eſſe omnino credatur a te. Hæc iſtæ. Ex his habes quòd in omnibus vitiis quærit homo & amat bonum, ſed apparens falſum & non verum. Sed omnia illa bona quæ vitia falſo repromittūt, vt utilitatem quoad auaritiam, delectationem quoad luxuriam & gulam, excellentiam quoad ſuperbiam, & ſic de aliis, omnia verè & perfectè ſunt in Deo, & ideò ſummè amandus vt veniatur ad dilectionem patriæ quo nil ſuauius. Aug. in 10. confeſ. Omnes beate uiuere volumus. Beatus autem nec ille eſt qui non habet quod amat, qualecunque ſit, nec qui habet quod amat ſi noxium ſit, neque qui non amat quod amandum eſt cū ſit optimum, nam & qui appetit quod adipiſci non poteſt, cruciatur, & qui adeptus eſt quod adipiſcendum non eſſet ægrotatur. Reſtat ergo quartum, vbi vita beata inueniri queat cū ſcilicet id quod eſt hominis optimū, vt amatur & habetur. Quod eſt hominis optimum tale eſſe debet quod non amittat inuitus. Virtus certè animam facit optimam, & quæ ad beatitudinem ducit. Si autem virtus ducit

ad

ad beatam vitam, nihil virtutem esse affirma uerim nisi summum amorem Dei. Nam & il lud quod virtus quadripartita dicitur ex ipsius amoris vario effectu dicitur. Est. n. tempe rantia amor integrum se præbens ei qđ ama tur. Fortitudo amor facili tolerans omnia, ꝓpter id quod amatur. Iustitia amor soli amato seruiens, & ideò rectè dominans. Prudẽtia amare ea quibus adiuuatur ab eis a quibus impenditur sagaciter eligens, sed hunc amo rem non cuiuslibet rei: sed Dei esse dixim⁹, idest summi boni, summæ sapientiæ, summę cõcordię. Est enim charitas simplex & pura quæ spiritu sancto est inspirata, ꝑducitur ad filium per quem cognoscitur pater & infra. Si Deus est summum bonũ hominis, nihil est aliud homini bene viuere quã Deũ toto cor de tota mẽte, tota anima diligere, a quo exi stit, vel incorruptus in eo amor custodiatur, qđ est temperantiæ, nullis frangatur incõmo dis quod est fortitudinis, nullis aliis seruiat, quod est iustitiæ, vigilet in discernẽdis rebus ne fallacia surrepat, quod est prudentiæ. Hæc est hominis vna perfectio qua sola impetra tur, vt veritate perfruatur Hæc Aug.

¶ *De tertia dote animæ, scilicet fruitione quæ est delectatio seu gaudium quod habent sancti de Deo uiso & amato. Cap 6.*

DE fruitione quę ponitur tertia dos animę. Fruitio secundum Pet. de Palu. in 4. dist. 49. qõ. 4. secundum communem opi. doc. est vna de dotibus animæ & aurea essentialiter. Hæc fruitio & dilectio est gaudium quod ha bent sancti de Deo viso & amato, prout distin guitur contra dilectionem quæ est alia dos. Et de gaudio supernæ patriæ plenæ sunt scri pturæ, & propter ipsam summam delectatio nem assimilatur ille status rebus multum de lectabilibus, vt cœne, nuptiis, conuiuiis & hu iusmodi, & quoad animas beatorum est laus mẽtalis Dei postea resumptis corporibus etiã vocalis. Vnde Esaiæ. 51. dicitur. Gaudium & lætitia inuenietur in ea gratiarum actio & vox laudis. Huius autem fruitionis obiectũ non solum principale, sed etiam immediatũ est Deus secundum quod in se est summum bonum amatum super omnia amore amicitiæ & non visio ipsius Dei, vt quidam dicũt. Et hoc patet quatuor rationibus ¶ Primo sic, si immediatum obiectum fruitionis non es set Deus, sed visio Dei, sequeretur quòd inter visionem & delectationem caderet actus me dius reflexus. Hoc est falsum, vt proba tur, ergo &c. Maior patet, quia delectatio non po test esse nisi de obiecto cognitio. Si ergo visio Dei esset immediatum obiectum delectatio nis, sequeretur quòd ipsa visio esset cognita, sed visio Dei non potest esse cognita per actũ reflexum quo videmus non videre, ergo &c. Minor probatur, quia bonitas Dei summa & infinita visa est prius a beato quam bonitas visionis quæ est finita, sed voluntas non po test ferri actu desiderii in summum bonum sibi præsentatum per modum absentis in via, ergo & similiter non potest ipsa nõ ferri actu delectationis in summum bonum præsens in patria prius ergo voluntas delectatur in Deo quam cognoscatur ipsa visio, ergo cognitio visionis non cadit media inter visionem Dei & delectationem sequentẽ & hęc fuit minor. ¶ Secundo idem probatur sic in omni delecta tione & dilectione alicuius & habitione uel assecutione eius quando habitum est magis dilectum quam eius habitio, tunc ipsum ha bitum est obiectum immediatum tam dile ctionis quam delectationis & non habitatio eius, sed in dilectione & delectatione patriæ quæ sunt de Deo habito, ipsum habitum, sci licet Deus est magis dilectum quam habitio eius, scilicet visio, ergo immediatum obiectũ delectationis & dilectionis est Deus, & nõ vi sio per q̃ habetur. Maior probatur dupliciter, scilicet ratione & exemplo. Ratione proba tur sic. Illud quod magis amatur immedia tius amatur, sicut finis magis amatur quã cau sæ quæ sunt ad finem, & similiter immedia tius amatur quamuis in assecutione finis sit oppositum. Idem patet per exemplum, quia enim magis diligo iustum vini quam ipsum vinum, quia non diligo nisi, vt vinum gustũ, ideò immediatum obiectum huius dilectio nis est gustus vini nõ vinum. Econtrario quã do habeo amicũ præsentem ipsæ amicus est magis dilectus quam eius habitio vel præsen tia, & ideò est immediatum obiectũ dilectio nis & delectationis, & sic patet maior. Mi nor etiam patet, quia nisi Deus habitus ma gis amaretur quam habitio eius esset peruer sus amor qui in patria locum nõ habet, ideò &c. ¶ Tertio sic probatur quod illud quod est immediatum obiectum summæ cognitio nis, & summæ delectionis est immediatum obiectum summæ delectationis, sed Deus est huiusmodi, & non aliquid creatum, ideò &c. Maior patet, quia voluntas & omnis appeti tus delectatur in eo quod summè amatur, & summè delectatur in eo quod summè amat. Minor similiter patet, quia Deus est immediatum

Obiectũ fruitionis.

diatum obiectum cognitionis & dilectionis ſummæ, ergo &c. Quarto ſic, illud & immediatum obiectum fruitionis quod non eſt immediatū obiectum charitatis a qua fruitio dicitur, cum idem ſit immediatum vel mediatum obiectum habitus & actus, ſed immediatum obiectum charitatis eſt Deus ſolus & nō aliquid creatum in via uel in patria, ergo immediatum obiectum dilectionis vel fruitionis eſt ſolus Deus. ¶Secundum quod amare ſecundum philoſophū in ſecūdo rheto. eſt velle alicui bonum ſibi vel alteri, hoc autē ſit dupliciter. Vno modo vult aliquis bonum alicui propter bonum ipſius amati ſicut diligimus uirtutes, honores & huiuſmodi alia amico nō ꝓpter aliquid bonum noſtrū, ſed ꝓpter bonum ipſius amici, & dicitur hic amor amicitiæ. Alio modo vult aliquis bonū alicui ſeu amat quis aliquid propter bonum ipſius amantis, & ſic amatur vinū, pecunia, & huiuſmodi, quia delectabile eſt vel utile, vnde & bonū ipſi amāti & dicitur amor concupiſcentiæ. Pe. de Pa. ſic diſtinguit. Cū amare ſit uelle alicui bonum, ideò amans fertur per amorē in duo, ſcilicet in illum cui vult bonum & in bonum quod ei vult, & reſpectu primi eſt amor amicitię; reſpectu ſecundi eſt amor cōcupiſcentiæ, deus autē diligitur a beatis amore amicitiæ & fruitio ſeu delectatio cauſans hāc delectationē ptinet principaliter ad amorem amicitiæ. Et quamuis propter delectationem velimus communiter nobis bonum in quo delectamur, tamen oppoſitum eſt in delectatione qua delectamur de Deo viſo & amato, quia ibi plus diligitur delectans effectiue quam delectatum & delectatio. Nec diligitur Deus quia delectat ſicut vinum amatur, quia dulce & delectans, ſed propter hoc ſummè delectat, quia ſummè diligitur. Pōt ergo homo aliquid concupiſcere aliter quam prout eſt ſua perfectio formalis, etſi hoc negaretur de proximo quia amicabilia quę ſunt ad alterū ueniunt ex amicabilibus quæ ſunt ad ſeipſum ſecundum philoſophum, tamen de deo negare non poſſumus quin concupiſcamus dei laudem & honorē, & quod a nobis ametur, immo quod ab omnibus & hoc propter perfectionem noſtra formaliter. Primo quia propter illud concupiſcimus bonū alicui propter quod amamus ipſum propter amorem amicitiæ, cū ergo amemus deū amore amicitiæ propter ſeipſum primo non propter nos nec propter aliquā noſtrā perfectionē, ergo qđ volumus ipſi deo uolumus propter ipſummet deū primo & nō ꝓpter aliquā noſtrā pfectionem formalem, & ſic concupiſcimus aliquid quod nō eſt formalis pfectio nec cōcupiſcētis, nec eius cui cōcupiſcitur, æſtimātes ꝙ ita eſt, immo & reſpectu ꝓximi §.1.
eſt idē ſentiēdū. Quia enim debeo diligere ꝓximū ꝓpter deū non propter meipſum hinc eſt ꝙ h bonū aliquod ei concupiſco, debeo ei cōcupiſcere propter deū prius & plus quam propter meipſum quādo autē dicitur qđ amicabilia quę ſunt ad alterū &c. Dicendum eſt qđ hoc eſt uerū in uia generationis & cauſæ efficiētis nō finalis. ¶Primo enim hō diligit bonū ſuū quā alterius, & ex dilectione ſui boni mouetur ad dilectionem boni alterius eſſe ctiuè, ſed nō oportet qđ omne quod diligit diligat ꝓp perfectionē ſuā formalē, vel ꝓpter aliquod bonū ſuū. Itē ꝙ bonū vnicuique proprīū eſt ei amicabile, & ſi ſic intelligatur qđ nihil amatur niſi inquātum eſt bonum amāti ꝓpriū formale vel intrinſecū eſſentiale uel accidentale falſum eſt, quia ſic creatura non amaret bonū increatū nec ecōuerſo nec aliquid amaret niſi ſeipſum. Sed ſi intelligatur bonū propriū largè uerū eſſe poteſt, quia aliquid dicitur eſſe alicuius, nō ſolū formaliter ſed & aliter multis modis. Si enim deus diligit creaturas quę ſunt ſuū bonū ideſt a ſe factū & ſui repræſentatiuū. Et creatura diligit bonū diuinū, quod eſt bonū ſuū effectiuè cō ſeruatiuū & finale, & licèt in deo bonum propriū formale ſit ratio diligēdi bonū alienum inquantū eſt aliquo modo ſuū & ſimiliter in amore concupiſcentiæ, quia nullū bonū cōcupiſcit alterū niſi propter bonū ſuū propriū, tamē in creatura eſt ecōuerſo, quia ſicut prima ratio diligendi bonum proprīū amore amicitię eſt ſibi alienū quod eſt deus, ita in amore concupiſcentiæ ordinatę non concupiſcit homo propter bonum ſuum proprium formale, ſed propter diuinū prout eſt extra ſe & in deo pure. Vnde prima ratio concupiſcentiæ creaturæ rationalis vel intellectualis arecta eſt perfectio diuina & nō aliqua perfectio formalis creaturæ. Quem enim prius & plus diligo amore amicitię illi prius & plus opto & cōcupiſco bonū amore concupiſcentiæ, ſicut prius & plus mihi quam proximo. Vnde & plus amatū eſt ut deus & perſona ſubſiſtens, ſic prius concupitum eſt bonum diuinum, ut intelligitur quā ipſum perficiens & informās ſicut prius & plus uolo deū eſſe quam me habere eſſe. Item cum actus charitatis in patria principalior ſit diligere Deū, ſequitur qđ beatus plus diligit Deū quam uiſionem Dei, illa autem dilectio non poteſt eſſe non delectabilis.

bilis, cum sit ex toto corde ex tota anima, ex toto conatu, immo est summè delectabile cũ sit summa dilectio, sicut enim summam dilectionem in Deo sequitur summa delectatio simpliciter, sic summam dilectionem creaturæ sequitur summa delectatio in creatura. Est autem summa dilectio Dei non uisionis Dei, ergo & illam & non istam sequitur summa delectatio. Item cum delectatio iudicetur secundum dilectionem. Nam si dilectio uituperabilis est & delectatio eam consequens uituperabilis est, si laudabilis dilectio & delectatio consequens laudabilis, ergo quanto dilectio laudabilior tanto delectatio consequẽs erit laudabilior. Sed constat quod dilectio boni diuini est laudabilior quã dilectio boni proprii, ergo delectatio magis de Deo delectat quam de uisione Dei. Et si dicatur qđ ista comparatio habet locum in dilectionibus concupiscentiæ non amicitiæ, & quod delectatio solum sequitur amorẽ concupiscentię, hoc est contra experientiam charitatis, quia gaudet homo si mala sibi propter deum eueniant, etiam si nihil boni uel præmii uel uirtutis accederet, sed solum propter Deum purè & immediatè, aliàs esset gaudium mercennarium. Item licèt delectatio non sit nisi obiectum amoris concupiscentiæ, generaliter tamen delectatio magis consequitur amorẽ amicitiæ, sicut econuerso tristitia & contristatio est consequens odiũ inimicitię. Cũ enim quis cogitat de re odiosa, inuenit displicentiã & non propter cognitionem de ipsa, quia antequam percipia, sed de illa cogitare dolet & contristatur. Et similiter ex hoc ipso quod percipit rem amatam amorem amicitię antequam percipiat ipsam perceptione delectatur, quia beatitudo consistit in actu recto nõ reflexo, sed secundum omnes beatitudinem immediatè consequitur delectatio, ergo cum uisio nõ videatur nisi actu reflexo antequam ipsa sit obiectum cognitionis est beatifica delectatio. Item cum delectatio uoluntatis non sit aliud quam quædam beniuola & delectabilis complacentia experitur homo quod bonum amici placet sibi & in eo delectatur per solum hoc quòd appræhendit illud vt bonũ amici antequam apprẽhendat illud ut bonũ suũ. Et similiter quamuis vnicuique sit amabile bonum proprium, sicut & delectabile, hoc tamen non obstante dicimus quod bonũ diuinum est magis vnicuique amabile quam bonum suum formale, ergo & magis delectabile. Sic igitur obiectum fruitiõis est deus uisus & non ipsa uisio, vnde & delectatio habetur primo de Deo uiso & non de ipso uisu.

¶ De actu recto & reflexo videndi, diligẽdi, fruendi Deum qui est in patria quoad vnitatem uel pluralitatem. Et dicitur actus rectus quo immediate uidetur Deus diligitur uel fruitur quis eo. Reflexus autem actus dicitur quo qs videt se videre deũ ideſt uisionẽ suã, dilectionẽ suã diligit, dilectione sua delectat. Et in uia quidẽ actus rectus & actus reflexus quãdo nõ sunt simul, tũc realiter differũt ut cum intelligo me intellexisse, & uolo me uoluisse aliquid, qa impossibile est quod duo quorum vnum est corruptum aliud saluum sint una res, sed quando sunt simul tunc sũt unus actus numero, siue cũ intelligo me intelligere & volo me velle finem & uelle aliquid propter finẽ, ex vnitate n. principalis obiecti sunt unus actus numero. ¶ De unitate ãt actus recti & reflexi in patria. Sciendũ quod beatus põt uidere uisionem suam dupliciter. Vno modo in Deo, & tunc est unus actus numero quo videt Deum & quo uidet se uidere Deum, sicut cognitio matutina rerum in uerbo est unus actus cũ uisione ipsius uerbi. Alio modo potest habere experimentalẽ cognitionem de illa cognitione & intueri illam in propria natura, quia licèt habitũ supernaturalem non cognoscat homo naturaliter, tamen omnem actum suum potest per experientiam naturaliter cognoscere, & tunc istę actus reflexus differt ab actu primo & ab actu reflexo primo modo dicto, sicut cognitio uespertina a cognitione beatifica & matutina. Similiter amare dilectionem patrię & delectari in delectatione patriæ potest esse dupliciter, quia uel dilectione aut complacẽtia supernaturali, quia qui diligit Deum consequens est ut diligat ipsam dilectionem & propter ipsummet Deum, & sicut delectatur & quietatur in Deo, ita delectatur in ipsa delectatiõe propter Deũ, & hic est vnus actus numero sicut & in via (ut dictum est) Alio mõ diligo & complaceo mihi in istis in quantum sunt bonum meum proprium & formale & dilectione naturali, & istæ actus reflexus differt a recto & a primo reflexo, (sicut dictum est) de uisione reflexa. Quomõcunque autem accipiatur actus reflexus in patria in quã tum huiusmodi, in ipso non consistit beatitudo, prout enim dicit actum naturalem distinctum realiter ab actu recto uidendi, diligẽdi & fruendi Deo, sic in ipso non consistit beatitudo nec essentialiter nec accidentaliter, nec per accidens, quia non consequitur primo & per se, sed quasi per accidens. Si autem loquamur

§. 1.

mur de actu reflexo secũdum quod est vnus actus cum actu recto, tunc secundum rem cum sit vnus, & idem actus, cum recto, sicut consistit beatitudo in actu recto, ita & in tali reflexo. Si autem loquamur secundum rationem non potest beatitudo essentialiter cõsistere in actu reflexo, quia essentialis beatitudo habet Deum pro obiecto immediato & termino, actus autem reflexus, ut sic habet pro immediato obiecto termino actum rectum & creatum, vnde &c. ¶ Quæritur utrũ omnes summè & de necessitate appetant beatitudinem? Respondet Pet. de Pal. in 4. distin. 49. quæstio. 7. ar. 2. de appetitu beatitudinis actu elicito sunt circa hoc tres opiniones. Prima est quod voluntas non vult ex necessitate beatitudinem sibi propositam siue in vniuersali siue in particulari, sed liberè, & probationem huius opinionis causa breuitatis omitto, ibi potes videre. ¶ Secunda opinio est quod voluntas duplex est, scilicet creata & increata. Et voluntas creata dupliciter accipi potest, scilicet prout est in patria, vel prout est in via. Si loquamur de voluntate diuina seu increata, dicendum quod ipsa necessario vult suam beatitudinem, quia si eam posset non velle, posset Deus non esse perfectè beatus. Delectatio enim perficit beatitudinem, sicut pulchritudo iuuentutem, vt dicitur 4. Ethico. Si autem Deus posset non velle suam beatitudinem posset non delectari de ea, quare &c. Præterea si Deus posset non amare beatitudinem suam, posset non amare seipsum qui est sua beatitudo, quod est inconueniens, quare &c. Si autem loquamur de voluntate creata pro statu patriæ, adhuc talis voluntas vult necessario beatitudinem. Cuius ratio est, quia si talis posset non velle beatitudinem posset non delectari cum delectatio sit actus voluntatis de bono volito.

Vtrum oẽs appetunt beatitudinem. Prima opinio. Secũda opinio.

Istud autem non est possibile secundum naturam, scilicet quod videns Deum, sicut beati vident non delectetur de Deo viso, quia quãquam forte Deus de potentia absoluta posset a tali visione delectationem suspendere, hoc tamen non potest facere creatura. Item beatus Augustinus probat in 13. de trini. quod non est beatitudo quam aliquis amittere potest volens aut nolens, sed non potest quis eam amittere, siue volens siue nolens. Sed si beatus non vellet necessariò suam beatitudinem, sed postea eam nolle aut suspendere suum velle, sequeretur quod beatitudo posset amitti a volente vel non volente, ergo impossibile est quod beatitudo non sit necessario volita a beatis. Si autem loquamur de voluntate pro statu viæ, sic distinguendum est de beatitudine, quia beatitudo potest accipi dupliciter. Vno modo in speciali pro eo in quo verè beatitudo consistit, ut est visio diuina. Alio modo potest accipi generaliter, & secundum communem rationem beatitudinis quæ est bene habere & malo carere, q̃ Anselmus uocat commodum. Si ergo primo, scilicet in speciali pro eo in quo verè beatitudo consistit, sic voluntas viatoris non necessariò vult beatitudinẽ, sed potest non velle negatiuè & etiam nolle. Quod possit non velle negatiuè patet, quia quod omnino incognitum est est omnino non volitum secundum Augustinum. sed beatitudo secundum illud in quo verè consistit est multis ignota omnino & valde paucis nota, ergo a multis est non volita. Quod autem possit esse nolita patet sic. Omne illud, cuius affectioni adiuncta est difficultas, & multa quæ habent rationem mali potest esse nolitum. Et ratio est, quia sicut voluntas fertur in bonum per volitionem propter quod vbi malum est coniunctum bono, voluntas potest ferri in illud volendo vel non volendo, sed affectioni beatitudinis est adiuncti multa difficultas & multa mala pœnæ, quæ communiter horrent homines, ergo in beatitudinem quamuis cognitam secundum propriam rationem potest ferri voluntas viatoris volendo eam, vel non volendo non quidem propter ipsam, sed propter mala pœnæ coniuncta. Si autem accipiatur beatitudo secundum communem rationem beatitudinis, sic distinguendum est de appetitu, quia quidam est actus appetitus efficax qui est de re habita, vt delectatio, vel est motus ad rem habendam, vt desiderium efficaciter inclinans ad prosecutionem rei, & tali appetitu non necessariò volumus beatitudinem nobis propositam solum secundum communem rationem beatitudinis, quia tam desiderium quã delectatio efficax sunt respectu boni propositi in particulari, in quo delectamur si sit habitum, & in quod tendimus si non sit habitum, habitio enim rei vel prosecutio ad eam respicit singularia. Est alius actus appetitus seu voluntatis, qui non est velle efficax, sed velle conditionatum, seu quædam velleitas qua dicimur quandoque ea velle quæ sunt impossibilia, & hoc modo omnes volunt beatitudinem secundum commune rationem beatitudinis proposito enim cuicunque quod bonum est bene habere & malo carere,

re, nullus est quin quadam velleitate tendat in hoc, sed quia non efficax est, ideo non euidenter exprimitur quin potius videtur velle esse habituale magis quam actuale & forte est, tamen concordant cum prima opinione quoad primum articulum. Et hæc videtur intentio Augustin. in 13. de ciui. Dei. c. 8. qui probat, quod sicut omnes volunt esse beati ita volunt esse immortales. Constat autem quod illud velle non est efficax, sed quædam velleitas, quia nullus vellet bono carere: sed potius semper bonum habere, ita vellet semper esse, quia sine esse non posset bene habere. Tertia opinio est, quod beatitudinem præsentatam in communi via vel visam in speciali in patria voluntas non potest ex se resuere, nec actus volendi, nec fruendi vtrobique suspendi, sed non actus respuendi vel detestatione haberi. Et prima conclusio quantum ad beatitudinem in communi præsentatam in via, patet per iam dicta, sed quoad præsentatam in patria, probatur sic, sicut se habet principium in speculabilibus, sic se habet finis in agibilibus, sed intellectus non potest non assentiri primo principio, ergo nec voluntas non ferri in vltimum finem clarè præsentatum, probatur, sicut se habet voluntas viatoris ad beatitudinem in communi, sic voluntas comprehensoris ad beatitudinem quæ est in Deo, cum ibi sit in veritate quicquid est in beatitudine secundum communem æstimationem, sed nullus potest nõ amare beatitudinem præsentatam in communi in via, ergo nec in patria præsentatam.

Tertia opinio.

¶ Quantum autem ad secundam conclusionem dicunt quod per miraculum de potentia absoluta Deus potest hoc, scilicet actum voluntatis suspendere præsentata beatitudine clarè in patria vel in generali in uia. Ratio est, quia natura voluntatis dicitur ferri in obiectum sibi præsentatum suppositа communi influentia Dei sine qua nullum agens creatum agere potest. Si ergo Deus subtrahat influentiam ab actione voluntatis, & non ab actione intellectus, erit vna sine alia naturaliter, & non solum non violenter, nisi quod illa natura est vt raro, sed Deus non posset secundum istos immittere in voluntatem actum contrarium, scilicet quod voluntas respuat beatitudinem oblatam in communi, vel clarè visam in speciali, aut quod tristetur in ea. Ratio huius est, quod Deus non potest facere quod potentia feratur in non obiectum, puta quod oculus videret sonum, vel quod potentia calefactiua frigefaceret, obiectum autem voluntatis ad respuendum vel detestandum est malum, & non bonum, ut bonum, ergo impossibile est quod respectu beatitudinis in qua nihil mali apparere potest, voluntas feratur, vel respuendo vel detestando. De dannatis dicit indem Petrus, quod cum in eis remaneat natura integra naturali utique appetitu appetunt beatitudinem. Et si dicatur quod appetitus naturalis non potest esse frustra, dicendum quod verum est per se, per accidens autem appetitus naturalis potest frustrari, vel per libertatem arbitrii seipso abutentis, & hoc vniuersaliter, & in pluribus speciebus uel a casu. In naturalibus non quidem vniuersaliter, & in tota specie, sed raro, & in aliquibus indiuiduis speciei. De appetitu autem qui est actus elicitus, dicendum quod damnati non appetunt beatitudinem in speciali appetitu efficaci laborando & conando ad beatitudinem, cum sciant hoc sibi impossibile, sed appetitu conditionato appetunt eam inquantum habent rationem commodi, vellent enim si esset possibile eam habere inquantum, scilicet quoddam commodum, & simili modo appetunt beatitudinem in generali, scilicet bene habere.

¶ Vtrum beatitudo sanctorum sit futura maior post resurrectionem corporum quam modo sit? Respondet Pet. de Pal. in 4. distin. 69. quæstio. 6. quod beatitudinem sanctorum augeri post resurrectionem corporum potest intelligi dupliciter. Vno modo extensiuè, ut quia sit in pluribus. Alio modo intensiuè, ut scilicet anima beata reassumpto corpore, videat Deum limpidius, & ipsum diligat intensius quam nunc sine corpore. ¶ Et quantum ad primum modum omnes conueniunt dicentes, quod extensiuè augebitur beatitudo tunc, quia beatificabitur tunc homo, non solum in anima quoad uires superiores quæ sunt intellectus & voluntas, sed etiam quoad inferiores sensitiuas, & in corpore quantum ad dotes suas, sicut econuerso damnati affligentur, tunc non solum in anima quoad intellectum & voluntatem, sed etiam in corpore quoad sensualitatem. Et sic loquitur glo. super illud Apoc. 6. Vidi sub altari Dei animas interfectorum, quæ dicit quod animæ sanctorum modo sunt in minori dignitate quam futuræ sint post resurrectionem. Et Hiero. dicit quod peracto finali iudicio Deus ampliorem gloriam demonstrabit sanctis, hæc enim maior dignitas vel amplior gloria

§. 2.

erit

erit secundum extensionem quæ erit ad plura. Et si in contrarium arguatur sic, summū bonum non augetur, sicut nec albissimum magis dealbatur, ergo non potest beatitudo quæ est summum bonum augeri. Respōdeo quod beatitudo Dei est summū bonum simpliciter. Vnde ipsa nullo modo augetur, nec etiam extensiue quocunque sibi addito, nā licèt beatitudo diuina Christi sit extensa usque ad animam & corpus Christi, tamē beatitudo eius creata cum beatitudine increata non est aliquid melius. unde eius beatitudo non creuit, etiam excessiue. Sed beatitudo animæ est summum bonum in genere spirituum & creaturarum, vnde crescit extensiuè, beatitudo autem hominis est summum bonum eius, prout comprehendit vtrumq; non alterum tantum sicut enim perfectum bonum hominis secundum naturam nō est sola anima, sed compositum quia perfectum ex omnibus partibus eius cōstat, sic summū bonū eius non nisi aggregatum ex vtraque beatitudine quod est unum per accidēs etsi non per se. Hoc est enim summum bonum creaturæ, quod sibi taxatum est diuina prædestinatione, quia absolutè qualibet beatitudine Angelica potest esse maior, sed non de potentia ordinata, Deus autem prædestinauit homini utrāque beatitudinem, ideò &c. ¶ Quantum ad secundum modum augmenti, scilicet intensiuum, in hoc extriplex opinio. Prima asserit quod beatitudo essētialis quę consistit in uisione Dei augebitur intēsiuè post resurrectionem, ita quod limpidius Deus cognoscent & intensius diligent quā nūc. Secūda opin. dicit quod beatitudo post resurrectionem erit perfectior, non quidem intensiuè, vt dicit prima opi. sed quia magis promptè & expeditè anima exercebit suam operationem resumpto corpore quam nūc, quia non retardatur a quodam naturali appetitu ipsius animæ ad resumendū corpus. Rationes utriusque opin. omitto, ga utraque communiter reprobatur, vt patet ibi efficaciter. Est ergo tertia opi. uerior Bea. Tho. in 4. d. 49. q. 1. art. 4. quæst. 1. quod anima re assumpto corpore nō intēsius uidebit deū, nec expeditius quam anima separata, & ultra alias rationes ibi posita multas ad hoc, hęc est satis communis & efficax & est talis. Si animæ beatorum intensius & liberius uiderent Deum resumptis corporibus quā ante, hoc esset uel ex parte potentię cognoscētis, quia illa remanet pēnitus eadem non intensa nec remissa nec ex parte luminis propter eandem causam nec ex parte obiecti, quia tunc non repręsentabitur aliter nec ex parte alicuius impedimenti, quia nullū est in anima separata plus quam coniuncta, ergo anima resumpto corpore non uidebit intensius, aut liberius. Appetitus enim animæ separatæ de administrādo corpus & reunione in nullo minuit, uel distrahit uisionē, & fruitionem Dei, quia illud non appetit nisi prout uidet placere diuinæ uoluntati quam intuetur & qua fruitur. Quod autem Augu. hoc uidetur dicere, s. q. retardet talis appetitus loquitur inquisitiuè non assertiuè.

¶ De quatuor dotibus corporum beatorum glorificatorum. Cap. 7.

DOtes corporum beatorum resurgētium quatuor assignantur, scilicet claritas, impassibilitas, subtilitas, & agilitas, quæ notari possunt in quatuor proprietatibus solis cui comparantur sancti glorificati in anima & corpore. Dicitur enim Matt. 13. c. Tunc, scilicet in ultima resurrectione fulgebunt iusti sicut sol in regni patris sui. Et ad hoc potest adaptari illud Psalm. 88. Thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum. Thronus CHRISTI de quo ibi loquitur sunt sancti in quibus requieuit, & requiescit per gratiam, & gloriam qui sub eo sunt, ut Thronus subsedente, & isti sunt resplendentes etiam quantum ad corpora glorificata, vt sol & sicut luna perfecta quæ tota est plena, sed illuminata a Sole, ita Ecclesia a Christo indeficienter glorificata. Sol in se & in radio suo primo habet maximam claritatem. Quid enim lucidius sole, dicitur Eccles. 43. septimo. Quasi diceret, nihil. Secundo habet in essentia sua impassibilitatem. Non enim corrumpi potest, & radius eius per immunda transiens non conquinatur, ait Augustinus. Tertio habet sol in suo effectu subtilitatem, nam & radius penetrat fenestram uitreā, sine apertione, & uirtus eius transit ad uiscera terræ, ad generandum metalla, & præstandum uigorem herbis & arboribus. Quarto habet sol etiam in suo motu & discursu agilitatē, seu velocitatem, nam & ipsum corpus solare uelocissimè mouetur, & radius eius de mane cum in subito oritur extenditur ab Oriente in Occidentem. ¶ Correspondent

autem quattuor virtutibus cardinalibus secũ dum Tho. in 4. quæ habent hominem benè regulare in se & ad proximum, sicut tres dotes animæ, de quibus dictum est suprà correspondent tribus virtutibus theologicis, de quibus. 1. Corin. 13. nunc manent fides, spes & charitas tria hæc. De cardinalibus autem dicitur Sap. 8. Sobrietatem, ideſt, temperantiam, & scientiam docet, ideſt prudentiam, iuſtitiam ſpecialem, & virtutem, ideſt fortitudinem, quibus nil melius in vita hominibus. Et quia ſecundum vnam acceptionẽ iuſtitia eſt omnis virtus, prout, ſ. generaliter accipitur. Et ideò dicitur, iuſti fulgebunt, &c. ſ. per virtutes quattuor quæ cõprehenduntur in iuſtitia generali qua puenitur ad gloriam, & dotes corporis. Claritas correſpondet prudentiæ quæ eſt recta ratio agibilium, & ſic facit mẽtem claram. Impaſſibilitas correſpondet fortitudini, & patientiæ, per quas quis redditur quaſi impaſſibilis, ita ſcilicet vt nõ deducatur homo in paſſiones irę. Subtilitas correſpondet iuſtitiæ quia quis ſubtiliter examinat quid cunque tribuendum. Agilitas temperantiæ quę facit hominem facilẽ, & promptum ad obediendum, & benefaciẽdum. Poſſunt etiam iſtę quattuor dotes alici ex auctoritate Sap. 3. Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Vt enim dicit Robertus Hollrot ſuper illo tex. Claritas notatur, cum dicit fulgebunt, etſi diuerſimodè, quia vt dicit Apoſtolus 1. Corin. 15. Stella differt a ſtella in claritate, ſic erit reſurrectio mortuorum, quia magis, vel minus reſurgentes fulgebunt. Impaſſibilitas ſeu incorruptibilitas innuitur cum ſubdit iuſti. Iuſtitia enim eſt conſtans, & perpetua volũtas reddendi vnicuiq; quod ſuum eſt, & ſit habet in ſe perpetuitatem, ſ. in propoſito. in qua ſignificatur impaſſibilitas. & icorruptio. Subtilitas oſtenditur cum dicitur. Scintillæ, ignis quæ ſunt valdè ſubtiles ſeu actitæ. Agilitas inſinuatur in diſcurſu, quia diſcurrunt. Vt enim dicit Augu. vbi uoluerit ſpiritus, ſcilicet eſſe ibi erit corpus quaſi ſtatim pp ſubitum diſcurſum. Iſtas quatuor dotes ſigillatim exprimit, & ſatis clarè Apoſtolus. 1. Cor. 15. cum ait. Sic erit reſurrectio mortuorum ſeminatur in corruptiõe, ſurget in ĩcorruptione, ſeminatur in ignobilitate, ſurget ĩ gloria, ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute, ſeminatur corpus animale ſurget corpus ſpirituale, &c. Ipſis dotibus vt dicunt quidam vſus eſt Chriſtus adhuc mortalis. Nam dotẽ claritatis oſtendit in transfiguratione, qñ reſplenduit facies eius vt ſol. Matt. 17. Dotem agilitatis quãdo ambulabat ſuper aquas ſiccis veſtigijs intrãs ĩ nauẽ ad diſcipulos. Mat. 14. Dotem impaſſibilitatis quando dedit ſeipſum in vltima cena in cibum & potum, ibi enim in ſacramento exiſtens non patiebatur attritionem adentibus diſcipulorum vel aliquam alterationem. Dotẽ ſubtilitatis quãdo exiuit de vtero virginis naſcens per clauſam portam, ideſt ſaluo ſignaculo virginali, quãuis propriè loquendo hoc non pertineat ad dotem ſubtilitatis intrare, vel exire de loco clauſo omnino, ſed fuit per ſpeciale miraculum diuinæ Trinitatis, vt infra dicetur. Sicut ergo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriã patris. ita vos in nouitate uitæ ambuletis, i, ſicut Chriſtus reſurrexit in corpore glorificato cum iſtis quatuor dotibus, ita fideles dimittentes veterem vitam peccatorum, nouẽ inchoent ſe exercendo in actibus quatuor virtutum quæ ſignãtur, & correſpõdẽt quattuor alijs dotibus, & per eas perueniatur ad eas. Sufficientia harum dotium quare ſcilicet ſunt quattuor, & non plures nec pauciores. Pet. de Pal. in 4 diſt. 44. q. 5. ſic aſſignat. Gratia perficit naturã ſecundum modũ eius ſicut ergo corporis natura conſtat ex quattuor elementis, & humoribus ſic, & eius gloria ex quattuor integratur. Vnde quia finis nobilior eſt his quæ ſunt ad finẽ, & excellentius continet bonitates, eorum, & perfectiones, corpora autem ſanctorũ ſunt perfectiora ſicut finis omniũ corporum, i deò debent habere perfectiones aliorum. Cum ergo corpus humanũ ſit corpus, & ſit corpus animatum, animatum autem differt ab inanimato motu, & ſenſu. Inde eſt quod quia in corporibus inanimatis perfectio eſt incorruptio quia propter longè diſtare a Deo fiũt entia corruptibilia, & lux eſt puriſſima qualitas propter quæ duo corpora cœleſtia eminẽt. Ita corpus glorioſum debet habere dotem ſubtilitatis propter primum, & dotem claritatis propter ſecundum. Imperfecta aũt animalia propter ſenſum eminent plantis, & inter illa quæ plures habent, & p ſpicaciores. Item inter ipſa q̃ habent motum progeſſiuũ ſunt perfectiora, & ſic corpus inquantũ animatum habet dotem ſubtilitatis per quam redditur ad omnes operationes ſenſitiuas paratiſſimum, vt viſu excedat Lincem, & Aquilã, & ſic de alij. & pp dotẽ agilitatis Aquilis, & vento ſunt velociores, ſecundũ illud. Vouit ſuper pennas ventorum. ſ. corpus Chriſti glorificatum cum aſcendit in cœlum.

Sufficientia dotium.

Chriſtus vſus eſt dotibus.

¶ De

§. 1. ¶ De dote impassibilitatis. Sciendum secundum Pet. de Pal. in 4. di. 44. quòd cum passibilitas & passio sibi correspondeant vt potẽtia & actus sicut passio dicitur upliciter, sic & passibilitas. Passio accipitur vno mõ largè pro receptione formæ quantuncunque conuenienti naturæ rei. Secundo modo accipitur magis strictè pro amissione formæ conuenientis secundum naturam & receptionẽ formæ disconuenientis & contrariæ secũdũ naturam. Et simili modo passibilitas dicitur dupliciter, s. potentia susceptiua primæ passionis aut secundæ, loquẽdo de passione vel passibilitate primo modo dicta, sic corpora sanctorum post resurrectionem non erunt impassibilia. Primo quia in corporibus glorificatis erit vsus sensum, sed talis usus non potest fieri sine receptione speciei sensibilis, ergo in beatis erit passio quæ ẽ receptio formæ cõuenientis. Secundo quia corpora gloriosa assimilabuntur corporibus cœlestibus, quæ sunt incorruptibilia secundum naturam sed corporibus cœlestibus non repugnat passio quæ est receptio formæ conuenientis, & perficientis sicut videmus de Luna quæ illuminatur a Sole & cæteris planetis & Stellis, vt innuitur in lib. de proprietatibus elementorum, ergo &c. Sed loquendo secundo modo de passione & passibilitate, s. pro receptione formæ discõuenientis, & cõtrariæ nature & abiectione formę cõueniẽtis, sic sũt ipassibilia, quia cũ in eis ponatur quod est perfectionis, & remoueatur quod est imperfectionis ipsa erunt passibilia passione quæ est salus & perfectio. nõ illa quæ magis facta abijcit a substantia, ut dicitur in secundo de anima. ¶ Sed est uidendum per quid sint ipsa corpora impassibilia? Ad quod dicitur q̃ hoc erit aut ꝑ priuationem principij passiui, aut per impedimentum passionis. Primo modo dixerunt aliqui quod corpora illa erunt impassibilia, quia in eis non erunt qualitates elementorum actiuæ, et passiuæ q̃ sunt in corporibus mixtis causa actionis & passionis. Credebant. n. quod post resurrectionẽ corpora humana essent mixta ex elementis manentibus in eis secundum suas substantias, & non secũdum qualitates actiuas, & passiuas sed istud non est uerum, quia qualitates elementorum remanent in corporibus gloriosis, quia gloria non tollit ea quæ sunt de perfectione naturæ, sed qualitates elementorum sunt de perfectione mixti saltem accidentali, ergo non tollentur per gloriam. Remanebunt ergo elementa in corpo-

Passibilitas duplex.

Per q̃ sunt impassibilia.

ribus glorificatus secundum suas qualitates scilicet calidum, frigidum, humidum, & siccum, sed non alterabuntur nec patientur alterum ab altero, quia cum post resurectionẽ cesset motus cœli oporteret qđ illud qđ semel pateretur, semper ab altero pateretur & sic præcedente passione finaliter sequeretur corruptio, quod non est uerum. Impassibilitas ergo resurgentium corporum non erit ꝑp carentiam qualitatum elementariũ. Quid ergo istud sit per quod fiunt impassibilia corpora illa? Circa hoc est duplex opinio quidam. n. dicunt quod hoc erit per formam inhærentem & existentem in ipsis corporibus, quod sic probant. Anima nõ potest habere aliquod dominium per corpus tunc magis quam nunc nisi corpus fit immutatũ, sed anima post resurrectionem habebit perfectum dominium super corpus. ita ut corpori nil possit accidere præter uoluntatem animæ, alioquin non esset perfectè beata, ergo corpus erit omnino immutatum, sed mutatio terminatur ad aliquã formam, ergo corpus glorificatum per aliquam formam quã habebit reddetur impassibile. Ad quod etiã facit quod ait Aug scilicet quod in corporibus glorificatis erit perpetua sanitas & incorruptionis uigor, sed sanitas est per aliquam formam inhærentem, ergo &c. Est alius modus dicendi, scilicet quod ipsa impassibilitas corporum glorificatorum non erit per aliquam formam inhærentem, sed solùm per diuinam uirtutem assistentem beatis & ꝑhibentem actionem cuiuslibet extrinseci inferentis passionem, quod probant per dictũ Augustini sic scribentis in epistola ad Consentium. Sicut ab igne fornacis Chaldeorum abstulit Deus uirtutem comburendi quantum ad aliquid, quia scilicet corpora puerorum illesa seruata sunt, sed mansit quantum ad aliquid quia ille ignis comburebat ligna. ita auferet Deus ab hominibus corruptionẽ & dimittet eis naturam modo prædicto, s. impediendo excessum actionis in præseruãdo ab omni nociuo extrinseco, Ex quod patet quod intentio August. est quod incorruptibilitas, & impassibilitas est in corporibus beatorum, per hoc quod diuina uirtus assistens beatis impediret actionem cuiuslibet inferentis corruptionem. Vnde ad rationem factam pro alia opinione potest dici q̃ ablatio defectuum passionis quæ fit in corporibus glorificatis potest fieri per solã uirtutem diuinam assistentem beatis ad meritum unde nõ oportet quod fiat per formam

Prima opinio.

Secunda opinio.

inhærentem. Erit ergo tunc corpus ſubditū animæ aliter quā nunc, quia tunc perfectiſſimè. ſed non oportet, q̄ huiuſmodi ſubiectio fiat per nouā formā inhærentem, ſed ſufficit q̄ ſit per diuinā prouidentiā aſſiſtentē, quæ prohibet illa quæ immutāt corpus ad corruptionem. Et qđ dicit Aug. de ſanitate, & uigore hoc poterit eſſe per impedimētū cuiuſcunque extrinſeci inferentis paſſionē non q̄ ſit illa ſanitas forma inhærens. Sciendū etiā, q̄ beati nunquā ſcient p̄ experientiā, quid eſt malū nec hoc p̄tinebit ad imperfectionē alioquin Deus eſſet valdè imperfectus, qui nunquā ſciuit malū p̄ experientiā in ſeipſo. Experientia enim inquantū importat cognitionē importat perfectionē, & ſic eſt ī Deo, & ſic erit in beatis, ſed inquantum importat paſſionem non erit in eis. Hæc omnia. Pe de Pa. in 4. vbi ſupra.

¶ De dote ſubtilitatis. Sciendū ſecūdū Pe. de Pa in 4 di. 44. q. 3. Dicunt quidā dos ſubtilitatis ſecūdū omnes eſt ad ſubijciēdū corpus animæ ad operationes organicas ſenſitiuas, vt remota omni groſſicie, & ineptitudine ad eas poſſētię ſubtilitate rationi obediāt, & ad operationes ſuas purius exercēdas vir tuoſiores fiāt. Pro quorū declaratione dicūt quidā q̄ ſubtile in corporibus opponitur, ei quod eſt groſſum eſſe, etiā vtrūq; reperitur in corporibus, tā ratione quantitatis quā ratione qualitatis. Ratione enim quantitatis illud dicitur ſubtile quod eſt paruum ſecūdū latitudinem, & profunditatem dato. q̄ ſit magnum ſecundū longitudinem, & profunditatem. Ratione verò qualitatis dicitur aliquid ſubtile quod eſt rarū, & paruum, vt aer groſſum verò quod eſt depræſſum, & opacū. vt terra. In ſubtili autem, & groſſo quocunque iſtorum modorum accepto hoc eſt commune q̄ ſubtile eſt facile penetratiuū alterius. Subtile uerò ſecundū quantitatem propter figuram acutam quam habet ſi non ſit latū, & profundum quamuis ſit longum vt ſtilus & acus. Talis enim figura eſt diuiſiua, & facile penetratiua propter diuiſibilitatem partium ſuarum in partes paruas poros illorū corporum ſubintrantes, vt aer, aqua, & huiuſmodi, & propter hanc conditionem nomen tractum eſt ad potentias cognitiuas. Ille enim dicitur habere acutum viſum, qui poteſt penetrare ad videndum parua, & lōginqua, q̄æ alij non vident Et ille dicitur habere acutum intellectum qui penetrat ad cognitionem occultorum. Iuxta hunc etiam modum ſubiectæ ſpirituales dicūtur ſubtiles, quia maximè elōgantur à groſſicie corporali qualitercunque accipiatur, & maximè penetratiue ad cognoſcendū intima rei Occaſione aūt horū fuerūt duo errores circa dotem ſubtilitatis corporū glorificatorū, quorū vnus eſt dicentium, q̄ poſt reſurrectionem corpora conuertūtur in ſpiritū occaſionem ſumentiū ex dictis Apoſtoli. 1. Cor. 15. vbi dicitur Seminatur corpus animale, ſurget ſpirituale, & hic error primo cōuincitur, quia forte non eſt poſſibile quacunque virtute conuerti corpus in ſpiritum. Secūdo quia etſi eſſet poſſibile, & ſic fieret, tunc homo nō reſurgeret q̄a homo dicit quid compoſitum ex anima, & corpore, & nō alterū ſolū Nec motiuū eſt ſufficiens q̄a ſicut Apoſtolus dicit, q̄ corpus ſpirituale reſurget, ita dicit, q̄ ſeminatur animale, ſed nunc non dicitur corpus animale, quia conuerſum ſit in animam, ergo nec tunc dicitur ſpirituale ex eo. q̄ cōuerſum ſit in ſpiritum. Alius error fuit dicentiū, quod poſt reſurrectionem corpora beatorum erūt ſubtilia, quia erunt rara ad modum aeris quod patet eſſe erroneum, quia taliā corpora non ſunt palpabilia Corpus autem Chriſti poſt paſſionem ſuā fuit palpabile. Vnde dixit diſcipulis. Palpate & videte, &c. Item veritas humani corporis requirit carnem, & oſa, quæ non compatiuntur talem raritatem, & ideò hic error damnatur à Greg. 9 mora.

¶ Dicendum eſt igitur alter ſcilicet, quòd poſt reſurrectionem corpus erit plenè ſubditum animæ ſpiritui. Compatatur autem anima ad corpus tripliciter. Primo quantum ad eſſe, quia anima eſt actus, & forma corporis. Secundo quantum ad operationes, quibus anima vtitur corpore, vt ſubiecto ſicut ſunt operationes ſenſitiuę. Tertio quantum ad motum localem, anima enim non ſolùm eſt actus corporis, ſed etiam motor aliquo modo. pōt igitur ſubiecto corporis ad animā cōſiderari quātū ad eſſe pertinet ad dotem impaſſibilitatis ratione cuius nihil poteſt accedere in corpore. qđ ſit ad ſeparationem corporis ab anima, ſed perfecta ſubiectio corporis ad animam, vt ad motorem, pertinet ad agilitatem, vt infra dicetur. Perfecta verò ſubiectio eius ad animam quoad operationes cognitiuas, & appetitiuas videtur pertinere ad ſubtilitatem. Et hæc ſubiectio poteſt intelligi, vel quantum ad operationes ſenſitiuas præcisè, vt nihil ſit in corpore quo puritas talium operationum impediat, ſicut nunc fit in nobis propter groſſiciem, & impuritatem ſpirituum deſcruientium, operationibus

Prima opinio.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

rationibus ſenſitiuis, talis.n. impuritas omnino tolletur a corporibus glorioſis. Vel poteſt intelligi ſubiectio propter obedientiam meram & perfectam, quam tunc habebunt vires ſenſitiuæ ad rationem quæ obedientia nõ eſt modo cum caro concupiſcat aduerſus ſpiritum. Et ob hoc corpus dicitur animale ab animalitate: quia motus animales magis ſunt in nobis ſecundum impetum ſenſualitatis q̃ ſm dictamen rationis. Sed tunc dicetur corpus ſpirituale, quia omnes tales motus erunt ſubditi plenè ſpiritui. Quocunque autem dictorum modorum accipiatur ſubtilitas non videtur neceſſarium, q̃ dicat aliquam qualitatem ſupernaturalem inhærentem corporibus glorificatis, quia ſubtilitas primo modo accepta põt eſſe per ſolam puritatem humorum & ſpirituum, & ſecundo modo accepta poteſt eſſe per diuinam prouidentiã aſſiſtentem'. Sed quicquid iſti dicant videtur probabilius, q̃ illa ſubtilitas ſit aliquid poſitiuum exiſtens in ipſis potentiis per modum habitus, quia gratia perficit naturam ſecundum q̃ nata eſt perfici. Potentiæ autem animę inferiores natæ ſunt perfici ad ſuas operationes, & ad obediendum rationi per habitus naturaliter acquiſibiles. Igitur vt iſta fiant perfectius, conueniens eſt infundi habitus ſupernaturales, ſiue ſint vna, ſiue plures dotes vnius nomine deſignantur propter vniuerſitatem finis in generali. Quia ergo non eſt dubium, q̃ per gloriam perficientur earum operationes, & delectationes perfectiores ſequantur, probabile eſt quod hoc fiat per habitum, qui & facit operationem generaliorem & per conſequens promptiorem faciliorem & delectabiliorẽ. ¶ Item ſciendum quòd corpus glorificatum intrat domum ianuam clauſis & feneſtris, ſeu quod ſit in eodem loco cũ alio corpore localiter hoc non pertinet ad dotẽ ſubtilitatis, nec hoc eſt poſſibile per viam naturæ corporis glorificati, niſi addatur ſpeciale miraculum, quod ſic probatur. Illud q̃d non tollit a corpore glorioſo quãtitatẽ eius nec actũ eius impedit non tollit quin corpus glorioſũ expellat aliud corpus de loco ſuo ſi illuc intrat, & ſic non poterit ſimul eſſe cum alio, ſed dos ſubtilitatis eſt huiuſmodi, ergo &c. Maior patet, quia illud quod facit diſtare corpus a corpore ſecundum locum & ſitum eſt ſola quantitas, vnde & philoſophus dicit. 4. Phyſicorum, quod ſi a corpore circumſcribantur oẽs paſſiones & qualitates, adhuc corpus occupabit locum, & non poterit eſſe ſimul cum alio, ſed neceſſariò diſtare ſecundum ſitum & locum. Ex parte ergo quantitatis eſt diſtantia corporũ quantũ ad locũ, quod ergo nõ tollit quantitatem, nec eius operationem non tollit quin vnum corpus expellat aliud de loco ſuo. Maior probatur, ſ. quod nullas qualitas tollat a corpore glorioſo ſuam quantitatem, nec eius vſum, de quantitate patet, quia ſi tolleretur corpus maneret indiuiſibile. Itẽ non haberet qualitates ſenſibiles quæ requirunt quantitatem pro immediato obiecto q̃ omnia ſunt abſurda, nec etiam tollit actum eius, ergo &c. Nec dicendum eſt quòd in ferro ignito ſint ſimul in eodẽ loco ignis & ferrum aut quod vipa, ideſt pane intincto in vino ſint ſimul panis & vinum quorum vtrunque eſt corpus. Sed q̃n ferrum ignitur, vtique ignitio non eſt aliud quam vehemens alteratio ferri a qualitatibus ignis, ita quod poteſt aliud ignire, ſed vbi eſt ferrum ibi non eſt ignis: ſed ardor & cauma, ſi quæ tamen porõſitates eſſent in ferro, ibi nihil prohiberet eſſe ignem, vel in materia aeris prius ibi exiſtẽtis generatus, vel in ſubtilibus partibus quæ reſoluuntur a ferro, & ſic de vipa, &c. Quando ergo duo corpora ſunt ſimul in eodem loco, communior modus dicendi ſecundũ doc. & magis concordans ſcripturæ ſecundum ſuperficiem litteræ, quod probatur ex multis. Primo q̃a Chriſtus natus eſt de virgine clauſo vero matris. Remanſit enim virgo poſt partum, ſed illud fieri non potuit niſi corpus Chriſti naſcendo eſſet ſimul cum corpore virginis matris eius, ideò &c. Secundo, quia Chriſtus ſurrexit clauſo ſepulchro, quod nõ poſſet eſſe niſi corpus Chriſti eſſet ſimul cum lapidibus ſepulchri, ergo &c. Tertio quia Chriſtus poſt reſurrectionem intrauit ad diſcipulos clauſis ianuis. Quarto quod cum corpus cœleſte non poſſet diuidi ſaltẽ quantum ad ſubſtantiam ſpherarum, ſed Chriſtus aſcẽdit in cœlum empyreum, ergo ſimul fuit corpus eius cum corpore cœleſti. Modus autem qui hic ponitur eſt talis, quãtitas per corpus cõparatum ad locum habet duo facere, ſcilicet reddere corpus quantum & occupare locũ. Et primũ eſt actus eius quaſi cauſæ formalis. Secundum eſt actus eius quaſi cauſæ efficientis. Ex quo poteſt ſic argui, ſicut ſe habet calor ad calefaciendum: ſic ſe habet quantitas ad occupandum locum, ſed virtute diuina fieri poteſt, vt calor præſens calefactibili non calefaciat ipſum, vt factum eſt in fornace Babylonis reſpectu trium puerorum, ergo eadem virtute poteſt fieri quod quantitas ſit præſens loco, & tamen non occupet

Corpus glorificatũ eſt cũ alio localiter.

Probat.

per locum,& ſic alia quantitas erit ſimul cum ea. Secundo ſic, virtute diuina fieri poteſt, vt amoto poſteriori remaneat prius cum hoc nõ implicet contradictionem, vel repugnantiam intellectuum, ſed dare quantum eſſe ſubiecto per prius conuenit quantitati quam occupare locum, quia ille eſt actus formalis qui ſimul eſt cum forma in ſubiecto. Alius tamen eſt actus eius, vt cauſæ efficientis reſpectu alterius qui eſt frequenter tempore poſterior, ergo virtute diuina fieri poteſt, vt corpus remaneat quantum, & tamen non occupet locum. Aliqui tamen dicunt, q̃ nulla virtute fieri poteſt quod duo corpora ſint ſimul in eodem loco, & ad omnes illas rationes reſpondent, ſed quia tales expoſitiones quas illi faciunt de Chriſto naſcente de virgine & de ſepulchro exeunte, vel in cœlum aſcendente, quaſi via naturali potuerit eſſe non ſic accipiuntur a communitate. Tutius eſt tenere modum prius dictum, ſcilicet quod uirtute diuina duo corpora poſſint eſſe in eodem loco ſimul, ſicut accidit in dictis myſteriis Chriſti naſcentis, reſurgentis, & & huiuſmodi, in talibus enim melius eſt captiuitate intellectũ ſuum quam præſumptuoſum aliquid aſſere re contra commune dictum, etiam ſi non ſit expreſsè contra ſcripturam. Hæc omnia Pet. vbi ſupra.

§. 3. ¶ De dote agilitatis quid ſit, & per quid, & vtrum motus corporum glorificatorum ſit in inſtanti. Et quantum ad primum ſecundũ

Duplex motus i homine

Pe. vbi ſupra, q. 4. ſciendum, q̃ in homine eſt duplex motus. Vnus ſecundum naturam elementi prædominantis quo mouetur naturaliter deorſum, ſicut cætera grauia. Alius eſt motus, cuius principium eſt anima, & eſt progreſſiuus. Et eſt differentia inter iſtos motus. Primo quia principium primi motus eſt ex parte corporis tantum non animæ, ſed principium ſecundi motus eſt aliqua pars corporis: non vt corporis, ſed vt animati corporis, vnde talis motus non competeret corpori ſine anima: ſed bene primi motus. Secundo q̃a primus motus eſt ad determinatum, vbi & vniformiter, quia ſequitur formã naturalem, ſed ſecundus motus eſt ad diuerſa vbi & difformiter, quia ſequitur apprehenſionem quæ poteſt variari ſecundũ diuerſa appetibilia, & ideo hõ vel animal p̃t variare motũ ad diuerſa vbi, & diuerſimodè tardè, ſ. uel velociter. Tertio quia hõ vel animal poteſt ſiſtere motum progreſſiuum per cognitionẽ quæ formatur imagini, ſed non poteſt ſiſtere motũ primum qui, ſ. ſecundũ naturã elementi prædominantis. Si. n. hõ eſſet ſurſum caderet niſi eſſet quid retinens: nec poſſet ſiſtere talem motum quin caderet. Ex hoc ad propoſitum

Agilitas in hoie.

agilitas dicit habilitatem in corpore ad faciliter mouendum ſe ſecundũ motũ localẽ: nõ quidem ſecundũ motum quo animal mouetur ſecundum naturã elementi prædominantis, quia ſic corpus mortuum eſſet agilius quã viuum: tu nullus dicit corpus mortuũ agile. Item agilitas vr̃ eſſe conditio mouentis ſeipſum, ſola autem animata mouent ſe & ſecundum motum progreſſiuũ, pp qd̃ agilitas eſt facultas in corpore ad faciliter & prompt̃e ſe mouendũ motu progreſſiuo. Hanc autẽ agilitatem rõnabile eſt ponere in corporibus glorificatis, quia (vt dictũ eſt) in beatis corpus erit plenè ſubiectum ſpiritui, ſpiritus autem ſeu anima comparatur ad corpus non ſolum, vt forma, ſed ẽt vt motor, & ideò debet eſſe ſubiectum nõ ſolum formali perfectioni, ſed ut motori, pp qd̃ ſicut corpus per impaſſibilitatẽ plenè ſubiicitur animæ, vt formæ vel perfectioni, ſic per agilitatẽ plenè ſubiicietur ei, vt motori adeò vt prompt̃e & fc̃iliter ſine fatigatione celerrimè moueatur ſm imperium voluntatis. Per quid aũt ſit illo agilitas nõ eſt omnino clarũ, vr̃ q̃ ſit per ablationẽ grauitatis a corporibus beatorũ, quod patet per auctoritatẽ Aug. 22. li. de ciu. Dei dicentis, q̃ or

Per qd̃ ſit agilitas.

potẽs Deus auferet a beatis pondus grauitatis. Et q̃is hoc qd̃ dictũ eſt ſit probabile, põt tñ ſuſtineri, q̃ hæc obedientia ſit nõ per amotionem grauitatis, ſed per additionẽ qualitatis quę impediat reſiſtentiam grauitatis reſpectu aliorũ motuum ad deorſum & habiliter ad motũ deorſum plus q̃ grauitas. velocius enim mouetur corpus glorioſum imperioſè a cœlo ad terram quam corpus graue, cæteris paribus, & hmõi non eſſet propter inclinationẽ grauitatis, erga propter aliquid aliud. Si dicatur quod hoc eſt propter diuinã virtutem aſſiſtentẽ prohibentẽ ne mediũ reſiſtat corpori glorioſo tantũ quantũ facere corpori non glorioſo: non ſufficit, q̃a gratia perficit naturam ſecundũ modũ eius. Cum ergo ſit natum reddi bene mobile ab anima per aliquod intrinſecũ, puta ſpiritũ & bonas diſpoſitiones in neruis & muſculis, ergo probabile eſt quod p̃ intrinſecũ poſitiuum faciat ſic mobile & agile. Erunt. n. hoies pares angelis habentes per gratiã impaſſibilitatis quod illi hñt per naturam, & ſimiliter per agilitatem & ſubtilitatem. Sicut ergo corpus eſt ſubiectum angelo ad motum localem non per ſolam virtutẽ diuinam prohibentẽ reſiſtentiam vel amouẽ-

tem

tem qualitatem inclinantem ad contrariū, ſed per intraneam naturam, ſicut & graue obedit naturæ ſuperiori ad ſupplendum uacuum manente ſua grauitate, quia per intrinſecam naturam eſt ſibi hoc inditum, ſic per gratiam intrinſecam erit corpus humanum obediens ſpiritui ad motum ſine amotione grauitatis. Ad auctoritatem Augu. ſupra poſitam in contrarium. Reſpondetur q̄ Deus auferet pondus a corporibus beatis nō quo ad eſſentiam, ſed quo ad impedimentū, ſicut dicitur quod caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebūt, quo ad culpam, ſed quo ad naturam. Tenendum eſt autem ſecūdum Pet. vbi ſupra, quod corpora glorificata quandoque mouebuntur localiter, quod etiam de ipſo Chriſto credibile eſt. Vnde Thom. dicit, quod quando Chriſtus apparuit Paulo beato in uia ad Damaſcum proſtrato ad terram dicens. Ego ſum Chriſtus. Deſcendit Chriſtus de cœlo corporaliter ſecundum præſentiam ſuam corporalem. Vnde & tanquam teſtimonium de uiſo reddens ait. Nouiſſimè tanquam ab ortiuo apparuit mihi 1. ad Cor. 15. Ratio huius quod corpora beatorum moueantur localiter eſt, quia uirtus procedens in actum exercitatum de potentia perfectior apparet quam ſi non exiret in actum, actus enim manifeſtat uirtutem. Cū igitur in beatis ſit uirtus motiua perfecta ex parte animæ, & ſumma habilitas ex parte corporis, rationabile eſt quod quandoq; de monſtretur per effectum, & ita probabile eſt quod ſancti moueantur aliquando motu p greſſiuo, qui ſolum apparet in nobis cauſſatus ab anima per appræhænſionem appetitus & exercitus per determinatarum motionem partium corporis quę organicè huic motui deſeruiunt. Vtrum autem competat eis alius motus quo mouetur corpus ab anima non organicè ideſt non pars poſt partem ſicut nunc fit, ſed totum ſimul, & ex quo ſicut graue deſcēdit deorſum, & leue aſcendit ſurſum, videtur quibuſdam quod ſic, & uidetur opinio uera ſcilicet quod quamuis corpus glorificatum poſſit moueri organicè & progreſſiuè ſicut modo, nihilominus tamen & totum ſimul poterit moueri, ut leue ſurſum & graue deorſum, ſicut & angelus monet corpus aſſumptum & non aſſumptum, quamuis non ſit vſquequaque ſimile, quia cœlum non poſſet moueri niſi circulariter. Cum enim dicit ſcriptura ad Chriſto quod ferebatur in cælum, non uidetur q̄ pedetentim quaſi per gradus ſcalę aſcenderet, non q̄ in aere ueſtigia figere nō poſſet, quia mortalis ſuper aquas ibat, ſed ideo quia non uidetur quod nō unam tibiam poſt aliam moueret, ſicut fit currēdo, poſſet glorioſum corpus ita cito moueri, ſicut dicitur eſſe mobile. Non enim ſic comprimendo paſſus ſuos poſſet tempore imperceptibili deſcēdere de cœlo uel aſcendere, ſicut ergo angelus domini portauit Abachuc & reportauit, & ſpiritus domini rapuit Philippum, ſic beati glorificati in corpore mouentur quando uolunt, progreſſiuè & non progreſſiuè, & quē admodum ſcintillæ in arūdineto diſcurrēt.

Corpora gloriosa mouebūtur localiter.

De tēpore motus corporū glorificatorum.

De tempore motus corporum glorificatorū ſciendum ſecundū Pet. ubi ſupra. quod motus eorum non erit in inſtanti, ſed in tempore, quia omnis motus qui eſt de extremo in extremum per medium neceſſario eſt in tēpore, ſed omnes motus corporum glorioſorum ſunt huiuſmodi, ergo &c. Maior patet, quia ratio medii eſt quod prius attingatur mobili quam extremum, ut patet ex quinto phyſicorum, prius autem & poſterius non ſunt niſi in tempore. Minor probatur, quia nulla uirtus creata poteſt mutare curſum naturę in motu locali, ſed curſus naturæ in motu locali eſt quod ſit de extremo in extremū per medium. Virtus autem motiua corporum glorificatorum eſt virtus creata ſcilicet uirtus animæ, quare neceſſe eſt quod ille motus ſit in tempore. Eſt igitur communis opinio quod non mouebuntur in inſtanti, ſed tempore imperceptibili quando uolent & morosè prout uolent. Et quod Augu. dicit quod vbi uoluerit eſſe ſpiritus ibi ſtatim erit corpus, ſtatim non dicit inſtans poſt cito. Et quamuis poſt reſurrectionem non ſit tempus quod eſt paſſio primi mobilis, quia tūc ceſſabit motus primi mobilis, eſt tamen poſtea tempus quod eſt mora continua & ſucceſſiua motuum qui fient tunc.

§. 4. Lucidiſſima.

¶ De dote claritatis. Corpora beatorum erunt lucidiſſima coloribus pulcherrima & peruia. Quantum ad primum dicit Petr. de Pal. diſt. 44. q. 5. quod nomen claritatis quantum ad ſuam primam impoſitionem importat proprietatem luminis ſicut & ſuum oppoſitū, ſcilicet obſcuritas importat proprietatem oppoſitam gratiæ uel priuationem luminis, ſed quia mediante lumine perficitur in nobis potiſſima cognitio ſenſitiua exterior quam habemus ſcilicet uiſiua, per quam res nobis potiſſime manifeſtantur, & eius nomen ad omnes alias cognitiones transfertur, per quam nobis aliqua ueritas manife-

ſtatur,& ideò nomen claritatis transfertur ad manifeſtationem veritatis, vnde omnem ueritatem nobis manifeſtam dicimus eſſe claram,& per conſequens quod eſt ſui bonè manifeſtatiuum dicimus eſſe clarum. Et ſecundo poteſt dici quod claritas dupliciter erit in corporibus glorioſis. Primo ſecundum vltimum modum ſcilicet inquātū clarum dicitur illud qđ ſeipſum manifeſtat tā q̄habēs puritatem naturę ſiue ſpeciei, ſic. n. corpora glorioſa erunt clara, quia qualitates eorum maximè ad uiſum pertinentes ut color & figura erunt puriſsimę nihil impuritatis habentes admixtum, & hoc nullus negat. Sed quantum ad primum modum poteſt dici quod claritas erit in corporis glorioſis dupliciter. Vno modo ſicut eſt claritas in corporibus benè terſis & politis, & ex incidentia radiorum ſolis vel alterius corporis luminoſi quæ claritas eſt valdè magna ſi corpus ſit bene terſum & politum, vt uitrum, aurum, argentum, & huiuſmodi. Conſtat autem quod corpora glorioſa erunt multum polita & terſa propter quod ex incidentia ſolis & aliorum luminarium fulgebunt maxima claritate nec iſtud etiam habuit dubium. Secundo ergo modo ponitur a quibuſdā claritas dicentibus quod ſicut eſt qualitas intranea ſolis vel alicuius alterius corporis luminoſi, ſic claritas in corporibus glorioſis erit intranea qualitas corporibus glorioſis, & iſtud eſt difficilius ad intelligendum. Primo quia talis qualitas non videtur ponenda in corporibus glorioſis propter hoc quod magis delectat viſum aſpicientium, quia nos experimur, quod maior delectatio eſt pulchritudinem figuræ & colorem hominis aſpiciendo quam claritatem ſolis, etiam ſi claritas eius non læderet. Secundo quod difficile eſt videre quomodo claritas quæ eſt lux intenſa qualis ſecundum hanc opinionem ponitur in beatis, ponitur enim æqualis luci ſolis poſſit ſtare cum colore, nihilominus non eſt negandum quin Deus poſſit dare talem claritatem corporibus glorioſis. Cuius ratio eſt quia illa quæ ſecundum naturam poſſunt ſtare ſimul utroque vel altero exiſtente in gradu remiſſo ſuę ſpeciei, poſſunt virtute diuina ſimul eſſe vtroque exiſtente in gradu intenſiſſimo ſuę ſpecie, ſed lux et color ſunt in eodem ſubiecto per naturam utroque uel altero exiſtente in gradu remiſſo ſuæ ſpeciei, ergo vtrunque poteſt eſſe ſimul uirtute diuina in gradu intenſiſſimo, vnde in noctilucis ſtant ſimul color & lux. Erunt ergo corpora glorioſa lucida non ſolum per refulgentiam vel aliorum luminarium incidentium ſuper illa terſa & politiſſima ſicut vitrum. Sed per intrinſecam inhærentiam lucis manentis impreſſæ virtute diuina, alias non lucerent niſi præſente luminari. Contra illud Apoc. 21. Ciuitas illa non eget ſole nec luna &c. Ad obiectionem de delectatione. Reſpondetur, quia pulchritudinem candoris lucis delectabilis admirabitur occulo ſuppoſito quod non lædat, ſed cōfortet pluſquā quęm cunque colorem ſeu figuram, quia delectatio cauſſatur ex cōmixtione cōuenientis cum conueniente. Nihil aūt eſt conuenientius potentiæ quam ſuum primarium obiectum. Primum autem obiectum viſus non eſt firgura quæ eſt ſenſibile non proprium, ſed commune, nec color ſed lux, quia primū in vnoquoque eſt cauſſa aliorum in illo genere. Videtur autem color per lucem & non econuerſo, vnde non poteſt videri color ſine luce, ſed bene econuerſo, & ideò dulce lumen & delectabile eſt oculis videre ſolem plus quam alium colorem. Secundo ſcilicet de colore ſciēdum quod non ſolum erunt fulgida & lucentia, ſed etiam colorata pulcherrimis coloribus & uiuaciſſimis. Et cum lux ibi erit perfectiſſima, & vtrunque ſimul videbitur, quia quicquid pulchritudinis eſt in aliis & nobilitatis excellenter debet eſſe in illis. Conſtat autem quod lux eſt decor totius. Color etiā eſt pulchritudo omnis mixti terminati, vnde vtrunque erit ibi, non ſolum autem erunt lucida & colorata, ſed etiam peruia, non propter poros tantum, quia licèt ibi ſint perfecta foramina oris aurium & huiuſmodi, quæ pertinent ad perfectionem naturæ, tamen pori per quos ſudor exit & huiuſmodi nō erunt ibi, quia ibi imperfectio non erit, hoc autem eſt imperfectionis. Vnde cœli ſoliditſſimi quaſi ære fuſi ſunt ſine poris quod eſt perfectionis in eis, igitur illa corpora glorificata erunt tota peruia ſicut vitrum. Vnde Gregorius dicit 18. moral. exponens illud Iob. 28. Non adęquabitur ei aurum aut vitrum, quod patebat corporalibus oculis, ipſa etiam interior harmonia. Et Apoc. penultimo. Ciuitas illa ęquiparatur vitro mundo, non quoad fragilitatem, ſed quoad puritatem & peruietatem. ¶ Notandum etiam de ſecunda poſſibilitate ſimulatæ lucis radioſæ & peruietate. Non enim eſt difficile quomodo cū iſta puietate luceāt ſicut aer. Sed qūo fulgeant aut radios emittant hoc enim cum ſit perfectionis in luminaribus

Claritas eritī eis dupliciter.

Conclusio.

Colorata pulcherrimè.

Peruiæ ſicut uitrum.

Corpora glorioſa erunt radioſa.

bus non eſt de eis negandum. Vnde & corpus Chriſti vocatur lucerna. Apoc. 21. Lucerna eius ſcilicet ciuitatis eſt agnus, ſcilicet Chriſtus. Et ibi ſunt duo magna luminaria ſcilicet corpus eius & matris ſuę. cæteri uerò erunt ſicut ſtellæ, vnde non indigent aliis luminaribus. Videmus autem in corporibus lucere & illuminare ſimul ſola corpora opaca, vt ſtella quæ eſt depreſſior vel dẽſior pars ſui orbis, nõ autem tranſparentia, vt ignis in ſphera ſua eſt peruius ſicut dyaphanus, propter quod non impedit videre cœlum & ſtellas, ſed in materia aliena eſt opacus, vnde impedit uidere parietem poſteriorem in camino & in ſphera lucet & non illuminat in aliena materia, puta in flamma illuminat, ſed Deus ſicut poteſt facere perfectum colorem & lucẽ in eodẽ ſubiecto quæ reſpectu naturę acquirunt diuerſas diſpoſitiones contrarias, & ſic in corporibus beatorum peruiis facit lucem intẽſiſſimam, & per conſequens radiatiuam. ¶ Pię etiam renendum uidetur quod ſicut viſus habebit ſuam perfectionem & delectationem in uidendo pulcherrima, ita alij ſenſus. Nam & de auditu dicitur in ciuitate domini iugiter ſonant organa ſanctorum, ibi Angeli & Archangeli hymnum Deo decantant, quod etſi ſpiritualiter itelligi oporteat in Angelis, quia non habent corpora, ſed ſancti cum habebunt corpora miſericordias domini in ętternum cantabunt etiam voce corporali non ex aere cauſſato, quia ibi nõ ẽ, ſed per alium modũ ex Dei opere cui nil eſt impoſſibile. Et de odoratu canitur. Sãcti tui florebunt ſicut lilium, quod eſt valdè fragans, & ſicut odor balſami erunt ante te. Guſtus etiam ſentiet quandam mirabilem dulcedinẽ abſque comeſtione cuiuſque rei, quæ ibi nõ erit neceſſaria, ſicut nec Moyſi fuit in monte Synai cum Angelo per quadragenam loquẽti. Contractus etiam quidam honeſtiſſimus non commixtionis, quia ibi nec nubent nec nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei Generatio enim ibi non erit, cum finitus ſit numerus electorum a Deo prędeſtinatorum ob quem fiendum eſt ordinata ipſa commixtio, nec ibi inſurgit aliquis minimus ſtimulus concupiſcentiæ ſenſualitatis omnimode ſubditus rationi. in cuius etiam remedium poſt peccatum primum eſt conceſſa copula coniugalis. Sed quidam caſtiſſimus & ſanctiſſimus amplexus, eo modo quo ſancti uiri ſe uiſitantes mutuo amplexati & oſcula ti ſunt inuicem, vt Ioſeph fratres ſuos & uirgo Maria filium.

oẽs ſenſus erũt in gloria

¶ De *aureolis in generali & ſpeciali.* Cap. 8.

DE aureolis, & primo in genere. Sciendũ igitur ſecundũ Pet. de Pal. in 4. diſ. 49. q. 8. ꝙ aureola eſt quoddã gaudium de operibus a ſe factis quę habent rationem excellẽtis victorię. Vnde differt ab aurea quæ eſt prę mium eſſentiale ſcilicet gaudium de Deo, & debetur victorię in communi. Et ſicut aurea principaliter eſt in anima, ſic & aureola, ſed per redundantiam in corpore erit quædam decentia & fortitudo ſingularis repræſentatiua aureolæ prędicatori in ore. virginibus in illa parte, martyribus in cicatricibus vel aliis partibus corporibus ſecundum genus martyrii, vt ſtatim ex aſpectu corporis ſciatur qualis quiſq, fuerit martyr, virgo vel doctor. Sũt autem tres ſecundum animę uires ſcilicet rationalem, iraſcibilem, & concupiſcibilem, & tres contra victorias excellentes, ſcilicet mundi, diaboli, & carnis, prçeminet enim ſimpliciter aureola martytii plus quam illa doctorum, vt patet in cathalogo ſanctorum. In litanijs enim eccleſia præfert martyres doctoribus, & doctores uirginibus. Vna autem aureola eiuſdem ſpeciei præfertur alteri ſecundum excellentiam actus, vt qui acerbius martyrium tulerit, aut qui puriorem virginitatem habuerit uitando occaſiones, aut qui plures ſaluat prędicando aut qui frequentius prædicat. Vnde Paulus qui dicit plus omnibus aliis laboraui, & ipſæ ait. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Non competit autem Chriſto proprie nec angelis, quia in eis non eſt pugna cum ſunt immortales & incorporales, de uirgine autem Maria ſecus.

De aureola martyſij.

¶ De aureola in ſpeciali & primo martyrii. Vbi notandum ſecundum Petr. vbi ſupra quod tria requiruntur ad iſtam aureolam, ſcilicet pœna, cauſſa, & voluntas. Nam conditio vel diſpoſitio charitatis ſcilicet quod oportet habere charitatem ad aureolam conſequendam, iſtud eſt commune omnibus aureolis, nam aureola præſupponit auream. Debetur ergo aureola martyrii ſolum per pœnam mortis. Vnde patet quod nec obedientibus debetur quamuis per obedientiam mactetur propria voluntas. etiam ſi durat obedientia vſque ad mortem, nec pauperibus quamuis moriantur mundo, nec per pœnitentiam quam

uis

uis pœnitentes crucifigant carnem suam, nec beata virgo quamuis plus doluerit quã martyream habet, nec beatus Dominicus qui sitiebat martyrium, sicut sitit ceruus ad aquæ fluuium, nec Io. qui calicem passionis volunt ariè bibit, nec pueri in camino fornacis Babylonicę, nec Siluester qui non ex passionibus obiit, quamuis sustinuerit tormenta, nec Lucretia Romana quę se interfecit illicitè. Quędam autem uirgines quę ne corrumperentur se submerserũt, quia consilio spiritus sancti creditur eas hoc egisse, de quibus dicit Augu. de ci. Dei. Et Samson similiter & Machabei qui sustinuerunt mortem ne legem violarent in esu carnis porcinę. Martyrium enim est circa mortem ab alio illatam, vnde nec Razias qui se occidit. Si quis autem genus mortis sibi elegerit, vt bea. Pet. qui petii ut uersus pedibus crucifigeretur, ne simili pœna seruus puniretur vt dominus, non perdit aureolam. Si autem propter seipsum elegerit ut tolerabiliorem mortem seu faciliorem habeat perdit aureolam, sicut facit Seneca quẽ Nero occidit, quem dicit. Hiero. quod fuisse martyr nisi genus mortis elegisset, optione sibi data vt scilicet in balneo vtroque brachio minueretur, & sic insensibiliter moreretur, propter quod vt dicitur in 3. dialogorum, quidam sanctus traditus Longobardis ut occideretur mortis optione sibi data nullam eligere voluit, sed dixit illam toleraturum quã dominus pmitteret, quẽ dominus a morte eripuit miraculosè. Nec refert vtrũ mors statim aut postea sequatur, dum tamen propter illud mors caussetur vel accederet vt unde de mortuis in carcere vel exilio martyria celebrantur, quia huiusmodi mortes ac celeraſſe præsumuntur. Si autem martyr suscitetur & iterum martyrizetur, certum est quod de utraque morte gaudium habebit & duplicatum uel numeraliter uel uirtualiter, & sic per duas mortes uidetur scilicet. Sebastianus duas aureolas martyrii habuisse. Secũdum quod requiritur ad aureolam martyrii est caussa, qa enim testis ẽ martyr in caussa fidei, p ecclesia, pro quocunque articulo fidei vel iure ecclesiæ uel quacunq, uirtute, quia uirtutibus desponsatur ecclesia Christo moriatur uerè est martyr. Vnde &b. Tho. Cantuari, episcopus qui pro iuribus ecclesiæ suę defendendis occisus est & Io. Bap. qui propter uirtutem castitatis commendandam & reprehendendo Herodem de incestu decapitatus est. Tertium quod requiritur est voluntas, quia siquis dormiẽs aut fugiens occideretur, aut se defendẽs inuitus martyr nõ est. Vnde Mauritius cum sociis proiecerunt arma quando viderunt uenire satellites ad se occidendum vt martyres fierent. De innocentibus tamen ut de martyribus solẽnizat ecclesia. Et certum est quod gaudium speciale habent de morte propter Christum suscepta licèt non electa, unde nõ est completa in eis ratio aureolæ. Qui autem cruce signat in bello hostium Christi pugnando pereunt, martyres fiunt, quia non se sed Christum & ecclesiam defendendo moriuntur, unde mortẽ non fugiunt sed eligunt.

¶ De aureola doctorum. Sciendum secundũ Pe. vbi supra quod doctoribus debetur aureola. Dan. 13. Qui ad iustitiam erudunt plurimos, quasi stellæ in ꝑpetuas æternitates. Sed si quæratur quibus doctoribus debetur, dicẽdum quod non solum prælatis & magistris in theologia, sed etiam aliis, dum tamẽ missis nec illis nisi actu prædicantibus. Secundo cui doctrinæ conueniat ista aureola, & dicendum quod docentibus de pertinentibus ad saluteˉ. Vnde licet laudabile vitæque necessariũ hominum aduocationis officium maximè præmiis principalibus oporteat remunerari C. de aduo. di. iu. laudabile, non tamen habebunt aureolam, & idẽ de medicis, physicis & aliis, immo nec theologi dum physicã docent, nisi prout his ut untur ad declarationem theologiæ captiuantes animi intellectũ in obsequium fidei, sicut Paulus vtitur dictis poetarum prædicando. Tertio de modo, quia siue scripto siue uerbo legendo vel prædicãdo, dum tamẽ publicè merentur eam. Vnde mulier hanc aureolam habere non potest, cui prędicare non licet, nec etiam fraternæ correctioni solũ debetur. Quarto de fine, qa si propter uanam gloriam uel lucrum temporale prædicat recepit mercedẽ suã quam nec per pœnitentiam recuperat, quia pœnitentia non uiuificat mortua, dicuntur autem mortua opera non solum sine charitate facta, sed etiam sine recta intentione, & quęcunque nó fuerint a principio meritoria. §.2.

¶ De aureola uerginitatis. Virginitas autem duo importat scilicet mentis puritatem & carnis integritatem, in speciali autem virgo beata propter pugnam hostis. Abel non habuit aureolam, quia propositum habuit nubendi & procreandi si uixisset, alioquin peccasset nisi inspiratus a spiritussancto continuisset. Hieremias ut dicit. Hiero. virginitate sua uirum euangelicum Christi ecclesię dedicans consilio spirituſſancti lege priuata §.3.

continens

continens habet aureolam, non autem filia Ieptæ quæ virginitatē ſuam defleuit. Helias autem ſic. Sed de oppreſſis ſi ex poſt facto cō ſentiant & finaliter pēniteant, recuperant aureolam, quia conſenſus ſequens non poteſt eſſe cauſſa actus præcedentis, ſed quando illa duo concurrunt irrecuperabiliter amittitur virginitas. De eunuchis in nouo teſtamento videtur quòd habeāt aureolam ſi ſunt in propoſito non experiendi actum venereum, etiā ſi poſſent. Qui verò dolent de ſua impotētia, & dolent quod non poſſunt exercere actum illum: ſed vellent eſſe potentes ad experiendū actum illum non habent aureolam. Primi ēt eunuchi qui minus habent de pugna quam alii minus habēt de corona, habēt tñ aliqua Iem: quia eſt excellēs victoria. Vnde Nereus & Achilleus eunuchi cum aureola martyrii habent etiam aureolam virginitatis, quia veriſimile eſt quòd ſi potuiſſent non contraxiſſent qui tam efficaciter Domicillæ perſuaſerunt abiicere nuptias, & ſic de Ioan. & Pau. Sed de eunuchis veteris teſtamenti ſecus eſt, ut Daniele & ſociis, quia non videtur q̄ habe rent propoſitum, ſcilicet abſtinēdi a nuptiis: quia tempus tunc non erat virginitatis. ¶ De pueris baptizatis morientibus. ſciendū quòd non habent aureolam, & ſi arguatur quod in baptiſmo omnes virtutes infunditur q̄ ſunt neceſſarię ad ſalutem, vnde & uirginitas cum virtus ſit. Dicendū quòd in baptiſmo omnes virtutes infunduntur quæ ſunt neceſſariæ ad ſalutem. Vnde non virginitas quæ non eſt neceſſaria, quia coniugatus poteſt ſaluari. Vel ēt dicendum quod aureola debetur actui nō habitui uel priuationi. Puer autem nullum actū adhuc habet: quia carnis integritas in actus priuatione conſiſtit.

§.4. ¶ De fructibus caſtitatis in patria. Sciendum ſecundum Pet. de Pa. vbi ſupra quòd fructus prout diſtinguitur ab aurea, & ab aureola eſt præmium, quod ſpecialiter debetur homini ex hoc quòd ex ſemine verbi Dei in ſpiritualitatem conſurgit excolendi carnem ſuam. Trahitur hoc ex verbis Chriſti in euangelio loquentis de terra bona in quam ſemen iactū fructificat, aliud. 30. aliud. 60. aliud centeſimum. Mat. 13. Vnde aurea eſt gaudium de Deo. Aureola eſt gaudium de triumpho. Fructus verò eſt gaudium & delectatio de ſpirituali exercitio, quia delectatio ſpiritualis debetur ſpecialiter ille qui abdicauit a ſe carnalem affectum. ¶ Si quæritur cui virtuti fructus debeatur. Reſpondeo ſecundum doc. ſicut aureola non debetur uictorię cuiliber, ſed excellenti & in materia excellenti, ſic & fructus ſuo modo, quia enim importat delectationem debitam ſpernenti delectationē, ideò debetur illi virtuti non quæ ſpernit minores delectationes, vt guſtus, puta abſtinētiæ, ſed ei quæ ſpernit maiores delectationes ſcilicet venereas delectationes, ſicut continentiæ & caſtitatis. ¶ De diuiſione autem fructuum ſciendum quòd cum fructus debeatur continentiæ ſecundum diuerſos modos continendi ſunt diuerſi fructus continentiæ. Continēti enim continentia eſt neceſſaria ad ſalutem qua minor non ſufficit, ſicut eſt caſtitas coniugalis: debetur fructus triceſimus. Continenti verò abundanti continentia ſecundum determinatum tempus, ſicut eſt caſtitas vidualis quæ abſtinet a ſecundis nuptiis debetur fructus 60. Conntinenti autem ſimpliciter & naturaliter quod eſt per perfectionem virginalem debetur fructus centeſimus, & ſicut ad aureolam non ſufficit votum ſeu propoſitum ſine effectu, ſic nec ad fructum, vnde ſiquis in morte pēniteat cum propoſito continendi aream quidem habet: ſed non fructum: qui verò corruptus peccato pēnitens vixit ſanus cū propoſito continendi niſi matrimonialiter: habet fructum triceſimum, ſed cum propoſito continendi ſimpliciter habet fructum. 60. nam centeſimum habere non poteſt, ex quo ſemel corruptus eſt mente & corpore, ſicut nec aureolam &c.

TITVLVS. XXXI. DE diuerſis ſtatibus comprehenſorum.

¶ *Quod Chriſtus eſt caput eccleſiæ & omnium hominum ſecundum diuerſos gradus. Cap. 1.*

TV domine ſuſceptor meus es: gloria mea & exaltans caput meū. pſal. 3. Hæc verba pſalmiſtæ pñt eſſe & Chriſti hominis ad Deum & eccleſię militantis ac triumphantis ad ipſū Deum. Eſt. n. dominus Deus ſuſceptor eccleſiæ, quia ſuſcepit naturam humanam: ſuſcipit ipſam ad miſericordiā, ſuſcipit ad veniā. Eſt & gloriæ eccleſiæ, quia cauſſa gloriæ eam conferens, & id in quo vere hic gloriatur, & in quo in futuro glorificatur. Eſt & exaltans dñs caput eccleſiæ qđ eſt Chriſtus, ipſum. n. ait Apoſtolus ad Ephe. dedit caput eccleſiæ, quia vt dicitur Phil. 2. c. Deus exaltauit illū, ſcilicet Chriſtum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomē, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium terreſtrū & infernorum.

feruorum. Et quia idem Apoſtolus ait caput Chriſti Deus, ideſt humanitatis Chriſti, ideò ſecundum vtrãque naturam Chriſtus poteſt dici caput eccleſiæ ſecundum Vincen. in ſpe. hyſtoriali. libro 6. Nam ſecundum quòd Deus eſt caput omnium beatorum: quia ſpiritualiter eos viuificat, ſanctificat & regit vtens eis ad libitum ſuum, ſicut caput mẽbris ſuis, & ſecundum hoc tota trinitas eſt vnũ caput eccleſiæ vniuerſalis, ſcilicet angelorum & hominum. Porrò ſecundum humanam naturã dicitur metaphoricè caput eccleſiæ ex hominibus collectæ propter naturæ conformitatẽ quam oportet caput ad membra habere ſeu corpus, ac etiam quia omnes ſenſus & motus ſpirituales procedunt in eccleſia ab eo, vt in corpore naturali capite profluit motus & ſenſus in membra, ſecundum quod etiam dicitur caput angelorum. Sed notandum cum dicitur a Chriſto homine, ut a capite omnem ſenſum ſpiritualem, & motum gratiæ in corpus eccleſiæ fluere vel procedere, hoc non eſt intelligendum per modum auctoritatis, & cauſę efficientis. Nam ſecundum Dionyſiũ a ſola deitate procedit gratia in eccleſia, ſed iſtæ fluxus & proceſſus per modum meriti, quia nobis Chriſtus meruit omnia chriſmata, & per modum fidei ſimilitudinis: quia per fidem qua in eum credimus ei aſſimilamur, tum etiam inquantum homo propter plenitudinem gratiarum eſt expræſſiſſimè ſimilis Deo, & primi principio vno quoque genere eſt cã & regula & exemplar omnium creaturarum. Ante quidem incarnationẽ fuit Chriſtus caput omnium ſanctorum ſecundum humanitatem, non quidem ſimpliciter exiſtentem: ſed creditam. Vnde caput fuit Abel tempore Abel ſecundum humanitatem, non quæ tũc eſſet in actu: ſed quæ erat in fide Abel. Fides enim eſt ſupra tempus, & humanitas quæ de ſignatur in fide cõmuniter ſe extendit ad omne tempus. Abel itaque per fidem qua credidit Chriſtum fore chariſmatibus plenum, & Deo ſimillimum ei aſſimilari voluit & aſſimilatus eſt, ideò per fidem iſtam aliquid in eum de ſimilitudine eius fluxit, & ſic de aliis ſanctis veteris teſtamẽti. Hæc Vin. vbi ſupra. Iſtud ergo caput eccleſiæ Deus mirabiliter exaltauit, vt non ſolum fuerit & ſit in eo omnis plenitudo ſapientiæ gratiæ, & gloriæ inquantũ homo, ſed omnis ſtatus eccleſiæ triũphantis & militantis aliquo modo reperiantur in eo, fuit enim ſimul & viator & comprehẽſor. Vnde meritò inquit Amb. Omnis anima accedat ad Chriſtum, quia omnia nobis factus eſt Chriſtus, ſi cęlum deſideras via eſt, ſi tenebras horres lux eſt, ſi infirmitate grauaris medicus eſt, ſi febribus æſtuas fons eſt, ſi mortẽ times uita eſt, ſi quietem pax eſt. Sed reſumendo omnes ſtatus ſupra deſcriptos ecclęſiæ militantis inueniemus in eo, & poſtea ẽt eos qui ſunt in eccleſia triumphanti. ¶ Primo enim ipſæ tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, copulauit ſibi eccleſiam non habens maculam nec rugam, ipſæ per virginitatem flos campi & lilium cõualium ſcriptũ habet in fœmore ſuo rex regum, & dominus dominantium, qui aſcendens officia ſuis diſtribuit, quoſdam enim dedit apoſtolos, alios paſtores &c. Ipſæ dux cœleſtis exercitus & terreſtris qui pugnat pro nobis, & vicit leo de tribu Iuda, magiſter veſter vnus eſt Chriſtus (ait ipſæ) quem nobis doctorem iuſtitiæ aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtũ, inquit Io. in canonica. Et qa non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus, miſit dominus Ieſum nobis, vt mederetur cõtritos corde Iudex conſtituturus eſt a Deo viuorũ & mortuorum reddens vnicuique ſecundum opera ſua. Hic eſt negociator ille cœleſtis q̃ venale portat regnum cœlorum, cuius pretiũ eſt quantum habes, nil vilius cũ emitur, nil carius cũ poſſidetur. Hic. n. otium artifex omnem habens ſcientiam & artem, qui ut agricola exiit ſeminare ſemen ſuum. Luc. 12. & plantauit vineam Soreth. Hoſpitalarius eſt & qui venit ad eum non eiicit foras, & pauperibus ſubuenit, hoſpes erã & collegiſtis me &c. Patronus eſt primus eccleſiæ conſtituens eã dotans & defendens, omnium ordinum offícia exercens: ſacerdos eſt in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech omnia ſacramẽta inſtituens. Prędicauit præceptum domini, diſcipulos mittens prædicare & ſanare infirmos. Claues regni cœlorum Petro pro confeſſoribus dedit, qui tamen prius ſoluit compeditos. Religiones ipſæ fundauit mendicus & pauper obediens vſque ad mortem continentiſſimus fuit. Aſſiſtens autem pontifex futurorũ bonorum per proprium ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuẽta. Viſitauit inſuper & fecit redemptionẽ plebis ſuæ, Legatum miſit ad gentes dominum Ieſum. Summus ſacerdos eſt qui habet claues & nemo aperit, aperit & nemo claudit cuius vicarius eſt quilibet papa. Decedens oſtẽdit in latrone extremam pœnitentiam poſſe proficere, teſtamentum condidit patri commendans ſpiritum, diſcipulo matrem, veſtẽ militibus, nobis ſanguinem ſuum, in alieno ſepul-

Chriſtus ẽ caput beatorum.

Applicat ad oẽs titulos & ſtatus huius libri.

sepulchro propter paupertatem sepultus.

¶ Quoad comprahen sores inter angelus magni consilij angelus dicitur, & angelus testamenti ipsæ, vt ꝓpheta magnus surrexit in nobis. Missus, i. apostolus fuit, qa misit Deus filium suū. Venite, & videte filię Gierusalem martyrem, s. Christū cū corona, quia coronauit eum. Ego. (ait ipse) semper docui in templo, vbi omnes conueniunt, vt publicus doctor. Ecce qūo dns susceptor nostēr naturæ cā gloriæ exaltauit Christum caput ecclesię, sed certe non decet sub capite spinoso scilicet Christo mēbrū fieri delicatū inquit Ambro. Vnde ait August. Recusat esse in Christi corpore, ideſt ecclesia, qui aduersa nō vult pati cum capite. At oculi sapientis in capite eius. s. Christus ad contemplandum conuersationem eius afflictionibus plenam, & ideò conatur eum imitari, vt cum eo capite possit gloria, & honore coronari.

§. 1. ¶ Quomodo autem Christus sit caput ecclesiæ, & qua ratione plenius declarat B. Tho. Nota ergo secundum B. Tho. in 3. parte q. 8. ar. 1. quod sicut tota ecclesia dicitur, vnum corpus mysticum per similitudinem ad naturale corpus hominis, quod secundum diuersa membra habet diuersos actus, vt Apostolus docet ad Ro. 12. & 1. Cor. 12. c. Ita Christus dicitur caput ecclesiæ secundum multitudinem humani capitis. In quo tria possumus considerare, scilicet ordinem, perfectionem, & virtutem. Ordinem quidem, quia caput est prima pars hominis incipiendo à superiori. Et inde est, quod principium consuetudinis vocari caput, secundum illud Hiere. 2. Ad omne caput viæ posuisti lupanar tibi. Perfectionem autē in capite videmus, quia in eo vigent omnes sensus interiores cū in cæteris membris sit solus tactus. Et inde est quod dicitur. Esaia 11. Senex honorabilis ipsę est caput. Virtutem vero, quia virtus & motus cæterorum, & gubernatio eorum in suis actibus est à capite propter vim sensitiuam, & motiuam, & ibi dominantem. Vnde, & rector dicitur caput populi, secundum illud 1. Reg. 13. Cum esses parvulus, in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es. Hoc autem tria competunt Christus spiritualiter. Primo secundum propinquitatem ad Deum gratia eius altior, & prior est, & si non tempore, quia omnes alij acceperunt, gratiam per respectum ad gratiam ipsius, secundum illud ad Romana 8 cap. Quos præscinit, hos & prædestinauit conforme, fieri imaginis filij sui, vt sit ipsæ primogenitus, in multis fratribus. Secundo verò perfectionem habet quantum ad plenitudinem omnium gratiarum, secundum illud Ioan. 1. Plenum gratiæ, & veritatis, non solum enim gratia gratum faciens fuit in summo gradu à creatura percepubili, quod in nullo sancto rum fuit, sed etiam omnis gratia gratis data de quibus Apostolus 1 ad Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt, &c. secundum omne tempus suum, quod in alijs nunquam fuit, prout dicitur de pęn. distin. 2. quærendum. Tertio Christus habuit, & habet vim influendi gratiam in omnia membra ecclesiæ, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Influit autem Christus gratiam in fideles, secuundum, quod Deus est auctoritatiuè, sed inquantum est homo, hoc ei conuenit instrumentaliter in quantum, scilicet eius humanitas fuit instrumentum diuinitatis eius, & ita actiones eius ex virtute diuinitati, fuerunt nobis salutifera, vtpote gratiam in nobis causantes, & per meritum, & per efficaciam quandam.

¶ Est autem Christus caput omnium viatorum scilicet, & beatorum, & purgandorum, non autem damnatorum, sed diuerso modo. Dicit enim Apostolus 1. Timu. 4. Saluator est omnium hominum, & 1. Ioan. 2. Ipsæ sicilicet Christus est propiciatio nō solum pro peccatis nostris, sed totius mundi. saluare autem, & propiciari competit Christo, secundum quod est caput ecclesiæ. Pro huius autem declaratione sciendum secundū Tho. in 3. parte q. 8. ar. 3. quod hæc est differentia inter corpus naturale hominis, & corpus ecclesiæ mysticum, quia membra corporis naturalis, sunt omnia simul, membra autem corporis mystici non sicut omnia simul. Nec quantū ad esse naturę, quia corpus ecclesię cōstituitur ex hoībus, q̄ fuerūt à principio mundi vsq; ad finē ipsius, nec ēt q̄tū ad esse gr̄ę, quia eorū q̄ sunt ēt in eodē tpe qui dā gratia carēt, postea habituri alijs iam habēntibus, sic ergo mēbra corporis mystici nō solū accipiūtur, ſm q̄ sunt in actu, sed ēt q̄ sunt ī potentia. Quædā tñ ita sūt in potentia q̄ nun q̄ reducūtur ad actū, quædā vero q̄ reducūtur ad actū, & hoc ſm tripliceē gradum quorū vnus est p̄ fidem, scđs p̄ charitatē uię, tertius p̄ fruitionem patrię. Sic ergo dicēdo, q̄ accipiendo gñaliter, ſm totū tēpus mūdi Christus, est caput oīum hominū, sed ſm di uersos gradus. Primo enim, & principaliter est caput eorū, qui actū vniuntur sibi per gloriam. Secundo eorū, qui sibi actu vniuntur p̄ chari-

Christus caput vniuersorum.

charitatem. Tertio eorum qui sibi actu vniũtur per fidem. Quarto eorum qui solum sibi uniuntur in potentia, nondum ad actũ reducta secundum diuinam prædestinationem. Quinto scilicet eorum qui in potentia sibi sunt uniti quæ nunquam reducitur ad actum, sicut homines in hoc mundo viuentes qui non sunt prædestinati, qui tamẽ ex hoc mundo recedẽtes totaliter desinunt esse mẽbra Christi qui non sunt in potentia ut Christo uniãtur. Infideles ergo dum uiuunt sunt Christi membra in potentia, quia liberũ habent arbitrium disponendi se ad fidẽ, & uirtus Christi est sufficiens ad salutẽ omnium. Qui in purgatorio sunt membra Christi vtique sunt ei vniti per charitatem. Quot autẽ dicit Apostolus ad Ephe. 5. qđ Christus tradidit semetipsum, scilicet mortem vt exhiberet sibi ecclesiam gloriosam non habentem maculam, nec rugam nec aliquid huiusmodi. Sciendum quod hic est vltimus finis noster ad quem perducimur per passionẽ Christi, cuius finis consecutio solum in statu patriæ, vbi ecclesia triumphat, non autem in statu viæ ubi militat, nec sine macula seu ruga uenialium saltem esse potest. Fideles autem mali sunt membra Christi in potentia, uel uniti ei non simpliciter ex quo charitatem non habent, secundum quid ideſt secũdum fidem. Est autem Christus caput hominum quantum ad animam, & quantum ad corpus, quia tota humanitas Christi scilicet secundum animam, & secũdum corpus influit in homines, & quãtum ad animas, & quantum ad corpora, sed primo & principaliter in animas, secundario in corpora, quia a Christo virtute diuinitatis suæ influitur, sicut hic gratia in electis suis, ita in gloria, & ab anima gloria redundat in corpus. Est autem Christus caput non solum hominũ sed etiam omnium beatorum angelorum secundum illud Col. 2. qui scilicet Christus est caput omnis principatus, & potestatis, quod ẽt intelligitur de alijs ordinibus cum sit eadem ratio de eis. Huius ratio est secundum Tho. in 3. parte, quod vbi est vnum corpus, necesse est ponere vnum caput, unum autem corpus dicitor similitudinariè una multitudo ordinata in vnum quid secundum distinctiones actuum seu officiorum, manifestum est autem quod ad vnum finem qui est gloria diuinæ fruitionis ordinantur homines, & angeli, unde corpus ecclesiæ mysticũ non solum consistit ex hominibus, sed ẽt ex angelis. Totius autẽ huius multitudinis Christus est caput, quia ꝓpinquius se habet ad Deũ, & perfectius participat dona eius, nõ solum quã homines, sed etiã quã angeli, & de eius influentia non solum homines recipiunt, sed etiam angeli. Dicitur enim ad Ephe. 1. quòd constituit eum scilicet Christum Deus patet ad dextram suam in cęlestibus super omnẽ principatum, & virtutem, & potestatem, & dominatione & omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Est ergo Christus secundum quod homo non solum caput hominum, sed etiã angelorum. Vnde dicitur Matth 4. quod accesserunt angeli, & ministrabant ei, quamuis enim angeli non conformentur nobis in natura corporis quod non habent sicus nos habemus, & Christus habuit tamen quia influẽtia Christi in quantum caput est in homines principaliter est quantum ad animas in quo angeli conueniunt cum hominibus, ideo secundum hoc dicitur Christus, caput non solum hominum sed etiam angelorũ, quamuis autem prælati, & præcipue ecclesiarum possunt dici capita tamen vt dicitur non decet à capite membra discedere, sed omnia membra caput sequantur. Dicuntur autem capita aliorum secundum Amos prophetã tamen alia ratione & modo dicuntur quam Christus caput ecclesiæ. Nam Christus dicitur caput ecclesiæ. propter influentiã gratiæ & gloriæ quam influit in membra ecclesiæ: Prælati autem dicuntur capita aliorum secũ dum quandam gubernationem exteriorem. Christus etiam est caput omnium secundũ omne tempus & omnem locum ab initio mundi usque in finem, sed prælati sunt capita ad certum tempus & locum. Nam Papa qui dicitur caput totius ecclesiæ non est caput nisi pro tempore suæ prælationis. Et episcopi sunt capita non omnium absolutè, sed certi loci scilicet suæ diœcesis tantum. Capita etiam dicuntur quia repræsentant ipsum Christum caput ecclesiæ in officijs suis. Diabolus uero dicitur caput iniquorum non influendo uel causando in eis maliciã sed suggerendo, & qui sequuntur instigationẽ suam sicut membra mouentur a capite &c.

Infideles sunt mẽbra Christi.

Christus est caput Angelorũ q. 8. ar. 4

¶ *De quintuplici medio in quibus dominus Iesus Christus operatus est salutem. Cap. I.*

DEus rex noster ante sæcula operatus ẽ salutem in medio terræ. psal. 73. Deus utique pater filij & spiritus sanctus unus Deus, q ẽ rex noster absolutè rex regnũ & dñs dominan-

tinantiū gubernans omnia & regēs, & nos modo ſpeciali ante ſęcula exiſtēs, q̄ ab eter no operatus eſt ſalutē terrę, i. humano gene-
ri q̄ eſt de terra, & q̄d niſi p ſaluatorē Ieſū.
Mat. 1. Ieſus enim interpretatur ſaluator. Ipſe em̄ (ait Angelus ad Ioſeph,) ſaluū faciet populū ſuum. Prothomartyr Stephanus cum cœlis
Act. 6. apertis uidit gloriam Dei ait. Video filium hominis, ideſt Ieſum ſtantem a dextris uirtu tis Dei. Vidit ergo Iohannem non ſedentem ſed ſtantem ſcilicet ad orandum & pugnan dum pro eccleſia & coronandum eam. Nā (vt ait Ber.) Filius ſtat ante patrem oſtendēs ei latus & vulnera, ipſe enim interpellat pro nobis. ad Ro. 8. Pugnat etiam pro eccleſia. unde in figurā dixit exercitus Pharaonis in mari rubro exiſtens. Fugiamus Iſrael Domi nus enim pugnat pro eis. Et Eſa. 73. dicitur. Egō propugnator ſum ad ſaluādum. Demū ipſe coronat. Eſto fidelis uſque ad mortem (ait ipſe,) & dabo tibi coronā uitæ. Apoc. 3. Operatus eſt ergo Deus ſalutē in medio ter ræ, i. in Chriſto, vbi notabimus quinque me dia quibus Deus operatus eſt ſalutem.

¶ Primum medium diuinale.
¶ Secundum medium uirginale.
¶ Tertium medium temporale.
¶ Quartum medium locale.
¶ Quintum medium uirtuale.

§. 1. ¶ Mēdium diuinale eſt Dei filius. Io. 1. Me dius autem ueſtrum ſtetit quem uos neſci tis, ideſt Dei filius, qui eſt medius in trinitate inter uos ſterit &c. quamuis enim æternę dei tati non inſit quantitas uel locus, ſicut nec aliud accidens, tamē cum in ipſa beatiſſima trinitate ſint tres perſonæ, pater, filius, & ſpi ritusſanctus, patet filiū medium eſſe inter pa trem, & ſpiritum ſanctum non localiter. ſed numeraliter. Nā ſecunda ꝑſona quæ ē filius eſt media in nominādo inter primā ꝑſonā quæ eſt pater & ſpiritumſanctū, qui ē tertia in trinitate perſona. Operatus eſt ergo ſalutē Deus terræ ideſt humano generi in medio ideſt in filio incarnato. Non enim pater uel ſpiritusſanctus, ſed Dei filius noſtram naturā aſſumpſit, & licēt Deus trinitas tota ſit ope rata ipſam incarnationem, & ſalutem ideſt illam carnem, illam animam & illā unionē, & exinde ſalutem uitę gratiæ & gloriæ, q̄a inſeparabilia ſunt opera trinitatis ab extra, de conſe. diſt. 4. Omnes, tamen ſola perſona filij unita eſt illi de noua formatę humanita ti. Sicut Anſ. lex emplificat de tunica aliqua quæ ſuitur a tribus puellis uel perſonis quā tamen una ſola ex eis illam induit, ita ſolus Dei filius habitu inuentus eſt, ut homo Phi. 2. ca. Et quamuis nil Deo ſit impoſſibile. Vn de & potuit incarnari pater & ſpiritusſāctus Decuit tamen magis Dei filium carnē aſsu mere tribus rationibus. Prima ex parte aſsu mentis. Euidens eſt enim quōd artifex per eandem artem ſeu ſapientiam mentis facit aliquod opus & illud deſtructum reficit, & reformat. Eſt autem Dei filius uerbum & ſa pientia & ars, ut dicit Aug. Dei patris omni potentis per quē facta ſunt omnia, ſecundū illud pſal. 103. Omnia in ſapientia feciſti. Et Io. 1. Oīa p ipſum facta ſunt. Sed opus eius. ſ. mundus quaſi deſtructus, & deformatus erat deformato homine per peccatum ꝑ quem hominem mundus factus erat. Ad reformandum igitur & ſaluandum quod pe rierat decens fuit, ut per ipſum dei filium ſa pientiam & artem patris hoc fieret, ſcilicet eum incarnando. Secunda ratio eſt quia cū homo dicatur factus ad imaginem Dei, & ſi militudinem. Gen. 1. deſtructa, uel detur pa ta hac imagine per peccatum hominis, etſi non quoad naturam, tamen quo ad gratiā, decebat ad ipſam renouādam, & ipſam pul cre faciendam, ut hoc fieret per eum qui eſt imago, & ſimilitudo Dei ꝑfecta & hic eſt fi lius Dei. Vnde Ambroſi. tractans illud pſal. 83. Deus quis ſimilis erit tibi ait. Non utiq; nullus, ſed filios qui eſt imago patris, de' pœ. diſt. 1. Tertia ratio eſt ex parte occaſionis ruinæ humanæ, a ſuperbia, dicitur To. 4. Sū pſit initium omnis perditio, quæ ſuperbia fuit in appettendo inordinatè ſimilitudinem Dei in Dei ſapientia, Eritis (inquit ſerpens) ſicut Dij ſcientes bonum & malū comeden do de ligno uetito. Decens ergo fuit, ut un de mors oriebatur, inde uita reſurgeret per contrarium modum, quia contraria contra riis curantur, per ſapientiam ergo elatam mortuum eſt genus humanum, ſed per ſapiē tiam Dei humiliatam in carne aſsumpta ad uiuificatum eſt & ſaluatum, & ſic Deus ope ratus eſt ſalutem in medio terræ.

¶ Secundum eſt mediū uirginale, hęc eſt uir §. 2.
go Maria de qua aſsumpſi carnem noſtram in quo operatus eſt ſalutem noſtram. Vnde dicit Ber quōd ad ipſam uirginem tanquam ad medium concurrunt uniuerſi. Qui ſupra ſunt Angeli ut reſtaurentur ſcilicet in ruinis ſuis. Qui infra ſunt ideſt patris in limbo, ut liberentur de tenebris. Qui autem fuerunt patriarchæ, & prophetæ ut verificentur in ſuis ſcilicet ꝑphetis & figuris de hoc. Qui poſt nos erūt, & nos, vt ſaluētur. Adde q̄ a de

xiris aũt ſcilicet Iudæi, vt honorificentur, qđ de eis nata ſit mater Dei. Qui à ſiniſtris ideſt gẽtiles, ido latræ, vt illuminẽtur ad fidẽ. Operatus, eſt ergo Deus, ſalutem in medio terræ ideſt in virgine, quę eſt perfectio hominum. Et de hoc pſal. 45. Sanctificauit tabernaculũ ſuũ altiſſimus, Deus in medio eius nõ cõmouebitur. Sanctificauit in vtero matris virginẽ purgando ab originali, & religando fomitẽ, ſed magis ſanctificauit tabernaculũ, quando venit ad habitandum, ideſt in conceptione extinguendo fomitẽ. Vnde Deus in medio eius ideſt in cero virginis carnẽ ſcilicet aſſumens non commouebitur, nec ipſa virgo ad carnis aliquam concupiſcentiã, nec ipſę Deus ad aliquam ſui mutationẽ. Vnde Angelus ad Mariã. Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumb. tibi. Luc. 1. Vbi Ioan. Dama. Poſt conſenſum ſanctę virginis, Spiritusſanctus ſuperuenit in ipſam ſecundum verbum domini, quod dixerat Angelus purgans ipſam in potentia diuinitatis verbi receptiuam preparans ſimul, & generatiuam, & ſic ſanctificauit tabernaculum ſuũ altiſſimus, & tunc obumbrauit ipſam Dei altiſſimi ſapientia per ſe, & virtus exiſtens, & copulauit ſibiipſi ex ſanctiſſimis, & puriſſimis ipſius virginis ſanguinibus carnem animatam anima rationali, & intellectiua, non antiquæ conſperſionis ſeminans, ſed per Spiritum ſanctum creans. Hæc ille. Et ſic Deus in medio eius. Et ſecundum Vincen. lib. 7. in ſpe. hyſto. Virtus generatiua fuit excitata in Virgine non naturaliter: ſed miraculosè, ſcilicet à Spiritusſancto qui ſuperueniens in eã, dedit ei virtutem qua in momento faceret hos quatuor actus qui in aliorum cõceptione fiunt per interualla dierum, ſcilicet deciſionem ſanguinis, conſolidationem illius materiæ, conuerſionem, ſcilicet in carnem neruos, & oſſa, formationẽ, ſcilicet corporis plenè, ſcilicet deſtinctum in omnibus lineamentis corporis humani, ſed adeò paruum vt vix poſſent lineamenta diſcerni. Et eodem momento anima Chriſti de nouo creata, & cori infuſa verbo Dei vnita fuit. Alij qui concipiuntur non ſubito effigiãtur diſtinctè per omnia membra in principio conceptionis, ſed per ſpacium 46. dierũ maſculi perfectè corpus formatur Et tunc anima creata & nouo infunditur. Sicut dicit Augu. ſuper 10. vn de verſus. Conceptum ſemen ſex primus crede diebus. Fit lac reliquiſque nouem fit ſanguis ac inde. Deſolidat duodeda dies bis nona deinceps. Effugiat tempusque ſequẽs aug mentat in ortum. Sed omnia iſta in Chriſti conceptione facta ſunt ſubito, & anima infuſa. De corpore ſeminę dicũtur fieri iſta octoginta dies, & licèt virgo mater nihil extra ſu ſcepit, fuit tamẽ verè, & propriè mater Chriſti, plus etiam quã alia quęlibet fęmina mater filij. ſiue quia totaliter illa deciſio fuit facta ex carne virginis non mixtione virilis ſeminis. Et cum tota Trinitas operata ſit illam incarnationem (vt dictum eſt,) tamen dicitur conceptus de ſpirituſancto, non q̃ de ſubſtantia eius vel ſolo opere eius, ſed propter potentis ſummũ effectum gratię Dei, quę attribuitur ſpiritui ſancto, quia homo ille nullis meritis præcedentibus in ipſo exordio naturæ ſuæ verbo Dei copulatus eſt in vnitate perſonæ, & hinc verè mater Dei dicitur. Et autẽ ipſæ Chriſtus conceptus, & natus mediator Dei, & hominũ factus ex ipſa incarnatione. Et ideò quia medium participat de extremis ipſæ homo Ieſus à Deo accepit ſummãinnocentiam: quia ſine peccato ſolus conceptus, ac etiam plenitudinem ſapientię, & gratię. Ioan. 1. Plenum gratiæ, & veritatis. De homine accepit mortalitatem, & paſſiones pęnales, vt famẽ, ſitim, calorem, frigus, & huiuſmodi, triſtitiam, timorem, iram, & huiuſmodi. Et mors quidem, & aliæ pęnæ nobis inſunt ex neceſſitate in pęnam primi peccati. In Chriſto autem non ex neceſſitate, quia peccatum non habuit, ſed ex voluntate, quia ſe ſponte eis ſubiectus eſſe voluit ad noſtri redemptionem. Paſſiones etiam interiores, vt triſtitia, timor, & huiuſmodi fuerunt in eo ſolum ſecũdum propriam paſſionem, non ſecundũ paſſionẽ, i. nõ taliter fuerunt tales effect⁹ in eo, ita vt animus eius aliqualiter à rectitudine, vel Dei clara contemplatione declinaret uel offuſcaretur. ſed in nobis iſta contingunt etiã ſecundum paſſionem, quia quantumcunque ex zelo Dei his moueamur animus, & ratio offuſcatur à Dei quiete ſpeculatiua, & gabo ni mediatoris eſt ponere quam inter partes, & reconciliare inimicos, mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, vt optimus mediator, nos cum eſſemus inimici Dei, propter iniuriam à nobis ei illatam nos ei rebellãdo, & inimico diabolo adhærendo reconciliauit. Deo ipſo pro nobis ſatisfaciendo, & debitum ſoluendo, quod ſoluere non valebamus, quia infinitum peccata enim noſtra, ideſt pœnam eis debitam ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum crucis (vt ait Petrus in prima canonica,) & vitam animæ, & corporis à nobis amiſſam ipſæ per mortem ſuam in noxam

Chriſtus media tor ab vtroq; accepit aliquid.

nobis

nobis restituit. Et sicut ipsæ mediator dicitur noster, ita & mater eius dicitur mediatrix, quia peccatorum reconciliationem procurat ad Deum. Vnde in sequentia dicitur. Mediatrix hominum ablutrix criminum, peccatorum venia.

§. 3. ¶ Tertium autem medium tēporale in quo Deus operatus est salutē terræ, ideſt homini: in medio est determinatio tēporis quo incarnatus est. Abachuc 3. In medio annorum innotescēris, scilicet tu Deus manifestaberis mundo in carne, scilicet assumpra. Sed medium non sumitur hic strictè, & spiritualiter scilicet pro eo tempore quod æqualiter distat ab extremis, scilicet principium, & finem temporis, sed largè pro eo quod est inter illa extrema. Nam ab incarnatione domini usque ad præsens fluxerunt anni 1449. nondum completo vltimo anno, & quantū Anni mundi. residui sit temporis vsque ad finem mundi solus Deus nouit, ex multis tamē signis, & prophetijs traditur communiter non multum duraturum, sed à principio temporis, id est creationis rerum vsque ad incaruationē vel natiuitatem fluxerunt anni quinque milia centum nonaginta nouem, secundum trālationem 70. interprætū, quam sequitur Beda, quam uniuersaliter tenet ecclesia. Sed secundum computationem ex translatione Hieron. quam tenemus, & ipsum sequitur Eusebius, & hębrei, quæ etiam consonat historicis gentilium a principio mundi, vsque ad incarnationem uel natiuitatem domini fluxerunt tria milia nongenti 63. anni, & non plus. Procedit ista diuersitas opinionum vt refert Vincentius in spe. histo. lib. 7. c. 88. qui ista scribit, ex eo quod prima opinio ponit in prima ætate, scilicet vsque ad diluuiū fluxisse annos 2242. & in secunda ętate vsq; ad Abraham ponit annos nongentos 40. qui simul fiunt 3174 Sed in nostra æditione seu translatione habemus tantum annos 1948. vsque ad Abraham. Non ergo punctualiter ex quo dicitur innotuisse Deus per incarnationem in medio annorum, quia tuuc per plura millia annorum duraret mundus, sed quia inter principium, & finem temporis quod est medium valdè latum, non autem nisi extremitate temporis voluit incarnari scilicet in principio vel fine, quia minus utilis fuisset medicina ægrotis. Nam si in fine tēporis incarnatus. fuisset, pauci indè fuissent saluati, cum omnes penè detinerentur tenebris infidelitatis, & peccatorum, boni etiam amodo desperassent de remedio languoris. Nec etiam in principio temporis decuit incarnari, ante quidem lapsum non oportuit. Nam ut dicit Leo papa in sermone. Si primus homo in suo honore mansisset, creator hominum creatura non fieret. August. Tolle morbos, tolle vulnera, & quæ causa ueniendi, medico scilicet filio Dei q. d. non venisset in mundum Deus, si peccatum in humana natura non fuisset, quod tamen quidam referunt ad passionem quam sine dubio non sustinuisset si homo non peccasset, sed ob dignitatem hominis incarnatus fuisset. Post lapsum autem hominis cito incarnari non fuit expediens saluti hominis, quia iam oblitus esset tanti beneficij, immo quod peius est; necdum recognouisset, sed ut superbus & ingratus homo suo merito attribuisset incarnationē, uel sine ipsa æstimasset ex sua cognitione, & facultate arbitrij valuisse salutem consequi: propter quod ut cō uinceretur homo de sua ignorantia, & impotentia prius relictus fuit sub lege naturali, & postea sub scripta. Sed experimento didicit quod neutra eum saluare poterat nisi per aduentum filij Dei. Et in medio temporis uenit. Vnde dicitur Sap. Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, oīpotes sermo tuus domine de cœlis a regalibus sedibus uenit. Circa cuius expositionem glo. continua super illud ad Gal. 4. At ubi venit plenitudo temporis. Vel ordinata per angelos in manu mediatoris notat triplex silentium. Primum ex ignorantiam languoris. Secundum ex desperatione sanationis. Tertium ex plena quiete mentis. Primum silentium fuit sub lege naturali, in qua homo dimissus sibiipsi deuenit ad tantam cęcitatem ut ydola coleret, & turpissima opera cōtra naturam etiam inclinationē, s. naturalē animalium peccata non putaret, ut patet in sodomitis. Et quia ignorabat natura humana peccatum suum, uel morbū suū medicū nō postulabat aut desiderabat, & sic fuit primū silentiū. Coūictus homo de sua ignorantia recepit legem adeo in qua docebatur verus Dei cultus, & declarabatur peccatū. Vnde rupto silētio cœpit homo quęrere salutē ex lege & coiari ad obseruātia eius. Sed qa nihil ad pfectū adduxit lex, quāuis. n. ostēderet morbū peccati, nō tñ p̄stabat adimplēdi potestate. Ideò quasi desperāt homo ā salute sui cessauit clamare & postulare auxiliū, unde secutū est ꝑm silentium, seu mediū. Dum ergo istud mediū silētium tenerent oīa oīpotēs sermo Dei. s. filius Sapien. 28. Triplex silentiū.

venit a regalibus ſedibus, ſcilicet de lumine cœli ad tenebras mundi, de conſeſſu patris ad officinam peccati, de ſede regali ad infima huius mundi. Angelus magni conſilij in piſcinam deſcendit ut ſanaretur languidus. Hæliſeus mortuo puero ſe coaptauit vt viuificaretur defunctus. Samaritanus ſauciatus vulneribus appropinquauit vt curaretur ſemiuiuus, & ueniens nunciauit pacem, attulit per gratiam, ſcilicet in ſacramentis, quæ per orbem inſinuatio cęperunt ęgri ad medicum currere, & flagitare remedium quo percepto, ſcilicet gratiam Chriſti in ſacramentis peruenitur ad regnum, ubi ſequitur tertium ſilentium, de quo Apocal. 8. Factum eſt ſilentium in cœlo. Iſtud ſilentium eſt ex eo, quod cum ſancti obtineant quicquid appetunt nihil eis reſtat petendum, ſed cum dominum gaudendum. Deus igitur operatus eſt ſalutem in medio terræ, ſcilicet temporis inter tempus ueteris & noui teſtamenti paſſus eſt in meridie quæ eſt medium diei artificialis. Cant. j. Indica mihi vbi paſcas, ubi cubes, & ſubditur quaſi reſpondendo, in meridie, quia hora ſexta crucifixus eſt.

§.4 ¶Quartum etiam medium, ſcilicet locale in quo dominus operatus eſt ſalutem terræ eſt Hieruſalem ubi crucifixus eſt dominus quæ dicitur eſſe in meditullio terræ habitabilis, quia enim eccleſia propaganda erat ubique terrarum, & propter omnes habitates in terra incarnatus, & paſſus eſt, ideo in medio terræ, quod ex æquo reſpicit circunferentiam. Paſſus eſt enim in medio loco inter cęlum, & terram, ideſt, in aere ſuſpenſus in cruce q locus eſt medius inter cęlum & terram, ut ſcilicet debellaret aereas poteſtates, ideſt dęmones qui manent in aere, & ut uiam nobis ſeu ſcalam de cœlo ad terram faceret. In medio etiam latronum, quia ſatisfaciebat, & pœnam ferebat pro omnibus hominib. in Adā latrones fuimus uolętes rapere diuinitatem qui non enim ſolùm pro electis per bonum latronem ſignificans, ſed etiam pro reprobis per malum figuratas pœnas tulit, & pro maribus, & feminis, & gentilibus, & iudæis paſſionem ſuſtinuit, non in medio loco operatus eſt ſalutem. Notandum etiam diligenter quod ſicut ſol materialis in medio loco ſituatus eſt planetarum, quia ſub ſe habet lunam, Mercurium & Venerem, ſupra ſe habet Martem, Iouem, & Saturnum, ita ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter in medio ponitur patrum, & ueteris, & noui teſtamenti, nam, & qui præcedebant quaſi ſupra patres veteris teſtamenti, & qui ſequebantur quaſi infra patres noui teſtamenti. Tres vndique fidem ſanctæ Trinitatis habentes ſpē & charitatem clamant Chriſto. Oſanna, ideſt obſecro ſalua, quia ipſę eſt ſaluator mundi. Et ſicut ſol materialis vltra curſum ad motum primi mobilis, ſecundum quem mouetur de Oriente in Occidentem, & infra unam diem naturalem perficit curſum totius cęli, de quo dicitur. Eccleſiaſt. primo. Oritur ſol & occidit & ad locum ſuum reuerti tur & gyrās per meridiem flectitur ad Aquilonem. Habet & curſum proprij motus, qui eſt de Occidente in Orientem tranſiens per medium cęli, & diſcurrens per ſigna zodiaci perficit curſum totius cœli per annum integrum. Cum enim a ſapientibus mundi deſignentur duodecim ſigna zodaici, quæ continentur in his verſibus. Eſt Aries, Taurus Gemini, Cancer, Leo, Virgo. Libra quoque ſcorpio, architenens caper amphora piſcis. In quolibet horum ſignorum ſtat per menſem ſecundum motum proprium. Et incipit poſt medium Martij hic fuit ſol, in prima ſui creatione. Sic ſol iuſtitiæ Chriſtus diſcurrit ſigna cęli militantis eccleſiæ in 12. ſtatus diuerſa operans ſecundum aliquam proprietatem ſignorū ut not. Robertus Holrot ſuper libro Sapient. Dicitur autem aries eſſe dextera pars cęli & nobilior pars unde incipit motus. Vnde Aries eſt primum ſignum ſecundum philoſophos, & ſecundum catholicos ſol creatus eſt in Ariete. Tranſiuit ergo ſol iuſtitiæ Chriſtus in ſigno Arietes ſecundum deitatem quando creauit hominem, & poſuit in paradiſo uoluptatis: Aries eſt animal innocens in genere ſuo forte & potens in ſpecie ſua dux gregis. Sic homo tunc habuit innocentiam operante Deo magnam uigoroſitatem in naturalibus, & dominus cunctorum. De iſto ſigno tranſiuit Chriſtus, & cito ad ſignum Tauri qui eſt animal magnæ ferocitatis, & hoc fit quando peccante homine Deus oſtendit magnam ferocitatem, & ſeueritatem in puniendo ipſum, quia expulit hominem de Paradiſo tradidit eum, & ſubdidit eum innumeris miſerijs, & poſt mortem ad infe ros miſit in diluuio penè omnes deleuit, in deſerto multa milia proſtrauit, vt merito diceretur Deus ultionum. Dicit autem Iſidor. in libro Etymolo. quod taurus quantuncunque ferus, ſi alligetur ficui manſueſcit. Ita Dei filius alligatur uirgini dulciſſimę uinculo charitatis, ex qua incar-

Quo Chriſtus trāſiuit p duodecim ſigna ſpiritualiter.

natus

natus effectus est mansuetus. Iuxta illud qđ prædixerat Zacchatias Propheta, nono capitulo. Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus. Tertio de signo tauri transiuit in signum Gemini quando duas naturas scilicet diuinã & humanam in utero copulauit uirginis procedens de thalamo suo, ut canit ecclesia. Pudoris aula regia, gemine gygas substantiæ alacris vt cursrat uiam. Depingitur istud signum in forma duorum iuuenum se complectentium, & ut fingunt quidam, isti fuerunt Castor & Pollux filij Iouis, qui intantum sese dilexerunt, quod cum Castori data esset immortalitas ideſt posse non mori si uoluisset, mori voluit pro germano ad tempus, vt vtique daretur immortalitas, & sic ambo translati sunt, & istud signum Gemini nuncupatur. Sic Iesus sol iustitiæ ita hominem germanum suum dilexit, quod cum haberet non mori ex conditione naturæ, quia sine peccato voluit mori pro homine, vt nos immortalitatis suę tribueret esse participes. Quarto de isto signo transiuit sol ad cancrum. Cancer est animal seu pisces passu retrogrado uadens, & ita sol iustitiæ Christus uidebatur retrocedere quotidie dum dixit. Rectus enim incessus hominis iusti deberet esse de uirtute ad honorem, de merito ad præmium, de labore ad requiem, sed Christus quotidie retrocessit, quia de uirtute ad uituperium, de uituperio ad verbera, deinde ad crucem, de cruce ad infernum. Vnde toto tempore a natiuitate vsque ad resurrectionem, sol noster moratus est in cancro, & sicut sole existente in cancro maximus feruor mundo diffunditur, ita Christus sol noster isto intermedio ostendit hominibus maximam charitatem. Quinto ab isto signo sol intrat leonem. Dicit Isidorus libro etymo. quod Catulus leonis de nouo natus tribus diebus iacet quasi mortuus post tres dies rugitu leonis suscitatur a dormitione seu morte. Sic Christus in cruce mortuus tribus diebus iacuit mortuus secundum figuram Synecdochem, & tertia die virtute patris ideſt diuinitatis surrexit. Hic est leo de tribu Iuda. Apo. 5. de quo prophetauerat Iacob benedicens filio suo Iuda. Gen. penul. Catulus leonis Iuda ait, ad prædam ascendisti &c. Sexto de leone transiuit in uirginem. toto enim tempore medio inter resurrectionem, & ascensionem tota doctrina, & fides ecclesiæ in beata Virgine potissimè conseruabatur. Hæc interim apostolos, & discipulos docuit monuit & consolata est, utpote illa quæ repleta erat spiritusancto plenissime in uerbi conceptione, & quæ plus illuminata erat a diuinis quam aliqua pura creatura ut quam. Et ideò tunc temporis sol mansit quo ad sui uirtutem, & fidem in uirgine sol Christus in libram, quando uidelicet a uirgine benedicta matre sua suisque discipulis uidentibus eleuatus est in cœlum. Tunc enim transiuit ad libram quando coram patre passionis suę meritum cõtra primi prætaricatoris peccatum appendit, ostendit plus soluisse in pœna quam Adam commiserat in culpa. In cuius persona inquit Iob 6. capitulo. Vtinam appenderentur peccata mea id est grauitas peccatorum hominum pro quibus patior, & calamitas scilicet pœnę quam patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. Octauo de libra transiuit in scorpionem quando corpus suum quod est ecclesia tyrannorum, & hæreticorum persecutionibus quasi quorundam scorpionum aculeis pungi permisit, qui primo per blandicias, & promissionem quoad tyrannos, paganos, per simulatam sanctitatem, & doctrinam quoad hæreticos, quasi more scorpionis palpabant, sed post ueneno caudæ occidebant, ut merito posset tunc illud dici. Increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Nono de scorpione transiuit in sagittarium sol, quod uidetur impletum tempore Siluestri papæ, & Constantini qui primo introduxerunt ecclesiæ temporalia. Vnde oriuntur iudicia, placitationes, dissensiones inter clericos, quis eorum videretur esse maior ad pascendũ oues Christi. Et hæc est causa quare uolant sagittę acute, nunc supplicationum ad Romanã curiam, nunc accusationum & diffamationum ad inferiorum iudicium audiẽtiam, ita q̃ plena est ecclesia aduocatis in omni causa ad defendendum iniuriam, & ideò usque in hodiernum diem sol stat in signo sagitarij. Prouer. 25. Iaculum gladius est sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium, & hi sunt qui Christũ spoliant, & prędãtur, si esset ita pauper modo sicut fuit qñ uixit in terra, nõ esset tales placitationes, nec tales inuasores, qñ ecclesia erat paupercula quærebãt eam homines dita re eleæmosynis, nũc qã diues est q̃runt expoliare & sagittare cõtumelijs detractionib. & prædicationibus, & aliqñ mortibus, ut meritò posit illud dici. 1. Reg. 31. Secuti sunt eum sagittarij, & uulneratus est a sagittarijs.

Act. 1.

Transibit autem sol istæ in signum decimũ Capricorni tempore Antichristi. Capricornus habet primam partem corporis caprinam, & tunc sol est in maxima elongatione à nobis, quia in primo puncto capricorni est solsticium hiemale. Vnde significat Antichristi tempus, qui Antichristus caprinus dici potest, tum quia Capra est animal ualde libidinosum. Et de Antichristo scribitur Danielis 11. q̃ erit in concupiscentijs fœminarum, tum quia Capra generat hędos, & filij sui atque sequaces hædi vocantur. Mat. 15. c. Statuet Hędos à sinistris. Et tempore Antichristi erit sol Christus quasi in signo Capricorni, qa videbitur quasi maximè elõgatus à nobis, ideſt ecclesia, sed non durabit, quia statim in Capricorno incipit sol ascendere & Christus statim occiso Antichristo in cordibus suorũ fidelium refulgebit. Vndecimo transibit sol in aquarij signũ, huiusmodi depingitur imago hominis tenentis vrnã subuersam de qua aquã pleno ore prorupit & significat tps post mortẽ Antichristi q̃ erit ad minus 45. dierũ ſm prophetiã Dan. ubi di. Beatus qui expectat ad dies mille ducentos. Vtiũ aũt mũdus plus debeat durare & quantũ est nobis ignotum. In illo ergo tẽpore post mortẽ Antichristi pluet Christus gratiã & misericordiã suã copiosè super illos qui tunc erunt electi, qui p̃dicatione Antichristi uacillauerant. Vnde Christus sol erit quasi in aquario effundẽdo aquã gr̃æ, ſm illud Ezechię. 36 Effundã sup uos aquã mundã, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. Vltimo sol trãsiẽs ad signum Piscium & q̃n sol ad signũ Piscium puenit, tũc hyems recedit & inchoatur uer. ſm uersus. Cedit hyems retro cathedrato Simone Petro, quo die solẽ in Piscibus quo tẽpore radices herbarũ & semina in terra latentia prius incipiunt exurgere, & terra incipit aperiri & pandere quæ occulta tenebat, & significat tẽpus & statũ vltimũ resurrectionis corporũ humanorum, q̃n terra se aperiet, & reddet luci corpora ibi absconsa. Et tunc erit Christus sol quasi in Piscibus q̃n veniet ad iudicandum cũ apostolis piscatoribus suis, & tunc implebitur illa parabola. Mat. 13. Simile est regnũ cęlorũ sagenæ missę in mare, & ex omni genere piscium congreganti, quã cum impleta esset educentes elegerunt bonos in vasa sua, maiores autem foras miserunt, sic erit in consummatione sœculi. Abachuc 1. Facis homines vt pisces maris. Et sicut in fine piscium est ipsum oriens, quod dicitur caput arietis vbi sol fuit primo creatus & vbi stabit in perpetuum nec mouebitur ultra cita terram non faciens ortum, nec occasum. Ita & sol iustitiæ Christus stabit in medio electorum suorũ sine fine, & tunc delectabile erit oculis videre solem. Eccle 11. Et sol & luna, ideſt ecclesia steterunt in habitaculo suo. Abachuc 3. Ecce discursus solis Christi per vnum maximum a principio mundi vsque ad finem per duodecim signa cęli, ideſt per duodecim status ecclesiæ militantis, vt veniat ad triumphantem.

§. 56

¶ Quintum medium in quo Deus operatur salutem terræ, ideſt hominis est medium virtuale. Et in alijs medijs operatus est Deus salutem in generali, per hoc autem ultimum operatur salutem in quolibet singulari scilicet vbi est medium virtutis. Matth. 18. Vbi sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ideſt aliqui habentes duo præcepta charitatis vel fidem viuam trinitatis congregati ad quærendum salutẽ suam, quod includitur in nomine Iesu, ego sum in medio eorum addãdam salutem. Virtus enim quæ necessaria est cuilibet in particulari consistit in medio. Vnde dicit sapiens, quod virtus est medium ab utroque extremorum participatum. Exempli gratia. Liberalitas est uirtus consistens in medio, extrema eius sunt auaritia & prodigalitas, auarus est nimis retentiuus, prodigus est nimis emissiuus pecuniæ, liberalitas autem de utroque participat: sed debitè nam est retentiua, sed non indebitè vt auaritia, sed secundum quod debet, & est emissiua pecuniæ, sed non inordinatæ, vt prodigalitas, sed quãdo debet. Philosophus in ethicis deffinit, quod virtus moralis in medio consistit, propter quod poeta ait. In medio tutus ibis. Et alter. Medium tenuere beati. Et Ber. Tene medium si non uis perdere modũ. s. debitè operandi. Et Hora. Et modus in rebus sunt certi deniq; fines. Quos vltra citra nequit consistere rectum. Et Esa. dicitur Hæc via, s. virtutũ ambulate in ea, quæ ducit ad vitam, non declinetis ad dexteram per excessum, nec ad sinistram per defectum. Gregorius 31. moral. Iccirco Dei filius inter nos homo factus est, vt non solum nos sanguine fuso redimeret, sed etiam ostenso exemplo commutaret in conuersatione nostra alia inuenit, & viuendo alia docuit. Studebant homines superbi. Adam stirpe geniti, prospera vitæ præsentis appetere, aduersa deuitare, opprobria fugere, gloriam quærere. Incarnatus dominus aduersa appetens, gloriam fugiens, vt ergo doceret

nos

nos ſemper virtuosè operari, vt ſalutem conſequamur frequenter dominus Ieſus in medio ſe poſuit Lactan. in 4. inſtit. Diſcant homines & intelligant quare Deus ſummus cũ legatum & nuncium ſuum mitteret ad erudiendum plebem præceptis iuſtitiæ immortalitatem voluerit carne indui & cruciatu affici & morte mulctari. Nam cum iuſtitia nulla eſſet in terra doctorem miſit quaſi viuam legem, vt nomen ac templum nouum conderet, vt verum & pium cultum per omnem terram & verbo & exemplis ſeminaret, ſed tamen vt certum eſſet a Deo miſſum, non ita naſci oportuit ſicut homo naſcitur ex mortali vtroque concretus, ſed vt appareret in homine illum eſſe cœleſtem, creatus eſt ſine opera genitoris, habebat ſpiritualem patrem Deum, & ſicut pater ſpiritus eius Deus ſine matre, ita mater corporis eius virgo ſine patre. Fuit igitur Deus & homo inter deum hominemque medius conſtitutus vt hominem ad deum perducere poſſet, ideſt ad mortalitatem quaſi Deus tantum fuiſſet. Exempla homini præbere non poſſet virtutis, ſi homo tantum non poſſet hominem ad iuſtitiam cogere niſi auctoritas & virtus maior homine accederet. In natiuitate in medio brutorum, in templo in medio doctorum, in cruce in medio latronum, in reſurrectione in medio diſcipulorum, vt patet in euangeliis. Primum medium innuit prudentiam. Nam duorum animalium inter quæ natus dicitur poſitus, iuxta illud. In medio duorum animalium innoteſceris. Aſinus ſignificat nimiam ſimplicitatem ſeu ſtoliditatem. Bos ruminans & moroſus nimiam ſapientiam, ſed quia vtrunque extremum vitioſum, ideò Chriſtus non ſtetit ſub aſino vel boue, ſed in medio, quia in virtute prudentiæ reperitur quæ nec ſibi nimis acquieſcit, nec nimis credulus eſt & incautus. Secundum medium inſinuat iuſtitiam, nam docto res illi in templo in aliquibus erant nimis iuſti ideſt ſeueri, vt in decimando rutam & anetum & omnes holus, vt Chriſtus inuehit contra eos. In aliis nimis remiſſi. Vnde Chriſtus dixit eis, quæ grauiora ſunt legis relinquitis vt mandata, ſed Chriſtus in medio ſe locat, quia in iuſtitia. Tertium medium eſt temperantiæ. Vnde Chriſtus in cruce per quam homo ſe temperantia mortificat quaſi crucifigens carnem ſuam in medio latronum poſitus fuit. E quibus qui a ſiniſtris erat nimis compatiens corpori ſuo nolebat pati, ſed liber eſſe a pœna. Alter quaſi ſibi auſterus non curans de pœna ſua. Sic aliqui ſunt intemperati qui nil mali & auſteritatis volunt in corpore ferre ſed deliciari, hi communiter reprobi, aliqui licèt boni nimis ſibi auſteri ſunt indiſcretè affligentes ſe, ſed Chriſtus in medio inuenitur docens, vt ſcilicet caſtigati & non mortificati exhibeãt corpora ſua hoſtiam ſanctam Deo viuẽtem, vt ait Apoſtolus ad Rom. 12. Quartum eſt medium fortitudinis. Reſurgens Ieſus & diſcipulis apparens ſtetit in medio eorum. Io. 20. Ex his diſcipulis aliqui vel aliquando vidébantur & erant nimis timidi, quod patuit quando relictio eo fugerunt, & ſic in naui quando clamauerũt dicẽtes quia phantaſma eſt. Matth. 14. Aliquando vel aliqui videbantur præſumptuoſi & audaces, vt Petrus qui dixit. Etiam ſi oportuerit me mori tecum non te negabo. Chriſtus non ſe poſuit iuxta Petrum vel alium, ſed in medio, vt diſcamus fortes eſſe non audaces, & præſumptuoſos nimis de nobis confidentes, quia tales ſunt primi ruentes, nec nimis timidi dimittendo agredi ardua & bona opera. Sic igitur operatur ſalutem in medio virtutis.

¶ *De virgine Maria per modum doctrinæ Cap.* 3.

OMnis gloria eius filiæ regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus pſal. 44. Filia regis fuit virgo Maria, quia regali ex progenia Maria exorta reſulget, ſed ſpiritualiter filia regis æterni non ſolùm per creationem, ſed per adoptionem gratiæ ſuper omnes alios ſanctos, vnde de ipſa intelligitur dictum. Omnis gloria eius &c. vbi tria videnda ſunt.

¶ Primo ſublimitas ſingularis, ibi. Omnis gloria eius filię regis.

¶ Secundo probitas virtuali, ibi. Ab intus in fimbriis aureis.

¶ Tertia pluralitas priuilegialis, ibi. Circumamicta varietatibus.

¶ Quantum ad primum gloria aliquorum eſt & laudantur de bonis naturæ, aliquorum goria de bonis gratiæ de quibus laudantur, alii laudantur de bonis ſupene, aliorum eſt gloria de bonis fortunæ. Verum huius virginis glorioſæ omnis gloria eius quia eſt per excellentiam filia adoptiua regis æterni. Abſalon & Rebecca multum laudãtur de pulchritudine, licèt omnis §. 1.

gloria eius quasi flos feni. Esa.40. Gloria ista
Can.4. non deficit in Maria. Tota pulchra es & macula non est in te, & pulchra vt luna. Et optimè in naturalibus complexionata quod multum iuuat ad bonitatem. De bonis gratię ait Apostolus.ii.cor.i. Gloria nostra est testimoniū cōsciētię nostrę. Oīs virtutis gloria est in Maria de omnibus enim laudatur super omnes sanctos. Vnde dicit. Eccle.24. Et radicaui in populo honorificato. Populus honorificatus a Deo & hominibus sunt virtuosi. Sap. 19.c. Magnificasti populum tuum scilicet tu domine Deus & honorasti, vbi ergo terminatur omnis virtus & perfectio viatorum, ibi vt radix quę est principium arboris inchoat virtus Mariæ. De bonis glorie psal.149. Gloria hæc est omnibus sanctis eius. Et in plenitudine sanctorum (ait Maria) detētio mea id est in plenitudine glorię beatorum ego detineor, vt glorioſior omnibus secundum Hiero. Inter bona fortunę connumeratur fama & laudatio, omnesque gloria accenduntur ad studia. Et licèt sancti & per maximè beata Maria non quærant sed fugiant istam gloriam, sed quærunt gloriam Dei iuxta illud Math. 5. Luceat lux vestra coram ho. &c. quanto magis fugiunt tanto magis deo operante glorificantur & laudantur. Omnis igit gloria eius. Vnde ipsa prophetans de se ait. Beatam me dicent omnes generationes, qđ tractans do. Io. Do.cardi. super magnificat. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Vox est non dubitantis, sed affirmantis & demonstrantis, sicut Ioannes cum dixit. Ecce agnus dei. Fuit autem certificata de hoc futuro per triplicem viam per quam potest sciri aliquid. Primo per rationem discurrentem. Secundo per testificationem competentem. Tertio per experientiam sufficientem. Per rationem quidem discurrentem. primo probatur sic, quia ratio prēteriti scire futura facit. Dicat ergo sic beata maria. Me fecit castiorem vniuersis, me direxit in omnibus agendis, me prēseruauit in omnibus illicitis, me fecit in templo admirandam sodalibus, stupendam sacerdotibus, me maritauit stupentibus cunctis populis me fecit reuerendam spiritibus angelicis ergo prēponit me prędicandam & venerandam omnibus generationibus. Istę inquam discursus consequentiam format, habet pro medio quod Deus fecit omne opus perfectū & valdè bonum, nisi ipsum opus perficiendum habeat liberum arbitrium & taliter opifici contradicat, quod sub obstetricante manu sua egrediatur coluber tortuosus, sicut in angelo primo per Iob narrat spiritus sanctus cuius oppositum in se erat experta ideſt totum fuerat sibi notum cum pluribus partibus quas referre longum foret & impossibile. Ratio autem solum per enthimema procedit & consequentiam. Ad hanc certitudinem etiam arguitur a simili quod non tenet infimum locum in argumentis. Argumēntum autem dicitur a simili per figuram, sed est a maiori per naturam, & sic ait. Si dito sexto scilicet filio Aser Iacob moriente inter prętatur panis pinguis prębens delitias regibus, quanto magis beatam me dicent omnes generationes, quę humilis ancilla concepi & peperi perfectum, sic numerus senarius notat Christum qui sextę dat initium ętati, & est verus panis viuus qui de cœlo descendit. Consequentialiter iterum arguit sic. Ego sum tota deifica, ergo beatam me dicent omnes generationes dictum est notum, quia (vt supta dictum est) in ipsa habitabat plenitudo deitatis corporaliter. Sequela autem patet cum non solum omnis homo, sed omnis creatura deum benedicat, iuxta illud Dan.3. Benedicite omnia opera domini domino. Sillogističè tamen ratiocinatur sic, omnes saluati benedicant eos per quos principaliter saluabuntur: sed per filium meum & me de omni generatione saluabuntur, ergo beatam me dicent cum filio meo omnes generationes. Maior est nota per viam gratitudinis sanctę & minor patet multipliciter. Primo quia dedit carnem per cuius passionem sumus liberati. Secundo exemplum videndi per suam prēsentiam. Tertio viam pęnitendi per suam doctrinam. Vnde ex omni generatione aliqui sunt saluati & saluabuntur, sicut continua miracula sua demonstrant. Scie bat prēterea secundo hoc ipsum per testificationem competentem. In ore enim duorum vel trium testium stat omne verbum. Nec obstat quod duo vel tres vel etiam mille simul concordes in malum testificantur falsum cōtra sanguinem iustum sicut factum est contra Naboth in veteri testamento, & contra Christum in nouo, licèt enim ciuiliter patiatur tueri qui iustum tanq̄ reum damnat ad mortē duobus vel tribus testificātibus corā Deo vero est culpabilis, nisi aliis testes eū cōdemnent q̄ duo vel tres homines qui reputari dńt pro vno si etiā forent mille. Est ergo testis vnus homo specificè, qui dicitur accusare & testificari suam testificationem forte legitimam sine qua male iudex procedit in cau-

Testificatio cō petens.

in cauſa. Secundus teſtis eſt veritas ipſa enucleata & comprobata quæ quidem miniſterio angeli in lucem procedit a ſpiritu ſancto & ſic ſunt duo vel tres, ideſt, homo qui accuſat, & ſuam accuſationem conteſtatur. Secundus veritas q̃ eſt Angelus vel ſpirituſſanctus vnus vel duo, & dicitur diſiũctiuè, quoniam & veritatem ipſius ſufficit alter ipſorum, ſcilicet ſpirituſſanctus vel angelus. De his duobus vel tribus loquitur Chriſtus prout eſt veritas, ſecundum Math. Vbi ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ſum in medio eorum, talique concordiæ ſe efficaciter annuit eſſe. Ad huc ſenſum iubent leges tam canonicę quam ciuiles ſubtiliſſimam & prudentiſſimam examinationem fiendam præſtita ſi dubitatur de vita vel fama aut teſtium cuſpis cautione, hoc modo ſacra virgo Maria certificata per Angelum dicentem. Benedicta tu in mulieribus, quòd eſſet ab omnibus generationibus benedicẽda. Mittitur ad Eliſabeth quod id dicat eidem quod & fecit. Benedicta tu inquiens inter mulieres. Certificauit Angelus qui mentiri non poteſt, certificauit & homo qui prophetam veritatis gerebat, certificauit & ſpirituſſanctus qui in vtero ſermonem formabat, & in ſcriptura ſacra illas notauerat quæ benedictiones portauerat ſub figuris ſanctis viri veteris teſtamenti, quaſi Stellæ, veri Solis præmonſtrabãt ortum & vitam. Sic omnes mulieres quomodo libet laudibus attollantur Mariæ Virginis

Maria figurat p mulieres Eua.

figurabant virtutes & eius mores præfatos. Nam benedicta fuit in Eua benedictione generationis maternæ. Illa enim fœmina mater fuit cunctorum in terra viuentium. Beata virgo mater eſt omnium in cœlum aſcendentium. Matrimonium replet terram virginitas Mariæ replet cœlum. Benedicta quoque

Sarra.

eſt in Sarra quæ peperit riſum iſti præludens quæ gaudium genuit vniuerſo mundo. Præfigurauit Rebecca prudenter vendicans benedictionem Iacob cũ vellet Iſahac Eſau benedicere Marię benedictionem, ſub qua reprobato antiquo populo Hebræorum, populus Chriſtianorum benedictionib⁹ eſt repletus. Actiua Lya cui ſeptem abſcribuntur filii

Rebecc.

Lya.

nati vitam totam actiuam præſcripſit Mariæ quæ per ſeptẽnarium numerum integratur. Inter cuius opera, vt minus deſcribitur perfectum mortuos ſepelire, quod a Chriſto nõ nominatur cum in iudicio de his examinat iudicandos ſicut illa inter. 7. ędidit Dynam. Speciоſiſſima Rachel contemplatiuam prædicat Virginis Matris quæ pariter per aug-

Rachel.

mentum virtutum in Ioſeph, & dolorem ſeu tedium vitę preſentis in Beniamin matricida. In Aſſenen autem Phutipharis Sacerdotis Heliopoleos ſcimus Mariã ex progenie ſacerdotali & regali quæ illũ cõciperet q̃ rex erat & ſacerdos ſm ordinem Melchiſedech. In hac cantatrice Maria cantauit Maria ſoror Moyſi infernali iã Pharaone ſubmerſo cuius canticum trahit in illud Magnificat anima mea dominum. Mitiſſimi prophetę cõiunx dilecta in ſeparatum matrimonium inter lucidiſſimum Deum & abominabilem humanam naturam, quę tamen formoſa fuit in Maria ſignificauitipſa alibi dicente. Nigra ſum ſed formoſa filiæ Hieruſalem. Canti. 1. Thamar iuſtior iuſto inauditũ a ſæculis partum dicit quam defendit apud multos ſuſpectos anulo matrimonii contracti cum ſene armilla pudicitiæ comprobante & virga poteſtatis diuinæ, qui hoc prędixerat de Prophetis futurum. Raab non meretrix ſed honeſta ſtabularia ſicut litera docet Hebraica, liberatricem populi non ſui, ſed ſui future p̃ſignificat glorioſam Mariam. Hæc paradiſi portas patefecit, & cum Debora ſceptrum populi tenet electi contra hoſtem antiquum, quem clauo Yahel prudentia Syſaram necauit. Annunciat angelus Manuę Sanſonis virginis partum quam venuſtam inſinuat Noemi ſic interpretata. Et Angelus Ruth matrimonio iũgit Booz Veterano, ſcilicet Ioſeph. Michol a Dauid dilecta ſpeciali decore aſpectum in ſe trahit diuinum & liberat iam deſiderabilem ad Egyptum deportans Abygail humilis dicit, ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. Abyſach antiquũ dierum ſuo fouet in ſinu, quem ſolo lactet vbere de cœlo pleno. Anna quæ gratia interpretatur votum virginitatis per matrem Samuelis bonum maritalis ſocietatis per eam quę fuit Thobiæ & donum in Deum intentæ viduitatis in veterana prophetiſſa Mariã plenius declarauit. Berſabeæ fons ex quo oritur illa ſapientia quæ eſt maior Salomone prius tamen ſanctificat & finem ponit legi data ę in igne deſerti. Vria occiſo dum leges ſeruat quæ maxima vetuſtate abducuntur, & ad regem regum tranſiuit. ſub quo fulget lex libertatis & gratiæ. Ecce peccatorum interuentrix potentiſſima Thecuites quæ nõ patiebat repulſam inter Ioab & Dauid pro peſſimo, ſcilicet Abſalone. Sagaciter denique quis promiſit Iudith fortitudinem Heſter notauit iuſtitiam rectitudinem & patientiam pro ipſius effectu. Si cupis poten-

Aſſenen

Mariar

Thamar

Raab.

Manue.

Ruth.

Abygaii.

Anna.

Berſab.

Thecuitees.

ter videre contra eos qui detrahunt suæ bonitati & maculare satagunt puritatem. Ecce noua Sarra cuius 7. amatores non casti a dæmone sunt necati. Si charitatis viscera paupertate desiderantur, copiosa in Sareptena vidua Helyas istam requirit. Et Helysæus in Sunanimite deuotionem & fidem filii suscitatione veneratur Mariam completa ad omnia vasa vacua quæ sibi Mariæ fuerint ob blatè innuit mulier illa cuius vir erat mortuus & filii creditores duo remanserant. Vidimus rosam paradisi. 30. foliis integratam, & totidem odoribus prædotatam præter illa quæ intrinsecus vt dici possit, quasi plantatio rosæ in Hiericho. Eccles. vigesimoquarto. Certificatur tertio per experientiam rerum magistram. quis enim valeat dubitare quin hæc virgo plena Deo, cui omnia nuda & aperta sunt in ipso verbo, quod gerebat in pectore gerebat in mente futura cũcta viderit, & aperte agens si quid indispositum agit indubiè, & suam formam inducit. Tam dubitabile est quod virgo grauida Dei sciuerit futura quam dubitare quod Angeli Deo præsentes qui omnia vident videant vniuersa. Nam nec ista virgo erat ei remotior qui in eo essentialiter existens de anima sua fecerat cœlestis aulam paradisi. Nec minus illis dispositа quæ per maiorem gratiam possidebat Deum quam ipsi. Ecce agens dispositum ad agendum quod illuminat omnem hominam venientem in hunc mundum. Et ecce dispositа stella quæ tantæ lucis recipiat radios fulgentes quæ quidem eclypsim pati nõ potest, cum nil interueniat medium inter agens & passum, nimirum ante conceptum tanti splendoris magis videbat quam cæteri viatores, eo quod esset dispositа magis nec aliquid ignorat quodammodo fons sapientiæ facta. ¶ Quatuor enim actus viatorem disponunt ad clarius intuenda. Primum est castitas & puritas hominis verius, quia non introibit sapientia in maliuolam animam, &c. Sapien. primo. Sed transfert se in animas sanctas. Sapien se primo. Secundum obedientia uera ipso dicente. Si quis uoluerit uoluntatem eius facere qui misit me sciet de doctrina mea &c. Tertium est doctrinæ sanctæ magistra paupertas uolũtaria quæ in mõte locat Petrum, Iacobum, & Ioannem vt in gloria sui videant dominum cum prophetis. ¶ Quartum humilitas secundum illud Matth. vndecimo. Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sed quod ista sint virginis matris patet. Quis enim narrabit obedientiam suam quę etiam quinquennis & ante se totam regendam subiecit? Pollebat quoad secundum tanta puritate qua maior sub cœlo nequit intelligi. Paupertatem etiam regiæ virginis in partu peregre constitutę quoad tertium tantam vide, quod pro tanto filio agnum nõ valens offerre, par turturum vel columbarum obtulit Luc. secundo Humilitas autem eius quoad quartum, Deum traxit de cœlis sed istud prosequendum in sequenti. §. vide.

Io. 7.

¶ Quantum ad tertium probitas virtualis §. 2.
eius notatur ibi, abintus in fimbriis aureis. Fundamentum siquidem omnium virtutũ humilitas est secundum Hierom. & complementum charitas quæ est vinculum perfectionis. Coll. tertio. Primum notatur in Maria. ibi, ab intus. Est enim vera humilitas ab intus non ab extra. Consistit enim secundum Bern. in vera suiipsius cognitione sibi vilescens ex ea, vnde & Christus dicit Matth. vndecimo. Discite a me quia mitis sum & humi. cor. & non dicit corpore sed corde quod est ab intus. Prima Mariæ virtus (ait Ambro.) fuit humilitas, vnde & ipsa de hac singulariter gloriatur dicens. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Exemplo virginis tantæ, ratione quilibet vtens discet ab ea se hominem esse non Deum vbi dea facta immo deifera, cui subderetur humiliter Deus dixit. Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Et hoc qiua respexit humilitatem ancillæ suæ. Sciat vnusquisque se non esse Seraph exemplo Mariæ quo charitas immobiliter manet & non præsumit de amore cæpto, cum ipsa iuxta crucem manens fuerit absoluta a Ioseph & amorem vnigeniti patienter transtulit in Euangelistam Ioannem quem patienter recipit in suum Crucifixo iubente loco tanti Christi dilecti. Videant omnes stellam maris Mariam se non habere sapientiam Cherub proficientem, cum post triduum in templo reperto filio coram omnibus dixit. Fili quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolen. &c. Luc. secundo. Thronorum quoque iustitiam non esse nec habere professa est, quando filio dixit in nuptiis vinum non habent, auditura ex templo. Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. A dominationem speculatione sublimi alienam se monstrauit cum angelo seruo suo disputans & dicens. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Luc. primo. ¶ Virtutum auctoritatem ad facienda miracula.

cula ſe negat habere cum ſine dubio requiſita per ſeruos vt deficientis vini ſuppleret erumnoſos defectus. Reſpondet. Quodcunque dixerit vobis facite. Ioan. ſecundo. Quoniam mihi facere miracula ſupple non incumbit. Quod ſe longe fore monſtrauit a potentia poteſtatum in arcendis dęmonibus cum e preſenti ſæculo migratura ne dœmones videret ſuppliciter poſtulauit. Si cunis noſſe quantum cum principibus ſe principiſſam putaret, quamquam eſſet Regina mundi ancillatus officium etiam in domo Eliſabeth cui parenti ſeruiuit plenius intuere, & quia ad Archangelos nouerat loquelæ pertinere virtutem velut elinguis raro loquebatur & parum apud ſe conſeruans omnia diuina conferens in corde ſuo. Luc. ſecundo. Ioſeph autem caſtiſſimum virum velut ſui cuſtodem exteriorem nunquam deſeruit quocunque pergeret neceſſitate compulſa, non cupiditate vagandi, ne ſibi vſurparet angelorum officium quo inuiſibiliter creaturas cuſto diunt ſibi commiſſas, ſed nec iſto gradu contenta minus homine ſe dixit, & exhibuit, ancillæ nomen imponens & opus, ſicque factum eſt vt cum negauit ſe eſſe quod non erat, ex ſe facta eſt talis ac tanta qualis mens non capit creata. Vnde autem iſta ita hominem locat, ſita eſt ſupra choros omnium ſpirituum beatorum. Et huiuſmodi potentiæ nulla creatura reſiſtere poteſt, nec vult reſiſtere Deus ſuæ vehementiſſimæ charitati. Ardentia Seraphin nõ ęquantur excedit quoque lumen, quamuis omnẽ notitiam Cherubin & ſua miſericordia throno rum ſuperat æquiſſimę iuſtitiæ tenacem rigorem de qua ſpeculatione dominationes illuſtrantur & virtutes eius Imperio obſequuntur ad nutum. Tentatæ ipſius contra dœmones poteſtatum vires ſunt robuſtæ animæ, & non ſolum vni prouinciæ vel regno ſed totius machinæ mundialis in cœlo in terra ſimul & abyſſo vniuerſali præponitur monarchiæ, ſumunt Archangeli verbum de verbo ſuo, etiam angeli in tanto ſpeculo practicè noſcunt ad quid debeant dirigere ſubditos eius. Sic ergo omni homini venienti eſt norma ſine defectu, dicens ſeancillam. Quia ergo inclita humilis mater, & virgo erat, digna mater Dei iuſta electa a iuſtiſſimo Deo, ſi dixiſſet ſum digna mater vnigeniti Dei falſa veritatem fuiſſet, & humilitatem non ſeruaſſet, ſed quia decebat eam excellentiſſimę cunctas habere virtutes & in ipſis tranſcendere cunctos etiam angelos ſe humilem fatetur, & ancillam dicens. Reſpexit humilitatem, &c. Tanta denique humilitate nullus vſus eſt angelorum. Interrogantibus enim quod eſſet nomem ipſius. Reſpondit. Cur quæritis nomen meum quod eſt admirabile neque ille qui dixit. Sum Azarias Animæ magni filius, qui ſui magnum conceptum in mentis conçeptu formauit. Non ſimili viſi ſunt Abraham dicens. Sum puluis & cinis. Aut Iob aiens. Ventus eſt vita mea, Vel Dauid proteſtas quòd eſſet canis mortuus, & vnus pulex. Siue Baptiſta qui faſſus eſt ſe eſſe labilem vocem. Nam hi omnes dixerunt id quod erant, & non minus, hæc autem multo minus quam ſit. ¶ Quantum enim diſtant inter ſe Regina cœlorum & ancilla, domina angelorum, & ancilla, mater Domini Noſtri Ieſu CHRISTI, & ancilla Domini. Veritatem tamen dixit, nam licèt virgo Maria ex parte generationis fuerit mater CHRISTI, tamen ſciens, quia filius eius erat genitor eius, & vniuerſorum Deus, & dominus, non ſe exhibebat vt matrem, ſed vt ancilla, quamquam ille verus filius eam reuereretur vt matrem, hæc reuerentiam non requirebat: ſed exhibitam renuebat & exhibebat repulſam. ¶ Quampium erat videre iſtud certamen in ſecretis duorum filii, & matris, illa præuenire volebat genuflexionibus ſibi genuflectentem, ſed ille cui futura erant præſentia præoccupat reuerentia tali præuenire volentem, illa genuflexo filium adorabat, ſed ille ante adoratricem humiliter ſe inclinabat, illa dicebat. Deus meus non decet Deum fœminæ inclinaret, ſed ipſæ reſpondebat, tamen iſtud decens eſt matri filium ſubdi. ſine me o fili præceptum implere quod dixiſti. Dominum Deum tuum adorabit, & cætera. Ipſæ verò inferebat. Sine & tu mater filium tuum mandatum implere quo dixit præſcius incarnationis ſuæ. Honora patrem & matrem, ne videant te Angeli, quem adorant coram muliercula proſtratum. ¶ Surge dilecte perſonabat MARIA. Et ne filii hominum coram filio videant matrem inclinatam, chariſſima ſurſum te eleua intonabat IESVS filius eius.

Gen. 18

¶ Me itaque Deus, & Angeli arguent, ſi te non adorauero & ſuſtinuero quaſi adoran-

tem,

tem, & ego coram Deo Angelis & hominibus reprehensibilis essem, si reuerentiam nō seruarem maternam. Talia profundioraq; & omni spiritus mellita dulcedine versabantur inter filium matremque genitorem & genitricem. Illa dicente quòd saltem in occulto ubi non uidet nisi pater cęlestis a tali veneratione se abstineret filius. Et illo respondente quòd nil opertum quod non reueletur Istæ duæ conclusiones quas persuadet euidens ratio sacræ litteræ probant, nam quod filius esset matri subditus & reuerens, testatur cum de ipso duodeni loquitur. Descendit cum illis Nazareth & erat subditus eis ideſt Mariæ & Ioseph. Firmissimè credo nunquam filium ita honorasse matrem sicut Christus uirginē matrem suam, & quod mater summè venerarerur & diligeret filiū. Vnde cum eo prædicante mater eius superueniret expectabat reuerenter audiens prædicationem eius. Fimbrię aureę designat eius perfectam charitatem. Aurum enim excedens omnia metalla in valore charitatē significat omnes superantem virtutem in perfectione. Fimbria est extrema pars vestimenti. vestimētum quod circundat corpus: eius significat conuersionem eius quæ videtur ab hominibus. Nam interior dispositio videri non potest. Adhuc intellectum dicebat Apostolus ad Ro. 13. Induimini dominum nostrum Iesum Christum. i. sequimini conuersationem eius. Fimbrię ergo vestimenti virginis fuerunt aureę, quia etiam minima opera eius hæc sunt fimbrię, q̄ fuerunt plenę perfecta charitate. Minora opera dico in se quæ scilicet deseruiunt corporis necessitati, vt commedere, dormire, laborare manibus & huiusmodi. Et his potest elici in operibus, magnis vt in orationibus, contemplationibus & huiusmodi quā fuerit excellēs charitas eius. Exultauit inquit spiritus meus in Deo salutari meo, ideſt extra saltauit per extasim, diuinus enim amor extasim facit vt Dio, ait, totam eam incanduerat diuinus amor, ardor continuus & ebrietas per fusi amoris, vt nihil esset in ea quod munda nus violaret affectus, & sic fimbriæ quæ sunt lux iusta terram non tangebant terram, sed aureæ ideſt liberæ ab omni mundano amore operatione etiam eius circa corpus versantes.

§. 3. ¶ Quantum ad tertiam. Pluralitas priuilegiorū notatur in eo cum dicitur circūamicta varietate, siue intelligatur de vestimento de variis coloribus cōtexto, siue variis pluribus uestimentis induta. Plura vtique & varia & singula priuilegia reperiuntur in virgine Maria, quæ non sunt in aliis sanctis ex quibus deprehenditur omnis gloria eius & sunt. 12. significat per. 12. stellas coronæ, quam vidit Ioan. in Apoc. 12. c. in capite mulierem habere dicens. Signum magnum apparuit in cœlo ecclesiæ militātis & triumphantis. Mulier amicta Sole & Luna sub pedibus eius, quia omnis defectus sub ea est, nullos habet in se vel mundus sub ea vt regina mundi. Corona. 12. stellarum sunt duodecim varia priuilegia quibus circumamicta est varietate. Primum fuit quia extat multipliciter præsignata non solum in mulieribus veteris testamenti, de quibus dictum est, sed etiam in aliis figuris & prophetiis. Hæc enim est lux primo facta, hæc fluuius paradisi ecclesiæ ad irrigandum ligna fructifera ecclesiæ, qui extenditur in quatuor capita, hæc arca Noe ex qua euaditur diluuium infernale, qui in ea permanere inuenitur per deuotionem. Hæc virga Moysi qua facta sunt tot miracula. Hæc virga Aaron quæ fronduit floruit & fructificauit sine opere humano, virga enim Iesse floruit de qua Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse &c. Hæc virga regis. Assueri, qua tangitur anima in signum clementiæ Dei. Hac virga percussus pauebit Assur id est diabolus Esa. Hanc virgam portare iussi sunt a Christo, ad prædicandum missi. Hoc lignū aquas amaras dulcorat, hæc vellus Gedeonis, hæc thronus Salo. Hæc ortus conclusus & fons signatus, de qua Esa. 7. Ecce virgo concipiet. Et breuiter totum vetus testamentum plenum est figuris & prophetiis eius.

¶ Secundum priuilegium est, quia plenius omnibus aliis in vtero sanctificata, in cuius figuram sanctificatum fuit tabernaculum domini per Moysen. Ego puto (ait Be.) quòd copiosior gratia sanctificationis in ea descenderit quam in aliis ab vtero sanctificatis quæ totius vitæ conuersationem immunem redderet ab omni peccato, quod nulli extat concessum, nā alii sanctificati in vtero materno vt Io. Ba & Hiere. cōmiserūt venialia, etsi nō mortalia. Hæc autē secundū oēs doc. nunquā venialia admisit & piè credi potest q̄ ea die qua fuit animata anima rationali, ea die fuit sanctificata. ¶ Tertiū priuilegiū qa ab archā gelo gloriosè salutata. Aue (inquit) grā plena q̄is multi in veteri testamēto fuerint visitati & salutati, & si Angelus Gabriel ēt Zacharię nūciauit natiuitatē ex eo Baptistę, tñ tāto rē incussit & punitionē subdidit faciens eum mutum.

mutnm. Hęc autem etsi ex inusitata salutatione propter humilitatem eius primo exterruit, postea summo gaudio repleuit. Et opinio est aliquorum quod fuerit vnus de supręmo ordine scilicet Seraphin ad annunciandum tantum mysterium. Nec obstat si dicatur quod ex assistentibus angelis nullus mittitur, quia hoc verum est de lege communi, sed ob causam singularem. Deus qui mutat leges & tępora & officia ad placitum de quocunque ordine mittere potest. Et quod maius nuncium esse poterat hac nouitate maxima. Nec obstat quod si dicatur archangelus quia quoad interpretationē etiam Seraphin est archangelus, interpretatur enim princeps angelorum. ¶ Quartus singulare priuilegiū est, quia veritas increata in ea est incarnata, psal. 84. Veritas de terra orta est idest in virgine gloriosa, terra per profundam humilitatem. Hoc est illud nouum quod Heremias dixit dominum facturum super terrā quia fęmina circundabit virum. Hoc est omnium nouitatum mundi maximum quod nunquā fuit nec amplius erit fæmina quę est terra, de terra formata in origine primo circundabit non aliunde accipiet nisi a deo. Virum non paruulum, sed perfectum omni virtute & sapientia, quia vnitum deo, sic enim canit ecclesia. Quē terra pontus ethera &c. ¶ Quintum quia cum summo gaudio filiū parturiuit. Esaię. 35. Germinas germinabit lętabunda & laudans, sicut terra germinans fructus sine sui aparitione imperceptibiliter, sic virgo Maria filium clausa pudoris aula regia & hoc lętabunda. Alię etiam omnes cum dolore magno pariunt, hęc peperit sine dolore saluatorem sęculorum, vbere lactans de cœlo pleno, immo cum summo gaudio. ¶ Sextum priuilegium, quia simul mater & virgo, quis vnquam audiuit talia, vt virgo esset & intacta generaret? vnde canit ecclesia. Gaudium matris habens cum virginitatis honore, nec primam simílem visa est, nec habere sequentem. De hoc sollicita fuit interrogare quando dixit angelo, quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? idest uoui me non cognitura quod angelus declarauit, quia mater simul & virgo esset, de spiritusancto non ab homine cōcipiens. ¶ Septimum priuilegium quia resurgens primo ei apparuit, vt piè creditur & testatur Ambro. etsi euangelistę taceant quasi vt si per se notum prępponendo. Sed cui dubium est quia non apparuit ei in habitu transfigurato peregrini vel hortulani, vt Marię Magdalenę & duobus discipulis euntibus in Emaus propter incredulitatem eorū, sed ipsa cum firmiter crederet resurgentem & sciret deum esse omnipotentem, & solum in ea fides remansisset manifestissimè & gaudiosissimè ei apparuit. Vnde cum propheta dicere potuit, secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuę lętificauerunt animam meam. psalm. 92. Et quia super omnes doluit in passione filii, super omnes fuit consolata cum apparuit ei resuscitatus. ¶ Octauum quia ascendente Christo remansit magistra doctorum ecclesię appostolorū, & Euāgelistarū. Vnde dī Act. 1. Hi omnes erant perseuerantes in oratione cum Maria matre Iesu. Conuersabatur inquit Hiero. post filii sui ascensionem cum senatoribus cœli in schola virtutum ipsa de multis mysteriis informauit apostolos & euangelistas. ¶ Nonum priuilegium fuit glorificatio eius in corpore non solum in anima vt dicunt August. & Bern. quod ex eo potest elici quia dicit amicta sole. Dicit enim Christus de iustis in vltima resurrectione quod fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Mat. 13. Amictus ergo solis est gloria corporis &c. Multa circa hoc in legenda assumptionis. ¶ Decimum priuilegium quod fuit associata a tota cœlesti curia in assumptione. Infiguram habetur. 2. Reg. 6. quod Dauid reduxit arcam quę significat virginem Mariam cum sex choris in magna solemnitate in Hierusalem quæ significat patriam supernam. Dauid est Christus. Credendum est (ait Hieron. in sermone) quod ipsę saluator per se totus festiuus occurit, & eam in throno suo collocauit. Sex chori sex differentię beatorū scilicet prophetę & apostoli, martyres, confessores & virgines, quibus circundata super omnes exaltata. ¶ Vndecimum priuilegium quod est exaltata super choros angelorum, scilicet sancta dei genitrix canit ecclesia. Vnde Eccle. 24. ponuntur sex exaltationes. Prima quasi cedrus exaltata sum in libano. Libanus interpretatur candidatio & aperte significat angelorum statum qui superfuerunt candidi puritate & sine peccato. Sicut ergo cedrus in libano est altior omni arbore, ita virgo sublimior est omni angelo. Secunda exaltatio quasi cipręssus in mōte Syon. Syon interpretatur speculatio, & significat altum statum prophetarū sub quo continentur patriarchę, quia gesta eorum fuerunt prophetica, aspiciebant per speculum figurarum & nō clarè Christi mysteria, sicut ergo in monte

Syon.

Syon ciprælſus odorifera ſuper alias arbores aſcendit, ita Maria ſuper omnes prophetas. Tertia eſt quaſi palma exaltata ſum in cades principales victoriosi de mundo cum palma martyrii fuerunt apoſtoli. Eccleſiarum principes, belli triumphales duces canitur de ipſis, ſed maxima victorioſa virgo Maria ſuper Apoſtolos. Quarta quaſi plãtatio roſę in Hiericho. Roſa pulcherrimus florum eſt, ſed in ſpinis naſcitur, & ſignificat martyres inter ſpinas ortos tormentorum ſuper quos virgo Maria exaltatur. Quinta quaſi oliua ſpecioſa in cãpis, ſignificat confeſſores operibus miſericordię deditos quos excedit. Sexta quaſi platanus &c. quæ herba ſemper viriditatem retinet & virginis virorem perfectæ caſtitatis demonſtrat. ¶ Duodecimum priuilegium quòd eſt ſuper omnes venerata & exaltata & collaudata mirabiliter omnes deuotione afficiuntur ad omnia facientes multa ad honorem eius &c.

¶ *De multiplici miſericordia quam accepimus a Deo mediante uirgine Maria. Cap. 4.*

SVſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui. Pſal. 47. Templum Dei eſſe virginem glorioſam declarat eccleſia cum de ea cantet. Beata ex Dei genitrix Maria virgo perpetua templum domini ſacrarium ſpirituſſancti. Et in ſequentia quadam Aue decus virginale templum Dei ſpeciale, nobile triclimum. Templum eſt locus immunitatis & ſecuritatis, ita inquit Ber. Securum acceſſum habes ad Deum o homo, vbi mater ſtat ante filium, filius ante patrem, mater oſtendit filio pectus & vbera, & ideò nulla poterit eſſe repulſio, vbi ſunt tot amoris inſignia. Templũ eſt locus ſummæ venerationis. Videte (ait idem Ber.) quanto deuotionis affectu vult eam a nobis venerari & honarari, q totius boni plenitudinẽ poſuerit in Maria, vt ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis in nobis eſt, ab ea nouerimus redundare? Ad templum fit oblatio, ſi quid autem o homo Deo offerre deſideras teſtatur Bernar. in manibus Mariæ commendare memento, quia manus eius mundiſſimę ſunt, noſtræ autem plenę ſunt ſanguine, & ideò per manus eius nõ noſtras acceptabuntur. Denique ipſa virgo eſt prima poſt Chriſtum in eccleſia triumphanti quæ procurat vt regina Heſter apud Aſſuerum ſcilicet Deum ſalutem eccleſiæ militantis, & ſententias mortis reuocat ab inimicis a manu diaboli, & ab aliis nos defendens per hanc multipliciter ſuſcepimus miſericordiam & in hac quæ eſt templum Dei, ſed præcipue tripliciter. Primo enim ſuſcepimus miſericordiam ſaluationis per incarnationem. Secundo ſuſcepimus miſericordiam directionis per eius conuerſationem. Tertio ſuſcepimus miſericordiam ſubleuationis per eius interuentionem.

¶ Maxima miſericordia Deus fuit vſus erga nos, quia dignatus eſt incarnari. Vnde ipſa virgo in cantico ſuo ait. Suſcepit Iſrael puerum ſuum, ideſt ſeruum, quia ſcilicet ſurſum accepit naturam humanam de Iſrael Deo viuendo, & in hoc recordatus miſericordię ſuæ qua fuit quaſi prius oblitus ante incarnationem. Iſtam miſericordiam ſuſcepimus Deus in medio tẽpli tui ideſt in vtero virginis de qua incarnatus es. Quod ergo natura non habuit vſus nõ obtinet, ratio ignorauit, mẽs non capit humana, pauet cœlum, ſtupet terra, creatura omnis etiã cęleſtis miratur, hoc totum Mariæ per Gabrielem nũciatur & per Chriſtum adimpletur. Teſtatur Hiero. in ſermone. In cuius figuram extat, quia in medio templi Salomonis in ea parte quæ dicebatur ſancta ſanctorum poſita fuit arca domini cum propitiatorio deſuper quæ ſignificat Chriſti humanitatẽ cum deitate. Arca enim de lignis Setym facta imputreſcibilibus auro tecta ſignificat corpus Chriſti compactum expuriſſimis ſanguinibus virginis cum anima eius diuinitati cõiucta. In qua humanitate tria erant, virga iuſtitiæ & iudiciariæ poteſtatis, lex ſapientiæ & veritatis, manna manſuetudinis & pietatis. Propitiatorium deſuper deitas ſupereminens: ipſi tamen humanitati vni. Duo Cherubin de oliuis reſpicientia in propitiatorium mutuis vultibus, ſunt duo teſtamenta plena ſapientia quæ teſtantur de Chriſto adinuicem quod enim vnum prædicit futurum ſcilicet vetus teſtamẽtum, aliud ideſt nouum exprimit factum & totum hoc quod per viſcera miſericordiæ ſuę viſitauit nos oriens ex alto. Fuit ergo in iſta templi medio ideſt vtero virginali arca ideſt Deus incarnatus fui & notitia teſtamentorum in mente. Vnde & Beda tractans illud Lu. 2. Maria conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo, quia ſcripturas legebat & ſciebat prophetias, conferebat quæ ſecũ erãt acta cum domino de his quæ nouerat ſcripta a prophetis de domino & collata ad inuicem cognouit inſtar cæleſtiũ Cherubin ſocia ſui vultus luce concordia & ſeruabat in ea mente, vt euangeliſtis & apoſtolis deferret deſcribentibus §. 1.

Aug. qd dicit de Maria.

bētibus nouum teſtamentum Aug. in ſermone. Quid dicam beata virgo cum de te quicquid dixero minus eſt laus tua quam dignitas tua meretur, ſi cęlum te vocem altior es, ſi matrem gentium dicam præcendis, ſi formam Dei appellē digna exiſtis, ſi dominam angelorum vocem per omnia eſſe probaris. Hęc ille. Sicut ergo locus dictus ſanctaſanctorum erat ſolēniſſimus, ita quòd nulli licebat accedere, niſi ſummo ſacerdoti. Ita & beata virgo Maria cum gratia repletur, cum ſpiritu ſancto perfunditur, cum virtute altiſſimi obumbratur fit prætioſior meritis, celſis ſublimior faſtigijs, pulchrior ſanctitate, glorioſior ſuorum meritorum prærogatiuis, ita vt nulla ſit vſibus iam mancipanda niſi diui

Hiero.

Maximus.

nis. Hiero. in ſermone, Hinc & Maximus in ſermone. Scientes fratres dilectiſſimi actori noſtro multum nos debere conditos plus redemptos veneremur illum ſacratiſſimum vterū ex quo Deus vnitus nomini apparuit. & ſęlis Maria o genitrix gloriæ, & puerpera ſublimis, cuius viſceribus actor cęli, terræque committitur. O ſęlicia oſcula labijs impræſſa lactantibus, cum inter crebra iudicia crepitātis infantiæ uerus ex te filius tibi Maria alluderet, uerus ex parte tibi dominus imperaret ſęlix puerpet ium, lętabile angelo, expectabile ſanctis, neceſſarium profligaris. Hæc ille

Auguſt.

Auguſt. quoque ſic ait in ſermone. O quam immaculata virginitas quæ omnes angelos in cęleſtia regna præcellit. O quam beata mater, quæ Chriſtum dominum ſanctum regem gloriæ meruit generare. O quam beati pedes qui Chriſtum meruerunt ſuſtinere o quam fœlicia vbera quæ actorem, & redemptorem mundi lactauerunt, o ineffabilis uirgo in cuius continebatur gremio, qui

Bernar.

regebat vniuerſum mundum. Hæc ille Bernard. in ſer. Fac ò benedicta per gratiam quam inueniſti, per miſericordiam quam perperiſti, vt qui mediante te fieri particeps dignatus eſt infimitatis, & miſeriæ noſtræ, te quoque intercedente participes faciat nos gloriæ, & beatitudinis ſuæ.

§. 2. ¶ Secundo in medio templi Dei, ideſt in conuerſatione virgini glorioſæ tēplum Dei exiſtentis quæ cōuerſatio ſemper fuit in medio .i. in virtutibus, & ſecundum rationem ſuſcepimus miſericordiam directionis, ſeu regulam bene uiuendi, ſi quidem magna miſericordia eſt deuium & errantem ad uiam ſalutis reducere, & inter rectum oſtendere. Equidem errabant penè omnes in inuio, & nō in uia mādatorum & virtutum incedentes quæ ducit ad vitam, ſed per viam latam quæ ducit ad mortē, ſed nata eſt virgo Maria, cuius vita glorioſa lucem dedit ſęculo. Vn de Maria interpretatur illuminatrix, & maris ſtella dicitur quæ, ducit nauigantes ad portum. Habetis in ea magiſteria probitatis, & virtutiq, vt ſciatis quid eligere, quid vitare debeatis inquit Ambroſi. In me (ait ipſa Eccle. 24.) omnis gratia uitæ, & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis, vt ſciatis quid eligere, & quid uitare debeatis, talibus enim teſte Hie

Hiero.

ro. in ſermone. Decebat virginem oppignera ti muneribus, vt plena eſſet gratia quæ cœlis dedit gloriam, terris Deum pacemque refudit, fidem gentibus, finem uitiis, vitæ ordinem moribus diſciplinam. Abundantiam autem gratiæ & uirtutum eius, in templo ipſo figurata fuit. Nam in medio eius in loco qui dicitur ſancta, erant ibi ex uno latere menſa aurea cum duodecim panibus propoſitionis ex alio latere altare aureum thimiamatis, & thuribulum aureum, ac etiam candelabrum aureum cum ſeptem lucernis, uelum quoque quod diuidebat ſanctaſanctorum quadricolore. Sic in templo mentis uirginalis fuit menſa fidei perfectiſſimæ duodecim articulorum deſignatorum per panes, fuit & altare aureum ſummæ dilectionis eū thuribulo ſpei. Vndè ſumus aromatum, ideſt deuotiſſimarum orationum, & contemplationum aſcendebat ad cœlum, candelabrum quoque gratiæ ſeptem bonorum ſpiritusſancti virtutes quoque Cardinales deſignatæ per uelū quatuor colorum ſecundum magiſtrum, in 3. ſen. vtique fuerunt in ea. Prudentia qua prudenter ſe habuit ad angelum recogitans qualis illa eſſet ſalutatio, non ſubito reſpondens poſtea quærens. Fortitudo qua aduerſa ſuſtinuit in paſſione filij. Iuſtitia in conſeruando legem de purificatione ad quam non tenebatur de acceſſu ad templum cum filio, & aliis legalibus. Temperantia in ieiuniis, vigilijs, & modeſtia & omni caſtitate, & diſcendendo ad particularia. De ea ſic loquitur Amb. in libr de virginitate. Quid exequar de beatæ Mariæ uirtutibus, uirgo

Ambr.

erat non ſolum corpore ſed & mēte qua nullo doli ambitu ſincerum uiolaſſet affectum, corde humilis, uerbo grauis animo prudens, loquendi partior, legendi ſtudioſior, intenta operi, uerecunda ſermone, arbitrum mentis, non hominem, ſed Deum quærens, non in incerto diuitiarum, ſed in præce pauperis ſpem reponens. Bene velle

omnibus

omnibus, assurgere maioribus natu, æqualibus non inuidere, fugere iactantiam, sequi rationem, amare uirtutem, quando ista vel vultu læsit parentes, quando discessit a propinquis, quando fastidiuit humiles, quando uituit inopē, eos solos solita inuisere cętus uirorum, quos misericordia non erubescere t, nec præteriret uerecundia, nihil toruum in oculis, nihil in uerbis procax, nihil in actu uerecundum, non gestus fractior, non incessus solutior non uox petulantior, ut ipsa corporis species simulachrum fuerit mentis, & figura probitatis. Quid autem exequar beate Mariæ ciborum parsymoniam, officiorum redūdantiam, alterum super naturam super fuisse, alterum penè ipsi naturæ defuisse. Illic nulla intermissa tempora scilicet quoad officia ideſt exercitia & seruitia hic cōgeminatus ieiunio dies. & si aliquando reficiendi successit voluntas, cibus plerumq; obuius qui mortem arceret, nō delitias ministraret, dormire non prius cupiditas quam necessitas suit, & tamen cum quiescere t corpus, vigilabat animus, quæ frequēter in somnis, aut somno interrupto continuat, & aut disposita gerit aut gerenda pronunciat, prodire domineſcia, nisi cū ad eccleſiā cōueniret, & hoc cum parentibus & propinquis, hæc ad ipsos Angeli ingressus inuenta eſt domi in penetralibus sine comite, ne quis contemplationē abrumperet, ne quis obstreperet, nec enim fęminas comites desiderabat, quæ bonas cogitationes comites habebat, quin etiam tūc minus sola uidebatur cum sola esset. Nam quomodo sola cui tot libri adesent, tot Archangeli, tot prophetæ, deniq; Archangelus ubi eam reuisere solebat inuenit. Quam religiosa in propinquis fuerit scriptura diuina commemorat. Nam & humilior facta eſt ubi se cognouit electam, & statim ad cognatam suam in montana perexit, & ita conseruabat omnia uerba hæc in corde suo, quāuis mater domini discere tamen pręcepta domini desiderabat, & quę Deum genuerat, domini tamen præcepta scire desiderabat. Hęc omnia Ambr. in lib. de uirginitate. ¶ Item Aug. in quondam ser. O dilectissimi quis laudes beatis. uirginis dignè decantare ualeat. Facta eſt enim Maria ianua cęlorum, sublimatio apostolorum, laus martyrum, iubilatio confessorum, gloria uiduarum, gaudium Angelorum, requies animarū. Facta eſt Maria salus morum, mors criminum, uita uirtutum, uirtus pugnantium, palma uictorū. Facta eſt Maria excelsa super sydera, sāctior super omnes fœminas, cuius uita inclyta, cunctas illustrat eccleſias. Hæc Augu. in ser. Et sic per exempla uitæ eius suscepimus miseri cordiam regulæ & directionis bene uiuendi & per merita, & præces eius misericordiam. Itē Hiero. in ser. de assumptione. Puto quòd quicquid cordis, quicquid uirtutis humanę, ñ totum adhibeas non sufficiat ut cogitare ualeas quanto indesinenter cremabatur ardore pij amoris, quanto mouebatur repleta sancto spiritu secretorum cœlestium incitamentis dum reuolueret animo cuncta, quæ uiderat, quæ audierat, quę cognouerat, nouis quotidie inflammabatur desideriorum effectib. tanto ualidius, quanto intus diuinis illustrabatur uisitationibus, totam incanduerat diuinus amor ut in ea nihil esset, quod mūdanus uiolaret affectus, sed ardor continuus, & ebrietas perfusi amoris Hæc Hiero. in ser mone. Hiero.

¶ Suscepimus demum & misericordiam multiplicis subleuationis in miserijs in medio tē pli huius, ideſt ipsa mediante. unde & dicitur gratiæ mater misericordiæ. Templum si quidem Salomonis, non solum sancta & sancta sanctorum, sed etiam atria, & porticus q̄ erant ante ipsum habere dicitur quod patet ex euangelijs quando eiecit de templo emētes, & uendentes, & in tēplo docebat, & mirabula faciebat. Mat. 21. c. q̄ vtiq; intelligitur de atrijs templi, ibi aūt fiebant orationes, ut patet de phariseo, & publicano & offerebant sacrificia, quando Salomon perfecto ipso tēplo dedicauit domino orauit, ut quandocunque pestis uel corruptus aer uel brucus, aut rubigo aut siccitas pluuiæ, propter peccata populi superueniret in patria illa, & populus ille reuersus confiteretur peccata sua, & adoraret, p amotione plagæ, Deus liberaret eū. Item quando populus iret ad bellum contra inimicos uel captiui ducerentur ab alijs gentibus, uel alia mala paterentur, si pœnitentes dirigerent mentem suam ad adorādum versus templum pro liberatione, quòd exaudirētur, qua oratione facta apparuit postmodum deus Salo. dicens se fuisse exauditum, ut habetur, 3. Reg. 8. & 9. cap. Sic ad propositum qui pœnitens, & deuotus accedit ad hoc tēplum uirginale postulās adiuuari pro diuersis miserijs exauditur misericordiā recipiēs. Vnde Psal. 17. Exaudiuit de templo sancto suo uocem meam. Vnde Bern. in sermone, Sileat misericordiam tuam uirgo beata siqs inuocatā in necessitatibus suis inuenerit de fuisse. Nos quidem seruuli in uirtutibus tuis Bern.

§. 3.

congau.

congaudemus tibi, sed in hoc potius nobis pis laudamus humilitatem, uirginitatē miramur, sed misericordia sapit dulcius miseris, & crebrius inuocatur. Hæc est enim quæ totius mundi reparationem obtinuit, & salutē omnium impetrauit, Quis ergo misericordiæ tuæ o benedicta longitudinem, latitudinem, sublimitatem, & profundum queat inuestigare? Nam longitudo eius vsque ad nouissimum diem inuocantibus eam subuenit uniuersis. Latitudo eius replet orbem terrarum, vt tua quoque misericordia sit plena omnis terrę, & sic sublimitas eius ciuitatis supernę inuenit restaurationem, & profundum sedē tibus in tenebris & umbra mortis obtinuit absolutionem (alias redemptionem) Hæc ille. Idem Reuolue diligentius Euangelicę historiæ seriem, & si quid increpatorium, si qd durum, si quid denique signum uel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cætero suspectam habeas & accedere uereatis. Considera diligenter, & si uerè plena sunt omnia opera pietatis & gratiæ, plena mansuetudinis, & misericordiæ quæ ad Mariam pertinēt inueneris, age gratias ei qui talē tibi mediatricem benignissima miseratione prouidit, denique omnibus omnia facta omnibus misericordiæ sinum aperuit ut de plenitudine eius accipiant uniuersi, captiuus redēptionē, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, angeli lętitiam denique trinitas gloriam, filij persona carnis substantiam, vt non sit qui se abscondat a calore eius. Hæc ille. Et quia ipsa virgo gloriosa misericors est ad omnes comparat se oliuę dicens. Eccles. 24. Quasi oliua speciosa in campis Oliua significat misericordiam, quia oleum fructus est lenitiuum & dulce. Ad oliuam quæ est speciosa in campis omnes possunt accedere & accipere fructū eius, sic ad Mariam, & iusti & peccatores accedere possit, vt inde misericordiam accipiant. Ipsa est illa sancta Iudith, quæ ex magna misericordia populum suum cum magna prouidentia, & fortitudine occidit Holofernem ferociſſimū obsidentem & captiuare & exterminare uolentem populum Dei, id est, diabolum infernalem. Vnde & in eius laudem dixerunt Ioachim summus sacerdos cum omni populo benedicentes. Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti uiriliter, & confortatum est cor tuum, eo q castitatē amaueris, & benedicta eris in æternum. Iudith. 15. O quot sententias terribiliū flagellorum, quæ meruit mundus propter peccata sua, hæc sanctissima uirgo misericorditer reuocauit. Nonne in uisione ostensum est beato Dominico & alijs q Dei filius mundum exterminare volebat tribus lanceis, sed beatissima Mater misericordiæ pro eo intercedens ipsum placauit, asserens se duos seruos habere, scilicet Domini cum & Franciscum, quos mittens per orbem cum filijs homines ad pęnitentiam reducerent. Nonne ipsa mater pietatis Theophilū qui se diabolo dederat & chyrographum scripserat ut eum liberaret a quadam confusione iniuste sibi illata restituit saluti, & chyrographum in medio iactare coegit. Quis posset enumerare quantas quotidie sanitates infirmis deuotè inuocantib, eam misericorditer ellargitur? a quātis periculis animæ & corporis plurimos liberauit, quot diuersis angustiatos laboribus consolata fuerit? quot erantes in tenebris illuminauerit? Si igitur Deum in santis suis laudare iubemur multo magis in Maria matre misericordiæ, quæ ut sapiens mulier Thecuites prè pro Absalone fratricida & proteruo aduocas patri suo Dauid reconciliauit & ab exilio reuocauit. 2. Reg. 14. c. scilicet genus humanū. Si ergo (ait Hiero.) virgo es lauda, quia meruisti eē quod laudas, si continens es lauda, quia inde tibi gratia fluxit ut possis casta existere. Quod si coniugata uel peccator nihilominus venerare, & lauda, quia ex ea natus est saluator, vnde tibi uenia, & misericordia promittitur. Suscepimus ergo o Deus & suscipimus quotidie misericordiam tuam in medio templi tui, i. per Mariam & ideò laus tibi in sęcula.

Maria oliuæ, se comparat.

¶ De *Angelis qui sunt in ecclesia Dei ministri & custodes nostri.* Cap. 5.

PRæuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio' iuuencularum tympanistriarum Psal. 67. De Angelis agendum est, quia ipsi in ecclesia triumphanti ciues ordinarij & cōsortes beatorum in ecclesia dei ministri, & custodes nostri & multipliciter in cōmuni, & in particulari nos adjuuant, vt ait Greg. in Homil. Illa superna ciuitas nimiū ex Angelis, & hominibus constat, ad quam tantum humani generis ascendere credimus quot illic contingit angelos remansisse. Iuxta illud Deut. 32. Statuit terminos populorum iuxta numerū angelorum Dei, quod tamen est secundum aliam translationem non nostram, hæc tamen in opinione est. Nam alij

dicunt

dicunt,quòd tot homines aſcendent quot ex angelis ceciderunt,cum ex eis hominibus dicantur ruinæ angelorum reſtaurari. Verius eſſe uidetur quod dicit eccleſia in collecta: Soli Deo cognitus eſt numerus electorũ in ſuperna ſelicitate collocandus. Hi tamẽ (vt dicit Greg.)non facient ordinem de per ſe, vt ſint homines quaſi decimus ordo, ſed collocabũtur in diuerſis ordinibus angelorũ ſecundum qualitatem virtutum eorum. Licèt enim angeli ſecundum naturam ſint perfectiores hominibus quaſi Deo ſimiliores eũ ſint puri ſpiritus & immortales, propter qđ Chriſtus dicitur minor angelis ſecundum, q̃ homo,ſecundum illud.Minuiſti eum paulo minus ab angelis, quia ipſæ mortalis erat in via, angeli autem immortales tamen in perfectione gratiæ & gloriæ multi ſancti excedũt gloriam multorum angelorum. Et de virgine gloriosa canit eccleſia, quia exaltata eſt ſuper choros angelorum.Et quia ipſi angeli diligunt nos & ſollicitantur pro ſalute noſtra, ideò quia per laudes diuinas inter eſt ad videndum cum eis ſalutare Dei, ideſt ſaluatorem, ideò non ſolùm coniunguntur pſallentibus, ſed & præueniunt eos ad excitandum ad pſallendum & laudandum Deũ præuenerunt ergo,&c.Vbi tria notantur.

¶ Primo dominium ex quo exaltantur,ibi. Præuenerunt principes.

¶ Secundo exercitium quo delectantur,ibi. Coniuncti pſallentibus.

¶ Tertio conſortium quo ſociantur in medio iuuenculariũ tympaniſtriarum.

§. 1. ¶ Quãtum ad primum Angeli dicũtur principes non ſolum unus ordo eorum qui dicuntur principatus,ſed omnes a maioris uſq; ad minores,iuxta illud Pſal. 112. Vt collocet eũ cũ principibus cũ principibus populi ſui. Omnes enim habent magnum dominium ſuper dæmones,ſuper homines,ſuper elementa, & ſuper elementares res. ¶ Principantur dæmonibus refrenando malitiam eorum ne homini bus tantum noceat quantum vellẽt corporaliter & ſpiritualiter. Vnde Angelus Raphael appræhendit,& religauit diabolum nomine Aſmodeum in deſerto ſuperiore, ne poſſet nocere Tobiæ iuniori cum accepit Sarram in vxorem,ſicut læſerat, & occiderat ſeptẽ maritos eius quos ſucceſſiuè ipſa Sarra habuerat, vt habetur Tob.8 In bello ſpirituali quod agimus contra dæmones, vel potius contra nos multipliciter iuuant,& ſuſcipientibus eorum uictoriam præſtant, quod innuitur Apocali. 12.vbi dicitur. Factum eſt prælium magnum in cælo,& Michael pugnabat cum dracone,& Angeli eius, ſcilicet boni,& draco,& Angeli eius, ſcilicet mali cũ illis,& non præualuerũt,nec locus eorum amplius inuẽtus eſt in cælo, & proiectus eſt draco ille. Dimittendo pro nunc de prælio facto in cælo empyreo in principio creationis eorum qnod bellum intelligitur contraria voluntas auerſionis a Deo quoad malos,& conuerſionis ad Deum quoad bonos. Vnde boni quaſi victoriam habentes, quia nõ ſunt imitati malos confirmati ſunt. Et draco Lucifer cum ſequacibus quaſi deuicti de cælo ceciderunt. Videamus de prælio quod quotidie geritur in cælo militãtis eccleſiæ in genere,vel in cælo cuiuslibet animæ.Draco iſte Sathanas cum ſatellitibus ſuis diſcurrunt p̃ campum ſenſualitatis vſque ad campum rationis,Rimatur(vt ait Greg.28.moral.) conſperſiones ſeu complexiones hominum ſecũdum quas intelligit ad diuerſa vitia inclinatos. Suggerit ſanguineis vana gaudia mundi,& laſciuis laſciuias,iracundis iram,& uindictam,phlegmaticis pigritiam, & inanem gloriam, melancholicis ſuſpiriones, & deſperationes. Sed eõtra Angeli boni purgant phãtaſiam aphantaſmatibus uitiorum proponendo bonas repræſentationes,vt paſſionis Chriſti,vel uanitatis mundi,mortis inſtantias,exẽplorum ſanctorum premij cœleſtis, cruciatus inferni.In libertate hominis eſt accepta reſuggeſtiones dæmonum uel inſtigationes & repreſentationes angelorum & cum conſentum adhibet ad repellendum prauas ſuggeſtiones dæmonum;& aſſentiendum illuminationibus angelorũ,vincit Michael cum ſuis in tali prælio, & draco proſternitur, quia debilitatur virtus eius, immo & quando quis perfectè vincit aliquod vitium tentatus, diabolus qui tentauit nõ poteſt redire ad illum tentandum præcipue de illo vitio,ſecundum Origenem & magiſtrum ſen. in 2. lib. Non eſt ergo timendum nobis, quia etſi aduerſarij multi,tamen plures ſunt adiutores, & fortiores pro nobis præliantes. In cuius figurã legitur.4 Reg.6. quòd cum exercitius regis Syriæ obſediſſet ciuitatem Hælyſei prophetæ,vt caperet eum, & propter hoc diſcipulus dolendo clamaret hoc videns capturam timens, confortauit eum Hęlyſeus dicens. Noli timere,quia plures ſunt nobiſcum, ipſoque orante aperuit dominus oculos diſcipuli & vidit montem ecotra plenum equorum & curruum igneorum, qui erant Angeli in adiutorium Hęlyſei, vnde & factum eſt, ut

Hęlyſeus

Angeli principãtur.

Angeli iuuantes nos in p̃lio.

Helyseus captus non fuerit, sed ipsæ habuit hostes in manibus suis. Et de victoria nostra ipsi angeli gratulantur & consolantur nos.

Vnde ad hoc innuẽdum postquam Christus vincit tentationes diaboli in deserto scribitur Matt. 4. Ecce angeli accesserunt & ministrabant ei, & nõ solum ipsi angeli boni nos adiuuant in bello tentationum, sed & ipsi p̃ueniunt conatum, vnde dicitur. Præuenerũt

Scõo. principes incitando ad bonum. ¶ Principantur etiam & habent magna potestatem super homines flagellandi & puniendi & bonos & malos. Vnus Angelus vna nocte occidit. 185. milia de exercitu Senacherib qui obsederat Hierusalẽ & Regem eius Ezechiam virum sanctum vt habetur Esa. 37. Similiter Angelus Domini occidit gladio pestis. 70. milia de populo Israel propter peccatũ Dauid inanis gloriæ de numerando, faciendo sibi populum subditum gloriando de multitudine, & propter peccatũ populi ipsius eo quod cõiurauerat cum Absalone contra Dauid. 2. Reg. vlti. Gabriel quoque Archangelus Zachariam, cui apparens reuelauerat conceptum Baptistæ, quia non credidit percus-

Luc. 1. sit eum mutitate dicens ei. Pro eo quod non credidisti verbis meis, eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem natiuitatis eius.

Principantur insuper super creaturas irra-

Tertio. tionales, ipsi enim sunt motores orbium seu planerarum, vnde sequitur generatio rerum in inferioribus, propterea dicit Salomon Eccle. 1. Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, loquitur ibi de sole & vocat spiritũ, quia spiritus est. i. angelus est motor eius, nõ q̃ planetę sint corpora animata vt quidam dixerunt. Tota. n. materia elemẽtaris eis esse subiecta ad nutum quoad motum localem, Vnde & angeli fuerunt qui fecerunt pluere ignem & sulphur super Sodomam & Gomorram. Gen. 19. cap.

2. ¶ Quantum ad secundum, scilicet exercitiũ in quo delectantur, est psalmodia. i. laudare Deum. Hoc enim est officium angelorum & omniũ beatorum in ecclesia triumphãti, vnde in lib. Esdr. quem tamen non habemus dicitur. In excelso throno vidi sedere virũ quẽ adorat multitudo angelorum psallentium in vnum. Ecce cuius Imperium manet in ęternum. Et ideò dñs dixit ad Iob. vbi eras cum me laudarẽt astra matutina & iubilarẽt oẽs filii Dei. i. angeli. Apoc. 7. dicitur, q̃ omnes angeli stabãt in circuitu throni & seniorũ & quatuor animalium, & adorauerunt Deũ dicẽtes. Benedictio & claritas & sapiẽtia & gratiarũ actio, honor, virtus, & fortitudo deo nostro &c. Et Tobię pen dicitur. Per oẽs vicos eius. s. supernæ Hierusalẽ cantabit Alleluia, qđ interpretat laudate Deũ oẽs. Cũ ergo cõtinuè angeli faciunt exercitũ hoc, nec vnquã intermittant merito coniungunt psallẽtibus & laudantibus Deũ, naturale est. n. vt quilibet conuersetur, & coniungatur cum his qui exercent opus & artẽ suam, vt agricola cum agricolis, artifex cũ artificibus, cantor cũ cantoribus, doctor cũ doctoribus, sic angeli psallentes & laudãtes cũ psallẽtibus, & choris angelorũ. Ibi præueniunt angeli expectantes, qui veniant ad laudandum Deũ, & coniunguntur psallẽtibus, & etiam in aliis locis orãtibus & laudantibus Deum. Vnde Ber. Discurrit angelus medius inter dilectam & dilectum, obsecrãs illũ, excitãs illã, efferens vota, afferens dona, & præcipue in mysterio missę. Vnde Greg. Quis fidelium dubium habere pot in illo Christi mysterio in ipsa immolationis hora angelorũ choros adesse, &c. de cõse. dis. 2. c. Quid sit. Apoc. 8. dicitur Stetit Angelus iuxta aram tẽpli habens thuribulũ aureũ in manu sua, & dara sunt ei incensa multa quæ sunt orationes sanctorũ, vt offerret eas in cõspectu Dei. Thuribulũ aureũ est officiũ charitatiuũ qđ habent. s. orationes feruẽtes quæ sunt vt thus ardens Deo offerendum, non q̃ Deus ista non sciat per se, sed in verbo respiciens angelus quasi consulit quid inde pro hominibus orantibus habeant agere, vnde & Raphael Angelus dixit Tobiæ. Dũ orares & sepulturas faceres ego obtuli orationẽ tuam domino &c. Tobiæ. 12 Et similiter Actuũ. 10. Orationi Cornelio Centurioni gentili apparuit Angelus dicens. Corneli orationes tuæ & eleęmosynæ ascenderunt corã Deo, mitte ergo & accersi Symonem, hic dicet tibi quid te oporteat facere. s. pro salute tua, & cõiter orantibus hoibus factæ sunt reuelationes angelorum, sic Danieli oranti pro liberatione populi sui apparuit ei angelus qui reuelauit liberationem totius humani generis a seruitute diaboli per Christum determinans in 70. Hebdomadis tempus incarnationis quando fieret, vt patet Daniel. 9. cap. Et quia nos in patria habemus facere idem officium cũ eis, scilicet laudare Deum, ideò etiã hic suo exemplo ad hoc nos inuitant & gratias agendo de beneficiis, vnde nato Christo facta est multitudo militiæ cælestis cum Angelo qui nunciauerat eam pastoribus cum gaudio laudantium Deum & dicentium. Gloria in excelsis Deo & cætera. Luc. secundo capit. fit

Angelus Domini descendit cum Azaria, & sociis suis in fornacem, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, inducens eos ad laudandum Deum in omnibus creaturis.

§.3. ¶Quantum ad tertium consortium quo sociantur, ibi notatur in medio iuuencularum tympanistriarum. Non est hoc intelligendum secundum corticem literæ. Litera enim occidit (ait Apostolus) Non enim credēdum est angelos in medium stare mulierum magis quam virorū, & iuuenum corpore quam senum pulsantium tympanum magis quàm non pulsantium, immo nec vsitatum est mulieres pulsare tympanum. Loquitur ergo de animabus quę cum virtutibus deditæ sunt dicuntur iuuēculæ. Iuuenculę enim sunt pulchræ ad ostendendum, sunt fortes ad operandum, sunt inclinatæ ad amandum, sunt fœcūdæ ad generandum. Sic animæ virtuosę sunt pulchræ per modestiam & compositionē debitam exterioris hominis. Can. Ecce tu pulchra es amica mea. Sunt fortes ad sufferendum aduersa & vincendum tentationes. 1. Ioan. 2. Scribo vobis iuuenes fortes estis & victistis malignum. Sunt fęcundæ ad producendum filios bonorum operum. Apost. Col. 1. In omni opere bono fructificātes, sunt & feruidæ ad amandum Deum & proximū. Can. 1. Adolescentulæ dilexerunt te nimis. Sunt & tympanistriæ per austeritatem vitæ. Cum enim pulsatur in tympano percutitur pellis mortui animalis, sic per abstinentiam percutitur corpus nostrum mortuum, i. morti subiectum. Pulsabat Paulus tympanum cū dicebat. Castigo corpus meū, & in seruitutem redigo, Sic exponit Greg. illud. Laudate Dominum in tympano & choro, i. in abstinētia & vnitate, in choro enim & si sit multitudo vocum, est tamen concordia cantus. Sed notandum quòd si tympanum nimis fortiter percutiatur, nō sonus sequitur, sed fractura, & ideo moderatè percutere oportet in abstinentia, similiter & mortificatione corporis, necesse est seruare discretionem, & pro mensura sumenda est conseruatio subiecti & bonæ habitudinis ad ea quæ sibi incumbunt facienda, secundum illud Apostoli, vt castigati, & non mortificati. In medio horum psallētium Angeli reperiuntur cum his delectabiliter coniunguntur: quia cum his intelligūt se esse sociandos. Vnde & in forma iuuenum communiter apparent, quod patet ex no. & vet. test. Nam mulieres quę iuerant ad monumentū Christi, ad vngendum corpus eius, viderunt iuuenem qui Angelus erat in eo coopertum veste candida. Matth. vlt. Et Raphael Tobiæ occurrit in forma iuuenis, propter qđ dixit ei. Vnde habemus te o bone iuuenis? Tob. 5. Et quia abstinentia plurimum valet ad castitatem seruandā cum per maximè pulchritudo spiritualis attribuitur secundum Thom. in sum. ideò cum tympanistris coniūguntur, nō cum deliciarum amatoribus, vbi castitas periclitatur. Sicut autem Angeli cum his coniunguntur virtuosè se habētibus, ita & in morte se eis cōiungentes ad ciuitatem supernæ patriæ eos deferūt, prout dicitur de Lazaro mendico terrena substantia, sed ditissimo virtutibus. Factū est vt moreretur mē dicus & portaretur ab Angelis in sinū Abrahæ. Luc. 6. qui nunc est Paradisus cęlestis.

Aīæ virtutibus deditæ sunt iuuēculę.

Angeli aīas deportant in paradisum.

Ista deportatio quadrupliciter intelligitur secundū Vin in spe. Hyst. lib. 2. Primo quia Angeli ad bonum nos prouocāt, per quod ascendunt animæ ad paradisum. Secundo quia ad gaudium paradisi desiderandum in articulo mortis eorum affectus prouocant & accendunt, ita ꝙ postposito naturali affectu quem habent ad corpus libenter exeant, sicut legitur de quibusdam sanctis, vt bea. Dominico & Franciſco, qui cum gaudio & magna fiducia mortem expectabant. Dominicus consolabatur fratres contristatos de suo recessu, ꝓmittens se vtiliorem post mortem. Frāciscus dicebat. Educ de carcere Deus animam meā ad confitendum nomini tuo, &c. Tertio quia dęmones Angeli arcent ne impediant exeuntes, videlicet tentationibus eos deuincendo. Sicut enim dœmones in morte durius infestāt ad decipiendum animas, ita & angeli efficacius iuuant. Vnde in li. de simili. narrat Ansel. de quodam monacho sui monasterii, ꝙ post mortem apparens cuidam dixit, ter vrsus inuasit me, sed vrsarius domini mei liberauit me. Appellabat autem vrsum diabolū & vrsarium Michaelem Archangelum, ter vrsus inuaserat eum, quia ter tentauit eum in morte. Primo de peccatis commissis ante baptismum, quia adultus baptizatus fuerat. Secundo de peccatis commissis post baptismum ante religionis ingressum. Tertio de peccatis in religione commissis. Et cum in prima esset quasi in procinctu desperationis nescięs quid responderet, angelus illustrauit eum & incitauit ad spem dicens sibi illa per baptismum remissa. Similiter cum in secunda quasi deficeret angelus suggessit fiduciam dicens commissa post baptismum per religionis ingressum fuisse condonata. In ter-

tia

tia respondit tentatus Angelo instigante per austeritatem religionis & mortificationē voluntatis, demum per patientiam in infirmitate sibi fuisse dimissa & sic Angelus dœmonem coercuit ne salutem eius impediret.

Quarto dicuntur deferre animas in paradisum, quia quasdā priuilegiatas personas magnę sanctitatis ipsi Angeli in assumpto ab eis corpore aereo visibiliter animas in cœlum deferunt, sicut legitur de beato Nicolao, & de beato Benedicto, & de beato Martino cuius animam vidit sanctus Seuerinus archiepiscopus Colonienſis, ab angelis associatam psallentibus in cœlum deferri, & diabolum non potuisse impedire trāsitum eius. Et multo magis hoc creditur de domini matre, ꝙ chori angelorum in cœlum sociauerunt de hoc mundo migrantem.

¶ *De numero & virtute Angelorum locutione, & ministerijs eorum & custodia quoad nos.* *Cap.* 6.

BEnedicite omnes Angeli Domino, potentes virtute facientes verbum illius Ps. 102. Gloriosus Deus in principio creauit cœlum & terram, idest, Angelicam naturam purè spiritualem & naturam humanam terrestrē & corpoream sui capaces, vnde & primum hominem de terra formauit quātum ad corpus, & ī terra agri Damasceni ex quo alii traducerentur secundum corpus. Naturam autem angelicā spiritualiter distinctam in omnibus suis singularitatibus creauit in cœlo empyreo secundum Tho. in 1. parte q. 61. Cū enim natura Angelica præsideat tota toti naturæ corporeę, conueniens fuit vt in corpore supræmo, idest, in cœlo empyreo crearetur. Non est cōtra quod ait Angelus lucifer. Ascēdam in cœlū Esa. 14. quia intelligitur illud de cœlo sanctissimæ Trinitatis cui se voluit adęquari, non de cœlo empyreo in quo erat secūdum Tho. Creata fuit autem natura Angelica sicut & humana in principio temporis ante quod nihil creatum est. quamuis. n. Grego. Nazan. & quidam Græci antiqui doctores dixerint angelos fuisse creatos ante homines & ante tempus vt refert magister sen. in. 2. lib. allegando auctoritatem etiam Hiero. Nihilominus communiter tenetur probabilius a Latinis quod non fuerunt creati ante, sed in principio cum creatura corporali secundum Tho. 1. par. q. 61. Cum tam Angeli quam creatura corporea in constitutione vnius vniuersi conueniant, nulla autem pars est perfecta a suo toto separata, non est probabile vt Deus cuius perfecta sunt opera. Deu. 32. seorsum creaturam angelicam crearet ante creaturas coporeas, tamen contrarium sentire non putatur erroneum propter auctoritatem dicti Greg. maximi secundum Tho. vbi supra. Vtranq; enim naturam creauit Deus ad ipsum laudandum, vt dicitur. 2. sen. distin. 1. quod optimè fit vbi vtraque in triumphanti ecclesia simul, in militanti autem ecclesia quanto perfectius hoc ab homine agitur, tanto perfectioni status patriæ magis appropinquatur vnde Ps. Animam suam excitans in illo Ps. Ad Deum laudandum & benedicendum inuitare videtur, ad idem angelos non impetratiuè vel suasiuè ad eos loquens sed indicatiuè, vt exemplo eorum magis incitentur. Benedicite ergo omnes angeli, &c. i. vos angeli benedictis dominum, vbi quattuor de angelis videnda sunt.

¶ Primum ordine collectionis, ibi. Omnes Angeli.

¶ Secundum de qualitate locutionis, ibi Benedicite.

¶ Tertium de vigorositate actionis, ibi. Potentes virtute.

¶ Quartum de velocitate obeditionis, ibi. Facientes verbum illius.

¶ Quantum ad primum. Exquo Ps. ait. Omnes angeli, innuit plures esse angelos. Et anti qui philosophi posuerunt esse angelos plures quos appellant subsstantias separatas, & Plato quidem dixit esse subsstantias separatas species rerum sensibilium, vtpote supponeremus ipsam naturam humanam esse separatam quam dicebat per se humanitatem, & sic de aliis speciebus rerum. Et secundum hoc oportebat subsstantias separatas seu angelos esse secundum numerum specierum sensibilium. Aristoteles autem hoc reprobat, sed videtur ponere numerum specierum subsstantiarum separatarum secundum numerum corporum cęlestium. Imperfectam igitur & non veram noticiam de huiusmodi habuerunt. Dicendum ergo secundum Tho. in. 1. par. q. 50. quod angeli inquantum sunt immateriales subsstantiæ in quadam maxima multitudine sunt omnem materialē multitudinem excedens. Et hoc est quod dicit. Dion. 10 c. de cęl. hierar. Multi sunt Dei exercitus supernatū mentiū, infirmam & constrictam excedentes nostrarū materialiū cōmensurationem. Ratio huiusmodi, ꝙ cū pfectio vniuersi sit id quod Deus intendit præcipue in oratione rerum, quanto aliqua sunt ma-

§. 1.

De ordinib⁹ angelorū.

gis perfecta, tāto in maiori excessu sunt creata a Deo. Sicut autem in corporibus attenditur excessus secundum magnitudinem, ita in rebus incorporeis attenditur excessus secundum multitudinem. Videmus autem q̄ corpora incorruptibilia quæ sunt perfectiora inter corpora excedunt quasi incorporabiliter corporalia. Nam tota latitudo actiuorū & passiuorum est aliquid modicum respectu corporum cœlestium. Vnde rationabile est quod substantiæ immateriales excedant substantias materiales, quasi incorporabiliter. Et q̄ dr Dan. 7. Milia miliū ministrabāt ei & decies cētena milia assistebāt ei. Ponitur ibi numerus determinatus p̄ indeterminato. Cū igit angeli sint valdè multi vbi autem multitudo ibi cōfusio nisi sit ibi ordo, q̄ aūt a Deo sapiētissimo sunt vtiq; ordinata sunt ſm Apostolū, ad Ro. 13. Hæc ergo collectio Angelorum distincta est in triplicem hierarchiā, & quælibet hierarchia in tres ordines. Vnde Greg. in moral. Nouem sunt ordines angelorum cum per sacra eloquia, angeli, archangeli, dominationes, virtutes, principatus, potestates, Cherubin, & Seraphin, aperta narratione memorantur, supernorum ciuium q̄te sint distinctiones ostenditur, de pen. distin. 2. principium. In prima igitur & supræma hierarchia ponuntur Seraphin, vt supræmi, deinde Cherubin & Throni, in media ponuntur dominationes, principatus, & potestates. Et in tertia virtutes, archangeli, & Angeli secūdum Greg. & in huiusmodi ordine relucet mysterium Trinitatis, nam ex vnitate hierarchiæ innuitur vnitas diuinæ essentiæ. In tripartito ordine ostenditur Trinitas personarum, vt ipsæ quidem Deus Trinitas, q̄ omnia operatur in singulis diuidens prout vult. Amat in Seraphin vt charitas, nouit in Cherubin vt veritas, sedet in thronis vt æquitas, dominatur in dominatiōibus vt maiestas, regit in principatibus vt principium, tuetur vt virtus in virtutibus, reuelat vt lux in archangelis, assistit vt pietas in Angelis. Et in prima hierarchia æquitas in thronis refertur ad patrem, cognitio veritatis in Cherub. ad filium, ardor amoris in Seraphin ad spiritumsanctum. In secunda hierarchia maiestas dominatiōis ad patrem, rectitudo principandi ad filium, salus intuēdo potestatem ad spiritumsanctum. In tertia operatio virtutum ad patrem, reuelatio lucis ad filium, inspiratio intellectus ad spiritumsanctum. In quolibet etiam angelo relucet vestigium Trinitatis. Nam in quolibet est tria necessario distinctè reperiri secundum Dion. s. essentia, virtus seu potentia, & operatio, & tamen in vno sunt, & sic omnes angeli benedicūt dominum, trinitatem & vnitatem insinuantes, s. eorum conditionibus. Et nota q̄ angeli differunt non solum numero, vt Martinus a Petro & huiusmodi, vt quidam asserebant. s. q̄ omnes angeli vnius hierarchiæ vel saltem vnius ordinis differrent numero, sed conuenirent in vna specie, sicut omnes homines sunt vnius speciei humanæ, sed differunt etiā in vno ordine vnus ab altero specie, sicut ouis a capra, equus a Leone. Et quod sit possibile etiam duos angelos nedū omnes vnius ordinis esse vnius speciei probat sic Beatus Thom. in 2. parte. qō. 50. Ea quæ conueniunt in specie & differunt numero, tantum conueniunt in forma & distinguuntur materialiter, sed angeli non sunt compositi ex materia & forma. Dicit enim Dion. 4. c. de diuinis no. quod primæ creaturæ sicut incorporales, ita & inmateriales intelliguntur, vnde sequitur q̄ impossibile est duos angelos esse vnius speciei sicut eēt possibile dicere q̄ essent plures albedines separate, cū albedines non sint plures nisi secundum q̄ sunt in pluribus subiectis. Dicit enim philosophus in 3. met. quòd in his quæ sunt ejusdem speciei non est inuenire prius & posterius, sed in angelis etiam vnius ordinis sunt primi medii, & vltimi secundum Dion. ergo nō sunt ejusdem speciei. Et hinc comprehendi potest miranda speciositas & perfectio talis collectionis angelorum. Nam minimus angelus est perfectior ſm natura quolibet hoīe, & quilibet angelus addit vnum gradum perfectionis naturalis super alium immediatè inferiorem, quia species rerum sunt sicut numeri secundum philosophum. 8. met. in quibus quilibet numerus addit vnā vnitatem super immediatè præcedētē, sicut trinarius addit vnū ad binariū, ita q̄libet angelus cū sit alterius speciei ab alio, addit maiorē perfectionis gradū naturalē, & sic ēt maiorē gradū glorię. Cū igitur sunt de īnfimo ordine ad minus tot numero quot homines in mūdo, quia quilibet habet vnum ad sui custodiā, si erūt dicamus per vnum numerum respectu mille miliones gradus maioris perfectionis magis q̄ primus & sic discurrere per alios ordines supra positos. Benedicite ergo omnes angeli dominū, sicut opera benedicunt & laudant magistrū quando sunt pulchrè facta. Tanta ergo perfectio & nobilitas angelorū nobis insinuat magnificentiam creatoris, & sic benedicit Deū.

Oēs angeli differūt in spē.

Art. 4.

¶ Secundum

§. 11. ¶ Secundnm quod est cõsiderandum in Angelis est de modo locutionis eorũ, quia dicit benedicite. Benedicere est dicere bene. Vnde & loquitur Apostolus & dicit. 1. Cor. 13. Si linguis ho. lo. & An. &c. Zach. 2. ét dicit q̃ vnus angelus dixit ad alterũ angelũ q̃ loqueretur ipsi prophetæ. Est ergo locutio in Angelis, sed non modo nostro cum non habeant corpora & linguam & huiusmodi. ¶ Ad intelligendũ igitur quomodo angeli loquantur alter alteri est notandum secundum Tho. in. 1. parte. q. 108. q̃ voluntas mouet intellectũ ad suã operationẽ. Intelligere autem est in intellectu tripliciter. Primo quidẽ habitualiter vel secundũ memoriã vt dicit Aug. Secundo vt actu consideratum & cõceptum. Tertio vt ad aliud relatũ. Manifestũ est autẽ q̃ de primo gradu transfertur intelligibile ad secũdũ per Imperiũ voluntatis. Vnde in diffinitione habitus ponitur quo quis vtitur cum voluerit. Similiter & de secundo gradu transfertur in tertiũ per voluntatẽ. Nam per voluntatẽ cõceptus mentis ordinatur ad alterũ, puta vel ad agendũ aliquid vel ad manifestandũ alteri, quãdo autẽ mens se cõuertit ad actũ considerandũ quẽ habet in habitu, tũc loquitur quis sibiipsi. Nã ipsæ cõceptus mentis interius verbũ vocatur ex hoc verò quòd conceptus mẽtis angelicæ ordinatur ad manifestandum alteri per voluntatem ipsius angeli, conceptus mentis vnius angeli innotescit alteri, & sic loquitur vnus angelus alteri. Nihil est enim aliud vnum angelum loqui alteri quam conceptum suum manifestare. Conceptus quidem mentis interior in homine clauditur duplici obstaculo ne videatur. Primo quidẽ voluntate quæ ipsum conceptum mentis vult adintra retinere & non extra manifestare. Secundo modo clauditur conceptus mentis hominis alteri per grossitiem eorum quæ nõ permittit videre interiora, sed in angelo non est obstaculum corporis, quia non habet illud, sed tantum voluntatem, quando ergo angelus vult vni conceptum suum manifestare & non alteri tunc illi loquitur & ille intelligit. Alii quibus non vult manifestari nõ intelligunt, & illis non dicitur loqui. ¶ Notandum etiã quod angeli alio modo loquuntus Deo, alio modo angelis, alio modo hominibus. Et Deo quidem loqui dicuntur, vel cõsultando diuinam voluntatem de angelis non quòd Deus discat aliquid ab eis quod nesciret, sed sicut discipulus loquitur magistro non vt doceat, sed vt doceatur. Et sic Tobiæ dixit Angelus Raphael quòd obtulerat orationes suas Deo quasi ei loquens & consulens, respiciens in verbo ęterno quid esset circa illum agẽdum per ministerium suum. Vel etiam loquitur angelus ad Deum eum laudando de salute hominum & dilatione diuinæ gloriæ sicut cum nato Christo angeli cantábant gloria in altissimis Deo. Lu. 2. Vel eius excellentiam quam nunquam compræhendit admirando, sicut dicit Gregor. 2. moral. quod angeli loquuntur deo cum per hoc quòd super semetipsos respiciunt, in modum admirationis surgunt, & sic intelligitur illa locutio quam dicit Esa. 6 c. audisse Seraphim clamãtia. Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus Sabaoth, vbi inuitur mysterium trinitatis in vnitate essentię quod sum mè admirantur non ignorando sed venerando, & clamor eorum inuit vel magnitudinem rei vel magnitudinem effectus eorum. Et istam quidem locutionem quam faciunt ad Deum laudantes & admirantes semper continua est siue in cœlo siue in terra sint, sed illa alia qua eius sapientiam consulunt de agendis non continua est sed quando aliquid nouum occurrit agendum per eos, super quo illuminari desiderant & distantia localis vt cum sunt in terra nobis ministrando non impedit nec retardat in aliquo consolationem eorum & manifestationem eis fiendam. Loquitur verò angelus ad angelum bonum, aliter inferior ad superiorem, aliter superior ad inferiorem. Inferior enim ad superiorem non illuminando de eo quod nescit circa diuina mysteria vel disponenda circa nos, sed conceptum suum ordinando vt ei innotescat per propriam voluntatem, & hoc non dicitur illuminare, & secundum hunc modum dixerunt angeli superiores ad inferiores in ascensione Christi, vt dicit Dion. de cæsti hierar. illud ps. 23. Quis est iste rex gloriæ? Superiores verò inferioribus etiam isto modo loqui possunt manifestando conceptũ suũ, sed ét alio modo loquuntur ad eos illuminãdo eos circa diuina mysteria aliqua quæ nesciunt, & sic intelligitur glosa super illud. Si linguis hominum loquar & angelorum, quæ dicit quod locutiones angelorum sunt illuminationes quibus inferiores a superioribus angelis illuminantur. Vnde etiam Dio. dicit quòd vnaquęque essentia intelligẽtiam sibi a superiori datã, inferiori cõmunicat. Et Gre. quòd in patria superna quædam data sunt excellẽter, nihil tamẽ possidetur singulariter. Et q̃ magister. 2. sen. di. 10. dicit q̃ quædam cognouerũt superiores

Quo angeli loquantur

Loquit angelus ad angelum.

Angeli differenter loquunt.

riores angeli circa mysterium incarnationis quæ fuerunt ignota inferioribus quousq; impleretur quod videtur per hoc quod interrogantibus inferioribus angelis quasi ignorantibus, quis est istæ rex glorie? Respon. superiores Dominus virtutū ipsæ est rex gloriæ, quasi scientes, vt exponit Dio. Non sic illud est intelligendum dicit Thom. in. 1. parte q. 107. quod inferiores angeli ignorauerunt mysterium incarnationis penitus, sed quia non ita plenè cognouerunt sicut superiores, et in eius cognitione profecerunt postmodum dum impleretur, & vsque ad diem iudicii semper aliqua noua angelo superioribus reuelantur diuinitus de his quæ pertinent ad dispositionē mundi, & præcipue ad salutem electorū vnde etsi non semper remanet vnde superiores angeli inferiores illuminent, semper tamen remanent superiores in eminentiori scientia quā inferiores, sicut magister circa vnam & eandem rem quam docat discipulum quam ipsæ discipulus. Loquitur tertio angelus ad homines aliquando in forma humana apparens sicut angeli qui apparuerunt apostolis postquam Christus ascendit vt duo viri qui in vestibus albis dixerunt. Viri Galilei quid statis &c. Act. 1. Et cum apparuit Abrahę & Loth & Iacob & multis aliis. Aliquando vero sine forma humana assumpta, & hoc vel in visione sensibili, vt cum apparuit in rubo Moysi, inde ei loquens vel in monte Syna exprimendo verba legis. Angelus enim fuit vt di. Apostolus. Vel in visione imaginaria, vt Hier. 1. cui dicenti, virgam vigilantem ego video, dictum est ibi bene vidisti quia vigilabo ego super verbo meo. Vel visione intellectiua iuxta illud ps. 84. Audiam quid loquatur in me dominus Deus, vel illud. Significauit deus quæ oportet fieri cito loquens per angelum suum seruo suo Io. Apoc. 1. Videntur tamen ille visiones magis fuisse imaginariæ quam intellectiuæ. Sed quomodocunque sit omnes prophetiæ seu reuelationes diuinæ quæ fiunt hominibus fiunt ministerio angelorum. Loquuntur etiam angeli hominibus sine reuelationibus propheticis quando eos instigant ad bonum & ad recedendum a malo sicut in figura habetur Act. 12. de angelo q apparuit Petro incarcerato dormienti qui debebat occidi dicente vt exiret &c. Sic angelus peccatorem incarceratum a diabolo, vt ab Herode qui intendit eum perdere instigat, vt surgat & exeat primam portam scilicet duriciem cordis per contritionē, per secundam taciturnitatis oris per confessionem, per tertiam ferream scilicet retentionis alieni per satisfactionem. Et Helyæ dormienti quem angelus excitauit & dixit. Surge comede, adhuc tibi grandis restat via. Significat Helyas hominem sanctum qui aliquando ex tribulationibus vel tentationibus attediatur & quasi dormiat, sed angelus bonus stimulat interius vt surgat ad bona opera continuanda, vt sit fortis suggerit vt meditetur passionem Christi hoc est comedere panem subcinericium, meditetur exempla sacræ scripturæ & doctrinam eius, hoc est bibere aquam, & ex his conualescit & fortificatur ad ambulandū per viam virtutum vsque ad montem dei visionis. Quod igitur angeli quomodocunque loquantur siue ad deum siue ad angelos siue ad homines semper benedicunt, quia dicunt bene. Benedicite omnes angeli, secūdum hoc psalmi stę imitemur eos & consortes & conciues nostros semper dicendo. Benedic anima mea dominum.

3. Reg. 19

Angeli loquiť homini.

¶ Quantum ad tertium de eorum vigorositate dicit psal. Potentes virtute. Vbi sciendum quod virtus aliquando significat potentiam naturalem. Et sic Dionysi. dicit in angelis esse virtutem & operationem distinctam Aliquando imperat habitum bonum. Et sic philosophus diffinit virtutem quod bonum facit habentem & opus eius bonum reddit. Aliquando virtus signat proprietatem vtilis effectus, sicut dicimus talem herbam habere talem virtutem. Et sic etiam psal. 32. dicit. Spiritu oris eius omnis virtus eorum scilicet apostolorum vocando virtutem effectus miraculosos qui procedebant ab eis per spiritum sanctum. Omnibus his modis angeli sunt potentes virtute. Nam virtute potentiæ naturalis scilicet intellectus & voluntatis mirabiliter sunt potentes. Non enim ad hoc vt intelligant aliquid oportet eos filogizare ideſt discurrere de noto ad ignotū, aut componendo & diuidendo, vt nos facimus propter debilitatem luminis intellectus nostri, sed statim cognoscunt ipsam essentiam rei, & quid ei conuenit vel non conuenit. Et hinc est quod in intellectu eorum non potest esse falsitas. Dicit enim philosophus in 3. de anima, quod intellectus semper est verus, & August. quod nil intelligitur nisi verum, angelus autem cognoscit intelligendo, vnde & intellectuales dicuntur non rationales propriè, vt nos qui ratiocinando id est discurrendo de vno ad aliud procedimus & mediis sæpe deficimus, vnde & erramus

§. 3.

potentes intellectu.

propter

propter quod dicitur Iob. 37. Tenebris inuoluimur scilicet ignorantiæ & errorum. ¶ Habet autem duplicem cognitionem scilicet matutinam & vespertinam, & ideò potentes virtute intellectiua. Appellatur autem cognitio matutina in eis quæ est perfectior. Est alia cognitio rerum quam habẽt in verbo ideſt videndo diuinam essentiam. In verbo enim Dei seu diuina essentia ab æterno extiterunt, & sciunt rationes omniũ rerum, tam spiritualium quam temporalium vel corporalium creaturarum, vnde angeli sancti videntes diuinam essentiam clarè quæ dici potest visio meridiana vt perfectior, vident etiam & cognoscunt naturas & essentias omnium creaturarum, & hac visione omnia creata simul intelligunt & vna specie intelligibili circa diuina. Et hoc est quod dicit Aug. 15. de trini. quod in patria non erunt volubiles nostræ cogitationes ab aliis in alia euntes atq; redeuntes, sed oẽm scientiã nr̃m simul vno respectu videbimus, & hæc dicitur visio matutina, & hanc cognitionem scilicet diuinæ essentiæ rerum creatarũ in ea non habent, aliquando in potentia, aliquando in actu, sed semper habent in actu, quia in hoc consistit beatitudo quæ nõ consistit in habitu, sed in actu secundum philosophum in 1. Ethico. Et quod dicitur 1. Pet. 1. cap. in quem desiderant angeli prospicere, illud desiderium non excludit rem desideratam sed fastidium secundum Greg.

Cognitio matutina.

Cognitio vespertina

¶ Habent secundario alium modum cognitionis rerum creatarum, videlicet per species intelligibiles eis inditas perfectè res repræsentantes, phantasiam enim non habent sicut nec corpus & per vnam speciem intelligibilem intelligunt ad eam se conuertendo, non quidem alia intelligibilia quæ per species alias intelligibiles repræsentantur, sed omnia simul quæ vna illa specie repræsentantur, sicut specie intelligibili quam habent in mente de natura humana intelligunt simul omnia quæ pertinent ad hominem secundum naturam. Et hæc dicitur visio vespertina, adeò autem sunt potentes virtute quod cognoscunt seipsos angeli per essentia suam cognoscunt & omnes alios angelos per species eis inditas, cognoscunt & materialia per illas species. Quicquid enim potest virtus inferior, potest & virtus superior, sed intellectus hominis qui est inferior intellectu angelico secundum naturam intelligit res materiales, ergo & angelus, sed hoc agit non abstrahendo a phantasmatibus vt homo sed per species inditas. ¶ Cognoscit virtus intellectiua angeli etiam singularia, quamuis enim quidam hoc negauerint hoc reprobat b. Tho. in 1. parte q. 57. Primo quia derogat chatholicæ fidei qui ponit hęc inferiora administrari per angelos secundum illud ad Hęb. 3. Omnes administratorii spiritus in ministerium missi sunt. Si autem singularium noticia nõ haberent nullam prouidentiam habere possent de his quæ in hoc mundo aguntur, & hoc est contra Eccle. 5. Ne dicas coram angelo non est prouidentia. Cognoscunt ergo singularia non solum in causis vniuersalibus, quia hoc non est cognoscere rationem vt est singulare ideſt prout est hic & nunc, sed sicut homo cognoscit diuersis viribus cognitius omnium rerum genera, intellectu quidem vniuersalia & immaterialia, sensu autem corporalia & singularia, ita angelus per vnam intellectiuam virtutem vtraque cognoscit. Futura autem contingentia prout procedunt ex causis prout in pluribus per coniecturam cognoscere possunt nõ per certitudinem, sicut medicus de sanitate vel morte infirmi. Prout autem futura cognoscuntur in seipsius non cognoscunt, sed solus Deus. Similiter cognitiones hominum & affectiones voluntatis prout manifestanr̃ per aliquẽ effectũ exteriorẽ, vt per verbũ vel aliud signum, vt per immutationẽ vultus & hmõi, multo subtilius quã homo, sed prout cogitationes sunt intellectu & affectiones in voluntate solus deus nouit non angeli. Cognoscunt etiam angeli mysteria gratię in carnationis & omnia quæ prophetæ pronunciauerunt. Nam prophetæ per angelos instruunr̃ secundũ Dioni. non cognoscunt ista naturaliter seu p̃ species inditas, sed per visionẽ q̃ hñt in verbo. Nec oẽs angeli æqualiter cognoscunt mysteria gr̃æ in verbo, sed p̃ ut voluerit eis reuelare, ita tñ q̃ superiores angeli plura mysteria & altiora in dei visione cognoscunt quæ inferioribus manifestant eos illuminando. Sunt insuper angeli potentes virtute voluntatis, quia vtique habent liberum arbitrium sicut & homo, aliàs essent minoris dignitatis, sed ita est potens & firma tum per dei gratiam quòd non possunt declinare ad malũ sicut nos, nec hoc pertinet ad defectum potentiæ, sed magis posse peccare, & deficere pertinet ad impotentiam, sicut & Deus nõ propterea nõ dicitur omnipotens, quia nõ potest peccare. Ratio quare angelus beatus peccare nõ põt, est secũdũ Tho. 1. parte. q. 62. q̃a videt Deum per essentiã. Essentia

Cognoscũt singularia.

Cognoscunt in carnatiõis mysteriũ.

Nõ possunt peccare Angeli boni.

autem Dei est ipsa essentialiter bonitas, vnde hoc modo se habet angelus videns Deum ad ipsum Deum sicut se habet quicunque nō videns Deum ad communem rationem boni. Impossibile est autem quod quis aliquid velit vel operetur nisi attendens ad bonum, vel quòd vellet diuertere a bono inquantum huiusmodi. Sicut igitur Angelus beatus nō potest velle vel agere nisi attendens ad Deū, sic etiam agens vel volens non potest peccare. Secundo dicuntur potentes virtute prout importat habitum. Nā in principio creationis eorum fuit eis infusa gratia, ex qua fluunt omnes virtutes. Quamuis enim aliqui dicant quòd fuerūt creati in naturalibus tantum, dicit tamen Thom. in. 1. parte q. 62. quod tenendum videtur probabilius & magis consonat dictis sanctorum quod fuerunt creati in gratia gratum faciente, non autem in beatitudine perfecte gloriæ. Nam cum talis beatitudo excedat naturam seu virtutem naturæ creatæ, non potest peruenire ad eam nisi per meritum operis alicuius in gratia, nec homo nec Angelus, sed per primum actū charitatis conuertendo scilicet se ad Deū diligendum statim meruit beatitudinē gloriæ, ita q; si tunc decederet euolaret nisi haberet impedimentum aliquod sicut in his qui in morte transeunt ad purgatorium. Aliqui tamen dicunt quod angeli meruerunt gloriā per ea opera quæ iam beati operantur in ministeriis diuinis, quod tamen dicit Tho. non videtur rationabiliter dictum, vt qui est in termino. i. in gloria moueatur ad terminum per meritum, vnde dicit quod post consecutionem gloriæ, quæ fuit subito per vnicum actum gratiæ conuersionis in Deum non possunt augeri in præmio essentiali gloriæ amplius. Et quamuis dicant aliqui quod augetur in eis præmium accidentale per ministeria nobis exhibita vsque ad diem iudicij, dicit tamen ipse quod melius dicitur q; nullo modo aliquis beatus mereri potest nisi sit simul beatus & viator sicut Christus. Gaudiū ergo quod angeli habent de conuersione peccatori, quia dicitur Luc. 15. Gaudium est Angelis Dei super vno pecca. pēn. ag. Illud gaudium magis acquirunt ex virtute beatitudinis quàm illud mereantur, & sic nō pertinet ad meritum. Et secundum quantitatem suorum naturalium consecuti sunt quantitatē gratiæ & gloriæ. Deinde secundum beat. Tho. vbi supra q. 62. & hoc q; dicit magister in 2. di. 3. q; angeli qui creati sunt magis subtiles & sapiētia perspicatiores hi maioribus muneribus gratiæ præditi sunt, Angeli ergo qui meliorem & perfectiorē naturam accepe runt, rationabile est q; fortius & efficacius sint in illo primo actu ad Deū cōuersi, & sic meruerunt maiorē gradū gloriæ. Notandū ēt secundū Tho. in 1. par. q. 62. art. 1. q; beatitudo dī seu intelligit vltima perfectio creaturæ rōnalis vel intellectualis, & inde est q; naturaliter desiderantur, quia vnumquoq; naturaliter desiderat suā vltimā perfectionē. Vltima autem perfectio creaturæ rōnalis vel intellectualis est duplex, vna quam pōt assequi virtute suæ naturæ. Et hæc quodammō beatitudo vel fælicitas dī, vnde perfectam hominis contemplationem qua optimū intelligibile quod est Deus contemplari potest, dicit esse vltimā homis fælicitatē, sed super hāc fælicitatem est alia hois fælicitas quā expectamus in futuro qua videbimus Deū sicuti est, quod quidem est supra cuiuslibet intellectus creati naturam. Quātū ergo ad primam beatitudinem quā Angelus assequi virtute suæ naturæ potuit fuit creatus beatus, quia perfectionē himōi Angelus non acquirit per aliquem discursiuū motum vt homo in meditādo, & contemplando, sed statim ei adest cognitio perfecta rei pp naturæ suæ dignitatē. Sed vltimam beatitudinē quæ facultatē naturæ excedit, angeli non statim a principio suę creationibus habuerunt, quia hæc beatitudo non est aliquid naturę sed naturæ finis. Et ideò nō statim a principio habere debuit: sed ad eā per suam operationē gratia tamen informatam peruenire. ¶ Angeli autē confirmati in gloria potentes remanent in virtute charitatis quæ non excidit, sed perficitur in patria. Continuè ergo feruntur in Deū actu feruentissimo charitatis secundum illud Ps. 103. Facis angelos tuos spiritus & ministros tuos ignem vrentem vel flamma ignis secundū aliam translationē. Maxima ēt charitate nobis deseruiūt, vt patet in Angelo Raphaele qui sociauit Tobiam per viam & defendit a pisce volente eum deuorare & instruxit de matrimonio contrahendo, exegit pro eo debitum & a Gabelo, reduxit in columen ad domum & patrem illuminari fecit. Et similiter de Angelo qui præcedebat populum Dei de Egypto egressum per desertum ambulantem in die in columna nubis se extendens & ostēdens, in nocte verò in columna ignis vsq; ad terrā promissionis, vnde dixerat Deus. Præcedet re Angelus meus ergo & viceuersa nos vt proximos nostros nostri valde dilectores debemus diligere. ¶ Tertio dicuntur virtute potentes.

Angeli sūt Creati in grā

Magis subtiles maiorē grām.

potentes quia multos miros effectus faciunt in mundo, ipsi enim sunt motores orbiū, per ministeria eorū miracula fiunt, vt Greg. dicit quod non ipsi propria virtute immutent naturas rerum, quia hoc Dei est, sed ali qua circa ea ministerialiter seu instrumētaliter operantur, ipsi n. mittentur ad vocandū homines ad iudicium, vt dicitur Matt. 14. Cineres enim hominum resuscitandorum præparabunt Mat. 13. Exibunt ēt Angeli & separabūt malos de medio iustorū, & mittent eos in caminum ignis. Præcipue aūt Michael qui fuit princeps synagogę, vnde apparuit & venit in adiutorium angelo qui locutus est Danieli. Dan. 9. pro liberatione populi Israel de Babylonia, nunc autem princeps ecclesiæ ad eā defensandam, ipsæ consurget tempore iudicii contra Antichristum, tunc consurget Michael princeps Ecclesiæ ad eam defendendam. Dan. 12. Gabriel nunciauit Mariæ conceptum filii Dei, & Zachariæ natiuitatem Io. Bapt. ex eo. Raphael etiam tribulationem a Tobia & Sarra mouit consolans eos multipliciter, & sic quia potentes virtute debemus eos honorare. Pat. ēt angelica virtus ex hoc q̄ motus Angeli de loco ad locū, etsi non sit in instanti, sed in tempore secundum prius & posterius, quia prius in vno loco postea in alio est quasi in subito cum mouetur de cælo ad terram, quia enim substantia Angeli non est subdita loco vt contenta ab eo sicut corpora, sed est superior loco scilicet vt continens ipsum sua virtute, ideo in potestate sua est applicare se loco prout vult, vel p̄ medium trāseundo de loco ad locū, vel sine medio de vno loco ad alium. Vbi etiam sciendum q̄ diuersimodè conuenit corpori angelo, & deo esse in loco. Nam corpus est in loco circumscriptiuè, quia commēsuratur loco & continetur ab eo, angelus autem non est in loco circunscriptiuè cum non commensuretur loco, sed diffinitiuè, quia cum est in vno loco non est in alio. Deus autem neque circunscriptiue nec diffinitiue, sed vbi est, dicitur autem Angelus esse vbi operatur secundum Damascenum, totum illud cui applicatur immediatè virtus Angeli reputatur vt vnus locus eius licèt sit continuum secūdum Tho. in 1. par. q. 52.

Mouet localiter & in tpe Angelus

¶ Quantum ad quartum de obedientia ipsorum dicitur, qui facitis verbum eius, scilicet Domini dei, verbum dei hoc innuit iussionem & volutatem eius quam eis insinuat in eos aspiciendo. In communi autem vult & mandat eis vt ministrent nobis & custodiant nos, secundum illud ad Heb. 1. Omnes administratorii spiritus sunt missi in ministerium eorum qui hæreditatem capiunt salutis, vt 1 Ps. 90. Angelis suis deus man. de te. vt cu. te in omnibus viis tuis. Habet. n. ordo diuinę prouidentiæ vt inferiora regantur per superiora, homines per angelos, & hoc non vt ipsa nō possit per se immediatè totum in omnibus operari, sed voluit & in hoc cōmunicare bonitatem suæ virtutis, vt creaturæ cooperantur cum eo in mundi gubernatione. ¶ Sciēdum autem q̄ de prima hierarchia, .s. Seraphin, Cherubin, & Thronorum nullus mittitur ad nos, sed semper sunt assistentes. De secunda hierarchia primi i. dominantiū ordo etiam sunt assistentes & nō mittuntur, sed disponunt de mittendis. Hi assentire dicuntur, quia immediatè a Deo accipiunt illuminationem de secretis diuinorum mysteriorum. Alii quinq; ordines dicuntur ministrare, quia & mittuntur de eis aliqui ad nos & illuminatiōes de diuinis secretis circa nos agendis ab assistētibus, scilicet superioribus angelis recipiunt communiter. Inquantum autem assistere importat visionem diuinæ essentiæ & nō exclusionem missionis, sic oēs nouem ordines assistunt semper, nec est contra auctoritas Apostoli inducta dicentis omnes administrationis spiritus esse. Nam illa est distributio accommoda. .s. complectēs eos qui mittuntur nos alios. Vel melius & subtilius dicit enim Tho. in 1. par. qō. 113. quod sicut in missionibus diuinarum personarum duplex est missio, scilicet visibilis quæ attenditur secundum corpoream creaturam, vt filius Dei i carne, spiritus sanctus in igne. Alia inuisibilis quæ fit secundum spiritualem interiorem affectum vt illuminare mentem & accendere ad dilectionem. Ita in missionibus angelorum, & in ministeriis est duplex missio. Vna exterior. .s. q̄ est ad aliquod mysterium circa corporalia exhibendum. Et secundum hanc nō oēs mittuntur, sed (vt dictū est) de inferioribus 5. ordinibus. Alia missio est inferior secundum intellectuales effectus, prout scilicet vnus Angelus illuminat aliū, & sic omnes Angeli mittuntur etiam supremi, quia illuminant Angelos illuminantes nos. Similiter non est contra qđ habet Esa. 6. q̄ missus fuit vnus Seraphin ad purgandū labia Esa. Nam secundū Dio. ille fuit de ordine inferior sic nominatus ab exercitio ad qđ mittebatur. .s. incendendum labia. Esaiæ vel etiam, quia Seraphin superioris ordinis virtute Angelus inferior hoc egit interius in

Angeli assistūt, & q̄ ad nos mittunt hic vide.

Duplex missio angelorum.

Esaia.

Angeli ad custodia mittuntur.

Esaia. Mittuntur autem angeli ad custodiam secundum auctoritatem inductam, psal. 90. Angelis suis Deus mandauit de te &c. Vnde & Hiero. dicit super illud. Angeli eorum in cœlis Mat. 18. Magna est dignitas animarum vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis angelum sibi delegatum. Et ex qua auctoritate concludit bea. Tho. in. 1. par. q. 113. quòd singulis hominibus singuli angeli deputati sunt in custodiam. Et huius rationem assignat, nam angelorum custodia est quædam executio diuinæ prouidentiæ circa homines. Prouidentia autem Dei aliter se habet ad corruptibiles creaturas, quia aliter se habent ad in corruptibilitatem, homines enim nõ solum incorruptibiles sunt quantum ad communẽ spetiem, sed etiam quantum ad formas proprias singulorũ quæ sunt animæ rationales, quod de aliis corruptibilibus dici nõ potest. Manifestum est autem quòd prouidentia Dei principaliter est circa ea quæ principaliter & perpetuò manenet, circa ea verò quæ transeunt prouidentiam Dei est inquantum ordinat ipsa ad res perpetuas. Sic igitur prouidentia Dei comparatur ad singulos homines sicut comparatur ad singula genera vel species rerum corruptibilium, sed secundum Gre. diuersi ordines deputantur diuersis rerũ generibus, puta potestates ad arcendos dæmones, virtutes ad mirabilia facienda circa res corporeas, & probabile est quòd diuersis rerum speciebus diuersi angeli eiusdem ordinis præficiantur. Vnde & rationale est quòd diuersis hominibus diuersi angeli ad custodiam deputentur. Et notandũ quod custodia particularis quæ exhibetur ab angelis pertinet ad angelos infimi ordinis secundũ Tho. post Dionysium, & sicut in dicto ordine, sic & in aliis ordinibus vnus est alio perfectior, quia differunt specie, ita etiam superiores de dicto ordine sicut & de aliis ordinibus deputantur ad custodiam particularem illorũ hominum qui sunt ad maiora deputati ex diuina prouidentia, quamuis omnes sint pares natura. Sed est alia custodia vniuersalis, ad quam etiam angeli ordinantur, & hæc multiplicatur secundum diuersos ordines. Nam quanto agens fuerit vniuersalius, tanto est superius, sic igitur custodia humanæ multitudinis pertinet ad principatus, vel fortè ad archangelos qui dicuntur principes angelorum. Vnde Michael quem archangelum dicimus vnus de principibus dicitur Dan. 10. Vlterius super omnes naturas corporeas habent custodiam virtutes. Et vlterius super dæmones habent custodiam potestates. Et vlterius super bonos spiritus, habent custodiam principatus. Hæc Tho. vbi supra, quidã tamen dicunt archangelos custodiam habere ciuitatum, principatus verò prouinciarum. Et quia angeli inferiores exercent aliquando officiũ superiorum inquãtum de dono eorum participant, & se habent ad superiores sicut executores virtutum eorum, per hunc etiam mocum angeli infimo ordinis possunt & arcere dæmones & etiam miracula facere, sicut & seraphin incendit labia Esa. (vt dictũ est supra) Datur aut ista custodia angelica omnibus viatoribus non autem Christo etiam inquantum homo, & hoc tum quia immediate regũ labatur a verbo Dei, tum quia comprehensor, vnde non indigebat quia iam erat in termino etsi viator erat ratione mortalitatis superior tamen angelus, vnde non decebat eos habere vt custodes, sed vt ministros. Ratio huiusmodi custodæ quare indigemus secundum Thom. vbi supra est, quia homo in statu vitæ præsentis constitutus est vt in via quadam qua oportet tenere ad patriam in qua imminẽt multa pericula ab interiori & exteriori. Vnde & in ps. 34. Vie illorum tenebræ & lubricum. s. ratione concupiscentiæ interioris, & angelus domini. i. diabolus persequens eos. Et sicut homini ambulanti per viam non tutam datur custodia, ita etiam nobis decuit dari custodia angelorum vsque quo veniamus ad terminum patriæ nec sufficit liberũ arbitrium, & si adiuuet quia infirmatur propter multiplices animæ passiones, nec etiam lex naturalis vel diuina, quæ in applicando principia iuris vniuersalis ad particularia contingit multipliciter deficere, mandauit ergo Deus angelis vt custodiant omnes omnibus viis suis, vnde & primo homini datus fuit, quia imminebat ei periculum a diabolo, vt putauit & virginis Mariæ & aliis sanctis viatoribus. Vnde & de principe apostolorũ ostiaria dicente quòd Petrus esset pulsans dixerunt alii angelus eius est Act. 12. Nec infideles nec ipsæ Antichristus priuantur custodia angelorum. Non enim priuentur auxilio toti humano generi concesso diuinitus. s. custodia angelorum per quam etsi non iuuantur ad hoc vt bonis mereantur operibus vitam æternam, tamen iuuantur ad hoc quod a quibusdam malis retrahantur quibus & sibi & aliis nocere possint, sicut per bonos angelos arcentur demones ne nocere valeant quantum vellent, & quia dicitur in omnibus viis tuis, potest considerari via nostra esse, &

Custodiunt oẽs viatores

Custodiunt particulariter.

Etiã Antichristũ

vna

una ratione vltimi termini q est vnus. s. beatitudo. Vnde dixit angelus Helyę. Grandis tibi restatiuia. 3. Reg. 19. Et multiplex ratione varietatis status hominum & operationum. Vnde in psalmus dictum est in omnibus viis tuis. Potest ergo considerari in triplici via seu statu.

¶ Primo est enim via qua mundum ingreditur per manifestationem.

¶ Secundo est via qua in mundo progreditur per conuersationem.

¶ Tertio est via qua mundum egreditur per migrationem. §.5.

¶ Ingreditur quis in mundum quãdo in vtero formatur. Ingreditur lucem mundi quando nascitur, ingreditur ecclesiam mundi quando baptizatur. Et secundum hoc sunt opi quando primo angelus deputetur ad custodiam quidam dixerunt quando a tempore baptismatis, sed istud non videtur rationabiliter dictum, quia istud non uidetur habere locum quantum ad beneficia quę exibentur homini inquantum christianus, vt scilicet tunc exhibeantur ei cum christianus efficitur quod i baptismo fit, vt scilicet sit aptus ad sacramenta cętera eccle. sed quæ exibentur homini inquantum habet naturam rationalem, decet vt ei exhibeantur quando habet naturam rationalem quod manifestatur in natiuitate cum etiam infideles habeant angelos in custodiam qui non baptizantur. Aliqui dixerunt quod deputatur angelus homini cum est in vtero formatus, quod ponit Iaco. de Voragine. Sed dicit Tho. in. i. parte. q. 113. quod puer cum est in vtero materno est non totaliter a matre separatus, sed per quandam colligationem est quodammodo aliquid eius, sicut fructus pendens in arbore est aliquid arboris, & ideò probabiliter dici potest quod angelus qui custodit matrem custodiat, & prolem cum est in vtero, sed in natiuitate quando est separatus a matre, tunc deputatur ei angelus ad custodiam & ista est tertia opinio quam tenet Hiero. & Tho. post eum quamuis enim officium angelorum custodiæ ordinetur ad illuminationẽ doctrinæ sicut ad principalem effectũ cuius illuminationis non sunt capaces pueri in natiuitate, multos tamen alios effectus habent qui pueris competunt scilicet arcere dęmones & alia nocumenta corporalia & spiritualia prohibere. §.6.

¶ Secunda est via qua progrediuntur cum perueniunt homines ad vsum rationis, hoc autem faciunt tripliciter, scilicet præseruando a malo reuocando a vitio excitãdo etiam & promouendo in bonum. Quantum ad primum & homines & dęmones quærunt hominibus inferre nocumenta temporalia, sed angeli boni impediunt, vnde & angelus secundus qui præibat populum Dei transeuntem per mare rubrum posuit se retro post totum populum ne Egyptii possent eos contingere & nocere. Exo. 14. Et angeli duriſſimè verberauerunt Heliodorum qui uolebat expoliare templum domini depositis. Vidit etiam Ioan. alterum angelum ascẽdentem ab ortu solis habentem signum Dei viui qui clamauit quatuor angelis. i. dæmoniis per quatuor partes mundi ne nocerent terræ & mari neque arboribus &c. Apo. 7. Præseruant multo magis a malo culpæ homines multipliciter vel immittendo tribulationes & alia impedimenta, vel tollendo malas phãtasias vitiorũ & instigãdo ad resistẽdũ tentationibus timore vel amore sicut in figura de angelo qui apparuit Balaam cum gladio euaginato terrens eum ne malediceret populo Dei vt intendebat. Nume. 22. Agar an cilla Saræ ei se rebellanti signãte sensualitatem rationi pes concupiscentias nolenti subiici quam angelus repræhendit & suasit illi subiici ostendens fructum consequendum Gen. 16. Et de archangelo Michaele altercãte cũ diabolo de corpore Moysi ne inuenirẽtur a Iudęis vt per ipsum idolatrarent, sed nõ permisit archangelus vt auferret illis occasionem illius supestitionis. Secundo angelus per sui custodiam reuocata malo commisso non quidem cogendo vel infundendo gratiã, sed instigando interius & persuadendo ad pœnitentiam & aliquando per aliquam tribulationem sicut cum apparuit Dauid percutiens gladio pestis populum, quod videns compunctus cõfessus est peccatum suum dicens. Ego sum qui peccaui &c. 2. Reg. vlt. vel cum suggerit menti peccatoris bonas repræsentationes vt consideret suam ingratitudinem erga Deum & suam malitiam & Dei beneficia vt inducat ad contritionem vt legitur Iudi. 2. quod angelo domini apparente & repræhendente populum Israel de sua priuaricatione recolendo beneficia a Deo eis concessa eleuauerunt vocem & fleuerunt. Suadet etiã ad confessionem sciens necessitatem & vtilitatẽ eius, i cuius figuram habetur. Esa. 7. quod seraphin angelus purgauit labia Esa. di. Ecce mundaui labia tua. s. inducendo vt bene. s. confitearis. Et sequitur. Auferetur a te iniquitas tua. Sed & angelus fuit qui dixit in perso

1. Macha. 3.

Reuocant a uitiis.

Custodiũt in natiuitate.

Præseruant a malo.

na domini Adę post peccatum. Adam vbi es vt confiteretur peccatum suum Gen. 3. Demum inducit ad satisfactionem in qua præcipuum est vitare occasiones peccatorum, ne recidiuet vbi est magna dificultas præcipue facta habituatione, vnde & quasi per quandam violentiam oportet procedere sibiipsi, quod figuratum extitit Gen. 19 in eductione quasi violenta facta de Loth ab angelis a Sodomis vbi habitabat, & dictum est ei quod non staret ibi omnem circa regionem nec retro aspiceret. Sic instigat angelus pœnitentem quod peccata deserat cum occasionibus & non recidiuet quod si peccator maneat obstinatus & non assentit bonis instigationibus angeli non tamen angelus ex toto dimittit custodiam quin adhuc in multis iuuet eũ, sed secundum quid idest permittit eum cadere in aliquod malum culpę vel pœnę non impediendo quin cadat secundum ordinem diuinorum iudiciorum & secundum hoc dicitur Hierem. 51. in persona angelorum Curauimus Babylonem & non est curata, dimittamus ergo eam idest animam &c. modo dicto. Tertio per custodiam angeli quis promouetur in bono, & hoc confortando in tribulationibus magnis. In cuius exemplum Christo Iesu in agone posito oranti apparuit angelus de cœlo confortans eum. Lucæ. 22. Vel pigritiam & tepiditatem excitando, vnde Zacharię 4. dicitur. Angelus domini excitauit me quasi hominem, qui excitatur a somno. Et ad affectum terrenorum contemnendum. In cuius figuram angelus armatus qui apparuit Iosuę in campo Hiericho in adiutorium suum dixit ei. Solue calciamentum de pedibus tuis idest affectus a terrenis remoue. Iosuę. 5. Vel etiam reuelando ei diuina mysteria aut agenda, sicut Ioseph apparuit angelus in somnis, ne dimitteret Mariam coniugem suam. Matth. 1. Et postea nato paruulo Iesu ut fugeret in Egyptum. Et postea mortuo Herode vt rediret. Matth. 2. Reuelationes factæ Danieli de primo & secundo aduentu Christi fuerunt per archangelum Gabrielem, & per ipsum annunciatio facta virgini gloriosæ de incarnatione. Lucæ 1. Et omnes locutiones factæ Moysi in persona domini fuerunt per angelum. Et idem videtur dicendum de reuelationibus seu locutionibus quæ dicuntur factæ a Christo quibusdam sanctis mulieribus, vt sanctæ Brigidæ de Suetia, vt sanctæ Dalmariæ de Anglia, & sanctæ Catherinę de Senis & huiusmodi.

Promouent in bono.

§. 7. ¶ Tertia est via qua quis egreditur de mundo, etsi anima est bene ab omnibus purgata angeli etiam multi associant eam in hymnis in vitam æternam. Exo. 23. Ecce ego mitto angelum meum qui custodiat te in via & inducat in terram quam promisi patribus tuis, & Lucæ. 16. Factum est vt moreretur mendicus & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ, qui nunc est paradisus. Si anima cũ gratia habet aliquid purgandum angelus associat eam ad purgatorium & confortat eam ad patientiam, & cum congruit orat deũ pro ea vel suffragia facta pro ea repręsentat modo prædicto vt possit adaptari illud Iob 33. Si fuerit angelus loquens pro eo vt annunciet hominis æquitatem miserabitur eius scilicet deus & porgata ab angelis præsentatur Deo. Angelus etiam partans Abachuc cum prandio ad Danielem clausum in carce re leonum. Dan. 14. significat angelum instigantem hominem ad faciendum suffragia mortuorum quasi prandium portando confortans incarceratos in purgatorio, si autem ægreditur anima cum mortali, rapiunt eam dæmones & ducunt eam ad infernum cum multis contumeliis & tormentis, & videtur verificari illud Esaiæ. 33. Angeli pacis amarè flebunt, dimittentes eam dæmonibus. Vbi tamen sciendum quod cum dicitur angelus dolere de peccatis vel pœnis hominum locutio est impropria. Nam non sunt in eis passiones, sed dolor & gaudium in eis sunt simplices actus voluntatis, & hominem quidem in vniuersali consideratum secundum naturam vellent non damnari, & hoc dicitur dolor in eis, sed consideratis circunstantiis hominis, puta peccatis cõmissis volunt ipsum puniri & derelinqui secundum quod exigit ordo diuinę iustitiæ cui se conformãt.

Deducũt post mortẽ.

Flectus angelorum.

¶ Notandum etiam quod quamuis circa istam custodiam angelorum aliquando videatur esse discordia ex his quæ habentur Dan. 10. scilicet quod princeps Persarum resistebat angelo Gabrieli ad liberationem populi Israel procurandam, tamen secundum rei veritatem nulla est contrarietas, vt dicit Gregor. in. 17. moral. tractans illud, qui facit concordiam in sublimibus. Sed ad hoc intelligendum aduertere oportet secundum Tho. in. 1. parte. q. 113. quod diuina iustitia circa diuersa regna & diuersos homines varia per angelos exerceatur. In suis autem actionibus angeli secundum Dei sententiam regulantur. Contingit autem quod in diuersis regnis & in diuersis hominibus contraria merita vel demerita inueniuntur, vt vnus

Pugna angelorum.

alteri

alteri subdatur vel præferatur. Quid autem super hoc habeat ordo diuinæ sapientiæ, cognoscere non possunt nisi Deo reuelante, vnde necesse habent super his diuinam consulere voluntatē, & sapientiā, sic igitur inquantū de cōtrariis meritis & sibi repugnantibus cōsuluat diuinā voluntatē, resistere adinuicē referuntur, non quia sint contrariæ eorū volūtates cum in hoc omnes concordent q̄ Dei sententia impleatur, sed quia ea de quibus cōsulunt sunt repugnantia. Item post mortem in pluribus hystoriis reperitur angelos bonos certamen disputationis habuisse cū angelis malis super sententiam alicuius animæ egressę a corpore de salute eius vel dānatione, semper tamen angeli prævaluerunt, vt patet in legēda Forsei episcopi quam describit Beda valde deuota. Et habes in legendis sanctorum ante festum angelorum. Alii autem angeli ducunt animas ad videndum loca pœnarum & gloriæ vt reuertentes ad corpora aliis manifestent vt in legenda beati Hyeronimi.

¶ *De patriarchis & prophetis quomodo Christum figurauerit & de Ioanne Bapti. & commendatione eius. Cap. 7.*

PAraui lucernam Christo meo: inimicos eius iudam confusione. psal. 131. Vidit Ioannes in Apocal. sua. 24. seniores in ecclesia triumphāti circa thronum Dei & agni qui coronas suas de capite deponebant ante thronum Dei adorantes & laudantes Deū. Hi non immerito intelligi possunt patriarchæ & prophetę veteris testamenti qui lustrarunt ecclesiam doctrinis & exemplis, & nunc coronati triumphant in cœlo: a Deo totum quod meriti sint & glorię est in eis recognoscentes, & hoc est coronas deponere. Si quidē. 12. sunt prophetæ minores, quatuor maiores, scilicet Hieremias Esaias Ezechiel & Daniel, quintus erat Iob gentilis. Quinq; sunt patriarchæ magis nominati eos tempore prę cedētes Noe, Abrahā, Isaac, Iacob, & Ioseph. Dauid quoque prophetam & patriarcham nominat Pe. apostolus in actibus apostolorū, sic sunt. 13. Moyses legislator propheta summus & dux populi primus. Hi & alii sancti uere testamenti fuerunt lucernæ seu stellę parate ante Christum. Nam lucerna esse lege dicit Salo. Prouer. 6. Lucerna est & lex & mandatū lux. Prophetias esse lucernas apertè insinuat princeps Apostolorum di. Habetis propheticum sermonem cui benefacietis attendentes tanquam lucernæ in caliginoso loco, & ps. 118. Lucerna pedibus meis verbum scilicet in lege & prophetis scriptum, sed & Ioan. Bap. propheta & patriarcha spirituale apostolorum terminus legis & prophetarū, quia lux & prophetæ vsque ad Ioannem scribitur Matt. 11. nominatur a Christo lucerna Io. 5. Ille scilicet Ioannes erat lucerna ardens & lucens. Hi etiam dicuntur stellæ scilicet patres ve. testam. Dan. 12. qui ad iustitiam eruditi plurimos quasi stellas in perpetuas æternitates. Et eadem ratione, nam vsus lucernæ communiter est de nocte, & stellę de nocte illuminat. Nam superueniēte matutina luce nec stellæ apparent nec lucernis vtimur. Tempus vtique veteris testamenti fuit tanquam nox propter tenebras errorum & ignorantiæ veritatis. Ne ergo omnino remaneret obscura ecclesia gloriosus Deus in firmamento cœli ideſt ecclesiæ fecit oriri diuersas stellas diuersis temporibus qui cursum suum perficerent super nostrum Orizontem, & sic mundum illustrarent & de agendis & mysteriis credendis suis exemplis & doctrinis. Denique vt Lucifer apparuit Ioannes Bap. quòd præcedit ortum solis. Nam post cum populus qui ambulabat ī tenebris vidit lucē mag. Esa. 9. Quilibet ergo illorum vt stella & lucerna fuit paratus ante Christum. Nam oculis ægris odiosa est lux & præcipue cū est magna & reuerberat oculos tenebris assuetos, sed præcedentibus paruis luminibus lucernarum vel stellarum præparata est acies inualida mentis humanæ ad solem iustitiæ Christum & doctrinam eius lucidissimam suscipiendam. Et per hanc lucem stellarum & lucernarum inimici Christi & ecclesiæ induuntur cōfusione de suis erroribus & vitiis quæ omnia conuincuntur & arguuntur doctrina & exēplis cōuersationis eorū. Vnde & de Ioanne Bap. vltima stella dixit Deus Malach. 3. Ecce ego mitto angelū meū qui præparabit &c. Ne igitur nox veteris testamēti q̄ iam prę cessit remaneret obscura viatoribus, sed aliquod lumen adesset cuius illustratione operari virtuosē valerent, & notitiam fidei perciperent de salute consequenda per Christum in cœlo ecclesiæ apparuerunt, vt sydera & lucerna præfati & patriarchæ & prophetæ diuersis tēporibus. Horum prius & pater omnium fuit Adā qui mundum innocentia illustrauit ante lapsum in paradiso, sed post lapsum pnīa. Nā vt dicitur Sap. 10. Eduxit illum Deus a delicto suo scilicet per pœnitentiam qui & dormiens ex eo quod delatere

2. Pet. 1.

latere eius ex costa formata est vxor. Gen. 2.

Adam primus patriarcha.

Ecclesia figurauit Christus de cuius latere dormientis in cruce sopore mortis formata est vxor ecclesia, nam lancea vulnerato exiuit sanguis & aqua. Ioan. 19. signantia baptismum & eucharistiam quoad sanguinem quibus sacramentis baptismo præcepto & passione credita homines efficiuntur fideles pro esse costæ exquo facta est mulier in Adā posita est caro quia vnde ecclesia facta est fortis scilicet ex passione inde Christus quasi infirmatus est ostensa infirmitate mortalitatis.

Abel.

Sed Abel filius eius decentius vt stella orta est ad præbendum lumen permanentis innocentię qui & Christum agnum innocentem figurauit occisum propter inuidiam a fratre suo ideſt populo Iudęorum de quorum genere erat. Gen. 4. Vt stella micans splēdore fidei

Noe.

visus est Noe patriarcha. Qui deo credens in diluuio prænunciato per centum annos in antea arcam miri operis ad mandatum domini fabricauit ad se præseruandum cum familia & cunctis generibus animantium ab aquis diluuii perditionis. Gen. 6. signans & in arca ecclesiam extra quam nullus saluatur a diluuio perditionis, ac etiam dominū Iesum in sua ebriatione. Nam ex amore fructus salutis vineę suæ humanæ scilicet naturæ, quia extasim passus nudus in cruce ostensus est, quem deridens vnus ex filiis suis scilicet Cham ideſt populus Iudæorum male dictionem perfidię temporans seruitutis incurrit. Alii duo Sem & Iaphet ex reuerentia cooperientes scilicet natio Grægorum & latinorum in reuerentia suscipientes passionem Christi, benedictionem ęternam consequuntur quantum ad conuersos ad fidem, vt exponit Aug. 18. de ciui. Dei. Deinde lucerna & stella splendida in cœlo ecclesiæ ortus est

Abrahā.

Abraham qui mundum docuit integram & perfectam obedientiam ad vnam domini vocem relinquens patriam, parentes, & domū propriam. Demum filium vnigenitum in sacrificium offerens. Gen. 22. Hic vidit (dicit Christus) & gauisus est scilicet noticia sibi data in mysterio trinitatis & incarnationis quā do scilicet manens ad ilicem mambrę tribus sibi apparentibus tres vidit & vnum adorauit, quibus Sarra tria sata simile decoxit & vitulum saginatum ab eis comesta. Gen. 18. Nam etsi tres personæ sunt in diuinis vnus tamen Deus tantū colendus est in Christo. In super etsi tres substantiæ variæ sunt. s. deitas, anima, & caro, vna tamen tantum persona est Christus a nobis adorandus. Sarra ecclesia scilicet tria sata simile decocta offert comedenda, quia homines de tribus mundi partibus Asia, Africa, & Europa ad fidem conuersos & a simile vitiorum mundatos igne dilectionis decoctos offert Christo incorporandos gloria, vitulum scilicet exinde quotidie offert in sacramento altaris ab eo suscipiendum. Abrahę optimus filius Isaac māsue

Isaac.

tudine mundum radiauit, qui non renitens sed spontaneus a patre permisit se ligari & ad victimam expori, & iniurias Allophilorum circa pueros ęquanimiter tulit. Gene. 22. & 23. qui Christum egregiè figurauit, oblatus est enim quia ipsæ voluit quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam, patre permittente seuiciam Iudęorum contra ipsum qui tamen in deitate sua mortuus non est, sed aries qui cornua habebat in spinis ideſt humanitas eius spinis coronata. O quanta prudentia Iacob mūdum in suis operibus il

Iacob.

luminauit Hesperus & Lucifer non est ita clarus, hæc & primogenituræ iura sibi a Deo cōcessa vexatus a fratre lentis ædulio prudenter redemit. Ipsæ consilio matris a Deo edoctę piam fraudem pro benedictione vltima ex iure obtinenda erga patrem commisit. Gene. 27. c. Et prudentius furentem fratrem & minas eius ad remota accedens declinavit. Circumuentus Labam pluries manus eius euadens cum familia sua tota & magna substantia reconciliato germano per manus eius ad propria remeauit. Hic Christum significat qui transito Iordane mortalitatis in baculo crucis pauper dimissa domo, patria, demum cum duabus turmis angelorum scilicet & animarum ad cœlum ascendit. Nam quod benedictionem ipsæ minor a patre acceperit, significat in corpore Christi mystico quod reprobato propter perfidiam populo Hæbreorum, qui primogenitus Dei dicitur, benedictionem gratiæ & gloriæ recepit populus gentilis minor conuersus ad fidem vt dimittamus de scala visa ab eo, quæ significat mysterium incarnationis. Stella rutilans orta ex Iacob fuit patriarcha Ioseph,

Ioseph.

qui mundum clarificauit virtute castitatis exponens se morti magisquam adulterio assentiret, vt patet Genesi trigesimusnonus capitul. Christum multipliciter figurans, quia exosus scilicet a fratribus cum accusaret, puta crimina eorum ideſt reprehenderet & a fratribus traditus in manus gentium. Iuda vno ex fratribus suggerente venditione, sicut Iudas proditor, demum quia assentire noluit, synagogę appetenti copulam

lam eius ideſt quòd ſe coniungeret moribus eorum & conformaret vt purus homo accuſatus de adulterio quod ſibi ſcilicet aſcripſiſſet deitatem, vt ſibi vnitatis eſt carcerē infert per mortē ſed poſtmodum tonſo capite id eſt amoris defectib. mortalitatis, indutus veſte glorię oſtendens ſapientiā ſuā dictus eſt ſaluator mūdi rege Pharaone .i. deo ſic ordinante, vt in nomine eius omne genu flectatur cęleſtium &c. ipſę eſt diſpenſator frumentorum ſanctarum doctrinarum, per apoſtolos tempore famis verbi Dei, & ſic in fine mundi recognoſcent Iudęi cōuerſi ad veſperam famen patientes veritatis ſe fuiſſe fratrem ſuum ſed ſaluatorem mundi non infirmum & annichilatum vt intenderunt. ¶ Lucerna & ſtella maxima ſic fuit Moyſes maximus propheta & patriarcha primus dux populi, iuſtitiam mundo tradidit per legem ſibi a deo traditam, docendo deo exhibere debitum cultū per cerimonialia proximo quod ſibi eſt debitum ab offenſionibus abſtinendo per iudicaria præcepta irregulariter minimam cum ſeueritate miſcendo, ſeuere idolatras proſternendo ſuas iniurias clementer remittendo, figuram tenuit Chriſti Ieſu, qui occultatus eſt vt Moyſes in ſua infantia in Egyptum, ne occideretur a rege non Pharaone, ſed ab Herode. Magnus immo homo factus miracula multa fecit, Agnum paſchalem comedendum in ſacramento inſtituit, & ipſę comedit vtrumque figuram & figuratum. Mare intrauit baptiſmū. ſ. cū ſuis fidelibus quorū eſt ductor legem euangelium dedit Ieſus naue fortis in bello, vt ſtella ad fortitudinē perſeueranter habendam mundo illuxit & murmurantibus exploratoribus ipſæ vtiliter contradixit, cum hoſtibus bellans victoriam obtinuit & terra promiſſionis ſuis promiſſit (alias diuiſit) deſignans nomine noſtrum Ieſum ac etiam regem, nam ſcribis & phariſeis reſtitit dæmones hoſtes fortiſſimos poſtrauit, & terram promiſſionis ſuper nam intrans præmia varia ſuis diſtribuit. ¶ Quis vnquam tanta patientia homines ędificauit, vt Iob gentilis vere ſtella radioſa, nam amiſſa ſubſtantia maxima orbato cateruа filiorum vlceribus lacerato non remanſit niſi vxor ad exprobandum bona opera ſua. Amici etſi venerunt a d conſolandum eum addetrahendum & arguendum eum de hypocriſi proruperunt, vt patet in tex. ſed pro interpretatione nominis Chriſtus eſt noſter dolens qui dolores noſtros ipſæ portauit & ipſæ omnia patientiſſimè tulit vterque dicens. Sit nomen domini benedictum vt dimittamus quod ait. Credo quod redemptor meus viuit &c. de paſſione & reſurrectione tacitè prophetans. Dauid dilectionem Dei & proximi lumine ſuæ conuerſationis hominibus demonſtrauit, nam erga deum deuotiſſimus cōtemplationi frequenter inſiſtebat, vt patet in pſal. Ipſa cantores in templo inſtituit & hebdomadarios ad officiandum & coram arca Dei exſeruore nudus ſaltauit, proximi dilectione ita flagrauit, vt pro inimico peſſimo Saule cui multa beneficia contulerat mortuo fleuerit ieiunauerit occidentem occidi mandauit, & cum pluries proſequentem haberet in manibus nunquam lęſit, dominū noſtrum ipſę ſignauit, qui Goliath diabolum cum eo in deſerto bellando tribus lapidibus ideſt ſcripturæ auctoritate deuicit, ſed poſtea in cruce ſua gladio proprio ſcilicet maliciæ Goliath diaboli interemit. Nam diabolus malicia ſua induxit Iudęos ad Chriſtum occidendum extimans ſecum & alios in inferno detenturum, ſed per hāc militiam innocenter occiſus eum occidit, & vires ſuas proſtrauit, & populum dei de opprobrio illius liberauit. Prophetę quę cæteri vt Eſaias. Hiere. Ezech. Daniel, cum aliis tanquam ſtellę exemplo ſuæ conuerſationis ſanctę mūdum illuſtrarunt paſſionibus ſuis, quas primi tres pro reprehenſione vitiorum & prædicatione veritatis pertulerunt Chriſti paſſionem deſignantes & aperta teſtimonia de incarnatione & paſſione reddiderunt. Nam Eſaias de incarnatione. c. 7. ait. Ecce virgo cōcipiet & pariet filiun & vocabitur nomen eius Emanuel, quod Mattheus euangeliſta interprætatur c. 1. nobiſcum Deus. Sed de natiuitate eius & nominibus inſinuantibus magnitudinem eius. c. 9. inquit. Paruulus natus eſt nobis & filius datus eſt nobis &c. De paſſione eius ita apertè loquitur, præcipue in c. 53. per totū vt videatur tanquam euangeliſta hyſtoriā texere magis quam futura prædicere. Hiere. quoque. c. 31. Nouum faciet dominus ſuper terrā, fœmina circundabit virum Ezech. in 44. c. de porta in templo domini clauſa. per quam vir non pertranſibit ſed dominus deus ingredietur per eam & clauſa erit principi. Daniel tempus ipſum præfixit futurę incarnationis, in 70. hebdomadis annorum a tempore licentiæ datæ a Cyro rege Perſarum, de reędificatione ciuitatis Hieruſalem & mortem eius ac deſtructione Heruſalem factam p Tytum & Veſpaſianum, vt patet Danieli. 9. Hi omnes patriarchæ

Moyſes.

Ioſue.

Iob.

Dauid.

triarchiæ & prophetę non solum noctem mundi illustrarunt vitæ sanctimonia, & solem Christum oriturum prænunciauerunt verbis & figuris, sed etiam ecclesiam triumphantem credentes, & ad eam anhelantes nobis eam ostenderunt. Confitentes enim quia hospites sunt & peregrini super terram, in eo quod habitant in tabernaculis, significant se patriam inquirere meliorem id est cœlestem, Ioannes Baptista (ait Apostolus ad Heb. 11.) ¶ Post omnis prę fatas stellas appropinquante die quasi stella matutina & splendida ortus est Ioan. Bap. patriarcha discipulorum Christi & anachoritarum propheta & plusquam propheta, qui enim sanctitate conspicuus tanquam lucerna supet candelabrum venit parare domino plebem perfectam dicens Iudęis. Ego vox clamantis in deserto parate viam domini, sicut dixit Esa. scilicet c. 40. Aptissimè ergo de Ioann. Bab. intelligitur dictum psal. Paraui lucernam Christo meo, ex cuius testimonio quando scilicet quæsierunt ab eo si erat Christus inimici eius induti sunt cõfusione in ipsum non credentes. Ipsæ eum figurauit in cõceptione miraculosa, quia de sterili in nativitate gaudiosa, in annunciatione prius per Gabrielem stuporosa, in prædicatione gratiosa, in baptizatione seriosa, in passione ignominiosa. Denique ab illo sunt prompta Ioan. præconia per quem factum est cœlum, creata sunt elementa. Ait enim saluator. Matth. 11. Inter natos mu. non sur. ma. Ioan. Bap. Ex eo quod dicit, inter natos, excluditur virgo Maria maior eo, quia nata fuit non natus id est fœmina non masculus. Et cũ subditur mulierum quod nomen proprie importat mulierem a viro cognitam excluditur Christus, qui fuit natus mulieris, sed virginis qui vtique Christus sine comparatione maior Ioan. vnde subdit. Qui minor est in regno cœlorum, maior est illo scilicet Ioanne minor in regno ecclesiæ; tunc Christus secundum opi. Iudęorum. Nam miserat ad illum tanquam ad Messiam, sed secundum rei veritatem maior est Christus. Vel loquitur de angelis, quorum minimus est maior in dignitate Ioan. Bap. dum erat viator, quod autem quidam exponunt de b. Fran. qui fuit minor id est ordinis minorum institutor sed maior Ioanne, extorta nimis videtur hæc expositio & temeraria in faciendo Fran. perfectiorem vel glorioriosem Ioan. Bap. Vnus est inquit Bern. in ser. de Ioan. Bap. & secundum non habet scilicet sibi similem qui vniuersitatis humanæ transcendit assensum. Et de hoc singulariter intelligitur, paraui lucernam Christo meo. Lucerna quidem formatur ex terra vel ferro quod non incongruit Ioan. Bap. Nam terreus fuit per profundam humilitatem, dum reputatus Messias a doctoribus se vocem nunciauit quæ per se non subsistit, sed prolata immediatè deficit, ferrus per constantem mortẽ pro veritate nunciandа sustinens, sed paratur lucerna vt luceat per oleum lychinum & ignem, sic Ioan. fuit prępараtus. Oleo gratiositatis. Lychino albo puritatis, igne ardentis charitatis. ¶ Primum ostendit nomen suum. Nam Ioannes interpretatur in quo est gratia, scilicet per excellentiam. Vnde de eo fuit dictum p Gabrielem patri, spiritusancto replebitur ex vtero matris suæ. Lucæ. 1. Gratia omnis virtutis fuit in eo. Vnde Chryso. in quadam Homil. inquit Io. schola virtutum, magisteriũ vitę, sanctitatis forma, norma iustitiæ virginitatis speculũ, pudicitię titulus, castitatis exemplum, pœnitentiæ via, peccatorum venia fidei disciplina, maior homine, par angel. legis summa, euangelii sanctio, apostolorum vox, silentium prophetarum, lucerna mundi præcursor iudicis, Christi mediator, domini testis, & totius medius trinitatis. Et hic tantus datur incæstui, traditur adulterę adiicitur saltatrici. Hæc ille. Item Petr. Damianus in ser. quodam, Ioann. humanorum limes est meritorum. Quantumcunque enim apostolici senatus excellat auctoritas, quantumcunque enim vel patriarcharum fides in diuina agnitione proficiat vel oracula prophetarum ad resecanda arcana conualescat, quamtumlibet cumuletur triumphantiũ gloria martyrũ quamuis exfloreat vernans pudicitia virginum vel in verbis vitæ se exerceat lingua doctorum citra metam Ioan. omnia cohibentur nihil perfectius vltra progreditur huius incomparabile vitæ seriem non hystoriographus quispiam post eius obitum, sed archangelus ille præcipuus antequam cõceptus esset sicut & Deum, sic & huiusmodi operãda miranda narrauit. Felix partus quẽ illa excipit qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ. Noluit. n. Maria ab Elisabeth discedere donec grãdeuæ puerę ministeriũ sedulitatis impederet scilicet in partu, ille solum laudabilior est Ioan. quia cunctis cælestibus & terrenis laudatur & benedicitur creaturis. s. Christus, omnium itaque sanctorũ particeps factus est choris, quia nulla sibi virtus deficit sanctitatis, immo tanto inter oẽs insignius emicat, quanto

Sermo de Ioan. Bap.

§. 1.

actori

actori omnium per meritum sublimius appropinquat. Perpēdite quā angelica vita erat eius qui cū nullius signum virtutis ostenderet Christum, tamen esse illum omnis populus æstimaret. Hæc omnia Petr. Damianus.

Luc. 2. ¶ De puritate eius designata per lychnum album, quia de bombice leuissima canit ecclesia in hymno suo. O nimis felix meritiq; celsi nescius labem niuei pudoris &c. Et Chry. dicit ꝙ vita Io. faciebat omniū sanctorū vita apparere culpabilē. & ponit exēplū, sicut si quis poneret iuxta pannum albū & mū dū alia non munda diceret illud valde mundum, sed si poneret iuxta niuē comparatione eius diceret illū pannū album immundū, ita vita sanctorū etsi in se munda & pura fuerit, in cōparatione Io. videtur quasi immunda. Vnde & saluator vocat eū angelum dicens hic est de quo scriptū est. Ecce ego mitto angelū &c. Malach. 3. Ad motum enim angeli vixit qui nimmo & officia omniū angelorum videtur exercuisse. Angelorū scilicet dū minima nunciauit annuncians & exortans populū ad pœnitentiā. Et gaudiū est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiā agente. Lu. 15. Archangelorū dū maiora immo maxima nunciauit Christum digito ostendes quē nunciabat dicens. Ecce agnus Dei. Io. 1. virtutum faciendo miracula, nam natus patri muto loquelā restituit & in vtero matris existēs Christū agnoscens conceptū, ideò a virgine Elisabeth matrem visitante adorans exultauit. Lu. 2. Officium potestatis exibuit arcendo dœmones a mentibus eorum qui compuncti ad doctrinam eius & confitentes peccata sua accedebant ad baptismum. Officium principatuum qui docent nos prælatos reuereri, vnde de Christo loquens ait. Qui de cœlo venit super omnes est, & non sum dignus corrigiam calciamentorum eius soluere. Dominationum quæ docent erga subditos rectum dominium gerere, quia a subditis vt a discipulis habebatur in magno honore & amore apud magnates vt scribas & principes sacerdotum in timore eos durè arguens & cunctis vitiis & passionibus perfectè in se dominabatur. Officio vsus est thronorum in quibus Deus residet & iudicia sua exercet. Et Ioann. arguebat Herodem de adulterio quasi iudicans eum & in mente eius dominus perfectè quiescebat. Cherubin qui interprætatur plenitudo scientiæ, quia Ioan. habuit plenam cognitionem de Christo. Nam & Lucifer vocatur. Iob. 38. Nunquid produces Luciferum in tempore suo? Demum & ardorem habuit seraphicum, venit enim in spiritu & virtute Helyæ, vt dicitur Lu. 1. & de Helya scribitur Eccl. 48. Surrexit Helyas quasi ignis & verba eius vt facula ardebant. Et quamuis esset ita purus & in vtero sanctificatus, ex quo mortaliter peccare non poterat, tamē de se non confidens antra deserti teneris sub annis ciuium turmas fugiens petisti, canit ecclesia ne leui saltem maculare vitam famine posses. Ignem charitatis fuisse in hac lucerna ostendit Christus dicens de eo. Ioann. 5. Ille erat lucerna ardens. Nam (vt ait Bernar.) Lucere per exemplum vel doctrinam & non ardere per charitatem vanum est, quia est sicut æs sonans & cimbalū tinniens. Sicut autē tāto vnusquisq; a superno amore disiungitur quotiēs in infimis delectatur secundum Gregorium in Homil. penthecostes, ita ecōuerso quā to quis magis abstrahitur a delectationibus mundi, tantò fit capacior & aptior ad dilectionem Dei. Quis autem sanctus magis fuit abstractus ab affectione terrenorum & vsu quam Ioan. ab infantia parentes nobiles & antiquos deserens, deserta penetrans, vestitum habens de pilis camelorum pro cibo & potu habuit locustas ideſt radices herbarum secundum vnam expositionem & mel Siluestre, aquam puram bibens, pro lecto terram nudam, nec credendum est quòd vacaret ocio, sed continuè contemplationi diuinorum vnde incendebatur mens eius in Deum ℈m illud ps. 38. In meditatione mea exardescit ignis, scilicet diuini amoris, vnde & pater est ac magister Anachoritarum seu solitariorum, quæ vita seu status cum debitè exercetur, scilicet totaliter vacans contemplationi pfectior est statu Cænobitarum & actiuorum. Et quamuis Ioan. quia optimè nouerat dominum Iesum, & frater eius erat cōsobrinus ex parte matris sequendo ipsum Christum, vt apostoli audiendo doctrinam, vidēdo miracula & exempla habuisset maximam consolationem spiritualem, tamen cō formans se diuinæ voluntati intelligens vocationem suam a deo fore in desertum manere vel iuxta Iordanem, ibi fixus permanens nec Christum secutus est ad horam quando transeuntem iuxta Iordanem vidit, stabat Ioann. dicit euangelista iuxta Iordanem & uidēs Christum transeuntē dixit. Ecce agnus Dei, & duo discipuli qui erant cum eo. s. Andreas & alii secuti sunt Christū ipsæ verò ad Iordanē remansit. Sed aduerte quia quē cōsolatio propria spiritualis non potuit monere a

Officia Angelorum Io. exercuit

Ioā. non sequebatur Christū

ſtatu ad quem dominus elegerat zelus diuinæ offenſæ ardens & amor ſalutis proximi cum traxit de deſerto vel loco Iordanis ad arguendum eodem Herodem de adulterio proficiſcens. Non inuidebat ipſę gloriæ Chriſti ſuam gloriam quærens, ſed augere conabatur diſcipulis ſuis ad eum deſtinatis vt ei adhærent. Non enim ex ignorantia vel dubitatione miſit duos diſcipulos ſuos ipſæ Ioan. incarceratus ad Chriſtum interrogare, tu es qui venturus es an alium expectamus. Matth. 11. ſed ex dilectione vera ad Chriſtū, & ad diſcipulos ſuos quomodocūq; illud exponatur, nā quadrupliciter exponitur Chryſoſt. ſuper Matth. dicit quòd miſit interrogare Chriſtum non pro ſe tanquam dubitaret, ſed pro diſcipulis dubitantibus, & ex nimia affectione quam habebant ad magiſtrū ſuum Ioan. maiorem Chriſtum eſſe vix credebant ſed putabant ipſum ex humilitate ſic loqui miſit ergo diſcipulos ex parte ſua interrogantes vt audita doctrina ſua & miraculis viſis in eum crederent & ei adhærerēt. Vnde & Chriſtus hoc cognoſcens aduenientibus diſcipulis non dixit. Ego ſum Meſſias qui venturus eſt in mundo, ne videretur quaſi ſe iactare, ſed fecit multa miracula quæ prædixerat Eſaias Meſſiam facturum quæ alii non fecerunt priores, vt per hæc ſigna poſſent eum cognoſcere aduenientes. Dicitur enim Eſai. 35. Dominus veniet & ſaluabit nos, & tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorū patebunt, tunc ſaliet quaſi ceruus claudus & aperta erit lingua mutorum &c. Faciens igitur Chriſtus iſta miracula coram eis voluit quaſi dicere. Ex his poteſtis percipere ſi ſum Meſſias venturus. Ite ergo & nunciate Ioannis quæ audiſtis & vidiſtis, & ipſæ vobis declarabit quod pro vobis, & non pro ſeipſo q̄ ſiuit. ¶ Amb. autem dicit quòd per verba Io. non in fide ſed ex pietate dubitauit, ideſt, ad modum dubitantium locutus eſt, quaſi diceret, cum dignatus ſis pro hominibus incarnari, quòd etiam venias ad patiendum crucem & mortem, & non conuenit dignitati, tuæ, & tantæ innocentiæ. Sed reſpondens Chriſtus poſt miracula relata ſubdit. Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me. q.d Ego non ſolum facere miracula veni pro ſalute hominum, ſed etiam pati, ſed tanta erit cæcitas & ingratitudo hominum quod multi ſcandalizabuntur de mea morte, vnde magis deberent diligere & gratias agere. ¶ Gregorius in Homil. ait quod Ioannes miſit ad inquirendum ex illis verbis. Tu es &c. nō ſi eſſet meſſias, vel ſi eſſet pro humano genere paſſurus, quia & hoc ſciens aliis manifeſtauerat di. Ecce agnus Dei, innuens ipſum immolandum pro liberatione hominum, vt figuratum fuit in agno paſchali, ſed vt ſciret ſi moriens dignaretur etiam deſcendere ad inferna, ideſt limbum patrum & venire quo ipſæ de proximo erat acceſſurus per decapitationem, vel alium miſſurus angelum vel aliud ad educendum de tenebris, vt ſicut fuerat præcurſor ſuus in mūdo, ita fieret in limbo illis nunciando. Sed in reſponſione ſua oſtendit Chriſtus quod per ſe deſcenderet, nam ſicut corporaliter per ſe illos ſanauerat ab illis infirmitatibus, ita & animas ab illis infirmitatibus ſpiritualibus per ſe ſanaturus eſt illuminando cæcitatem mentis & claudicationem affectus & huiuſmodi & ſic ipſæ de inferno per ſe educit & liberat, vnde & illos per ſe liberaret. ¶ Hylarius verò de hac inquiſitione facit duas partes, vt prima ſit aſſertiua, ſcilicet. Tu es qui venturus es, ſecunda interrogatiua tacendo, negando ſcilicet an alium expectamus, quaſi dicat. Nullo modo alium expectamus, nec expectare debemus, quia tu es ille promiſſus & expectatus a patribus. Et ex iſto teſtimonio Ioan. quod tanquam lucerna perhibet de lumine Chriſto induuntur inimici Chriſti confuſione, ſcilicet Iudæi, dum tantam opinionem haberent de Ioanne, & eius teſtimonio non credunt quod ipſę Chriſtus fuerit qui venturus eſt ſed aliud expectant Antichriſtum quod Chriſtus cōfirmat vt credant Ioanni, cum ipſæ faceret quædam miracula quæ prædixerunt prophetæ eum facturum quæ Antichriſtus non faciet niſi quę dam ſigna fallaciter. Erat ergo Ioannes Lucerna ardens charitate & lucens manifeſta ueritate, vnde non ſolum propheta ſed pluſquam propheta dicitur a Chriſto Matth. 11. qui prædicabant veritatem. Et ſic iſta lucerna fuit parata Chriſto ad manifeſtandum ipſum. Vnde pphetæ antiquitus dicebātur videntes, quia ſcilicet illuminari a Deo videbant quæ alii non videbant, & illa communiter manifeſtabant populis. ¶ Quia ergo Ioannes dicitur propheta, videndum eſt aliq̄d de prophetia cum de ſtatu beatorū prophetarū loquamur. De prophetia datur duplex diuiſio, vna eſt Hieron. in glo. ſuper Matthę. videlicet qđ prophetia alia præſcientiæ quæ ſemper impletur, alia cōminationis quę non ſemper impletur. Secunda diuiſio eſt Auguſ. ſuper Gen. ad litteram, videlicet quod viſionum propheticarum triplex eſt genus. Vnū quod

Ioann. mittit diſcipulos ad Ieſū.

Ambr.

Greg.

Hylarius

Prophetiæ diuiſio & eius ſpes.

quod fit per ſenſus exteriores corpis. Aliud quod fit per ſpecies imaginarias. Tertia eſt quæ fit per intuitum mentis vel ſpecies intelligibiles. Tertia eſt Iſidor. in libro Etymolog. qui dicit quod prophetiarum ſeptem ſunt genera.

¶Primum eſt extaſi quod eſt veritatis exceſſus ſicut. Act. 10. Petrus vidit linteum de cœlo ſubmitti animalibus plenum immundis. Secundum dicitur viſio. ſicut Eſa. dicit ſe vidiſſe dominum ſuper ſolium excelſum & eleuatum, &c. Eſa. 6. Tertium eſt ſomnium, ſicut Iacob vidit in ſomnis ſcalam de cęlo ad terram. Quartum eſt per nubē, ſicut ad Moyſen locutus eſt dominus Exod. 19. Quintum eſt vox de cęlo, ſicut ad Abrahā intonuit vox dicēs. Ne immittas manum tuam in puerum &c. Gen. 22. Sextum eſt cum accepta parabola fit, ſicut legitur de Balaam. Numeri. 22. Septimum & vltimum genus prophetiæ eſt repletio ſpiritus ſancti, ſicut penè apud omnes prophetias. Thom. 2. 2. q. 174. ſic declarat & concordat has diuiſiones. Prima diuiſio eſt ſecundum obiectum prophetiæ. Secunda & tertia ſecundum modum prophetizandi. Et tertia compræhenditur ſub ſecunda. Obiectum igitur prophetiæ eſt id quod eſt incognitione diuina ſupra humanam facultatem exiſtens reuelatum homini. Secundum ergo horum differentiā diſtinguitur prophetia in ſpecies diuerſas ſecundum primam diuiſionem. Quod enim futurum eſt in diuina cognitione poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo prout cognoſcit Deus aliqua ,put ſunt in ſeipſis vel vt fienda ab ipſo, & horum eſt prophetia præſentię quæ falli non poteſt, & ideò ſemper impletur ſub qua comprēhenditur prophetia prędiſtinationis quæ eſt tantum de bonis rebus, vt illud. Ecce virgo concipiet, nam prēſcientia propriè eſt cognitio bonorum quam malorum. Sed cum diſtingnitur contra prędeſtinationem, tunc accipitur prēſcientia de malis. Alio modo prēcognoſcit aliqua prout ſunt in cauſis ſuis, vt cum pronunciatur vel reuelatur prophetis aliquid ſecūdum hunc ordinem ſcilicet cauſę ad effectum ſicut dicitur prophetia comminationis quę non ſemper impletur, quia aliis cauſis ſuperuenientibus impeditur, ꝙ non ſequatur talis effectus, ſicut in prophetia Niniuę, quę ſcilicet fuit prēnūciata a Iona propheta ſubuerti ſecundum prophetiā comminationis non fuit impleta, illud enim fuit pronunciatum ſecundum quod illa ſubuerſio procedebat a peccatis eorū quę iſtud merebantur, ſed quia fuit cauſa ſubtracta. ſ. malitia eorum per pœnitentiam fuit mutatus ſeu ſublatus talis effectus, & ſic de hmōi. Et ſub prophetia comminationis includitur ꝓphetia promiſſionis, quę ēt mutatur, vt patet de pēn. diſt. 1. §. prędixerat, cum. §. ſequēti. Secunda diuiſio quę eſt ſecundum modū prophetizandi poteſt diſtingui ſeccundū potentias cognitiuas, & ſecundum hoc fit ſecunda diuiſio. Nam cognitio in homine eſt perſenſum, imaginationē & intellectū. Vel poteſt diſtingui modus prophetizanti ſecundū d fferentiam prophetici influxus, & ſic ſumitur diuiſio Iſidor. Et quantum ad impreſſionem formarum imaginalium ponit Iſidor. tria pertinentia ad viſionem imaginariam propheticam, ſcilicet ſomnium quod ponit ſupra Iſid. in tertio loco ſuę diuiſionis, viſionem, quę. ſ. fit vigilando reſpectu quoruncunque communium quod ponit in ſecundo loco, & extaſim quę fit per eleuationem mētis in aliqua altiora, quod ponit in primo loco. Quantum verò ad ſenſibilia quę pertinent ad viſionē ſenſibilem ponit Iſid. alia tria, ꝙa ſenſibilē ſignū aut eſt aliqua res corporea exterius apparēs viſui ſicut nubes, quod ponit in quarto loco, aut eſt vox exterius formata ad auditum hominis delata, quam ponit in quinto loco, aut vox per hominem formata cum ſimilitudine alicuius rei, quod pertinet ad parabolam, quod ponit in ſexto loco, aut fit talis influxus per illuſtrationē intellectus, quod pertinet ad id quod ponit in ſeptimo loco, quod vocat repletionem ſpiritus ſancti, & hoc pertinet ad viſionē iutellectualem qđ eſt tertium genus viſionis propheticę. Et quia modus intelligendi noſter in via eſt per phātaſmata, nec iſtę modus propheticę viſionis qualis fuit per maxime in pſ. Dauid. Eſt ſine imaginationibus intellectui prophetę repręſentantis. Sed in hoc eſt differentia ſm Tho. inter viſionem imaginariam & intellectiuam quia in viſione imaginaria phantaſmata in tali viſione diuinitus procreantur & procurantur, in intellectuali quandoq; ſufficiūt phantaſmata quę communi modo a ſenſibus abſtrahuntur, & iſtę eſt alior & perfectior, quia manifeſtatio veritatis diuinę qui eſt in prophetia quę eſt ſecundum nudam contemplationem veritatis eſt perfectior quam illa quę eſt ſub ſimilitudine imaginum corporalium quia magis appropinquat ad viſionē patrię, ſicut etiam diſcipulus eſt melioris ingenii & intellectus qui ſine exemplis intelligit doctrinam magiſtri, quam ille qui cum exem-

Quomodo Ioannes fuit prophetа.

plis, & talis fuit prophetia Ioannis. Ioannes igitur Baptista fuit propheta, quia habuit visionem intellectualem de Christo cognoscens Dei illustratione illum hominem esse Deum. Ipsæ habuit omne genus visionis propheticæ. Sensibilem cum scilicet vidit spiritum sanctum in specie columbæ super Christum, & audiuit vocem patris dicentis. Hic est filius meus dilectus. Imaginariam quando sibi fuit dictum interius super quem videris spiritum Dei descendẽtem & manentem super eum, hic est qui baptizat scilicet interius peccata relaxando Ioan. 1. Intellectualem quando dixit, medius vestrum stetit quem vos nescitis, qui ante me factus est &c. Ioann. 1. Et cum prophetia sit de præterito præsenti & futuro secundum omnem tempus ipsæ prophetizauit. De præterito cum dixit de se quod prædixerat Esaias. Vox clamantis in deserto &c. De futuro cum dixit. Illum oportet crescere, me autem minui, quod impletum fuit & non solum quoad famam & opi. quia Ioannes qui quasi æstimatur est Christus postea æstimatus est purus homo & Christus qui dicebatur a Iudeis purus homo cognitus est & habitus Deus & homo. Sed etiam prophetauit de modo mortis, quia Christus quasi creuit exaltatus in cruce, & diminutus Ioannes quia truncatus in capite. De præsenti prophetauit occulto quando dixit. Ecce agnus Dei. Ioan. 1. Sed plus etiam quam propheta Ioannes, quia non solum prophetauit ipsæ de aliis, sed etiam de se fuit prophetatum quod non reperitur de aliis prophetis, scilicet per Esaiam. Vox clamantis, per Malachiã. Ecce ego mitto angelum meum &c. Figuratus in Helia. Plusquam propheta extitit quia non solum prænunciauit, sed digito demonstrauit qđ alii prænunciauerunt. Plusquam propheta extitit, quia parentes prophetas fecit Elisabeth cum dixit. Vnde mihi hoc vt mater domini mei veniat ad me? hoc enim cognouit quia vt dixit. Exultauit infans in vtro meo. Lucæ. 1. cap. Zacharias etiam cum scripsit. Ioannes est nomen eius prophetauit dicens. Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit &c. Plus quam propheta est, quia cœpit in vtero matris prophetare cum ad aduentum CHRISTI in vtero virginis existentis exultauit in gaudio.

¶ *De apostolis quomodo sunt principes ecclesiæ & quomodo dignificati sunt a Christo.* *Cap.* 81.

PRincipes populorum congregati sunt cũ Deo Abraham, quoniam dii fortes terræ vehementer eleuati sunt psal. 46. Et primoribus ecclesiæ tam militantis quam triumphantis cẽseatur apostoli. Nam ad Eph. 4. ponit Apostolus narrando dona collecta a Christo in ædificationem corporis sui ideſt ecclesiæ. Primo ponit apostolos, deinde prophetas & euangelistas, & in c. 2. eiusdem de fidelibus omnibus loquens ait. Estis ciues sanctorum & domestici Dei superædificati supra fundamentum apostolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide Iesu Christo scilicet doctrinam eorum, vtrunque siue testamentum siue populum Iudæorum & gentium complectitur Christus lapis angularis dictus, quia vtrunque in se coniungit. Ratio autem quæ mouit ad agendum prius de prophetis est, quia tempore præcesserunt apostolos. Et Apoc. vlt. dicitur quod murus ciuitatis scilicet supernæ Hierusalem est habens. 12. fundamenta, & in eis. 12. nomina apostolorum & agni, & post Cherubim & Seraphin incessabili voce clamantia. Sanctus &c. dominum laudat in cœlis gloriosus Apostolorum chorus. Apostolus autẽ quod græcum est interpretatur missus, quamuis ergo oẽs qui mittuntur ad prædicandũ, legitimè possunt dici fm nominis interpretationẽ Apostoli. Vnde & Barnabã ecclesia nominat apostolũ. Et Greg. dicitur apostolus Angelorum, qa eos traxit ad fidẽ, nõ propria prædicatione, sed ordinatione illuc mittẽdo prædicatores & eos instruendo, tñ p excellentiã & vsitatius 12. a Christo electi & missi ad prædicandũ ab eo dicuntur apostoli. In locũ tñ Iudæ proditoris substitutus est Matthias per sortem ab apostolis missam inter eũ & Barnabam quæ cecidit super Mathiam, vnde annumeratus est cum vndecim. Act. 1. Non excluditur a numero apostolorũ Pau. qui plus cibus laborauit vniuersum mundũ prędicatione, & epistolis dicẽs. Nã etsi nõ sit de numero duodenario, tñ vocatus a Christo de cœlo ad apostolatũ corporaliter in ꝓpria ꝑsona sibi apparẽti in aere, q̃ ꝓbat Thom. ex eo q̃ 1. Cor. 15. narrans apparitiones factas a Christo post resurrectionẽ in ꝓprio corpore diuersis ꝑsonis & vicibus subdit. Nouissimè tanq̃ aboritiuo apparuit mihi. Ego. n. sum minimus apostolorũ &c. Si ergo nõ eẽt facta apparitio.

Apostolus dicit

Qui dr alio nomine Ioseph Iustus.

Paulus apostolus.

paritio a Christo in propria persona, nō esset ad propositum. Hi ergo .12. cum Paulo sunt principes populorum qui cōgregati sunt &c. Vbi tria possunt considerari.

¶ Primo eorum dignitās veneranda, ibi principes populorum.

¶ Secundo ipsorum singularitas admiranda, ibi congregati sunt cum Deo Abraham.

¶ Tertia malignorum prauitas detestanda, ibi quoniam dii fortes terræ.

§.1. ¶ Quantum ad primum apostolos principes esse. vnde etiam dignitas ostenditur veneranda decantat ecclesia dicens. Ecclesiarum principes belli triumphales duces cęlestis aulę milites, & vera mundi lumina. Et in psal. 44. Cōstitues eos princip. super om. ter. Quilibet habuit principatū sibi a Deo decretū magnæ puinciæ vel regni. Nam Andreas fuit princi pes populi Achaiesis in Græcia. Iacobus ma ior princeps populi Hispaniæ, q̄ sibi defuit honoris in mundo, qa in capite anni passione Christi in Iudęa decapitatus est, hoc deus suppleuit post mortem, quia in maiori veneratione est corpus eius quam alicuius apostoli. Thomas princeps Indiani populi quem cōvertit Iacobus minor Hyerosolimorum populum regēs primus ibi archiepiscopus fuit, & primus missam cantauit seu legit. Philippus Syriam seu Scithiam specialiter gubernauit. Bartholomeus Armeniam & Licaoniam. Mattheus Ethiopiam nigram candidam doctrina fidei effecit. Simon prius Mesopotamiam. Thadeus eius Germanus Egyptum simul ambo Perfidā illustrunt. Mathias Iudæam in sortem accepit. Ioannes euangelista Asiam, cuius septem ecclesiis Apoc. scripsit & a quibusdam viuus adhuc opinatè creditur in Paradisum terrestrem translatus, vt cum Enoch & Helya contra Antichristum prædicet vt de statu legis euangelicæ habeatur testis Ioannes, sicut de statu legis naturæ Enoch, & de lege Moysaica Helyas habentur quod tenens dominus Ioan. Dominici in quodam suo dyalogo imperfecto scribit, licet communius credatur in patria cum cæteris in corpore & anima, quia corpus eius non inuenitur, vel in anima tantum exponentes illud, sic eum volo manere donec veniam. Ioann. vlti. quia non ad aduentum ad iudicium refertur sed ad aduentum in regno ecclesiæ iam per orbem difuso ipsæ veniet, pro eo sine martyrio in pace migraturus. Paulus princeps fuit totius penè orbis prædicando, sed Petrus non solum pontif. Galaciæ, & Capadociæ, Antiochiæ vbi prædicauit & Romæ, sed absolutè princeps fuit totius ecclesiæ, & auctoritate & iurisdictione plenaria sibi tradita, non ab apostolis cæteris vel conciliis, sed a domino Iesu Christo, cum enim dixit Ioann. vlti. Pasce oues meas, vt dicitur distinct. 22. Omnes, vnde & ecclesia canit. Tu es pastor ouium, princeps apostolorum, & Anacletus dicit quòd cæteri apostoli cum Petro pari consortio honorem & potestatem acceperunt, scilicet quoad ordinem, quia omnes episcopi ipsum que principem eorum esse voluerunt. dist. 21. In nouo, & hoc quoad iurisdictionem quæ est plenissima in Petro, non quod ipsi eam Petro dederint sed a Christo sibi datam acceperūt & communiter hi duo, scilicet. Pet. & Pau. solent dici principes apostolorum, quę meritis & gloria creduntur ęquales & alios apostolos præcellere. Vnde Ambr. be. Petr. & Paul. emiuent inter vniuersos apostolos. Et peculiari quadam prærogatiua præcellunt, verum inter ipsos quis cui præponatur incertum est, puto enim illos æquales esse meritis qui æquales sunt passione, & simili eos fidei deuotione vixisse quos simul videmus ad martyrii gloriam peruenisse. Non enim sine causa factū putamus quòd vno die, vno in loco, sub vno persecutore passi sunt. Vno die, vt a Christum pariter peruenirent. Vno in loco, ne alteri Roma deesset, sub vno persecutore vt ęqualis crudelitas vtrunque constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor pro virtute decretus est. Et Roma martyrium pertulerunt quæ principium & caput obtinet nationū, vt vbi gentilium principes habitabant, ibi ecclesiarum principes morerētur, hęc ille 2. quęst. 7. c. beati. Idem Leo papa. in ser. ¶ Principes ergo apostoli fuerunt ecclesiarum & populorum facti a domino Iesu Christo vt ecclesias gubernarent & ordinarent. Circa diuinum cultum populos meritis, & virtutum exemplis ad salutem traherent, debellando hostes interiores vitiorum. Doctrina & miraculis orbem illustrarent. Quod primum inquit Bernar. Tales decebat humani generis pastores constitui qui & dulces essent & potentes & sapientes. Dulces vt me blandè & misericorditer susciperent. Potentes vt me fortiter protegerent. Sapientes vt ad viam & per viam me perducerent quæ ducit ad ciuitatem. Hæc ille quæ Christus tradidit nobis implicitè & substantialiter. Postmodum apostoli a spiritusancto edocti in sacramentis & cerimoniis in ecclesiis

Petr⁹ & Paulus alios p̄cellunt.

Apostoli cerimonias in ecclesia instituerunt.

ſtatuẽtes. Quoad ſecundum dixerat eis Chriſtus Matth. 5. in ſermone in mõte. Vos eſtis ſal terræ, per quos alii ſcilicet condiendi ſunt & a fœtoribus vitiorum præſeruandi, & ſic luceat lux veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bona &c. vnde Chryſoſt. Miſit Deus apoſtolos ſuos ſicut ſol radios ſuos quaſi roſa ſuauitatis ſuæ odorem, quaſi ignis ſcintillas ſuas diſperſit vt ſicut ſol in radiis ſuis apparet, ſicut roſa in odoribus ſuis ſentitur, ſicut ignis in ſcintillis ſuis inſpicitur, ſic illorum virtutibus Chriſti potentia cognoſcatur. Quamuis ipſi apoſtoli a principio ſuæ vocationis habuerint ſpiritum ſanctum, tamen in die Penthecoſtes, ita fuerunt eo repleti & firmati quòd non poterant, peccare mortaliter, de venialibus autem dicit Io. in canonica. 1. c. 1. de ſe & ſociis. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. Vnde & Petrus peccauit venialiter nimis cõ deſcendendo iudæis conuerſis inducendo gẽtiles cõuerſos ad obſeruandum legalia, vt dicit Tho. poſt Augu. Fuerunt ipſi apoſtoli perfectiores ſancti quam habuerit eccleſia. Vnde glo. ſuper illud ad Ro. 8. Ipſi nos ingemiſcimus primitias ſpiritus habentes, dicit, quod ſicut apoſtoli fuerunt priores tempore ita abundantia gratiæ pleniores, quãto enim aliquod receptiuum eſt propinquius principio influenti, tanto magis recipit de influentia, & ideò quia Chriſto magis propinqui plus receperunt. Quod tertium ait Chriſtus Mat. 5. Vos eſtis lux mundi. Hinc Aug. Ex abiectiſſimis, imperitiſſimis, pauciſſimis ſcilicet apoſtolis, nobilitantur, illuminantur, multiplicantur dulciſſima eloquia, præclariſſima ingenia, copioſiſſima agmina acutorum, facundorum, aſtutorum, ac doctorum, & ſubiugantur Chriſto, & ad illuminandum orbem de neceſſariis ad credendum ẽdiderunt ſymbolum fidei in quo quilibet poſuit partem ſuam. Dicit enim Thom. 3. ſen. di. 24. ar. 2. quod articulorum Pe. princeps apoſtolorum tres in vnum complexus eſt. ſ. de vnitate eſſentię diuinę, ſecundum de perſona patris & omnipotentia eius, tertium de creatione rerum. Vnde dixit. Credo in deum patrem om. crea. cæ. & terræ. Opus enim creationis patri adiungitur propter omnipotẽtiam quæ patri attribuitur, quia eſt fons totius diuinitatis, & ideò competit Petro qui eſt caput apoſtolorum ſicut pater et trinitatis, & quia habet plenitudinem poteſtatis Petrus in eccleſia.

De cõpoſitione ſymboli p apoſtolos.

¶ Quartum ergo articulum poſuit Io. de perſona filii Dei dicens, & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, & aptè ſibi conueniebat hic articulus qui altius cæteris de generatione filii Dei ęterna & eius diuinitate locutus eſt in euangelio ſuo a quo & incæpit inquiẽs. In principio erat verbum. Articulus quintus Iacobus maior frater eius carnalis vt filius Zæbedei cõceptionem & natiuitatem temporalem Chriſti filii dei comprehendit dicens. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto natus ex Maria virgine, & ſatis aptè ex quo frater eius expræſſerat de natiuitate ęterna filii Dei, ipſæ immediatè ſubdere de natiuitate temporali cum vtraque natiuitas ſit in vna perſona filii Dei, cuius ſecundum humanitatem fuerunt conſobrini ¶ Sextum articulum de paſſione poſui Andreas dicens. Paſſus ſub pontio Pilato crucifixus, mortuus, & ſepultus, ex abundãtia cordis os loquitur, quia igitur habebat permaximè crucem in corde philocaptus ex ea, vnde cum ductus ad crucem fuit, ſalutauit eam cum gaudio magno di. Salue crux ſancta ſecurus & gaudens venio ad te, vt tu libenter ſuſcipias me diſcipulum eius qui pẽpendit in te magiſter meus Chriſtus. ¶ Septimum articulum de deſcenſu ad inferos poſuit Philippus dicens. Deſcendit ad inferos, & congruè quia ibi Chriſtus primo oſtendit partibus qui erant in limbo gloriam ſuæ diuinitas & patribus quam Philippus poſtulauerat di. Domine oſtende nobis patrem & ſufficit nobis. Octauum de reſurrectione ex prędixit Thom. dicens. Tertia die reſurrexit a mortuis, & cui aptius conueniebat hunc articulũ proponere quã Thomę ipſę qui prius de ea dubitauerat certificatus per contactum vulneris Chriſti reſuſcitati efficatius & plenius poterat de reſurrectione teſtimoniũ prębibere. Bartholomeus verò nonum adiecit articulum de aſcenſione di. Aſcendit ad cœlos. Multum enim tenebat mentem fixam in cœlum. Nam centies orabat in die & centies in nocte, & ideò decuit vt de aſcenſione in ęlum ipſæ referret. ¶ De decimo articulo, ſcilicet aduentu ad iudicium Mattheus egit dicens. Inde ven. iudi. vi. & mor. De quo aduentu plenius tractauerat quam alii euangeliſtę quomodo faciet diſceptionem de ouibus & hedis & ſententia ferenda per eum cõtra vtroque. Vndecimum articulum continentẽ in ſede perſona ſpiritus ſancti pro mulgauit. Iaco. Aphei di. Credo in ſpiritum ſanctum. Ipſę præ cæteris ſanctificatus ex vtero matris, vt quidam dicunt, & propter eminentem famam ſanctitatis appellatus iuſtus debuit de ſpiritu ſancto ſanctificationem narra-

re.

re. ¶ Duodecimum arti. continentē affectum gratiæ & gloriæ, quantum ad effectum gratię diuiserunt inter se illi duo germani. Symon & Thedeus vt boni fratres. Nam Symon in symbolo posuit bolum quoad consecutionē boni quam habemus per gratiam dicens. Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem. Qui enim in ecclesia est numero & merito, & hi sunt soli qui habent gratiam gratum facientem. Hi communicāt sanctis. i. parte habent omnium bonorum spiritualium quæ fiunt in ecclesia. Thadæus verò qui & Iudas dicitur apposuit aliam partem effectus gratiæ di. Peccatorum remissionem. Hæc autem remissio peccatorum habetur per deuotam susceptionem sacramentorum ecclesiæ actu vel habitu. Sūt enim sacramēta ipsa contentiua gratię vt medicinæ expurgātes malos humores peccatorum. ¶ Demum Matthias qui fuit vltimus inter apostolos. 12. connumeratus succedens Iudæ se suspendentis ac desperantis & inde ad infernum damnati posuit vltimum finem nostrum qui est gloria corporis & animæ, vnde dicit. Carnis resurrectionem, & hoc quoad omnes bonos & malos, vitam ęternam quoad bonos reseruatam & conferendam & econtra mortem sempiternam malis & peccatoribus inferendam. ¶ Alii tamen aliter istos articulos assignant cuilibet attribuendo vnum, sed in hoc non est magna vis quocunque eis applicentur. Hi duodecim articuli figurantur per 12. panes propositionis & p 12. lapides quos Iosue fecit de fluuio Iordanis tollere a 12. principibus populi Israel. De fluuio enim aquæ scripturæ sacrę assumpti sunt per. 12. apostolos principes populi christiani in munimentum & firmitatem Christianę fidei quos quilibet christianus baptizandus debet fateri & credere & baptizatus firmiter tenere.

§. 2. ¶ Quantum ad secundum mirandum & singulare domum certe fuit, qđ ex tot milibus hominibus mundi Deus elegerat illos duodecim apostolos. Non vos meelegistis (ait ipsę,) sed ego elegi vos. Ioan. 15. ad talem scholam collegium & cōgregationē suam congregati sunt isti principes populorū cū Deo Abraham incarnato, cui specialis de hoc fuit facta promissio & in figuram ostensio, siue in sacrificio vaccæ capree & arietis trienii. Gen. 15. Siue cum tres vidit & vnum adorauit. 18. Magna certe gratia fuit ista & inuenerabile donum, dulcedo mirabilis conuersari cum Deo incarnato videre faciem eius plenam omniū gratiarum opera eius perfectissima intueri, vt fecerunt apostoli congregati cū ipso Deo, quem singulariter fide Abraham coluit, & ideo Deo Abraham dicto, fuit ista quasi vna fruitio, vna beatitudo, vnde & ipsæ ait. Beati oculi qui vident quę vos videtis, & audiūt quæ vos auditis, multi enim prophetæ & reges voluerunt videre &c. Luc. 10. Congregati autem sunt primo cum sunt vocati ad apostolatum. Vnde dicitur Mat. 5. quòd ascendit Iesus in montem, & elegit quos voluit & fecit quod essent apostoli ponens nomina singulorum quibus fecit sermonem in monte quem describit Mattheus, in tribus continuis capitolis a quinto scilicet vsq; ad octauū exclusiuè, docens eos perfectè viuere & exemplariter, & quæ alios instruerent ab omnibus obseruanda a beatitudinibus inchoans sermone & promissione eius quod naturaliter appetitur, ad implendum cuncta alliceret. Quare autem in eo numero apostolos elegerit. Ratio non necessitatis quæ nulla fuit, sed congruitatis potest ista assignari, ad denotandum superabundantem virtutem & perfectionem eorum, nam numerus duodenarius est superabundans. Dicitur autem numerus superbundans, cuius partes aliquotæ recolletę excedunt ipsum totum. Et dicitur pars aliquota ille numerus pars totius qui in se multiplicatus constituit ipsum totum. Verbi gratia. Numeri partis duodenarii qui in se multiplicati constituunt ipsum totum duodenarium sunt isti vnum, quia vnum, duodecies multiplicatum constituit duodecim, duo quia per sex multiplicata faciunt duodecim. Tria quæ per quattuor multiplicata constituunt duodecim. Quattuor quæ per tria multiplicata faciunt duodecim. Isti ergo numeri qui dicuntur partes aliquotę duodenarii simul collecti, scilicet vnū, duo, tria, quattuor & sex, simul coniūcta constituunt sexdecim, & sic superescedit ad duodenarium, ideo igitur congruum fuit in numero. 12. congregari, vt notaretur abundans, immo & exuberās perfectio eorum in alios deriuanda. Quare autē in hoc numero elegerit Petrum magis quā Nathanael, & Andream magis quā Barnabā, & sic de aliis, non potest assignari ratio nisi posita a Marco Euangelista supra cum dixit. Elegit quos voluit, quia igitur sic voluit sic elegit. ¶ Figurati sunt autē isti. 12. apostoli per. 12. patriarchas filios Iacob, quia sicut ex illis descēdit & generatus est totus popalus fidelis veteris testamenti, ita ab his genitus spiritualiter est totus populus christianus, designantur & per duodecim exploratores terræ

Quare duodecī apostoli

Figuratur. 12. apostoli

promissionis qui ea lustrata portauerunt in uecte vitem cum vuis & melogranata illius terræ. Nume. 13. Sic duodecim Apostoli mẽte illustrata superna patria nobis promissa, & bene intellecta & gustata magnitudine & suauitate eius deportant in cruce vitẽ Christum prædicantes Christum Crucifixũ suauissimum fructum & alia bona supernæ felicitatis annunciantes. Hi sunt 12. lapides preciosi quos summus sacerdos Christus in ornamento suo quod est ecclesia vt lucentia & pulcherrima obtinet. Exo. 28. Figurantur ẽt per 12. principes tribuum Israel quæ conducebant populum per desertum collocãtes se cum populis & tribubus suis circa arcã. Alii ad Orientem, alii ad meridiem, alii ad Aquilonem qui & obtulerunt magna sacrificia in sanctificationem tabernaculi, vt patet Num. 7. Sic. 12. Apostoli per diuersas partes mundi circa Christum collocati sunt & magna sacrificia orationum & meritorum obtulerunt. ¶ Secundo congregati sunt Apostoli cũ Deo Abraham incarnato quando misit ad prædicandum, nam dicit Matth. Euangelista. c. 10. Conuocatis. 12. Apostolis dedit eis potestatẽ spirituum immundorum vt eiicerent eos, & omnem languorem curarent & posuit nomina singulorum & misit eos ad prædicandum prædicens persecutiones quas haberẽt ad cõstantiam & perseuerantiam exhortans ẽt confortans eos, etsi illiterati non dubitarẽt, quia spiritussanctus loquereturper eos, & confunderet aduersarios, & ita accidit præcipue post aduentum spiritus sancti, nam etsi scientias seu artes humanas habitualiter non haberẽt secundum Tho. 2. 2. q. 76. ar. 1. ad primum, tamen quando expediebat in disputatione vel prædicatione spiritussanctus per eos loquens in quacũq; facultate instruebat eos, put erat expediens ad conuincendum eos. Vnde & Hiero. dicit quòd quicquid aliis confert in lege domini meditatio hoc illis suggerebat spiritussanctus. Et dedit Christus formam exterioris conuersationis di. Nolite portare sacculum nec peram nec pecuniam nec calciamẽta, nec duas tunicas habeatis, gratis accepistis gratis date & huiusmodi, inducens eos ad paupertatẽ & austeritatẽ vitæ, ista. n. multũ ædificant auditores. Vbi diligenter notandũ, q̃ modus viuendi quem tenuit Christus simul cum Apostolis quoad paupertatẽ fuit istæ, vt nullus eorum haberet aliquid proprium, sed omnia haberent in communi & mobilia tantum non immobilia. Non enim possessiones habebãt domum, nec agrum vel aliquid hmõi, vnde ipse dns Iesus ait. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet, habebant ergo in cõi pecunias quæ eis eleemosynaliter dabãtur quas tenebat & ferebat Iudas Scar. in loculis vt & necessitatibus eorũ prouideret, & vt pauperibus etiã subueniret, & cum Christus dixit Iudę. Qđ facis fac citius. Ioan. 13. dicit Euangelista q̃ Apostoli non intellexerunt verbum, sed æstimauerunt q̃ diceret Iudę quod emeret necessaria ad Pascha faciendum, vel vt daret illud ægenis. Et cum Christus applicuit ad puteum in Sichar vbi sermonẽ fecit ad Samaritanam. Dicit Euangelista quod interea discipuli ierant ad ciuitatem vt emerent cibos. Ioan. 4. & hoc ex pecuniis quas in communi seruabant. Vnde August. 12. q. 1. ait, habebat dominus loculus a fidelibus oblata conseruans & suorum necessitatibus & aliorũ prouidebat &c. Idem ea. q. c. Exemplũ domini accipite conuersantis in terra, quare loculos habuit cui angeli ministrabant, nisi quia ecclesia ipsius loculos habitura erat. Itẽ ea. q. Dilectis. claret q̃ Apostoli tenebant vitam communem cũ Christicolis primitiuæ ecclesiæ, de quibus actu. Apost. 4. dicitur, quòd habebant omnia in communi. Et quamuis paupertas illa qua nihil habetur ẽt in cõi immobile, vt possessiones, vel mobile vt pecuniam & victualia nisi certa vtẽsilia ad vsus necessaria, sed dietim victus quæritur per quæstum fit arctior illa quæ fit per regulam minorum ea paupertate qua in communi habentur tãtum mobilia pro decenti tempore, non tamẽ discretior. Discretio autem est mater virtutum. 1. q. 5. præsentium. Habet. n. talis extrema paupertas multum de anxietate & sollicitudine, nec sequitur quod si Beat. Franc. vel etiam bea. Ioã. Bap. vixit in maiori paupertate vel austeritate vitæ q̃ Christus, quia venit Io. non manducans panem nec bibens vinũ, & vestimentum habens de pilis camelorum, ergo fuerunt Christo perfectiores absit hoc a sæculo, blasphemũ est hoc dicere, non enim perfectio vitæ consistit in paupertate, sed in charitate, secundum illud Coll. 3. Super oĩa charitatẽ habete quæ est vinculũ perfectionis. Paupertas autem vel austeritas non notant perfectionem, sed sunt instrumenta iuuantia ad perfectionem secundum Tho. 2. 2. qđ expresse dicit Io. Cassianus in collat. 1. Abbatis Moysi. Sciendum igitur quòd circa paupertatẽ Christi orta est hęresis Fraticellorũ tpe Io. 22. circa annos Domini 1312. asseren-

Modus viuendi Christi & Apostolorũ.

Hæresis Fraticellorum.

tibus quibusdam & pertinaciter dicentibus Christum cum Apostolis nihil habuisse in communi nec in particulari mobile, vel immobile. Et quia ex hoc sequebatur absurditas, scilicet quia vel Euangelium non videbatur vbi dicitur, quod Apostoli cum habebant loculos, vel dicere oportebat, quod si non habebat illa in communi quantum ad ius, & non dominium prout illi dicebant, quòd haberet nudum vsum illius pecuniæ, & per consequena illicitum, cum vsus in illis rebus quæ vsu consumuntur vt victualia, vel distrahuntur vt pecunia, si possit vsus separari ab ipsa re, sed qui habet ius in vsu, habet in re & dominium & proprietatem. Ad tollendum igitur absurditatē & alia inconuenientia quæ per illos dicebantur, decreuit & determinauit prædictus Ioā. 22. per extrauagantem, ad conditorem, & aliam. Ita quorundam, quòd qui pertinaciter essereret Christum cum Apostolis non habuisse aliq̄d in communi, hæreticus cænseretur, quā opi. hæreticam secutus est Aluarus in lib. de pla. ec. & multum diffusè defendit eam, sed quia subiicit se & opin. suam correctioni ecclesiæ & determinationi quam circa hoc faceret ipse Io. 22. ideò excusatur ab hæresi, adhuc forte non erat determinatum illud per ecclesiā vel non emanauerat illa extrauagās, ita quorundam. Vnde aut licuit opinari pro & contra sine incursione hæresis. Non plus hic agitur de ista materia causa breuitatis, alubi domino concedēte diffusus tractatibus. Ad ea autem quæ Christus præcepit Apostolis vt non portarent pecuniam & hmōi, de quibus dictum est, supra. Respondetur multipliciter s. vel quia non fuerunt illa præcepta sed ordinata vt cerimonialia religiosorum ad componendum mores eorum. Aliq̄n enim præceptum large sumitur pro quacunq; ordinationem, vel si fueruut præcepta, stricto modo fuerunt data ad tempus vt instrumenta eos dirigentia ad perfectionem in quibus exercerentur vt imperfecti, super quibus eos dispensauit seu relaxauit in vltima cæna quando dixit. Luce vigesimosecundo. Nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram. Et hoc tum ratione necessitatis, quia tempore passionis occultantes se propter persecutionem non inuenissent qui eis dedissent necessaria. Tum ratione perfectionis ad quam erant perducendi de propinquo per aduentum spiritus sancti cum non indigerent instrumentis talibus, ex quoniā per fectionem consecuti erant. Vel potest dici quòd ex omnibus illis mandatis hoc Christus intendebat, quòd nec ipsi, nec futuri prædicatores propter ista temporalia mouerentur ad prædicandum, & timore defectus earum a prædicatione cessarent, aut nimis sollicitarentur circa ista quęrenda, ita quod retardarentur vel impedirentur a prędicatione. ¶ Congregati sunt tertio cum Deo abraham, scilicet tempore passionis quando cum facta esset hora, scilicet vltimæ cænæ discubuit Iesus, & duodecim Apostoli cum eodem, quibus dixit. Desiderio desideraui manducare, hoc pascha vobiscum antequam patiar. Lucæ vigesimosecundo. Et tunc fecit eos principes maximos dando eis potestatem conficienda corpus & sanguinem suū & ligandi atque soluendi, tunc eos ordinauit dando eis sacrum ordinem sine sacramento exteriori, tunc eos episcopauit cum dixit. Hoc facite in meam commemorationem vt dicit glo. di. 21. In nouo. Tunc post lotionem pedum fecit prolixum sermonem quem refert Ioann. Euange. in. 13. cap. incipiendo vsque ad 17. inclusiue per maximè ad charitatem exortans & illam præcipiens & de diuinis multa eis reuelando, vt amicis optimis. ¶ Demum congregati sunt cum Deo Abraham per passiones eundo ad cœlum ad fruendum Deo. Et princeps Apostolorū Petrus p grauius martyrium sustinuit. Nā crucifixus est capite deorsum. Paulus decapitatus fuit similiter & Iacobus, Andreas crucifixus non cruci confixus: sed funibus in ea ligatus. Thomas tranxfixus, Iacobus minor a pulpito proiectus, pertica fullonis excerebratus est, Philippus etiam crucifixus, Bartholom. excoriatus, postea decapitatus fuit, Matthęus gladio per latera transuerberatus est, Symon & Thadęus a Pontificibus idolorum trucidati sunt, solus Ioann. Euangelista etsi Romę in dolium olei feruentis fuerit missus ex quo illesus exiuit vitem tamen post omnes alios Apostolos in pace finiuit, licèt aliqui (vt supra dictum est) opinentur eum adhuc viuere in Paradiso Terrestri, & per Antichristum cum Enoch, & Helya decapitandum. Cum autem in die iudicii congregabuntur omnes gentes vt iudicentur & congregabuntur cum Deo Abraham, scilicet Christo non iudicandi sed vt assessores cum CHRISTO iudicaturi. Hoc enim Christus eis promisit dicens. Vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis & vos sup duodecim thronos iudicantes duodecim tribus.

Passio Apostō.

tribus israel. Matth. 19. Sicut autem nomine duodecim tribuum intelligũtur omnes fideles, sic & sub duodecim thronis omnes qui perfectè contempserunt, mundum vt viri apostolici, vnde & Paulus non excluditur ab hoc.

§. 3. ¶ Malignorum prauitas tertio insinuatur cũ dicitur, quoniã dii sortes terræ eleuari sunt. Isti dii sunt falsi dii siue Dęmones. De quibus ps. 95. Omnes dii gentium demonia. Siue imperatores & alii reges & domini temporales siue pontifices idolorum. Hi enim videntes præcipuè Dæmones quòd apostoli per prædicationes & miracula multos. conuertebant, & de manibus Diaboli extrahæbãt & cultus falsorum deorum euacuabatur. Hi dii sortes per malitiam & potentiã naturalem vel temporalem dii terræ non cœli, dedit scilicet terrenis vel deputati terrę infernali eleuati sũt in iram indignationem, furorem vel superbiã contra prædictos principes æstimantes per mortem eorum destruere principatum eorũ cultum Christianorum. Mirabiles inquit elationes maris id est mundanorum tumentium superbia contra Deum, sed mirabilis in altis dominus ad diiciendum & exterminandum secundum illud ps. 72. Deiecisti eos dum allenarentur. Sicut enim in figuram Exo. 1. c. quãto plus opprimebantur filii Israel a Pharaone, tanto plus crescebant & multiplicabãtur. Ita populus Christianorum quanto maiores persecutiones sustinuit in tyrannis, tãto plus augebatur numero & merito. Eleuati sunt ergo ad modicum & non sustinent, vt scribitur Iob, quia igitur dii sortes terrę Dęmones eleuati sunt in superbiam cõtra principes populorum, ideò congregati sunt ipsi principes per martyrium cum Deo Abraham collocati cum principibus populi sui, id est angelis.

¶ *De martyribus & multiplici martyrio & vtilitates eius.* *Cap.* 9.

PRopter te mortificamur tota die, ęstimati sumus sicut oues occisionis, psal. 43. Post apostolos & prophetas dominum deum martyrum candidatus laudat exercitus. Vnde Iohan. Apocal. 7. c. dicit se vidisse turbam magnam in ecclesia triumphanti, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus & populis, tribubus & linguis stantes ante thronum & in cõspectu agni amicti stolis albis & palmę in manibus eorum & clamabãt voce magna dicentes. Salus Deo nostro qui sedet super thronum & agno, & omnes angeli stabant in circuitu throni laudantes Deũ. Et cum interrogatus esset Ioannes ipsæ ab vno seniorũ qui erat in circuitu throni qui essent illi amicti stolis albis cũ palmis in manibus. Respondit se nescire qui essent vel vnde venirẽt dixit illi senior. Hi sunt q̃ venerũt ex magna tribulatione & lauerũt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Et ideò sunt ante thronum & seruiunt ei die ac nocte, & qui sedet in throno habitabit super eos, & non esurient amplius nec sitient &c. ¶ Ista turba innumerabilis est sanctorum martyrũ, ideò innumerabilis, quia valdè copiosa. Dicit Hiero. quod omni die excepto die Calen. Ianuarii posset fieri festum quinque milium martyrum cum etiam post Hiero. transierũt mille anni & vltra, quibus etiã multa milia hominum martyrio coronati sunt. Et hæc multitudo collecta est ex multis nationibus mundi. ¶ Stolæ albę sunt gloria animarum quam acquisierunt ex martyrio. Vnde anima ab omni macula peccatorum purificatur, etiam quoad pœnam, & ideò dicitur quod dealbauerunt eas in sanguine agni. i. in passione in qua imitati sunt agnũ. Agnus enim immaculatus est dominus Iesus secundum humanitatem, nam qui sedet in throno est diuina maiestas, palmæ in manibus eorum est victoria quam habuerunt contra mundum in suis pœnis, sicut palma semper hyeme & æstate retinet & conseruat suã viriditatem, ita nec calore promissionum rerum mundanarum, nec frigore comminationum nel passionum defecerunt & vtilitate & constantia virtutis, vnde & cũ palma martyres pinguntur, hi ergo seruiunt Deo continuè & seruire Deo regnare est, & dominum laudant cum angelo magna voce, amplo scilicet affectu charitatis cum angelis sanctis, Et certi sunt quod nullis miseriis vitæ præsentis subiici possunt vnde apertè dicere valent pro præsenti statu, propter te morificamur &c. propter magnas tribulationes & martyria hic perpessa. Vbi tria circa martyrium consideranda sunt.

¶ Primo vt adsit causa rationabilis ibi. Quoniam propter te scilicet Deum.

¶ Secũdo vt subsit pœna exitiabilis. ibi. Mortificamur. &c.

¶ Tertio vt non desit constantia infatigabilis. AEstimati sumus. &c.

¶ Quantum ad primum. Dicit Aug. quòd pœna scilicet per se non facit martyrem, sed causa cũ est rationalis propter deum, propter te ait. Et cum martyrium importet mortem violenter

§. 1. Quadruplex martirium.

violenter illatam, sic sumendo largè martyrium potest dici quod ex quadruplex seu ex quadruplici causa.

¶ Primo ex delicti punitione.

¶ Secundo ex gloriæ adeptione.

¶ Tertio ex perfidię obstinatione.

¶ Quarto ex vera dilectione.

¶ Primum est: quando quis propter furtum homicidium vel aliud maleficium decapitatur, suspenditur, comburitur & huiusmodi. Et quia istud non est propter te ideſt propter Deum non est propriè martyrium, & si mors violenta, saluatur quidem talis si pœnitet ipsum, & mors illa violenta patienter ferendo diminuit sibi pœnam debitam pro peccatis non tamen aureola martyrii coronatur, vnde & latro cum Christo crucifixus etsi propter maximam sui contritionem subito post mortem cum Christo fuit in paradiso ideſt Dei clara visione, non tamen martyr. Vnde quod Hier. ait de pœ. dist. 1. Importuna. Christus de cruce in paradisum latronem tulit, & ne quis aliquando seram putaret conuersionem fecit homicidii pœna martyrium. Hæc Hiero. Intelligendum est hoc non quoad aureolam, sed quoad auream ideſt sicut p martyrium propriè quis subito consequitur gloriam ita ille latro, & hoc ex magna compunctione. Non est autem laudabile istud martyrium, quia non propter Deum. Vnde Pet. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autem Christianus ideſt propter Christum, non erubescat, glorificet autem Deum sub isto nomine. 1. Petr. 4. Similiter si quis occidatur propter inimicitias partialitates rixas, propter pecunias suas habẽdas, vel dominium & huiusmodi non dicitur martyr, quia non est propter Deum. ¶ Secundo exponit quis se morti & sustinet mortem propter glorię ideſt famę acquisitionem, sicut narrat Valer. maximus de Curtio nobili Romano, qui armatus proiecit se in magnum hyatum in vrbe factum data responsione a diis quod non clauderetur talis apertura terræ nisi fortissimus miles se in eam iniiceret quæ per Curtium clausa est, & multi alii propter laudem consequendam exposuerunt & exponunt se morti, sed quia non est propter te, scilicet dominum martirium, hoc est inutile quod notat Hiero. di. Vide quantum bonum est charitas, si ita fecerimus martyrium vt velimus nostras ab hominibus reliquias venerari, & si opinionem vulgi sectantes intrepidi fuderimus sanguinẽ, huic operi non tam præmium quã pœna debetur & perfidię magis tormenta sunt quam corona victoriæ. Hęc Hiero. 1. q. 1. Vide. Tertio mortificatur quis & mortem sustinet violentam ad defendendum suam hæresim, falsam opi. schisma & huiusmodi, sicut fecerunt aliqui perfidi hæretici, & hoc martyrium est non solùm inutile, sed etiam in augmentum damnationis propter obstinationẽ malitię. Cyprianus. Secum Christum esse arbitrantur hi qui extra ecclesiam Christi colliguntur, tales etiam si occisi in confessione nominis Christi fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis enim & grauis est culpa discordię nec passione purgatur, dist. 90. c. Neque. vbi innuitur quod etiam si sit fideiis Christianus, & ne abneget fidem martyrii sustineat odium in corde habens contra aliquem, talis etiam non saluatur, quia non habet charitatem. Et Apostolus ait 1. Corin. 13. c. Si tradidero corpus meum vt ardeam scilicet pro Christo charitatem aũt non habeam nihil mihi prodest. Quod intelligendum est secundum August. quoad regnum cœlorum obtinendum illud scilicet martyrium non illi prodest, sed prodest ad tollerabilius iudicium subeundum. Et ponit exemplum di. Si quis non habens charitatem quę pertinet ad vnitatem spiritus & vinculum pacis quo ecclesia connectitur in aliquo schismate cõstitutus ne Christum neget patitur tribulationes, anguſtias, famem, sitim, nuditatem, persecutiones, pericula, carceres, vincula, tormẽta, gladium, bestias, vel flammas, vel ipsam crucem timores gehennę et ignis ęterni, non est culpanda. sed laudanda in isto patientia, de pœ. distin. 3. Si quis non habens declarans subsequenter q̃ hoc non prodest ei ad gloriam consequendã, sed quia minus punietur ex quo negauit, sed quia non propter te, ideſt Deum est morti addictus ideſt propter amorem Dei quẽ non habebat, sed propter timorem gehennę, nõ coronatur sed damnatur. ¶ Quarto sustinetur martyrium propter amorem Dei, & hic gloriosè coronatur secundum illud ps. 20. Posuisti domine super c. eius coro. de lapi. pręcioso. Et canit ecclesia, quę vox, quę poterit lingua retexere, quę tu martiribus munera prępараs rubi, nam fluido sanguine laureis ditantur bene fulgidis. Martyr est grẽcum, & latinè interpretatur testis, per excellentiã autem dicuntur martyres ideſt testes, qui propter Deum sustinent mortẽ violentam, quia non potest esse efficacius testimonium eius

vide ibi glo.

2. 1. q. 124. ar. 1.

quod

quod dicit quis vel fatur quam pro confirmando quod sit verum vel iustum sustinere mortem sibi illatam patienter. Sunt ergo martyres testes Christi per excellentiam, & Apostolus Christi. Heb. 11. c. Post mira & magna facta ob virtutem & testimonium fidei subdit de martyribus. Alii distenti sunt non suscipientes redemptionem ideſt liberationem a suis tormentis vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alii ludibria & verbera experti insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt &c. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt scilicet fideles, vel quia (vt dicit Hiero. 11. q. 3. AEstimāt, Christus sapientia est, iustitia est, veritas est, sanctitas, fortitudo. Martyr verò & propriè est non solùm qui mortem sustinet violentiā pro testificatione fidei Christianæ, sed etiam pro aliis operibus virtutum cum quis mortem sustineat magis quam assentiat contra illa agere corona martyrii decoratur. Nam & Io. Bap. martyr dicitur quia mortem sustinuit non pro confessione fidei: sed pro reprehensione adulterii. Et illa mulier venerabilis cum septem filiis mortem cum variis tormentis perpessi sunt, quorum martyrium solemnizat ecclesia & solū inter sanctos omnes veteris testamenti, quia noluerunt comedere carnes porcinas eis prohibitas tantū per legem Mosaycam, vt habetur. 2. Mach. 7. & sic de aliis.

§. 2. ¶Secundum quod requiritur ad martyrium est pœna mortis scilicet violentæ, mortificamur (inquit) tota die. Notatur autem a docto ribus Bernar. & aliis esse triplex genus martyrii sumendo large istud nomen martyriū.

Triplices martyres. ¶Primum est martyrium occisionis tantum corporalis.

¶Secundum est martyrium affectionis internalis.

¶Tertium est martyrium affectionis & operis.

¶Primum martyrium operis tantum fuit sanctorum innocentum qui passi sunt pro Christo ab Herode, in quibus enim quodam modo fuit Christus occisus, ideò enim omnes illos occidit vt Christum inueniret, fuit ergo eorum martyrium opere tantum, non enim adhuc habebant visum rationis cum essent a bimatu & infra ideſt circa duos annos a natiuitate eorum, sed quia pro Christo occisi sunt merito passionis Christi coronam acceperunt, vnde dicitur Apoc. 14. Hi empti sunt de terra ex oibus primitiæ Deo & agno ideſt de terra humani generis sublati sunt precio sanguinis Christi pro quo passi sunt coronati vt sint primitiæ primi fructus martyrum noui testamēti ad honorē Dei & Christi incarnati. ¶Vnde in cathalogo sanctorum seu lætaniis ante martyres collocantur & in oratione dicitur. Deus cuius præconiū innocentes martyres nō loquendo: sed moriendo confessi sunt. Sed & matres illorum infantiū quæ maiorē dolorē habuerunt & timorem in ipsa occisione q̄ ipsi paruuli qui de morte nō perpendebāt, piè credendū est q̄ illuminatæ sunt a Deo vt consolationē acciperēt ex spe remunerationis eorū, ex quo pp Messiā occidebant, & hoc est q̄ dicitur Mat. 2. allegando Hiere c. 31. Vox in rama, ideſt excelsis audita est, quia magnus fuit clamor, ploratus & vlulatus multus Rachel, ideſt circa illa loca Bethleem, vbi facta est talis congregatio & occisio paruulorū, quia enim ibi sepulta est Rachel, ideò ille locus Bethleem vel circa ea dicebatur Rachel. Matres igitur & nutrices quæ cō gregatæ erant in illo loco fuerunt Rachel deploraus filios & voluit consolari. Rachel ideſt tales matres & parētes paruulorum quia non sunt, ideſt non ea ratione, quia mortui erant, & amplius non erant in mundo. Nam ista est communis via & motiuum consolationis quando quis est mortuus ex quo non est in mundo nec reuersurus est inde sumere consolationem vt de re irremediabili, non autem ipsæ matres voluerunt accipere consolationem ex hac ratione, sed voluit consolari ex eo quia sunt in loco quietis & salutis, quamuis enim ad limbū descenderint, q̄a ad huc ianna paradisi aperta non erat, tñ modo sunt in magna gloria coronati, & ideò in honorem eorum cantatur loco epistolæ illud Apoc. 14. Vidi agnū stantē super montē Syon & cū eo. 144. milia habentes nomē eius &c. ponitur ibi numerus determinatus pro indeterminato, quia nescit quot fuerint, nec videtur verisimile quod tot fuerint in parua ciuitate Bethleē & finibus eius. ¶Secundū martyriū seu mortificatio est tm̄ affectus cū. s. q̄s affectat sustinere mortē violentā in honorē dei & salutē proximi q̄ est signū perfectę charitatis, & quāuis mereat magnā aureā ideſt præmiū essentiale, nō tñ aureolā, & sic intelligitur verbū Cypriani dicētis. In seruis Dei apud quos cogitat & martyriū mēte concipit animus ad bonū deditus deo iudice coronat. Aliud est enim martyriū defuisse animo, aliud animū defuisse martyrio, de pæ. dist. 1. Nunquid. Multi sancti habuerunt istud desiderium,

Idē voluntatis tantū.

derium nec tamen consecuti sunt optatum. Deb. Dominico legitur, sitiebat seruus Christi martyrium, sicut sitit cervus ad aquæ fluuium. Et de b. Martino legitur quod etsi animam gladius persecutoris non abstulit martyrii tamen palmam non amisit scilicet quo ad aurcam. Huic martyrio mentis potest annecti triplex martyrium quod ponere videtur. Primum est patientia aduersorum, vnde ait sine ferro & flammis martyres esse possumus si patientiam in animo veraciter custodiamus. Secundum martyrium affectus est compassio afflictorum. Greg. Qui dolorem exibet, in aliena necessitate crucem portat in mente. De quo Apostolus 2. Cor. 11. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Tertium est dilectio inimicorum. Greg. Ferre contumelias & odientem diligere, est martyrium in occulta cogitatione. Tertium genus martyrii, & hoc est proprium & perfectum sustinere mortem violenter ab alio illatam propter Deum vel virtutem ad quod non peruenitur nisi per cõtemptum mundi & speciali dono Dei. Vnde de martyribus ecclesia canit. Hi sunt quos retinens mundus inhorruit ipsum, nam sterili flore per aridum spreuere penitus, teque secuti sunt rex Christe bone cælitus, hi p te furias atque ferocia &c. per varios enim modos mortificati sunt. Alii cruci affixi, alii lapidati, alii decoriati, alii aquis submersi, alii ignibus combusti, alii bestiis deuorandi traditi, alii pectinibus ferreis dilaniati, alii in aqua feruenti, vel oleo bullienti, vel pumbo liquato immissi, alii membris minutatim truncati, alii plumbatis virgis diutissimè cæsi. alii fame cruciati, alii in plagis acceptis aceto & sale confricati vsque ad viscera patientia abrasi. Et quia imitati sunt Christum in morte sua, ideò coronas triumphales a Christo meruerunt. Et vt dicitur dist. 15. Sancta Romana, credendum est quod ista tormenta nõ propria virtute, sed diuina patienter tolera-
2. 2. q. 123. ar. 8. uerunt. Tantum erat gaudium partis inferioris & superioris a Deo illustratæ ad gustãdum præmium gloriæ eis paratum, & ex cõformitate voluntatis eorum ad voluntatem diuinam, & ad imitandum Christum Dominum suum in passione tantum desiderium quod redundabat illa lætitia & consolatio ad partem sensitiuam & refrigerium præstabat vt minus sentirẽt illas pœnas. Vnde & de sancto Laurentio tormenta sustinenti Amb. & Maxi. ait Corporali laborabat incendio, sed diuinus amor naturalem restrinxit ardorem. Et quamuis rex improbus ligna subiicere incendia maiora supponeret, tamen b. Laurentius has flammas fidei calore non sensit, a superari charitas Christi per flammam ignis non potuit, & segnior fuit ignis qui foris vsit quam qui intus accẽdit, neq; enim b. Laurentius ignis tormenta apposita visceribus sentire poterat, qui sensibus paradisi refrigerium possidebat. Idem seuissima persecutoris flamma superare non potuit, quia longẽ ardentius veritatis radiis mens eius accensa feruebat, & amore veritatis accensus appositam sibi extrinsecus flammam aut non sensit aut vicit, & hinc est quod in tormentis gaudebant, tyranni insultabant ad alia tormenta eis inferenda inuitabant, verba eis ostensiua magnæ dulcedinis quam sentiebãt depromebant. Laurentius ad Decium. Disce mi ser quod carbones tui mihi refrigerii præstant. Et iterum. Assatum est nullum latus versa & manduca. Et Vincentius assumptus ex eculeo atq; ad patibulum q; raptus moras carnificum arguendo ad pœnam alacriter p perabat. Et ad Dacianum dicentem sibi, vbi nunc miserum corpus tuum cernis? Respondit. Infelix has epulas semper optaui. Et Marcus & Marcellianus ad præfectum cum haberẽt pedes affixos clauis nunquam sic bene epulati sumus, vtinam permittas nos diu in his permanere. Et Tiburtius cum nudis plantis super carbones viuos incederet dicebat, videtur mihi super roseos flores incedere in nomine domini mei Iesu Christi. Et gloriosa Agatha quę glorianter ibat ad carcerem, quasi ad epulas inuitata dicebat. Quintiano iudici cum torqueretur. Ego ita delector in his pœnis, sicut qui audit bonum nuncium vel videt amicum diu desideratum, vel inuenit thesauros magnos. Et beata Catherina ad Maxentium Imperatorem sic ait. Quæcunque tormenta potes excogitare ne differas, quia carnem & sanguinem meum CHRISTO offerre desidero, sicut ipsæ pro me. Et beata Andriana Damascena, quæ cum torqueretur a tyranno dicebat. miser gaudium mihi præstas, tibi supplitium auges.

§. 3. ¶ Tertium quod requiritur ad sanctum martyrium est constantia vsque in finem. Aliqui enim fideles sustinuerunt aliqua tormenta in quibus grauioribus additis defecerunt a veritate, sed qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit, (ait dñs in euangelio) Et hoc fuit cũ dicit i psal. 43. AEstimati sumus Mat. 10. sicut oues. Astultis æstimatio est sicut mors bestia-

bestiarum quæ pro nihilo ducuntur ad occisionem, secundum illud Sap. 5. Visi sunt oculis insipientium mori & æstimata est afflictio exitus illorum. Sed apud sapientes in paucis vexati in multis benè disponentur secundum opi. & fidem, & sicut ouis vsque ad finem vitæ cum occiditur dicit bene, ita martyres benedicebant Deum in sua occisione sequentes dominum, de quo Esa. 53. dicitur, sicut ouis ad occisionem ducetur. Innocens etiam sine quærela, quæ occisio fuit reputata pro nihilo, sed inde secuta est multiplex vtilitas secundum quod prædixerat Ioan. 12. Si granum cadens in terra mortuum fuerit, multum fructum affert. Et in hymno. ceduntur gladiis scilicet martyres more bidẽtium, non murmur resonat non quærimonia, sed corde tacito mens bene conscia conseruat patientiam. ¶ Vbi sciendum quòd fructus martyrii est triplex seu vtilitas. Primus tangit proprium obiectum, secundus instruit omnem populum, tertius adducit magnum suffragium. Prima vtilitas martyrii est ipsius scilicet remissio omnis culpæ & pœnæ debitæ, & subita euolatio ad cœlum, vnde in hoc excedit baptismum, quia adultus baptizatus non fictè, aliquando non recipit remissionem omnis culpæ, puta venialis si est fixus in illo nec subito euolat, quia non tunc moritur, sed aliquando postea efficitur malus & reprobus. Vnde Cyprianus in sermone martyrum. Martyrium est delictorum finis, periculi terminus, dux salutis, patientiæ magister, domus vitæ. Nec obstat quod de sanctis martyribus legitur. Apoc. 6. quòd sub throno Dei clamãt di. Vsq; quo domine sanctus & verus non iudicas & vindicas sanguinem nostrum qui effusus est super terrã. Vnde posset alicui videri quòd appetant vindictam de inimicis quæ prohibetur, vel etiam quòd non sint perfectè beati, quia non impletur desiderium eorũ cum vindicta non fiat multotiens de illi, sed respondetur secundum Grego. in moral. quòd talis locutio nõ est aliud nisi desiderium quod habent de rehabitatione corporũ suorum naturale, quod nõ implebitur nisi in fine mundi quando fiet vindicta de malis hominibus, quod quidem desiderium subiicitur voluntati de liberate eorum quæ conformis est voluntati diuinæ quam videt esse de delatione iudicii quo vsque numerus electorum impleatur, & de hac expectatione reficiuntur propter electos qui debent assumi ad eos, & propter voluntatem diuinam, & hoc est quod ibi dicitur. Dictum est illis quòd expectarent adhuc modicum donec impleatur numerus cõseruorum eius. Et prius dicitur. Datæ sunt illis singulæ stolę albę ideſt gloria animæ, alias corporis sine anxietate expectant. ¶ Secundus fructus est, quia instruit populum. Dicit August. quòd mundus istæ contemnatur cum suis amoribus, erroribus & terroribus sanctorum martyria nos docuerunt. Dati enim sunt nobis in exemplum vitæ nostræ, vt agrediamur ardua, sufferamus aduersa, nõ refugiamus cum expedit ipsa etiam mortis tormenta quæ est vltimum terribilium. Nam & martyres similes nobis fuerunt passibiles, & aliqui valdè delicati & iuuenes & potentes, & tamẽ omnia contempserunt propter Christum & mortem subierunt. Chrysosto. Tu christianus delicatus es miles si putas te sine pugna vincere, sine certamine triumphare, exerce vires fortiter, dimica atrociter in prælio isto concerta, considera pactum quod spopondisti, conditionem quam accepisti, militiam cui nomen dedisti, hoc pacto cuncti pugnant, hac conditione vniuersi vicerũt. Constantia martyrum multum traxit mundum ad fidem cũ doctrina & miraculis. Vnde Grego. ad hoc ostendendum inducit figuram in. 30. moral. de militibus Gedeonis qui pugnauerunt contra Madianitas. 120. milia cum ipsi essent tantum. 300. electi per hanc probationem quia bibentes ad flumen non flexerunt genua, sed manu aquam proiiciebant ad eos. Hi ergo pugnantes vicerunt cum tubis lagenis fractis & laudatibus accensis. Sic milites Christi martyres intrepidi qui nõ deflectuntur ad ista tẽporalia, sed tm̃ necessaria capiunt cum fide perfectę trinitatis, hoc significat numerus trecẽtorũ & crucis Christi signatæ in litera, T, quæ est prima huius vocabuli trecentis tubis, ideſt prædicationibus insonantibus, exinde confractis lagenis terreis, ideſt corporibus suis per diuersa martyria, lampadibus accensis remanentibus in coruscatione miraculorũ, quæ fecerunt martyres post eorum mortem sic triumpharunt de mundo & diabolo. De tertio fructu dicit August. O immensa Dei pietas quæ martyrũ merita vult esse nostra suffragia, illos examinat, vt nos erudiat, illorum cruciatus nostros vult esse perfectus. Item Hierony. contra Vigilantium. Si martyres adhuc in corpore positi possunt orare pro nobis cæteris quãto adhuc pro se solliciti esse deberent quãto magis post coronas victorias & triumphos? Inducit exemplum Moysi orantis & veniam impe-

Triplex fructus martyrii.

impetrantis pro populo, & Stephani orantis in suo martyrio &c. ipsi non indigent orationibus nostris, quia vt dicitur extra de cle. missi. Cum Marthę. Iniuriã facit martyri qui orat pro martyre, sed nos eorũ suffragiis ęgemus, ita autem sunt efficaces orationes martyrum, vt dicit Augu. in sermone prothomartyris Stephani, q̃ nisi Stephanus pro Saulo orasset, ecclesia Dei Paulum non habuisset.

¶ *De confessoribus in quadruplici genere scilicet pontificum, doctorum, religiosorum & aliorum bonorum.* Cap. 10.

CONfitebuntur cœli mirabilia tua domine, ętenim veritatem tuam in ecclesia sãctorum psal. 88. Cœli possunt dici omnes iusti inquantum Deus habitat in eis, sicut dicitur habitare vel esse in cœlis, secundum illud Pater noster qui es in cœlis &c. Matth. 6. Cœlum mihi sedes est (inquit ipsę deus) Esa. vlt.) Et quia anima iusti sedes est sapientiæ, idest Dei rectè secundum Gregor. iustorum congregatio dicitur regnum cœlorum. Si autem iustis nõ datur aliqua prerogatiua. s. apostolatus, euãgelistæ vel martyris, aut virginis retinẽt sibi cõmuniter nomẽ confessoris, sicut ergo per orbem terrarum Deum sacra cõfitetur ecclesia militans, ita & in triumphante ipsum trinum & vnum voce confitentur vna nimes omnes electi. Confitebuntur ergo cœli idest confessores mirabilia tua domine. Confitebuntur quidem mirabilia potentiæ tuæ, qua ex nihilo cuncta creasti in tanta virtute & multitudine. Confitebuntur & mirabilis sapientiæ tuæ qua ea quæ nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascẽdit quæ præparauit diligentibus se & alia diuina mysteria reuelauit nobis per spiritum sanctum 1. Cor. 3. Confitebuntur & mirabilia tuæ dilectionis & beniuolentiæ qua dignatus es nostram mortalitatem susscipere ac mortem in redemptionem nostram subire. O certe mira circa nos tuæ pietatis dignatio. O inestimabilis dilectio charitatis, vt seruum redimeres filium tradidisti. Gregor. ait. Confitebuntur mirabilia potentiæ tuæ qua manum tuam aperis & imple omne animal benedictione. psal. 144. Quis ista mirabilia facere potest. Iob. 5. Qui facit magna & mirabilia & in scrutabilia absque numero. Quis ad ista non obstupescat? quis non reuereatur? quis non confiteatur & laudet? Certe si tacent homines, lapides clamabunt & confitebuntur elementa & sydera. Sed tripliciter confitebuntur cœli, idest homines iusti ista mirabilia. Primo corde credendo & venerando. Secundo ore prodendo & collaudando. Tertio opere recto pro eo operando. ¶ Debent enim cœli idest homines iusti confiteri mirabilia Dei credendo ipsa facta & honorando & colendo mente vt principium & finem omnium & ab eo cuncta recognoscere. psal. 9. Confitebor tibi domine in toto corde meo narrabo omnia mirabilia tua. Debent cœli confiteri ore ipsum de mirabilibus eius laudando & regratiando. Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, scilicet necessaria vt cum expedit. psal. 108. Confitebor domino nimis. i. valdè in ore meo, opere confiteri est virtuosè conseruari secundum deum ne sit de numero eorum, de quibus ait Apostolus. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, vt enim ait Hie. Quotiens a vitiis vincimur, totiens deũ negamus, & quotiẽs aliquid boni facimus totiens Deum confitemur. 11. quæsti. 3. Aestimant. Et de hac confessione dicit Christus. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui est in cœlis. Confitebuntur ergo cœli mirabilia tua domine corde, ore, & opere. Etenim veritatem tuam increatam quæ Deus est incarnatam qui Christus, reuelatam in intimis cordis, vel in scripturis in ecclesia sanctorum militante, de qua transitur ad triumphantem. Sed sciendum quòd horum cœlorum, idest confessorum quadripartitus est ordo seu status secundum varias cęlorum proprietates.

¶ Primi sunt aliorum pastores.
¶ Secundi sunt scripturarum doctores.
¶ Tertii sunt hęremi vel cœnobii cultores.
¶ Quarti sunt sęculi habitatores.

§. 2. De epis & curatis.

¶ Primo ergo qui collocantur in numero & statu confessorum sunt episcopi sub quibus compræhenduntur alii prælati curati, hi merito dicuntur cęli, quia sicut inferiora corpora gubernantur per superiore cęlos & planetas eorum & ex influxu cęlorum in inferioribus elementis & elementis fiunt generatio & corruptio & mutatio & omnis motus, sic ex dispositione prelatorum & ordinatione populi mouentur ad bene operandum, ad Hęb. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quę sunt ad Deum, vt scilicet dirigat eos. Et isti quandoque figurant per arietes qui sunt duces gregum. Vnde Prouer. penul. dicitur. Tria sunt quę bene gradiuntur, & quartum

quartum quod incedit feliciter. Leo fortissimus bestiarum ad nullū pauebit occursum, Gallus succinctus lumbos & Aries, nec est rex qui resistat ei, & qui stultus apparuit post quam eleuatus est in sublime. Grego. in 30. moral. hoc exponēs dicit q; Leo est Christus qui Leo de tribu Iuda vicit principem mundi Diabolum & sic nullum expauescit Gallus succinctus lumbos sunt prædicatores & doctores inter huius mundi tenebras mane nū ciantes, qui succinctos habent lumbos fluida scilicet luxuriæ in membris suis restringentes, de quibus dicetur. § sequenti. Aries est primus intra ecclesiam ordo sacerdotum scilicet episcopi qui per exempla sua gradientes populum quasi subsequentes ouium greges trahunt, quibus spiritualibus recte viuentibus nullus rex sufficit omnino resistere, qa etsi quilibet persecutor obuiet, non valet verba & intentionem eorum præpedire. scient enim ad eum ad quem desiderant & anxiè currere & moriendo peruenire. Sunt ergo Arietes spirituales patres ecclesiarum & duces gregum. Quartum quod incedit fœliciter sed non bene, dicit esse Antichristum felicem in mundi gloria sed malum & stultum. Hi ergo pastores & cœli confitebuntur mirabilia Dei. Ipsi vt Abel primus pastor innocentes obtulerunt domino sacrificium præcum & agnum immaculatum, quod dominus acceptabat inflamans super ea in cuius signum dum sacramenta offerret Martinus Pontifex globus ignis apparuit super caput eius. Ipsi tā quam Abraham ne pastores sub eo alii curati rixam facerent cum aliis, & iurgia immiscerent propter greges dimiserūt diœceses & parochias, vt terminis suis quisque contētus in latitudine se extēderet charitatis, quod fecit Dionysi. pa. 13. q. 1. Ecclesias. Confessores & pontifices isti cum Ysaac satis laborauerūt ad fodiendos puteos vt amota obscuritate sensus litteralis peruenirent ad aquam viuam intelligentiæ spiritualis, vnde greges suos adaquarent: sed Alophili hęretici vel inuidi aliqui obstruebant illos peruertentes doctrinas eorum, & aliquando falsa immiscentes, vt in Augu. Ambr. Imitati sunt quoque Iacob pastorali exercitio diu occupatū, quia nocte & die æstu verebantur & gelu propter diligentem custodiam gregis sibi commissi, fugiebatque somnus ab oculis eorum, timentes semper ne quid deuoratum a bestiis infernalibus, ratio a Deo exigeretur ab eis, duas vxores cum eo sed in spiritu habere voluerunt multo tempore seruientes pro eis Lyā, scilicet & Rachelem prius intendentes amplexibus Rachelis quæ erat venusto aspectu, scilicet contemplatiue, sed prius vtentes Lya lippis oculis: sed secunda scilicet vita actiua quæ etsi minus de diuinis intuetur fructificat tamen in septem operibus misericordiæ corporalis vel spiritualis. Mos enim est istæ huius vitæ vt prius in actiua se exercens passiones moderetur quam ad contemplatiuam veram accedat. Minati sunt insuper gregem suum cum Moyse pastore ad interiora deserti pascua supernæ patriæ a malis angelis derelictæ, ad cōtemplanda cœlestia & cum eo vlterius vsque ad rubum ardentem peruenerūt Dei loquentis ad eos interius, demum cum adolescente pastore pulchro & ruffo Dauid, cithara orationum & sacramentorum dęmonia ab obsessis eiecerunt spiritualiter & corporaliter vt patet in Fortunato episcopo Tudertino & Zenobio episcopo Florentino. Captū alias ab ore bestiæ Vrsi vel Leonis tyrannorum eruerunt, vt patet in Nicolao quoad tres barones Romanos iniustè accusatos & morti condemnatos liberatos de manibus Constantini Imperatoris ad comminationē ei factā in somnis & prius de aliis tribus innocētibus coram aliis baronibus in Mirrea in præsentia ipsius Nic. & iussu mortem euadentibus. Hi pastores angelici custodientes vigilias nostis super gregem suum. Prima vigilia scilicet iuuentutis, secunda virilitatis, tertia senectutis, semper parati quando dominus eorū veniret meruerunt per angelicas visiones & reuelationes consolari, & demum ad verbum ipsum videndum adduci, vt in figura patet Lucæ. 24. cap.

¶ Secundo scilicet doctores cœli dicuntur sue propter lumen sapientiæ, (vt dicitur Sapien. 8.) Ego feci vt in cœlis oriretur lumen. quia propter pluuiam doctrinæ de cœlo descendentem. Iaco. 5. Cœlum dedit pluuium scilicet aereum. Et hi per maximè confitentur mirabilia Dei & veritatem Christum vel veritatem scripturarum, vnde Greg. 30. mor. tractans illud Iob. Quis dedit Gallo intelligentiam, exponit de doctoribus & prędicatoribus ecclesiæ, quibus Deus dedit intelligentiam sicut Gallo & non aliis. Gallus autem dicitur habere intelligentiam per metaphoram. Aestimatio enim sensitiua, quam habet Gallus secundum quam operatur prorū pens ad cantum dicitur hic intelligentiam. Cantat enim certis horis determinatis secundum instinctum naturę, ac si haberet intelligentiam & mensuram: proportiones §. 3.

motuum

motuum cœlestiū. Vnde subdit. Quis enarrabit rationem cœlorum, & concentum cœli quis dormire faciet? Doctores ergo ecclesiæ veros assimilat gallo propter tria, quia certis & determinatis horis cantat, & quia vocem in cantu variat & quia cantando se prius alis verberat. Intelligentiam ergo primum Gallus accipit vt prius nocturni temporis horas discutiat, & tunc demum vocem exortationis emittat. Gallo igitur intelligentia attribuitur de superis quia doctori veritatis discretionis virtus vt noverit, quibus, quid, quando, vel quomodo diuinitus ministratur. Non enim vna eademque cunctis exortatio conuenit, quia nec cunctorum par morum qualitas astringitur, sæpe enim aliis officiunt quæ aliis prosunt, & pleræque herbę quæ aliqua animalia reficiunt, alia occidunt. Pro qualitate ergo audientium sancti doctores & prædicatores formabant suos sermones vt pulchrè ostendit gloriosus doctor Hierony. in epistolis suis. Circa intelligentiam Galli quæ est, quia profundioribus horis noctis valentiores ac productiores reddere cantus solet. Cum verò matutinum tempus appropinquat leniores & minutiores omnimodo voces format. Sic prædicatores discreti fuerunt. Nam cum iniquis adhuc mentibus prædicabant quasi tenebris profundæ noctis altis & magnis vocibus æterni iudicii terrores inīnuabant, cum verò auditorum cordibus veritatis lucem adesse cognoscebant virtutis clamoris sui magnitudinem in lenitatem dulcedinis vertebant, non quæ de pœnis terribilia, sed quæ præmiis blanda sunt proferebant. Item Gallus cum edere cantus parat prius alas excutit, seipsum feriens vigilantiorem reddit. Sic sancti prædicatores, cum verba prædicationis mouebant prius se in sanctis actionibus exercebant ne in se ipsis torpentes opere alios exercitarent voce & vt auctorem se dominus ostendat doctrinæ subdit. Quis enarrabit. cœlorum rationem? q. d. nullus, nisi ego quorum tamen verba cum per speciem sese nobis ostenderit sub trahit. Protinus subdit? Et concentum cœli quis videre fecit? In hac enim vita. Infirmati nostræ dominus non aperta maiestatis suæ specie, sed prædicatorum voce locutus est, vt corda adhuc carnalia, carnalis lingua pulsaret, ac postquam per mortem caro in puluerem resoluitur, & per resurrectionem puluis animatur tunc audire de Deo verba non quærimus, quia vnum ipsum quod implet omnia tam & speciem Dei verbum videmus, quod nobis tanto altius sonat, quanto x mentes nostras intima illustratione penetrat. Quid cœlorum ratio accipitur, nisi vis superna secretorum, & quid per concentum cœli, nisi concors prædicantium sermo signatur? Conditor ergo noster cum cœlorum rationem narrare cę pærit, dormire faciet concentum cœli, quia cum nobis per speciem ostenditur, nimirum prædicantium verba subtrahuntur. Vel certe cœlorum ratio est ipsa viuificatrix virtus, quæ spiritus format angelorū, dominus enim sicut est causa causarum, & sicut vita viuentuum, ita & ratio rationalium creaturaram. Tunc enim cœlorum rationem narrat cum detersa mentis nostræ caligine clara se visione manifestat, vnde ipsæ ait. Venit hora cū iā non in parabolis loquar vobis, sed palam de patre annunciabo vobis. Palam de patre annunciare se asserit, quia per patefactam tūc maiestatis suę speciem & quomodo ipsæ non impar oriatur, & quomodo vtriusque spiritus vtrique coęternus procedat ostendit. Aperte. tunc videbimus quomodo hoc quod ortum est ei de quo oritur subsequens non est, quomodo his qui processione producitur a proferentibus non præitur. In diuinis enim sunt duo procedētes, vt orthodoxa fides affirmat, filius enim a solo patre procedit. Spiritussantus verò a patre & filio in diuinis procedit. ¶ Pro horum pleniori notitia est cautè aduertendum quòd in diuinis sunt duæ processiones scilicet processio verbi, & quædam alia. Ad cuius euidentiam considerandum est, vt dicit sanctus Thom. 1. parte. q. 27. quòd in diuinis non est processio, nisi secundum actionem quę nō tēdit in aliquid extrinsecum, sed manet in ipso agente. Huius autem actio intelligibilis natura est actio intellectus & actio voluntatis. Processio autem verbi attenditur secundum actionem intelligibilem. ¶ Secundum autem operationem voluntatis inuenitur in nobis quædam alia processio scilicet processio amoris secūdum quòd amatum est in amante, sicut per conceptionem verbi res dicta vel intellectam est in intelligente, vnde & præter processionem verbi ponitur alia processio in diuinis quæ est processio amoris. Processiones quidem in diuinis non possunt accipi nisi secundum actiones quæ in agente manent huiusmodi autem actiones in natura intellectuali & diuina non sunt nisi duæ, scilicet intelligere & velle quæ sunt actiones

Doctores assimilatur Gallo.

Duæ sūt processiones in diuinis.

immanentes, igitur relinquitur quòd nulla alia proceſſio poſſit eſſe in diuinis niſi verbi, & amoris, hæc tamẽ myſteria in via perfectè cognoſcere nõ valemus, ſed in futura patria Deo dante apertè videbimus quomodo, & vnum diuiſibiliter tria ſunt, & indiuiſibiliter tria vnum. Lingua igitur tunc narrantis Dei eſt viſa claritas ſubleuantis. Et concentus cœli dormiet quia apparente in iudicio retributore operum exortationum verba ceſſabunt, ſed abbreuiatim cœli ergo, ideſt doctores & prædicatores confitentur & confitebuntur mirabilia Dei. Et rationem horum cęlorum quo ad diuina myſteria fidei Deus enarrat in futuro, tunc ceſſabit concentus cęli, ideſt, concors vox prædicatorum. De decem & octo proprietatibus cœlorum quæ congruunt prædicatoribus vt ſint cęli narrantes gloriam Dei & confitentes mirabilia ſua habes ſupra in titulo de prædica. in prin. ibi multa de materia & forma & qualitate p̃ dicatorum, de aureola quæ reſeruatur talibus, habes ſupra eo. ti. de aureolis.

§ 4. De Anachoritis. ¶ Tertium genus confeſſorum, vt patet ex catalogo ſanctorum, ſunt de quibus agitur in uitis & collationibus patrum ſancti Anachoritæ, ſcilicet. Horum primus dicitur Paulus primus hæremita, qui tantæ perfectionis fuit vt Bea. Anto. animam eius, egreſſam de corpore in choro angelorum viderit collocari i Additi ſunt eis Cœnobitæ viuentes in congregatione, etiam contemplationi dediti, vt monachi omnes quorũ Benedictus dicitur primus pater in occidentali eccleſia, Baſilius in orientali quamuis & prius etiam multi patres præfuerunt magnis congregationibus, vt Antonius. Pachomius, Iſidorus & alii, ſed non ita ſub determinatis regulæ & cerimoniis quibus aggregati ſunt canonici regulares tanquam cõtemplatiui. Ex quibus fuit vnus Hugo. de Sancto Victo. magnus magiſter & deuotiſſimus homo. Succeſſerunt mendicantes quorum primi inſtitutores fuerunt. Dominicus de Hyſpania Franc. in Italia, replentes totum orbem ſemine cum aliis ordinibus Hæremitarum, Carmelitarũ, & Seruitarum. Hi tenent ſtatum medium inter clericos ſeculares & monachos, vnde & de vtroque participant. Nam a ſtatu monachali accipiunt contemplationem in ſtudiis & officiis, & modeſtiam in cerimoniis & abſtinentiis. A clero accipiunt actionem, ſcilicet prædicandi, viſitandi infirmos, audiendi confeſſiones & huiuſmodi. Hi omnes ergo cęlo merito comparantur, quia ſicut cęli exaltantur a terra. Eſaia primo, & valde, ita prædicti eleuati fuerunt in altiſſimis contemplationibus a terra ſeparati, ideſt affectu terrenorum. Confeſſi ſunt & confitebũtur hi cęli mirabilia tua, & cætera. De quorum conuerſatione & contemplatione dicit Iob. Quis dimiſit onagrum liberum in ſolitudine & vincula eius qui ſoluit, cui dedi in ſolitudine domum, & tabernacula eius in terra ſalſuginis, cõtremuit multitudinem ciuitatis vocem exactoris non audit, circunſpicit montes paſcuæ ſuę, & virentia quæque perquirit, quæ verba exponens Gregor. in trigeſimo libro Moral. dicit. Onager qui in ſolitudine moratur, non incongruè, vitam eorum ſignificat, qui remoti a turbis popularibus conuerſantur, qui Onager aptè liber dicitur, quia magna eſt ſeruitus ſæcularium negotiorum, cuius ſeruitutis conditione creare eſt in mnndo nihil concupiſcere, vt faciunt perfecti religioſi de quibus loquitur. Quod tamen ſingulare Dei donum eſt & ideò præmittit, quis dimiſit Onagrum liberum, & cętera? quaſi dicat nullus, niſi ego, loquitur ibi dominus ad Iob. vnde & per Oſeæ prophetam ait. Ducam eam in ſolitudine, ſcilicet animam & loquar ad cor eius. Hi ergo Onagri ſolitarii, & ſancti religioſi a Deo dimiſſi ſunt liberi a ſeruitute ſæculi qui vtique præmit per proſpera, dum appetuntur, præmit per aduerſa dum formidantur. Neque enim viri religioſi appetunt proſpera nec timent aduerſa, & a ſeruitute vxorum, filiorum, familię, & dominorum temporalium immunes ſunt. Horum onagrorum dominus vincula ſoluit quia diuino adiutorio interita carnalium deſideriorum retinacula diſſumpũtur & affectus amicorum, & parentum & mundanæ conſuetudinis ligamina diſſoluuntur. Dedit quoque eis dominus in ſolitudine domum, quia ad literam ſolitarii habitabant in locis ſi veſtribus ne inuenirentur ab hominibus vel paucis a quibus præpedirentur præ ſuis aſſiduis meditationibus. Vnde non ſolum Anachoritę ſed & Cœnobitę ſancti homines in nemoribus fundabant monaſteria in locis remotis a ciuitatibus & caſtris, vt patet de beato Benedicto, Bernardo, Rombaldo, Ioanne Gualberti Florentino, & aliis, ſed quia non prodeſt ſolitudo corporis ſi ſolitudo defuerit mentis. Hi etiam habuerunt pomum ſolitudinis mentis, quia ſeparati ſum a tumultu & ſtrepitu mundanarum cogitationum, & affectionum, tabernacula habuerunt in

terra

terra salsuginis, quia quamdiu in huiusmodi vitæ tabernaculo vixerunt, ad supernam patriam desiderii sui quotidiani æstibus accenduntur. Salsugo enim sitim solet accendere incessanter quippe ipsi sancti accenduntur, vt sitiant, sitiunt vt satientur, secundum illud. Sitiuit anima mea ad Deum fon. & cætera, & Matth. quinto. Beati qui æsuriunt & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur. Contempserunt multitudinem ciuitatis, non solum sensus exteriores, visus, auditus & alios coercentes, sed etiam latam viam per quam multi incedunt. Reliquerunt propriam voluntatem seu sensualitatem sequentes, & arcta viam a paucis ingressam eligentes. Considerantes enim solerter a quo & ad quod creati sunt, & recta consideratione acceptæ imaginis sequi vulgi similitudinem sunt dedignati, non audierunt vocem exactoris, quia diaboli fortiter tentantis suggestionibus non consenserunt fortes tentationes fuerunt magni clamores diaboli petentis assensum & visibiles & inuisibiles pugnas sustinuerunt, vt patet in Benedicto tentato cum se nudum volutauit in spinis Bernard. in aqua congelata. Franciscus in niuibus, vt non audirent vocem exactoris vel etiam exactor dicitur corpus, quia quotidie exigit suam necessitatem, sed tunc loquitur planè cum vult sibi dari ad voluptatem secundum instigationem sensualitatis, tunc clamat. Sancti autem religiosi hortuerunt delitias corporis, & ideò non horruerunt clamorem exactoris sed vocem exhibentis tantum a necessitatem, crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro Christi nomine portantes, & Hostiam viuam se Deo exhibentes, & inde magis apti reddebantur ad diuina contemplanda. Et subdit quod circumspicit onager montes pascuæ suæ. Montes pascuæ suæ sunt rate contemplationes internæ refectionis. Vnde in Psal. 83. Ascensiones in corde suo disposuit i valle lachrymarum, quia quos exterius continet in fletu conuallis humilitatis eos interius subleuat ascensus contemplationis. Vel etiam montes pascuæ sunt sublimes virtutes angelorum quæ idcirco hic administrando & adiuuando reficiunt, quia illic internæ contemplationis rore pinguescunt, quæ quia nos in omni certamine protegunt, ideò circumspici dicuntur, vel etiam montes pascuæ sunt altæ sententię scriptutæ sacræ. Virentia quoque quæsierunt isti onagri, spiritualia virentia sunt quæ nulla temporalitate marcescunt, sicut arentia econtra sunt omnia quæ temporaliter condita venturo fine iocunditate vitæ præsentis transitoriis rebus in æternum mensura desiderarunt. Hæc ex dictis Gregorii Finaliter quis enarrare valeat altas sanctorum religiosorum contemplationes, reuelationes, suauissimos diuinorum gustus miras abstinentias, intensa desideria erga Deum. Confitentur ergo & confitebuntur hi cœli mirabilia Dei, & Deus confessus est eos coram patre suo mirabiliter exaltando, vt Benedictum, Franciscum, Dominicum & alios. Hi ergo confessores hæremitæ, monachi, regulares canonici, & mendicantes, nó tepidi & insipidi, cupidi & elati, inertes in comessationibus & delitiis vacantes quales sunt moderni communiter, sed feruentes spiritu sapientia diuina lucidi contemptores mundi humiles in habitu interiori & exteriori peruigiles; in cibo & potu austeri deuotioni & o rationi dediti. Hi confitebuntur in cęlis & laudabunt mirabilia Dei sicut confessi sunt ore & opere vnde & multi eorum in fine vitæ uisi sunt cęlum conscendere cum multa gloria, vt peret de sancto Benedicto, Dominico, Francisco, & multis latis.

Reliquunt propriā voluntatem.

Sancti horente delitias.

§. 5. De Sancti vitā actiuā ducentibus.

¶ Post pontifices doctores & religiosos sanctos, qui vt cœli confitebuntur mirabilia Dei est quartum genus confessorum qui Deum confessi sunt sanctis operibus glorificati in patria superna, hi etiam cęli dici possunt, quia sicut mouentur continuo a primo mobili omnes alii cęli, sic & ista a Deo qui est primum mouens omnia, scilicet immobilis manens in se moti sunt ad bona operandum ,ppter quod dicitur Esa. vigesimosexto. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Et qa omnis motus nostere interprætatur quod est nobis datus ad merendum & bene operandum, ideò dicit Apostolus. Dum tempus habemus operemur bonum. Ponit autem Salomon viginti & octo tempora diuersarū operationum in quibus homo mouetur de vno ad aliud. Ecclesiast. tertio. Omnia tēpus habent, &c. scilicet opera tempus sibi congruum & aptum de vna ad aliam expositionem moralem pro nunc assumendo, reduci possunt ad quatuor status hominum iustorum. Sunt autem ista tempora combinata per contraria simul opera narrata in eis. Quarum primæ tres tangunt baptismum recipientes, secundæ tres pœnitentes, tertiæ proficientes, quartę quattuor præsidētes. Omnia

autem ista tempora sancti confessores obseruauerũt, & in eis congrua opera fecerunt.

Confessores baptismũ recipientis.

¶ Quantum igitur ad baptismum recipientes tempus eorum nascendi fuit quando per aquam baptismi nati sunt adesse spirituale Christo Ioan. primo. Ex Deo nati sunt, scilicet credentes. 1. Petr. secundo. Quasi modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, & tunc etiam in eis fuit tempus moriendi mundo, & vitę vetustę infidelium. Ad Colos. 3. Mortui enim estis & vita vestra abscondita est cum Christo. Vnde in huiusmodi signum ponitur qui baptizatur sub aqua quasi mortuus sub terra sepulturæ. Congrui etiam eis tempus plantandi, & tempus euellendi. Nam in baptismo plantantur omnes virtutes in anima secundum habitum, & in adultis ita quòd etiam in actum, & meritum exeant cooperante libero arbitrio. Hier. Plantaui te vineam meam electam omne semen verum, scilicet virtutum. Euelluntur, & tunc temporis vitia omnia nõ solum originale, sed etiam actualia in adultis quoad culpam, & pœnam. Ezechielis. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Conuenit quoque eis tempus occidendi, & tempus sanandi. Nam in baptismo occidũtur motus concupiscentiæ, vt, scilicet non dominetur rationi, non autem vt non titillent, & contra spiritum pugnent, vt sit occasio exercitij, & meriti. Vnde (ait Apostolus) Caro cõcupiscit aduersus spiritum, vt non quęcunque vultis illa faciatis. Et cum hoc tempore occidendi concurrit tempus sanandi, quia naturales vires, quæ erant vulneratę sanantur per gratiam Hierem trigesimo. A vulneribus tuis sanabo te. Omnia tamen ista in baptismo, & in iustificatione peccatoris, sunt simul tempore, sed non natura, & ordine intelligendi, etsi secundum literam fiant diuersis temporibus. Sed & nos baptismum etiam vt conseruetur, quod in innocenta debet se exercere in istis diuersis temporibus aliquando in vno, aliquando in alio, aliquando scilicet vt magis mortificetur vitiis etiam venialibus, aliquando etiam ad plantandum virtutes perfectius, & sic de aliis.

Hiere. 2

Esa. 3.

Confessores pœnitentes

¶ Pœnitentes tangunt tres sequentes combinationes. Prima est tempus lugendi, & tempus ridendi. Nam in contritione pœnitens habet lugere de peccatis commissis, secundum illud Psalm. 6. Lauabo per singulas noctes, ideſt peccata lectum meum scilicet conscientię, & lachrymis meis stratum meum rigabo ideſt permanentiam in peccato, & ex hoc sequitur tempus ridendi, ideſt gaudii, quod concipitur ex spe venię ex quo dolet, secundum illud Ps. 93. Secundũ multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lętificauerunt animam meam. Vnde & Augu. de pœnitentia: Semper doleat & de dolore semper gaudeat, de pœn. dist. 3. Si Apostolus. Secunda combinatio est tempus plãgendi, & tempus saltandi, quod pertinet ad confessionem. Plantus enim fit non solum lachrymis sed & voce, scilicet cum clamatur dolendo. Non solum ergo verus pœnitens debet lugere per contrictionem, sed & plangere vocem emittendo in confessione, ac etiam, saltare de vno ad aliud procedendo, subleuando se a terra, ideſt cum proposito ipsa dimittendi. Prouerbio 28. Qui confitetur scelera sua, & reliquerit ea, inueniet gratiam. Tertia combinatio pertinet ad satisfactionem, cum dicitur tempus spargendi lapides, & tempus colligẽdi. Lapides valdè duri ad scindẽdũ sunt durę dispositiones. s. ad retinendum alienum non vindicando iniurias & odia tenenda, ad non ieiunandũ vel restituendum famam. Istos lapides oportet spargere a se dimittendo ne fit membrũ diaboli, de quo dicitur Iob. Cor eius indurabitur quasi lapis, sed alii lapides, s. boni colligendi sunt, de quibus Apostolus ad Eph. 2. Vos coędificamini tanquam lapides viui in habitaculum dei. i. exempla sanctorũ fortium virorũ, quæ mente colligẽda sunt vt inducãt ad satisfaciendũ per bona opera.

Cõfessores pficientes.

¶ Quoad proficientes ponit tres alias combinationes. Et prima est tempus amplexandi, & tẽpus longè fieri ab amplexibus. Amplexus istę spiritualiter est actus orationis, contemplationis, meditationis & huiusmodi, i quo debet se exercere quilibet aliquando, per quem quis coniungitur cum Deo intellectu, & affectu. Can. i. Dextera illius amplexabitur me, aliquando verò abstinere debet ab huiusmodi, quando. s. oportet intendere actioni pro salute sui vel aliorum. 1. Timo. 4. Exerce te, ipsum ad pietatis opera. s. misericordiæ. Qui autem in statu coniugii aliquando debet actui coniugalis amplexus intendere causa prolis generandæ, vel reddendi debitum coniugii, vel fornicationis euitandę in se vel coniuge, aliquãdo debet ab huiusmodi abstinere causã honestatis sanitatis vel magis vt vacetur diuinis aptius. 1. Corinthior. septimo. Nolite fraudare inuicem, scilicet vir & vxor abstinendo a coniugio, nisi ad tempus,

vt

vt vacetis orationi,& rursum reuertimini in idipsum ne tentet vos Sathanas. Secunda est tempus acquirendi & tẽpus perdendi. Tempus acquirendi sapientiam, & notitiam de diuinis prꝯipuæ semper est paratum, nulla enim ætas sera est ad addiscendũ(inquit Seneca)in cuius figuram Dauid senex cum haberet ætatis plurimos annos, duxit Abisach adolescentulam quæ foueret, & calefaceret eum, & dormiret secum atque ministraret. 3.Reg.1.Hæc secundum Hiero.significat sapientiam quæ etiam in senectute est quærenda quæ calefacit mentem eius, vt continuè deseruiat ei, & cum ea quiescat. Est etiã tempus perdendi, ideſt, amittendi sapiẽtiam carnis quæ inimica est Deo, & scientiam animalem diabolicam & terrenam. Nec enim posset aliter acquirere Dei sapientiam vel virtutibus proficere. Vel etiam tempus est acquirendi vitæ necessaria pro se & suis, sicut Paulus faciebat proprii manibus laborando. Et tempus datum secundum æstimationem insipientium. Ad quem intellectum dicitur Eccles. 21. Pecuniam propter fratrem. Tertia combinatio est tempus custodiendi & tempus abiicendi. Tempus est abiiciendi quando vult mundum deserere, vt sit perfectus pauperibus dando. Semper est autem tempus custodiendi sensus suos & cogitationes, ne vagentur & tempus abiiciendi superflua & vacua. ¶ Quantum ad præsidentes siue familiis siue laicis vel aliis, sunt quatuor combinationes. Et prima est tempus scindendi & tempus consuendi. Debent.n. rectores & quilibet indebita pacta, & promissa rescindere, & frangere secundum illud. In malis promissis rescinde fidẽ, vel iniusta ordinamẽta, vel consuetudines tollere. Et consuere simul componere discordantes, & iusta statuta formare. Apostolus ad Rom.12. Cum oibus hominibus pacẽ habentes. Secunda cõbinatio est tempus tacendi & tempus loquẽdi. Veritas enim(ait Gratianus)prius tacendo discitur, & postea loquendo docetur. Debet ergo in admonendo, vel sententiando tacitus considerare quid causæ, & quid debeat admonere, & in sequenti tempore indicere, & docere. In oratione taceat quoad munda na. In exceptione officii loquatur mandando prohibendo, corrigendo, & huiusmodi. Tertia combinatio est tẽpus odii & tempus dilectionis. Cũ enim q̃s bonus est, diligẽdus est, sed malus odiendus non secundum naturam quæ bona est, sed secundum vitium. Vnde & Ps. 118. Iniquos odio habui,& perfecto odio oderam illam, ideſt, secundum vitium. Vnde Augustꝰ. Sic diligendi sunt homines, vt eorum non diligantur errores. Quarta est tempus belli, & tempus pacis, quando subiecti sunt mali tunc est tempus belli scilicet reprehendendi eos & puniendi quãdo verò sunt boni, vel ad pœnitentiam reuertuntur mali, tunc est tempus pacis,& reconciliandi sunt. Et conclusiuè quoad omnes tempus belli est vita præsens, quia militia est vita hominis super terram. Iob septimo. Sed tempus pacis perfectę erit in patria Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in requie opulenta & pacis non erit finis. Et tunc perfectè confitebuntur cęli mirabilia tua & veritatem tuã in ecclesia sanctorum. Ecce(ait Apostolus)nũc tẽpus acceptabile, secundo Corintio, sexto. Ecce nunc dies salutis, & ideò confessioni per bona opera insistendum, quia venit nox scilicet sæculi sequentis quando nemo operari potest, scilicet meritoriè. Ioann. decimo.

Cõfessores pſidẽtes.

TITVLVS XXXII.
de pœna purgatorij.

¶ *Quomodo ignis affligat animas pœna sensus. Cap.* 1.

QVia hi q̃ sunt in purgatorio ad huc nõ sunt in ecclesia triumphanti, sed militãt sub pœnis q̃bus purgantur venialia quæ secũ portauerũt egredientes animæ de corporibus, ac soluuntur reatus mortalium, ideſt debita pœnarum temporalium quibus obligati erant propter temporalia perpetrata quibus hic non satisfecerunt ad sufficientiam etsi per pœnitentiam recuperauerunt gratiam & euaserunt debitum pœnæ infernalis perpetuæ, ideò ad ecclesiam pertinent militantem, & eius suffragiis adiuuantur, vnde post pœnas vitæ præsentis temporales & spirituales, de quibus actum est breuiter aliqua tangantur de pœnis, & de statu purgandorum. Et potest induci illud Psalm. vigesimusecundus. Quod decantatur Missa defunctorum. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt vt sit locutio illarum animarum ad Deum. Et vt Grego. distin. quadragesimatertia sit rector.

Virga percurimur, baculo sustentamur. Virga igitur Dei pôt dici pœna purgatorii qua purificatæ animæ ille, tãdem consolantur in trantes gaudia vitæ æternæ. Baculus Dei sunt suffragia ecclesiæ, quibus subleuantur a pœnis, vnde citius cõsolentur ab eis liberatæ, vel baculus Dei est crux, in qua Deus humanatus fuit sustentatus. Nam & indulgentię quę aliquando extenduntur ad defunctos, & suffragia ecclesiæ, habent præcipue valorem ex cruce, ideſt passione Christi. Et ipsa Eucharistia missæ in qua repręsentatur ipsa passio est maximum suffragium pro defunctis qui sunt in purgatorio. Et sic ex huiusmodi baculo sustentantur & consolantur tandem. Vnde Danieli in lacum Leonum posito, Deus misit prandium bonum, per Abachuc in figuram, quod significat suffragium Eucharistię, vnde fuit confortatus.

§. 1. ¶ Quod autem sit purgatorium patet per auctoritatem Apostoli primo Corinth. 3. dist. Siquis edificauerit super hoc fundamentum, scilicet fidei Christianæ viuę lignum fœnum stipulam, ipsæ saluus erit sic quasi per ignem quod exponitur communiter a doctoribus de igne purgatorii quo purgantur venialia designata per lignum, fœnum, & stipulam, qa est in eis gradus grauitatis, non autem mortalia quibus animæ igne infernali perpetuo cruciantur per ea notantur vt quidam asserebant, quod Augu. reprobat tamen in libro de igne purgatorii. Et habetur di. 25. §. alias patet etiam per Grego. dicentem de quibusdam leuibus peccatis. Ante diem iudicii purgationis credendus est ignis. Et per Aug. qui de eo qui verò dolet & pœnitet de peccatis mortalibus, sed non satisfacit sufficienter in præsenti pœnis debitis pro eis sic ait. Prius purgandus est igne purgationis qui in aliud seculum distulit fructum cõuersionis, de pæ. dist. septima capitu. fina. Probatur etiam hoc ex ecclesiæ determinatione quæ præualet omni auctoritati doctorum. Nam ipsa suffragia facit continuè pro defunctis, non pro his qui sunt in inferno, quia ibi nulla est redemptio vel diminutio pœnę vel refrigeratio, nec p. his qui sunt in gloria quia non ægent, ergo pro his qui sunt in purgatorio. Hoc negare esset hæreticum. Locus autem huius purgatorii secundum legem communem a doctoribus in quarto est contiguus inferno dãnatorum quia infernus quasi infra terram in centro terræ, vel circa, secundum autem priuatam legem aliquibus videtur esse assignatum purgatorium extra talem locum in terra vt patet in quarto dialogorum per plura exempla.

¶ Duplex est autem genus pœnæ in purgatorio principaliter, ideſt pœna damni quæ est priuatio diuinæ visionis. Secunda dicitur pœna ignis in quo animæ ille detinentur. Et cũ hac duplici pœna cruciantur etiam qui sũt in inferno. Est tamen ista differentia, quia damnati in inferno perpetuo torquentur vtraque pœna absque spe suę liberationis scientes se perpetuò sine aliquo refrigerio cruciandos nunc in anima post resurrectionem vltimam in anima & corpore. Vnde & Deum blasphemant vt dicitur in ps. 73. Superbia eorũ ascẽdit semper eos punientem ipsum odio habẽtes & impatientissime & inuiti patiẽtes. Sed in purgatorio etiam vtraque pœna cruciantur damni, & sensus, hoc tamen ad tempus diuturnius & citius & grauius & leuius secundum debita eorum & sciunt se inde liberandos, etsi tempus liberationis ignorẽt nisi eis reueletur ac etiam cum sint in gratia patienter, & voluntariè ferunt tales pœnas. Et per suffragia nostra subleuãtur, solum autem in anima cruciantur. Nam post resurrectionem generalem locus purgatorii vacuus remanebit, sicut nunc limbus patrũ taliter enim purgabuntur qui in fine mundi erunt, vel augmento pœnę ad recompensandum diuturnitatem, vel quia terroribus præcedentibus iudicium ita purgabuntur quod pauca, & parua remanebuntur purganda, tum etiam quia satisfactiones sanctorum quę amplius erogari non habent in ecclesia per indulgentias & huiusmodi pro illis soluent. Et sic intelligitur illud Augustini, hic ignis, scilicet purgatorii etsi non sit ęternus, miro tamen modo est grauius. Dicitur enim non ęternus quãtum ad officium, qa (vt dictum est) post resurrectionem non purgabit aliquem, sed ęternus est, ideſt perpetuus quãtum ad substantiam, quia semper durat cum sit idem cum igne inferni, & pœna quidem damni sicut inferno, ita & in purgatorio est grauissima super pœnam ignis, & omnem aliam q̃ cogitari posset, vt dicere aptè valeat talis anima. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuũ quãdo ve. & apparebo ante faciẽ Dei mei. fuerũt mihi lachri. m. pa. die ac nocte. Cum enim anima separata a corpore intelligat Deum esse summum bonum eius & ad ipsum compræhendendnm apta existeret nisi in ea quid iuquinationis purgandę, de tali dilatione summè dolet, cum sit propter culpam suam sicut enim videre Deum, & eo §. 2.

frui

frui est maxima delectatio, ita eo priuari pro illo tẽpore ex defectu suo est summa pœna. Vnde Augnst. Alienaria regno Dei care re multitudine dulcedinis Dei, tam grandis pœna est & nulla ei possint tormenta quæ nouimus corporali. Item Chrysost. Ponamus ante oculos mentis quanti doloris est excludi & proiici a regno cœlorum, quia mihi videtur grauior gehenna, ideſt igne inferni.

§. 3. ¶ Quomodo animæ siue ī purgatorio siue in inferno ante resumptionẽ corporum cruciẽtur est difficile intelligere. Et circa hoc est quintuplex modus dicendi secundum quin que opiniones modernorũ quas recitat Petr. de Pal. in 4. dist. 44. ¶ Primus modus dicendi qui dicitur esse Durādi. in 4. scilicet est ꝙ aliter patiatur anima separata ab igne corporeo, aliter demon & anima in purgatorio. Cuius ratio est, quia ignis inferni non ponitur corporeus, nisi quia afflicturus corpora damnatorum post resurrectionem. Si enim anima solum pateretur in anima & non in corpore, nullus posuisset ignem inferni corporeum, & hinc est cógruum vt spiritus qui ad pœna corporibus reunientur, quales sunt animæ damnatorum aliter ab igne corporeo patiantur, aliter demon qui nunquam corpo ri vnitur vt forma, hi quidem ſ. animæ dam natæ secundum veritatem ille secũdum adaptationem. Animę enim damnatorum cum sciant infallibiliter quod resumptis corpori bus in igne cruciabuntur, per veram immissionem, ex ipsa consideratione ignis futuri noctui verissimè cruciantur mentaliter. Et hoc quidem plus vel minus secundum quòd maiori vel minori afflictioni corporali sciũt se resumptis corporibus adiungendas. Sic igi tur animæ dam natorum quæ corporibus re unientur ad pœnam patientur ab igne corporeo secundum veritatem, quia ille ignis an te resurrectionem vere timorem & horrorem, & per consequens tristitiam animo ingerit, qui post resurrectionem corpora cum animabus vere exurit sine consumptione tamen. Spiritus autem angelicus malus qui nunquam vnitus corpori vt forma, affligitur secundum quandam similitudinem & adaptationem. Spiritualis enim tristitia & delectatio cum sint ignoræ multitudini, oportet quòd per delectationem & tristitias exprimantur figuraliter. Et cum summus dolor sensibilis sit ille qui est ab igne, cum sit maximè actiuus, sic tristitia & dolor spiritualis qui est in angelis per suam vehementiam, etsi non esset ab igne secundum rem dicitur, tamen ab igne secundum quandam similitudinem & adaptionem. Sicut etiam cum de beatis spiritibus aliquid dicitur quod pertinere videtur ad corporalem delectationem vt quod refficiantur vel rideant, debet per similitudinem intelligi, & non corporaliter, cum tota eorum delectatio, & iocunditas sit in consecutione sui finis, & non in aliqua re corporali, sic afflictio Dæmonum consistit in tristitia quam habent de separatione a fine, in quo summè perficerentur, & delectarentur si eum attingerent, & non in aliqua re corporali, cum dicitur de eis quod in igne audeant, vel fœtoribus affligantur. De animabus autem quæ sunt in purgatorio quæ corporibus suis vnientur in resurrectione generali, sed non ad pœnam, quia purgatorium non tenetur. Idem tenendum est scilicet ꝙ affliguntur ex hoc quod retardantur ad diuinam visionem, quædam plus quædam minus. Sicut enim pœnale est ab ea excludi, sic pœnale est ab ea retardari propter vehementiam, igitur, huius pœnę possunt dici secundum quandam similitudinem, & adaptationem pati ab igne. Et huic consonat dictum Apostoli dicentis. Sic saluus erit quasi per ignem, in quo innuitur similitudo. Quod autem animæ patrum sanctorum ante Christi passionem existentes in limbo ex retardatione diuinæ visionis non affligerentur sicut nunc in purgatorio, hoc ideo fuit, quia ante passionem Christi non fuit tempus perueniendi ad visionem diuinæ essentię, cum non esset solutum debitum naturæ, quod Christi morte solutum est. Sed cum post passionem Christi sit tempus perueniendi ad visionem Dei, nisi anima propria culpa, vel obligatio ad pœnam impediat, ideo non peruenire nunc pœnale est non autem prius. Datur exemplum de filio regis qui si non peruenit ad habendum regnum viuente patre, non est ei pœnale, quia nondum est tẽpus ꝙ perueniat, sed si mortuo patre non obtineret, esset ei dolorosum. Sed istam opin. videtur Pet. de Pal. reprobare, dicit enim quod dicere quod dæmones non habent pœnas nisi carentiæ, diuinę visionis propter suum peccatum & non patiantur ab igne, non videtur tutum sentire. Cum. n. creatura rõnalis seu intellectualis, naturaliter dẽsideret beatitudinem naturalem, & supernaturalem q̃ vtranque haber spiritus, dominũ vidẽs, quia neutra harum suarum beatitudinum depẽdet a corpore, & sibi beatitudo naturalis est pẽsse

Opinio Durād.

Animæ in purgatorio.

Patres ī lymbo.

Diabolus quo mõ puniatur.

Reprobatio opiniõis.

corpori illud habet post resurrectionem, sed priuatus beatitudine supernaturali, nisi priuaretur etiam beatitudine naturali quam etiam naturaliter appetit non esset plenè miser. Nam dæmones ad completam & perfectam miseriam debēt priuari non solum beatitudine supernaturali, sed etiā naturali quæ est in sui contemplatione & prelatione creaturæ corporalis, quæ priuatio talis prælationis est, ex hoc quod subiiciuntur creaturę corporali, & infisti terre quia in centro eius est infernus, quia maxima pœna est domino superbo quod fiat seruus serui. Et ad illud qđ dicunt de verbis apostoli quasi per ignem. Dicendum quod ly, quasi, non est nota similitudinis, sed expræssio veritatis. Et illud Ioann. primo. Quasi vnigeniti a patre. Expræssa igitur intentio sanctorum circa hanc materiam est quod verè patiantur ab igne animę in inferno vel purgatorio, & ad hoc facit auctoritas. Augu. di. Ille ignis etsi non sit æternus, miro tamen modo est grauis. Excedit enim omnem pœnam quā vnquam aliquis passus est in ista vita. Secundus modus dicendi qui videtur esse Egidii ponit modum communem animę & dæmoni per veram immissionem ab igne sine immissa noua dispositione, dicunt enim sic. Ignis inferni qui idem est cum igne purgatorii, potest considerari dupliciter. Vno modo secundum se, & sic non potest agere in spiritum. Alio modo vt instrumentum diuinæ iustitię, & sic potest agere in spiritum, & ipsum verè affligere per veram immissionem. Et hoc probat per rationem & simile. Ratio est talis. Instrumentum præter virtutem naturalem videtur habere aliquam virtutem a principali agente, sicut calor qui est instrumentum animæ præter suam virtutem calefactiuam quam habet a se habet ab anima cuius est instrumentum virtutem conuerte ndi alimentum in carnem. Similiter dolabra habet ab artifice virtutem inducendi in ligno formam arcę ad quam non posset ex se attingere. Similiter ignis inferni seu purgatorii prout est instrumentum diuinæ iustitiæ habet aliquam virtutem per quam potest attingere ad aliquid vltra virtutem suæ naturę, tunc arguitur sic. Quicquid Deus potest facere mediantibus causis secundis, potest etiā facere sine eis, sed Deus potest affligere animam mediante corpore, sicut affligitur nunc sensibiliter dū est in corpore, ergo potest consimiliter affligere sine corpore. Si sic ergo ignis vt est instrumētum diuinę iustitię cum in instrumēto fit aliqua virtus (vt dictū est) principalis agentis per quam potest in aliqd in q̄ non posset ex virtute suæ naturæ. Per simile probat sic, sicut sacramenta sunt instrumenta diuinæ misericordię iustificantis, sic ignis inferni est instrumentum diuinæ iustitiæ puientis. Sed sacramēta inquantū sunt instrumenta diuinę misericordiæ agunt iustificando animam per alicuius immissionē, ergo & ignis vt est instrumentum diuinę iustitiæ affligit animam p verā immissionem. Aut hoc est qa ignis immittit aliquā formā i animā vel dęmonē, aut nō immittit formam aliq̄ sed tantū afflictionē. Si primum. s. q̄ immittit formam, tunc forma immissa aut est spiritualis aut corporalis, nō corporalis, quia anima separata non est susceptiua alicuius formæ corporalis. Nec spiritualis pōt esse illa forma: quia illa non potest esse afflictiua, quia nihil abiicit q̄ sit naturæ conueniēs, eo q̄ non habet contrarietatem ad aliquā formam naturalē, ergo nullo mō anima vel dæmon affligeretur ab igne per immissionem. Si secundum detur scilicet q̄ ignis non immittit formā aliquā nec afflictionē, hoc non pōt esse quia afflictio vel dolor non est aliud quā irremissus appetitus, contra nociuum præsens & cognitū. Sed obiectum pręcedit actō saltem in ordine, ergo oportet q̄ ignis ordine naturæ sit prius animę nociuus, & demū cognoscatur vt nociuus quam sequatur afflictio in anima. Si ergo ignis affligit per immissionem veram animā sperata per q̄ est ei nociuus oportet q̄ primum immutat aliqd q̄ noceat q̄ q̄ cognitū causet afflictionē. Petr. de Pa. opi. prędictam Egidii videtur sustinere contra rōnes Durandi. Dicit. n. q̄ cum Deus sit immediatior vnicuique rei & intimior q̄ ipsa vbi si propter coniunctionem corpus agat in spiritum virtute spiritus creati, multo magis corpus disiunctum virtute spiritus increati. Potest etiam imaginari q̄ pręter calorē quo ignis est naturaliter afflictuus corporum dedit Deus igni infenali quandā virtutem detentiuā vel aliā ita q̄ omnes dānati tam homines q̄ dęmones eodem affligeretur sicut & oēs beati homines & angeli eodem scilicet lumine glorię beatificantur. Sed vna afflictio est a natura ignis puta corporum, alia supernaturalis scilicet spirituum afflictiua. Considerandum etiam est quod tam in dolore corporis damnati, quam spiritus damnati secundum opi. Thom. ponitur præcedere iudicium lęsiui & afflictiui, quia tā corpus quam spiritum ponit alligari in vi-

tium.

tium quod est lęsiuum sicut carcer ex qua p ceptione sequitur afflictio. Preterea Deus potest facere immediatè quicquid potest facere mediante causa nec formali nec materiali si sit causa per quam, & multo magis, si solum sit causa sine qua non. Vnde cum in dolore in sensu causetur tristitia in voluntate propter redundātiam inuicem virium, siue dolor sit causa tristitię per quam vt plures dicunt, siue sit causa sine qua non vt alii dicunt, poterit Deus immediatè causare tristitiam in voluntate sine dolore in sensu eandem quam poterat consensu mediante sicut potuit generare hominem sine homine. Vnde eandem tristitiam numero quam in animam hęretici, dum comburitur causauit ignis mediante dolore Deus potuit seruare in voluntate, vt secum traheret de corpore exiens. Sic intellectus secum trahit species habitus & forte actus, quę a phantasmate coniuncto susćepit. Diffuse autem ista prosequitur ibi vide. ¶ Tertia opinio est quę dicit animam separatam & dęmonem affligi ab igne corporeo per veram immissionem, sicut dicit opi. precedens. Sed dicunt isti quòd virtute diuina superadditur animę separatę & dęmoni aliqua qualitas vel habitus supernaturalis ratione cuius anima separata vel dęmon potest pati ab igne quę secundum se ab ea pati non posset. Ratio sola huius opinionis est sola fuga inconuenientium, quia cum isti non possint ostendere qualiter anima separata possit aliquid recipere p quod affligeretur, adinuenerunt quod hoc poterat fieri mediante aliquo sibi diuinitus adiuncto. Sed dicit Petr. quod istud est minus probabiliter dictum quam primum, quia illud additum animę, aut est aliquid corporeum aut spirituale. Si spirituale æqualis dubitatio est qualiter anima separata a corpore quæ est spiritus, possit pati ab igne corporeo mediante illo sicut sine illo. Si autē istud sit corporeum tunc autem facit vnum suppositum cum anima aut non. Si autem non tunc anima ratione ipsius non poterit pati, quia distinctorum secundum suppositū sunt distinctæ actiones & passiones, si verò sunt vnum suppositum aut illud est subiectum animæ, vt anima subiectum eius. Non potest dici quod illud sit subiectum animæ, quia subiectum animæ non est nisi sua materia vel suum corpus, ex quibus coniunctis resultat homo. Et sic non esset separata de qua loquimur. Si verò dicamus q̄ anima sit subiectum illius additi q̄ punitur corporale, tunc æqualis dubitatio est, qūo anima possit recipere illud corporale accidēs, sicut dubitam⁹ qualiter possit recipere caliditatē vel quamcunque qualitatē corporeā. Et ideò ista positio in nullo declarat ꝓpositum, sed assumitæ quale dubium. Et si dicat q̄ aīa coniuncta per qualitatē naturalē puta intellectū possibilem sit passibilis a corpore, puta phātasmate, multo magis p qualitatem supernaturalem Deo faciēte ab igne, tūc dicendū q̄ Deus nō pōt facere q̄ potentia ferat nisi in suū obiectū, puta q̄ auditus videat sonū, vel q̄ visus audiat sonum & hmōi propriū aūt passiuū a corpore est corpus vel spiritus cōiunctus corpori non separatus pp q̄ nec spiritus agit in corpus nisi p motū localē, nec quicquā econtrario manente, ergo q̄ corpus sit illud & istæ spiritus istud, nō pōt in illud imittere nec ab ipso recipere plusquam non calefactibile pōt calefieri. ¶ Quarta opi. vicina antiquæ ponit modū specialē qua aīæ puniunt, dicūtur. n. quod in aīa separata virtute diuina possunt remanere potētiæ sensitiuæ, q̄ probat, qa virtute diuina accidēs absolutū pōt separati a suo subiecto. Sed secūdum istos potētiæ sensitiuæ sunt quædā accidētia absoluta, ergo virtute diuina possunt separari a composito in quo sunt tanquā in subiecto & remanere in aīa separata. Tūc arguitur sic. Verus dolor sensibilis perficitur in actu appetitu sensitiui præuia cognitione sensitiua, sed remanentibus potētiis sensituis in aīa separata, potest in eis esse sensitiua cognitio & appetitus consequēs, ergo in eis pōt esse verus dolor sensibilis & vera tristitia. Pet. Sed nec istud valet, quia dato q̄ Deus possit separare accidens absolutū a subiecto, non pōt ipm ponere in ipso subiecto vel quocunq; alio, sicut quātitatē separatā a subitantia panis in sacro, non posse ponere subiectiuè in angelo. Et eo mō potētia sensitiua q̄ est accedens organi corporei, non potest ponere in aīa separata, & dato ēt q̄ posset ponere, adhuc non sufficeret ad hoc q̄ aīa sensibiliter pateretur ab igne, quia obiectum passionis est aliquid docēs, sed non ptest dari modus quo ignis noceat aīæ separatę etiā si haberet potētias sensitiuas plus quā si nō haberet, nō. n. nocet ex hoc solo quod cognoscitur quacunq; cognitione. Et ideò hoc modo non potest assignari causa passionis ab igne, & sic nō pōt fieri quod istæ potētię remaneāt in corpore mortuo, quod est pars subiecti, qa cōtradictio esset quod hō. viueret & haberet tñ potentiam vitalē, sic nec econuerso, quod remaneāt in aīa separata quæ solū est altera

Opinio Henrici de Grādauo.

pars.

pars subiecti. Itē & si ibi essent potentiæ sensitiuæ non tamen propter hoc posset ignis agere in ipsas nec calor in sensum, nisi esset organicus sicut nec calor in visum separatū, quia non est motus nisi dyaphani secundum actum. Sic etiam est de omni sensibili quod non ageret in sensum nisi propter organum.

Opinio Thom.

¶ Quintus modus dicendi qui est Tho. in 4. comunis docto est talis quod spiritus in corporeus scilicet anima separata vel angelus

Quod aīa punitur p detētionē in loco.

patitur ab igne solum per detentionem per hunc modū quia spiritus in corpore secundū istos diffinitur loco, ita quod sic existit ī vno loco quod non in alio. Res ergo corporea ex sua natura habet quod diffiniat spiritum, sed non habet ex natura sua quod detineat spiritum, quin alubi possit diuertere, sed hoc supperaddit igni corporeo inquantum est instrumētum diuinæ iustitiæ quod sic detineat spiritum quod alubi se non diuertat, & ita efficitur ei pœnalis retardando ipsum ab executione propriæ voluntatis ne operetur vbi vult & secundum quod vult, & tanto plus cruciat quanto est superior Pet. hęc opi. probabiliter est ponendo quod anima separata vel angelus sit in loco per suam essentiam, quia tunc potest virtute diuina retineri in loco ne moueatur ad alium locum, ad quem vellet. Non tamen benè apparet quo modo virtus detentiua sit in igne & sic ab eo patiatur eo modo quo desiderans mortem & fastidiens vitam dicitur quod anima patitur a corpore suo in quo detinentur. Et nihilominus graue videtur aliquibus quod istæ sit totus modus quo anima vel dæmones patiuntur, quia secundum hunc modum æqualiter paterentur anima & Dæmo. si in pulcherrima camera detineretur & optimè ornata, sicut patitur ab igne, quia non ponitur pati, nisi quatenus detinetur, hoc autem communiter non reputatur adeò graue seu pœnale, sicut prædicamus pœnam damnatorum hominum vel Dęmonum. Et confirmatur hoc quia sicut damnatorum animæ detinētur in inferno, sic animæ puerorum decedentium cum originali detinentur in limbo. Si ergo sola detentio est afflictio in Dęmonibus & damnantis hominibus sequitur quod animæ puerorum decedentium cum originali affligūtur in limbo sicut Dęmones & damnati quod est inconueniens dicere. Si verò spiritus ponatur esse in loco per operationem solum, tunc vel non bene apparet qualiter patiatur a loco per detentionem, quia operationum quædam manent in agente, sicut intelligere & velle, & per istas non potest spiritus magis esse in loco quam per essentiam. Aliæ verò sunt quæ transeunt materiam exteriorem vt mouere. Et per has solas potest competere spiritui esse in loco quatēus aliquid moueat vel faciat circa locum vel circa corpus existens in loco. Hæc autem operatio licèt posset conuenire angelis, non tamen potest conuenire animabus separatis quia anima separata nec mouet aliquid quod est sibi commune & angelis, nec potest mouere aliquod corpus ad locum, quia cum habeat determinatum mobile cui vnīt vt forma medicinę qđ mouet quicquid mouet separata ab eo nihil aliud pōt mouere. Si ergo spiritus nō sit in loco nisi per operationē & nullā talem pōt habere anima separata sequitur quod ipsa non sit in loco, & per consequens quod ibi non detineatur, nec per detentionem affligitur.

§. 4.

¶ Isti igitur sunt modi quibus doctores nitū tur ostendere qualiter angelus vel anima separata patiatur ab igne, & tamē vt visum est dicit Pet. de Pal. vbi supra. Nullus satisfacit intellectui, nec mirum, quia ea quę sunt fidei non possunt scientificè probari, nec rationes in contrarium scientificè solui pro eo quod fides est de his quæ excedunt rationem naturalem. Circa vltimam iam opi. scilicet quod per detentionem violentā affligatur, pōt hoc probabiliter sustineri, non obstante quod cō tra eam arguatur, siue spiritus sit in loco per essentiam siue per operationē, sed argumenta soluentur vt patebit. Et primo si spiritus est in loco per essentiam videntur sequi tria inconuenientia. Primum est, qa sequeretur quod cum oēs ęqualiter detineatur, omnes æqualiter puniatur, nec valet si dicatur quod superior plus affligitur, quia aliquando minus superbus est grauior peccator puta luxuriosus humilis. Sed dicendum ad istum quod est verum de superbia prout speciale peccatum. Sed quanto quis est grauior peccator in inferno, tāto plus odit Deum quod est maxima superbia & tanto plus ei displicet iustitia Dei, & per consequens plus affligitur de alligatione, quæ quanto est eis magis inuoluntaria tanto magis pœnosa. Secundum inconuenientes quia damnatus in camera pulchra ita affligeretur sicut in igne. Et ad istud dicendum quod cum alligari cuicunque loco sit eis pœnosum, quia inuolūtarium, vtpote, quia contra libertatem suam & dignitatem alligari tamen villissimo loco est eis pœnosissimum, huiusmodi autem est centrum quod est maxime distans a nobilissimo corporum

Argu. cō tra Tho.

porum scilicet cœlo. Sed vlterius ibi alligari igni quo debent affligi viliſſima corpora damnatorum, adhuc eſt magis pœnoſum. Licèt contra illud vltimum ſit illud. Ite maledicti in ignem æternum qui paratus eſt diabolo & angelis ei⁹ Mat. 25. quaſi ille ignis ſit prius propter Dæmones quā propter homines. Tertia inſtantia de pueris & patribus in limbo ſoluitur facile, quia cum voluntas eorum eſſet iuſta, vult illum carcerem. Et ſic non affligebat patres, nec affligit pueros, quia nihil volitum eſt pœnoſum, quod ſi de animabus purgatorii inſtetur. Dicendum quod ille carcer eis pœnoſus eſt, quia licèt voluntarius, eſt tamen eis propter peccatum proprium quod continue eſt contra volūtatem eorum, quia de peccatis continue dolent, & per conſequens de pœna conſequente. Secus autem de peccato originali cui non debetur contritio. ¶ Sed in iſta prima parte deductionis ſciendum eſt quod nunquam dicendum eſt, quod ſpiritus ſit ita in loco per eſſentiam quod eſſentia ſit ſibi ratio eſſendi in loco, ſic ſcilicet quod eſſentia indigeat loco ad ſui conſeruationem ſicut graue vel leue, vel quod circunſcribatur loco ſicut quātum. Sed ſic, quia vere eſſentia eius ſit in loco diffinitiuè, quia ſic eſt hic quod non alibi, licèt poſſet nuſquam. Si autē angelus eſt in loco per operationem, ſic ſcilicet quod ſicut quantitas eſt ratio ſubſtantiæ eſſendi in loco, & ſic ſpiritui operatio. Poteſt reſponderi ad inſtantias etiā, dato quod eſſentia angeli eſſet nuſquam vbique. Nam illud quod dicit de operatione manente poteſt dici quod dato quod eius intelligere & velle ſecundum ſituationem & diffinitionem abſtraherent a loco ſicut eſſentia, tamen neceſſariò habere cogitare de inferno & igne eius contra voluntatem ſuam propter quod impediretur conſiderare alia quæ magis vellet conſiderare, quia enim non intelligit omnia ſimul, impeditur ab intellectione vnius per intellectionem alterius. Conſtat autem quod magis eſt ſpiritui delectabile & deſiderabile contemplari altiſſimas cauſas quam corporalia. Vnde pœnoſum eſt valde ſpiritui, ſi cōtra voluntatem cogitat de inferno & igne eius continentiæ, & quod de eo ſemper habebit cogitare. Sicut homini bono eſt pœnoſum quod occurram ſibi cogitationes turpes contra voluntatem ſuam, vel quæcunque alia de re odio habita, de qua nunquam vellet cogitare hoc autem eſt poſſibile, quia ſicut ſpiritus ſe paratus ſemper actu intelligit ſe ꝑpter actua lem ꝓſentiam ſuæ eſſentiæ, ſic poteſt Deus facere quod ſemper actu intelligit aliquid aliud, vel per ſpeciem quæ ſemper ſit in actu vel aliter. Et propter hoc vel non cogitat alia, vel non delectatur in eis ſicut faceret ſi nihil contra voluntatem ſuam cogitaret & diceretur ſic Diabolus ſemper ſecum ferre infernum ſeu ſuum ignem & per continuatam ipſius cogitationem per quam ipſę ſecundum intellectum appræhendentem & voluntatem renitentem ſemper eſſet alligatus etiam ante diem iudicii & vbique. Secunda inſtantia de operatione tranſeunte ſi per eam ſit angelus in loco, vt ſit detentus affligatur vt canis vel equus q eſt alligatus ad mouendum rotam qua aqua trahitur de puteo vel damnatus ad metalla fodienda, quia hoc non poteſt conuenire animæ, quæ non eſt nata mouere corpus, niſi mediante ſuo corpore. Et dicendum quod etſi ita eſſet quamuis neſciamus quæ ſit illa operatio. Nam non eſſet ignis ſuccenſio, quia ille ignis ſuccenſione nō indiget, nec motio eius eſſet circularis ſicut in ſphera ſua mouetur, quia ad hoc ſufficeret vnus Dæmon tamen quęcunque ſit illa motio, ſi conuenit angelo naturaliter poteſt conuenire animæ ſeparatæ ſuperuenialiter. Si enim Deus dedit adamanti & magneti virtutem mouendi ferrum ſine contactu quod alia corpora non habent, nullum incredibile eſt, ſi dicamus quod eandem virtutem det miraculosè alteri corpori. Et ſimiliter ſi ſpiritus angelicus a natura habet mouere corpus, nullum inconueniens vel impoſſibile videtur, quod hanc virtutem ſupernaturaliter det Deus animæ ſeparatæ vel ad bonum ſuum ſicut apparet in corporibus aſſumptis ab animabus de purgatorio propetendis ſuffragiis, vel ad malum ſuum vt in damnatis. Notādum etiā, quod ſicut nullum corpus poteſt pati a ſpiritu paſſione propriè dicta, quę eſt abiectio formę conuenientis, & receptio formę diſconuenientis, & ſic nullus poteſt pati a corpore conſimili paſſione, & ideò ille modus paſſionis qui ponitur per immiſſionem communiter non tenetur. Item ſi dicatur quod agens debet eſſe nobilius patiente, verum eſt de principalis agente, ſecus ſi de inſtrumentali. Nullus autem ponit quod ignis ſit principale agens in afflictione animę, ſed vt inſtrumentum diuinę iuſtitię, idò non oportet quod ignis ſit nobilior anima. Et nota quod quamuis doctores in prę cedentibus loquantur principaliter de igne infer-

Quomodo anima ſic in loco per eſſentiā.

inferni, tamen idem est de igne purgatorij quantum ad modum quo anima separata affligitur ab igne. Sed differunt (vt dictum est) in hoc, quod in purgatorio confortantur spe suæ liberationis, damnati verò sciunt se nunquam euasuros. Et sic dicimus in inferno esse gradus pœnarum, vt scilicet qui multiplicius & grauius peccauit ita & in purgatorio. Et cum grauius sine comparatione sit mortale cum quod descédit reprobus ad infernum quam veniale, hinc etiam pœna cuiuscunque in purgatorio, etiam ignis videtur esse minor pœna damnati.

¶ *De suffragijs quibus a nobis iuuantur.*
Cap. 2.

DEbaculo quo sustentantur animæ & cõsolantur in purgatorio qui est suffragiũ ecclesiæ militantis vt in eo auxilio perueniãt ad triumphantem. Sciendum primo suffragia pro baptizatis defunctis fieri posse & debere, nisi quis decedat in mortali notorio, vel sit canonizatus quamuis non profit damnatis, sed solum eis qui sunt in purgatorio, vnde Augustin. in lib. de agenda cura pro mortuis dicit, quod quamuis non omnibus pro quibus fiunt mortuis suffragia posint, tamen quia non discernimus qui sint scilicet saluati vel damnati oportet ea pro regeneratis omnibus facere, vt nullus eorum prætermittatur ad quos debeant ista beneficia peruenire, melius enim supererũt ista his quibus nec obsunt nec prosunt quam eis deerunt quibus prosint, vt habetur 13 q. 2. Non æstimemus, patet etiam hoc ex auctoritate scripturæ. 2. Macha. 12. vbi dicitur. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis soluantur. Et intelligitur pro peccatis venialibus non mortalibus, vel pro pœnis temporalibus debitis, & pro mortalibus debitis, quibus contriti fuerunt. Probatur etiam hoc per rationem secundum Petr. in 4. Nam tales cum decedentes in gratia sint membra ecclesiæ & viua ex gratia capacia nostrorum suffragiorum, quia non in inferno & egentia auxilio, quia non sunt in gloria sed pœna, nec per opera sua valeant satisfacere, subsidium habere possunt a nobis. Nam cibus manducatus ab homine in nutrimentum eius diffunditur ad omnia membra corporis eius viua, non autem præcisa, vel arida cum ergo sint illi de purgatorio viua membra militantis ecclesiæ ex bonis quæ fiunt a fidelibus qui sunt corpus mysticum Christi, indè recipiunt suffraginm subleuationis pœnæ, vel liberationis citioris, vnde in missis semper oratur pro viuis & defunctis, & orationibus aliis generalibus, sed magis prosunt specialia suffragia ex intentione facientis pro illis.

¶ Omnia autem genera suffragiorum quę fieri possunt continentur in quatuor modis quę ponit Greg. di. Animę defunctorum quatuor modis soluuntur, scilicet a pœnis purgatorii, quia aut oblationibus sacerdotum, aut præcibus sanctorum, aut charorum eleęmosynis, aut ieiuniis cognatorum. 13. q. 2. ca. Animæ Et secundum Petr. de Palu. per oblationem sacerdotum, intelligitur missę celebratio quę inter omnia plus valet, siue sit de mortuis, vt Requiem æternam, siue pro mortuis dominicalis missa, vel de sanctis. Per præces sanctorum intelliguntur præces non solum eorum qui sunt in patria qui orant pro his q. sunt in purgatorio præcipue amicis, sed etiã præces iustorum viatorum quin etiam peccatorum, si hoc agant vt ministri ecclesiæ eam officientes & oratio dominicalis instituta ab ipso iudice exinde psalterium plusquam orationes Anselmi similiter & vigiliæ ab ecclesia institutæ pro defuntis. Et quod dicitur de eleęmosynis charorum. Hoc ideò dicitur, qa communiter amici & consanguinei cõsueuerunt dare eleęmosynas pro defunctis suis nõ pro extraneis, tamẽ si extraneus daret etiam valeret defuncto si dans hoc intendit, & sit in charitate. Eleęmosyna etiam procurat & ieiunium & orationem illorum quibus datur, similiter de ieiuniis a quocunque bono fiunt pro defuncto valent ad satisfaciendum pro eis. Et sub hoc compræhenduntur omnes afflictiones corporales, vt disciplina. Vnde & be. Dominicus sibi dabat disciplinam pro his qui erant in purgatorio. Et peregrinationes & indulgentiæ etiam possunt eis valere, & quando a conferentibus extenduntur ad eos cum scilicet quis viuens vadit ad ecclesiam vbi est talis indulgentia pro defunctis. §. 1.

¶ Quod suffragia valeant defunctis: sed non omnibus, ostendit Augustin. in libro Enchi. dicens. Neque negandum est animas defunctorum pietate suorum posse releuari. Et infra, cum pro baptizatis omnibus fiunt scilicet suffragia pro valdè bonis fiunt gratiarum actiones, pro non valdè malis sunt propitiationes, pro non valde malis, etsi nulla sint adiumenta mortuorum, sunt tamen viuorum consolationes. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, vt sit plena remissio aut §. 2.

certe

certe vt tollerabilior sit ipsa damnatio 3.q. 2. Tempus. Et no. q̃ glo. magna quæ ibi est falsa est in eo, q̃ dicit mediocriter mali sunt illi qui egrediuntur de corpore cum mortali non habentes multa grauia mortalia, & subdit quod talibus prosunt suffragia facta pro eis ad diminutionem pœnę a qua tamen nunquam ex toto liberabuntur, sed semper aliquid remanebit, & hoc omnino falsum est, quia secundum Tho. in 4. & alios theologos in inferno nulla est redemptio, quoad liberationem nec quoad diminutionem, pœnæ, nec quoad refrigerationem in pęna, sicut refrigeratur portans pondus bibendo. Vnde in nullo suffragia eis prosunt. Similiter falsum est quod dicit illa gl. quod mediocriter mali sunt qui decedunt in mortali, sed vt dicit Pet. in. 4. Mediocriter mali & mediocriter boni sunt idem, qui scilicet decedunt cum venialibus solum, vel quia hic non completè satisferunt, etsi in gratia transierunt qui mediocriter mali dicuntur, inquantum deficiũt a perfecta malitia, ideſt quia non habent secum mortalia. Mediocriter autem boni dicũtur in quantum deficiunt perfecta bonitate, quia scilicet non sunt siue venialibus, nec plenè satisfacerunt in vita. Et quod Augu. dicit in dicto capitulo tempus, quod prosunt suffragia aliquibus vt tolerabilior sit ipsa damnatio, non intelligitur quod prosint damnatis in inferno ad mitigationem pœnæ, quia nunquam eis minuitur, sed sumit ibi damnationem pro deputatione seu adiudicatione ad pœnam. Sed sicut in mundo damnari dicitur, & condamnari non solum qui condemnatur ad mortem, sed etiam qui condemnatur ad carcerem ad tempus, vel ad pœnam pecuniariam, de qua aliquando liberatur, ita & a iudice Deo damnatur aliquis ad pœnam mortis infernalis, alius ad pœnam temporalem, ideſt ad tempus in purgatorio, & huic secundo sic damnato prosunt suffragia vel ut liberetur, vel ut refrigeretur. ET de hoc intelligit Augusti. quamuis secundum usum loquendi dicamus damnationem deputacionem ad infernum, nec obstat illud quo cantatur in missa pro defunctis, ubi ecclesia orat dicens Libera animas omnium defunctorum de pœnis inferni. Nam infernus sumitur ibi largè pro purgatorio, quia infra est, ideſt sub terra, & cum subditur. Ne absorbeat eas tartarus, intelligitur ne teneat absorptas animas, ideſt deputatas inferno, ideſt in purgatorio, sed liberentur.

§.3. ¶ Quæritur etiam utrum suffragia per malos prosint? Respon. Pet. de Palu. in 4. dist. 45. quæst. 1. prosunt talia quinque modis. Primo ex opere operato, vt missa boni quantum mali, sicut & baptismus. Secundo ex opere operante vniuersalis ecclesiæ cuius minister est peccator vt dicendo vigilias pro mortuis, & non solum pro suis parochianis, sed etiam extraneis, quia minister est non solum huius modi ecclesiæ sed vniuersalis. Tertio ex opere operante eius qui rogat vel mandat pro se fieri sicut bonus Dominus per malum seruum mandat eleemosynam fieri meretur, & satisfacit. Nec obstat q̃ malus nõ potest satisfacere pro alio, quia verum est hoc principaliter agens, secus si instrumentaliter. Quarto ex opere operante alterius mãdantis puta executoris vel alterius per eandem rationem sicut Papa mandat fieri solemnes vigilias pro defuncto summo pontifice, de cle. c. Vbi maius, li. 6. potest etiam qui subdito pro se & pro aliis orationes iniungere, & etiam confessor pœnitenti vt oret pro se. Quinto ex opere operante ministri, quia ipsæ operatur aliquo modo. Vnde si prælatus malus iniungat dicere psalterium pro aliquo viuo vel mortuo, & bonus subditus dicat aliàs nõ dicturus intẽdẽs pro illo dicere in speciali pro quo iniunctum est vel pro quo iniũgens intendit prodest illi etsi non ex intentione mandantis, tamen mãdatarii, si autem subditus diceret non intendens dicere pro, aliquo, nisi pro seipso ad expletionem obedientię, tunc non prodesset extraneo illi pro quo iniungens intẽdebat nec exprimebat, nec ex intentione mandatis qui indignus est nec mandatarii qui hoc non intendit, sed solũ propter vnionem charitatis cum exequente, aliàs generaliter non valent suffragia facta per malos, quia cum is qui ad intercedẽdum mittitur inimicus sit irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur, di. 49. §. 1 quod verum est per modum vnionis, quia vnius non est, nec per modum meriti, quia non meretur, sed quandoque per modũ impetrationis valent, quia oratio peccatorum quandoque est impetratoria pro se, & pro aliis, vt patet in miraculis quæ aliquãdo fiunt per malos ad conuersionem infidelium sicut Iudas cum aliis apostolis sanabat infirmos, sed plus valet suffragium boni bono, quia omnibus modis, post modum plus boni malo, quia per modum frequentis impetrationis, quia voluntatem timentium se faciet etiam pro indignis. Tertio mali pro bono. Quarto mali pro malo, quia Deus peccatores non audit, scilicet sic sicut iustos.

Vtrum

§ .4. Suffragia pro sunt ēt facienti

¶ Vtrum suffragia prosint ei, quæ facit ipsa pro aliis? Respon. Pet. de Pal. in. 4. distin. 45. q. 1. Et quidem in merendo si sit in caritate nihilominus prosunt quam si pro se fierent secundum illud. Oratio mea in sinu meo cō uertetur. Et quandoque homo plus meretur celebrando pro alio quam pro se, quia maiori feruore charitatis accensus, qui scintillas mittit ad alios, maximè ad inimicos. Secundo valent facienti suffragia pro aliis, hoc est si sunt in gloria ad satisfaciendum indirectè quando scilicet ille pro quo fit non indiget, quia saluatus est, vel quia non est capax quia damnatus quando scilicet faciens est talis intentionis in habitu quod pro se faceret, si crederet non proficere illi pro quo fit, secundum illud. Si ibi non fuerit filius pacis, pax vestra ad vos reuertetur Luc. 10. Tertio indirectè per eum cui suffragium præstatur qui tenetur orare vel alia bona agere pro faciente suffragium, aliàs esset ingratus non reddens antidota, & sic est melius orare pro mortuis quam pro viuis, qui mortui quando erunt in paradiso & scientillos qui orauerunt pro eis vel alia suffragia fecerunt & pro eis orabunt, etiam si suffragantes propter peccatum suum illis non profuerunt, quia amicitia considerat affectum plus quam affectum, & sunt in charitate perfecta. Orant etiam sancti pro talibus inquantum est diuini beneplaciti. Quarto non prodest ad satisfaciendum directè, vt si mihi est iniunctum vnum psalteriū & tibi aliud, dicendo pro te vnū, adhuc sum obligatus pro me ad vnum, sicut si sumus obligati ego, & tu Titio quilibet in. 10. soluendo pro te remaneo obligatus pro me Titio in. 10. & quòd cum quodlibet bonum opus factum in charitate sit simul, & meritorium inquantum ex charitate procedit, & satisfactorium inquantum laboriosum est omne opus virtuosum secundum Thom. in. 4. in quantum meritorium ita prodest facienti etiam pro alio puta eleęmosynam, orationem, ieiunium, & huiusmodi quod non alteri, sed inquātum satisfactorium seu pœnę expiatiuum prodest ei pro quo fit, vnde si pro se intendit satisfacere sibi valet si pro alio viuo vel defuncto pro illo satisfacit, si tamen est capax, idest In statu gratiæ.

§. 5. ¶ Quæritur etiam an obsit defuncto, si omittantur suffragia ab eo mandata? Respon Pet. de Palu. vbi supra AEquidem quoad meritū nihil obest, quia totum in hac vita comparatur respectu cuius bona voluntas pro opere reputatur in alia verò vita meritum nec augetur nec minuitur. Sed vt dicitur Eccle. 11. In quamcunq; partem lignum ecciderit, siue ad austrum siue ad aquilonem ibi erit, idest, homo in quo statu ceciderit in morte siue in statu charitatis signatæ per austrum vbi est intensus calor, siue in statu mortalis culpę signatę p aquilonem in qua regione est intensum frigus ibi permanebit. Secundo non obest ei quantū ad pœnæ intentionem, quia illa pœna cum alia egreditur sic ei taxatur, q nec augetur nec minuitur. Tertio non obest quoad perpetuationem. Si aliquis sit in carcere pro debito, quòd alii soluendum commisit, alio non soluente, perpetuò ibi tenebitur, nisi ipsæ per se soluat. Sed si per se manendo in carcere solueret, solutione per acta etiam procuratore non soluente ea facta liberabitur, & sic est hic. Sed si quis mandet solui sorefacta & nō soluantur si fuerit in mora soluendi in vita, & non pœnituit, damnatur retinendo opus mercenarii vsque mane, si autem non fuerint in mora, vel si in mora, & pœnituit tunc nō damnabitur, sed stabit in purgatorio minus, per hoc quod solui mandauit, quam si per obliuionem venialem nec soluisset nec solui mādasset. Quarto nocet, si quod soluere potuit in vita vel cito post mortem mandauit solui tardius. Vnde melius faciūt qui in vita sua soluunt testamentum suum, vel antequam bona ad hęredes perueniant, quia modicum suffragiū in vita plus valet quam multa post mortem: postquam quanto citius tanto melius. Quinto nocet sola negligentia procuratoris ad hoc vt diutius ibi moretur, quia nec ex opere operato quod non est nec ex opere operante executore liberatur, sic Dominus potest excommunicari iustè quando citatus misit procuratorem qui non comparuit cum sit contumacia vera vel præsumpta, ex quo citatus nec per se nec per alium comparuit, sed quando procurator ille accepit, & ipsæ citius est, non Dominus licèt nomine Domini pp eius contumaciam Dominus pōt excommunicari non debet cum non sit contumax ipsæ qui ipsę citatus nō est licèt fuerit negligens in eligendo talem, qui pro negligentia sine contumacia non debet quis excommunicari, sed istę mortuus est obligatus per se, vnde si non soluit per se vel per alium detinebitur quousque soluerit per se, per se autem luendo pœnam per alium per suffragia aliorum ab eo mandata & facta vel ab aliis exhibita sua sponte. Vnde in decre. 13. quæstio. 2. capitu. Qui oblationes, dicitur, quod debent excommunicari non

Quomodo omissa nocēt

sol-

ſoluentes legata facta ad pias cauſas tanquã necatores animarum, quia ſcilicet ſunt cauſa quod demorentur in illis pęnis a quibus liberarentur citius ſi fierent & poſt annum ſi non impleantur huiuſmodi legata per executores pertinet executio ad diœceſanum, vt habes ſupra in tit. de decedentibus ab inteſtato.

§.6. ¶Cum etiam quæritur. Vtrum ſuffragia tantum proſint his pro quibus non fiunt quantum pro his quibus ſpecialiter fiunt? Reſpõ. ſecundum Tho. in 4. quod ſuffragia valẽt defunctis dupliciter. Vno modo per modum expiationis. Alio modo per modum congratulationis. Primo modo extenditur valor eorum ad defunctos ſecundum intentionem facientis & multo magis ſui ſuperioris ſeu prælati, vnde ſi intendit pro vno tantum ille ſolus videtur habere illum valorẽ expiatiuũ, per quem quis citius liberatur a pœna purgatorii, vel ſaltem principalius habet illum valorem. Si autem dicat pro decem defunctis cum ille valor ſit finitæ virtutis & determinatorum graduum, etſi nobis ignotorum, puta 10. quilibet habebit vnum gradum, vnde non tantum quantum ſi pro vno tantũ dixiſſet miſſam vel aliud ſuffragium feciſſet, quamuis enim Chriſtus qui eſt in ſacramento ſit infinitæ virtutis, non tamen ibi infinitæ ſed virtute finita operatur quantum ad effectum ſacramenti, aliquando ſi totam ſuam virtutem exerceret vna miſſa omnes de purgatorio liberaret. Non ergo proſunt his pro quibus non intenditur tantum ſicut pro quibus intenditur, immo forte nihil pro quibus non intẽditur, & hoc de ſuffragio miſſę quãtum ad valorem principalem qui eſt ex ſacrificio eius. Nam quantum ad valorem qui eſt ex orationibus quæ fiunt in miſſa & officio valet omnis miſſa omnibus defunctis, quia pro omnibus ibi oratur. ¶Quãtum aũt ad ſecundum modum ſcilicet congratulationis, ſic ſuffragia facta ex intentione, pro vno tantum valent omnibus in purgatorio, quia cũ ipſi omnes ſint in charitate de omni ſuffragio facto cuilibet particulariter gaudent omnes. Et qui in maiori charitate eſt ibi magis gaudet, etiam de ſuffragio facto pro alio non pro ſe. Et quantum ad iſtam congratulationem intelligitur illud Hieronymi, de conſe. diſt. 5. Non mediocriter, vbi dicit. Cum miſſa vel pſalmus pro centum animabus dicitur, nihil minus quam ſi pro quolibet diceretur, accipitur ſcilicet quoad congratulationem ſecundum Thom. vel ſecundum glo. ibi hoc refertur quoad meritum celebrantis, quia cęteris paribus tantum meretur celebrãdo pro mille quantum pro vno, & econuerſo.

Quomodo ꝓplu ribus valeant.

¶Sed notandum ſecundum Pet. de Pal. in 4. quod cum dicitur habens maiorem charitatem in purgatorio, plus gaudet de ſuffragio, etiam pro alio facto, hoc aliquo modo eſt verum, aliquo modo non. Suffragium enim & eſt bonum facientis ipſum inquantum eſt actus eius bonus reddens eum acceptum coram Deo, & eſt bonum eius pro quo fit dictũ ſuffragium. ¶Quãtum igitur ad primam bonitatem intelligitur dictum Thom. ſcilicet ꝙ qui in maiori charitate eſt plus gaudet de ſuffragio, quia ſuffragium per iſtum modum nõ eſt magis vnius defuncti quã alterius ſed ſolum facientis. Sed quantum ad ſecundum valorem cum ille valor ſit ſolum illius pro quo fit ſuffragium & vnicuique magis amabile eſt proprium bonum quam alienum, ideo quantum ad iſtam conſiderationem plus gaudet ille pro quo ſit ſuffragium etſi ſit in minori charitate, quam ille pro quo non fit etſi in maiori charitate ſit. ¶Ex eo autẽ quod dicit Aug. in Enchiridion. Tempus ꝙ inter hominis morrem & vltimam reſurrectionẽ interpoſitum eſt animas abditis receptaculis continet, prout vnaquæque requie vel erumna digna eſt, pro eo quod ſortita eſt in carne dum viueret. Et habetur in decre. 13. quęſt. 2. c. Tempus Tho. in 4. aſſignat quinque genera receptaculorum in alia vita. Primum eſt locus damnatorum qui dicitur infernus ſiue gehẽna, his nõ valẽt in aliquo ſuffragia, ſicut nec dæmonibus. Vnde non eſt pro eis de quibus hoc certe ſcitur orandum vel aliud ſuffragium fiendũ eſt. Scitur aũt de certo de infidelibus iudæis ſcilicet paganis & hæreticis in hoc morientibus. Ioan. 3. Qui non credit iam iudicatus eſt, quod autem Greg. orauit pro Traiano in infidelitate mortuo. Dicunt doctores ꝙ non erat ſententia diffinitiua damnatus a Deo, quia Greg. Deo inſpirante oraturus erat pro eo. De catholico autem qui eſt mortuus in notorio de quo non pœnituit manifeſtẽ, puta ſe occidit, interficitur in bello iniuſto mortuus eſt cum meretrice inuentus & huiuſmodi. Dicit Pet. de Pal. quod poteſt pro eo orari occultè, quia potuit in fine occultè pœnitere, & hoc cum præſuppoſitione, ſcilicet in caſu quo pœnituerit in fine, & ſi occultum ſit aliàs non licet, ſed non debent fieri ſuffragia publicè, vt miſſæ, vigiliæ, & huiuſmodi propter ſcandalum nec in eccleſia ſepeliri vel cemiterio. ¶Secundum receptaculum eſt purgatorium. Idem enim ignis qui com-

§.7.

Quinq; receptacula animarum.

comburit paleas purgat aurum de quibus dictum est. Quomodo p alios possunt fieri suffragia & etiam de hac materia habes in. i. parte, & ibi multa de huiusmodi. ¶ Tertiũ receptaculum est limbus paruulorum decentium siue baptismo, in quo originali priuantur visione Dei, non autem sustinent pœnam sensus vel ignis, sed nec etiam de priuatione gloriæ pœnam habent, quia sciunt se sine culpa sua priuatos, pro his non oportet fieri suffragia, quia nil valeret cum non sint de corpore ecclesiæ. Quartum receptaculum est limbus patrum veteris testamenti, qui dicebatur sinus Abrahę, qui modo locus est vacuus, quia Christus soluto debito humanæ naturę, scilicet originalis culpę eos eduxit de illo carcere & in veteri testamento, qui decedebant nõ plenè purgati, sed tamen in statu gratię ibant ad purgatorium quousque ibi satisfacerent, & tamen purgati ascendebant ad limbum patrum, & pro eis poterant fieri suffragia scilicet orationum, & eleęmosynarũ, non missarũ quæ non erant institutæ, & eos adiuuabant. ¶ Quintum receptaculum est cœlum empyreum locus beatorum, & hi non indigent suffragiis vt dicitur extra de cele. miss. cap. Cum Martheæ, iniuriam facit martyri qui orat pro martyre. Potest autem esse certum aliquos esse in patria, vnde non sunt fienda suffragia pro huiusmodi, vel per bibliam vt dicit Petr. de Palu. de apostolis & patribus ve. testamenti. Et de his qui p fide sustinent martyrium, vel quia paruulus post baptismum moritur non habens vsum rationis vel pro canonizatis. Nam piè creditur quod ecclesia non errat in canonizatione. Ex hoc autem solum quod fecit miracula, non est sufficiens causa, quod non debeant fieri pro eo suffragia, vt dicitur de beatis siue de statu beatificandorum in titulo præcedenti. Ad quem statum nos (sua adiuuante gratia) perducere dignetur Christus Iesus totius orbis saluator. Qui cum patre & spiritu sãcto viuit & regnat. Per omnia sęculorum sęcula benedictus. Amen.

¶Explicit Tertia Pars beati Antonini Florẽtini archiepiscopi sacrę paginę interprætis eximij.

REGISTRVM.

¶ ¶¶

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii KKK LLl Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx.

Omnes sunt Quaterniones.

REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL - BIBLIOTECA NACIONAL DE CHILE


478
478-2-8

136